GALENI
OPERA

QVARTVS TOMVS OPERVM GALENI,

In quo insunt in Hippocratis De victus Ratione in morbis acutis libros, necnon in eiusdem Chirurgica & Aphorismos Commentarii.

HVIC TOMO ADIECTI sunt libri Spurii Galeno adscripti.

Elenchus librorum altera pagina recensebitur.



LVGDVNI,
APVD IOANNEM FRELLONIVM,
M. D. L.

QVARTVS TOMVS haec complectitur.

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis De Victus Ratione in Morbis acutis,

COMMENTARIVS PRIMVS,

Ioanne Vassæo Meldensi Interprete.

1 QVI Gnidias appellatas sententias conscripserũt, hi sanè quæ ægri in morbis singulis patiuntur, & quónam modo nonnulla his eueniãt, rectè scripserunt: atque ea quoque quæ medicinæ imperitus quispiã scribere potuisset, si ab ægro vnoquoque qualia patitur probè intellexisset. Verùm quæ medicum nõ referẽte ægro ipso perdiscere oportet, multa ex his sunt pretermissa, alia in aliis.

Non solùm nihil eorum, quæ ægri patiũtur, prætermiserunt, qui Gnidias scripserũt sentẽtias, verùm quoque & vltra id, quod iustum est, de quibusdam mentionem fecerunt, vt paulò pòst ostendam. Neque id artis opus est, si nihil prætermiserint eorum, quę à plebe ipsa cognosci possunt. Non etenim is artifici est scopus, sed quæ ad curationem idonea sunt omnia scribere. Quapropter sæpius nonnulla adiicere, quæ vulgus non nouit, erit opus: & multa, quæ huic nota sunt, auferre, si nihil ad finem artis conferre videantur.

2 Et quædam ad coniecturalem cognitionem (τέκμαρσιν Græcè dicunt) peropportuna.

Τέκμαρσις est, quæ per τεκμήριον sit cognitio. Τεκμήριον autem appellant veteres syllogisticum signum, non autem simpliciter signum omne, vt in opere De coniectura, & signo est demonstratum. Quæ igitur medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria, tum vtilia existunt, non omnia ait Gnidiis in sententiis scripta esse, sed prætermissa pleraque.

3 Cùm autem ad coniecturalem cognitionem dicatur quónam modo curare sin-

A gula oporteat, in his multa aliter, quàm illi enarrauerunt, sentio.

Ex quo multa, quæ ad coniecturalem cognitionem expedita, & idonea existunt, à Gnidiis medicis prætermissa esse dixit, quámnam dicat coniecturalem cognitionem, ipse consequenter docuit. Quónammodo curare singula oporteat inquiens. Nempe quod ad horũ inuentionem vtile fuerit, id ex arte est. Sed forsan quis opinabitur prætermissas esse quæ tum ad dignotionem, tum ad pręnotionem conferunt coniecturas. Verùm res non ita habet, cùm de necessitate in his, quæ ad curationem idonea sunt, hæ contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborũ dignotio, & futurorum prænotio, prorsus hæ superuacarent. Nunc autem quòd conferant, ob id cõmodæ existunt. Ergo quòd affectuum dignotio ad curationẽ valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis quísnam sit morbus dignoscere oportet, déinde curationem ipsius ita aggredi. Quòd verò prænotio ad curationem quoque commoda sit, demonstrauit in præ- B fatione Prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia, quę ad medicinam spectant, commoda, ea vel ad dignotionem, vel curationem, vel prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se à medicis exercetur: Prænotio autem, & dignotio propter curationem. Quo fit vt nemo finẽ artis dignotionem, vel prænotionem, sicuti curationem asseuerauerit. Intellige autem impræsentiarum curationem, sublationem morbi, non eam quidem, quæ adhuc fit, sed quæ iam facta sit. Sed de omnibus abundè est scriptum in eo libro, qui De fine medicinæ agit. Nec expedit, vt impræsentiarũ quippiam præposterè, & pręter institutum faciamus, vtpote qui iam veteris mentem, vel sine exquisito finis examine cognouerimus. Verùm cùm & modo alio dictio C præsens plerisq; in exemplaribus, fide etiam dignis scripta sit, de ea mentionem facere non intempestiuum fuerit. Differt autẽ ab antè scripta dictione syllaba vna, videlicet Vel, vt ad hunc modũ sit: Cùm autem ad cõiecturalem cognitionẽ dicatur, vel quónã modo curare singula oporteat. Qui ita scribũt, per τέκμαρσιν dignotionẽ & prænotionem intelligunt. & per verba hæc, quónam modo curare singula oporteat, curationẽ, nolentes eam in τεκμάρσεως nomine contineri. Quod si ita habet, in antè scripta dictione, qua dicitur, Multa prætermissa

ſunt, alia in aliis, & nonnulla ad coniecturalem cognitionem peropportuna, non rectè ſanatoriam artis partem prætermiſiſſe videtur Hippocrates. Sed quòd hi reſpondeant ob id reſumptam, ſcriptámque, quæ ſequitur dictionem, vt quod ſanatorium eſt adiiceret, nemo eſt qui ignoret. Verùm quoniam de re ad curationem congrua diſceptatio non ſit, ob eas res ſermonē protrahere eſt ſuperfluum. Pergamus igitur ad ea, quibus quæ ad ſanationem vtilia ſunt, docet.

4 Atque non ob id ſolùm non laudo, verùm quòd & paucis numero ſint vſi medicamentis. Nempe maximus medicamētorum, quibus in morbis non acutis vſi reperiūtur, eſt tempeſtiuè exhibitorum tum elaterii, tum ſeri, tum lactis: quæ ſi bona eſſent, morbíſque, quibus dari cenſerent, cōgruerent, multò ſanè digniora laude erāt, quòd pauciſſima ſatis facerēt. Sed res impræſentiarum non ita habet.

Paucis quoque numero auxiliis vſos eos ait, niſi in acutis morbis. quaſi in his multa dixerint. quod ſanè fecerunt. Quæ verò longis in morbis dixerunt, hæc verè ſunt. Nam & per tempeſtiuam elaterii, ſeri, & lactis potionem perficiuntur.

5 Qui verò ſecundum adornauerunt librum, hi medicè magis quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt.

Liber ſecundus à primo ſcriptus adornatus, digeſtúſque dicitur, cùm inſtitutum habens idem, plurimas dictionum eaſdem, nonnulla quidem eorum, quæ in priore erant, abſtracta habet, alia autem adiecta, & alia permutata. Exemplum rei huius ſi perſpicuitatem deſideras, ſecundum Eupolidis Autolycum ex priore adornatum, digeſtúmque habes. Sic & Gnidias ſententias à primis ſecundas Gnidii ediderunt medici: quæ nonnulla quidem haberēt eadem omnia, alia verò adiecta, & alia ſublata, veluti & alia permutata. Secundū igitur hunc librum, Hippocrates priore medicinalem magis eſſe aſſerit.

6 Sed de diæta, id eſt, victus ratione, nihil quod effatu dignum ſit, cōſcripſerūt veteres: quanquàm id magnum eſſet.

Is curationis ductus, contextúſque, qui per conſuetam materiam efficitur, diæta, id eſt, victus ratio nuncupatur: vt qui per conſuetas tum ſectiones, tum aduſtiones, & quæcunque alia manu fiunt, chirurgia. Tertiam ab his medicinæ partem Pharmaceuticen dicunt, quæ ſcilicet per medicamenta abſoluitur, perficitúrque. Accuſat autem priſcos Hippocrates quòd de victus ratione nihil effatu dignum conſcripſerint: ídque dixit, non quòd nullum, quod ad victus rationē ſpectaret, theorema conſcripſerint, ſed quòd non effatu dignum. Qalénam autem ſit effatu dignum, docebit in ſequentibus.

7 Fuerunt verò, qui varios morborū ſingulorum modos, diuerſáſq; horum ſectiones, diuiſionéſque non ignorauerint.

Non ſolùm varios morborum modos non ignorauerunt, verùm quoque & vltra quàm decet de his ſcripſerunt, vt oſtendam in ſequentibus.

8 Verùm morborum ſingulorum numeros clarè pronuntiare volentes non rectè ſcripſerunt: quippe cùm non facilè numerari queant, ſi quis languentium morbos alterū ab altero quadamtenus differre, nullúmque morbum eundem videri, quin idem quoque nomen habeat, coniectauerit. Mihi verò placet omni in arte animum tum conuertere, tum adpellere. Nā quæ probè vel rectè procedunt officia, probè & rectè ſingula peragere oportet. Quæ item celeritatem deſiderant, celeriter adimplere: & quæ ſynceritatem, ſyncerè: & quæ ſine dolore adminiſtrari poſtulant, citra dolorem omnem adminiſtrare. Cætera quoque huiuſmodi omnia ſecus, quàm alii ad meliorem formam nos redigere conuenit. Maximè autem medicum laudauero, qui in morbis acutis, vi quorū plurimi hominum enecantur, ſecus, quàm cæteri, in melius procedat. Sunt hi igitur acuti morbi, quos priſci nominatim perſtrinxerūt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, cauſus, & quicunque alii hos conſequuntur morbi, quorum febres prorſus continuæ interficiunt.

Dixi paulò antè Gnidios medicos cōfeſtim ab initio de morbis pluſquàm oportet ſcripſiſſe. Scripſerūt ſiquidem bilis morbos ſeptem. Pari modo & paulò infrà veſicæ duodecim: Renum quoque quatuor: Stranguriæ quatuor: Deinde tetanos tres: Morbi prætereà regii genera quatuor: Atque tandē phthiſes tres. Nempe ad corporum varietates, quæ multas ob cauſas permutabantur, reſpexerunt, morborum identitatē haudquaquam contemplati: quomodo eſt contemplatus Hippocrates ad horum inuentionem methodo vſus, qua dúntaxat morborum numerum inuenire conceditur. Methodum autem eam in Methodi medendi principio demonſtrauimus, diximúſque aliquid in lib. De elementis ſecundum Hippocratis mentem. Habes quoque & à nobis compendio quodam ſcriptum vnū De morborum differentiis commentarium: ſed hoc in loco dictiones proſequi eſt opus. Nempe is expoſitionis ſcopus exiſtit. Nam ſiquis inter exponendum demonſtrationes ſcripſerit, ſermonem protrahet, & præcipuam, quæ ſanationis morborum cauſa exiſtit, dimittet: partem inquam, quæ ad maximè lethalium morborum curationem excellit, præſtátque. Summa quidem præſentis dictionis hæc eſt, particularia verò dictionis deinceps explicabo.

Cùm

9 Cùm enim nullus communis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit, ſed morbi, & σποράδες. id eſt, ſparſim, priuatímque præhendentes, & ſimiles fuerint, ab his plures quàm ab aliis omnibus intereunt.

Oſtendit hac oratione Hippocrates morbos multos vno fieri tempore, quos ſi pernicioſi fuerint, peſtem appellant. Si verò mitiores, altera quadam indicant appellatione, epidemos, vel epidemios nominantes: vt epidemus morbus ſit, qui tempore anni aliquo in regione aliqua abundet, inſoleſcátque. Peſtis verò, epidemia pernicioſa. Eſt autem & aliud morbi genus commune multis, quod in regione ſuperuenit, accedítque, endemúmque, vel endemium appellitatur, qua ſi patrium dixeris, aut vernaculum. His autem omnibus aduerſantur σποράδες, id eſt, qui ſparſim, priuatímque præhendunt, ægros diſcrepanter fatigantes, neque ſecundum communem modum conſtantes. Sed quídnam eſt, quod ab Hippocrate dicitur? Sed morbi, & σποράδες, & ſimiles fuerint. Nempe contrarium dicendum fuit. Et non ſimiles eos inter ſe eſſe: ſi vtique aliquid morborum ſimilitudine, & endemium, & epidemum, & peſtiferum iudicari debuit. Duorum igitur alterum, vel meliorem hanc ſcriptionem exiſtimare oportet: Sed morbi, & σποράδες, & non ſimiles fuerint: vel ſimiles eos dicere oportuit non inter ſe, ſed morbis antè dictis, id eſt, conſuetis: quoniam rariùs quidē tum epidemii, tum peſtiferi fiunt: vocati verò ſporadici frequenter. De quibus & hoc in loco agetur, veluti de epidemiis in libro Epidemiorum morborum, & de endemiis in libro De aquis, aere, & locis. Nullum autem peculiarem de peſte confecit librum, quoniam ex epidemiis vnum eſſe illam per libros Epidemiorū demonſtrauit.

10 Idiotæ verò nō admodum cognoſcunt eos, qui in huiuſmodi præ aliis præſtant.

Idiotas ait non omnino cognoſcere medicos eos, qui, præ aliis præſtant. Quòd autem acūtos dicat, palā eſt de quibus antè ſermonem fecit.

11 Aliáque auxilia magis laudant, vituperántque.

Neque conuenientes, neque laudabiles curationes dignoſcere ait idiotas, ſed alias magis. Quò fit vt eas neque rectè laudent, neque vituperent. Déinceps tanquam eorū, quæ dixit, demonſtrationem adiiciens hæc ſcribit.

12 Magnum autem rei argumentum, quòd vulgus morbos huiuſmodi, ſanationémque vtpote rude planè ignoret, velut quos ſtudio conſequi oportet, eſt hoc: nēpe qui medici non ſunt, medici eſſe ob huiuſcemodi morbos videntur. Facilè ſiquidem nomina diſcuntur, quæ apud ægros vſui eſſe exiſtimata ſunt. Si enim quiſpiam ptiſanæ cremorem, vinúmque hoc vel il-

A lud, & melicratum nominauerit, referre omnia eadem medici tum boni, tum mali plebeiis huiuſmodi vidētur. Sed res ipſa ſecus habet. Nempe hi, quantum ad hæc attinet ſupramodum inter ſe differunt.

Quòd materiis huiuſmodi eorum, quæ ad victus rationem ſpectant, medici vtantur tum boni, tum mali, ob id quiſnam melior ſit, dignoſcere nequeunt idiotę: vtpote qui diſcernere non poſſint quínam tempeſtiuè, & debito modo præſidiorum materias ægris adminiſtrent, & quínam citra hæc. Hippocrates autem vbi impræſentiarum ſecundum præfiniuit proœmium, à con-

B ſequentibus in oratione præſenti exorditur.

13 Digna autem ſcribi mihi maximè videntur, quæ quanquàm medicis vtilia exiſtant, tamen ignorantur, quæ, inquam, inſignes profectus, & inſignes offenſas adferunt. Quæ autem ignorantur, hæc ſunt. Cur in acutis morbis medici quidam ptiſanas non colatas perpetuò exhibeant, & rectè curare ſeſe exiſtiment: alii omnino contendant, hordeum vt nullum æger voret, ſubſecuturam inde, quæ inſignis ſit, offenſam veriti: ſed cremorem linteo co-

C latum porrigant. Alii verò neque craſſam ptiſanam, neque cremorem exhibeant, atque ex his quidam quoad æger ad ſeptimam vſq; peruenerit diem, alii perpetuò donec morbus iudicatus fuerit.

Logicam magis ſpeculationem ſapere videtur, quod ab Hippocrate in quæſtionem, diſceptationémque ponitur: cùm & ſine huiuſmodi ſpeculationibus rectè ſanare queamus. Nempe morbos rectè ſanare ineſt medicis ex faciendorum cognitione, & non ex cauſæ inueſtigatione, ob quam ſunt controuerſi, qui varias in huiuſmodi morbis ſcripſerunt curationes. Eſt verò ſecundum veritatem id non commodiſſimum modò, verùm quoque & omnium primum, atque quæſitu neceſſarium, vt procedente exponam ſermone. Quòd

D enim queſtione dignum ſit, quod proponit, & quo ſoluat modo antè pcurrere eſt melius. Quòd igitur quæſtione dignum ſit, hinc diſces. Nam de Philoſophorū controuerſia nullam habemus, quæ euidens ſit, coniecturam. Neque enim ſi genitus Mundus ſit, neque ſi interitus conſcius, neque ſi extra ipſum inane non ſit, neque ſi infinitus, neque ſi is ſolus vnūs ſit, neque ſi plures, neque quot numero ſi plures, neque horum multitudo incomprehenſibilis ſit, aut infinita, manifeſtè cōiectari poteſt. Ad hunc ſanè modum & de aliis multis, quæ in philoſophia quæruntur, nonnulla quidem iudicare prorſus nequiuimus, alia verò non ſine magna contemplatione. Verùm de ipſis, quæ ægros iuuant, non ſimiliter eſt. Nempe etſi ad ipſa inuenienda longo opus ſit tempore, viróque à multis diſcrepante, quę tamen ſeſe reperiſſe quidam iactant, ea facilem habere

iudicationem videbuntur. Nempe si ægris quidem adhibita præsidiũ attulerint, laudare oportet, atque agnoscere: si verò detrimento fuerint, vitare atque repellere. Quæ verò nihil auxilii vel offensæ effatu dignum præstiterint, in neutrius horum ratione censere conuenit. Sed sanè medicos ab euidenter offendentibus abhorrere oportet. Si ergo parum exuperantibus insistãt, qui quouis modo ab initio sunt opinati, nihil mirum videri debet. In his verò quæ admodum recesserũt, atque vsque adeò vt à quibusdam laudentur, ab aliis culpentur, admirari quispiam eos poterit, qui valde offendentia extollunt, vel eos, qui verè iuuantia vituperant. Id sanè est, quod Hippocrates particulari vno exemplo proponit. Dictum autem & id nec secus ipsius solutio ab Erasistrato in primo libro De febribus, paucísque & euidenter, vtpote qui Hippocratem planè est secutus. Percurrens etenim in libro præfato medicos tum eos, qui aduersissimum febrientibus victum præscribunt, tum eos, qui longis inediis ægros ipsos conficiunt, atque Petronam ipsum, qui tum carnes, tum vinũ exhibebat: In textura sermonis hoc infert pacto: In multis igitur valde magnis plagis incidebant: si autem febrientes omnes ex tali curationis modo malè liberabantur, qui ita curabant, à curatione desistebant. Sed, vt videtur, non febribus omnibus opem fert idem sanationis modus. Laudandi igitur cùm Erasistratus, tũ alii, qui quæstionem hanc proposuerunt, & solutionem eius scripserunt: laudandus quoque & qui præ cæteris eam proposuit. Scieris prætereà & eam non magis de acutis morbis, quàm de aliis omnibus proponi, solúique. Nempe responsio de omnibus communis est. Non enim in acutorum modò, verùm quoque & morborũ aliorum curatione controuersi fuerunt medici, atque ob id longo tempore sua in cibi exhibendi regula permanent, quòd nonnullos ab ea euidenter iuuari vidẽt. In cæteris autem, qui nihil inde auxilii recipiunt, fortassis quidem & ægros occultè aliquid deliquisse suspicantur. Quanquàm id non sit, sed quod retulit Hippocrates in libro De fracturis: vbi agens de his, qui fracturas cum vulneribus perperàm ligant, atque ob id lædunt, ait: Non enim deligationem causam esse existimant, sed aliud quoddam infortunium. Hoc & eos in victus ratione opinari verisimile est. Quod autem pręsenti in oratione recensuit Hippocrates, id palàm est, vbi quis eam secum cogitans bis, & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo communem doceri sermonem comperiet, quem & vniuersalem vocare consueuerunt, non Philosophi modò, verùm quoq; & propè omnes Logicæ artis non imperiti. Erasistratus ergo aduersissimarum meminit victus rationum. Hippocrates verò relictis monstrosis, alienísque, ad moderatiores se contulit. Monstrosæ etenim, alienæque verè sunt, tum quę per inediam fiunt summam, tum quæ per repletionem immoderatam, qua vtebatur Petronas. Moderatæ verò, quarum meminit Hippocrates in acutis morbis, ab insignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptisanam in his administrant, alii cremorem dũntaxat, alii ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationem, sed tempore interiacente solos exhibent potus, aquam, melicratũmque, &, si opus sit, oxymeli. Cõtrouersiæ igitur causa est, quam Hippocrates ipse in sequentibus exequetur, & quam ab Erasistrato in primo De febribus bene enuntiari asserebam. Est autem ea, quòd aliqui solo ptisanæ cremore indigent, alii hordeacea ptisana, & alii horum neutro, sed potibus solis ad iudicationem vsque feliciter seruantur. Demõstra-

A bit autem in sequentibus quinam hordeacea indigent ptisana, & qui ptisanæ cremore, & qui neutrò horum.

14 Sanè quæstiones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neque forsan si proponantur, soluuntur.

Quòd primus Hippocrates quæstionem hanc proposuerit, solueritq;, ex hac notum euadit dictione. Neque enim, inquit, tales quæstiones proponi à medicis consueuerunt. Quò si & eas quis fortassis proposuerit, solutio non reperietur.

15 Calumniam verò vsqueadeò grauem patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina esse videatur.

B Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rem quandam vniuersalem docet. Nempe in primis quòd qualemcunque tractantium exercitationem controuersia, iustam ignorantiæ suspicionem ostendit. Secundò quòd concordia ipsa, meritò magnam cognitionis spẽ demonstrat, quod nimirum mathematicis disciplinis valde contulit. Neque enim discipulos solùm alliciunt, credulósque reddunt, verùm quoque & apud idiotas sese verissimas existimandas præstant. Mathematicis igitur demonstrationibus vsos ait, qui euidenter quippiam, & citra quamuis ambiguitatem demonstrauerũt. Sed controuersię rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur.

16 Quapropter acutissimis in morbis vsqueadeò dissentiunt inter se artifices, vt quæ alter porrigit optima esse existimans, C ea alter mala esse putet: atq; ferè ob id vaticinationi (quam Græce μαντικὴν vocãt) ars ipsa similis esse videatur. Augures siquidẽ alitem eandem si ad sinistram volauerit, bonam, faustámque esse putant: si ad dextram, malam, infaustámque. Talia quoque in aruspicina (quam ἱεροσκοπίαν dicunt) vidẽtur, alia in aliis: sed vaticinantiũ nonnulli contraria sentiunt. Dico autem speculationem hanc esse & pulcherrimam, & cognatam plurimis, & commodissimis, quæ in arte comperiuntur.

D Vaticinationem appellauit Hippocrates augurium: & aruspicinam, victimariam à plerisque appellatam, quam verè antiqui alii ἱεροσκοπίαν vocant, quòd ἱερεῖα, id est, hostias inspicientes, qui in ea scientia graues, & præstantes sunt, ex ipsis ventura, prænuntient. Ἱερεῖα autem scimus appellari omnia, quæ diis ad honorem exhibemus, quales sunt quæ litantur victimę, quarum exta inspicientes ἱεροσκόποι, id est, aruspices prædicunt. Eos verò, qui ex auium volatu augurantur, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους, id est, auspices appellant, nunc μάντεις, id est, augures appellauit Hippocrates, quanquàm μάντεως nomen, & μαντικῆς de omnibus, quæ ita prædicunt, artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur, & ἱεροσκόποι. & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοί, & qui per

per notas,& qui ex victimis futura prædicunt. Præterea & χρησμολόγοι, id eſt, fatidici, & θεομάντεις, id eſt, diuini vates. Sunt qui & ὀνειροπόλους, id eſt, ſomniorum interpretes à poeta appellatos inter μάντεις, id eſt, vaticinantes collocant. Sed conſtat Hippocratem ſolos οἰωνιστὰς appellare μάντεις, vt poeta appellauit. Nam is in pleriſque ſui operis poetici partibus οἰωνιστικὴν artem venturorum prænotionem eſſe demonſtrat. Quomodo & in primo Iliados circa initia ait, ἀλλ᾽ ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. id eſt, Conſulamus itaq; augurẽ quempiã, aut aruſpicem, aut ſomniorum interpretem. Nempe & ab Ioue oſtenduntur inſomnia. ἱερῆα quidem dicens, ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον verò, qui circa ſomnia verſatur: μάντιν autem οἰωνιστὴν, id eſt, augurem, auſpicémque. Sæpius etenim in ſuo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiam arte per alites vſus. Sed forſan hęc, &, quã decet, plura de huius nominis μάντεως appellatione dicta à nobis ſunt, atq; ob id ad quod dicitur tranſire iam eſt tempeſtiuum. Quod enim ait Hippocrates, tale eſt: Qui diuinatorias artes proſequuntur in particularibus multis nihil minus quàm medici diſcordant. Vidi equidem aliquando augures in volatibus ipſis, quos dextros & ſiniſtros memorauit Hippocrates, diſcordantes. Alter Arabs erat, alter Græcus, atque ex Aſia noſtra. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres ſeruare, ſiniſtrã viros. Qui verò ex Aſia noſtra erat, dextram alitem in virorum morbis ap parentem, interrogantibus ipſis ſi ſeruaretur, aſtruere interrogationem recenſebat, ſiniſtram verò denegare. Interrogabã præterea eos an quomodocunq; volantẽ vel dextram vel ſiniſtram alitem pollere eadem ſignificandi facultate dicerent, nihílque differre putarent, ſi aut celſiſſima, aut terræ propinquiſſima, aut media volaret. Et ſi media, an ſi propius vel celſiſſimam, vel infimam, vel adhuc inter has mediam. Pari modo & ſi auis vel propinqua, vel longinqua volaret, ánne in his nulla foret diſtinctio. Arabs eas nihil ea, quæ vel in altitudinẽ, vel longitudinem, vel latitudinem eſſet diſtantia diſcrepare reſpondebat. Græcus verò de ſymmetro diſtinguebat, dextro & ſiniſtro, aſſerebátque ab auguribus hæc ſcripta eſſe, atque immoderatas diſtantias moderatis contrarias eſſe, teſtéſque in eam rem libros Appolletis, Athenæi, Chęremonis, Artemidori Phocę, atque aliorum multorum, qui in augurandi arte clari eſſent, proferebat. Depręhendi itaque proculdubio Arabem & confuſum, & à diſtinguendi arte alienum: Græcum verò diſtinctè loqui, & artificẽ eſſe. Nempe artis, quæ ſuorum theorematum iudicium per experimenta habet, diſſidentia ex diſtincta & indiſtincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus Græcum augurem in auium volatu artificioſum magis iudicaui: quippe qui & ex abũdantia quòd celebratiſſimos augurum teſtes exhiberet, fide dignus magis erat. Cùm verò Arabs plurimos ægrotantium, quibus vera prædixerat, teſtes citaret, ſuccedentis vt plurimùm eueni ſubſecuti cauſam pronũtiaui. Nempe ſi auis dextra moderatè diſtans viros ſeruat, immoderatè verò diſtãs fœminas: ſint autem plures quæ immoderatè diſtent, vna verò dúntaxat quæ, moderatè, iure quidem multis ſuccedet exanimi ſentẽtia, paucis verò nõ ſuccedet. Gręcus autem alias adiiciebat diſtinctiones, quibus etſi dextra auis immoderatè diſtaret, interdum tamen ſeruandum virum laborantẽ declararet. Nempe cinædum, & qui molle & muliebre ſtudium exerceret, veluti & ſacrificulum mulieris ſchemate ſeruari dicebat, rur-

Galen.

ſúmque & id ab optimis ſcriptum eſſe auguribus demõ A ſtrabat. Adde quòd & alias quaſdam adiiciebat diſtinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Retuli hæc propter ſequentem dictionem quam nemo conuenienter expoſuit, ſicuti neque eam, quæ antè ſcripta eſt, vbi ait: Quæſtiones ſanè huiuſmodi proponere non conſueuerunt medici, neque forſan, ſi proponantur, ſolui reperiuntur. Nam cùm clarè inquit Græcè τοιάδε Latinè huiuſmodi, id eſt, quæ ita diſsident, quidam de ptiſana ſola perperàm intellexerunt: alii autem paulò his melius de victu acutorũ, alii de omni ſimpliciter victu, alii verò de curatione vniuerſa prioribus quidem melius, ſed neque adhuc abſolutè. Cauſam enim totius diſſidii quæſiuit Hippocrates in omni arte, quæ experimentis iudicari poſſit. Quòd autem id ita habeat, manifeſtè per ſequentem condiſces oratio- B nem.

17 Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, ſaníſque ad ſecuritatem, ſeſéque exercitantibus ad bonum habitum, atque ad quod quilibet voluerit.

Sermo præſens eos arguit, qui Hippocratem exiſtimant præſcriptam dictionem de ptiſana ſola propoſuiſſe: eóſque qui de victus ratione, ſiue acutorum morborum, ſiue ſimpliciter vniuerſa factum id putant. Pari modo & eos, qui de curatione vniuerſa problema C eſſe exiſtimauerunt. Nempe prior oratio, quæ ita habet: Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, eos arguit, qui de ptiſana, atque alios, qui de ſola vel acutorum, vel morborum aliorum victus ratione antecedentem orationem eſſe opinantur. Neque enim ægri omnes à ſola victus ratione curantur: cùm multi ſint, qui manuum opera, & medicamentorum adminiſtratione indigeant. Adhuc verò magis neque à ptiſana ſola. Neque igitur de diæta ſola acutorum, neque de diæta ſimpliciter, quæ eſt in omnibus morbis, &c. ſermo Hippocrati exiſtit, neque de ſola ea, quæ ex his oritur, controuerſia, ſed de omni ſimpliciter arte, quæ experimentis tum diſcerni, tum iudicari nata ſit. Qui etenim communem, vniuerſalémq; iudicandi notam reperit, ex ea, quæ particularia ſunt, iudicat. Particulare autem vnum eſt, & quod de ptiſana medicis in controuerſiam venit: ſicuti & quod de victus ratione non acutorum modò, verùm quoque & morborum aliorum: atque etiam, quod generalius eſt, de curatio- D ne vniuerſa: & quod adhuc hoc generalius, vniuerſaliúſque eſt, de omni corporis prouidentia, & ſi ſanorũ ea fuerit. Nempe & hi ea indigent arte, non quæ ad cõſequendam ſanitatem præcepta tradat, ſed ad præſentem conſeruandam. Quod non prætermiſit Hippocrates cùm inquit: Saníſque ad ſecuritatem. Nempe vt talis ſeruetur, ſecuritate eſt opus. Vtilem quoque ait eſſe ſpeculationem & his, qui exercitantur ad habitum bonum. Vt enim ægrorũ curatio ea, quæ nunc ab Hippocrate propoſita eſt, ſpeculatione indiget, ſic & ſanorum ſecuritas, vt præſens ſanitas cõſeruetur. Sic & ſeſe exercitantium prouidentia, vt bonum habitum conſequantur. Hæc igitur omnia artis, quæ circa corpus verſatur, ſunt. Sed quod ſerie continuata dicitur, ad omnem extenditur artem. Quídnam etenim eſt, quod ait: Et ad quod quilibet voluerit? Nempe augur, aru-

ſpex, muſicus, rhetor, & artifex omnis ſimpliciter cauſam eius, quæ in ſua arte reperitur, controuerſiæ vnam eſſe ſciet: cùm ſcilicet vnuſquiſque particulare ad vniuerſale transfert. Ita ſanè & in auguribus factam controuerſiam depræhendi, eúmque, qui veriora loqueretur, iudicaui, atque ob id augurum memini Arabis & Græci. Nempe artis omnis conſtitutio ex propriorum à communibus diſtinctione oritur. Qui enim hæc diſtinguere poteſt, is optimus cenſetur artifex. Vt autem conſtitutio, ſic & iudicatio in diſtinctione ſubſtantiam habet. Nempe falluntur, qui artes conſtituunt, cũ quod cuipiam contigit, id vel in omnes, vel in plures, quàm oportet, extendunt. Quod ſiquidem nulli prorſus contigit, nemo id in tali arte perſuadebit ſibi verum eſſe. Nam in hoc verè oritur controuerſia, cùm vnuſquiſq; rem ſibi perſuadet, non circa illud, quod aſſumitur, confingitúrque contentioſè litigans: quomodo nonnulli de quibuſdam ſecus, quàm ſentiebant, fecerunt: quomodo & qui proponunt ambiguum eſſe vtrum vigilamus, dormimúſve, aut ſapimus, inſanimúſve. Quòd ſi manifeſtum eſſe id indulgeatur, vtri ſanè magis vera loquuntur, anceps inquiunt eſſe, an qui vigilant his, qui dormiunt, vel quàm inſanientes, qui non inſaniũt. Nullus ſiquidem, qui ſibi rem perſuaſerit, aut qui ſecum opinatus fuerit, ita ſermones facit: ſed qui contentioſè litigat, ſecúſque, quàm ſentiat, facit. Quidam autem in arte medicinali res nouas quidem ſunt aggreſſi, & cùm rebus prioribus melius quippiam inuenire nequiuerũt, ex vulgi affectione, quam Hippocrates recenſuit, ægrotarunt. Nempe quod externum, inuſitatúmque eſt, & nondum an vtile eſt intellectum, laudant magis, quàm aſſuetum, quod vtile eſſe eſt cognitum. Sunt qui ob victus ſuauiſſimi promiſſionem perſuadentes ægros alliciunt, doli, vafritíæque non ignari: ſed id propter lucri, gloríæque cupiditatem, aggrediuntur. Excepta ergo ea, quæ verbis fit, controuerſia, quam etiam viri huiuſmodi inter ſe habent, quæ ſecundum rei veritatem eſt controuerſia oritur, quòd enuntiatio non diſtinguatur, ſed de pluribus, quàm oportet, vel omnibus tanquã ſimiliter habẽtibus efferatur. Atque ob id iuſtè laudandus venit Hippocrates, qui de ſola ſecundum rei veritatem meminit controuerſia: quam, qui artem conſtituere aliquam volunt, patiuntur, cùm ſecum, ſuáque in anima differenter opinantur, & non verbis ſubdole ſimulatis id agunt ob gloriæ vel lucri cupiditatẽ. Nullus enim, qui animi conſilia verè per experimenta iudicat, Petronæ victus rationem recipiet, carnes aſſas adminiſtrans, vinúmque nigrum in his, qui acuta laborant febre, neque in tanta ſiti ita temperans, vt cotulæ aquæ vigeſimam porrigat partem. Talia ſiquidem diætemata abſurda ſunt: duorúmque alterum exiſtit. Nempe aut quòd externa, inuſitatáque ſunt, vafris ab hominibus exercitantur, parantúrque: aut ſummam propter temeritatem id agunt, ſi planè ſoli veritatem reperiſſe exiſtimauerint. Quæ verò ab Hippocrate ſcripta ſunt, ea in prudentibus viris, qui verè artem conſtituere ſtudent, reperiri poſſunt: cùm non maxima ſit læſio, quando, quibus non oportet, offeruntur. Talia igitur diſtinctu difficilem habent eam, quæ experimentis cõficitur, iudicationem, quæ autem valde differunt, facilem. Controuerſiam igitur in his, quæ parum inter ſe exuperant, iudicare, & quibúſnam ptiſana ſola exhibenda in acutis morbis ſit, & quibus hordeacea, & quibus nullo pacto id faciendum ſit, ſed potus ſolus ad iudicationẽ vſque porrigendus ſit, demonſtrare Hippocratis diligentia eſt dignum.

18 Ptiſana igitur frumentaceis guſtamentis rectè præferri mihi videtur in acutis morbis: eóſque, qui eam prætulerunt, laudo. Nempe viſcoſitas eius læuis, continua, iucunda, lubrica, & mediocriter humens, ſitim minimè infert: & ſi quid ablui eget, probè abluit. Non adſtringit, nõ malè turbat, neque in ventre tumeſcit. Nẽpe inter coquendum, quoad maximè potuit, intumuit.

Orationem hanc tantummodo legiſſe mihi videtur, qui librũ hunc De ptiſana inſcripſerunt: veluti proœmii partem primam, qui aduerſus Gnidias ſententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in ſecunda proœmii parte non amplius Gnidios medicos contra agere, ſed ſeſe ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere eſt viſus. Tertia autem proœmii pars, quam hucuſque percurrit, ad eam, quæ victũ morbis acutis præſcribit, artem ſpectat. Neque tamen ad eam ſolam eſt accommoda, verùm quoq; & alteri, qui vniuerſalior ſit, ſubiecta eſt ſermoni. Demonſtrauimus autem in his, quos in ſcripta De fracturis, articulíſque parauimus commentariis, Hippocratem ſubiectos, ſpecialéſque ſermones pro aliis quibuſdam vniuerſalioribus obſignare conſueuiſſe, doctrinámque vniuerſaliũ ex ipſis, quæ tanquam exempla conſtituit, efficere. Neque enim ita ab inſtituto recedit, neque ſæpius præcipit quod multorum commune exiſtit. Quo autem modo in ptiſana ſermonem fecit, cauſam eius, quæ de ipſa eſt, contentionis tum veſtigans, tum decernens, ſic & de omni acutorum morborum victu rectam tulit ſententiam. Quinetiam & de venæ ſectione, & purgatione, & tum glandis, tum clyſteris vſu: de cataplaſmatis item, fotibus, vino, aqua mulſa, oxymelite, & balneo, non parua inter medicos exorta eſt controuerſia. Quę omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo vna, quam nuper dixi, vim cuius neque ignoraſſe viſi ſunt, qui ſe Empiricos nominauerũt, dioriſmis, id eſt, diſtinctionibus propria à communibus ſeparantes. Cõſueuerunt autem diaſtolas magis, quàm dioriſmos appellare ſermones eos, qui quod proprium eſt, à communi ſeparant, diſtinguúntque. Iam ergo quę ab Hippocrate de ptiſana dicuntur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis guſtamentis prætuliſſe in acutis morbis ptiſanam. Frumentacea guſtamenta intelligit, quæ ex frumento fiunt: frumentum autem Græcè σίτον homines appellant, maximè quidẽ triticum, ſed iam etiam hordeũ ac zeam illis attribuũt. Appellationẽ verò ad plura extẽdentes, cerealia quoque appellata ſemina connumerant, lentem videlicet, fabam, lupinum, cicerculam, panicũ, milium, piſum, fœnum Græcum, auenam, tipham, cicera, & quæcunque id genus alia. Horum igitur omnium frumentaceorũ guſtamentorum, cætera quidem etiam vulgò damnantur, quòd protinus magnum inferant detrimentum. Panis autem ſolus, & chõdrus, in acutis adminiſtrãtur morbis, & ad hæc ſola, ptiſana cõparari poteſt. Lens ſiquidem, & miliũ, & fœnum Græcũ tanquam medicamenta ob quoſdã ventris morbos exhibẽtur, & non tãquã nutritura cibaria. Ptiſanam igitur rectè prælatam eſſe ait frumentaceis eduliis, pani ſcilicet, chondro, & zeæ,

ex

ex qua fit tragus appellatus. Nam eorum, qui chondrũ temporibus Hippocratis nondum fuisse existimant, ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis, qui chondri meminerunt, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro De victu salubri, de chondro ipso mentionẽ fecit. Nam etsi liber ille Hippocratis nõ sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel alterius cuiuspiam ex antiquis (nempe ad multos librũ hunc referunt) sanè omnes hi veteres viri sunt, atque ex eis quidam & Hippocrate antiquiores extitit, alii verò tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidæ filio, qui librum hunc confecit. Nã auus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit, aliorum verò sententia duos scripsit De mẽbris fractis, & articulis. Quare autẽ ptisana frumentaceis eduliis nõ perperàm antepositа sit, ostẽdetur per ea, quæ ipse infert, inquiens: Quæcunque etenim ad acutorum morborum sanationẽ insunt bona, nulli alteri inesse cõperies. Rectè autem iudicabis, si & acutorũ morborum naturam, & ptisanæ vires cognoueris. Natura igitur acutorum morborũ est, vti ipse paulò antè dixit, vt horum febres omnino sint cõtinuæ. Febris vero ortus caloris natiui ad igneum est conuersio, vt alibi demonstrauit, & nunc manifestabit inquiens: Ex thorace siquidem incipit, atque ad caput flammã mittit. Prætereà in libris Vulgarium morborum febrẽ magnam ignem vocare consueuit: quasi non aliam habeat naturam, præter quàm ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorũ remedia existant, sanè febris peculiare remedium vt virtute tum refrigerante, tum humectante sit, oportet. Id nanque febris naturæ, quæ & calida, & sicca est, contrarium erit. Talis siquidem naturæ est ignis. Prætereà cùm febres, & ex humorum putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet, vt quicquid ex ipsis concoqui possit, concoquatur: & quod iam exustum sit, neque ampliùs concoqui possit, euacuetur. Quòd si febrientibus ipsis cibi vsus sit, qui hæc efficere queat, si etiam facilè tum coquitur, tum distribuitur, iam omnia hęc, quibus est opus, habuerit. Quænam igitur sit ptisanæ virtus, ex Hippocrate audiamus: Viscositas, inquit, læuis est. Læue, exasperanti opponitur. Exasperant autẽ acria, acida, & adstringentia: Acria sanè omnia calfaciunt, vt eruum, fœnũ Græcum. Acidorum cætera quidem dimittantur: de oxymelite verò est dũntaxat cogitandum. Dimittantur pari modo ex adstringentibus pyra agrestia, & mespila, & quæcũnq; huiusmodi, atque ex frumentaceis lens, & similia. Exasperantium igitur malitiam ptisana effugit, vtpote quę læuorem non tactu solùm, verùm quoque & facultate habeat. Est item & viscositas eius continua. Est siquidem in omni parte sibi ipsi similis propter exactam coniunctionem: quod zeæ nullo inest pacto. Laudatur præterea non parum quod in ptisana iucundum & mite existit, quod immiti, iniucundóque opponitur, id est, quod, dum sumitur, insuauitatem quandam facit. Sicut denique & panis insuauis est, dum sumitur, nisi abundè ipsum maceraueris, madefecerísque. Imò & ita superatur ab ea, quæ in ptisana est, iucunditate, quæ mandi non indigeat, sed potuum instar sorberi possit. Neque paruæ est prærogatiuæ ptisanæ lubricitas, præsertim cremoris. Pertransit enim thoracem, in nulla ipsius parte quippiam, dum transit, relinquens, veluti faciunt, quæ in meatibus infarcta adeò obstruant, vt vix absolui possint. Quod accidit viscosis omnibus, excepta ptisana. Hinc sanè quæ ex chondro fit sorbitio, quod quidem viscosum sit, habet sed lubrico est A destituta. Ptisanæ autem inest & lubricum, & detergens: quapropter medici ad detergendum eum, qui in ventre infarctus est, humorem, vomitibus exhibito ptisanæ cremore, veluti & aqua mulsa, vtuntur. Crudam quoque conterunt ptisanam puerorum mangones, faciésque vt vitiosos cutis exterant colores, illinunt. Quod autem in ea deterforium existit, id & ad deiectionem est idoneum, distributionémque, præsertim vbi ex sima hepatis ad gibbam transmeare debeat, quę distribuitur, alimonia. Hic etenim infarciuntur, quæ crassi succi sunt, & quæ tenaciter glutinis modo adhęrent. Atque ob id chondrus non in affectis iecinore solùm maxime nocet, verùm quoque & in his qui viscus hoc nullo quidem pacto læsum, sed cùm meatuum angustia naturaliter afformatum habent. Qui igitur ita natura affecti sunt, ipsis tum viscosa, tum crassi succi B omnia infarciuntur, atque opplent, atque ob id grauitatem in eo viscere sentiunt, cùm hæc distribuũtur. Prętereà ptisanæ viscositas humens est: sed non vehementer, vt aqua & melicratum, sorbitio item ex chondrò, & ea, quæ sorbentur, oua. Nempe ea omnia stomachũ languentibus ipsis ita manifestè supinãt, vt subuersum ipsum esse existiment. Verùm ptisana humectare quidem valet, sed stomachum subuertere non potest. Stomachum autem hoc in loco intelligere oportet, vt huiusce temporis homines dicere consueuerunt, nõ meatum vẽtriculi tantummodo, verùm quoq; & os ipsius. Quod si imbecillum fuerit, atque exolutũ, manet diutiùs in eo, quod indigestum est, supernatans. Sed contrarium vsu euenire natum est, vbi à cibo aliquo boni succi reductum, quod continetur, expellit. Nempe humor protinus cum ipso recedit, & coquitur, atq; quod C ita expulsum est deiicitur. Nec secus quàm crudum manet, tardéque cedit, quod in ore ventris supernatat. Nempe partis huius munus est appetere, non concoquere. Quæ igitur adstringunt edulia, vt ventriculi os roborant, sic & plus iusto exiccant. Pari modo & quæ ex chondro paratur sorbitio, vt humectat, ita & supinare nata est. Ptisana igitur humectantium vim assecuta, malitiam effugit. Déinceps ptisanam sitim minimè inferre ait Hippocrates, maximum quippiam & hoc esse in his, qui corpus tum exurunt, tum siccant, morbis testatus. Hac sanè occasione ptisana, quàm aqua mulsa, longè melior existit, quanquàm abluendi bonitem, quam déinceps huic inesse ait, similiter aquæ mulsæ nacta fuerit, imò si ptisanã aquæ mulsæ comparaueris, ptisanam ipsam in acutis morbis & superiorem, & melioris conditionis esse reperies, quod procedente D ostendam sermone. Nam de ptisana sermonem absoluere est tempestiuum. Probè siquidem abluere dixit cũ adiectione: Si quid ablui egeat, quasi non in omnibus acutis morbis probè abluente vtamur edulio. Nempe cætera omnia, quæ de ptisana dicuntur, bona morbis omnino prosunt acutis: sed abluendi bonitas, quibus ventrem subduci volumus, vbi cibus in via moratur, est idonea. Probè igitur abluere febrili affectioni, neque tanquam contrarium, neque tanquã familiare auxilium vnum vtile existit: sed bene tanquã symptomatis alicuius emendatorium, correctoriúmq;. Déinceps inquit: Neque adstringit, neque malè turbat, viscositas scilicet ptisanæ: sic enim sermonem de ea inchoauit. Non adstringere autem quibusdam maximè bonũ existit. Nemo siquidem adstringentibus vtitur cibis, nisi vel propter symptoma, quod animi deliquiũ inducat, vel propter immoderatũ ventris profluuium. Cogunt

siquidem, constringúntque corpora, viásque tum distributionis, tum alimoniæ, tum eius, quę foras fit, perspirationis conniuere faciunt, quas reclusas, apertásq; esse conducit. Quòd autem non turbet, id est, nullam, dum concoquitur, faciat perturbationem, in laude & ipsum præstat ptisanæ. Perturbatio autem huiusmodi ex multis pariter eduliis: his quidẽ ventrem mordentibus, aliis verò inflantibus, aliis itẽ quæ pugnantibus facultate partibus constant: quod tum in lenticula, tum in brassica reperitur. Nempe solidum ipsarum corpus ventrem cohibet, ius autẽ ipsum proritat, subducitq;. Sic & qui cerebrum cum oleo, & garo cõdiunt, totum ex ipsis tũ dissimilare, tum sibi ipsi pugnans efficiunt: cerebro quidẽ stabili, & tardè meante, mistis verò ipsi ad deiectionem excitare idoneis. Pari modo & de ouo dicendum, siue cum melle, siue cum sale, siue cum garo adsumatur. Nempe quod ex ipsis constat, differentes habet facultates. Iura item ferè omnia. Quapropter & circa sermonis initia viscositatem ptisanæ laudans inquit, cõtinua, quòd sanè citra totius in partibus omnibus similitudinem non fit. Verùm in præsentia huic verbo Turbat, adiecit hoc aduerbium Malè (sic Græcè ὅτε ἄραδον κακὸν) ptisanã non turbare haudquaquam simpliciter asserens, sed malè adiiciens. Nihil enim ciborum concoctioni, quàm hoc ipsum, aduersatur magis. Quo fit vt qui de concoctione scripserunt, ciborũ varietatem, præsertímque vbi variis constent facultatibus, nocentissimam dixerint, vtpote quę ingesta ipsa probè concoqui prohiberet. Obseruant id maximè tum exercitiorũ magistri, gymnastæ appellati, tum qui legitimè athleticam exercent. Prandio siquidem panem dũntaxat edunt, in cœna verò carnem. Plura de his enuntiarem, nisi scirem te inuenire ipsa posse, qui ex his, quæ de concoctione in commentariis De facultatibus naturalibus dicuntur, sis instructus. Commentarios autem huiusmodi si neglexeris, frustrà in his versaris. Quapropter de perturbatione huiusmodi supersedens, ad omnium vltimũ me transferam, quod ab Hippocrate de ptisana adhuc loquente dicitur, Neque in ventre tumescit. Nempe multos ptisanam, quòd flatuosa esset, damnantes, haudquaquam ignorans non abs re adiecit. Nam inter coquendum quoad maximè potuit, intumuit. Qua sanè adiectione crimen, controuersiámque, simul & purgationem significauit, concoctionémque edocuit. Scribit quædam & nihilò minus de coctione in sequentibus, sed in præsentia tantillum hoc sermoni de ptisana adiiciam. Ptisanam si valde coxeris, cibum haudquaquã flatuosum efficies. Pulmentum autem ex faba fresa, neque si tribus coxeris diebus flatu viduum, orbatúmque reddideris. Nempe ex propria substantia quod flatuosum est habet, non autem ob diminutam cocturam veluti ptisana. Sunt qui ab ipsius coctione ocyus recedere consueuerunt, potissimúmq; diuitum coqui. Terunt siquidem crudam eam, atque déinde parum calfaciunt. Non enim coctã dominis offerunt. Sed de coctione ptisanæ, vt dixi, rursum dicetur. Nunc autem posteaquam vires ipsius demõstrauit, déinceps vsus distinctiones docebit, ad quẽ & ego me conferam, vbi me in sequentibus absoluturum sermonem de ptisanæ ad aquam mulsam, & alia, comparatione præmonuero.

19 Qui igitur in huiusmodi morbis ptisana vtetur, ne vno quidẽ die vasa, vt ita dicam, inaniri permittat, sed ab vsu eius
A nequaquam desistat, nisi vel propter medicamentum, vel clysterem, eum desistere opus sit.

Soluere incipit quod quæritur. Sed quoniam dictionem ipsam non exactè interpretatus sit, ob id obscurum, ambiguúmque reddidit sermonem. Quapropter quónam maximè expositus modo nihil obscuritatis habeat, referre conabor, sermonémque ab initio hoc repetam pacto. Quænam est causa discordiæ, cur in acutis morbis alii quidem ptisana hordeacea vtantur, alii solo ptisanæ cremore, alii ne hoc quidem ad morbi vsque iudicationem? hoc sanè est problema. Sed solutionem déinceps audi. Qui acutis laborant morbis, alii quidem à cremore solo, alii à ptisana ipsa, alii ab horum neutro iuuantur. Sed sanè immodestiùs de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum
B vnusquisque sententiam, non considerata ea, quæ in omnibus esse debuit, experiẽtia. Sed distinguam ego, demonstrabóque quínam à ptisana iuuantur, quínam à cremore solo, & quínam neutro indigeant. Tota igitur ptisana vti debent ex acuto morbo laborantes, qui neque alio quopiam antè indigent remedio, quale vel per sectam venam, vel ventris subductionem, vel quippiam simile fieri solet, neque etiam eis insit, quod periculum minetur, symptoma. Cremore autem, qui aliquid tum fallacius, tum periculi magis particeps habent. Quos verò vel sanguinis missione, vel purgatione vacuare expedit, vel etiam dolores sedare: his non antè vel ptisanam, vel cremorem dabis, quàm quippiã eorum, quæ dixi, feceris. Sanè hæc Hippocratem præscripsisse oportuit, & ab vnoquoque singularium rursus incœpisse: atque hoc pacto futurum sermonem ob-
C scuritate omni viduum, priuatúmque fecisse. Verùm quoniam id non fecit, non absque causa obscurus, abiecto conueniente ordine, est effectus. Nos autem dictiones ipsius secuti, reducamus vnamquanque ad ea, quæ antè dicta sunt, capita, atque in primis diligentia adhibita præsentem exponamus dictionem. Quare me latiùs explicantem Hippocratis dictionem, simúlque & verba aliqua gratia perspicuitatis adiicientem audito. Qui igitur ægrotantes ptisana in his morbis vtuntur (dicam autem paulò pòst quínam ea vti debeant) hi quidem nulla die vasa inaniri (vt ita dicam) permittant, nisi desistere debeant vel propter medicamentum, vel propter clysterem. His ergo, si bis dederis, cùm opus habuerint, bene facies, atque tanta copia, quantã corporis tolerat virtus. Explicabo autem tibi scopos, quibus attentus vel per ventrem, vel per ve-
D nas ipsos euacuabis, aut fotibus, cataplasmatísve veris. Hæc si prædixisset, déinde singula seriatim resumens conuenienti exposuisset ordine, non obscurus fuisset sermo ipsius. Nunc autem quod interrepit, interlabitúrque semper, ad finem vsque persequi cupiẽs, vbi sermonem non parum suspensum esse voluit, iure obscurum fecit. Vera autem me loqui deprehendes, si dictiones singulas omnes claras, manifestásque inueneris, orationem verò totam incompositam, & ob id obscuram.

20 Pró inde qui bis die cibare consueuerunt, bis ptisanam dare oportet: qui semel, semel quidem primo die detur, dein ἐκ προσαγωγῆς, id est, sensim, paulatímque, si fieri potest, bis quoque detur, si opus habere visum

viſum fuerit.

Bis cibandos ipſos inquit, qui bis cibari conſueuerunt, atque ſi adſumendi neceſsitas fuerit, etiam ſi ſemel tantùm cibari conſueuerunt, ptiſanam bis dabis, ab ipſo quidem ſemel incipiens, ſed paulatim ad bis ipſum procedens, nempe ἐκ προσαγωγῆς, id eſt, ſenſim, id declarat. Fítque res hoc pacto: Semel quidem dabis, quod ſatis ſit: ſed minimũ ſit quod ſecundò exhibeas. Déinde paulatim augebis, ídque efficies, donec ambas æquari alimonias continget. Sed nondum ſermonis huius fides huic patet, qui librum hunc Hippocratis legit, quòd neque ab ipſo eſt præmonſtratum, quínam ſint, qui commodè ptiſana vtantur. Verùm vbi mediocriter ægrotantes ab ipſo ita cibari prędixero, paulò pòſt & Hippocratem ipſum velle id demonſtrabo. Atque hæc tibi ſit præſentis huius dictionis expoſitio. Sũt autem plerique, qui dictionem hoc ſcribãt pacto: Qui ſemel cibari conſueuerunt, ſemel quidẽ prima die dandum ſenſim, paulatímque, quod ſi fieri poteſt, bis quoque detur, ſi opus habere viſum fuerit. Sed mente caret dictio hæc. Nam quòd prima detur die ſenſim, paulatímque, fieri non poteſt, cùm ſenſim ipſum pluribus ingeſtionibus fieri natum ſit: non ſemel, neque ſtatim in prima.

21 Verùm inter initia neque multam, neque craſſam admodum dare oportet: ſed quantum & ob conſuetudinem, & ne multa vaſorum inanitio fiat, ingerere conuenit.

Qui Hippocratẽ replere ægrotantes aſſerunt, quòd his, qui citra periculum agunt, bis quotidie ptiſanã dare iubeat, ſi, quod in dictione retulit, conſiderarent, ſe ipſos condemnarent. Tantum ſiquidem ſorbitionis dari præcipit, quantum alimoniæ corpori & ob conſuetudinẽ, & vt non multa fiat vacuatio, adminiſtrari conuenit. Si igitur ptiſanę oxybaphũ, id eſt, cotulę quartam partem, quæ quotidie ad ſeptimam vſque, vel nonam diem exhibetur, minoris eſſe facultatis, quàm id, quo alunt nutrimentum faterentur, mea ſententia à nugis ſeſe cohibuiſſent. Sed paulò pòſt id declarabo, atq; in præſentia verbum hoc Inter initia, quod Græci dicunt κατ' ἀρχὰς, exponam. Neque enim morbi principium id ſignificat. Sed ex eo generalius audi ſignificatum. Nempe cùm ægrotans primùm ptiſana egere videbitur, tunc protinus neque multam, neque admodũ craſſam dato. A multa ſiquidem, & ſubita tum repletione, tum vacuatione abſtinuit Hippocrates.

22 Verùm dandæ ſorbitionis quantitas hoc obſeruabitur pacto. Nẽpe ſi morbus ſiccior, quàm vt quiſpiam exiſtimet, fuerit, non multum dare oportet: ſed ante ſorbitionem, vel mulſam vel vinũ vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit: quod autem modis ſingulis iuuare poſſit, dicetur.

Morbus ſiccior variis dignoſcitur modis, quanquàm vniuerſalem, communémque rationem habeant eandem. Peripneumonia quidem, & pleuritis, atque omnino qui tum pulmonem, tum aſperam arteriam infeſtant morbi, cùm nihil ab affectis expuitur parti-

A bus, iecinoris verò morbi, vel meſaræi, vel ventris, vel ieiuni, vel inteſtinorum, vel lienis, vbi aluus prorſus cohabita ſit, aut pro neceſsitate excernat tum dura, tum aridiora, & in ſeſe conuoluta, caprarúmque ſtercora referentia excrementa. Morbi tum arteriarum, tum venarum dignoſcuntur linguæ ſiccitate, & ea, quæ totum corpus occupat, ariditate. Phlegmonæ pari modo fiũt duræ in his, quæ tum foris, tum conſpicuè apparent hulceribus, vbi ſcilicet nulla ex ipſis ſanies effluat. Sępius & in oculis phlegmonæ etiam duræ oriuntur nihil excernentes. Cerebri prætereà ægritudines, quæ neque per nares neque per palatum expurgantur, iure optimo ſiccæ dicuntur. Et ſanè ſuperfluitatũ nihil excernere, ſiccorum omnium morborum notam eſſe nõ ignoras. Non immeritò igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptiſanam adſumi iubet, vt vel aquam mulſam vel vinum, tanquam hæc, quàm aqua, magis B humectent. Sed quoniam vires ipſorum ſeſe enarraturum pollicetur, ob id & nos eorũ, quæ ad aquam eſt, comparationem, in eam differemus libri partem, quæ horum vires edocet.

23 At ſi os madeſcat, & quæ à pulmone expuuntur, talia ſint, qualia eſſe oportet, ſorbitionis quantitatem, vt dicam ſummatim, augere conuenit. Nempe quæ citiùs, magíſque madeſcunt, iudicationis denuntiant celeritatem. Quæ verò tardiùs, minúſque, tardiorem ſignificant iudicationem.

C A morborum ſiccorum genere ad eos, qui contrario pugnant modo, conuerſus, déinde memorato citra omnium adiectionem vno, narrationem ſuam commune omnium eiuſdem generis exemplum ratus, meritò obſcuritatem fecit. Nempe os madeſcere, & talia à pulmone expui, qualia oportet, morbi non ſimpliciter ſunt humidi notæ, qui omnino in omni ſit corporis parte: ſed cùm cuiuſpiam eorum, quæ reſpirationi ſubſeruiunt, inſtrumentorum affectione. Ob eam rem, vt dixi, dictio Hippocratis obſcurior eſt reddita. Sed quod ab eo enuntiatur verum omnino eſt, quòd ſcilicet quæ per ſputa, veluti oportet, excreta expurgãtur, celeriter iudicantur. Contraria verò duorum alterum ſubeunt. Nempe aut in perniciem, aut in longũ finiuntur tempus. Ergo qui probè expurgantur, his ptiſanã dare oportet, virium corroborandarum gratia, quo D expuitionibus humorũ ex pulmone per tuſsim fientibus ſufficiant. Nam qualia eſſe oportet, ſunt ea, quæ coctionis notas habent, de quibus abſolutè diximus tum in his, quos De criſibus, tum in illis, quos De temporibus morborum fecimus commentariis: prætereà & in expoſitione Aphoriſmi illius, vbi Hippocrates quónam oportet modo ex apparentibus prænotiones facere oſtendens, ſermonis exemplum pleuritidem ſcripſit hoc pacto: Veluti in pleuriticis, ſi ſputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: ſi verò poſteà appareat, producit.

24 Et hæc quidem per ſe talia parte plurima exiſtunt. Sed multa quoque alia peropportuna, quæ coniectanda ſunt, prætermittuntur, quæ poſteà dicentur.

Dixi & ego sermoni huic deesse non pauca, quæ ad distinctè, definitéque loquendum commoda existunt, de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solùm vult intelligere, quæ dicta sunt. Ea siquidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

25 Et quantò maior fuerit expurgatio, tantò magis ad iudicationem vsque dare oportet: sed maximè duos ab iudicatione dies, quibus vtique vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio. Nam & dierum tum paritas, tum imparitas perpendenda sunt. Post hoc autē manè sorbitionem dabis, serò autem ad cibaria tete conferes.

Κρίσιν, id est, iudicationem, nunc dixit vel perfectam morbi solutionem, vel permutationem eam, quæ vsqueadeò insignis sit, vt æger periculum omne euaserit. Duos autem ab iudicatione iubet adnotari dies, vt & eos, qui diebus, tum paribus, tum imparibus fiant accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interdum vt tanquam soluto exactè morbo ægri confidant, cibentur deinde negligentiùs, & eius, quæ per circuitum repetat, accessionis occasionem præbeant. Tutum igitur est, etiam si morbus iudicatus fuerit, ad duos vsque dies diligentem victus rationem, qua æger vsus fuit, seruare. Præteritis autem ab iudicatione diebus duobus, iam securum est pleniùs cibare, sic vt neque mutationem eam, quæ vniuersim, subitóque fit, efficiamus, sed manè quidem sorbitionem demus, posteà verò progrediente die iam, & frumentacea exhibeamus alimenta. Constat igitur, Hippocratem languentibus ipsis neque aliud quippiam ante præfinitum tempus nuper dictum dare, neque panem, sed ptisana omnino contentum esse. Quòd ægrum satiantis, replentísque non est, sed potiùs, si quis vitio vertere voluerit, tenuiùs, quàm oportet, cibantis. Verùm ita cibare neque tenuius iusto est, neque plenius, quàm oportet, sed exuperantiarum exactè est medium, & maximè laudabile. Quòd autem ita cibare sit medium, argumento est eorum, qui contraria vitio vertunt, contentio. Quo è numero Thessalus, eiúsque sequaces, tanquam ægros replentem accusant Hippocratem, Erasistratus verò tanquam fame necantem. Nam quæ ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium, Dexippúmque Hippocratis discipulos dicuntur, calumniam habent eius, qui per famem fit, cruciatus, qui ad Hippocratem magistrum refertur. Sed sanè Erasistrato ignoscendum magis, vtpote qui verisimilia dicat: cæteros verò qui Hippocratem ægros replere aiunt, viros Thessalo dignos esse est existimandum: qui neque aliud quippiam scriptorum Hippocratis, neque quę de victus ratione proferuntur, nouerunt.

26 Talia autem parte plurima prosunt iis, qui protinus tota vtuntur ptisana.

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptisanam simpliciter dixerit, vnum & idem ex tribus his significatur vocabulis, ptisanam vnoquoque non colatam significante. Nempe si à decoctione quis ipsam colauerit, deinde cremorem separauerit, dederítque, is neque tota, neque hordeacea, neque simpliciter dicta vti ptisana dicetur, sed solo ptisanę cremore. Rursus autem

in pręsentia memorabo quinam sint, qui ptisana tota

A ab initio vti debeant, breuísque erit memoratio, nisi segniter, desidioséque, quę prædicta sunt, audiuisti. Si ergo, quę expuuntur, vtilia fuerint, ęgérque neque medicamento, neque clysteri egere videatur, ptisana hunc cibare iubet. Sed & consilii rationem ipse adiecit, inquiens.

27 Dolores siquidem pleuriticorum confestim sponte desinunt, vbi aliquid effatu dignum tum expui, tum expurgari cœperit. Nempe & purgationes lōgè perfectiores existunt, minúsque purulenti ita fiunt, quàm si quis aliter cibaret. Prætereà iudicationes simpliciores, faciliorésque, &

B minùs reuersoriæ.

Probè autem hæc omnia à ptisana fiunt, tum quòd humectet, mediocritérque incidat quę expui debent humida, tum demum quòd virtutem roboret. Concurrentibus siquidem vtrisq; ocyùs expurgantur, qui respirationis instrumenta infestant humores, quos quidem & humectare, & secare potest ptisanę modo aqua mulsa: sed virtuti robur non addit: contraria autē pollent facultate & panis, & chondrus. Nempe virtutem quidem roborant, sed neque humectant, neque secant. Quod neque alteri cuipiam inest eorum, quę medici languentibus dare consueuerunt, verbi gratia, ouis, gallorum testiculis, alis, piscibus, iuuenibus columbis, & quæcunque id genus sunt. Quare qui lenticulam ex aceto confectam pleuritico in ea morbi declinatione,

C quæ nihil aliud, quàm coctorum expuitionem desideraret, exhibuit, is non immeritò languenti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est, mortis occasionem dedisse est visus: imò lenticulam nemo, qui mentis compos fuerit, dederit. Quòd si æger aquam mulsam, ptisanámque fastidierit, pisces saxatiles sunt maximè idonei, ex aqua scilicet, & porro, & anetho, & sale, ac moderato oleo parati: atque ex non saxatilibus aselli. Sed anteà oxymeli propinarè oportet: neque enim id stomacho aduersatur, nisi affectis in languente neruis, & in muliere, vtero. Quòd si oximelitis loco medicamentum aliud dare volueris, dabis eam, quæ ex marrubio, & iride fit, confectionem. Nempe hæc si per se cum mulsa bibatur, maturat probè quæ tum in thorace, tum in pulmone sunt superflua, atque ad expuitiones præparat.

D 28 Ptisanam autem ex optimo confectam esse hordeo oportet, atque quā probissimè coctam, & maximè si non solo vti debeas cremore.

Probatissimum hordeum priùs, quàm experiaris, ex eo solo quòd & plenum sit, & nihil rugosum in se habeat, iudicabitur. Sed experientia iudicatum per decoctionem deprehendetur, vbi scilicet plurimùm intumuerit, & succum fecerit plurimum, quod stabile, ratúmque facultatis ipsius est argumentū. Nempe quod ab alendi bonitate sumitur, id scientificum non est, neque perpetuò verum, quanquam vt plurimum insigne, egregiúmque. Ptisanam autem perpetuò optimam esse iubet: sed maximè si non solo vti cremore velimus, verùm & ipsa tota. Quare autem id præcipiat, manifestè declarauit, cùm inquit.

Nam

29 Nam præter reliquas ptiſanæ facultates lubricitas eius, ne hordeum, cùm deuoratur, noxam inferat, efficit: neq; enim adhæret, neque in recto thoracis manet tramite, ἴξιν eum vocant.

Hippocratem ἴξιν vt plurimum quidem ἰθυωρίαν, id eſt, rectum tramitem. Interdum autem & φορὰν, id eſt, delationem dicere non ignoramus. Quòd autem ptiſanæ hauſtæ per thoracem tum rectum iter, tum delatio ad ventrem vſque per ſtomachum fiat, liquidò cõſtat omnibus: vúltque Hippocrates in ea re nihil ipſi adhęrere. Nempe cùm multa in thoracis, pulmoníſq; affectionibus exiſtit caliditas, quod adhæret, areſcítque, atque adeò pertinaciter obſtruit, vt vix abſolui
B
poſſit, id anxietatem quandam, & ſitim facit.

30 Lubriciſſima autem eſt, ſitim maximè arcet, facillimè concoquitur, & infirmiſſima exiſtit, ſi optimè cocta fuerit, quibus omnibus eſt opus.

Ptiſanam probè coctam non lubriciſſimam modò, maximéque ab inferenda ſiti alienam, & facilis domituræ eſſe aſtruxit, ſed tandem infirmiſſimam eſſe adiecit. Quòd maximè lubrica ſit, ſi probè cocta fuerit, iam anteà eſt enuntiatum. Sed quòd ab inferenda ſiti maximè aliena ſit, hic propter hordei naturam continuò adiicitur. Eſt autem hordeum temperamento frigidũ. Verùm quónam pacto ſubſtãtiam ipſam tum frigidam, tum calidam iudicare oporteat, inter animantia quidẽ in libris De temperamentis diximus: inter ea verò, quæ anima carent, in his, quos De ſimplicium medicamentorum viribus fecimus, commentariis. Imò & facillimæ ait eſſe concoctionis ptiſanam huiuſmodi, vtpote quæ diſſoluta ſit, neque quippiam habeat quod & durum ſit, & difficulter perfici poſſit, atque haudquaquã flatuoſam iam propter longam cocturam effectam eſſe. Quantum verò ſpectat ad id, quod in dictionis fine dixit, ptiſanam huiuſmodi infirmiſſimam afferẽs: ſi nihil de probiſſima ipſius concoctione anteà egiſſet, prõptum eſſet ſermonem Hippocratis ad eam, quæ in ventre fit, domituram referendum affirmare: quaſi infirmiſſimam dixiſſet, quæ in ventre & facilè vincatur, & perficiatur, & permutetur. Sed quoniam id prædixit, infirmitatem illam intelligere oportet, quòd vel paucam præſtet corpori alimoniam, vel nullam habeat qualitatem, quæ vſqueadeò vehemens ſit, vt vel neruos, vel mentem feriat, quomodo acetum, vinúmque.

31 Niſi igitur quis, quantum deeſt, contulerit, vt ptiſanæ ſorbitio ſufficienter paretur, crebriùs ſanè detrimentum afferet.

Docere incipit quæ paulò ante ſe dicturum promiſit, cùm dixit, Multa quoque alia perοpportuna, quæ coniectanda ſunt, prætermittuntur, quæ poſteà dicentur. Quod autem verbum τιμωρῆσαι, id eſt, cõferre, tum apud antiquos, tum apud Hippocratem ipſum ſæpius pro βοηθῆσαι, id eſt, auxiliari, dictum ſit, demonſtratum eſt & in aliis libris per eas, quas in ipſos confecimus, enarrationes.

32 Quibus enim cibus ſtatim incluſus,
A
ſi quis non vacuato eo ſorbitionem dederit, dolorem, ſi adeſt, adaugebit: ſi non adeſt, protinus inducet, frequentiórque reddetur ſpiritus, quod malum eſt. Nempe pulmonem exiccat, fatigátque tum hypochondrium, tum ventrem imum, tum ſeptum tranſuerſum.

Cibum dixit, quod ab eduliis in inteſtinis ipſis continetur excrementum: quod Græci & σκύβαλον, & κόπρον appellant. Si igitur incluſo eo, id eſt, ex multo tempore haudquaquam eiecto, ptiſanam quis propinauerit, lateri offenſam fieri eſt neceſſe propter inteſtinorum opilationem, quam ex collecto in ipſis ſtercore, flatúq; propter oblatam ptiſanam haudquaquam per-
B
tranſeunte, & demum ob prauam, quæ ad affectam partem fit, diſtributionem nacta ſunt. Quo fit vt ex hauſta ptiſana, neceſſariò dolorem, ſi adſit, adaugeat: &, ſi conquieuerit, reducat. Nempe vapores, flatuoſique ſpiritus, & ſcyballorum exhalationes, cùm ad latus perueniunt, dolorem ipſi pariunt, adaugéntque: ob eas cauſas & frequentior fiet reſpiratio. Vocauit autem totam reſpirationem ſpiritum & in Prognoſtico, & in libris Popülariter vagantium morborum. Denſata autem, frequénſque reddita reſpiratio, reſpiratoriis in organis aſſiduum ob motum caliditatem efficit maiorem, qua ſiccantur tum pulmo, tum ſeptum tranſuerſum: ſiccantúrque vnà, & calfiunt eæ, quæ tum in hypochondrio, tum in peritonæo exiſtunt, animalis partes. Omnes ſiquidem in reſpirationibus vnà cum thorace mouen-
C
tur. Quod autem principio dictionis dicitur: Quibus enim cibus ſtatim incluſus eſt. Vocem hanc, ſtatim, ordine habet commutato: quę ſi ſuam, peculiarémque acceperit concinnitatem, compoſitionémque, dictio ita habebit: Niſi præfato ptiſanaceæ ſorbitionis modo ſuppetias tulerimus, frequentiùs orietur læſio: ſtatim ſiquidem quibus cibus incluſus eſt, niſi quis priùs vacuato eo ſorbitionem ita dederit, maximam afferet offenſam.

33 Præterea ſi lateris dolor aſſiduus eſt, calidíſque fomentis non remittitur, ſputúmque non procedit, ſed καταγλισχραινόμενον ἀσαπέως, id eſt, ſummè citra coctibilitatẽ glutinoſum ſit, niſi quis dolorem, vel alui ſub-
D
ductione, vel ſecta vena pro vtriuſuis exigẽtia ſoluerit, ptiſanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem.

Quòd de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat. Fieri autem pleuritidem ipſam propter inflammationem eius, quę coſtas ſuccingit, membranæ oſtendimus. Si igitur cùm in vigore fuerit inflammatio ptiſanam quis dederit, ægrum grauiter offendet. Vigentis autẽ inflammationis notæ ſunt, dolor aſſiduus, & quod nullo pacto à calidis fomentis remittatur. Continuò autẽ & alia adiicitur pleuritidis nõ magnæ modò, verũ & moroſæ nota: quòd ſcilicet ſputum abundè glutinoſum ab euacuatione arceatur, infarctúmque affectis partibus ſit, & detentum. Nempe hoc verbum καταγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat, dictione maximam ſignificante glutinoſitatem, facta præpoſitionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipſius

sius additamento quod ita glutinosum sit, ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nempe quod cōcoquitur, mediocriter glutinosum existit, non tamē καταγλισχραίνεται, id est, neque extremè, neque summè id habet. Et ne quis in ea re falleretur, continuò Hippocrates verbo huic καταγλισχραινόμενον aduerbium hoc ἀσαπῶς adscripsit, quod idem cum ἀπέπτως, id est, incoctibiliter significat. Nempe καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως, id est, citra coctibilitatem glutinosum malum est. Aegro autem ita affecto si quis ptisanam dederit, priùs, quàm dolorem vel secta vena, vel ventris euacuatione soluerit, hominē perimet. Nempe in præsenti & tali pleuritide, posteà quàm à calidis fomentis non remissum esse dolorē dixit, statim duo alia habet aduersus dolorem remedia, sanguinis missionem scilicet, & purgationem. Nam eorum, quæ ex opio, hyoscyamo, & mandragora conficiuntur, medicamentorum vsus, pleuritidis dolorem nō sanat, sed sensum tollit, enecátq;. Nunc ergo sectionis venæ meminit simpliciter, & purgationis. Sed deinceps super vtriusq; vsu distinguetur.

34 Ob has igitur προφάσιας, id est, causas, atque ob alias similes adhuc magis, qui tota vtuntur ptisana, septimo die, vel celeriùs, moriuntur: alii quidem deliri, alii verò ob difficultatem spirandi, stertorémq; præfocati.

Quòd sæpiùs appellat causas προφάσεις, demonstratum quidē in his, quas in alios libros parauimus, enarrationibus. Sed quásnam alias præter dictas vnà celeriorem inferre mortem dicat, adiicere sermoni oportet. Nunc siquidem sumptionē ptisanę priùs, quàm soluatur dolor, recensuit, sputíque ob frequentem respirationem glutinositatem, ob quam & suffocantur. Sed lædi quoque afferit, si priùs, vt supponitur, quàm vacuati sint, vinum sumpserint, aquam item mulsam, & oxymeli. Nēpe de aliis omnibus neque idiotis ipsis nō constat. Non abs re igitur ait alios mente læsos mori. Id enim contingere natum est, si vinum, vinosáque intempestiuè sumpserint.

35 Non perperam autem hos antiqui sideratos esse existimauerūt, tum maximè ob id, tum non minimè quòd mortuis latus liuidum plagæ simile videretur.

Veteres talis præhendit opinio tum propter necis celeritatem, tum quòd nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi scilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorē perueniente, quātum ipsius ad cutem distributum est, id in morte perfrigeratum nigrorem contraxit: similiter illis, qui ita ex plaga affecti sunt.

36 Rei huius causa est, quoniā priùs, quàm dolor soluatur, pereunt. Citò siquidem fiunt anhelosi.

Quòd autem hoc respirent pacto, déinceps ipse ostendit inquiens.

37 A multo autem, frequentíque spiritu, vt iam dictū est, summè tum viscosum, tum incoctum effectum sputū fieri egressum prohibet.

Quòd prius ἀσαπὲς dixit, nunc ἄπεπ]ον, id est, inco-
A ctum dicit: fidémq; facit quòd & probè tunc vocis trāspositionem fecimus.

38 Imò stertorem inducit, in bronchiis pulmonis retentum. Et vbi ad hoc deuenerit, lethale iam plerunque existit. Nam & sputum quod intus retinetur, prohibet aeris ad interna delationem, cogítque ipsum celeriter egredi.

Non omnis aer in huiusmodi affectionibus ad interna ferri prohibetur. Nempe si id fieret, hominem protinus mori esset necesse, non secus, quàm his accidit, qui strangulantur. Verùm quod vsui respirationis con-
B ferat, intrò ferri prohibetur: quapropter ad dies aliquot sufficiunt, sed tractu temporis aucta indigentia moriuntur.

39 Et ita ad malum sibiinuicem opitulantur. Nempe retentum sputum, frequentem spiritum reddit, qui frequens effectus sputum adglutinat, atque expui prohibet.

Quòd verbo hoc τιμωρεῖν pro opitulari tum antiqui alii, tum Hippocrates vsi sint, sæpiùs antè dictum est, & nunc sanè συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit pro συμπράττειν καὶ λυσιτελεῖν, id est, opitulari, & prodesse: atque quónam modo sibi inuicem opitulentur, prosintque, perspicuè quidem ipse ostendit, sed & à nobis di-
C cetur. Sputum in bronchiis pulmonis tenaciter adhærens, pulmonis canali angustiam parit, atque ob eam angustiam minùs ægri inspirant. Quò autem minùs inspirant, eò magis insatiabilem reddunt respirationis necessitatem: atque ob id citiùs à priore inspiratione ad secundam properant: quod densum, frequentémq; spiritum vocant.

40 Præhendunt autem hæc non solū si ptisana intēpestiuè vtātur, verùm & multò magis si quippiam aliud, quod ptisana deterius sit, vel ederint, vel biberint.

Iam rei huius paulò antè meminit, cùm dixit, Ob has igitur causas, atque ob alias similes magis. Imò eo in loco de vino, aqua mulsa, & oxymelite mentionem fecimus. Hîc autem & alia intelligere est opus, quæ ita affectis non aliter plerique medici exhibent, quæ etiam, quàm aqua mulsa, vinum, & oxymeli nocent magis.

D 41 Bene igitur vt plurimū similia sunt auxilia tum iis, qui tota vtuntur ptisana, tum iis, qui cremore ipsius: verū qui neutro horum, sed potione sola vtuntur, his interdum non vno est auxiliandum modo.

Auxilia, inquit, similia sunt & iis, qui ptisana, & iis, qui cremore ipsius vtuntur. Sed qui potione dúntaxat vtuntur, his interdum differēter opitulari oportet. Sed qualísnam sit huiusmodi differentia, in sequentibus perdocet.

42 Verùm omnia hæc ad hunc modum facere oportet: Si nuper pasto cuipiam

piam,& alui oneribus haudquaquam pur gato febris vel cum dolore, vel ſine dolore incœperit, à ſorbitione tantiſper eſt temperandum, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſcendiſſe coniectum fuerit.

Sermonem lacerum, fruſtatímque ſectum, neque continenter, & conuenienti digeſtum ordine feciſſe ſeſe deprehendit Hippocrates: quapropter reſumens ipſum, ad accommodum perducit principium. Hoc autem ideo ipſi accidit, quòd quæſtionē ſuper medicorum controuerſia ſoluere conatus, in ea ſolutione de rationibus curatoriis mentionem fecit, qui ſanè re intellecta, atque his quidem permutatis, ſermonem ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliquando feliciùs contingere eſt viſum, vtpote qui iis, quæ antè ſcripta fuerant, permutatis, alio de ipſis ſcripſerim modo. Sed quonam pacto, & quæſtionē ab ipſo propoſitam ſoluere, & ſermoni ordinem dare debuit, his exponam ego, qui talia interpretari, exponíque deſiderant, viámque dilucidabo: iam ergo animum conuerte, ſermonem ab initio auditurus. Quare contingit vt interdum præſtantes medici de curatione diſſideant? quòd ſcilicet in nonnullis expertum, conuenire omnibus putauerunt. Sic ſanè & in victus ratione in morbis acutis fuerunt controuerſi: alii quidem ægros ad iudicationem vſque ptiſanæ cremore ſeruantes: alii ptiſanam ipſam exhibētes: alii autem neutrum horum adminiſtrantes. Ex parte autem verum quidē dixerunt omnes: ſed ex parte falſi, circũuentíque ſunt. Nempe quidam ex acutis morbis ptiſana indigent, alii cremore, alii horum neutro ad iudicationem vſque. Verùm lucis gratia de acuto morbo vno tanquam exēplo ſermonem faciam. Et demum pleuritidis ſuper curatione agere proponatur. Si langu enti non multo antè tempore cibato, neque ventris oneribus expurgato febris incœperit, ſorbitionem huic non dabis, donec, quæ adminiſtrata eſt alimonia, penetratis plurimis inteſtinis, ad vltimum vſque perueniſſe videbitur. Principium huiuſmodi vbi quiſpiam ſermoni fecerit, atque déinceps omnia proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquam obſcuram pariet.

43 Vbi autem dolor aliquis vexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyeme calidum, æſtate frigidum. Quòd ſi multa ſitis fuerit, melicrato vtendum, & aqua.

Siticuloſo exiſtente ægro, ab oxymelite admodum multò maximè temperandum præcipit, quapropter cōtinuata ſerie tum melicrati, tum aquæ mentionem fecit. Nempe quantum ad morbũ ſpectat oxymelite magis eſt vtendum: verùm ſi eger accepto multo oxymelite adhuc ſitiuerit, melicratum inſuper dare oportet. Quòd ſi & ab ea re ſitiuerit, aquam offerendam putato. Nempe aqua per ſe pota culpa non caret. Cauſas verò, ob quas aqua pota culpetur, in ſequentibus, atq; in ea libri parte, quæ de virtutibus ipſius agit, perdiſces. Nunc autem quod præſenti adpoſuit orationi recenſebimus, qua ſcilicet præcepit oxymelite vtēdum, hyeme quidem calido, æſtate verò frigido. Nempe id ad eam, quæ in acutis morbis magno eſt adiumento, nos hortatur gelidæ aquæ potionem, quam omnino

A prætermiſiſſe videtur Hippocrates: atque ob eam rem à quibuſdam eſt culpatus. Res etenim doceri non negligenter, incurioſeq; narrari debuit. Quam ergo ſententiā de frigidæ aquæ potu habuerit, præſenti ex ſermone dignoſci valet. Nempe ſi Hippocrates ſitientibus oxymeli frigidum aliquando exhibeat, quòd & aquam daturus ſit, eſt manifeſtum. Quanuis enim non prorſus de frigidæ potione id præceperit, veruntamē præceptionem ſequitur ipſius: vtpote qui febrē ex natiuo calore exardeſcente ſuſcitari exiſtimet, atque contraria contrariorum eſſe remedia. Cùm autem ignis tum calidus, tum ſiccus ſit, atque ob id etiam febris, ſanè aqua febris naturæ aduerſiſſima eſt, corpus tum refrigerans, tum humectans. Et ſanè ab ea, ſi tēmpeſtiuè detur, febres protinus extingui videntur. Dictum ſanè abundè in libris Methodi medendi: ſed & nũc rei ſumma dicetur. Cùm ergo febris fuerit, conſtante virtute,
B tunc non ſolùm non offendes, verùm & iuuabis abundé. Potio autem frigidæ huiuſmodi, tanta ſit, quantum frigidæ aquæ æger citra reſpirationem haurire poſſit. Oxymelitis verò exiguum datur, neque ſingulis oblationibus plus dimidio: in hoc ergo exhibitionis ſcopus eſt diſſimilis. Nempe ad febris extinctionem frigida áffatim, atque ad laborantis vſque ſatietatem bibitur. Quæ enim ita bibitur aqua, ſanationis gratia bibitur. Oxymeli verò æſtate datur frigidum, ne laborantis adaugeat ſitim, imò vt aduerſus etiam contrariũ conferre poſſit. Ob eas etiam cauſas frigidum oxymeli ante morbi coctionem dari iubet, quaſi frigidam aquam ad ſatietatem vſque in eiuſmodi affectione dare æſtate haudquaquam debeamus. Denſat ſiquidem inflammationem, ſi ex ea febri erint, crudóſque perfrigeratione reddit humores, vbi ex ipſis morbum contra-
C xerint, ſed ab oxymelite corrigetur, quod ſecandi vim habet. Nempe quod ſecat, penetrátque, id ſpiſſanti, cogentíque corpora eſt contrarium.

44 Poſteà ſi dolor quiſpiam, vel periculum comparuerit, ſorbitionem dare oportet neque multam: neque craſſam: ſed poſt ſeptimam, vel nonā, ſi validus ſit.

Qui Hippocratem ęgros ἐμπιπλᾶν, id eſt, replere dixerunt, (ita enim verbo ſunt vſi) dictionem hanc prætermittere mihi vidētur: vt qui fame necare ipſum dicunt, ſolam hanc legiſſe apparent. Quòd ſi vtrique animaduertiſſent, eorúmque, quæ ab ipſo bene enarrata ſunt, meminiſſent, quonam ſcilicet pacto naturæ inter
D ſe valde differant, forſan eos contraria Hippocrati imponere puduiſſet, & potiſſimùm ſi reliqua animo volutaſſent, quæ ipſe demonſtrauit, regiones inter ſe differre oſtendens, anni tempora, ætates, conſuetudines, & proprios, peculiaréſque languenti vnicuique ante morbum victus. Si ergo in omnibus, quæ dicta ſunt, cōtrario habentes modo inter ſe comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias. Quas vbi è regione inter ſe ordinaueris, iam & hoc pacto multas cōſiſtere in medio exactè videbis. Sed de huiuſmodi differentiis dictum quidem abſolutè in libris methodi medendi, dicetur quoque & nunc rei ſumma. Statue igitur quempiam natura ſiccum quidem corporis habitu, ſed ſuperficie denſum, ſpiſſúmque, latis venis, virtute vitali valida, cibíſque non multis aſſuetũ ægrotare hyeme non admodum frigida, in regione etiam eiuſmodi, atq; priùs, quàm ægrotaret, otio deditum, inſatiabilitérque

térque cibis multi nutrimenti abusum. Præterea & os ventris validum sit, quod & stomachum quidam appellant. Sit autem & alter cõtrario adfectus modo, humidus quidem, & mollis, & virtute vitali imbecilla, & qui plures cibos ingerere consueuit: Aegrotétque æstatis tempore æstuoso, & regione eiusmodi, statuamúsque hominem antè, quàm ęgrotaret, tum curis, tum assiduis actionibus fatigatum, pauca præter consuetudinem edisse, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt. Ventris item os non validum, sed natura imbecillum habere, atque his ita habentibus, vterque eodem, si volueris, morbo infestetur, ea scilicet, quam Hippocrates veluti exemplum hoc in loco constituit, pleuritide. An ne vna tibi victus ratio in vtroque definienda videtur? An posterior à prima die alendus: prior verò potu solo ad septimam vsque gubernandus, vbi morbum non longiùs protractatum sese speraueris? Ego sanè, qui longa experientia vtrunque probauerim, optimam ita fore victus formam assero. Nam si vice versa feceris, prioré scilicet à principio nutrire aggressus, posteriorem verò ad septimum vsque sine cibo seruare volueris, trucidabis sanè ante quartum diem vtrunque. Nempe alterũ citissimè pręfocabis, alterius verò vires prosternes. Cæterùm adiice, si velis, ætatem vtrique contrariam, priorem quadragenarium constituens, posteriorem puerum. Nam hoc pacto citiùs adhuc ad mortem vterque properauit. Sed sanè omnia hæc, quæ nũc dicta sunt, ad vnum reducuntur scopum, qui vno verbo ab Hippocrate est declaratus. Quid enim ait, Sorbitionem dare oportet post septimam, si validus fuerit? Verbum siquidem vnum est, sed ex omnibus, quæ nuper dicta sunt, inuenitur. Si enim vsque ad septimum sufficere poterit, ex oxymelitis, & melicrati, & aquæ vsu, per ea, quæ dixi, omnia liberabitur, ac sanabitur. Nam si quædam affuerint, quædam defuerint, præsentium vires, ad absentium vires conferens, quot diebus sufficere ex tali victus specie æger possit, depræhẽdes. Verùm hæc nostris in tractationibus demõstrata sunt, quas, si legisti, memoriæ mandes oportet: si non legisti, in eas te priùs transfer, si sententiæ Hippocratis veritatem cognoscere volueris. Omnia siquidẽ in operibus omnibus dicta sunt à nobis, qui verissima Hippocratis dogmata sequimur. Sed cùm fieri non possit, vt homo vnus conuenientem methodum, & singularia, quæ in ea sunt, omnia doceat, neq; ideo ab Hippocrate singularia omnia auditurum te existimaueris. At potiùs culpa eos, qui cùm ea, quæ ab Hippocrate bene pręcepta sunt, elaborare, & conficere deberent, laudis appetentia ducti sectam aliam constituunt. Verùm nos, qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cùm in cæteris omnibus, tum quòd in vnoquoque opere proprium scopum ita docuerit, vt huic attentus omnino quispiam definitam, certámque inuentionis auxiliorum habeat viam. Sic sanè & cibandi scopum vnum cõmunem prorsus, tum sanis, tum languentibus esse demonstrauimus. Is autem facultatis vitalis custodia est, quã nunc manifestè explicuit, cùm dixit: Si validus fuerit. Ob eandẽ sane facultatem sani edimus, & bibimus, aliáque omnia vitæ munia exequimur. Propter hanc eandem & ægri ad cibos, potúsque procedimus. Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia, phlebotomiã videlicet, clysma, cataplasma, purgationem, oxymeli, aquam mulsam, atque aliorum vnũquodque. Virtutis verò custodia solam indicat alimoniam. Si igitur morbosam affectionem nullo pacto ostenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes ægros vt sanos aleremus. Sed quoniam sæpius noxam, vti ostendimus, affert, ob A id morbi affectionem, non tanquam cibi indicatricem, sed tanquam prohibitricem contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facultásq; pręceperit, tunc nutrimus. Neque enim cibus morbi affectioné sua ratione iuuabit. Id sanè dixi, quoniã sępius materia vna vim tũ cibi, tum medicamenti obtinet, vt ptisana. Nẽpe quod virtutem roboret, id ea efficere tanquam alimentum nata est: sed quoniam & siccat, & humectat, quæ expui oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantùm existit, oxymeli verò medicamentum. Sed vtranque facultatẽ ptisana obtinet, vsúmq; languẽtibus ipsis exhibet, sed ingeritur virium quidem conseruandarum gratia tanquam alimentum, vt verò soluatur morbus, tãquam medicamentũ. Cùm igitur virtus ad morbi vsque iudicationem sine ptisa- B næ sorbitione suffecerit, oxymeli, & aqua mulsa satis sunt: oxymeli quidem vim medicamenti solam habẽs, aqua mulsa verò cibi pauci, & imbecilli. At si iudicationem septima die citiùs futuram speraueris, vt, verbi gratia, vel quarta, vel quinta, ægros sanè multos sufficere citra ptisanę sorbitionem posse comperies. Quòd si ad septimam vsque protrahatur, paucos omnino: suntque hi, qui & virtutem habent valentem, corporísque habitũ tum durum, tum ægrè transpirabilem, succósq; vel crassos, vel viscosos, atque si ambiens aer calidus non fuerit. Nempe si nihil è nostro efflueret corpore, aliméto opus non esset: sed quoniã quod defluit, huius proportione effluit, etiam cibi quantitatem definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri potest vt his summam consulamus inediam, & magis vbi virtutem ab initio validam habuerint. Nam velociter laborat, quæ imbecilla, veluti senum, fuerit, & C si corpus parum exhalauerit. Quapropter & paulò ante quadragenarii meminimus, & non septuagenarii,

45 At si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtúsque valida fuerit, & floruerit ætas, subluere oportet. Si verò virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi aluus sua sponte probè deiecerit.

Rursus & hoc in loco remediorum indicationem ab affectu corporis accepit, simúlque virtutem considerauit, non tanquam remediorum vsum aliquando indicantem, sed tanquam contrario indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim quod æger valida sit virtute, ob id clysmate est opus, sed clysmatis indicatio in ventris desumitur affectu. Si verò virtus valida fuerit, vacuationi non reclamat: quæ si imbecil- D la est, vacuationem ipsam inhibet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem conuerte animum, qui in talibus aliquando de sola agit virtute, sicut in antè dicta videre est dictione, sed interdum adiicit ætatem. Præcipuus siquidem est virtutis scopus, sed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, citò quidem in pueris laborante propter copiã effluuii virtute, in ætate verò florentibus abũdè sufficiente. Cæterùm quomodo in pueris corporis substantia tum mollis, tum humida præcipua exolutionis virium causa efficitur: sic & in regionibus, & anni temporibus res habet. Nempe horum caliditas velociter, confestímque virtutem vacuationis quantitate soluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute interdum sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit, interdum & quippiam ex aliis adiicit, vna cum ipsis & cætera commemorans.

Tempus

46 Tempus autem dandæ ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum hoc maximè ſeruare oportet. Nã ſi pedes frigidi fuerint, nõ à ſorbitione modò, verùm quoque, & maximè, à potu tẽperandum. At cùm caliditas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit. Sanè tempus valere admodum putandum cùm in morbis omnibus, tũ præcipuè in acutis, & potiſſimùm quibus febris vehementior ſuberit, periculúmque ſummum.

Quomodo dixi vnum quidem eſſe alimoniæ ſcopum cuſtodiam virtutis, neceſſariò autem ſimul morbi affectionem contemplandam eſſe, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quantum ſiquidem ex primo virtutis ſcopo eſt, interdum & per acceſsionum initia alimoniæ exiſtit neceſsitas, ſicuti & in ſanis vbi primùm in naturalibus euacuationibus quis propè eo deuenit, vt ægrotet, refectione ipſi opus eſt. Sed quoniam in acceſsionum tum principiis, tum incrementis ingeſta alimonia lædere admodum nata ſit, ob id differimus ipſius exhibitionem, quanquàm corpus ipſum iamiam indigere videatur. Quódnam igitur optimum languentibus ipſis dandæ alimoniæ tempus? Sanè cùm moderatiſsimè habuerint, tum thorax, tum venter: deterrimum verò cùm ea deterrimè habuerint. Deterrimè autem habent in acceſsionum principiis: moderatiſſimè verò in declinationibus. Conſtat igitur optimum cibi miniſtrandi tempus in ægrotantium declinationibus eſſe. Acceſsionis autem principium fit

A calore omni toto ex corpore ad cor, thoracémque concurrente. Incrementum, cùm paulatim ad extremas corporis partes ſeſe expandit. Status, cùm ex æquo corpus totum occupat. Verùm declinatio contrarium principio modum habet, perſpirante ſcilicet caliditate, atque medium corporis relinquente, quod vno oſtendit verbo iniquens: Cùm ad pedes calor deſcenderit. Neq; enim idem eſt, calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos tranſire. Nam deſcendere tranſitionem caliditatis ex alia parte in aliam manifeſtat. Fieri autem poteſt vt pedes calfiãt, manente in corporis medio caliditate, quod in vigore ipſo contingit.

47 Imprimis autem & maximè cremore, deinde ptiſana vteris, præſcriptis coniecturis diligenter attentus.

Poſteà quàm Hippocrates prædixit quando potu ſolo regere ægrotantes oporteat, & quando ptiſana: nunc quando cremore ſolo, & quando ptiſana
B ipſa vtendum ſit, diſtinguit, breui quidem, & conſpicua diſtinctione. Nempe ad coniecturas, quas recenſuit, animum conuertens, quíſnam ex languentibus ptiſana vti poſsit, comperies: ſic tamen vt à cremore ipſo exorſus ad ipſam ſenſim, paulatímque te tranſferas. Dico autem ſenſim, paulatímque, vt primùm quidem ſolo vtaris cremore, déinde cremoris, quidem plus exhibeas, ptiſanæ autem exiguum: déinceps æqualiter vtrunq;, mox ptiſanæ plus, atq; tandẽ eam ſolam: ſciens ptiſanam ipſam ad corporis nutrimentum, virtutíſque robur exuberare, cremorem autem ad concoctionem, confectionémque facilem eſſe. Cùm igitur morbi conditionem, virtutíſque robur vergere ad melius videris, auge & tu ptiſanæ oblationem.

CLAVDII GALENI IN

Librum Hippocratis De victus Ratione in Morbis acutis,

COMMENTARIVS SECVNDVS,

Ioanne Vaſſæo Meldenſi Interprete.

LATERIS dolorem, ſiue is per exordia fuerit, ſiue poſteà obortus ſit, tentare calidis fomentis diſſoluere, non abs re exiſtit.

Quod à me ſæpius eſt enuntiatum, ad memoriam & nunc id reuocare eſt melius. Népe quòd exponuntur, explanantúrque quæ obſcuritatem habent dictiones: neq; tamen expoſitores id tantummodo in commentariis faciunt, verùm quoq; & ea, quæ dicuntur in libris, in quos commentaria parant, aſtruunt, & demonſtrant. Ob eum igitur morem cogor ego & his conſentire, quos non probo, atq; vt plurimum ad ea, quæ explicatione egent, ſententiam meam prodere, & efferre. Neq; tamen eorum, quæ in huiuſmodi cõmentariis vera mihi apparent, demõſtrationes ſcri-

C bo, vtpote qui de his ſingulis pe culiariter ſcripſerim: ſed ſolas earum, quæ cæteris in tractationibus demõſtratæ ſunt, rerum ſummas ad memoriam reuoco, quod & hoc loco in mentione doloris ſum facturus. Ergo quòd dolor in ſenſilibus fiat corporibus, cùm ea ipſa in id, quod præter naturam eſt, ſubitò, ſimúlque tranſmutantur, diximus & in libro De elementis ſecundum Hippocratis mentem, & in eo, quem De ſymptomatum cauſis fecimus. Præterea & quónam pacto tranſmutatio ea bifariàm fiat, corporibus huiuſmodi aliàs tum ſubitò, ſimúlque, tum violenter ſecundum qualitatem alteraſcentibus, aliàs vnitatis diſſolutione. Alterantur autem ſubitò, ſimúlque ab efficientibus qualitatibus, cùm & calfiunt, & perfrigerantur, & ſiccantur, & humectantur. Verùm vnitas diſſoluitur, corrumpitúrque, vbi corpora illa vel vehementer diſtenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum dolor lateris in pleuriticis affectibus,

de quibus agit Hippocrates, ortũ habet. Nam phlegmone illis in locis præ caloris, qui præter naturam est, copia, partes eas, quæ phlegmone obsidentur, per distemperantiam contristat, & repletione distendit. Primo autem auxilio, si dolor is, vel sanari, vel mitigari fomentis calidis posſit, tentandum præcipit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipsam ad perspirationes rariorem efficere, phlegmonésq; sanguinem tum tenuare, tum per halitum digerere consueuerunt. Quæ si facta fuerint, non solùm sanguinis aliquid euacuabitur, verùm quoq; & affectæ, quæ minùs distenduntur, partes, mitiùs exinde, & mansuetiùs dolebunt. At cùm sanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam spiritus vaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore est, humorum redundantiam. Nam pars, quæ calore afficitur, plus trahit, quàm euaporet. Nẽpe quæ calfaciunt, suapte natura vt hoc habent, vt quod in his, quas contingunt, continetur partibus digerant, sic & quod redundat ex propinquis trahunt. Cùm igitur fomenta calida dolorem non soluerint, corpus totum insigni aliqua euacuatione præuacuabis. Vacuatio autem insignis in morbis acutis, aut per ventrem, aut per venæ sectionem fit. Quarum alteram adsumi præcipit Hippocrates, scopósq; eius, quæ præsidio magis esse posſit, edocet. Summa ergo præsentis narrationis hæc est. Verùm quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis tum obscura, tum ambigua existunt, in sequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam his, qui sese in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obscura sunt. At in hisce commentariis intentionem non eò tantùm dirigimus.

2 Fomentorum calidorum probatissimum est aqua calida, vel in vtre, vel in vesica, vel in vasculo, aut æneo, aut testaceo admota.

Fomenta calida proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quorum alia prorsus humida, alia sicca, & alia ex vtrisq; mista. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex iis commista tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morsu caret, atq; humidum existit. Secundum ex vtriusq;, sicco, & humido, mordenti, & morsu priuato commistum est. Tertium autem siccum quidem, sed vel mordens vel morsu carens. Quòd si & affectiones, quę vnoquoq; dictorum generum egent, recensuisset, orationem profectò suã tantò perfectiorem, meliorémq;, quantò & legentibus ipsis vtiliorem fecisset. Sed quia non recensuit, propterea neq; id recensere necessarium erit nobis, qui doctrinam alterius explanamus, nõ nostram persequimur. At verò quoniam partes meæ sunt contra quàm expositores cæteri agere, (Nempe illi suis in enarrationibus sophisticas, quæ discentes ipsos ad finem artis nullo pacto iuuare posſint, superseminant quæstiones: ego autem semper quæ commodisſima sunt prosequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermissa quidem ab eo, sed quæ toti sententiæ, dogmatísq;, atq; vniuersalibus præceptis quodã accedunt consequio, adiicere non cunctabor. Quánam igitur ratione fotus omnis doloribus sæpiusculè adiumento sit, priùs dictum est. Dictum quoq; & de his est doloribus, qui à fotu nullo pacto, nisi priùs vacuato vniuerso corpore, iuuantur. Verùm cùm hęc

A fotibus omnibus cõmunia sint, humidi quidem phlegmonis his, quæ à biliosiore succo factæ sunt, opitulantur. Sicci verò iis, quæ à tenui, aquosóq; sanguine exortæ sunt. Perpetuò siquidem contraria contrariorum esse remedia meminisse oportet. Hoc igitur scopo fotus morsu carentes aduersus mordentes succos prosunt. Mordentes verò quòd tenuent, contra crassos, viscosósq; valẽt humores. Eam ob rem quísnam in ea, quę phlegmone obsidetur, parte euincat humor obseruabis, ab iis, quæ retuli auspicatus: ętate scilicet laborantis, naturali temperatura, anni temporibus, locis, & vita antecedente: & si phlegmone videatur, ex iis, quæ ipsi tum in colore, tum in magnitudine, tum in duritie, tum in mollitie, contigerunt. Et si pleuritidem, vel peripneumoniam curaueris, ex iis, quæ spuendo excernuntur. Verùm cũ præfata omnis

B dignotio coniecturalis sit, & non scientifica, non certa, compertáq;, præsertim vbi in corporis imo sita sit, quæ dolore afficitur, particula, ab his inchoare te oportet, quæ, quàm cætera, magis auxilio esse tibi videbũtur. Quòd si nihil præsidii tuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem non sedato, ad aliam totius corporis accede euacuationem. Videtur ergo Hippocrates ab eo incœpisse fotu, qui periculo omni vacat. Is autem est, qui minimè mordet, humidúsq; existit. Nempe tametsi nihil aduersus malum fecerit, non tamen magnum, & insigne adferet detrimentum. Cęterùm fotus, qui ex aceto, vel eruo, vel sale fiunt, nisi propitiam, conuenientémq; consequantur affectionem, non solùm non salutares erunt, verùm quoque & malum augebunt, vtpote qui fortem, efficacémq; habeant facultatem.

C 3 Verùm priùs molle quippiam lateri, vt & mitior, & iucundior fotus fiat, supponere oportet.

Posteà quàm in vtre, vel vesica, vel vasculo, aut ęneo, aut testaceo positam aquam lateri exhiberi præcepit, hac in dictione priùs molle aliquid supponi iis, quæ lateri tum quadrare, tum cohærere debeant, vt nullo pacto angat, prorsúsque iucunda sit eorum, quæ exhibentur, applicatio præcipit Hippocrates. Cuiusmodi fuerit lana mollis, vel linteum multiplex, vel quippiam eorum, quæ tum tenera, tum mollia existunt. Sed paulò pòst de eo, qui per spongiam fit, fotu agens, nihil supponi iubet.

4 Vtilis autem & spongiæ mollis, magnæque atque ex aqua calida expressæ applicatio. Sed fomentum linteo vestiẽdum,

D vt vis eius plusculo sufficiat tempore, permaneátque: atque simul ne halitus ad laborantis spiritum feratur, nisi forsan & id prodesse aliquando videatur: nempe interdum prodest.

Cætera quidem, quæ in dictione continentur, liquida, manifestáq; existunt: sed de halitu est discutiendum, qui & lædit, & contristat, non spirandi difficultatem caloris incremento solùm proritans, sed pulmonis angustiam, qua ob replentem, qui humidus est, halitum afficitur. Solis igitur laterum doloribus, tum siccis, tum quibus nihil expuitur, idonea est halitus inspiratio, plus auxilii, quam noxæ adferens:

hoc

hoc igitur in loco scriptum est primum fotus genus. Mox ad secundum sese conferens inquit.

5 Præterea & hordeum, & eruum in aceto ita diluto, vt paulò acidius sit, quàm vt quis bibere possit, madefacta, dissolutaque, & feruefacta, atque in sacculos coniecta lateri apponuntur, atque ad hunc modum furfur.

A Hordeum, eruúmque non semina, quæ integra sint, ex aceto, & aqua excoquere præcipit, sed priùs contusa, comminutáq; constátq; Hippocratem velle id ex verbo hoc διεῖσα. (Δίημι siquidem madefacio, & dissoluo significat) atq; aliter ex actione ipsa certior fies. Nempe hoc pacto tum blandior, tum efficacior erit fotus: furfur denique & hoc pacto parare præcipit: fotus autem huiusmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Quòd si & ex eruo paretur, conferet sanè & is non parum. Nempe eruum crassos humores tum secare, tum conficere, tum euaporare potest, atq; ob id fotibus huiusmodi vtemur, vbi crassos, viscósosq; humores in ea, quæ phlegmone obsidetur, parte collectos suspicabimur. Tibi autem sanè id constabit ex antedente victu si humores huiusmodi produxerit an ni temporibus, & locis, & ætate. Præterea & si beneuoli hi, mansuetiq;, quos priùs memorauimus, fotus nihil præsidii attulerint. Nam vbi de corporis totius repletione distinxeris, cùm videlicet neq; huius notę apparuerint, neq; beneuoli, mitésq; hi fotus quippiā iuuerint, succorum existimabis crassitiem, quæ in halitum soluitur, flatuosissimq; spiritum, qui ob denegatum exitum contristat, grauátq;. Flatum ergo hunc, parientésq; ipsum humores, præfati discutiunt fotus, & potissimùm qui ex eruo parantur. Præterea & sermonem percurrens Hippocrates, manifestè simul & optimè metricam aceti ad aquam temperaturam me morauit. Nēpe acetum ita dilutum esse oportere inquit, vt paulò acidius sit, quàm vt quispiam biberit, vt scilicet & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidendis igitur, atque per halitum digerendis, tum crassioribus, tum viscosioribus succis, aquoso oxycrato congruentius fuerit quod acrius est. Sed quoniā medicamenta huiusmodi nō tolerant, quæ phlegmone obsidentur, partes, ob id mediam vtriusq; exuperantię temperiem fecit. Hoc tibi sit secundum fotuū, quos ab initio trifariàm separauimus, genus.

6 Siccis ex fomentis maximè conueniunt, quæ ex sale, milióque frictis, torrefactísque, atque in sacculis conclusis parantur. Leue siquidem quippiam, & beneuolum, iucundúmque est milium.

Cùm de sale & milio agit Hippocrates, ad tertium fotuum, quos ab initio distinximus, genus sese transfert. Est autem communis vtriq; siccitas: sali verò peculiariter inest mordacitas. Miliū autē morsu caret.

7 Fomētum huiusmodi, & dolores ad clauiculā, humerúmq; pertinentes soluit.

Ex adiectione huius coniunctionis, &, ostendit & dolores alios soluere, vtpote eos, qui ad hypochondria pertinent.

8 Sectio autem non similiter tollit dolorem, nisi is ad clauiculam pertingat.

Sectio, inquit, venæ scilicet, quam nō similiter soluere inquiens, auxiliari & ipsam non negauit. Sed de huiusmodi auxilio, in sequentibus fusiùs, latiúsque scribit.

9 Verùm si fomentis dolor non placetur, non diutiùs calefacito: siccat enim id pulmones, atque ad suppurationem excitat.

Fomenta varia, alia quidem humida, alia sicca, & alia mordentia, aliáq; mordacitate carentia vbi percurreris, si ab horum experientia dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomentis desistens, cùm pulmonem exiccent, & suppurationem excitent. Fit autem suppuratio huiuscemodi, lateris inflammatione non exhalante, sed in pus transeunte, mox pure ipso in mediam thoracis, pulmonísq; regionē confluēte.

B 10 At si quidem dolor ad clauiculam pertigerit, aut molesta sit vel brachio, vel mammæ, vel partibus septo transuerso superioribus grauitas, internam cubiti venā secare expedit: neque vt copiosè sanguis detrahatur, est cunctandum, sed eousq; auferendus donec rubidior multò, vel pro puro, rubidóque liuidus fluxerit. Nam vtrunque contingit.

C Pro eorum, qui inflammationem pariunt, humorum vergentia, inclinationéque, vacuationes facit Hippocrates. Nempe quod dicitur, Quò natura vergit, per loca conferentia eò ducere: Id verissimum existit. Contingit autem interdum id ob differētiam partium eius, quæ costas succingit, membranæ. Nempe superiores ipsius partes cùm inflammantur, ad clauiculam, brachiúmque, & mammam condolentiam extendunt. Inferiores verò ad septum transuersum, & hypochondrium. Cùm igitur superiorum condolentia signum fecerit, venam in cubito secare eā oportet, quæ sanguinem ab affecta parte & magis, & velociùs tum reuellere, tum vacuare possit: verùm si partibus infernis affectus cōsenserit, purgatione vacuare expedit. Rectè autem grauitatem circa brachium esse, & non dolorem dixit. Nempe quòd hoc in loco sanguis magis aceruetur, repátq;, signum est grauitas, quæ ex multitudine fit. Tensiones autem & in solo af-

D fectus participatione fieri consueuerunt, cùm videlicet partes iis, quæ inflammantur, attiguæ citra sanguinis redundantiam tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem secta interna vena vacuandū pręcipit. Sūt autē in interno cubiti articulo plures, quas secare consueuimus, venæ, de quibus abundè quidē in Anatomicarum tractationum tertio, atq; in alio libro, qui seorsum De venarum, arteriarúmque sectione scriptus est, diximus: sed imprǽsentiarum de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibba hepatis sursum ad dextram cordis aurem sanguinem deferens, partibus quidem interiacētibus exiguum ipsius distribuit, sed cordi ipsi plurimùm elargitur. Deinde ab eo, tanquam ab initio, progressa ad collum recto festinat tramite, atque in duas rectas scinditur in thoracis parte venas, eásq; insignes, quas iugulares vocant. Propagantur autē ab

ipſa priùs, quàm ad cor ipſum pertingat, inſignes quidem venæ ad ſeptum tranſuerſum: paruæ autem ad inferiorem thoracis partem, quæ octo coſtis conſtat, cõtendentes. Pars autem hæc ab vna, quæ coniugio caret, nutritur vena, quæ in quibuſdam animantibus ſupra cor enaſcitur: in cæteris verò, vt etiam in hominibus, ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena caua tangit: hinc ſiquidem emergens, humilius, depreſsiúſque per cor defertur, atq; in ſpinam contorquetur. Vena igitur hæc ad inferiorem thoracis partem defertur, & vtrinq; coſtis octo ad ſeptum vſque tranſuerſum diſtribuitur. Cæteræ autem ſublimiores thoracis coſtæ quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, quod à vena caua propagatur priùs, quàm ea in iugulares ſcindatur. Ab his igitur duabus venis déinceps ſunt, quæ ad manus per axillas pertingunt. Verùm quæ humerariæ appellantur, ab ipſa caua poſteà, quàm in iugularias fiſſa eſt, vtrinq; vna iam thoracem extra progignuntur, habéntq; radices iis, quę in ſuperficie extant, iugulariis communes. A iugulariis ſiquidem quæ in ſuperficie extãt, vt partes ferè omnes tum colli tum capitis in ſuperficie conſtitutæ nutriuntur: ſic & à iugulariis altiùs, profundiúſque latentibus partes omnes altiùs, profundiúſq; latentes ali contingit. Verùm quæ circa ſcapulas, atq; in collo dorſali exiſtunt loca, venas habent, quæ ex inferioribus præfatæ radicis communis partibus ad ipſas aſcendunt. Communem dico radicem, quam proximè dixi, & iis, quæ in ſuperficie conſtitutæ ſunt, iugulariis, & humerariis communem eſſe. Non immeritò igitur humeraria ſuperiores clauicularum partes, eáſque, quæ & in collo, & capite exiſtunt, tum magis, tum velociùs euacuat. Axiliaria verò thoracis partes, & magis eas, quæ in ſublimi ſitæ ſunt, præſertímque in hominibus ipſis. Nempe infernas, demiſſáſque omnes vena vna altera nutrit, quæ ſub corde à vena caua procedit. Ex ſiniſtra autem parte venæ illius, quæ infernas thoracis partes alit, atq; ad coſtarum radices prona fertur, aduſq; ſeptum tranſuerſum ſingulis intercoſtalibus ſpatiis tum ſiniſtris tum dextris rami diſtribuuntur. Verùm quod reliquum ex ea eſt, ſeptum tranſuerſum penetrat, primíſq; ab eo corporibus diſpenſatur. Cæterùm quæ per axillas ad manus feruntur venæ, proximas iis, quæ ſublimes thoracis alunt partes, radices habent, ſúntq;, quàm quę per humerum ad manus contendunt, longè maiores. Aſcendunt autem ad internam brachii vtriuſq; regionem: atq; cùm per ipſam pronè feruntur, muſculis ipſis, qui inibi ſitum habent, notabiles diſpenſant ramos. Verùm cùm ad cubiti articulum propè venerint, venas brachii internas ad ipſius cubiti oſsis nodum, qui hîc poſitum habet, producunt: quicquid verò reliquum eſt, bifariàm ſciſſum, diuiſúmque per cubiti flexum defertur, parte ea, quæ in ſuperficie cõſtituitur, venam eam, quæ in eo cubiti flexu ſecatur, efficiente, penitiore verò eam, quæ cum arteria diuiditur. Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua, veluti & hæc, quæ in vtraq; manu vna eſt humerariæ non exigua portio. Nempe & hæc per brachium ſubter cutẽ conſpicuè percurrẽs, in ipſo cubiti articulo, qua ſublimiores extant partes, figurata ſcilicet, vt Hippocrates in lib. De membris fractis docuit, manu, diuiditur. Quæ igitur ſublimior venæ ipſius à fiſſura portio per externa cubiti loca defertur, ea poſt fiſſurã ipſam ſecatur, qua primæ venæ radici è directo maximè reſpondet. Eam ob cauſam & ſublimiora clauicularum loca citiſsimè euacuat. Portio autem, quæ in cubiti A flexum obliquè fertur, minùs quidem ea, ſed cæteris magis eas euacuat partes. Pars verò, quæ ab interna notabili vena obliquè etiam fertur, minimè quidem præfatas vacuat partes, verùm maximè thoracis ſuperiora, quòd radices tum eius, quæ per axillam ad manum fertur, tum eius, quæ ſuperiores thoracis alit partes, vicinæ admodũ exiſtant. Secare igitur hanc iubet Hippocrates priùs, quàm venæ, quæ ex humerariæ fiſſura prouenit, præſens ſit, inſeratúrq;. Quæ ſi aliquando non comparuerit, vice huius ſecamus aliquam ex internis, quas rectà in os cubiti ſidere, mergíq; didicimus. Quòd ſi & eæ non comparuerint, accedimus ad eam, quæ ex præfatarum duarum venarũ obliquarum inſitione progignitur. Verùm & cùm ea interdum non apparere poſsit, humeraria apparente, ſeca humerariam, qui ſcilicet vacuationes ab vni B uerſo animalium corpore fieri noueris, quanquàm neq; celeriter, neq; ſimiliter ex vena omni fiant. Nos verò partem eam, quæ phlegmone obſidetur, tum celeriter, tum, quàm cæteras partes, magis in acutis pręſertim morbis vacuare contendimus. Quod ſanè interna cubiti vena facit, multóq; magis, vbi ſanguinis redundantia ad ſuperiora vergere videatur, aut ſuperiores thoracis partes affectæ ſint. Nempe in eo malo tum brachium tum mamma grauari ſolent. Verùm quæ partes thoracis inferiores prope ſeptum trãſuerſum infeſtant phlegmonæ, non abs re dolorem ad hypochondrium tranſmittunt. Quo fit vt dolores huiuſmodi non admodum iuuet, quæ in cubito fit vacuatio, corde ſcilicet medium occupante. Nempe venam, quæ inferiores thoracis alit partes ſub corde emergere audiuiſti. Dicta quidem mihi hæc ſunt ſuper C eo, quod ab Hippocrate bene ſcriptum eſt, de ſecanda ſcilicet interna cubiti vena. Sed quòd vacuandi ſanguinis terminum coloris mutationem poſuerit, déinceps eſt differendum. Quicquid ergo ſanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permutatur: reliquum autem in partibus omnibus ſimile manet. Eam ob cauſam ſanguine, qui in totum ſpargitur corpus, pituitoſiore exiſtente, rubicundior ſanè erit, qui in eo, quod phlegmone obſidetur, latere continetur. Quòd ſi ſanguis in corpus totum diffuſus, rubidus fuerit, is proculdubio, qui ad phlegmonem eſt aduſtus, aſſatúſq;, in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea, quæ fit à rubido ad nigrum tranſmutatione medium obtinet. Coloris igitur mutatio ſanguinis ex particula inflammata trãſlationem ſufficienter commonſtrat. Vacuationis igitur modum, menſurámq;, quæ affectui peculiaris ſit, diximus. Sed cùm interdum virtus tantùm vacuare prohibeat, parti ipſi, quæ phlegmone obſeſſa eſt, mi- D nùs quidem futurum auxilium ſcire oportet. Quo fit vt non virtutem exoluere melius ſit, quàm ſanguinem vacuare redundantem.

11 Si verò eas, quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt, partes dolor infeſtat, nullúmq; ad clauiculam ſignum fecerit, ventrem vel nigro veratro, vel peplio mollire oportet. Sed veratro nigro vel daucum, vel ſeſeli, vel cyminum, vel aniſum, vel aliud quippiam boni odoris miſcebis. Peplio verò ſilphii ſuccum, quãquàm & hæc inter ſe mi-

ſta non

ſta non diſſimiliter agant. Cæterùm veratrum nigrum tum melius, tum ad iudicationem iuuantius, quàm peplium, vẽtrem ſoluit: ſed peplium flatum magis excutit. Dolorem præterea ambo hæc ſedant. Sedant quoque & alia, quæ expurgant, medicamenta. Verùm omnium, quæ nouerim, viderímque, hæc potiſſima exiſtunt. Nẽpe & quæ in ſorbitionibus dantur purgantia medicamenta auxiliantur, quæcũque ſcilicet non valde inſuauia exiſtunt, vel propter amaritudinem, vel aliã quampiam iniucunditatem, vel quantitatẽ, vel colorem, vel ſuſpicionem aliquam.

Quòd medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quóſnam expurgent humores, & an omnino purgent, in libris De ſimplicium medicamẽtorum viribus didiciſti. Quòd verò purgationis neceſsitas ſit, ſi redundantes humores déorſum repant, eſt quoq; ratione ſcitum, animaduerſúmque: ſed id teſtimonium, ratámque fidem ab experimentis habet. Edocuit autem Hippocrates facultatem medicamentorum, quæ in huiuſmodi affectibus propinat: veratrum quidem nigrũ κρισιμώτερα, id eſt, ad iudicationem iuuãtius vacuare, peplium verò flatus magis excutere affirmans. Quæ autem ab Hippocrate κρισιμώτερα, id eſt, ad criſim iuuantiora dicuntur, ea morbi iudicium faciunt magis, quod facultate verbo huic ὠφελιμώτερα, id eſt, iuuantiora idẽ exiſtit. At cùm purgantia omnia medicamenta ventrem, præſertímque os ipſius, quòd maximè tum neruoſum, tum ſenſile exiſtat, affligant, lædántque, ob id eorum, quæ boni ſunt odoris, miſtio excogitata eſt, ne ſola, ſynceráq; purgantium medicamentorum virtus os ventris tangat. Permiſta quoq; inter ſe tum peplium, tum elleborum ὁμοιότροπα, id eſt, modi ſimilis eſſe ait, quod eſt facultatibus conuenire, & in nullo controuerſa eſſe. Nam & in purgantium medicamentorum permiſtione controuerſia eſt, non quando aliud quidem bilis, aliud vero pituitæ excretorium fuerit, (Nam eodem tempore vacuari tum bilis, tum pituita poſſunt) ſed quando aliud quidem protinus, aliud verò longo à propinatione tẽpore purgationẽ mouere natum ſit. Nempe hoc pacto inæqualis eorum, quæ ſimul ingeſta ſunt, fit vacuatio. Inæqualem dico, cùm iam altera quidem deſinere, altera verò incipere videatur. Nempe quod citiùs purgare conſueuit medicamentum, id & ex alio quippiam ſimul vacuat. Quo fit vt quod exiguum ipſius relinquitur, imbecillius reddatur, & longè tardiùs ſuam inchoet purgationem. Prẽfinito igitur vacuationis tempore ſimile eſt elleboro peplium, potéſtque elleboro ſimiliter nigrum ſubducere humorem. Cętera verò tum dictionis huius, tum ſequentium patent. Conſiderare igitur hæc, atq; in memoria tenere nos oportet, ſed nõ perpetuò in pleuriticis vti debemus, ad memoriam reuocantes Aphoriſmum illum, vbi dicitur, In acutis morbis rarò, & in principiis, purgantibus medicamentis eſt vtendũ. Vbi igitur (inquit) non ſolùm acutus morbus fuerit, cuiuſmodi eſt pleuritis, verùm & cum febre vehemẽtiſsima, multò magis vitanda eſt purgantis medicamenti adminiſtratio, atque per ſectionem venæ vacuandum magis, etiam ſi ad hypochondrium dolor finiatur. Nempe & ſi minus quidem auxilium, quàm per purgationem, ſequatur, ſecurius tamen multò exiſtit. Imò nullum ex eo, quod per venæ ſectionem fit, periculum impendet, eò diſcrimen maximum ſubeunte, quod per purgationem tẽtatur: & potiſsimùm ſi laborantis naturam expertus quis non fuerit. Nempe alii difficulter natura purgantur: alii modico adſumpto medicamento purgantur copioſé. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuare tum nouiſti, tum ſis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus eſt, ne plus iuſto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: aut ſi moueris, non tamen ſufficienter vacues. Quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt offenſas. Quod nõ facilè, vt in iis, qui nõ febricitant, emendatur. Cùm igitur febris nõ vehemens fuerit, naturámque laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes, iis, quæ ab Hippocrate dicta ſunt, vel etiam aliis, ſimilis naturæ vſus. Quo è numero eſt, quod ex colocynthide paratur medicamentum, quod iam ex vſu hieram vocãt. Id ſanè variis paratur modis: ſed quod elleborum accipit, ſcammoniámq; non habet, id iis, qui medicamen ſubductorium omnino adſumere poſſunt, optimum eſt.

12 Vbi autem quis medicamentum ebibit, ptiſanam protinus ſorbendam dato: neque inſigniter minore, quàm conſuetũ eſt, quantitate.

Et aliàs quidem ventris ori, quod & ſtomachum vocant, vt in ipſis purgantium medicamentorum potibus, illæſum maneat, conſulere oportet, præſertímque vbi febrientibus tale quippiam propinatur. Verùm præcipua, ne offendatur, cautio eſt, medicamentum, quod propinatur, purum non ſit: ſed cum aliis, quæ malitiã ipſius hebetare nata ſunt, temperatum, miſtúmque. Nempe purgãtium omnium medicamentorum natura, corporum, quæ expurgantur, naturis contraria eſt, atque, vt quiſpiam dixerit, lethalis, & deleteria, id eſt, venenoſa. Vt autem ſucci papaueris, mandragoræque, & hyoſcyami, atq; aliorum huiuſmodi multorum, quæ nobis & ſubſtantia, & viribus aduerſa corpus perimere nata ſunt, portionem exiguam adſumentes, magnam percipimus commoditatem: ſic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus noſtris aduerſa eſt, exiguam aliquam partem præcidentes ad ſuppetias ferendas vtimur. Quo item modo in horum medicamentorum potu ſeminum aliqua, quę boni ſint odoris, miſcemus, quę & malitiam obtundere nata ſint, & operationem ipſorum non prohibeant, tenuéntque ita, incidántque vt & craſſos incidant humores, & vias, quibus vacuatio fiat, aperiant, patefaciántque: ſic & à ſumpto medicamento ptiſanam ſorbere confert. Nempe purgãs medicamentum ipſum tanquam exiguum ad ventris quidem fundum peruenit: verùm, dum tranſit, ſtomachus, & quæcunq; ventris ſublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modò, verùm & ſubſtantiæ, quæ in tranſitu hæret, aliquid adſumens, vehementer læditur. Ptiſanę igitur cremor ſuperingeſtus commoditatem affert. Nempe & detergere, & déorſum trahere quod vix adhæret, & qualitatem medicamenti, quod his adhæret partibus, tum temperare,

cum permutare poteſt. Ob eas igitur cauſas à purgantis medicamenti potu, ptiſanam ſuperſorberi præcipit: ſed vbi purgatio cœpit, ab ea vult abſtinendum, purgantis medicamenti operationem exolui veritus. Atq; ob eam rem ait:

13 Et quoniã ab re non eſt, purgatione in media ſorbitionem dare non conducit. At vbi purgatio deſierit, tunc ſorbitio detur, ſed conſueta minor: deinde liberaliùs perpetuò exhibeatur, ſi & dolor ceſſauerit, & nihil aliud obicem fecerit.

Contra quàm pleriq; huius temporis medici rem hanc docuit Hippocrates. Nempe hi vbi vacuauerũt, copioſè nutriunt. Hippocrates verò à purgatione ptiſanę minus miniſtrari iubet. Nam corporum, quę expurgata ſunt, natura expurgatione agitata, labefactáque tolerare alimoniam non poteſt: neq; probè eam conficere, niſi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum cremoris prima die exhibendum, quantum domare poſsint. Deinde paulatim, ſenſimq́; adaugere oportet, ſi & dolor, vt inquit, ceſſauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait, eſt manifeſtum: ſed nihil aliud prohibere, ad præfatas referre oportet, ſi intelligere volueris, diſtinctiones, in quibus demonſtrauit quónam pacto morbis acutis laborantes abſq; ſorbitionibus regere oporteat. Summa verò horum eſt, cùm vel morbum ante indicationem nulla ſorbitione indigere ſperabimus, vel in quibus ſumma eſt, quæ phlegmonem facit, cruditas.

14 Sermo autem mihi idem eſt, ſi & ptiſanæ cremore vtendum ſit.

Tempus exhibendorum tum ptiſanæ, tum cremoris ipſius, & anteà ſimile eſſe demõſtrauit, re vna dũtaxat differentiam horum definiens. Nempe à cremore principium exhibitionis facit.

15 Melius ſiquidem eſſe dico, vt protinus à morbi initio ſorbere incipias, quàm inanitis, vacuatíſque venis vel die tertio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo, ſi ante hoc tempus morbus haudquaquã iudicatus fuerit, ſorbitionẽ inchoare.

Quod in Aphoriſmis ſcripſit Hippocrates, id & in præſentiarum perſequitur, in morbi omnis vigore tenuiſsimo vtendum victu præcipiens. Si igitur quinta die morbi vigor futurus ſit, & æger ſolo vſus potu ſufficere non poſsit, melius eſſe ait, ſi protinus ab initio ptiſanam dederis, & neq; tertio die, neque quarto ſorbitionem inchoaueris. Sic ſanè & eos, qui vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo ſorbitionem inchoant, falli, circumueniríque, ſi ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo, vt dixi, non perfectam morbi mutationem ſolùm, verùm quoque & effatu dignam tranſmutationem.

16 Præparationes autem & his tales fiant, quales dictæ ſunt. De ſorbitionis igitur exhibitione, ita ſentio.

Et quibus ab initio ſorbitionem daturus ſis, præparatione ſimiliter fieri præcipit. Id eſt, ſiue ſectionis venæ, ſiue clyſmatis, ſiue balani neceſsitas fuerit, il- A lud antè faciendum iubet.

17 De potu quoque qualemcũque ex declarandis potaturus quiſpiam ſit, eadem omnino mihi eſt ratio.

Si laborantem potu ſolo citra ptiſanæ ſorbitionem rexeris, præfatas quoque præparationes te facere iubet, id eſt, aut venam ſecare, aut clyſmate, vel balano vti.

18 Verùm & medicos contra omnino, quàm oportet, agere ſcio. Nempe omnes, languentes ipſos per initia morborũ duos, vel tres, vel etiam plures dies inedia ſiccare, atq; ita tum ſorbitiones, tum potus ex- B hibere volunt, ídque forſan quòd magnæ corporis mutationi magnam quampiam obiicere mutationem ipſis decens eſſe videatur. Verùm mutatio ipſa bene quidẽ habet non modica: ſed rectè transferenda venit. Iam autem & ciborũ exhibitio mutationis rationem maximè ſubit.

Medicos culpat Hippocrates, qui languentes ipſos in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruant: deinde eos protinus alii quidem in ſorbitionem, alii ad potuum ingeſtionem deducunt. Non ita tamen mentionẽ eorum fecit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem miniſtrant. Conſueuit ſiquidem, vt antè di- C xi, interdum prætermiſsis, quæ maxima ſunt, erratis culpare minora, & eam, quæ ex illis oritur, demonſtrare offenſam. Qui autem ita tranſmutant, forſan (inquit) rationabiliter tranſmutare arbitrantur, in magna corporis tranſmutatione effatu dignam victus permutationem facientes. Quod ſanè bene eos exiſtimaſſe ait, non tamen de tranſmutatione omni, ſed bene aliqua eſt putandum. De qua partim prædixit, & partim quippiã eſt dicturus, ſermone adſtruens declinandas eſſe repentinas mutationes.

19 Maximè ergo lædentur, qui tota vtentur ptiſana, niſi rectè transferantur: lædentur quoq; & qui ſolo vtentur cremore: lædentur prætereà & qui ſolo vtentur potu, ſed hi minimè.

Dictam paulò antè ſubitam victus mutationem, D qua primis diebus in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maximè quidem nocere ait, ſi in ptiſanam totam transferantur, minus verò ſi in cremorem, ſed ἥκιστα, id eſt, ἐλάχιστα, quod minimum indicat, offendi eos, qui ad ſolos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum, quæ offeruntur, magnitudo oritur offenſæ.

20 Oportet autem & ex ſanorum hominum victu diſciplinam, quæ conferat, facere. Nam ſi ſanis quibuſdam tales vel tales cibi multùm differre videantur, cùm in aliis quibuſdam, tum in mutationibus,

quomodo

quomodo & in morbis quibuſdam,& maximè in acutis,non valde differant?

Incipit Hippocrates præfatam ab ipſo de victu ſententiam demonſtrare,arguens vnà & eos, qui contrario victum inſtituunt modo:ſed,vt dilucidius, conſpicuúſq; reddatur ſermo, ſummam ipſius omnem præfari melius eſſe mihi videtur. Eſt autem earum, quæ in eam rem adſumuntur,ſumptionum dignitas altera vniuerſalis hæc: Si bene valentibus læſionem adferant repentinę victus ad contraria mutationes,multò magis ægrotantibus ipſis. Quod variis etiam modis poſſumus interpretari,aliud in aliam tranſſumentes dictionem,vt hoc pacto:In repentinis victus mutationibus,qui ſani ſunt, ægris minùs læduntur. vel ſic:Aegri ſanis magis læduntur, vel ad hunc modum: Detrimenta ſanos minùs,quàm ægros, afficiunt.Generalior hæc interpretatio: Validiores minus afficiunt,imbecilliores magis detrimenta. Licet & aliter vim ſermonis interpretari,aut ex eo, quod per ſe,& primùm vtile ſit,ad quod demonſtratur:aut ex aliqua continētium ipſum vel dignitatum, vel ſumptionū. Talis quidem tibi ſit per ſe credibilis ſumptionum altera:λήμματα Græci dicunt. Lemmata verò,id eſt, ſumptiones vocare conſueuit Ariſtoteles dignitates, vel ploloquia,vel poſtulata. Sed alteram,cui fides per experientiæ lucem acceſsit,déinceps audi: Sanos etiam repentina victus mutatio offendit. Ex vtraq;hac ſumptione concluditur, languentes à repentina victus mutatione lædi magis:ſed multò magis qui acutis infeſtantur morbis. Hæc eſt vis ſermonis. Verùm Hippocrates alteram ex ſumptionibus per ſe tum priorem,tum credibiliorem,protinus citra ſtructuram,ac confirmationem accipit. Altera verò iis, quæ ſingulatim per experientiam noſcuntur, confirmatur. Quod & ſequens declarat oratio.

21 Atqui quòd ſimplex tum cibus, tum potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tutior ſit,quàm ſi quis ſubitò ad alterum vel meliorem ſe transferat,facilè diſcitur, intelligitúrque.

Alteram ſumptionum earum,quę ad præſentis ſermonis demonſtrationem præſtant, nunc ex multis particularibus exemplis aſtruere incipit,fidem ipſius in vnam colligens ſummam,quæ talis eſt: Magnæ,& repentinæ præter conſuetudinem mutationes, non paruam ſanis afferunt læſionem. Quanquàm ſermo hic conſpicuus ſit,tamen ſi quippiam, quod explanatione indigeat,intercidere videbitur,iis,qui exercitati nō ſunt,in ſequenti ſerie explanare non cunctabor:Nempe hic commentarius propoſito non horū modo,qui in ſermonibus ſunt exercitati,verùm quoque & eorum,qui exercitati non ſunt, tum liberalis, tum benignitatis plenus exiſtit. Quòd ſi quis præfatas diſciplinas neq; didicerit,neq; expertus fuerit,aliud quippiam agat.

22 Nempe tum iis, qui bis die comedunt,tum iis,qui ſemel, noxam,imbecillitatémque pariunt repentinæ mutationes: quíq; prandere non conſueuerunt,& prādent,ſtatim ægrè habent:toto corpore graues redduntur,& parum valentes, & deſides. Quòd ſi ſupercœnauerint, acidum ructant:alios vero alui læuitas exercet.Nempe ventriculus præter conſuetudinem grauatur,ſuperſicceſcere cōſuetus non bis tumeſcere,neque bis cibos coquere.

Non ſolùm quòd in repentina conſuetudinis mutatione valde lædantur, verùm quoq; & quænam læſiones fiant, & quónam modo ſingulas emendare oporteat ſcribens Hippocrates,ob id ſermonem prolixum facit. Nam ſi duntaxat quòd in repentina conſuetudinis mutatione lędantur,oſtenderet,ob id ſermo illi totus breuis foret. Prima igitur conſuetudinis mutatio,quam nunc exprompſit,eſt de iis,qui prādere non aſſueti,pranſi aliquando ſunt. Ait enim tales & ęgrè habere,& toto corpore graues fieri,parum item valere,& deſides reddi.Contingunt autem hæc ipſis grauata ab alimento, veluti à pondere, facultate. Neq; enim ægrè ea habet propria ratione,veluti in ci bi penuria fieri conſueuit.Ob eam igitur cauſam hoc in loco ſermoni adiecit totum corpus grauari iis, qui bis cibati ſunt, eóſque fieri deſidioſiores. Verùm in aſſuetis prandere, & non pranſis imbecillitatem quidem virtutis ſcripſit, ſed grauitatem non adſcripſit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitatur ſua ratione virtus. Præterea cum deſides fieri in præſenti victus mutatione aſſerat, in contraria timidos eſſe dixit,quaſi opus omne peroſos, & veluti opus aggredi veritos diceres. Nempe res ita habet. Nam qui ita affecti ſunt, virtutis imbecillitatem verè ſentiūt:atq; ob id eas,quas antè promptiùs obibant,obire non audent actiones. Quinetiam & iis, qui diminutè cibantur, viſcera opinione pēdere ait, eóſque tum calidum,tum χλωρὸν,id eſt, viride meiere. Calidum inquiens,id eſt, ſolito calidius: χλωρὸν verò,id eſt,viride, iuxta morem quendam Aſiaticorum Græcorum,qui & nunc obſeruatur. ὠχροὺς ſiquidem id eſt,pallidos quoſdam videntes, cauſam cur ita χλωροὶ,id eſt, virides facti ſunt, interrogant, χλωρὸν, & ὠχρὸν,id eſt, viride & pallidum nihil differre exiſtimantes. Viſúmq; quendam χλωρότερον,id eſt, viridiorem dicunt: ὠχρότερον, id eſt, pallidiorem ita ſignificantes. Eſt autem ὠχρὸν χρῶμα, id eſt,color pallidus, veluti ignis,& color ὤχρας vocatæ,cuius prima ſyllaba acuitur coloris cuiuſdam ſignificatione. Fitque talis color permiſta aquoſo excremento pallida,& amara,& flaua appellata bile. Nempe flauus color quantū à rubro in albiorem ſecedit, tantum à flauo pallidus. Scripſit & alia quædam ſymptomata, quæ ita affectis fiunt. De quibus cùm ad eam,quę de ipſis eſt,mentionem peruenerimus,agemus. Præſentē autem dictionem diſcutiamus. Quæ in non aſſuetis prandere contingere ait,his adhuc & hoc adiecit: Si autem ſupercœnauerint,acidum ructant. Quòd autem ructus acidi ſiant, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut ſi pauci quidem ſint, poteſtate tamen frigidorum, didicimus. Omnium autem præfatorum commune eſt, calorem ventris ingenitū vinci à cibis,non eos vincere,neq; his præſtare,neq; probè ipſos conficere poſſe:vt ſi modicæ flammæ lignorum multitudinem ſuperaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia,tum humida ſuperpoſueris. Cæteris ita cibatis διαῤῥοιαν,id eſt,alui læuitatem, ſiue humidam deiectionem fieri ait. Verùm in exem-

plaribus nõ paucis non σπατίλην ſcriptum inuenies, ſed ἄσσην: vt eo vocabulo ῥιπ]ασμὸν, id eſt, proiectum A intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus eſt, corporis, inquã, ob cibi multitudinem ἀσσωμένε, id eſt, grauiter, moleſtéque habentis, atque implacidi, inquietíque, dum in lecto iacet, & ſeſe permutantis. Cæterùm quòd circa dictionis finem cibi confectionem coctioni ſimilem eſſe oporteat, manifeſtè oſtendit, tanquam à calore fiat non ſicco, ſquallentíq;, cuiuſmodi eſt febrilis, ſed ab humido, vaporoſóque, cuiuſmodi eſt, qui in animalibus ſecundum naturam exiſtit.

23 Conuenit autem his permutationẽ æqua virtute compenſare. Dormire ſiquidem eos oportet, tanquam noctem à cœna hyeme quidem citra frigus, æſtate verò citra calorem, agant. Quòd ſi dormire non queant, plures lentè ambulando abſoluant circuitus: neque ſtent, neque cœnent, aut pauca, & innocua. Minus prætereà bibant, ſed meracius, & non dilutum. Magis prætereà & is afficietur, qui ter die replebitur, ac etiam multò magis, qui crebriùs, quanquàm ſint nonnulli, qui ter die ſatiati facilè ferant, vtpote qui ita ſunt conſueti.

Hoc in loco referre hæc non erat neceſſe. Nempe docere propoſuerat quonam pacto repentinæ conſue C tudinum mutationes nos lædant, non autem quo tales læſiones modo curare oporteat. Verùm quoniam Hippocrati hoc tentare eſt viſum, propterea quæ ſcripſit proſequemur. Maximè quidem is dormire ipſos plurimùm iubet: & ſi dormire nequeant, plures lenta ambulatione abſoluant circuitus, ídq; vt quàm plurimi expoſitorum aiunt, poſt cœnam: ſed vt eorum, quæ dicuntur, ſenſus præcipit, poſt prandium. Nam oratio hæc, Tanquam noctem agant. de ſomno meridiano, non de nocturno dici expoſtulat. Prætereà quod continuata eſt ſcriptum ſerie, vbi inquit: Si verò dormire non queant, plures lentè ambulando abſoluant circuitus, neq; ſtent, nihil prætereà cœnent, vel pauca, & innocua, teſtatur Hippocratem velle eos à prandio dormire, non à cœna. Duorum igitur alterum. Nam aut emendanda tanquam errati conſcia ſcriptio, atq; ita ſcribendum, Dormire ſiquidem eos oportet poſt prandium, tanquam noctem agant: D hyeme quidẽ citra frigus, æſtate verò citra calorem. Vel ſi ſeruare volumus orationem hanc à cœna, intelligenda eſt, hoc pacto dictio: Dormire ſiquidem eos oportet, vt à cœna antè dormiebant, ſic & nunc poſt prandium tanquam noctem agant. Quod autẽ velit Hippocrates eos vel nihil omnino, vel parcè, & leuiter cœnare, ſenſus eſt manifeſtus. Ventrem ſiquidem vult requieſcere, laborémque, quo grauatus afficiebatur, refoueri, quòd præter conſuetudinem pranſus homo fuerat. Hinc ſequẽs eſt & minus bibere, ſed non aquoſum, non dilutum. Nempe fluctuationem, humiditatémque, & refrigerationem vitare oportet, vbi à ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, nõ aquoſum eſſe conuenit, ſed ventris tum calfactoriam, tum roboratoriam obtinere facultatem. Cætera, quæ continuantur, liquida ſunt, & manifeſta.

24 Prætereà qui bis die cibum ſumere conſueuerunt, ii, niſi prãſi fuerint, ægrè habent, parum valent, timidíq; ad quoduis opus fiunt, & cardialgici. Nempe his viſcera pendere videntur, calidum mingunt, & viride, id eſt, pallidum, ſtercúſque exuritur. Sunt quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora ſaliunt, partéſque frigeſcunt extremæ.

Cætera quidem huius dictionis in eorum compa B ratione, quæ præter conſuetudinem pranſis contingere diximus, ſunt explanata: ſed de reliquis nunc dicam. ἀφοδὸν, id eſt, ἀποπάτημα, id eſt, ſtercus ipſorum, ſiue alui purgationem incendi, exuríque inquit, à calore ſcilicet aſſatam. Nempe corpus magis tum ſiccefsit, tum igneſcit, iis, qui conſuetum relinquunt prandium. Aliis os amareſcere ait, vtpote iis, qui bilioſiorem habent naturam: híſque caui fiunt oculi ab eadem, qua excrementum aduritur, cauſa ſicceſcentes. Quòd autem in amaræ bilis naturis vernaculis calor in id, quod igneum eſt, digrediatur, propterea, & tempora ſaliunt, id eſt, temporum arteriæ euidenter pulſant. Partes prætereà corporis extremæ frigidiores fiunt, quòd venter bilioſis repleatur humoribus, quorum morſu, atque contriſtatione affectus, virtutem diſſoluit, corporíſque extrema perfri- C gerat.

25 Plurimi quoque horum, qui pranſi non ſunt, cœnare nequeunt. Qui ſi cœnauerint, ventris grauitate afficiuntur: ac difficiliùs cubant multò, quàm ſi pranſi fuiſſent.

Picrocholi natura præter conſuetudinem, imprãſi permanentes, cibos auerſantur, faſtidiúntque, ventre ſcilicet malè tum tractato, tum afflicto. Verùm qui coacti cibum ſumpſerint, grauantur: atque ob id δυσκοιτέουσι, vt ipſe inquit, id eſt, malè habentes in lecto permanent, & traducunt.

26 Cùm igitur talia ob dimidiatæ diei victus à conſuetudine digreſsionem ſanis contingant, neque adiici quicquam, neq; D ſubtrahi commodè videtur.

Rurſus inter exponendum quæ contingunt valentibus iis, qui ſubitò conſuetudinem permutauerunt, ſermonis ſummam obiter, atque veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit, quæ ſanis contingunt. Nempe vt conſtat, ſi bene valentibus victus dimidiatæ diei permutatio adeò moleſta ſit, quo modo non admodum languentibus ipſis moleſta erit? Déinde rurſus ad explanationem eorum, quæ ſanis contingunt, reuertitur in ſequenti dictione, quæ ita habet:

27 Qui igitur præter conſuetudinem ſemel paſtus toto die exinanitis vaſis quã-

tum

tum conſueuit, cœnauit, ſi tunc impranſus laborauerit, parúmque valuerit, atq; adſumpta cœna tunc grauatus fuerit, multò magis eum grauari par eſt: quòd ſi adhuc pluſculis horis venæ exinanitæ fuerint, atque repentè cœnauerit, magis adhuc grauabitur.

Quod ait, huiuſmodi eſt: Si qui præter conſuetudinem impranſus permanens minùs conſueto cœnauerit, nocte grauetur: multò magis grauabitur, qui ſolito plura eſt cœnatus. Qui autem pluſculo tempore exinanitis vaſis repentè cœnauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe qui impranſi præter conſuetudinem permanent, horum alii ad minus temporis inediam protendunt, alii ad longius interuallum: hos igitur grauari adhuc magis ait.

28 Quibus igitur præter conſuetudinem venæ ſunt inanitæ, ii eodem die veniunt reficiendi. Vitent in primis frigus, calorem, & laborẽ. Nempe hæc omnia moleſtè feruntur: deinde cœnam ſolito minorem faciant, eámque non ſiccam, ſed humentiorem: deinceps bibant, neque dilutum, neque minus, quàm ingeſtorum ratio poſtulat. Poſtero autem die pauca prãdeant: vt acceſsione ſenſim creſcente, ad conſuetudinem redeant.

Vt eorum, qui præter conſuetudinem pranderunt detrimenta emendauit, ſic & eos, qui quòd ſemel dũtaxat die præter conſuetudinem ederũt, afflicti ſunt, vult in primis vitare tum calorem, tum frigus, tum labores: hæc nempe omnia moleſtè ferri ait. Adde quòd & minus ſolito cœnare ipſos iubet: quanquàm plerique maximè contrà agant. Nam prandere ob negotium aliquod prohibitos volunt in cœna & eam, quę in prandio omiſſa eſt, adſumere alimoniam, haud ſciẽtes quòd eget quidem verè alimonia omiſſa corpus, ſed ipſam conficere non poſsit ventriculus ob longiorem abſtinentiam læſus, afflictúſque. Quinetiã Hippocrates vt alimoniæ minus uult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe huiuſmodi alimonia exiccatis tum ventri, tum corpori vniuerſo peculiare auxilium præſtat. Roborare prætereà & ventrem ipſorum iubet vini potu, neque dilutum, neque minus, quàm cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Dilutum enim, ventris robur exoluit. Minus verò quàm cibi proportio expoſtulat, ventri exarefacto inhabile exiſtit. Poſtero quoque die ita affectos victui proſpicere iubet: qui conſuetorum ciborum minus ingeſſerunt, atque ita læſi ſunt, vt ſenſim, paulatímque in priſtinam redeant conſuetudinem.

29 Talia verò moleſtiùs ferunt, qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt.

Iam & ego paulò antè dixi picrocholos, id eſt, amaræ bilis homines ſubitariam eam, quæ à victu, ad abſtinentiam fit, degreſsionẽ pituitoſis difficiliùs, moleſtiúſve ferre. Bileſcit ſiquidem ocyus his totus tum

Galen.

corporis, tum ventris habitus. Sed quare non ſimpliciter dixit picrocholi? at parte ſuperiore? Nempe cũ flaua bilis, quam & pallidam, & amaram nominant, ſuperiori ſupernatat vẽtri, iure optimo tales parte ſuperiore picrocholos dicimus. Cùm verò per ſedem demittitur, parte inferiore picrocholos aſſerimus. Paulo ſiquidem rhetori, qui toto corporis habitu pituitoſus erat, diebus ſingulis ſupernatabat flaua bilis, primámq; ipſam vomebat à lauacro non paucam. Eudemo autem philoſopho, qui temperamento bilioſus erat, per ſedem demittebatur: raróq; is, quanquàm aliquando, pallidam vomebat bilem. Vt autem Pauli excrementa bilis exiguum habebant, ita Eudemi multum. Qui igitur præter conſuetudinem nõ prandent, ſi & toto corporis habitu, & ſuperiore ventre picrocholi fuerint, his neceſſariò cõtingunt, quę paulò antè dixit omnia. At qui ventre dũntaxat ſuperiore picrocholi exiſtunt, his tolerantiæ difficultas ſimiliter continget: ſed ex reliquis ſymptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem, ſed moderatiora. Prædixit quoq; & eos, qui præter conſuetudinem nõ prandent, timidos ad quanuis operationem eſſe, ſtomachi eroſiónibus affici, penſilia videri ipſis viſcera, calidum, & viride meiere, exuríq; excrementa. Aliis os amareſcere, oculos cauari, tempora palpitare, extrema perfrigere. Sed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem ſuperiore dũntaxat ventre talibus. Atq; ob id ad quanuis operationem timiditas, extremorum perfrictio, mictus calidus, viridíſq;, deiectionum aduſtio, cauatio oculorum, & temporum ſaltus toto habitu picrocholis vſu eueniunt. Vtriſq; autem penſilium viſcerum opinio, & oris amaritudo. Nam ob inſuetam abſtinentiam, tum ſuſpenſa, tum pendula percipiunt viſcera. Verùm ob bilis* exuperantiam picrocholis toto corpore os amareſcit: [* amaritudinem.] non quòd affectio in ore magis fiat, ſed quòd ſentiendi partem eam natura generis humorum diſcretoriam fecit. Venter autem magis quidem his exuritur, quibus ex hepate in vẽtrem bilis effuſa ſupernatat, minùs autem quibus deorſum mittitur. Nam his quidem inteſtinum proritat ad excretionem, illis verò ſtomachum mordet. Ob eam rem Eudemus diebus ſingulis, bis, & interdũ ter, deiiciebat: Paulus autem interdum nullo pacto excernebat. Niſi etenim inteſtina à mordente aliquo iritentur, vel copioſo excremento grauentur, excretionis promptitudinem non accipiũt. Neutrum horum impranſis contingit: neq; enim mordentur inteſtina bile in os aſcendente, atq; illa non mordente, contriſtantéque. Neque grauitas his fit, qui omnino non comederunt.

30 Non aſſuetam autem cibi abſtinentiam faciliùs omnino ferunt, qui parte ſuperiore pituitoſi ſunt: quo fit vt ſi ſemel die cibo vtantur, faciliùs etiam ferant.

Priùs quidem parte ſuperiore picrocholos vſum cibi, qui ſemel die fit, difficiliùs tolerare dixit. Nunc autem ad pituitoſos ſe trãsferens, pro cibi vſu, qui ſemel die fit, inediæ meminit: ex habente manifeſtius detrimentum, ad minus noxium tranſlationẽ ex proportione faciens. Nam ſi magis quidem lædi eos, qui ſine cibo totum præter conſuetum permanſerunt diem æquum ſit, minus autem qui non prandent, & pituitoſi picrocholis cibi vſum, qui ſemel die ſit

faciliùs ferant, quòd sanè & inediam faciliùs ferant, palàm est omnibus. Causa autem cur pituitosi faciliùs cibi vsum, qui semel die fit, ferant, ex iis, quæ anteà de biliosis dicta sunt, euadit conspicua. Nam bilis humor in ipsis inediis amarior redditur. Pituita verò temporis processu coquitur, sanguisq; efficitur, neutra bile in sanguinis substantiam redire valente: cùm ex sanguine quidem plus calefacto flaua bilis generetur, ex eodem verò assato, adustóq;, atq; etiam ex crasso atra. Pituitæ autem generatio in pituitosis eduliis sanguinē perpetuò antecedit: atq; generatione ipsius media cibi in sanguinem transeunt. Neq; hoc deterioribus tantùm cibis contingit, verùm & quibusdā eorum, qui salubres admodum esse videntur, vt pani, chōdro, semidali. Ego sanè eam, quę mihi optima esse videtur, narraui conscriptionem. Nempe quod in ea docetur, per se verum est: atq; continuatam cum iis, quæ antè dicta sunt, habet seriem: qui optimæ explanationis sunt scopi. Non tamen in exemplaribus omnibus consimilem inuenies descriptionem, sed in aliis & aliis pugnantem. Cæterùm aliter in libris ferè omnibus reperitur dictio hæc falso sermone, & nullam, quæ antè dictis continuetur, seriem seruante.

31 Potissimum sanè & hoc argumentum, quòd maximæ mutationes eorum, quæ circa naturam nostram, habitúmque contingunt, maximè morbos committunt.

Multa quidem apud Hippocratem φύσεως, id est, naturæ nomen indicat, sed hoc in loco temperaturam significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structuram, compositionémq;, ἕξιν, id est, habitum appellari, quo in structuræ genere continetur, & bilis ad partes superiores fluctuatio, & ad inferna deiectio, & viscerum tum suspensio, tum constantia, stabilitásq;. Nempe cùm venter magnus existit, viscera confirmat, & stabilit, tametsi cibis vacuus, destitutúsq; fuerit. Verùm cùm paruus est, cibis quidem refertus confirmat: vacuatus verò subsidētia relinquit. Hinc fit vt suspensa sentiant viscera. Quibus autē bilis flaua rursum natat, fluctuátq;, antè est dictū, meatu bilem ipsam ex hepate ad id intestinum, quod Gręci ἔκφυσιν, vocant, quasi è ventre enatum dixeris, deferente, neq; structuram habente eandem. Nam interdum quibusdam portio aliqúa ab ipso ad ventrē procedit: his quidem supernatat biliosum excrementum: cæteris verò déorsum omnino voluitur.

32 Non igitur intempestiuè, neque fortes vasorum inanitiones moliri, neque, cùm morbi vigent, feruorémque habent, cibum dare, neque repentè huc, vel illhuc in toto negotio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem scripta est, copulari siquidem debuit cum ea, quę scripta est antè, vt tota oratio talis foret: Talia verò molestiùs ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinentiam faciliùs omnino ferunt, qui parte superiore sunt pituitosi: quo fit vt cibi vsum, qui semel die sit, faciliùs etiam ferant. Non igitur intempestiuè, neq; fortes vasorū inanitiones moliri, neq; cùm morbi vigent, feruorémq; habent, cibum dare licet. Nam posteà quàm sermonem, quo magnas victus mutationes ostendit sanos ipsos, nedum languentes lædere, compleuit, absoluítq;: iure intulit cuius gratia mentionem de his omnibus fecit inquiens: Non igitur intempestiuè, neque fortes vasorum inanitiones moliri licet. Quanquàm autem & institutū etiam per relata sufficienter demonstrauerit, videtur tamen & ad alterum transire sermonem, qui hæc commōstret, liberaliter testimonio vsus. Principium igitur sequētis sermonis iure censetur dictio hæc. Potissimum sanè & hoc argumentum, quòd maximæ mutationes eorum, quæ* circa naturam nostram, habitúmque contingunt, maximè morbos committunt. Cui quidem dictioni continua fuerit, quæ ita sequitur: Multa autem his germana eorum, quæ ventri contingunt, atq; alia quis dixerit. Dictionem sanè hanc sum explanaturus, sed nunc ad præsentem reuertar, quæ hanc habet mentem: Non intempestiuè, neq; vehementer fame necare, neque in morborum consistentiis victum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet, sicuti neq; subitò ad contrarium. Ex quibus sequitur, talem instituendam victus rationem, qualem is præcepit. Summa autem horum est, declinandas esse subitas, repentinásque ad contraria permutationes.

[*præter.]

33 Multa autem his germana eorum, quæ ventri contingunt, atq; alia quispiam dixerit, vt exempli gratia: Cibos, quibus vti consueuerunt, facilè ferunt, tametsi natura haudquaquam boni fuerint, similiter & potus. Cibos verò, quibus vti non consueuerunt, etiam si mali non fuerint, molestè ferunt. Consimili modo, & potus.

Quæ similia, congruentiáque existunt, atq;, vt quispiam dixerit, genere iuncta, cognatáque, consueuit vocare Hippocrates ἀδελφισμένα, id est, germana, quòd eorum, qui genere iunguntur, & familiarissimi, & genere omnium iunctissimi sunt ἀδελφοὶ, id est, germani. Nam propinquitates cæteræ his posteriores sunt, vt patrum, matrúmque fratres, sororésq;, & fratrum, sororúmque filii, filiæque, & quæcunque id genus sunt. Cætera dictionis clara sunt. Nam demonstrat Hippocrates sermonem eundem, quem ab initio demonstrauit, cuius summa est: Consuetudo maximè potest, repentináque ab ea digressio corpora non parum offendit.

34 Si ergo multa præter solitum carnis deuoratio, vel alia, vel silphion, vel ipsius succus, vel caulis, vel alia consimilia, quæ seorsum insignibus sunt prædita viribus, ventriculis quibusdam magis, quàm alia, labores inferant, minùs quis admirabitur. At iure admiraberis, si didiceris quantam maza turbationem, tumorem, flatum, torminàq; mazam deuorare non assueto pariat, si præter consuetudinem ingesta fuerit, vel qualem panis ipse calidus deuoratus sitim inferat, & repen-

tinam

tinam plenitudinem, quòd tum exiccet, tum tardè descendat, & quàm varia inter A se pariant purißimi, confusaneique panes, si præter consuetudinem deuorentur, & maza similiter vel arida, vel humida, vel tenax: qualiter item & polentæ afficiant, recentes quidem eos, qui recentibus vti non consueuerunt, & aliæ eos, qui recentibus ex consueto vtuntur. Ad hæc quid faciant vini, & aquæ potationes præter consuetudinem in aliud subitò translatæ, quid dilutum item vinum, meracúmque repentè pota. Dilutum enim cum infirmitate humentem reddit ventrem superiorem, fla- B tuosúmque inferiorem. Meracum verò venarum pulsationem efficit, capitísque grauitatem, & sitim infert. Præterea quid vinum album, nigrúmq; præter solitum mutata, quæ etiam si ambo vinosa fuerint, valde alterant corpus. Quare dulce, vinosúmque minus quis dixerit mirum esse non idem posse, vbi repentina fuerit mutatio.

Sermonis totius sensum, intelligentiámque vbi priùs dixerimus, ad particulares, quæ in eo sunt, dictiones perueniemus. Orationis igitur totius sensus talis est: victus mutationem in eos, qui insigni prædi C ti sunt virtute, tum cibos, tum potus nemo, qui ledentem corpora viderit, admirabitur: verùm eam, quę fit neq; sine læsione in cibos, potúsque non insigni prę- ditos virtute, iure quis admirabitur. Talis quidem est sermonis totius intelligentia. Sed vt particulatim dicam, orationis totius principium mentionem eorum facit ciborum, qui fortem, vehementémque habent facultatem, vt carnium deuorationis, alliorum, silphii, succi eiusdem, & caulis. Nempe silphium totũ fortem habet facultatem, sigillatímque succus ipsius, & caulis. Verùm hæc quidem simpliciter dixit, sed cũ carnium deuorationis meminit, adiecit hoc verbum Multa. Nempe multa carnium deuoratio magnam habebit facultatem, mediocris verò nõ magnam. Quæ huic succedit dictio ad eos accedit cibos, qui nõ ma D gna constant virtute, mazam videlicet, & panem vel calidum, vel frigidum, vel purum, vel syncomiston, id est, confusaneum. Quòd panem non purum syncomiston appellet, constat & ex ea, quæ ad purum est, oppositione. Panem hunc homines huius temporis autopyron appellant, non discreto scilicet furfuraceo, sed vnà cum syncera, puráque farina macerato, conspersóque. Post hæc de polentis mentionem fecit, recentésque vocauit ποτάνιας Ionum voce vsus, & antiquorum. Memorauit postea & vini, & aquæ potationes præter solitum mutatas. Meraciorem item, & dilutiorem potum. Quibus adiecit dilutum vinum in ventre superiore πλάδον, id est, humiditatem, infirmitatémque facere, flatúmque in inferiore. Meracum verò palpitationem temporum, capitis grauitatem, & sitim, idque caliditate, dilutum autem contraria tum humiditate, tum frigore. Mentionem quoq; & de vinorum ipsorum differentia fecit, ex his omnibus colligens quod in vniuersum ab initio ipsi propositum, institutúmque, omnem scilicet consuetudinis subitam permutationem non paruum corpori adferre detrimentum.

35 Cæterùm partem hinc aliquam sermoni contrario τιμωρητέον, id est, iuuare oportet. Nempe his victus mutatio facta est, corpore neque ad robur, vt cibos adiicere, neque ad infirmitatem, vt cibos diminuere oporteret, haud quaquam permutato.

Verbum hoc τιμωρητέον, opitulandum, siue iuuandum indicat. Neque autem opitulatio alia sermoni huic fuerit præter patrocinium quòd vera loquitur. Nempe cùm ex duobus sermonibus vnus ipsi placuerit, alter verò aduersetur, & ei quidem, qui placuit, hucusque est patrocinatus, nunc ad alterius patrocinium descendit, cuius sententia quis conuenire dixerit, vt languentes ab insigni victus mutatione iuuentur, quando & corporis affectio in contrarium his quidem, qui anteà sani viuebant, nunc verò ægrotant, permutata sit. Sanè & in huius sermonis gratiã vniuersaliter anteà est locutus his verbis: Transmutatio autem bene habet non modica, sed ὀρθῶς, id est, rectè transferenda venit. Deinde quid aduerbiũ hoc ὀρθῶς indicet, non paucis ostendit, sed ad summam subducens, colligénsque dixit: Non igitur intempestiuè, neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neque cùm morbi vigent, feruorémque habent, cibum dare, neq; repentè huc vel illhuc in toto negotio quicquam mutare licet. Quare & ambiguitatem soluere iam anticipat, quam nuper enuntiauit, sermoni consentiens. Adiiciétque imprǽsentiarum aliquid, cùm inquiet: Coniicere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; speciem, & cætera, quæ his succedunt, quę in sequenti dictione explanabo.

36 Coniicere autem oportet & robur, & morbi cuiusque speciem, hominis item naturam, atque ægrotantis in victu consuetudinem, non in cibis solùm, verùm quoq; & in potionibus.

Conuenienti in acutis morbis victus institutioni, quam docuit, & roboris considerationem, & morbi speciem, prætereà & hominis naturam, consuetudinémque ipsius adiicere iubet Hippocrates. Nempe summa, quam adstruit, est, Non permutandam esse victus speciem priùs, quàm signa coctionis manifesta sint. Id autem fiet, si quot diebus ad vigorem morbus venturus sit, præcognoueris. Verùm cùm victus, quem manifestabo, pro maioris, minorísve ratione permutari poßit, quòd laborantes inter se differant virtutis tum robore, tum infirmitate, naturali item temperamento, & morbi specie, atque antecedente consuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiosè tum magis, tum minùs animaduertere, an videlicet, vel oxymelite, vel melicrato ægrum regere debeas, aut solam aquam bibendam adusque coctionis notas dare, aut ptisanam, aut ptisanæ solum cremorem, déinde an bis, aut semel die.

In victu

In victu igitur tum magis,tum minus per ea,quæ dixit,coniicere oportet.Nam si ægrum ptisanæ cremore indigere comperias, iam tibi non etiam constat quantum de eo sis propinaturus. Consimili modo de oxymelite,melicrato, & aqua. Verùm quomodo ad generis victus inuentionem operæpretium est vt cognoscas an robusta,vel infirma sit laborãtis facultas, quot item diebus morbi coctio futura sit:sic & considerandum quantum vel robusta, vel infirma fuerit. Nempe in virtutis tum robore,tum infirmitate magis & minùs valde discrepant. Sic morbi quoque discrimina differentiásque coniicere oportet. Neque enim satis est cognoscere quòd pleuritis, vel peripneumonia sit,sed & qualísnam sit cognoscere oportet in dolore, febre, & sputis. Nempe pleuritidum, quæ cum dolore sunt, aliæ quidem magis, aliæ verò minùs tales existunt,febrémque vehementem habent tum magis,tum minùs particulares pleuritides. Cæterùm non parua est in iis,quæ expuuntur, differentia,vt in Prognostico est dictum. Cùm igitur particulatim in dictis differentiis varient ægri, fieri nequit vt in Empiricorum appellatis syndromis reperiatur disciplina. Neque enim eorum,qui in virtute comperiuntur,excessuum differentiæ scribi possunt, neque febris vehementia,neq; sputorum quantitas,neq; in particularibus coloribus,dissimilibúsque eductionibus magis,minúsque. Verùm cuiusq; rei virtute intellecta,omnes inter se comparare, summámque omnẽ ex ipsis colligere oportet. Qua quidem in re tum meliores,tum deteriores reperiuntur medici, quãquàm eadem didicerint. Nempe qui perspicaci magis pollent sensu,iis,qui hebetiorem habent, euadunt probatiores:laboris item amantiores,segnioribus,exercitatiorésque,minùs exercitatis:atq; qui memoriam tenaciorem habent,iis,qui minùs ea valent. Ex particularium igitur omnium virtute colligere in summam omnem formam totam, singulorúmque ciborum quantitatem commodius est. Nam imbecillitas sæpius quidem, sed paulatim cibandum indicat. Fidémque rei huic facit quòd æger bis cibari suetus sit. Facultatis autem robur contrarium indicat. Nam si in homine semel cibari sueto videatur, semel ipsum cibare oportet,quod indicant ambæ coniecturæ. Sic & corpus bene difflabile ad cibationem stimulat. Quod ægrè difflatur, ad contraria agit. Quod item tenues habet succos,id cibandum indicat. Quod his non constat,contrarium commonstrat. Atq; vnumquodq; ex his,quæ dicta sunt,magis, minúsque proportionaliter sibi & auxiliorum vsum tum auget,tum remittit.Sed de huiusmodi,omnia in Methodo medendi deinceps & ordine ita exarata sunt, vt tum citissimè condiscere,tum facillimè ad memoriam reuocare possis. Fieri siquidem nequit vt libro vno pręsenti bene omnia scribat Hippocrates, atque ordine doceat,vtpote qui primus horũ inuentionem sit molitus. Qui tamen hæc ab Hippocrate tum transuersim,tum inordinatè scripta didicerit, totámq; suam vitam in eam,quæ ex operibus docetur, meditationem,exercitationémque deuouerit,is & lucem,& ordinem doctrinæ adiicere poterit. Quòd si & pluribus libris fecerit, quanta futura sit claritatis eorum, quæ docentur,exuperantia,liquidò patet. Nemo ergo animum despondeat, si hinc confundatur scoporum multitudine affatim circunseptus. Nam si quòd particulatim horum vnumquodque à nobis in Methodo medendi demonstratum sit intellexerit, atque ad illam translatus laboriosè singula didicerit, ea

A sanè, quæ nunc incompositè, inordinatéque dicuntur,liquidò cognoscet,speculationémque in ipsis artis operibus exercens veritatem ipsius laudabit.

37 Ciborum autem adiectioni intendendum multò minùs, subtrahere verò omnino sæpenumero expedit, cùm æger sufficere possit, donec morbus maturescat.

Quoniam victus cuiusq; species ex iis, quæ anteà dixit,inuenitur,atq; inde quæ in antè scripta dictione referuntur,coniicere operæpretium sit, vt in singulis victus formis quantitas reperiatur,præsenti dictione.Ciborum autem adiectioni intendendũ mul-

B tò minùs,prorsus verò subtrahere sæpenumero expedit,cognoscens præsidiorum singulorum quantitatẽ artificiosa egere coniectura. Artificiosè autem coniicere viri esse,qui vires omnium,quæ in arte sunt,didicerit,memoriæ mandauerit, atq; diligentia omni adhibita sese in operibus artis exercuerit, paucíque tales existant,iure optimo quę pręsenti,inquam, dictione referuntur,adscripsit, in quantitate ipsa ad id, quod minus sit,procedendum esse magis,quàm ad id, quod exuperat,vbi quis à iusto modo abscedit,admonens.Nempe quod plus est,exuperátq;, noxas interdum inemendabiles facit. Verùm quod minùs est,facilè emendatur. Nempe si virtus labare videatur, cibi exiguum insuper ministrare possumus. Verùm si in ventrem absorptus fuerit cibus, quod redundat, superfluítque si aliàs,multò magis in acutis morbis tol-

C lere est difficile. Nempe prorsus subtrahere sæpenumero expedit,cùm ęger sufficere possit,donec morbi vigor ad maturitatem perducatur.Rursum pręfatę dictionis partem hanc assumpsit, nos familiaris huius scopi admonens,qui tum hîc,tum in Aphorismis habetur.Nempe si ęger ad morbi vsq; vigorem sine cibo sufficere posse videatur, in omni ciborum abstinentia eum & potu solo moderaberis, cùm tibi videbitur necessitas.

38 Quibus autem id faciendum sit,scribetur.

Quòd prędixerit Hippocrates commonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se transiturum ad cęteras omnes acutas ægritudines, liquidò constat. Veruntamen opus huiusmodi non reperitur. Nẽpe quę in hoc libro à balneorum consideratione extant,si quis veluti in typo ab Hippocrate ad futuram

D memoriam scripta,in domo reperiens post viri mortem deprompsit:forsan ratione quidem hoc fecit,veruntamen vt liber digna Hippocratis mente non sunt,sicuti neq; ea,quę de morbis,& affectibus inscripta sunt,quãquàm multa in his bene scripta sint. Sed super ea re in iis,quę in ea scriptę sunt, expositionibus disceptabimus.

39 Multa autem & alia iis, quæ dicta sunt,germana quis scribere potest.

Rursus ad eum reuertitur sermonem, quem multis certum,rarúmq; fecit exemplis,mutationem consuetudinis languentibus noxam afferre demonstrans: sed quoniam à sanis in eos transiit, ob id quæ similia sunt,& congruentia bene ἀδελφιζόμενα, id est,germana dixit. Quod autem posteà dicturus est, sermonis huius te

ius teſtimonium exiſtit, quanquàm non ſimile, non congruens, nec germanum, vt ipſe appellauit, ſed id, quod perueſtigatur. Patebit autem tibi mens Hippocratis in ſequentis dictionis expoſitione.

40 Hoc autem verius, efficaciúſq; teſtimoniũ. Neq; enim rei, de qua plurimus factus eſt ſermo, germanum exiſtit, ſed res ipſa commodiſsimum eſt documentum. Nempe quidam per morbi acuti exordia eodem, quo laborare cœperunt, die comederunt, alii poſtero die, alii quiduis, alii cyceonem ſorpſerunt. Sanè hæc omnia deteriùs quidem habent, quàm ſi modo alio cibaretur quis: ſed quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minùs multò lædunt, quàm ſi priùs quidem diebus vel duobus, vel tribus vaſa quis integrè exinaniuerit, mox quarto, vel quinto talia miniſtrauerit. Sed ſanè deterius aget, qui omnibus his diebus vaſa antè exinaniuerit, & ſequentibus quibuſdam diebus ita pauerit priùs, quàm morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortem plurimis liquidò affert, niſi morbus omnino beneficus fuerit. Quæ verò in principio committuntur delicta, ea non ſimiliter his domantibus renituntur, ſed faciliùs domari poſſunt.

Antè ab iis, quæ bene valentibus ex conſuetudinis mutatione contingunt, ad languentes ipſos per ſimilitudinem tranſiit, tranſiturus autem & nunc, atq; ipſum, quod nunc inſtituitur, ferè ita habere eſt demonſtraturus. Sed quidnam id fuit? ſanè quòd neq; à principio, neq; primis diebus fame cruciatos ægros, cùm prope vigorem iam peruenerint, replere oportet. Tota autem dictione vult oſtendere grauiorẽ contingere ægris offenſam, cùm prope vigorem erratum ſit, quàm ſi in morborum principiis quippiam delinquatur. Inquit enim: Quæ hoc tempore peccata fiũt, ea minùs lædunt, quàm ſi primis diebus, duobus, vel tribus vaſa quis integrè exinaniuerit, mox quarto, vel quinto talia miniſtrauerit, atq; etiam antè, quàm morbus, vt Græco verbo inquit, πέπειρος reddatur. Quod πέπειρον, appellet πεπεμμένον, id eſt, quod ad maturitatem eſt perductum, palàm eſt omnibus. Morbos præterea εὐήθεις, id eſt, beneficos dixit, non quidẽ maleficos, moroſóſque, quos Græci κακοήθεις vocant, ſed εὐτρέπτους, id eſt, qui facilè ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione, ita quoq; & Hippocratem, vt alibi eſt dictum.

41 Hoc ſanè maximum reor eſſe argumentum, quòd primis diebus quauis ſorbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum eſt vt paulò pòſt ſorbitionibus quibuſuis vti debeant.

Sermonem hoc in loco eum dixit, quem ſępius antea demonſtrauit, nutrire ſcilicet ſorbitionibus, ab

A initio præcipiens eos, qui ad vigorem vſque ſufficere citra ptiſanæ ingeſtionem non poſſunt. Nam eos prope vigorem nutrire compellemur, cùm ad tenuiorem victus formam, etiam ſi anteà pleniùs cibati fuerint, tranſeundum ſit.

42 Funditus ergo qui hordeacea vtuntur ptiſana malè paſſuros ægros ignorant, ſi duobus, vel tribus diebus anteà exinanitis vaſis ſorbere incipiant: neq; etiam qui ſolo vtuntur cremore quòd ſorbentes læduntur, intelligunt, cùm ſorbitionem non rectè inchoabunt. Sed tunc cauent, magnámque intelligunt læſionem, ſi æger an-
B te maturationem morbi ptiſanam hordeaceam ſorbeat cremore vti ſuetus. Quæ omnia efficaciter demonſtrant medicos nõ rectè ægrotantes ad cibos inducere, quippe qui vaſa exinaniant in his morbis, in quibus ſorbitionem exhibere oportet. Et contrà in quibus ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſeundum non ſit, in illis tranſeant.

Aduerbium hoc πυθμενόθεν, id eſt, funditus, vel παντελῶς, id eſt, omnino, vel ἐξ ἀρχῆς, id eſt, ab initio Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primùm vel ptiſanam, vel cremorem ægrotis dare o-
C porteat, bene tamen ſcire ſi ante morbi coctionem ptiſanam hordeaceam dederint, ſe ægrũ lęſuros. Sequentem autem dictionis huius ſeriem, quę eadem ex eiſdem ſæpius dictis oſtendit, de induſtria ob claritatem tranſgrediar.

43 Et vt plurimum ἀπάρτι, id eſt, exquiſitè. Interdum autem hoc tempore, interdum & alio ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſeunt, vbi ſæpius à ſorbitionibus ad vaſorum inanitionẽ tranſire expedit, ſi ita ex morbi acerbatione contigerit.

Hoc aduerbium ἀπάρτι, & apud authores Atticos, & apud Hippocratem pro ἀπηρτισμένως, καὶ ἀκριβῶς, id eſt, exquiſitè, & abſoluté. In quo ſignificatu & nunc
D eſt vſus Hippocrates, demonſtrare volens medicos in illo maximè tempore permutare victus rationem ex abſtinentia cibi ad ſorbitiones, quo ad abſtinentiam accedere oportet. Atque hinc manifeſtiſsimè oſtendens cùm morbi vigor adeſt, tunc tenuiſsimo de neceſsitate victu eſſe vtendum.

44 Interdum autem & cruda tum à capite, tum à thorace attrahuntur bilioſa, vigiliæque his accedunt, ob quas non coquitur morbus, triſtéſque, & amari hi fiunt, deſipiunt, incerti, & diſcurrentes lucis ſplendores oculis obiiciuntur, aures implentur ſono, frigent extrema, vrinæ crudeſcunt, ſputa tenuia fiunt ſalſa,

colore

colore syncero, & exigua, sudores circa collum, anxietates, inquietationésque, & spiritus offendens in ea, quæ sursum fit, aeris latione frequens vel magnus, supercilia quadantenus amplificantur, deliquia animi fiunt, vestium à pectore reiectiones, manuum tremor, atq; interdum labij inferioris concussio.

Vniuersa hæc contingere his ait, qui perperàm cibati sunt à medicis, qui primis diebus exiccatos ægros die tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto repẽtè ad edulia non peracto morbi vigore permutauerunt. Quasi peracto morbi vigore, conuenienter eos victum permutasse dicat. Quod autem dicebat: Permutare quidem oportet sanorum victum in morbis, neq; tamen temere id agendum, iam patere ex prædictis arbitror. Nempe cùm vna quidem corporis conditio sana sit, altera, quæ à morbi initio ad statum vsque extenditur, mox & tertia, quæ ad perfectam vsq; morbi solutionem sese prorogat, déinde & quarta, quæ totius conualescentiæ tempus adusque sanitatis habitum occupat, in nulla harum quatuor conditionum permutationes victus insignes facere oportet, nisi priùs in alteram conditionis speciem peruẽtum sit. Qui igitur ægrotos morborum exordiis in omni ciborum abstinẽtia seruant, si ad vigorem vsq; talem victus speciem seruare posint, nemo eos culpauerit. Quod si facere non possunt ob interlabentes ægrorum vires, quòd perperàm inedia vtantur προταριχεύσαντες, id est, exiccantes ægros palàm est omnibus. Hoc autem verbo abstinentiæ importunitatem plus iusto corpus exiccantem euidenter demonstrat: vbi etenim quo tempore prope vigorem tenuiùs cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, quòd ægros abstinentia immoderatè exiccauerint, est manifestum quod vocatur ταριχένευσθαι. Ob id igitur modo cibandi huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recenset serie, à biliosis crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, quoniã & excrementorum coctionẽ appellat, quanquàm mutata corpus nutrire nõ possunt, vt bilis vtraq;, & serosi humores, qui Græcè ἰχῶρες dicuntur. Veruntamẽ quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare consueuit Hippocrates excrementa huiusmodi, quæ à natura ipsa euicta sunt, cruda verò, quæ nõ sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis, quæ concoquuntur, fieri ait, quanquàm pars nulla ex pure alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus, & pituita, quæ reliquum perfectionis assecuta, & prorsus cocta, corpus nutrire possunt. Sic igitur & biliosorum humorum concoctio existit, vt sanguinis, qui in phlegmone est, in pus migrantis: intelligentibus nobis coctionis nomen in suo vniuersaliore significato. Est autem vniuersalius, cùm natura causis fortior fuerit, permutaueritq; eas suo robore. Quæ igitur veluti in anima carente corpore putrescunt, nihil ad permutationem conferente innato calore à concoctionis ratione degenerant: hoc sanè contingit etiam aquosis his humiditatibus, quæ per vrinas excernuntur: atq; ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quanquàm corpus ex coctis vrinis ali non possit. Generali præpterea hoc concoctionis significato vtimur, cùm vel catarrhum, vel coryzam, vel fluentes ex hulceribus humiditates, vel eas, quæ ex oculis
A manant, aut crudas, aut coctas esse dicimus. Ad hunc modum & bilem vel crudam, ac incoctam, vel coctã esse pronuntiamus. Cruda quidem flaua admodum est, & acris, & malè olens. Cocta autem & pallidior, & minimùm malè olens. Bilem igitur crudam, incoctámq; ait ad ventrem de necessitate confluere, quæ ob prauam victus rationem tum ex capite, tũ ex thorace trahitur, ídque cum fame ægros necant, nullo vtili solatium ventri præstantes, atq; cùm ex inedia ad validos cibos prope vigorem intempestiuè transeunt. Recenset déinceps & symptomata alia, quæ prauam ob victus rationem oriuntur. In primis quidem vigilias, quæ longam inediam, cibósque intempestiuè exhibitos consequuntur, quæ vtraq; medicorum culpant victus rationem. Quòd autem vigilias mor-
B bi cruditas consequatur, manifestum sanè existit, si somnos concoctio sequi debeat. Cæterùm pertristes, inquit, fiunt, tum ob longam inediam, tum ob validũ repentinum alimentum, quo grauatur venter, grauatúsque tristes reddit, & mœstos. Adde quòd & amaros fieri ait, quippiam manifestè præfato consimile adstruens: vt etenim sunt qui ex melancholia mœsti fiunt, sic alii quidem sæpius acriter excandescunt, tãquam collecta, aceruatáque in stomacho bile. Vel sanè cùm amaros fieri ait, eam, quæ in ipsorum ore ex tali bile fit, amaritudinem indicat. Desipientiæ, & acres excandescentias, & bilem amaram vel in stomacho, vel in cerebro collectam, consequi natæ sunt. Incerti, & discurrentes lucis splendores, qui μαρμάρυγες Græcè dicuntur, oculis fiunt propter eam, quæ à ventre est, exhalationem, euaporationémque, & propter
C sanguinis, qui ad caput fertur, abundantiam. Atq; ex his priùs quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autem propter eam, quæ cõmodo futura sit, sanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Consimiliter & aures sonis implentur, tũ propter eos, qui à ventre sursum feruntur, vapores, tum propter flatuosum spiritum, qui in capite ipso oritur. Corporis extrema, quæ sunt pedes, & manus promptè perfrigere, malè habente ventris ore haudquaquam nos præterit, vtpote cùm vel propter longam inediam vehementer à mordentibus mordetur humoribus, vel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrunq; ex ea, quæ antè dicta est, victus ratione, qua medici ægros primis diebus, vbi fame exiccauerint, tunc cùm tenuiter cibandum sit, ad frumentacea repentè transeunt edulia. Ob eandem rationem neque eorum, qui ita cibantur, vrinæ concoquuntur. Nam in ea, quæ citra vel cremoris pti-
D sanæ, vel melicrati, vel oxymelitis oblationem fit, exiccatione, sanguis, propterea quòd non purgetur, bilescit, proptérque subitam ad esculenta permutationem, venter, compatiente ipsi facultate vitali, grauatur. Quo fit vt stomachicæ appellatæ syncopæ manifestò nobis indicent facultatis vitalis ad os ventris condolentiam. Hoc siquidem tum magis, tum primum ex importunis, tum inediis, tum cibis affligitur. Ob id igitur sputa, & tenuia, & salsa, & parua, & synceris coloribus fieri ait, & sudorẽ circa collum duntaxat, & anxietatẽ, inquietationẽq;, & spirãdi difficultatẽ. Crudus siquidẽ manet morbus propter excessũ vtrũq;, longã scilicet inediã, & intẽpestiuã cibi oblationẽ. Cruditatẽ aũt ipsam cõsequũtur sputa cõmemorata, veluti & circa collũ sudores, virtute & ob famis anginã lãguescẽte, & ob cibũ intẽpestiuũ grauata. Cõsimili

modo & anxietas, inquietatióq;, quam Grecè ἀπορίαν dixit, commune est vtrisque symptoma, & ob longam inediam, quæ ventrem humoribus replet, & propter cibum intempestiuum grauantem. Verùm spirandi difficultas, qua spiritus offendit, ob cibum intempestiuum magis, quàm ob indigentiam, oritur. Nam spiritum inter inspirandum & offendere, & quasi sisti, tum angustiæ, tum conuulsionis est nota. Latio etenim, quæ sursum fit, expirationem facit. Tali autem spiritui contrarium tum in secundo, tum in sexto De morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiens: Duplex intrò reuocatio veluti insuper inspirantibus. Quòd autem ob cibum intempestiuum, & non propter penuriam, talis fiat spirandi difficultas, patet ex sermone Hippocratis, spiritum frequẽtem, vel magnum valde perperàm cibatis fieri asserentis: fit siquidem frequens, magnúsq; , acto in angustiam septo transuerso ab ea, quæ in ventre continetur, alimonia, cùm videlicet neq; victa, neq; probè à ventre confecta inflationem parit. Nempe tunc ob septi transuersi angustiam de necessitate minus aeris inspiratur, quanquàm thorax se ea, qua priùs dilatabat, dilatione dilatet. Ergo quod nunc aeris deest priori, qui inspirabatur, id deficientem, diminutúmq; respirationis vsum facit, atq; ob eam rem animal maiorem respirationem facere cogitur, vel frequentiorẽ, vel vtranq;. Dictum autem abundè de spirandi difficultatibus omnibus, in libris De spirandi difficultate, vbi tum harum, tum aliarum difficultatum spirãdi causas vnà cum propriis demonstrationibus scripsimus: verùm quantum ad præsens attinet, hæc sufficiunt. Ait prætereà & ex præpostero cibatu supercilia quadantenus amplificari. Verùm id bifariàm scriptum inuenitur. Nempe in quibusdam exemplaribus singulari numero ad hunc modum: Supercilium quadantenus amplificatur. In cæteris verò pluraliter, Supercilia quadantenus amplificantur. Significatur autem ex ea dictione, supercilia ipsa quodam modo distrahi, vel retrahi. Fitq; illud interdum quidem ambobus conuulsione intentis, aut altero solo: interdum autem & altero resoluto. Déinceps ait deliquia animi fieri, sermonem ad symptomata referens, per quæ & vestium reiectiones fiunt ardentibus ægris. Interdum autem & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concussio autem labri inferioris, morsum in ore ventris vehementem significat. Quo fit vt tale symptoma, vomitus aerium humorum etiam signum sit.

45 Hæc si ab initio apparuerint, delirium graue, vehemẽnsq; indicant, atq; vt plurimùm ægri moriuntur.

Dicta, inquit, symptomata si circa morborum initia fiant, delirium vehemens denuntiant. Morbi initium nunc intelligere oportet totum illud tempus, in quo nondũ existunt concoctionis notæ. Nempe & in libris De iudicationibus dictũ est nomen principii & plura significare, & significatum, quod nunc dictũ est, secundũ eam esse diuisionẽ, qua morborũ tempora diuidentes morbos ipsos constare ex principio, augmento, vigore, & declinatione asserimus. Ergo cùm nuper dicta symptomata vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram cõstantibus in morbis significent, sanè si in principio fiant, iudicationẽ quidem non denuntiant (nihil enim in principio iudicari potest) sed delirii notæ existunt. Scriptum autem & de his abundè in libris De iudicationibus, ex

A quibus totum, qui de his est, sermonem perdisces, cùm illhic plenior sit, quàm vt nunc omnino percurrere oporteat. Sed sanè vt in cæteris, ita in his summatim perstringere satis erit. Ergo quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit perturbatio, ob quam symptomata huiusmodi cũ manifestissimis coctionis signis apparent. Verùm cùm perturbatio efficitur similis, nullo à natura ad infestantium excretionem facto apparatu, tunc periculosissimum est signum. Dictum iam & cæteris in commentariis de κρισίμοις, id est, iudicatoriis symptomatis qualia sint, & quæ'nam ipsorum natura, & quónã pacto ab his differãt, quæ ἐπιφαινόμενα, id est, superapparentia vocantur, quo in genere erunt & ipsa coctionis signa. Nempe & Prognosticum, & librum De humoribus, & Aphorismos iam ante hunc librum expo-

B suimus. Sanè semper de his eadem dicere ad eum spectat, qui prolixioribus vti consueuit sermonibus.

46 Qui autem euadunt, hi vel cum abscessu, vel sanguinis è naribus fluxione, vel puris crassi expuitione euadunt, neq; aliter.

Cùm mori ipsos dixit, non simpliciter dixit, sed vt plurimùm adscripsit: quapropter quónam pacto quidam ex ipsis seruentur, dicere sequens erat: quos nũc percurrit, atq; quosdã ex ipsis seruari ait, aut per sanguinis eruptionem, aut per abscessum, aut puris abũdè cocti expuitionem, simul ex his, quæ retulit, ægros in huiusmodi symptomata incurrere propter multitudinem, significans.

C **47 Neq; sanè horum ita peritos video medicos, qui, vt oportet, dignoscant eas, quæ in morbis contingunt, virium infirmitates, & quæ ob vasorum inanitionẽ, quam κενεαγγίην dicunt, & quæ ob aliam quampiã iritationem, & quæ ob πόνον, id est, dolorẽ, & quæ ob morbi acumen fiant. Quas item natura nostra, habitúsq; singulis affectuum species, omnigenas fabrefaciat, quanuis cognitæ salutem, & mortem ignoratæ ferãt.**

Quoniam de ægri robore, imbecillitatéq; sermonem fecit, qui victus scopi sunt non contemnendi, ob id nunc sermonem de imbecillitate repetit, quibus hæc fiat modis medicos cognoscere debere asse-

D rens. Nempe quòd quædam fiat ob vasorum inanitionem: hoc enim vocabulum κενεαγγέα, id propriè & primum significat, atq; ob id ἀσιτία, id est, ciborum abstinentia κενεαγγέα, id est, vasorum inanitio sæpius dicitur, tanquam nomine generis etiam in specie homines omnes vti consueuerint. Alia autem ob πόνον, id est, laborem, seu propriè dictum, vt dolori idẽ sit, seu, vt quispiam dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis malè ægri afficiuntur. Aliam præterea virium imbecillitatem ob aliam quandam fieri ait iritationem. Nam si morsum dixit vel ventris, vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verùm si vel vigilias, vel oris ventris affectionem dixit, non propriè interpretari visus est. Cæterùm virtus exolui videtur, & ob euacuationem, quæ fit vel sanguinis eruptione, vel vomitu,

vel de

vel deiectionibus, vel ſudoribus, & ob longiorem, quàm par ſit, inediam, & propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum aſsiduas purgandi ventris ſuſcitationes, atq; etiam cùm os ventris ita affligatur, vt ſyncope inſultet, ídque vel propter grauantis alimoniæ multitudinem, vel contriſtantem quandam ipſius qualitatem. Nempe hæc virtutem celerrimè tum fatigant, tum diſſoluunt. Omnes igitur hæ viriũ offenſæ ex manifeſtis quidem fiunt cauſis, ſed alię ex non manifeſtis, vt quando abſq; manifeſta vacuatione, vel vigiliis, vel inedia, vel oris ventris ſenſu ægri ad talem ſubtrahuntur corporis affectionem, qualem in Prognoſtico ſcripſit Hippocrates inquiens: Naris acuta, oculi concaui, collapſa tempora, & quæ déinceps ſunt. Nam hæc corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam, quæ multa fit, & ob inediam: fit quoq; & abſq; his, cùm ſcilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur, qui ita extenuãtur, per inſenſibilem euacuationem. Cæteris autem & ob intemperaturam principis vnius partis affectæ imbecilla redditur facultas. Primùm ſiquidem affecta prima laborat, déinde affectuum participatione & reliquæ duæ. Didiciſti enim vnam eſſe in neruis facultatem, quæ principium habet cerebrum, alteram in arteriis, cuius principium eſt cor: tertiam verò in venis, quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius, quæuis illa fuerit, intemperatura propriam interdum facultatem violauit, cui affectus participatione conſenſerunt reliquæ duæ facultates. Velociſsimæ igitur fiunt, corde patiente, mortes. Déinde, affecto cerebro. Tardiſsimæ ab hepate prodeunt. Vt enim partes hæ intemperie affectæ maximam facultatis vnaquæq; ſuæ offenſam incurrunt, ſic partes aliæ principio vnicuiq; propriùs appoſitæ ſi fortè intemperatura affligantur, virtutum principia ad ſympathiam agunt. Sunt etiam àliæ, quæ quanuis propiùs appoſitæ non ſint, ob generalem tamen communitatem, vel quandam affectionis proprietatem, partes virtutum principia continentes lædunt. Os igitur ventris cùm vitalem facultatem ad ſympathiam agit, ſyncopas infert: cùm verò propriè animalẽ appellatã, deſipientias, vel conuulſiones. Vterus interdum & apnœas, quas non ſpirationes propè dixeris: interdum & neruorum contenſiones. Verum ſingula hæc completa ſimpliciter cognoſcuntur: cùm verò fiunt, & ſenſim increſcunt, medicos pleroſq; latent. Quæ ſanè non quando ob magnitudinem auxilio iam carent, tunc cognoſcere oportet, quod vulgo contingit, ſed & cùm incipiunt, & fiunt, hoc ſiquidem optimum eſt. Quod ſi fieri non poteſt, ſaltem omnino cùm increſcunt, dignoſcere eſt neceſſe. Sanè hæc omnia Hippocrates ſignificaſſe mihi videtur, cùm inquit: Quas item natura noſtra, habitúſque ſingulis affectionum ſpecies omnigenas fabrefaciat: vbi naturam temperaturam dixit, & habitum ſtruem corporis, compoſitionémque. Nam qui raram ex natura habent texturam, tum euaporantur, tum ſyncopam facilè incurrunt. Qui verò denſiore conſtant textura, hi in morbis cunctantur, diutiúſque trahunt. Sic autem & partes nonnulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias ſicciores, & alias humidiores: ſed omnibus peculiaris temperamento morbus.

48 Ingens ſiquidem malum eſt, ſi ob dolorem, morbíque acumen imbecillitato porrexeris quis potum, vel ſorbitionem copioſiorem, vel eſculentũ, imbecillitatem eam ex vaſorum inanitione contigiſſe arbitratus. Neque ſanè calumniam effugere poteſt, qui ægrè valentem ex vaſorum inanitione non cognoſcit, torquétque victus genere. Periculum ſiquidem adfert erratũ hoc: ſed longè minus, quàm alterum, atque riſu dignum magis. Nam ſi medicus alius, vel plebeius ægrum interuiſerit, cognoueritque ea, quæ contigerunt, dederítque tum edendum, tum bibendum, quod alter vetuerit, is præſidium attuliſſe exiſtimabitur. Talia autem maximè ab his vituperantur hominibus, qui res ad nigrum vertũt. Nempe qui ægrum interuiſit vel medicus, vel plebeius, hunc à mortuis ſuſcitaſſe ipſis videtur.

Ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu redduntur, animíq; deliquia incurrunt, & nullo pacto queunt moueri, ſimiliter & ob morbi acumen. Sunt autem quibus non ob hæc virtus offenditur, ſed ob vaſorum quomodolibet factam euacuationem. Siue igitur ob euacuationem ſenſui manifeſtam, ſiue ob eam, quæ per halitum fit, diſcuſsionem, ſiue ob inediam virtus labefactata fuerit: qui ita affecti ſunt, cibari quàm celerrimè expoſtulant. Contrà autem, qui ob dolorem, vel morbi acumen parum valentem habent facultatem, vacuatione interdum magis, quàm repletione, indigent. Imò qui cibum his exhibet, maximum adfert detrimentum. Verùm qui ex vaſorum inanitione parum valent, hos ſi quis diæta tenui preſſerit, lædet: quanquàm non æquè euidenter vel celeriter. Ignorare autem ſi æger parum valeat ob vacuationem magis, quàm ob dolorem, probro vertitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

49 Scribemus autem & horum notas, quibus ſingula dignoſci poſsint.

Rurſum & hîc pollicetur Hippocrates, ſicuti paulò antè, ſe librum alium quendam De morbis acutis ſcripturum.

50 Similia porrò iis, quæ ventriculo cõtingunt, hæc exiſtunt. Nam ſi corpus totum præter conſuetudinem, valde quieuerit, non confeſtim robuſtum magis euadit: quod ſi diutius otiatum ad labores ſeſe repentè verterit, vile profectò quippiam euidenter operabitur. Ita de cæteris corporis partibus eſt exiſtimandũ. Nempe & pes, & cæteræ, quæ articulis præditæ ſunt, partes laborare non conſuetæ, tale quippiam patiuntur, ſi poſt longum tempus ad laborem ſubitò ſe vertant. Hæc tolerabunt oculi & dentes, & quicquid homini eſt: præ-

tereà

tereà & cubile præter conſuetudinem & molle, & durum, laborem facit. Quod item ſub diuo eſt, præter ſolitum corpus indurat.

Rurſus ad inſtitutũ rediit Hippocrates abſoluto de virtutis imbecillitate ſermone, quem per digreſsionẽ à priſtino mutauerat inſtituto: aítque quæ nunc dicuntur, ſimilia quodã modo eſſe iis, quę ventri contingere anteà dicta ſunt. Nempe ſcopũ dirigit ad ſummam eã, in qua mutationes ſubitas magnam languentibus adferre læſionem adſtruit. Quod autem hoc in loco ſcribit, huiuſmodi eſt: Vt venter diutiùs omnino otiatus functionem perficere probè non poteſt, niſi priùs ſenſim rurſum aſſueſcat, & ſuas exerceat operationes: ſic corpus vniuerſum, ſingulæque alię partes. Déinde & partes aliquas ſerie continuata nominatim commemorat, atque tandem in fine ſermonis, eius, quę in cubili fit, mutationis mentionem fecit, adſtruens ſanè & nũc quod ab initio, de conſuetudinis mutatione eſt ab eo propoſitum.

51 Sed horum omnium exempla quædam perſtringere ſatis fuerit. Nam ſi quis hulcus neque admodum inſigne, neq; valde vile in tibia acceperit, fuerítque homo, cui neque admodũ difficulter, neque valde próptè hulcera ſanentur, & prima protinus die ita iacens curetur, vt nequaquam crus tollat: hoc ſanè pacto ſine inflammatione manebit, citiúſq; ſanitati reſtituetur, quàm ſi obambulans curetur. Quòd ſi vel quinto, vel ſexto, vel ſuperiore adhuc die ſurrexerit, atque ambulare voluerit, magis dolebit, quàm ſi ſtatim ab initio obambulans curatus fuiſſet. Porrò ſi & multùm, & repentè ſe fatigauerit, multò magis dolebit, quàm ſi illo modo curatus in diebus huiuſmodi ſeſe laſſum, & defatigatum red diderit.

De repentina adhuc mutatione vt anteà in exemplis aliis, ita & nunc in hulcere ſermonẽ facit Hippocrates. D Nam ſi quiſpiam, inquit hulcus in tibia habens, qui & quieſcere, & iacere indigeat, quietè ambulet (hoc enim ſignificat πλανώμενος ἂν βλάπτοιτο, id eſt, obambulans curetur) lædetur quidẽ prorſus, ſed minùs, quàm qui primis diebus quieuerit, déinde ſubitò circa quintum, vel ſextũ diem etiam ἀνωτέρω, id eſt, ſuperiorem, tertium videlicet, vel quartum ambulare cœperit. Sunt qui vocabulum hoc ἀνωτέρω de ſequentibus dici diebus exiſtiment, ſeptimo ſcilicet, octauo, & nono: quod ſi ipſis placebat, eos principium dictionis per ε & ξ, ἐξωτέρω & nõ ἀνωτέρω per α & ν. Quid igitur dicẽt? Num & tale fieri aliquando poterit hulcus, vt etiam ſi quis ſeptima, aut octaua obambulare incipiat, vbi anteà quieuit, non parum, ſed etiam multùm lędatur? Ita ſanè ſentio, ſi hulcus magnum fuerit, vel laborans fuerit vnus ex his, quibus hulcus difficulter curatur, & magis ſi ambo concurrerint. Quòd ſi neque hulcus magnum fuerit, neq; laborans fuerit, cui difficulter hulcera curentur, A curetur autem conuenienter, (nam & hoc ſubaudire in ſermone oportet) iam circa ſeptimam, aut octauã bene habebit, & ambulare citra lęſionem poterit. Quã ob cauſam ſermoni adiecit, Hulcus neq; admodum ἐπίκαιρον, id eſt, notabile, inſignéq;, neque valde εὐηθές, id eſt, vile: ſimplex ſcilicet εὐηθές vocans. Fuerítque item homo, cui non admodũ difficulter hulcera ſanentur. Is ſiquidem, ſi nihil aliud circa curationem erratum ſit, ſolùm quia mediocriter ambulet, quũ decumbere deberet, lędetur quidem, ſed non ita grauiter vt ſi primis diebus quieuerit, mox tertia, vel quarta, vel quinta, vel ſexta obambulare cœperit. Qui verò magnũ hulcus habuerit, & is ſit, cui difficulter hulcera ſanentur, non mediocriter, ſed grauiter lędetur ab initio obambulans: veluti & qui paruum hulcus habuerit, atque is ſit, cui faciliter admodũ hulcera ſanentur, ſi primis diebus quieue- B rit, & quinta, vel ſexta ambulare cœperit, nõ grauiter, ſed mediocriter offendetur. Ob eã igitur cauſam Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppoſitione medium obtinet, ſermonem fecit. Oppoſitionem autem dico, tum eam, quæ in magno & paruo hulcere comperitur, tum eam, qua homo dicitur δυσελκής, & εὐελκής, id eſt, cui tũ difficilè, tum facilè hulcera ſanantur. Quòd nihil referat dicere inſigne hulcus, vel magnũ, palàm eſt. Nempe ἐπίκαιρον, id eſt, inſigne, aut propter loci naturã tale fit, magnum ex potentia fiens, etiam ſi diuiſione corporis paruum ſit, aut ipſa diuiſionis magnitudine inſigne fieri poterit εὐηθὲς verò, id eſt, vile, quod ſimplex eſt, & paruũ, vel propter loci naturã, quę vilis, & abiecta eſt, vel propter diuiſionem ipſam paruam factam, dicitur.

52 Omnia igitur hæc inter ſe ſubitam C omnem ſupra modum huc & illhuc mutationem nocumentum inferre perpetuò teſtantur.

In exemplis ſingulis præſentis ſermonis mentionẽ facit Hippocrates, quapropter & nunc in exemplo, quod de hulcere facit, idem eſt executus. Nempe διὰ τέλεος, id eſt, perpetuò, idem ſignificat, quod διὰ παντὸς & ἀεὶ, id eſt, vbique & ſemper.

53 Multiplex itaq; in ventre eſt læſio. Nam ſi ex multa vaſorum inanitione repentè quid plus iuſto ingeratur: ſimiliter ſi reliquum corpus diutiùs otiatũ ſubitò ad laborem vehementem ſeſe verterit, multò D magis lædetur, quàm ſi ex multo cibo ad vaſorum inanitionem trãſferatur. Corpus re vera his ceſſare oportet, etſi ex multa fatigatione ſubitò ad otium, ignauiámq; deſciuerit. Oportet autem & illis ventrem à ciborum ceſſare multitudine, alioqui læſio in corpore fiet, corpúſque totum grauabitur.

Quod primum omnium demonſtrare decreuerat, id de ſubitis in vẽtre mutationibus fuit. Déinde ab hoc ad generalius, quod & vniuerſalius dicunt, tranſiens, de repentina omni conſuetudinis mutatione hucuſq; percurrit. Nam cùm ſpecialiora in generalioribus, & particularia in vniuerſalibus contineantur, ventríſque

permutatio cum subita omnium mutatione demonstrata sit, nunc rursum ad ventrem reuersus, mutationum, quæ in eo fiunt, differentias edocet. Aitque longè grauiorem in victus mutatione esse læsionē, cùm ex multa inedia repentè plus modico ingeritur, quàm si ex multo cibo ad inediam transmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore rursus ostendit. Nam minùs læduntur, qui ex motione ad quietem subitò transeunt, quàm qui ex quiete ad motionem demigrant. Rursum & hoc in loco permutationis intēpestiuæ emendationes, correctionésque, veluti & in præmissis adscripsit, quanquàm id ad præsentē non videatur pertinere speculationem. Quæ autem adscripsit, hæc sunt, Qui ex motu quidem, actionéq; in otium, segnitiémque transeūt, eos ἐλινύειν, id est, cessare, & toto quiescere corpore præcipit, quod idē huic sententiæ existit: Vbi fames, laborandum non est. Verùm qui ex multa fatigatione ad quietē transeunt, eos pauciora ingerere iubet, quod est & ventriculū quiescere. Quoniam qui toto corpore non laborans consueta ingeret, is multudinem subalet. Qua efficitur ratione vt totum corpus grauetur, laborétque. πόνος, id est, labor, nunc Hippocrati læsionem indicat, multis particularibus læsionibus genus existens.

54 De mutatione, quæ in hæc, vel illa fit, plurima sum locutus, quod re vera hæc nouisse commodissimū sit, cùm ad omnia, tum ad id, de quo nunc agitur, quòd in morbis acutis ex vasorū inanitione ad sorbitiones transitur. Transeundum enim velut ego iam præcipio: deinde sorbitionibus haudquaquam vtendum priùs, quàm morbus ad maturitatem perductus fuerit, aut signum aliquod aliud apparuerit, vt in intestinis vacuatoriū, vel proritatorium, vel in hypochondriis qualia scribentur signa.

Rursus sermonem totum in summam vnam coegit Hippocrates. In habentibus quidem similiter victum haudquaquam permutare præcipiens, verùm in iis, qui ex sanitate ad morbum transeunt permutare quidem, non tamen vt cæteri permutant. Deinde compendio quodam victus scopum in acutis morbis declarauit. Nam si morbus maturuerit, transeundum ad cremoris ptisanæ exhibitionem præcepit: & si adhuc crudus fuerit, non transeundum, nisi forsan symptoma aliquod, quod vires prosternat, apparuerit, vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiā, quod proritet. Communi autē proritationis nomine comprehēdit omnia, quæ quouis modo virtutem ad infirmitatem agunt: quo in numero cēsentur & morsus, quem acris humor, siue in intestinis, siue in ventriculo, & præsertim ipsius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, & lumbrici elmynthes, qui ab intestinis ad ventrem vsque ascendunt, & cutis totius, aut membri alicuius, qui nocte aggrediatur, pruritus: ita vt virtus non solùm ob iritationem, verùm quoque & propter vigilias exoluatur. Prætereà inquit: Vel in hypochondriis qualia scribentur signa.

A Nam & ipsa dandam, vel non dandam commonstrabunt alimoniam. Fieri siquidem potest vt intelligatur vtrunque: sed alterum magis pro sermonū consequentia. Nempe præcipiens à ptisana abstinēdum ante morbi maturationem, cùm scilicet æger sufficere posit, adiecit. Nisi signum aliquod apparuerit vel in intestinis vacuatorium, aut proritatorium, vel hypochōdria qualia scribentur, tanquam hæc cremoris exhibitionem ante morbi maturitatem admoneant. Fortè hypochondria dicit, quæ vehementer exaruerunt, & squallida admodum existunt. Talia nempe contingunt & mortiferæ faciei, de qua in Prognostico dixit, Naris acuta, oculi concaui, & collapsa tempora. Nempe is signorū concursus hypochondrium habet ita compressum, vt quempiam ex inexercitatis fallat, tanquam reuulsum videatur. Verùm apprimi vehementer ob siccitatem,

B & propter phlegmonem reuelli idem non sunt, quanquàm exuperans corporis siccitas tensionem septo transuerso, & hypochondrio pariat maiorem. Sed maximè animaduertas, distinguásque à siccitate phlegmonem, quòd sanatio nō vna sit, oportet. Nempe qui hoc ipsum ob phlegmonem habent, tenui egent victu: qui verò ob siccitatem, contrario, vbi sæpiusculè paucum exhibemus ptisanæ cremorem.

55 Fortis vigilia, potus, cibósque tum crudos, tum incoctos reddit: verùm ea, quæ in alia fit, transmutatio, corpus dissoluit, excoctionémque, & capitis grauitatem parit.

Sæpius existimaui librum hunc in typis repertum,

C post mortem Hippocratis esse publicatum. Non secus etenim quàm hoc pacto facta esse videtur inordinata sermonum compositio. Nam quę ab Hippocrate inueniebantur exempla, hæc in libro ad fidē vniuersalē scripta sunt, alia quidem in facie, alia in tergo. Neq; enim vnicuique tum adscripto, tum addito suum assignare ordinem potuit. Ergo quod ab Hippocrate impræsentiarum dicitur, id manifestè tum incompositum, tum inordinatum existit. Neque enim loco in hoc adscribendæ rei huius occasio fuit: quanquàm bene paulò antè, cùm de ea, quæ præter consuetudinem ad cōtrarium fit, mutatione exempla scripsit. Nempe illis adscribi debuit. Quę etenim ad vigiliam insueta fit mutatio, crudiores tum cibos, tum potus efficit. Ad somnū verò multum, eúmque studio quodam accersitum segnitiem corporis, & capitis grauitatem. Quam enim di

D xit ἐφθότητα, id est, excoctionem, & dissolutionem, & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam, comprehensámque manifestat roboris exolutionem. Commonstrat autem & nomen ἐφθότης, id est, excoctionis, quę ob calidam humiditatem fit, non ob siccitatem. Nempe vigilia per halitum digerere, & siccare, nō quæ in imo sunt coquere nata est. Somnus verò humectare, spiritúmque & effluuia cohibere. Non igitur absque ratione in eorum, qui plurimùm præter consuetudinem dormiunt, corpore halituosa redundant excrementa: atque ob eam rem tota ipsorum constitutio excoctis similiter exoluta redditur.

CLAVD.

CLAVD. GALENI IN LIBRVM HIPPOCRAtis De Victus Ratione in Morbis acutis.

COMMENTARIVS TERTIVS,

Ioanne Vaſſæo Meldenſi Interprete.

1 QVIBVS autem notis vinū dulce, vinoſúmque, & album, & nigrum, melicratúmque, & aqua, & oxymeli inſigniantur in morbis acutis, diſtinguere oportet.

Non incompoſitè ſolùm, inordinatéque, verùm quoque & diminutè vinorum catalogum fecit. Eſt ſiquidem vna ipſorum differentia in colore: alterā qualitas in guſtatu facit: tertia conſiſtentiam reſpicit: quartam odor progignit: & quinta in virtute reperitur. Quę ergo in colore eſt, ea albū, nigrum, fuluum, flauū, & rubrum dicitur. Verùm cùm & aliæ, quæ mediū obtineant, ſint differentiæ, ſanè vt in colore, ſic in virtute permiſtæ reperiuntur. Quæ autem ex vinorum guſtatu eſt differētia, ea in dulce & auſterum diuiditur: & ex his medium, tum quod nullam, quæ manifeſta ſit, habet qualitatē, tum quod ex vtraque conſtat qualitate: præterea & in id, quod acre appellitatur. Verùm quæ in conſiſtentia reperitur differentia, in aquoſum ſecatur, & tenue, & in valde craſſum, & in horum medium, atq; in ea, quæ medium hoc & extrema interiacent. At ſecundum eam, quæ in odore eſt, alia quidem boni odoris ſunt, alia verò non boni odoris exiſtunt, ſed ferientem quandam, & inſuauem nacta ſunt qualitatem. Alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar inodora. Differentia verò in facultate eſt, ob quam aliud quidem potens, aliud verò imbecillum, aliud mediū, atque aliud, quod medium hoc, & extrema interiacet. Vinū potens vehementer, celeritérque corpus calfacit, caputq; ferit: imbecillum contrario agit modo. Quæ verò medium obtinent, nota euadunt, ſi ab extremis diſtinguantur. Potens vinoſum appellatur, imbecillum aquoſum. Nempe in quo vinum aquam euincit, id cùm in aliquo vehemētiſsimum eſſe videbimus, iure vinoſum appellabimus. Sicuti & cōtrarium aquoſum, quod aquæ maximè in omnibus ſimile exiſtit, tenuitate ſcilicet, & colore, & odoris carentia, & non manifeſta calfactione. Hæ igitur in vinis propriam ſecundum naturam reperiuntur differentiæ. Sunt qui his adiiciant eā, quæ ex tempore deſumitur, differentiam: qua vetuſta quædam ſint admodū, alia recentia, & alia, quæ in medio horum conſiſtant. Sed quòd differentiæ huiuſmodi eorū ſint, quæ extrinſecus accidant, palàm eſt. Nēpe

A quatenus tempore acriora, & calidiora fiunt vina, atq; vnà cū his tum colorem, tum ſubſtantiam, tum odorē mutant, eatenus differentiam aliquā in vinis tempus facere videtur. Quòd ſi nihil horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicetur, neque recens. Imò neq; nunc ita dicunt tanquam vini ipſius annis opus prima ratione habentes, ſed tanquam ſimul cum annis facultatem commonſtrantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant, vel lędunt, ſed ex propriarum differentiarū mutatione id habent. Ergo cùm de vinorum agimus differentiis, temporis mentionem facimus per accidens, & non propriè, neque primùm. Cæterùm inter proprias vinorum differentias, quædam iuuant, lædúntque prima ratione, aliæ non per ſe, propriéque, ſed per accidens. Dulcedo quidem, & auſteritas própria ratione, ſic tum potentia, tum imbecillitas, tum tenuitas, tum craſsities. Sed differentiæ, quę tum colore, tum odore

B deſumuntur, non primùm, ſed per accidens: quoniam vinorum hęc quidem & aquoſa, & alba, & fulua, & nigra, alia aquoſa, & inodora vt aqua, vel inſtar aromatis, vnguentiq; beneolentia. Si igitur vinorum hę ſint differentię, quę & ſecundum propriam virtutem, & per accidens numerentur: iam tibi conſtat de eo tum ordinis, tum numeri, qui in pręſenti dictione ſit, defectu. At ſi in ſequentibus omnium, quę commodę ſunt, differētiarum meminiſſe Hippocrates videtur, veniam interpretationis defectui dabimus.

2 Vinum dulce vinoſo minùs caput grauat, minúſque mentē ferit, atque quouis alio faciliùs per inteſtina deſcendit: lienem tamen, iecúrque tumefacit: picro-

C cholíſque nullo pacto eſt idoneum. Nēpe his ſitim facit, ſuperiúſque inteſtinū inflat, non tamē inferiori pro flatus ratione eſt inimicum, etſi non admodum penetret, qui à dulci vino eſt flatus, ſed diutiùs circa hypochondria moretur.

Vinum dulce ſecundum guſtandi qualitatem nominatur, ſecundum quam & auſterū, & acre, vt aquoſum pretermittamus, quod nō omnino ab adſtringente degenerat: tametſi languidam, exolutámq; habeat adſtringendi qualitatem. Nam ſi aquę cōparaueris, percipies manifeſtè ex ea cōparatione guſtum huiuſmodi vino-

rum,eorum esse, quæ modicã nacta sunt adstringentiã.
Aquosum autem vinum appellant homines,quod aquę
tum colore,tum substantia simile est. Perspicuũ siqui-
dem vt aqua,splendidũ,& purũ, & substantia tenue vi-
detur. Protinus autem & facultate aquæ simile existit,
neque imbecillum caput feriens,neq; infirmos neruos,
quando ne quidem manifestè calfacit. Sed de vino hoc
rursum tractabitur. Dulce igitur vinũ hoc quidem mo
do ab ea,quæ in gustu reperitur, qualitate est nomina-
tum,sed multis numeris ab aqua & colore,& substantia
recessit. Neque enim tenue exquisitè,neq; album vidi-
sti aliquando vinũ dulce, sed plus minus à dictis rece-
dit,& neutrum horũ habet. Dulcia autem vina maximè
sunt Theræũ,& Scybelites,crassa vtraq;,& nigra. Dul
cia quoque & ea,quę in Męonia sunt,Therinum,& Ca
ryinum tantò dictis, & crassitie, & nigritie superiora,
quantò dulcedine inferiora. Pręterea quod Hepsema
& Sireon à Græcis,& à Latinis sapa appellatũ ex cocto
musto conficitur,quò dulcius vino perficitur,eò & co
lore nigrius,& substantia crassius apparet. Quarto au-
tem De simplicium medicamentorum viribus dulcem
omnẽ saporem à caliditate,quæ non immoderata,& ve
hemens sit,fieri demonstrauimus,sicuti & acrẽ in vehe
menter calfacientibus. Acrimonia siquidem horum est
inseparabilis. In vsu verò vinũ dulce mediocriter calfa
cere videtur, sitímq; facit propter tum caliditatẽ, tum
crassitiem. Ita sanè & mustum quò diutiùs in igne ver-
satur,eò tum crassius,tum nigrius,tum dulcius euadit:
quanquàm supra modũ coctum amaritudinẽ cõtrahat,
quo modo & mel ipsum: quod quanquàm omnium dul
cissimũ sit,longa tamen coctione amarũ redditur. Sed,
vt iam retuli, de qualitatibus omnibus gustabilibus in
quarto De simplicium medicamentorũ viribus est tra-
ctatum,atque hoc in loco,vt in aliis super Hippocratis
libros Expositionibus,non demonstrationes,sed con
clusa tantummodo recenseo. Cùm igitur vinũ dulce vi
scus calfaciat,sitiq;,vt dictũ est,substantia crassum,par-
ticulares ipsius facultates,quas epotum commonstrat,
secundas qualitates consequuntur. Color siquidẽ sua
ratione nullo pacto vel iuuare,vel lędere potest. Ergo
vinum huiusmodi pro substantiæ crassitie tardè meat:
quapropter tantum abest vt ex obstructis partibus ali-
quid adimat,vt etiam obstructiones adaugeat. Atq; ob
id hepati adfecto maximũ adfert detrimentum,pręser-
tímque vbi vel phlegmone, vel scirrhus occupauerit.
Sed moderatiùs lædit,vbi vel ab humorum crassitie vi
scus oppilatur,vel propter imbecillitatẽ afficitur,vti in
affectionibus,quæ propriè hepaticę nũcupantur. Post
hepar lien à vinis crassis læditur: non tamen pulmo,
cùm bronchia crassum habent humorem. Nempe in
hepate ex amplis portę vasis ad angusta,strictáque va-
sorum tum gibbæ, tum simæ partis procedit extrema:
per quæ eorũ omnium,quę in corpus totũ digeruntur,
transmeatio fit. At in pulmone cõtrario euenit modo.
Nam per venas multas digestus, confectúsq; in amplã
bronchiorum,& primo minorum irruit capacitatẽ: at-
que ab his ad maiora excipitur, secũ & crassos tollens
humores,quibus non calidior solùm,verùm quoque &
tenuior existit. Scis autẽ pulmonem ipsum ab humori-
bus crassis, viscosisq; per tusses expurgari. Nam qui
aquosi sunt,& exquisitè tenues,aerẽ,qui tussiendo ex-
trà mittitur, circumfluunt. Aer etenim tanquam manus
quædã existit,quæ sursum crassos humores secũ ferat.
Sed crassitiẽ humorum talẽ esse oportet, vt ab aere sur
sum ferri possit,& non vt lutum bronchiis illitam esse,
& infarctã. Ob id sanè viscosos humores tusses nõ ex-
purgant. Nempe manent, & interna visci instar occu-
A pant bronchia. Ergo quæ ad eductionẽ eorum, qui in
pulmone continentur, crassorũ humorum futura sunt
idonea medicamenta, moderatã humiditatem habere
debent. Quòd si viscosi humores fuerint,non humidi-
tate solùm est opus,verùm quoque & ea,quæ ab acidis
fiat succis, detersione. Ob eam rem melicratum quidẽ
ad crassorũ humorum expuitionẽ est conuenientissi-
mum,oxymeli verò ad viscosorum. Post melicratũ pti
sana est: atque ab ea vinum dulce,si coctis iam tum peri-
pneumonia,tum pleuritide propinetur,idq; non vexa-
tis inflammatione corporibus. Quòd si vinũ huiusmo-
di epotum sitim faciat, ad expuitionẽ minùs idoneum
redditur. Verùm,vt vno absoluam verbo, vinũ dulce
in acutis morbis ad expuitionẽ tũ propter dictas ope-
rationes, tum propter cõmunem vinorum omniũ ra-
tionem,qua vires roborant,idoneũ existit, & maxime
B iis,qui quæuis humida,quæ tum in thorace,tum in pul
mone continentur,expuunt. Didicisti autẽ humida illa
varia tum substantiis,tum qualitatibus,tum virtute es-
se in Prognostico,vbi sputorum exposui differentias.
Nullum sanè bonum aliud vinum huiusmodi habet fe-
brientibus propinatũ. Minus tamen vinoso quod ve-
hementer calfacit,lædere poterit. Commodũ prætereà
aliud nihil habet, præter antè dicta, nisi quòd ventris
permeationẽ modicè iuuet. Ob id igitur Hippocrates
vbi à minus lædẽtibus,quæ multa sunt,doctrinę exor-
dium fecit,ad iuuamẽta ipsius,quæ pauca sunt,circa fi-
nem sermonis transit. Percurramus igitur quæ recen-
set,dictionem ipsius persequẽtes. Vinum dulce minùs,
quàm fortia, potentiáq; mentẽ ferire ait, id est,minùs
deliria progignere. Fortia siquidem vina vehementer
calfacientia caput humoribus,vaporibúsq;,& calidita-
C te replent. Vina igitur dulcia quò magis à vehemẽti ca
liditate absunt,eò minùs cùm caput grauant, tum men
tem lædunt: sed faciliùs per intestina descendere ait, &
viscera tumefacere,id est,viscerũ tumores augere. Sed
de his dixi paulò antè. Prætereà dulce vinum non ido-
neum esse ait picrocholis, id est, qui amarã bilem sibi
aceruant. Nempe medici χολὴν,id est,bilem simpliciter,
& pallidam,& flauã dicere consueuerunt: μέλαιναν verò
χολὴν,id est,nigram bilem hoc toto appellare,& nõ χο-
λὴν,id est,bilem simpliciter: sed hęc quidem acida est,
amara autem quę flaua. Ob eas res Picrocholos appel
lat Hippocrates,qui redundantẽ habent huiusmodi bi-
lem. Permista autẽ aquosis humoribus & liquidissima,
& pallida videtur. Sola verò cùm existit,& crassa,& fla
ua est. Quę autẽ huiusmodi bilẽ procreant,sunt calida,
& sicca tẽperamenta,ad cuius generationẽ idonei sunt
D & dulces omnes humores. Quo fit vt omnium horum
maximè mel bilescat, quòd dulcissimum sit: deinde &
dulcia vina. Non solùm autẽ quòd caliditas multa ta-
les humores amaros reddit, proptereà dulce vinũ fe-
brientibus,& pręsertim vbi calidi & sicci temperatura
fuerint, idoneum non est, verùm quoq; & quòd crassa
sint huiusmodi vina, neq; per vrinas velociter descen-
dant,neque citò difflentur,transpiréntque. Quo fit vt
biliosos humores neque secũ agant, neque excernant.
Solis ergo his vinũ inest bonum,quòd ventrem emol-
liant: quod si nõ fecerint,omni pacto nocent. Prętereà
& siticulosa sunt,hac re quòd facilè bilescãt,common-
strantia. Flatuosum quoque vinũ huiusmodi esse asse-
rit. Nempe incalescentes crassi humores spiritum sibi
similem generant,tum vaporosum, tum crassum. Qui
autẽ talis est,inflationes parit. Quapropter ex tenui-
bus vinis non generatur spiritus,quanquàm interdum
quip

quippiam generetur, quod & tenuiũ ſit partium, & aeroſum, non nebuloſum vaporoſúmq;. Cæterum dulce vinum inferioribus inteſtinis non eſſe inimicum ait, quãquàm tardè meet, quia ab ipſo eſt, flatus, moretúrq; circa hypochondrium. Ea autem occaſio eſt, ob quam non admodũ turbet inferiora inteſtina, quia circa hypochondrium moretur, donec perfectè coctus, & tenuatus fuerit: quòd ſi ſemel coctus fuerit, commeabilio rem, tenuiorúmq; partium habebit naturam. Qua igitur ratione à ſupernis ad infernas expellitur partes, eadem ab infernis extrà mittitur.

3 Vrinas ſiquidẽ hoc minùs, quàm vinoſum album omnino mouet.

Quódnam vocauit vinoſum albũ, conſiderabimus. Nam anteà vinoſum vinum tum eſſe, tum appellari diximus, quod iure optimo aquoſo opponitur. Valenter igitur ipſum & calfacere, & caput replere, & deſipiẽtias B procreare, & calorem febrilem augere eſt operępretiũ. Sed vinum huiuſmodi album non eſt, neq; cùm nouum exiſtit, neque cùm vetus, quando ne quidem aliud quippiam antiquorũ vinorum manet album, etſi quàm maximè circa initia tale fuerit: imò ſemper fuluius redditur, & tandem flauũ. Videtur ergo Hippocrates dixiſſe vinoſum albũ, auſterũ, quod neq; ipſum vrinas mouet: ſed ſi tale craſſum fuerit, circa hypochondriũ moratur: ſi verò non craſſum, neque multùm moratur, vt nigrum, neq; albis ſimul & mediocriter auſteris ſimiliter ad vrinas deſcẽdit. Nẽpe vina hęc vrinas ciẽt, quòd vtranq; tardè per vrinas deſcendendi effugerunt proprietatẽ, tum eã, quæ aquę eſt, quam ob frigiditatẽ nacta eſt, tum eã, quam vinũ nigrum propter craſsitiem habet. Vinũ ſiquidem album, & auſterũ minimè calidũ C inter vina exiſtit: atque ob id iis, quæ ad ventrem fiũt, deſtillationibus idoneum. Non tamen abundè ciet vrinas hoc vinum. At forſan Hippocrates vino huic nigrum comparans, minùs ciere vrinas ipſum ait.

4 Sputum autem alio efficacius educit quod dulce eſt.

Quódnã aliud dicit? vtrúmne præſens, ad quod dulce comparans dixit, Vrinas ſiquidem hoc minùs, quàm vinoſum album, omnino mouet. An non hoc ſolũ, ſed ſimpliciter omne id, quod dulce nõ eſt? Cùm ergo Hippocrates, quantum ad dictionem hãc attinet, obſcurus ſit, credibiliúſq; ſit, ipſum nunc de vinoſo albo ſermonem intelligere, rurſum & alia oritur ambiguitas, eò quòd quódnam ſit vinoſum albũ, non valde manifeſtũ ſit, vtrúmne id, quod vehementer calfacit? an quod val D de adſtringit? quod acerbum Græci appellitant, veluti quod moderatius, auſterũ. Quónã igitur pacto habeat quod in dictione eſt, ego impræſentiarum exponam. Sputum maximè omnium vinorum dulce educit, vbi non ſupra modum craſſum fuerit, veluti & quoties nõ vſqueadeò ad fuluum ſeceſſerit, vt exoluta in eo ſint tũ craſsities, tum dulcedo. Prauum autẽ febri auxiliũ eſt vinum fuluũ, quòd vehementer calidũ ſit. Verùm poſt vinum dulce non admodum craſſum ad eorum, quæ in pulmone ſunt, eductionẽ conueniens eſt aquoſum vinum, virtutẽ ſcilicet roborans, & humores tum humectans, tum madefaciens mediocriter. Quod cæteris vinis omnibus innocentius febrientibus exhibetur.

5 Et ſanè quibus propinatum ſitim facit, his minùs, quàm vinum aliud, educit: quibus verò ſitim non facit, vino alio magis educit.

A Vinum aliud nunc dixit, quod omnino ſiticuloſum non eſt. Quare autem vinum ſiticuloſum minùs ſputa educat, facilè inuenies, ſi, quę antè dicta ſunt, ad memoriam reuocaueris. Nempe ſitis quibuſdam perſeuerat, qui dulce vinum bibunt, quòd febrilis calor in ipſis tũ moroſior, tum maleficentior exiſtat. Qui ſi talis fuerit, ſputum ſiccat, craſsiúſq;, & viſcoſius reddit. Quòd autem ſputum huiuſmodi difficulter educatur, verbis non eſt opus.

6 Vinum autem album vinoſum iam plurima, maximáque parte laudatum quidem, & culpatum in vini dulcis enarratione. Ad veſicam verò vino alio magis penetrat, vrináſq; prouocat, & perpetuò per- B rumpit: atque multa ad opem his morbis ferendam facit. Nempe etſi vino alio ad cætera inhabilius exiſtat, veruntamen quæ in veſica ab eo fit purgatio liberat, ſi *pro- pellatur quale oportet. Bonæ hæ coniecturæ ſunt de vino tum profectus, tum detrimenti, quas qui me ſeniores ſunt, non dicerunt.

*propinetur.

De vino hoc in dulcis vini mẽtione diximus, poſteà quàm vires ipſorum comparauit, perquiſiuítque. Dixi autẽ non paruam eſſe quęſtionẽ an album ſimul & auſterum vinũ album vinoſum dixit, vel quod vehementer inter vina alba calfacit. Nẽpe ex vinis albis nullum va- C lenter calfacere poteſt. Quod enim ſummè calidũ eſt, id continuò & flauum exiſtit, veluti & quod ab ipſo eſt fuluum. Mox ab his rubrũ, & déinde dulce. Album autẽ minùs quidẽ his omnibus calfacit: ſed differentias particulares, aliáq; omnia pro pluris, minoríſque ratione habet interualla. Quòd autem vinum huiuſmodi dulci faciliùs ad veſicam penetret, dictum anteá. Sed ad alia dulci inhabilius eſſe ait, quæ ſunt ventris ſubductio, & eductio ſputorum. Bonas autem has ait coniecturas eſſe, id eſt, notas facultatis vinorum.

7 Fuluo autem vino, & nigro auſtero in morbis huiuſmodi ad hæc vteris, ſi neque grauitas capitis fuerit, neque mentis concuſsio, neque ſputo via concludatur, D neque teneatur vrina: excrementa autem & humentiora, & ramẽtoſa magis fuerint. In his autem ex albo migrandum, & iis, quæ ſimilia exiſtunt.

Dulce quidem vinum continuò & nigrum exiſtit: nõ tamen nigrum omne continuò & dulce. Nã ex his quędam auſtera ſunt, qualia apud nos in Aſia prope Pergamon in Perperine & Aegis. Quod autem in Cilicia eſt Albates, auſterũ ſimul & dulce exiſtit, qualitatibus conſtans contrariis: quo fit vt prauum ſit, quia neq; diſtribuatur, neque deſcendat, ſed plus iuſto in ventre permaneat ſuperiore, atq; ipſum inflet. At quod circa dulcedinẽ nigrum auſterũ eſt, id ventri vtile exiſtit, quando vel plura iuſto deſcendunt vel ramentoſa: tũc enim eſt idoneum, ſicuti & vinum album auſterum, & quæcunque alia adſtringentia medicamenta. In eum vſum

& fuluum vinum prodeſſe ait, non omnino ſimpliciter fuluum affirmans, ſed fuluũ auſterum. Nam de vtriſq; te intelligere oportet quod in principio dictionis exiſtit, qua dicitur, Fuluo autem vino, & nigro auſteris, in morbis huiuſmodi ad hæc vteris. Duplex ſiquidem fuluum, vt nigrũ: aliud ſiquidem dulce, aliud auſterum. Atque cùm tertium præter vtrunq; exiſtat ex vtriuſq; qualitatis permiſtione conſtans, attamen quod vna eſt præditum qualitate, id colore vtroque duplex exiſtit. Caput autẽ, & mentem fuluum magis ferit, quòd & calidius nigro exiſtat. Febres quoque ratione eadem auget, quibus idonea ſola ea, quæ aquoſa ſunt. Non immeritò igitur vinis auſteris vtendum prohibuit, ſiue ea colore fulua, ſiue nigra fuerint, in capitis grauitatibus, & mentis læſione, vbi febris ipſam percuſſerit, atque amplius in thoracis, pulmoniſque ægritudinibus, in quibus ſputũ detinetur, vina huiuſmodi inhabilia eſſe ait, atque cùm vrinæ ſupprimuntur, propter craſsitiem videlicet, & adſtringendi facultatem.

8 Quòd autem ſuperiora quidem omnia, veſicámque minùs offendet, ſi dilutius fuerit, inteſtina verò iuuabit magis, ſi meracius, neminem latere debet.

Vinum meracius, vt dixit, inteſtinis magis conuenit: quo fit vt non abs re iuuet ipſa adſtrictionis ratione, propter quam omnino iuuamentum habet. Verùm huiuſmodi adſtrictionem labefactat, exoluítq;, ſi aqua temperatũ fuerit, atque ob eam rem minùs ipſa iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis adſtringendi ratione, vbi meracius fuerit, ſic thoracem, capútque magis offendit. Hæc ſunt ſanè, quæ manifeſtauit inquiens, Superiora quidem omnia lædit, lædit quoque & corpora ea, quibus per vrinas expurgari eſt opus. Nempe auſterum vinum, excretiones omnes cohibet. De vinis hæc locutus Hippocrates, continuò ad melicratum tranſit, cæteris quidem ferè omnibus de vino demonſtratis: at prætermiſſo vno, quod non abſoluit, & ego obiter percurram, quòd ſcilicet febrientibus maximè idoneum aquoſum ſit. Eſt autem vinum hoc album colore, ſubſtantia tenue, nullam earum, quæ cæteris vinis inſunt, habens qualitatem, neque auſteritatem, neque adſtringentiã, neque dulcedinem, neque acrimoniam, neque odorem. Nempe vino huic omnium ſoli vt tum aquæ, tum vini mala effugeret, eſt datum. Prodeunt autem talia in vnaquaq; gente aliqua. In Italia imbecillũ Sabinum, quod febrientibus adminiſtrant. In Aſia Titacazenum, & Tibicenum. Sed vini huius notas vbi intellexeris, talia facilè in qualibet gente reperies, vbi & valde tenuia, & aquoſa producũtur vina. Reperi equidem talia in Cilicia, Phœnicia, Palæſtine, Scyro, & Creta. Imò, vt retuli, in regionibus vidi omnibus: &, quod mirum magis ſit, in Aegypto. Craſſa ſiquidem vina, & odora, & valde fortia, in feruidis progignuntur regionibus. In Italia verò, & Bithynia, & Aſia ſi multa producantur aquoſa, nihil mirum. Sed quæret quiſpiam quam ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis prætermiſit ſermonem, cùm febrientibus, quàm cætera omnia, ſint iucundiora. Sanè qui id petit, Hippocratem vinum huiuſmodi neſciuiſſe haud quaquam oſtendere poterit. Nempe pôſt paulò cùm de melicrato agit, hæc ſcribit: Cæterùm vino albo, tenui, paucifero, & inodoro, quodam modo fortius eſt, & quodam modo infirmius. Hæc ait Hippocrates, vino albo, tenui, & paucifero, id eſt, parum aquę ferenti, & inodoro, melicratum comparans. Vini igitur vinoſi notas tum conſpicuè, tum exactè recenſens, percurrénſque quónam ſcilicet pacto tum caput, tum mentem feriat, de aquoſo ipſi contrario diſciplinam ſufficientem eſſe exiſtimauit, cùm aduerſa, contrariáq; ipſi ineſſe ratiocinari poſſumus.

9 Melicratum, id eſt, mulſa, per totum morbum in acutis epota parte plurima tũ picrocholis, tum his, quibus tumefacta ſunt viſcera (μεγαλοσπλάγχνους vocant) minùs quàm non huiuſmodi eſt idonea.

Oratio hæc, Per totum morbum, oſtendit Hippocratem de his intelligere morbis, in quibus cremorem exhibere idoneum non eſſe demonſtrauit priùs, quàm ad morbi peruentum ſit vigorem. Nam ſi æger acuta febre laboret, neque tum in thorace, tum in pulmone fuerit morbus, viréſque valuerint, & morbus quintum vltra diem ſeſe prorogaturus non ſit, aqua mulſa ſola epota abundè ægro ſufficere poteſt. Et cæteris quidem omnibus in morbis huiuſmodi eſt conuenientiſſima: ſed picrocholis minùs propitia exiſtit. Nam in ipſis bileſcit, niſi priùs vel inteſtina, vel veſicam pertranſierit. Quæ ſi pertranſierit, non ſolùm nihil lædit, verùm quoque & maximè iuuat. Nam ſecum bilioſa deducit excrementa, hac ſanè cum ratione temperaturam quoque ipſius demonſtrauit. Nempe in huiuſmodi naturis, dilutior exhibita mulſa confert. Neque enim hoc pacto ſiticuloſa exiſtit, neque bilem generat. Vt autem picrocholis, ita megaloſplanchnis haud quaquam idoneum eſſe ait. Magaloſplanchnos nunc dixit, non eos, quibus magna ex natura ipſa ſunt viſcera, ſed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt, ſiue ſcirrhum, ſiue phlegmonem, ſiue œdema nacta ſunt. Mala ſiquidem eſt in his quòd citò pertranſire viſcera ipſa non poſsit, & facilè bileſcat, præſertímque in phlegmonis propter caloris magnitudinem: in cæteris autem, qui præter naturam ſunt, tumoribus, minus detrimenti affert.

10 Porrò & ſiticuloſa minùs, quàm dulce vinum exiſtit. Nempe & pulmonem mollit, & ſputum mediocriter educit, & tuſſes mitigat. Habet etenim vim quandam exterendi, quæ plus, quàm mediocriter, viſcoſum facit ſputum.

Quam ob cauſam aqua mulſa minùs, quàm vinum dulce, ſiticuloſa ſit, dixi anteà, cùm vtraque quatenus dulcia ſunt, eatenus facilè bileſcere demonſtrarem. Verùm quòd tenuior, penetrantiórque vt omnia ſubeat, exiſtit, ea ratione minùs vino dulci eſt ſiticuloſa. Quo fit vt ſi aliquando pluſculo tempore in ventre manſerit, tunc vino dulci nõ minùs ſiticuloſa reddatur, quod rarenter contingit. Aqua verò mulſa, vino dulci citiùs ventrem, inteſtináque omnia penetrat. Nec ſecus hepar aduſque tum renes, tum veſicam non rarenter quidem, ſed perpetuò. Ob hæc igitur vino dulci minùs ſiticuloſa exiſtit. Hippocrates idem quanquàm non ita, ſed modo alio dixit, mulſæ virtutem ex iis, quæ in pulmone facit, demonſtrans. Nempe quod hęc non efficeret, niſi vias, meatúſq; ipſius penetraret, abſtergerétq;, palàm omnibus exiſtit. Prætereà ſputum educere non ſimpliciter dixit, ſed hoc aduerbium, Mediocriter, adſcripſit.

ſcripſit. Neque enim valenter educit vt oxymeli, ſed mitigat: quo oxymeli priuatur. Nempe oxymeli tuſſes incitat, tum iritans, tum aſperans, quatenus ſcilicet vehementer detergit. Mulſa verò, & præſertim aquoſa, dilutáque, deterſoria, quæ minima ſit, participat facultate. Vocatur autem huiuſmodi facultas σμηκτική, à qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματῶδες, De mulſa ita ſcribens, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι. id eſt, Habet etenim vim quandam exterendi, detergendíque. Mediocri autem participare ipſam facultate huiuſmodi oſtendit adiiciens vocabulo huic σμηγματῶδες vocabulum hoc τί. Nempe quibuſuis adiiciatur, paucitatem indicat. Hæc igitur pauca vis extergendi in mulſa, nõ quia exterſoria eſt, ideo impotẽs eſt, ſed quia pauca eſt. Ad glutinoſum ſiquidẽ ſputum, medicamentũ vehemẽter abſtergere oportet, quòd glutinoſum eũ, qui in bronchiis pulmonis continetur, detergere poſsit humorem. Quòd ſi talis quiſpiam in thoracis, pulmoníſque medio aceruatus fuerit, iam & maior vt probè ſpuatur, tum inciſoriæ, tum deterſoriæ virtutis eſt neceſsitas, quæ id à ſuccingente coſtas membrana detergat, diſſecet, & tenuet. Nam & fieri non poteſt vt talis humor aliter per membranam, quæ viſcus ambit, ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene eſt vſus dictione Hippocrates, cùm huic orationi, Habet enim vim quandam exterendi, eam, quæ ſequitur, adiecit: Quæ plus, quàm mediocriter καταγλισχραίνει, id eſt, viſcoſum reddit ſputum. Nam melius dixiſſet, Habet enim vim quandam exterendi, detergendíque quæ exigua ſit, & quæ ſæpenumero viſcoſum fieri ſputum ſinit. Non enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum contingit, cùm id ſanè ſputo huiuſmodi proprium ineſt. Mulſa igitur nil iuuat: ſed excrementi naturam talem permanere ſinit. Quapropter melius dixiſſet nihil glutinoſum ſputum iuuari, & non tale à mulſa fieri. Nam hoc verbum καταγλισχραίνειν quod ab Hippocrate dicitur ſputum à mulſa tale fieri, cum emphaſi ſignificat.

11 Ciet autem & vrinas abundè mulſa, niſi ex viſceribus aliquod prohibuerit.

Mulſam ante, quòd vias omnes, quæ ventrẽ, renéſque interiacent, facilè penetret, ciere vrinas dixi, atq; vbi iecur malè afficitur, vſui haudquaquam conuenire demonſtraui. Lieni prętereà ſi phlegmone obſideatur, moleſta eſt, atque multò magis inteſtinis, ventríque. Nam citò igneſcens ob phlegmones caliditatem in bilem conuertitur. Melle ſiquidem ob dulcedinem delectantur tum viſcera, tum venter, quo fit vt tum citius, tum aceruatim magis alliciant. Melli quoque & dulcia alia idem habere quis dixerit, atq; ideo vt ad ventrem, ita ad viſcera accommodari. Venter autem his oblectari videtur. Nempe vbi ea deglutiuit, manifeſtè quodam modo ab aſſumptis delectatur, veluti è contrario ab aſperantibus amaríſque offenditur, neque ſolùm cùm adſumuntur, verùm quoq; & vbi adſumpta ſunt, ad aliquod vſque tempus. Quo fit vt nemo ea niſi interdum vice medicamenti, vt ob collectos præter naturam in ventre humores, ingerat. Vbi enim ſecundũ naturam habuerit, iniucunda ipſi talia omnia ſunt: iucunda autem ſola, quæ dulcia exiſtunt. Sanè in appellato gutture maxima ex deuoratis dulcibus exoritur voluptas, corpore ſcilicet loci illius peculiare quippiam cum ſucco huiuſmodi habente. Idem autem hoc corpus eſt etiam ventriculi interna tunica, vt & ea, quę linguam ambit. Verùm in lingua euidentiſsimã habet dulcedinis ſenſionem: in gutture autem, voluptatis. Sen-
A ſio verò manifeſta continuò efficitur & in ventris ore, quod dulcibus aſſumptis delectatur, modò animans ſecundum naturam habuerit. Viſcera igitur hoc pacto dulci gaudere ſucco, plurimúmque ipſius celeriter euocantia cum valent, frui, alíque, cùm verò febriunt, & phlegmone obſidentur, in id, quod bilioſum eſt, dulcẽ ſuccum conuertere par eſt. Videntur igitur, quæ συκωτά, id eſt, ficata ex caricarum eſu appellantur, tum maxima, tum ſuauiſsima eſſe iecinore ipſo, vt liquet, ex dulcium eſu alimentum vberius accipiente. Verùm in phlegmonis, febribúſque rerum huiuſmodi ingeſtio non in probam alimoniam, ſed in bilis generationem demigrat: febrilis ſiquidem calor exuperat: natiuus autem deficit, qui bene temperatus erat.

12 Bilioſa quoq; alui deiicit magis: in-
B terdum quidem bona, ſed interdum, quàm decet, magis colore ſaturata, ſpumantioráque, quod bilioſis magis, & his, quibus tumefacta ſunt viſcera, contingit.

Reuocare ad memoriam oportet dictionẽ antè enunciatam, in qua mulſam vino dulci comparans dicebat, Porrò & ſiticuloſa minùs, quam dulce vinum, exiſtit. Nam & hoc in loco mulſam eandem ad vinum dulce cõparans bilioſa alui excrementa deiicere magis pronuntiauit. Nempe & bilioſa deiicere vinum dulce poteſt. Verùm mulſa, bilioſa interdum, quæ bona ſunt, ſubducit, interdum & vitioſa, quæ ſyncerè admodum bilioſa exiſtunt, bilem ſcilicet vel fuluam, vel flauam habentia, craſſámque. Bilis igitur ea ſpumam accipit ſæ-
C pius quidem ratione ea, qua in iis, quæ vehemẽter igne calfiunt, ſpuma exurgit, ſæpenumero autem & in iis, quæ à flatu agitantur humoribus. Horum primum caliditatis exuperantis nota eſt. Secundũ verò inſtrumentorum anguſtiam, & flatuoſi ſpiritus interclusi, viámq; haudquaquam liberam habentis agitationem denotat. Bilioſa autẽ huiuſmodi magna ex parte ſubducuntur in his febribus, quæ liquefaciunt & ad tabem perducunt, quibus fermè omnium aduerſiſsima, nocentiſsimáque eſt mulſæ potio, veluti & modo contrario potio aquæ frigidæ iuuantiſsima. Excrementum huiuſmodi ait à mulſa magis generari iis, qui natura bilioſi, id eſt, immoderatè calidi exiſtunt, atque in his morbis, quibus viſcus aliquod phlegmone infeſtatur. Commune ſiquidẽ nomen hoc in loco eorum, qui inflammantur, peculiare factum eſt. Neque enim propter ſcirrhum, vel œde-
D ma febris incenditur. Ergo quòd in acutis morbis, de quibus agit Hippocrates, vbi tumor in viſceribus fuerit, phlegmones ſymptoma ſit, non œdematis, vel ſcirrhi, conſtat omnibus. Hos autem nũc μεγαλοσπλάγχνους appellauit, quaſi viſceroſos dixeris.

13 Mulſa igitur, quæ dilutior eſt, ſputũ educit magis, pulmonémque mollit. Meracior verò ſpumoſa excrementa, atq; plus, quàm conuenit, colorata, bilioſa, calidioráque, quàm dilutior agit magis.

Mel in acutis morbis bileſcere, atque ob id nobis afferre moleſtiam, anteà dixi. Aquam prætereà tardè penetrare, atque in hypochondriis diutiùs morari, atque ob eas res fugiendam. At quod ex vtriſq; miſtum fit: conueniens redditur, quòd ea conſtet temperatu-

ra, qua aquæ plurimæ tantum mellis permiſtum fuerit, vt viam aquæ paret, & ad diſtributionem agat. Nempe his ita temperatis, vrinæ faciliùs penetrabunt, ocyúſque ſputum educetur. Quòd ſi mellis plurimum admiſtum fuerit, ſitim facit, & viſcoſum reddit ſputum. Atque ob eas res aquoſior mulſa tum ad ſputi eductionem, tum ad penetrationem vrinarum idonea magis exiſtit: meracior verò ad ventris deiectiones. Nempe quantò magis proritabit, tantò magis & velociùs ſubducet. Clyſteribus ergo infuſa quo meracior, eò magis excretoria reddetur. Cauſáque erit deiectionum, tum earum, quæ κατακορέως, id eſt, ἱκανῶς, hoc eſt, valde bilioſæ exiſtunt, tum ſpumoſarum. Talia ſiquidem trahere magis poteſt, quàm inteſtina tum mordere, tum detergere. Adde quòd & in bilem flauam tranſiens, ea occaſione bilioſorum excrementorum copiam ſimul adauget: quo fit vt ipſius vſum non laudet Hippocrates. Declarat autem ex horum verborum adiectione: καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, id eſt, atque plus, quàm conuenit, valde bilioſa. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere conſueuit pro μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, id eſt, plus, quàm conuenit. Spumoſas item deiectiones & in Prognoſtico damnauit. Et κατακορέως, id eſt, ἀκράτως, hoc eſt, ſyncerè bilioſa mala ſunt. Neque enim κατακορέως, neque ἀκράτως, ſed mediocriter talia eſſe oportet. Horum igitur non immemor cùm vel ex mulſa epota, vel abſque ipſa quis ſpumoſa ſimul & ſyncerè bilioſa deiecerit, febrem ſcieris eſſe, quæ liquefaciat, & ad tabem perducat: atque ob id ab vſu mulſæ abſtineto, atque in ptiſanę cremorem deuenito ſignum quodpiam coctionis morbi quantumuis momentaneum ex vrinis obſeruans. Nam ſi tunc frigidam dederis, maximo eris præſidio.

14 Deiectiones autē huiuſmodi habent quidem & alias, quæ graues ſunt, offenſas. Neque enim hypochōdriorū extinguunt ardorem, ſed excitant: inquietationémq;, & membrorum iactationem faciunt: inteſtina autem, ſedémque exhulcerant.

Conſueuit Hippocrates βλάβας, id eſt, offenſas σίνεα dicere, vt in libris De fracturis, & articulis eſt demonſtratum. Nam σίνειν Iones dicunt pro βλάπτειν, id eſt, lædere. Imò & βλαβερὰ, id eſt, nocua, σινάμωρα ſæpenumero appellauit. Graues igitur offenſas habent, inquit, præfatæ deiectiones, id eſt, purè bilioſæ ſimul & ſpumoſæ. Conſueuit autem Hippocrates de ſignis, notíſque vocibus vti, tum cauſarum, tum, quæ læduntur, corporum. Deiectiones ergo huiuſmodi ſignificare commodiùs dixiſſet: ſed habere dixit, quanquàm corpora affectà læſiones habeant, cauſæ faciant, & ſigna indicent. Sed quænam ſint, quæ à dictis proueniunt deiectionibus offenſæ, ab Hippocrate audi inquiente: Neq; enim hypochondriorū extinguunt ardorem, ſed excitant. Hoc autem ideo dixit, quoniam ſæpius bilioſorum deiectio hypochondriorum feruorē protinus extinguit. Quare in malignis, maleficíſque bilioſis adiecit, quòd talia excernentibus ipſis non extinguuntur, ſed omnino vice verſa increſcunt, augentúrque. Neque ardor hypochondriorum ſedatur, quin potiùs vehementior redditur. Adde quòd ῥιπτάζονται, id eſt, ἄσην, & δυσφορίην habent, id eſt, implacidi, inquietíque fiunt. Deiectiones ſiquidem huiuſmodi flammantis in hypochondriis ipſis affectionis ſymptomata exiſtunt: atque in inteſtinis ramentoſam parit acrimonia affectionem. Sanè affectionis huius, quę ſyncerè bilioſa ſunt, cauſæ exiſtunt: eius verò, quæ in hypochondriis exiſtit, ſigna. Verùm Hippocrates, vt dixi, vocabulis cauſas indicantibus de ſignis vti conſueuit.

A

15 Sed horum auxilia ſcribentur.

Quòd morborum ſingulorum remedia ſe ſcripturū propoſuerit, & in ſuperioribus indicauit, & hoc in loco non minùs. Verùm an, & quæ libro huic poſt ſermonem de balneis adiecta ſunt, digna Hippocrate exiſtant, & quæ in libris De morbis, vel de affectionibus ſcripta ſunt, inter exponendum conſiderabimus.

B

16 Qui ergo in morbis huiuſcemodi relictis ſorbitionibus mulſa potionis alterius vice vtetur, is vt multa feliciter conſequetur, ſic ei nequaquam præter animi ſententiam ſuccedent multa. Verùm quibus danda ſit, & quibus non, & quam ob cauſam, iam magna ex parte eſt dictum.

Significauit & nunc manifeſtiſsimè, ad morbi vſque iudicationem ſola vti mulſa conſulens. Nempe in ſolis, qui colliquefaciunt, morbis, vel in quibus hominū virtus ad morbi vſque iudicationem ſufficere non poſſit, ad ptiſanæ cremorem perueniemus. In aliis verò ſolam exhibere mulſam eſt commodius.

C

17 Damnata autem propterea ab hominibus eſt mulſa, quòd bibentes ad vltimum imbecillitatis agat, atque ob id citam adferre mortem ſit creditum. Verùm id ob eos, qui ſe ipſos fame conficere conſtituerunt, dictum fuerit. Sunt enim, qui ſola vtantur mulſa, tanquam huiuſmodi exiſtat.

Dicere ſummè à mulſa imbecillitari, & mulſam nullo pacto nutrire, vel exiguè, idem non eſt. Quippe cùm tria hæc inter ſe diſtent. Nam quæ vires euertunt, vt ſanguinis eruptio, deiectio ſuperflua, ſudor immodicus, & per accidens cibi abſtinentia, ſummè imbecillitare dicuntur. At quæ nulllo pacto nutriunt, vt aqua, ea virtutem neque ſummè imbecillitare, neque roborare quiſpiam verè dixerit, niſi id aliquando per accidens contingat. Aqua ſi quidem non vt alimentum vires recreat, ſed bene vt medicamentum ad temperamenti ſymmetriam, quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt reducens. Tertio deinceps loco ſunt, quæ exiguè nutriunt: quibus qui tantummodo vtitur, tametſi interire poſsit, non tamen tanquam vires ſubuertentibus, ſed tanquam eas non quod ſatis ſit roborantibus. Quo è genere eſt mulſa. Nam ſi quis diebus quatuor cibo priuatus interire poſsit, is mulſæ vſu non quintum modò, verùm quoque & ſextum attinget. Sermonē hunc & de melle intelligas. Nēpe melius natura mulſam ipſam inter modicè nutrientia facit. Nam humiditatem non modò Hippocrates, verùm quoq; & medicorū probatiſsimi ferè omnes, cibi vehiculum

D

culum,non cibum cenſuerunt. Hæc ſanè eadem,quæ nunc dicuntur, de mulſa & melle ſcripſit non obſcurè Hippocrates in ſequentibus.

18 Sed hoc non omnino ita habet.

Non omnino ſi quidem verum eſt, eos, qui ſe ipſos fame conficere cōſtituerunt, propter mulſam mortem obire. Moriuntur etenim & ſi aquam ſolam biberint: ſed quod exiguam corpori præſtet alimoniam, ob id ſola vitam ſeruare non ſufficit. Quod etiam accidit vbi quis ſolius ptiſanæ cremorem perpetuò ſorbeat.

19 Sed mulſa, quàm aqua, multò potentior eſt,ſola epota, niſi aluum perturbet.

Indicare videtur per hanc vocem, Potentior,quòd & aqua aliquam nutriendi vim habeat. Euenit autem eo quòd oris ventriculi ariditas irrigatur, vt diu, qui aquam bibant, magis durent,quàm qui nihil aſſumunt. Securè autem,niſi aluum perturbet,addidit, de mulſa ſermonem faciens: illos enim iure peius habere facit propter euacuationem,quibus aluum perturbat, ſimúlque verbum id perturbat, immoderatam ſignificat excretionem,& non mediocrem. Scire quidem oportet mulſam crudam aluum magis ſoluere, coctam autem bene,magis nutrire. Hoc autem obiter à te ſit cognitum. Videamus autem quæ deinceps ſcribit vino mulſam comparans.

20 Sed & vino albo, tenui, paucifero, & inodoro, quodam modo fortior eſt, & quodam modo infirmior.

Sunt qui dictionem ſcribant ſine hoc verbo, Eſt, hoc pacto: Sed & vino albo,tenui,paucifero,& inodoro,quodam modo fortior, & quodā modo infirmior. Alii pro quodam modo legunt interdum ad hunc modum: Sed & vino albo,tenui,paucifero,& inodoro,interdum quidem fortior, interdum autem & infirmior. Sed ex omnibus vis eſt eadem, atque idem intellectus. Nam Hippocrates mulſam vino huiuſmodi quadantenus fortiorem,& quadantenus imbecilliorem dicit. Feci autem mentionem vini huius citra tractationem de vinis, vbi Hippocrates de eo, tanquam qui non noſſet ipſum,conticuit. Nunc verò clarè docuit,tum ſubſtantiam memorans, ex hoc verbo Tenui, tum virtutis imbecillitatem, cùm adiecit, Oligophoro, id eſt, paucifero. Vocatur ſiquidem oligophorum,ſiue pauciferum,quod vt bibatur minima eget aquæ miſtione. Contraria autem modo polyphorum, vel multiferum appellatur, quod vt bene temperetur, multam exigit aquam:ac ſi dixeris, quod aquæ multū ſuſtinere poteſt ad temperatam miſtionem. Quod verò pauciferum appellatur,id fractum,infirmúmque, & ad potum inutile redditur,ſi multa dilueris aqua. Atqui inodorū in vino,hoc eſt,carentia odoris,ea imbecillitatis, frigiditatíſque maxima exiſtit nota, vt in hoc aquæ ſimilis, non ſecus,quàm fortis odor,maximum roboris ſignū. Vinum ſiquidem aquoſum leuiſſimam in ligno vitis habuit tranſmutationem. Leuiſſimam quoque & elementi terrei permiſtionem: vt aqua ſit,quæ parum terreæ, ac calidæ eſſentiæ aſſumpſit, & quæ ad harum vnionem pauciſſima coctura opus habuit. Contrarium autem tū vinoſum,tum multiferum neque à leui coctione tale efficitur,vtpote quod ab aqua longiſſimo recedat interuallo. Quò factum eſt, vt inſignem conſecutum fuerit
A tum caliditatem,tum odorem.

21 Vini autem, melliſque meracitas,ſi robur vtriuſque contemplatus fueris, inſigne recipit diſcrimen. Nam ſi duplam vini meri menſuram ad mellis delinctum quis biberit, à ſolo nimirū melle validior longè reddetur, niſi ventrem turbauerit. Nam & multò plus ſtercoris deiicietur.

Si mulſæ, & non mellis, dixiſſet Hippocrates, manifeſtiùs enuntiaſſet.
B Nam de mulſa hucuſque egit, ipſámque vino ex aqua diluto comparauit, neq; ipſam per ſe, ſed vt iuſta fieret comparatio. Ob id ſermonem ſuum ad mel,vinúmque reuocauit. Sunt autem qui in huiuſmodi comparationibus non reliquos modò volentes, ſed ſemetipſos quoque inuitos circunueniant, fallántque. Cæteri meraciora, purioráque experti non puris ſolis, ſed quouis modo tēperatis illorū vires cō tribuunt. Non ſecus alii aquoſiora experti ex illis de omnibus quoquo modo temperatis ſententiam ferunt. Non ita tamen de rebus iudicium eſt faciendum. At ſi iuſtam facturus ſis de ipſis comparationem, mulſam ad eorum,quæ bibuntur,vinorum temperaturam in aquæ permiſtione ita ex proportione exiſtimabis, vt vinum non meracius,& mulſa aquoſior fuerit. Sed quoniam in miſtione proportionem exactè ſeruare difficile eſt,
C ob id ea, quæ verè immiſta & propriè pura appellata tranſtulit ſermonem Hippocrates, vino nullo pacto diluto mel ipſum comparans. Aitque duplum vini epotum minus alere,quàm mellis ſimplum. Verùm quoniam plura vinorum genera exiſtunt, non quæ fortia ſunt,capútque feriunt, & deſipientias creare poſſunt, in hoc exprompſit ſermonem: ſed vinum imbecillum, aquoſúmque. Mélque ipſum huic comparans plus alere enuntiauit. Cæterùm cùm vini duplo mel dimidium comparare voluerit,non quod ſolum vtrunque per ſe, & citra aquæ miſtionem æger ſumere debeat, aſſeruit, ſed ſi poſt vtrunque dimenſum pro arbitrio ingerat, non minus differt. Poteſt ſiquidem,ſi res tulerit, mellis cyathum vnum vel per ſe accipere,vel aquæ, quantum volet,miſtum ingerere,atque id quotidie bibere. Vel denuò vini cyathos duos diebus ſingulis,vt volet,aqua
D temperatos. Tali ſiquidem experimento tum in pluri- mis ſimiliter in cæteris habentibus hominibus, tum etiam in vno magis per idem temporis ſpatium cognoſcetur exquiſita vtriuſque facultas. Si enim mel non ex naturæ proprietate ventrem turbat,qui melle vtuntur, diebus pluribus abundè ſufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates: Sed & vino albo,tenui,paucifero,& inodoro interdum fortior,interdum infirmior,ſed ſemper fortior ſecundum nuper dicta videtur? quoniam priùs,quàm de comparatione iuſta diſtinxiſſet, docuiſſétque citra diſtinctionem abſoluto ſermone,bene,& ſecurè dixit: Inuenietur mulſa vino quadātenus fortior, & quadantenus infirmior. Si enim tēperamēti vtriuſq; analogiam quis non diſtinxerit, interdū quidē infirmius vinum, interdum & mulſa eſſe videbitur. Verū ſi hæc diſtinxeris, vt eſt dictū,atq; eā, quā mel in ventre facit, turbationem contēplatus fueris, mulſam ad nutriēdū validiorē ſem-

per depræhendes, quàm vinum eadem proportione dilutum, temperatúmque. Quòd ſi & excrementum, quod ex mulſa ita moderatum excernitur, vt virtutem non exſoluat, adnotaueris, tibi etiam magis ex mulſa copioſior videbitur nutritio, quàm ex vino. Nam ſi etiam multò plus exeat excrementum, laborans tamen pluribus diebus ex mulſa ſufficiat, certè ad nutritionẽ mel vino, tum potentius, tum validius videtur.

22 Mulſa tamen poſt ptiſanæ ſorbitionem epota valde replet, inflat, & hypochondriorum viſceribus eſt inutilis. Sed ſi ante ſorbitiones bibatur, non vt ſuperepota lædit, ſed iuuat.

B De ordine ait Hippocrates, quem in vſu mulſæ, ptiſanæque quis optimè ſeruare debeat. Verùm vno mulſæ, ptiſanęque edoctus exemplo, vniuerſalem hunc accipe ſermonem. Nam perpetuò priùs ingerenda ſunt, quæ & faciliùs corrumpuntur, & quæ ſubducuntur magis: poſteriùs verò cõtraria. Ptiſana autem, quàm mulſa, difficiliùs corrumpitur, & deſcendit tardiùs. Si ergo mulſa primò ſumpta fuerit, ex ea quædam ptiſanæ ad deiectionem fit deductio. Verùm ſi ptiſana primùm ſumpta fuerit, ſubduci mulſa prohibetur. Inflatítque hypochondria, atque tandem in bilem conuerſa, ptiſanæ etiam detrimentum afferet.

23 Cocta autem mulſa, facie quidem cruda longè eſt melior: ſplendida ſiquidẽ, & tenuis, & alba, & pellucida exiſtit. Sed qua ab ea euariet virtute, nõ habeo quod dicam. Neque enim eſt ſuauior, ſi mel bonum fuerit, imbecillior tamen, & minus ſtercoris ducens. Quorum neutro, vt caſtigetur, mulſa opus habet. Cocto tamen probiſſimè vtendum, ſi mel vitioſum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris. Nẽpe coctura plurimam malignitatum turpitudinem tollit.

Tota dictione coctæ, crudæque mulſæ differentias docet Hippocrates: ſed nullam deſiderat expoſitionem.

D *De oxymelite.*

24 Oxymeli vocatum potum ſæpius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. Nam ſputum educit, & facilem reddit ſpirationem.

Καλϑμϑνον, id eſt, vocatum, aut quod vocatur, & καλεῖσθαι, id eſt, vocari, atque his ſimilia adiicere Hippocratem non ignoras: interdum quidem quòd hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vſitata ſit, interdum verò quòd abrogata, atque interdum quòd artificioſum quippiam demõſtret: vt ἐπὶ τῶν κροταφίτων, καὶ μασσητήρων μυῶν, id eſt, temporalibus, & maſticatoriis muſculis declarauimus. Sed quod artificioſum nihil indicet oxymelitis appellatio, conſtat omnibus. Appel-

A lationem igitur ex adiectione τοῦ καλϑμένϑ vel damnauit, vel tanquam inuſitatam indicauit: poteſt autem & vtrunque feciſſe. Nam forſan tunc primùm in communem venit vſum, forſan & vocem damnat, tanquam ex ſolis aceto & melle conſtare medicamentum explanantem, vel tanquam mellis differentiam indicantem. quaſi ita quiſpiam diceret, Mel autem, quod acre eſt, talem habet facultatem. Ergo de verbis huius καλϑμένϑ adiectione nemo ignorat: quapropter ad id, quod commodat, deſcendamus. Non enim ex aceti, mellíſque miſtione tantum oxymelitis eſt compoſitio, verùm ex mulſa paulum aceti accipiente. Sed vt coquatur melius eſt. Nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulſa quidem ab eo, cui miſcetur, auxilium ſumat, offenſam autem non habeat. Auxilium autem in orationis

B exordio enuntiauit, atque poſteà enuntiabit. Offenſas verò ad dictionis totius calcem adiiciet. Dictum eſt igitur in exordio, Sputum ſiquidem educit, & facilem reddit ſpirationem. Déinceps verò ea dicta ſunt, quæ ex intelligentia verborum ipſius diſcemus.

25 Tempora verò hæc habet.

Καιρὸς, id eſt, tempora dixit, vel tempora, quibus ex conſuetudine vtendum ſit, vel tempora, quibus iuuare ſoleat. Nempe & in hoc ſignificatu καιρϑ, id eſt, temporis appellatione interdum vti Hippocratem oſtendi.

26 Quòd valde acre exiſtit, nihil mediocriter in iis, quæ non facilè educuntur,

C ſputis efficiet. Nam ſi quæ ſtridulam aſperitatem faciunt educeret, guttúrque lubricaret, & veluti dilataret, pulmonem certè leniret: nempe ipſum molliret. Quæ ſi cõtingerent, maximè prodeſſet. Interdum verò accidit, cũ valde acre fuerit, vt ſputum non educat: ſed viſcoſum reddat, adferátque detrimentum.

In quibus acri oxymelite vtendum ſit, in his fieri aliquando ex eo offenſam docet Hippocrates. Nempe in quibus nemo prorſus tali, quod acre eſt, medicamento vteretur, tales recenſere offenſas ſuperfluũ eſt. Neque enim ſimpliciter de acri oxymelite ſermonem fecit, ſed aduerbium hoc κάρτα, id eſt, valde adiecit, quod λίαν, & σφόδρα, id eſt, admodum, vehementérque ſignificat. Tale igitur oxymeli nihil mediocriter in craſ-

D ſis, glutinoſíſque pulmonis ſputis efficere conſueuit, in quibus eo ſolo quiſpiam vtatur, ſed ea vel ſecat, detergit, educítq;, vel facere id non valens, exiccat. Nempe vt huiuſmodi medicamentum ſecandi vim habet, ita & exiccandi: vtimur autem eo in craſſis pulmonis ſputis, non tanquam exiccante (nempe hoc pacto detrimentũ adferret) ſed tanquam incidente, & detergente. Cùm igitur hæc facere non valet, tantum abeſt vt vtilitati ſit, vt etiam maximè noceat: ſed quando neque ſecat, neque detergit, in ſequentibus docebit. Volo autem impræſentiarum de ea, quæ in multis reperitur libris, ſcriptura agere. Non enim per σ, ſecundam huius nominis μέσϑ ſyllabam, ſed ζ, ſcriptam inuenimus, vt dictio tota talis ſit, τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ ὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν. id eſt, Quod valde acre exiſtit, nihil inſigne efficiet. Sed id falſum eſt. Nempe inferens magnum

gnum aliquando fieri ab eo iuuamentum ostendit, interdum & detrimentum. Quare perpetuò insigne quipiam facit, & nullo pacto leue, paruúmque. De quo autem est verum dicere quòd perpetuò magnum vel malum, vel bonum facit, de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri quispiam dixerit.

27 Potissimùm autem ita afficiuntur, qui aliàs perniciosè habentes neque tussire, neque quæ intus continentur, excreare possunt.

Sputa crassa vehementer glutinari, nihilque ab exhibito, quod acre sit, oxymelite iuuari, ait his contingere, qui aliàs perniciosè afficiuntur, id est, quibus crudus supra modum existit morbus. Nempe hi nihil expuunt.

28 Cùm hæc ita habuerint, vires hominis perpende. Nam si de eo speraueris, dabis.

Posteà quàm eos, qui aliàs perniciosè ægrotant, ab oxymelite nihil iuuari prædixit, paucísque ex ipsis adiuti liberentur, ob id & ipsius, quod rarenter contingit, non tacuit auxilium. Fit autem auxilium huiusmodi ab acri supra modum oxymelite cùm ægri vires valent. Nempe si non valent, non iuuabit quod tale est oxymeli. Duorum siquidem alterum efficiet. Nam vel prorsus non secabit, sed quod glutinosum est, glutinosius reddet, vel dissecabit, abstergétque. Verùm subitam, vniuersámque, tum eductionem, tum vacuationem, quã molietur, non sufferente natura, continget strangulari hominem.

29 Cùm autem dare volueris, perquã tepidum, paulatímque, & non áffatim dabis.

Si æger ob sputorum tum crassitiem, tum viscositatem nihil expuerit, virtúsq; valida fuerit, oxymeli dari iubet valde acre, paulatim, & ἀκροχλίαρον, quod est ἄκρως χλίαρον, id est, perquàm tepidum. Id autem calidi, frigidíque exactè est medium. Nam quòd vehementem habeat facultatem propterea copiosè ipsum vno haustu offerre veretur. Pari modo & æstate frigidum porrigere, vt anteà præcepit, ideo timet, quia tum pleuritides, tum peripneumoniæ, in quibus nihil expuitur, crudæ sunt. Coctioni autem perpetuò calidum opitulatur, cõfértque: frigidum verò renititur, & aduersatur. Sed quam ob causam calidum etiam oxymeli deuitat Hippocrates? Certè ob morbi malignitatem, malúmq; morem, ne videlicet protinus ex tali potione cruda persistat affectio, hominémque à calido oxymelite siticulosiorem fieri cõtingat. Nempe quòd symptoma hoc viscosum reddat sputum exposuit. Tutius ergo mediocriter tepidum esse oxymeli arbitratur Hippocrates, vtpote qui calidi eam, quæ succedere possit, frigidíque de necessitate successuram fugiat læsionem.

30 Quod autem parum acre est, os, faucésque humectat, sputum educit, & sitim sedat, qua occasione hypochondrio, visceribúsque est beneuolum, mellísque inhibet noxas. Nempe quod in melle biliosum est, temperat, castigátque.

A Posteà quàm de supra modum acri oxymelite sermonem absoluit, ad id, quod mediocriter acre est, trãsiit, humectare ipsum os, faucésque, & sputum educere, & sitim sedare in textura orationis inquiens. Nempe quod omnia, quibus iuuari ægritudines natæ sunt, habet, id eorum, quæ nocere valent, ob vim temperaturæ nihil habet. Nam mulsæ tantum aceti est admistum, vt quod in ipsa biliosum fit, queat sufficienter κολάσαι, id est, καθελεῖν, ταπεινῶσαι, id est, castigare, inuertere, & supprimere. Nempe in quarto De simplicium medicamentorum viribus dulcem succum acri maximè potentia aduersari demonstrauimus. Cùm itaque mulsæ facultas cætera quidem omnia, quibus morbi huiusmodi opus habent, contineat, in vno autem dúntaxat cõtraria ipsis sit, quòd scilicet supercalfacta ipsa bilescat, migrationem sanè huiusmodi permistio aceti cohibens, optimum efficit medicamentum. Nempe minimè siticulosum erit, atque ob id sputa, quæ non omnino crassa, glu-
B tinosáque sunt, facilè educet: has autem, quæ duæ numero existunt, operationes, consequitur partium oris, fauciúmque humectatio. Qua verò occasione hoc facit, ea tum lieni, tum hepati maximam adfert suauitatem, viscera suauiter, iucundéque expurgans.

31 Flatum præterea discutit, & vrinas mouet.

De mediocriter acri oxymelite adhuc differens, hæc protulit. Nam in pulmonis, thoracísque affectionibus plurimo est vsui, maximéque insignem habet patrocinatum ob metricam illam aquæ, acetíque & mellis permistionem. Tale siquidem oxymeli spiritum crassum, glutinosúmque in hypochondrio secat: flatúsque abrumpens, vias omnes expurgat: atque ad vrinas tum serosa, tum biliosa agit excrementa.

C 32 Sed partem intestini imam reddit humentiorem, facítque ramenta.

Eam, quæ supra id, quod secundum naturam est, innascitur partibus humiditatem, πλάδον Hippocratem nominare neminem ex nobis præterit: hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam quicquid crassi, glutinosique succi superiùs infarcitur, id abradit, secátque, atque ad excretionem subducit: facilè item & hac facultate ab iecinore facit excrementorum eductiones, ita vt collectis superioribus cunctis humiditatibus in intestinis ipsis, & potissimùm infernis, ob multitudinem quidem innascatur ea, quæ supra naturã est, humiditas, ob qualitatem verò intestini abrasio. Nempe & oxymeli detergente præditum facultate, tandem abradet intestinum. Eiusdem quoque est facultatis, quod cum oxymelite descendat biliosum excrementum. Quapro-
D pter & sine oxymelite, si aliquando exuperarit, intestinum abradet.

33 Interdum autẽ & hoc in acutis morbis est inutile, & potissimùm quòd non flatum modò foras prodire vetet, verũ quoque & reuerti faciat. Præterea & maximè vires frãgit, & extremas infrigidat partes.

In acutis interdum morbis abradi intestinum bonum non est. Nempe ea, qua elici ramenta solent, affectio, partium, quæ in superficie cõstant, hulceratio est. Quæ cùm talis existat, à perrumpentibus omnibus, & præsertim mordentibus, molestiam recipit intestinum.

Quod

Quod affectum nisi protinus mordentia excreuerit, ad regionem superiorem, ea, quæ perrumpunt, remittit. Quo fit vt ea occasione flatus etiam sursum recurrat. Naturalem siquidem functionem circunstringentem, exprimentémque sortita sunt intestina, vt in commentariis De facultatibus naturalibus est demonstratum. Sed quæ continentur, à partibus, quibus continentur, reiici velocitatis est opus. Cùm igitur supernè motus exordium habet, quæ continentur deorsum habēt excretionem. Verùm si motio infernè capit exordia, sursum feruntur. Quòd sanè etiam in habentibus secundum naturam vsu venire videtur, cùm scilicet vniuersim, raptímque subeunte ad inferna intestina bile continemus excretionem, aut propter aliquam negotii curam, quæ interpellari non possit, aut quòd non propè sit, quo venter exoneretur locus. Nempe tunc emergere, sursúmque ferri bilem ita percipimus, vt non adhuc excerni possit. Sunt quibus ex huiusmodi bilis recursu stomachus malè habet. Aliis caput repletur, & ob morsum dolet: alii patiuntur vtrunque. Hoc igitur pacto quæ ramenta habet intestinorum affectio, deorsum interdum excernit celeriter, ægrorum molestiam nequaquam sustinens. Interdum autem & à partibus inferioribus ad superiores, vbi quæ perrumpunt nō protinus per sedem prodierint, sed is, qui sedem circulariter ambit, musculus, tum contractus, tum recti intestini extremum ipsum adstringendo complexus, principiū motionis obstrictoriæ ex infernis partibus ad superiores fecerit. Ob eam igitur causam nō flatus modò, verùm & excrementum in huiusmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eum, qui in transitu ipso sequitur, morsum. Nam quæ abraduntur, tametsi, quod perrumpit, breuissimū habeat morsum, vehementer tamen infestant. Scimus autem dolorem omnem vires exoluere, euerteréque, atque ob id partes infrigerare extremas.

34 Et hæc sola est, quam nouerim, oxymelitis noxa, quæ scribi digna sit.

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes, quæ ex melle, aceto, & aqua emergunt, effugisse paulò antè est demonstratum. Quòd si aliquando nocuerit, solùm nocet, quòd abradat intestina: idque facit in iis, qui imbecillam habent facultatem, & pati idoneum intestinum.

35 Exiguum autem potionis huius nocte quidem, & ieiuno, ante sorbitionē dare expedit, quanquàm & à sorbitione, modò longum intersit tempus, nihil vetet bibere.

Vbi facultatem, quam habet, percurrit, ad rationem temporis, quo maximè ipsum quis porrigere debeat, in præsenti peruenit: & potissimùm, cùm qui oxymelite vti debet, is sorbitionibus alatur. Nempe vbi quis non sorbitionibus, sed potione sola regatur, tempus in illis posteà docet. Ait ergo in sorbitione vtentibus illud dúntaxat obseruandum tempus, quo sorbitio ingeri debet. Ptisanę autē cremor sorbitio est, qui, vt corpus alat, roborétque, adsumitur. Ad quæ confert si nutritionis tempore solus in ventre contineatur. Nempe anteà didicisti ea, quæ ingerūtur, multiplicia, & præsertim facultate dissimilia, magnam progignere in ventre turbationem. Ob eam igitur causam nō porrigendum oxymeli, nisi cremor concoctus fuerit. Qui si co-
A ctus fuerit, licet tum nocte, tum appetente die ante sorbitionem sumere. Tempus autem inter sorbitionem, oxymelíque medium satisfacit, si ptisanæ cremor vacuum simul & purum ex ea, quę ab oxymelite facta est, absterfione, ventriculum ingrediatur.

36 Qui autem non sorbitionibus, sed potione sola vtuntur, his non semper oxymelite vti expedit, præsertímq; quòd intestina abradantur, ac exasperentur. Nam cùm stercore vidua, & destituta sint, magis hoc perpetientur: & quum vasorum vacuatio adsit, posteà etiam aqua mulsa
B vires detraxerit.

Qui victus rationem non ex ptisana, sed ex potu solo sibi instituunt, iis non per totum morbum est conueniens oxymeli, & quòd vehementius intestinum ipsum tum nudum, tum humore alio destitutum abradat: nam à ptisana quodam modo oblinitur, vbi eam adsumpserint: & quòd corpus nihil à mulsa accipiat auxilii. Mulsæ autem auxilium, quod corporibus adfert, cùm de mulsa ageret, prædixit.

37 Quòd si potum hunc, & quidem multum per totum morbi tempus profectutum existimaueris, paulum aceti, tantúmque vt dúntaxat sentiri possit, infun-
C de. Sic enim & ea, quæ lædere solet, minimè læserit: & his, quæ auxilio opus habēt, opem tulerit.

Cùm sitim quidem mulsa inferat, sputa autem in brōchiis pulmonis contineantur vel glutinosa, vel admodum crassa, tunc solo est vtendum oxymelite. Neque memoria excidat dicta hæc esse de iis, quibus relicta sorbitione potionis solius est vsus. Si igitur, vt dixi, solo vtendum sit oxymelite, paulum aceti mulsæ infundere conuenit, vt aceti vsu, commódoque fruatur, & fugiat quod ab eo est detrimentum. Sed acetum mulsæ commistum excoquere oportet. Nempe hoc pacto ad nocendum infirmius redditur.

38 Vt autem in summa dicatur, quæ ab aceto est acredo, picrocholis magis,
D quàm melancholicis, prodest: amara siquidem dissoluuntur, descíscúntque in pituitam, cùm ab aceto in sublime attolluntur. Nigra autem fermentantur, attolluntur, & multiplicantur. Nempe atra sursum ducit acetum.

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarum sibi contraxerunt succum, qui est bilis flaua. His idoneum esse ait acetum, quod melancholicis aduersissimum existit. Nam & bilem nigram acidam esse contingit, cùm scilicet præter naturam habente corpore, & syncera, & impermista fuerit. Nempe cùm rectè valet, plurimum quidem prædictæ habet qualitatis,

litatis,non tamen exquifitam ipfam. Reliqua dictionis manifefta funt. Docet fiquidem in ea quónam pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido cæteros vincunt,adiumento fit:vtpote quod frigidum fit.

39 Mulieribus autem longè magis, quàm viris,aduerfatur acetum.Nam vterum dolore afficit.

Quòd acetum fuapte natura neruos offendat, teftatur experimentum,& ratio demonftrat. Nempe exangues funt,& ideo frigidi,faciléque ab iis,quę perfrigerant,fimul & tenues habent partes,afficiuntur medicamentis. Læduntur prætereà & à reliquis perfrigerantibus omnibus:fed fubftantia aceti, quod tenuiũ eft partium,in eorum mergitur profundum: atq; in omnes ita irrumpit partes,vt ne minimum quidem ex eis illæfum maneat.Sic igitur acetum neruofas offendit partes. Verum autem anatomici ferè omnes neruofum effe dicunt. Verùm & abfque eorum adnotatione, quam ex anatomica infpectione fecerunt, poteris & tu de ea ratiocinatione colligere. Nempe ad maximam laxatur molem,& ad minimam contrahitur. Quantus etenim fœtus fuerit, tantum ipfum perpetuò circulariter ambit: impletúrque fpatium omne ab eo,etiam fi fœtus paruus fuerit, vel magnus, veluti venter à cibis. Sed ventris non magna eft ad contraria permutatio, vteri autem maximæ. Plurimum autem dilatari, laxaríque neruoforum proprium eft corporum, & non carnoforum.

De aqua.

40 Aquæ, quæ in acutis bibitur morbis,nullum fanè aliud habeo,quod illi concedam,officium.Neq; enim in peripneumonicis tuffim fedat, neque fputum educit:imò cæteris minùs, fi quis aquæ potione prorfus vtatur.Verùm fi inter oxymeli, & mulfam paulum aquæ forbeatur, ob qualitatis potionum tranfmutationem fputum educit. Nempe intus inundationem parit. Aliàs neque fitim fedat,fed amarefcit. Nempe ei, qui fuapte natura biliofus exiftit,ea eft biliofa. Hypochondrio prætereà eft infefta,maláque,atque etiam peffima, biliofiffimáque, & virium maxima labefactatio, vbi in vacuitatem venerit. Adde quòd lienem auget, iecúrque, vbi phlegmone obfidetur,fluctuátque,& innatat. Tardè fiquidem meat, quòd frigida, & incoctibilis fit,neque aluum deiicit, neque vrinas mouet. Atque ex eo quoque nocua eft, quòd ftercoris ducendi fuapte natura expers fit.Quam fi pedibus frigentibus aliquando quis biberit, ea his omni- A bus multò magis nocebit: ad quoduis eorum venerit.

Neque incidendi vim habet aqua, vt acetum:neque calida eft,vt mel,quod fanè non calfacit modò,verùm quoque & detergit, fecátque. Tardè igitur iure optimo meat aqua,difficulter concoquitur, atque ægrè defcendit:quanquàm alioqui & optima fit,& culpa omni vacet. Nam quæ vel limofa, vel malè olens, vel falfa, vel alterius cuiufpiam medicamentofæ qualitatis particeps exiftit, ea non fimpliciter eft aqua, fed cum tali quadam permiftione medicamenti, vt fi mel vitiofum, vel ptifanam, vel acetum, vel vinum, vel quippiam tale defignaueris. Non enim ex illo genus totum culpabis, fed id folùm,ad quod conuertis mentem. Cùm igitur B fuper fingulis,de quibus enuntiat Hippocrates, fermo de optimis fit, ita & nunc intellige,fingula,quæ dicuntur,ad optimam referens aquam. Ea autem puriffima eft,& omni aliena qualitate deftituta. Hæc igitur, quãquàm optima fit, multò tamen tempore in ventriculo manet,fluctuationéfque plurimùm parit. Quo fit vt cùm biliofus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Prætereà & cùm ex ventriculo ad ieiunum inteftinũ ægrè perueniat, non facilè diftribuitur, neque in hepar,& minùs in renes,thoracem,& pulmonem. Quo fit vt neque vrinas mouere nata fit,neque fputum educere. Imò neque per totum corpus molitur tranfpirationes. Id nanque fubftantiæ,quæ tenuium fit partium, opus eft,calidǽque,non frigidæ, & craffarum partium. Neque prætereà fitim fedat,quòd in amplis tum ventris, tum inteftinorum animalis inftrumentis plufculo C maneat tempore.Neque prorfus imas penetrat partes, neque ficcitatem humectat. Quòd autem non alat,anteà eft dictum. Quo fit vt neque facultatem vitalem roborare poffit. Atque hæ funt caufæ,propter quas Hippocrates ad mulfam, oxymeli, & vinum fe contulit,in ægris ab aqua abftinens. Iam igitur ob eas caufas nunquàm ea quis vtatur. Vtũtur tamen & alii quidam medici, atque etiam Hippocrates: fed hic minùs, cæteri magis. Nempe quòd cæteris perperàm vtantur circũuenti ad aquam ipfam recurrunt, quæ non infigniter, quod præter animi fententiam fuccedat,habet, quando nè virtutem quidem. Sic enim Erafiftratus dicebat: Fortes tum ciborum, tum potuum facultates, tempeftiuè quidem adfumptæ maximum iuuamentum, intempeftiuè verò maximam offenfam adferunt. Quem autem vitiofum effe dico,tum oxymelitis, tum mulfæ, D tum vini vfum,is quidem oritur,& ob repentinas mutationes,vt ipfe oftendit,& magna ex parte ob fyncerам,quæ à medicis fit,permiftionem. Cùm igitur feni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquofum exhiberẽ, quidam ex huiufmodi medicis præfens, me vini minimum aquæ ipfi inftillantem cõtemplatus rifit, ægrúmque vinum non bibere,fed duntaxat videre dixit, non fanè intelligens miftionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliam effe fymmetriam, & aliam effe eius,quod ad opem ferendam miniftratur. Nam vini omnino minimum veluti excitationem quandam, quæ ad diftributionem aquam trahat,permifcemus,quo dũtaxat aquæ tollamus fynceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sunt autem plerique ex fanis, qui vinum aqua dilutum bibant, fed in his aquam guftatu ipfo euincere non oportet: in ægris verò ita vt modica fit vini repræfentatio. Sic & de oxymelite paulò antè dicebat,aquofum laudans. Quòd item tutius quifpiam

am ea vteretur, quæ aquosa est,mulsa. Nam syncera, puráque,nisi ventrem subducere anticipauerit, magis nocebit,& potissimũ in amaræ bilis hominibus, & his, quibus præter naturam tumefacta sunt viscera. In his & aqua detrimentum adfert, cùm plus iusto in hypochondriis morata bilescit. Nempe & præter hæc omnia,quæ habet,mala,stercoris ducendi adhuc est expers,neque vllo pacto aluum subducit. Aquam autem in principiis accessionum potam lædere (quod manifestauit,cùm dixit: Quam si pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnibus multò magis nocebit)eorum est,quæ omnibus & nota,& certa,& confessa sunt. Quando igitur bibi idonea est aqua? Cùm scilicet potu solo æger vsus fuerit,nullo pacto accepto ptisanę cremore. Tunc enim in potionum aliarum medio aquam tempestiuè quis ingesserit,& præsertim cùm siticulosus æger fuerit. Nempe eam πλημμυρίδα quandam,id est, humidi cuiuspiam copiam, abundantiámq; facere ait. Quo fit vt inter mulsam,oxymelíque parum aquæ exhibeat,quòd iis,quæ expui debent,conferat ad humectationem. Imò & cùm vinum grauiter nocet,tũc aquam propinat. Quónam autem pacto id demonstraturus sit Hippocrates,audiemus.

41 Cùm verò in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem, vel mentis læsionem suspicatus fueris, à vino penitus est abstinendum: aquámque tunc dare oportet, vel vinum aquosum, fuluúmque, & prorsus inodorum, atque ab ipsius potione,aquæ exiguum superbibendum. Nã hoc modo vini potentia caput,mentémq; minùs tentabit.

Mens tentari,lædíque dicitur, cùm æger febre correptus desipuerit. Nunc ergo mentis læsionem desipientiam dicit,in qua vino abstinendum præcipit. Pari modo & in vehementibus capitis doloribus. De vtroque anteà est dictum. Sed impræsentiarum vbi in prædictis symptomatis à vino omnino abstinendum prædixit,consequenter aquosum, fuluúmque omnino, & quod odore careat,dandum ait. Aquosum quidem,& inodorum dare bene dicitur, sed flauum non admodũ recipio. Nam ad ea aquosum album melius existit. Etiam verò in eam gratiam, cùm vina talia sunt, superbibendam confestim aquam tutiùs præcepit: Minùs enim,inquit,vini robur,quod vehemens est,caput, mẽtémque tentabit,ἅπτοιτο quidem verbo vsus sibi ipsi vsitato,consuetóque,quo ἅψιν τ̃ φρενῶν,id est,mentis læsionem ab huiusmodi verbo,quod ἅψεως nomine hominibus vsitatius est,sese fecisse ostendit. Caput autem, mentémque vino tentari ait, quòd propter caliditatẽ celeriter ad caput feratur,feruentésque in corpore secum ferat humores. Qua autem ratione caput malè afficit,ea & mentem. Nam in capite sapere ipsum situ est, & ea animæ pars,quæ ratiocinatur.

42 In quibus autem maximè aqua vtendum sit,& quãdo valde multa, & quãdo modica, & quando gelida, & quando calida, partim quidem anteà dictum est, partim verò suo tempore dicetur.

Erasistratus quidem in libro De febribus malitiose satis criminatur Hippocratem,discipulos ipsius propè accusans Appollonium,& Dexippum, quos ait cereos cyathos duodecim ad sextantalẽ cotylæ cyathum effinxisse,atque vnum ex his,vel duos febrientibus admetiri. Verùm Hippocrates non hîc solùm,verũ quoque & in antè dictis potionibus omnibus copiosiùs,largiúsve manifestè vti visus est. Quod & in præsenti dictione liquidò ostendit,inquiens: In quibus autem maximè aqua vtendum sit,& quando valde multa. Nam & τὸ κάρτα πολλῷ,τὸ λίαν πολλῷ,id est,valde & supra modum multa significat. Sed sanè satis erat dicere,multam aliquando dari aquam, sine adiectione aduerbii huius κάρτα,in ostensionem malitiæ Erasistrati,qui de Appollonio,& Dexippo mentionem facit, nec vllum horum librum ostendere potest,nec Hippocratem ipsum intelligit apertè dicentem, Et quando vtendum valde multa. Quinetiam & superiore oratione mulsam inter,oxymelíque,aquam porrigens,vtilem esse ait,quòd πλημμυρίδα,id est,humiditatis abundantiam parit. Scripsit & anteà de mulsa,& oxymelite aquosis,quòd os humectant, & vrinas cient: non vtique cyathum horum porrigens,sed quantitatem insignem, qua & os humectari,& vrinæ cieri,&, quæ pulmonem infestent, expui possint. Præterea & de oxymelite ita scripsit: Quòd si potum hunc,& quidem multum, per totum morbi tempus profuturum existimaueris. adiiciens hîc multum. De malitia autem Erasistrati aduersus Hippocratem dicta hæc sufficiant. Cæterùm recordemur Hippocratẽ quomodo antè,ita & nunc, polliceri se in morbis singulis propriam facturum doctrinam: cùm hoc in loco victus instituendi artem non sufficienter conficiat: sed vniuersalia sola in exemplo morbi vnius,scilicet pleuritidis prosequatur.

43 De reliquis potibus, cuiusmodi est hordeaceus,& qui ab herbis viridibus, vua passa,vinaceis,tritico,cnico,myrtis,punico,& aliis parantur, cùm horum aliquo vti tempestiuum fuerit,in morbo ipso scribetur, vbi & de compositis agetur medicamentis.

Habet quoque suam & hæc dictio doctrinæ alterius,quæ de morbis singulis fit,promissionem. Verùm quicquid sit, liquidò constat vel libros,qui de singulorum acutorum morborum curatione ab Hippocrate scripti sunt,non extare, vel prorsus non scriptos esse. Nam qui nunc circunferuntur, Hippocrate non sunt digni. Sunt tamen multa,quæ mentem ipsius oleãt, veluti & quæ huic libro adiacent ab eo,qui de balneis est, sermone. Sed,vt dixi,de singulis in horum expositione commodiùs differemus.

De balneis.

44 Balneum in plerisque morbis confert. In his quidem perpetuò, in aliis verò non, éstque quando minùs vtendum sit, quòd imparatum homines habeant. Nam in paucis domibus parantur necessaria, reperiunturque qui rem, vt oportet, curent.

rent. Quòd ſi exactè quiſpiam non lauetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto ſiquidem eſt opus, quod fumo careat, copioſa itẽ aqua, & crebra lauatione: ſed quæ immediocris non ſit, niſi res ita poſtulauerit.

Balnea huiuſmodi, temporibus Hippocratis nondum conſtructa fuiſſe videntur. Nempe dicere, paucis in domibus parari neceſſaria, & reperiri, qui rem probè curent, opúſque præthereà tecto eſſe non fumoſo, copioſa aqua, & quæcunq; déinceps dixit, quòd in domibus calefiebat adhuc intra lebetes aqua, labríſque infundebatur, argumentum habet. Quòd autem in fine dictionis ait, crebra opus eſſe lauatione, ſed quæ immedioeris non ſit, niſi res ita poſtulauerit, ſi vtique memoria nõ excidat, in ſequẽti doctrina obſeruabimus. Nam ipſe inquiet, Sunt qui immediocri aliquando egent lauatione. Id autem eſt, cùm æger multa, dum lauatur, perfunditur aqua. Quòd ſi dicere nõ videatur, nos ipſi nõ ſimpliciter quidem, neq; vt inciderit, ſed cùm eorũ, quę ab ipſo ſcribuntur, cõſequentiæ obſeruatione percunctabimur.

45 Neque etiam defricare oportet: quòd ſi aliquando defricandum ſit, calido aliquo, atque multiplici plus, quàm receptum eſt, vtendum defrictorio, perfundendáque aqua multa, & celeriter pòſt perfundenda.

Nullus æger, cùm lauatur, defricari expoſtulat, niſi ſordidus ſit, & pruritu vexetur. Nempe qui ægrotant, aqua citra laborem omnem, læſionémque prolui debent. Defrictio autem purgatoriis medicamentis fit tũ mordentibus, tum ſiccantibus: quo fit, vt ea tum virtuti, tum vſui balneorum aduerſiſſima ſit. Si verò æger defricari debeat, vel propter ſordes, vel propter pruritum, vim medicamẽti defrictorii multa admiſta aqua, immiſſo quoque oleo, ſupprimere oportet. Quocirca inquit Hippocrates, Atq; multiplici plus, quàm receptum eſt, id eſt, quàm ſanis conſuetum ſit, vtendũ defrictorio. Non enim ſubſtantiam medicamenti defrictorii in ægris multiplicem accipiendã præcipit, cùm non defricare magis, quàm defricare velit: ſed defrictorii copiam in ægris multiplicẽ fieri iubet per aquæ adauctionem. Ea ſiquidem ratio defrictoria quoque vitare præcepit, non excitante vel ſorditie, vel pruritu, acribúſque ipſis, & ſynceris non vtendum. Sicut autem multitudine aquæ admiſtæ diſſoluit defricantis medicamenti acrimoniam, eodem modo totius defrictorii vim diſſoluit, ſuperinfundens ſtatim multam aquam calidam, purámque. Déinde rurſus alia præcipit.

46 Via ad ſolium breuis ſit.

Commune id eſt, ſiue in balneo hominem laueris, ſiue in domo aliqua extruxeris pyram, & labrum aqua impleueris. Quod & nunc in caſtris fit ſæpius, cùm lauari quempiam deficiente balnei loco oportet.

47 Faciliſque tũ ingreſſus, tum egreſſus.

Prorſus ſiquidem citra fatigationem, laſſitudinémque ægrum ſeruare iubet: atque ob id ſolium facilem

A tum ingreſſum, tum egreſſum habere voluit. Id proculdubio fiet, ſi paries, qui aquam continet, neque ſublimis, neque anguſtus fuerit. Maximè autem laudabile, & à labore omni alienum eſt, quod in aquarum ſponte naſcentium conficitur lauacris. Nempe ſolia humilia ita, depreſſáque propè omnes conficiunt, vt nihil ſolii pauimento: quod propè eſt, emineat.

48 Qui lauatur, cõponat ſeſe, taceat, & nihil agat: ſed cæteros tum perfundere, tum abſtergere ſinat.

Hæc quoque prædictis ſimiliter vt æger non laſſetur, conferunt. Nempe & ægrotantis quies, vt corpus in balneo tum laxius, tum mollius reddatur, eſt idonea. Nam cùm mouetur corpus, muſculi extenduntur, qui minùs tum molliuntur, tum relaxantur.

B 49 Multæ quoque aquæ miſturæ parentur.

Cùm Hippocrates inquit, καὶ μεταkέρασμα πολὺ ἑτοιμᾶσθαι. id eſt, multæ quoque aquæ miſturæ parentur, poteſt vnico legi verbo, μετακέρασμα, poteſt etiam intelligi hæc præpoſitio μετὰ per ſe, & ſéorſum κέρασμα. Nã Hippocrates non in hoc ſolùm libro, verùm & in aliis Ionum more per defectum vti præpoſitione μετὰ videtur. Plenè autem atque integrè ita legetur, καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἑτοιμᾶσθαι. id eſt, multæ quoq; poſt hæc aquę miſturæ parentur. Siue autem quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, ſiue diſtinguat, diſtrahátq; pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna eſt dictionis vtriuſque intelligentia. Vult ſiquidem miſturam parari, eum, qui in ſolio lotus eſt, perfuſurus, quod medici huius temporis omnes efficere conſueuerũt, cùm ægrum lauerint. Neque enim in labrum frigidum ingredi permittunt, ſed tepida perfundunt aqua. Alii ſolia tota aqua huiuſmodi
C replent. Nam vt corpus tum laxius, tum rarius, calida lauatione eſt redditum, ita rurſum quiete, paulatímque contrahere ipſum, & cogere, & denſare in animo habet. Nempe id ad virtutis robur confert, facítque vt non facilè homo lædatur, ſi ſubita quædam in ambiente aere fiat ad frigidum permutatio. Ob id ſanè & qui rectè valent, à balneo calido ſeſe in frigidam proiiciũt aquam. Sed qui ægrotant, contactum frigidæ non ſuſtinent citra læſionem. Quapropter frigidam calidæ miſtione ſupprimimus. Miſtionis autem modum inueniemus, in primis quidem ſi corporis affectionem inſpexerimus: déinde & propriam laborantis naturam, ætatémque, & anni tempus, & regionem, & præſentem cæli ſtatum. Probè autem facient, qui à calido balneo tepidas non minùs trium generum aquas, quæ inter ſe differant, parabunt: vt prima quidem admodum tepi-
D da ſit, ſecunda verò minùs, & tertia adhuc quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quippiam velle viſus eſt Hippocrates, cùm præcepit miſturas multas parari. Nempe quod paratur, id non ſimpliciter modò multum, verùm & varium, multipléxque eſſe eſt melius, vt paulatim à calido ad frigidum procedatur, cùm ſubitã ad contrarium mutationem ęger non ferat.

50 Celeréſque faciant perfuſiones.

Ταχέιας, id eſt, celeres, referre oportet non ad eam ſolùm, quæ in perfuſione fit, actionem, verùm quoq; & ad illud, quod actiones interiacet, ſpatium, vt primam inter perfuſionem, ſecundámque parum ſit interualli. Quòd ſiquis propriè nominauerit, non ταχέιας, id eſt, celeres,

celeres, sed πυκνὰς, id est, frequentes dixerit. Quanquàm apud veteres vsus horum nominum πυκνοῦ, & ταχέως, confundatur. Nam aliquando πυκνὰς, id est, frequentes actiones, ταχείας, id est, celeres vocant.

51 Et spongiis pro strigili vtantur.

Neque strigilibus in ægris ipsis, neque spongia medici huiusce temporis vtuntur: sed à balneo eos linteo contegunt, alii vestibus, & potissimùm puris, vt plurimùm sudent, obuoluũt. Sed non semper ægrum ipsum à balneo copiosè sudare conuenit. Nempe sæpiùs labo rantem ad balneum non vacuandi corporis gratia ducimus, sed prorsus contrariam ob rationem, vt scilicet humectetur, madescátq; quod immoderatiùs exaruit. In talibus igitur non in balneo sunt expectandi sudores multi, sed quã citissimè solii aquam ingredi, & posteà balneo egressos detergere expedit.

52 Et non valde siccũ perungant corpus.

Oratio hæc succedit quidem huic, Et spongiis pro strigili vtantur. Sed qui sermonis proprietatem contemplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vsu intelliget, ne eorum, quæ de necessitate dicenda sunt, quippiam prætermissum esse videatur. Nam vbi post balneũ spongia aquam detersit Hippocrates, obscurum quidem est an corpus vnxerit: bene tamen ægri corpus, cùm humidùm existit, perungendum esse constat, nisi quispiam oleum cum aqua ipsum detergere rursus dixerit. Est igitur vtile, vt de vnctionis in balneo vsu discutiatur: sed necessaria magis est super vnctionis tempore discussio, an oleũ perfundere conueniat, vel vbi, qui lauatur, sudauerit, vel cùm siccus adhuc est, confestim vbi sese exuerit, & priùs, quàm sudauerit, vel horũ neutrum fuerit, sed vbi humescere cœperit. Sanè quicunque eorum meminit, quæ de olei facultate in Simplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exactè nouit, optimum esse olei vsus in iis, qui lauantur, tempus, quod tertio dicitur loco: nouítque quónã pacto calfactum corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit, laxiúsque, cùm frigidum suo cõtactu non solùm horum neutrum efficere natum sit, sed & eos, qui lauantur, horrore afficiat.

53 Caput verò spongia, quoad maximè fieri poterit, resiccare oportet.

Quod in balneo caput curiosè detergendum sit, vt ne minimum quidem supersit humiditatis, nequaquam est ambiguum. Nam quicquid relinquitur, perfrigerare consueuit. Non tamen à spongia vt fiat, effici potest, nisi statim ab initio post misturarum vsum. Capitis tamen aquam linteo detergere est melius.

54 Neque caput ipsum modò, verùm & extrema, & quamuis aliam corporis partem à frigoris iniuria prohibere conuenit.

Dixisse id per se, seorsúmque, parum esse mihi videtur. Quòd enim pars nulla omnino nuda esse debeat, cũ à balneo aquã eorum, qui lauantur, detergũt, constat liquidò omnibus. Nam quæ ita denudãtur partes, citò eas perfrigerari nemo ignorat.

55 Lauari quoque is nõ debet, qui nuper vel sorpsit, vel bibit.

Non in ægris modò, verùm quoque & in sanis, nullus confestim à cibi, vel potus sumptione, lauari debet.
A Nam qui biberunt, his caput repletur: qui verò cibum sumpserunt, his non caput modò, verùm & corpus totum alimoniam ad se priùs, quàm concocta fuerit, trahit.

56 Neque confestim à balneo sorbendum, neque bibendum.

Sedata, quæ ex balneo est, turbatione, tum esse, tum bibere melius est, veluti & composita ea, quæ ab exercitatione oritur. Nam cibũ protinus, vel potum sumere, caput replet, deuoratúmque interdum superfluitare facit.

57 Magni autem admodum pendere oportet, si æger, cùm rectè valuit, balneũ
B valde affectauit, & lauari fuerit assuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuãtúrque cùm loti fuerint, adeò vt lædantur, si non fuerint loti.

Demonstrata sunt hæc per totum ferè horum commentariorum secundum, vbi dictiones exposuimus, in quibus parte plurima consuetudinum vires enarrauit.

58 Peripneumoniæ autem magis, quã ardenti febri, confert. Nam lateris, pectorísque, & dorsi mulcet dolorem, sputũ maturat, educítque, & spiritum facilem reddit. Lassitudines tollit, mollit articulos, & cutem per summa apparentẽ, vrinas ciet,
C capitis soluit grauitatem, & nares humectat. Tot ergo insunt in balneo bona, quibus omnibus est opus. Cæterùm si in apparatu re vna, vel pluribus defectum sit, metus est ne non prosit: vnum siquidem horum, quoduis fuerit, si à ministris non, vt oportet, præparetur, valde lædit.

Quare peripneumonias magis, quàm febres ardentes, iuuet balneum, ostendit Hippocrates, cùm inquit, Nam lateris, pectorísque, & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat, educítque, & spiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo est præsidio. Sanantur siquidem qui contenta in pulmonibus sputa expuunt. Pleuritici quoque ob doloris mitiga-
D tionem valde iuuantur. Quapropter duorum alterum. Nempe vel ita scribendum, Peripneumoniæ autem, & pleuritidi magis, quàm ardenti febri, confert: vel in peripneumonia pleuritidẽ subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: peripneumonia non habet. Cæterùm cùm peripneumoniis magis, quàm ardentibus febribus, conferre balneũ inquit, docet quoque & æstuantibus quibusdam auxilio esse: verùm oratio hæc distinctionem expostulat, quam nondum efficere possumus, quia tempus, quo lauari ægrotantes velit, non definierit. Vbi autem sequenti dictione enarrantem Hippocratem quósnam haudquaquam lauare velit intelleximus, ad balnei tempus ita perueniemus.

59 Qui in morbis aluũ plus iusto humidiorem habent, ii non sunt lauandi, neque

que hi, quibus magis, quàm decet, detinetur, & soluta non sit: neque quibus vires languent, nec cibum fastidientes, nec nauseabundi, nec biliosa ructantes, nec quibus sanguis è naribus profluit, nisi minùs, quàm decet, fluxerit, nec quod decet te latet. Nam si minùs, quàm decet, fluat, lauabis, etsi vniuersum corpus in cæteris, etsi caput dúntaxat iuuerit. Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint, ægérque feliciter balneum suscepturus sit, quotidie lauare oportet.

Quibus complura per ventrem subducuntur, his balneum sistit, ea ad corpus vniuersum reuellens, atque hac occasione detrimentum affert. Quòd autem qui nullo modo deiecerunt, eos anteà vetustam fæcem euacuasse melius sit, nemo ignorat: sicuti neque quòd γεγνωμένους, hoc est, τοὺς καταλελυμένους, id est, quibus iam non vigent, sed cessant vires, balneum amplius euertit. Ait præterea & ἀσώδεις, id est, cibum fastidientes, & nauseabundos haudquaquam lauandos, Nempe hos viribus ita defici metus est, vt succedat ea, quæ stomachia appellatur, syncope. Succedunt his, quibus os ventriculi bile redundat, quos nota indicauit, inquiẽs: Nec biliosa ructãtes. Pari modo neque eos lauare conuenit, quibus profluit abundè è naribus sanguis. Nam si minùs fluxerit, lauare est consentaneum. Sunt autem ii, qui vehementiore egent balneo, id est, qui multa aqua perfundendi sunt, vt sanguis, qui in capite est, vehementiùs moueatur. Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius sermonis: Et si vniuersum corpus in cæteris, & si caput dúntaxat iuuerit: clariùs adhuc significauit quòd sæpius in domo calfacta ægrum absq; folio collocet, & caput dúntaxat, citra reliquas corporis partes, calida perfundat aqua.

60 Lauandi autem cupidos, si quotidie bis laueris, nihil peccabis.

Qui Victori Romano principi librum De victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is dictionem hãc, & alias quasdam decurtatas scripsit: sicuti & illam, in qua dicit, Non protelẽtur primi sorbendi dies. Prætereà &, Qui bis die cibum sumere sunt assueti, his bis dare oportet. Verùm vtriusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit: sed præsentis quidem nihil, tempus verò non adiecit, vbi φιλολουτροῦντας, id est, lauandi cupidos eos intelligit, qui, cùm sani sunt, lauari gaudent, atque ob id sæpius lauantur. Nempe hi, cùm lauantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequẽtibus autem ab Hippocrate tempus, quo ægros lauari velit, audiemus.

61 Tutiùs autem longè balneo vti possunt, qui tota vtũtur ptisana, quàm qui solo vtuntur cremore: quanquàm & ii interdum vti possint: minimè autem, qui potu solo vtuntur.

Tempus, quo lauandum sit, hoc in loco patefecit Galen. Hippocrates: quod si ab initio pronuntiasset, multa sa- A nè, quæ loco medio dicta sunt, non obscura, & ambigua essent. Ptisanam enim totam porrigit iis, qui mitiùs, quietiúsque habent: solum verò cremorem iis, qui deteriùs degunt: verùm iis, qui periculosiùs, acutiúsq; laborant, potus solos. Quòd autem toto in hoc commentario de thoracis pulmonísque affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus, & præsertim pleuritidis vniuersalia precipiens, sępius est demonstratum. Est expositum quoque, quónã pacto coctis morbis ptisana vti velit, quo tempore & balneum sine periculo adhibetur, vtpote quod ad sputorum, quæ in thorace, & pulmone continentur, expurgationem maximè conferat. Qui igitur ita habent, &, quæ ex consuetudine est, accesserit iudicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. Ait prætereà balneũ B ἥκιστα, id est, minimum iuuare eos, qui solo vtuntur potu: vbi ἥκιστα τὸ ἐλάχιστον, id est, minimum significat, & non, vt quidam aiunt οὐδαμῶς, id est, nullo pacto. Nam inferens, inquit:

62 Est sanè & quando vti possint. Ex his autem, quæ antè scripta sunt, quósnam in singulis viuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos non, coniicere oportet. Nam quibus aliquid eorum, quæ balneũ & bonum reddere, & iuuare possunt, deest, hos lauare non expedit. Quibus verò nihil deest, signúmq; adest ipsis, in quo C lauare conueniat, lauare oportet.

Non adiecit quidem quando his balneo vtendum sit, sed nos, qui sententiam ipsius sequimur, dicemus. Potum solum his exhibet Hippocrates, quos acuti infestant morbi, vbi vires ad morbi vsque vigorem, qui interdum cum ipsa coctione existit, veluti in morbis thoracis, pulmonísque, suffecturas sperauerit. Coctis siquidem, qui affectum progignunt, humoribus, confestim excreabunt. Quòd si, qualia oportet, solùm expuere cœperint, in neutro adhuc modorum, neq; in affectu, neque in symptomatis morbus augebitur. Nam sæpius affectio ipsa, qua laborant, mitior quidem existit, sed symptomata augentur, vt in phlegmone obsessis particulis quo ipse inquit modo: Cùm pus conficitur, tunc dolores, & febres fiunt magis, quàm cùm fa- D ctum fuerit. Sæpius autem mutuis exultant incremẽtis, diminutionibúsque symptomatum magnitudines, & ea, quæ affectionis est: atque id in his phlegmonis, in quibus pus effluit, quod iam est confectum, vt in vulneribus quibusdam fieri consueuit, & in peripneumoniis, pleuritidibúsque. Possunt ergo in his morbis & hi, quibus potus solus vsui est, non inutiliter lauari. Nempe dolorem ipsorum balneum mitigare ait, & sputa maturare. Sed sanè vacuato priùs corpore, id factitandum. Sciueríisque in vniuersum de balneorum viribus, quòd si non anteà vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit: vacuato autem, si exhibeatur, coctionem iuuat. Nempe corpore toto antè vacuato adhibitum, insuper vacuatoriam obtinet facultatẽ. Quo fit vt ex febre ardente laborantibus his tantùm opituletur, qui sine tumore vel phlegmones, vel erysipelatos laborant, feruẽte in ipsis per totum corpus bile. Quòd

ſi coctionis ſigna habuerint, his multò magis cõferet. Verùm ſi æſtuoſa febris ob ſalſam pituitam putrefactã oriatur, aduerſiſſimum illis eſſe balneum ſcire oportet. Neque enim pituitoſus humor vt bilioſus per cutim euacuatur, propterea quòd tum craſſus, tum glutinoſus ſit, neque extinguitur longa egens concoctione. Nõ ſum autem immemor verborum Hippocratis, quæ in principio libri huius hoc refert pacto: Quæ autem medicum antè animaduertiſſe ægro non referente oportet, plurima prætermiſſa ſunt. Hæc ſiquidem qui Hippocratem Dogmaticum eſſe putant, locos affectos eſſe dixerunt, & ipſorum affectiones, ac cauſas. Sed qui Hippocratem Empiricum eſſe exiſtimant, anni tempora eſſe, regiones, ætates, conſuetudines, & ambientis nos aeris conditiones affirmauerunt. Hæc equidem omnia, tum quæ à dogmaticis, tum quæ ab Empiricis dicuntur, vtilia eſſe non ignoro. Verùm ſcopos multos hoc in libro recenſens Hippocrates, ad quos quis reſpiciẽs victus formam inuenire poſſit, nullius eorum, quæ dicta ſunt, præter quàm conſuetudinis, mentionem fecit. Sed ſanè nonnulla alia, quæ reminiſcentiam exigunt, tractauit. Atque ob id ſermonem ſum remoratus, vt hac, quæ breuis ſit, interpretatione eos, qui totum legerunt librum, habeam ſermonis huius per intelligentiam aſſecutores. Vnus ſanè, & præcipuus ſcopus, tanquam in exemplo pleuritidis, talis in dictione ab Hippocrate enarratur: Si quidem ſiccior fuerit morbus, quàm vt quiſpiam putauerit, nõ multum dare oportet, ſed ante ſorbitionem vel mulſam, vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. Poſt hæc deinceps ait: At ſi os madeſcat, &, quæ à pulmone expuuntur, talia ſint, qualia eſſe oportet, ſorbitionis quantitatem, vt dicam ſummatim, augere cõuenit. Verùm tum hæc, tum quæ ſerie continuata dicuntur, non ſunt à Gnidiis ſententiis definita. Poſt hæc & morbi coctionem animaduertendam eſſe ait Hippocrates, qui ſanè ſcopus totius propémodum eſt Hippocrati victus inſtituendi generis, atque earum, quæ in eo particulariter fiunt, permutationũ. Alias quoque & ſubinde apponit diſtinctiones, quæ tales ſunt: Quibus enim cibus ſtatim incluſus eſt, ſi quis non vacuato eo ſorbitionem dederit,

A dolorem, ſi adeſt, adaugebit, &, ſi non adeſt, protinus inducet. Et amplius: Præterea ſi lateris dolor aſſiduus eſt, calidíſque fomentis non remittatur, ſputúmque non procedit, ſed extremè citra coctibilitatem glutinoſum ſit, niſi quis dolorem vel alui ſubductione, vel ſecta vena pro vtriuſuis ſignificatione ſoluerit, ptiſanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem. Proinde & rurſus diſtinguens, ait: Si nuper paſto cuipiam, & alui oneribus haudquaquam purgato febris vel cum dolore vel ſine dolore incœperit, à ſorbitione tantiſper eſt temperandum, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſcendiſſe coniectum ſit. Tum rurſus: Si nuper cibato cibus prior non deſcenderit, virtúſque valida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet. Si verò virtus imbecillior fuerit, balano eſt vtendum, niſi aluus ſua ſponte probè deiecerit. Adiecit ergo in hac dictione eum, qui à virtute eſt, ſcopum, veluti in ſequentibus ſæpenumero, & id conſiderari præcipiens, quænam cauſa, & affectio ſit, quæ virtutem proſternat. vbi

B & hoc à medicis ignorari adiecit. Præterea, adiecit quòd iis, qui dolorem ad hypochondrium pertinentẽ habent, ea, quæ per talia medicamenta fiat, auxilio ſit purgatio. Cæteris autem, quibus dolor, vel grauitas ad brachium, vel pectus extenditur, venæ ſectio. Hæc autem, & reliqua huiuſmodi, quæ item de conſuetudine dicta ſunt, à Gnidiis medicis omnino ſunt prętermiſſa, multóque magis naturæ, & corporum temperamenta, de quibus ſæpenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellans, alios melancholicos. His autem ſcopis inhærens, de ea, quæ tum inſanis, tum in ægris fit, victus ratione agit, quónam pacto & emendare, & corrigere oporteat, demonſtrans. Præterea & in eo, quem de vino, oxymelite, & aqua facit, ſermone, ſcopos recenſuit eoſdem. Meminit quoque & coctionis morbi ſæpius, non paruum ſcopum vniuerſæ victus formæ, earúmq;, quæ in ipſa fiunt, mutationum hunc efficiens. Pari mo-

C do & de morbi vigore quippiam dixit, ad quem reſpiciens neque tanquam ad abiectiſſimum in victus ratione ſcopum alimoniam miniſtrat. Cuncta hæc, & reliqua talia à Gnidiis medicis prætermiſſa ſunt, quæ medicũ antè animaduertiſſe, non dicente ægro, oportet.

CLAVD. GALENI IN LIBRVM HIPPOCRAtis De Victus Ratione in Morbis acutis.

COMMENTARIVS QVARTVS,

Ioanne Vaſſæo Meldenſi Interprete.

PROLOGVS.

QVAE in libro De victus ratione poſt eum, qui de balneis eſt, ſermonem ſcribuntur, iure optimo pleríque medicorum Hippocratis non eſſe ſunt ſuſpicati. Nam ab iis, quæ antè ſcripta ſunt, & vi interpretationis, & theorematum integritate longo diſcedunt interuallo. Neque tamen abs re adducti ſunt, qui & Hippocratis eſſe exiſtimauerunt. Nempe eorum, quæ ſcripta ſunt, ſententia propoſitum ipſius, mentémque vſqueadeò redolet, vt diſcipulum Hippocratis aliquẽ ſcripſiſſe ſuſpicio ſit, imò & ex his multa dictionem vnà cum ſententia ita abſolutam, inculpatámque habent, vt rurſum & ea ab Hippocrate ſcripta eſſe

pta esse suspicãdum sit, vtpote qui librum componere, vbi singulariter morbi cuiusque acuti curationem doceret, vt in libro De victus ratione in morbis acutis promiserat, sese apparauerit. Præterea & alias in præsẽti libro reperies dictiones, quę Hippocrate ita indignę sunt, vt legitimis, iustísq; adscriptas esse suspicari te oporteat. Sicuti & in Aphorismis ipsis quidam huiusmo di visi sunt, partibus libri vltimis adiecti, adscriptíque. Qui enim interserunt, in memoriam multis primas cõscriptiones vltimis adscribunt. Quod & in libro De capitis vulneribus factum esse videtur, & in secundo De morbis vulgaribus. Nec secus in eo, qui nunc nobis proponitur, libro reperimus quæ interseruntur, atque adhuc magis partibus vltimis. Cũ igitur quatuor, vt quispiam dixerit, in eo reperiantur genera, vnũ quidem & dictione, & sententia Hippocrate dignum: Alterum quidem altero solùm, vel dictione, vel sentẽtia, nonnulla verò horũ neutro, in singulis eorum, quæ ad expositionẽ nobis expromentur, dictionibus ad ipsum declarabimus.

1 Causus, id est, febris ardens fit, cùm venulæ tempore æstiuo exiccatæ, acres, & biliosas, quæ tenues sint, trahunt ad se humiditates, quas ἰχῶρας vocant.

Aestiuum anni tempus dixit calidum & siccum, siue vltimo vere fuerit, siue prima æstate, siue in horum tem porũ mediis, vel extremis, siue primo autumno. Quòd autem aeris nos ambiẽtis temperamentum dispositionem corporis secum mutet, siccum quidem ad sicciorem, humidum verò ad humidiorem, in commentariis Epidemiorum morborum est demonstratum. Quòd item & anni tempus mediocre, & temperatum, naturalẽ feruet temperaturam, cæteris, quæ in vniuersa victus le ge aguntur hominibus, modo habentibus simili. Demonstratum præterea & corpus, quod à naturali, moderatáque conditione sese alienauit, commutauítq;, id propter quod alienatum est, & commutatum, ob illud peculiari egere auxilio, vt arefactum humectatione, humectatũ exiccatione, calfactum perfrigeratione, & perfrigeratum calfactione. Cùm igitur ob aliquam rerum, quarum exempla dicit Hippocrates, circunstantiã venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus trahunt hæ humiditates. Si ergo quæ ad arefactas venas ferũtur humiditates, vt substantia humidam naturam, ita & vim humectatoriam ha buerint, pars naturalem commoderationẽ recipit. Verùm si humiditas qualitate acris fuerit, & facultate siccatoria, corpus inceditur: vt si ex nobis quispiam siticulosus effectus liberaliter biberit: vel vinum, quod quia aqua marina largior mista sit, tethalassomenon dicunt, purum, vel aquam salsam. Scio equidem me aliquando ex æstiuo itinere siticulosum redditum bibisse vini veteris paulò syncerioris calicem vnum, atque ex eo sitim magis auxisse, non placasse. Vt igitur nos, quanquàm mente, quæ appetitum moderetur, præditi interdum quidem negligentiùs, interdum autem & incontinentiùs, atque etiam cùm in promptu melius non sit, ad potum aliquem, qui & salsus, & acris sit, perueni re cogimur: sic & venarũ facultas attractoria perpetuò vicinis ex partibus humiditatem attrahit, substantiam ipsius, qualísnam sit, nullo pacto discernens. Ratione etenim caret, qua quippiam ex meliori scrutari possit: sed vt pueri, brutáque ad casu oblatum humorem, cùm sitiunt, irruunt, hoc pacto & illa. Si ergo in vna quapiã

corporis parte affectio ea fiat, in ea solùm, qui erysipe-
A las referat, affectus quispiam erit. Verùm si venæ totius corporis supra modũ exiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quæ causum referet, affectio. Causus verò propriè dictus nõ caliditatis, quæ per totum fit corpus, differt modò vehementia, verùm quoque & siti. Nam sitis in eo vehemens est, & incompescibilis. Deest ergo præsenti dictio ni singularis de causi generatione sermo, quem nos nuper adiecimus. Nempe in vna corporis parte, quæuis il la sit, interdũ causus gignitur, interdum & toto in corpore. Verùm cùm in toto fit corpore, sitim omnino pa rit: cùm verò in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium autem primùm, & maximè id facit os ventriculi, déinde ventriculus, atque ab eo stomachus, pòst pulmo, & subinde ieiunum intestinũ.
B Vtrum igitur ita tantummodo fit causus, vt dixit, cùm scilicet acres, & biliosas, quæ tenues sunt, humiditates ad se traxerint venulæ? Anne & carne id ferente erit causus? siue in parte vna, siue toto in corpore pati eam contigerit? Ostendimus etenim etiam ipsam vim habere eorum, quorum indiga est, attractoriam. Præterea & fieri potest vt modo altero similis affectio fiat. Modum alterum dico, cùm ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittantur excrementa. Nem pe quòd membris singulis vt attractoria, sic & expulsoria insit facultas, est declaratum. Fieri ergo potest vt interdum quidem ex parte vna, interdũ verò & ex pluribus acres, & biliosæ, quæ tenues sint, humiditates exactè ad dictas fundantur particulas, quæ scilicet imbecilliores sunt. Quòd Hippocrates ἰχῶρας, tenues hu-
C miditates appellet, liquidò constat.

2 Febris quoq; vehemens habet, corpúsque veluti ab ossearia lassitudine habi tum laborat, dolétque.

Febris ergo vehemens habet, propter naturam tenuium humiditatum, quas & acres, & biliosas ait. Nem pe his superueniunt febres vehementissimæ, id est, quæ multam, & acerrimam habent caliditatem. Sicuti & pituitosos sequuntur succos, quæ & minorem, & minùs acrem habent. Laborat autem corpus totum lassitudine hulcerosa propter tenuium humiditatum acrimoniã. Sed de lassitudinum omnium differentiis absolutè in li bris De tuenda valetudine est tractatum.

3 Fit autem magna ex parte longum ob iter, longámq; sitim, cùm venulæ arefactæ, acres, calidásq; fluxiones ad se tra-
D xerint.

Tum in principio dixit, tum rursum hoc in loco adie cit verbũ hoc Arefactæ, procatarcticas appellatas cau sas veluti exemplo manifestans: primitiuas nunc dicũt. Siquidẽ calidæ omnes, & siccæ causos progignere possunt. Scio equidem nonnullos ob liberalem vini, quod τεθαλασσωμένον vocant, potionẽ causo fuisse correptos. Veluti & alios ob salsamentorum, salsarúmque carniũ, atque aliorum quorundam salsorum vsum immoderatum. Alius ex ambulatione, & æstu veniens, primũ quidem lauit se, déinde domum perductus, vini misti plus bibit, cœpítq; protinus affici causo: alius autem ob irã, & alius ob vigilias causum incurrerunt.

4 Fit autẽ lingua aspera, sicca, & valde nigra, ventrísq; morsu dolet, deiectio-

nésque & liquidæ,& pallidæ fiunt: vrgétque ſitis vehemens,& vigiliæ,atque interdum mentis aberratio.

Percurrit hoc in loco quæ cauſum ſubſequuntur, quæ & συνεδρεύοντα, id eſt,conſidentia,ſiue cõſiſtentia vocant. Sunt autem hæc,lingua ſicca,aſpera,& nigra, ventris morſus,deiectiones pallidæ, vehemens ſitis,& vigiliæ,interdum quoque & deſipientia. Lingua ſanè areſcit,quòd tota corporis affectio ſicca ſit,& calida,febríſque talis. Ventris verò morſus propter tenuium humiditatum,quæ illhuc confluunt,oritur. Deiectiones autem pro ſucci redundantia. Liquidáſque eas dixit, nullo pacto concoctas exprimens. Coctio enim omnia cogit,incraſſátque. Qui autem ita habent,vigilant ob ſiccitatem. Nempe humiditatem immoderatã profundas ad ſomnum delationes,multam verò ſiccitatem vigilias procreare,eſt demonſtratum. Accedit quoque & ab aliis ſymptomatis fatigatio, quæ vigiliarum cauſa eſt. Deſipientiam autem fieri didicimus ob eam,quæ ad caput recurrit bilem, & ob temperaturæ caliditatem, ſiccitatémque. Quòd autem vbi quiſpiam bilem ſimpliciter dixerit,amara ſignificetur, anteà eſt enuntiatum, quòd item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt ergo nihil eorũ,quæ ad cauſum bilioſum ſpectant, prætermiſſum videtur, niſi quòd non ſolùm fit per attractionem,ſed & per tenuium humiditatũ effluuium,ſic abundè,fuſéque ſcripta quædam ſunt. Nempe ex iis,quæ dicta ſunt, quædam ſunt ſymptomata cauſum indicantia,quæ παθογνωμονικὰ dicũt,alia verò συνεδρεύονται,id eſt,cõſident. Verùm quæ cauſos procreãt, alia quidem προηγούμενα,id eſt,antegredientia, alia verò προκατάρχοντα, id eſt, præincipientia à medicis appellantur. Omnium autem, quæ dixi,prægredientium ſymptomatum,potes tibi,vt lubet,catalogum facere. Sed qui librum hunc ſcripſit,à prægredientibus fecit exordium. Venulas etenim exiccari,prægrediens cauſa eſt. Deinceps autem cùm præincipentia, vt ambulationem longam,& ſitim,dicere debuit,non ea dixit,ſed ex iis, quæ affectum indicant,quippiam dixit, vt febrem vehementem. Debuit & hîc ſitim vehementem adiicere, quam poſteà ſimul cum aliis, quæ conſidentia vocantur,ſymptomatis dixit, quorum quædam aliquando, alia perpetuò cauſis inſunt, quod & ipſe oſtendit, inquiens: Interdum autem & mentis aberratio. Nam interdum,perpetuò opponitur. Ego autem dico & ventrem morderi,& bilioſa deiicere, non eſſe ex iis, quæ perpetuò inſunt. Nempe quòd vehemens morbus ſit, motúſque acrium,& tenuium humiditatum ad interna ſit,proptereà hæc contingunt,iis quidem, qui ventrẽ, hepárque cauſi veluti ſedem habent. Verùm iis,qui pulmonem veluti ſedem habent, hæc non admodum contingunt,ſed quæ de lingua dicuntur,& deſipientia magis. Difficulter etiam & hi ſpirant,ea ſcilicet,quæ denſa,& magna eſt,ſpirandi difficultate, efflántque continenter os aperientes, igneíque ſpiritus effuſione leuantur. Verùm totam ſpirandi difficultatem prætermiſit, quam in Prognoſtico dictam oſtendimus. Cæterùm incompoſitè,atque inordinatè ſymptomata linguæ recenſuit. Nempe debuit primùm ſiccam dixiſſe,déinde aſperam. Nam ob immoderatã ſiccitatẽ lingua aſpera redditur: vt ſi aſpera ſit,omnino & ſicca exiſtat. Quòd autem ob caliditatem immoderatam nigreſcat, vt his, quibus cutis ſole vſta ſit,iam antè didicimus.

5 Huic aquæ,mulſæq; coctæ, & aquo-

A ſæ,quantum voluerit,bibendum dabis.

Liber hic etſi Hippocratis non ſit, cum tamen legitimo operi iam temporibus Eraſiſtrati adiectum eſſe, veterem eſſe declarat. Quapropter mirandum quónã pacto Eraſiſtratus calices cereos in Apolloniũ, & Dexippum retorſiſſe auſus ſit. Nam qui librum hunc ſcripſit, mentem Hippocratis Eraſiſtrato melius intelligens,cauſo laborantibus, quãtum placet,bibere concedit. Demõſtrauiq; & in legitima voluminis huius parte ita ſentire Hippocratem. Sed de Eraſiſtrati malitia ſatis hæc ſint. Et iam ſcrutemur quæ in oratione dicũtur. Præcipit ſiquidem neque aquam ſolam, neque mulſam ſolam his propinandam,qui cauſo laborant. Scis etenim aquam,quòd natura frigida ſit, tardè penetrare,& quàm plurimo tempore in hypochondriis manẽ-

B tem corrũpi in acutis morbis,mel autem facilè bileſcere. Ob id mulſam aquoſam dari iubet, vt aqua,nulla in ſuperiore ventre facta mora, à miſto melle ad diſtributionem trahatur. Ob eas cauſas & coctam ipſam exhibet. Nempe, quàm cruda,ſitim magis arcet,& flatu magis vacat,vrináſque magis ciet,vt,quæ cruda eſt, deiectionem. Minùs ſiquidem acris fit,quæ cocta eſt,non ſolùm quòd in coctura concoquatur, verùm quòd & ſpumoſum ipſius omne tollitur. Nempe quod acre,& flatuoſum exiſtit,in mulſæ eſt ſubſtantia. Cocta autem, tum morſu caret,tum flatu vacat,diſtribuitúrque meliùs, quàm per inteſtina deſcendat: quo fit vt eam ob cauſam magis alat,quàm cruda. Cæterùm qui ita laborant,citra ptiſanæ ſuccum mulſa nutriendi ſunt. Sed quomodo in acutis morbis ſolos exhibere potus oporteat,in libri huius non ſpuria parte eſt prædictum. Hæc

C omnia, quæ ad præſentis orationis expoſitionem pertinent, iis, qui & antè legerunt, & meminerunt eas, quæ in illis factæ ſunt,expoſitiones, ad hunc modum & dicta ſunt,& dicentur.

6 Quòd ſi os amarum fuerit, vomere confert,& ventrem ſubluere.

Bilis amaritudo, amarum os reddit. Vna enim & cõmunis tunica eſt,& quæ ventri interna eſt, & omnis ea,quæ os ſubungit. Non ergo ſine ratione ſermonis huius ſcriptor bilem tum per vomitum, tum per clyſterem euacuat.

7 Verùm ſi ad hæc non ſoluatur, lacte aſinæ cocto purgabis.

Quòd omnino quidem eam, quæ in ventre eſt, bi-

D lem vacuare velit,timeat autem purgantia medicamenta,quòd & acria,& calida prorſus exiſtant,ob id ad lac aſinæ diuertit,vtpote quod nullam, vt non aliud vllũ, habeat acrimoniam,ſed prę omnibus vnum humiditate exuperat,atque ob id ſolum ventrem ſubit. Præcoquit autem ipſum ob flatus. Sed ſanè ſolo vti ſero poteris per oxymeli ipſum, vbi lac antè coxeris, ſeparans. Vas quoque æneum frigida plenum aqua continenter in lac demittes. Nam & hæc,ſi probè fiat,demiſſio,ſerum à caſeo ſeparat.

8 Salſum autem nihil,neque acre, exhibendum:non enim ſufferet.

Salſus ſuccus qualíſnã ſit,ex ſale apparet. De acris autem tum ſubſtãtia,tum facultate, dictum eſt in quarto Simplicium medicamentorum. Piper ſiquidem,ſinapi, pyrethrum,& quæcunque viribus calida ſunt, acria

quoque

quoque guſtantibus apparent. Quo fit vt tum acria, tum ſalſa, tanquam cauſum augentia, vitare iubeat. Salſa autem acribus magis ſiccant, quanquàm illis non ſimiliter, ſed minùs calfaciant.

9 Sorbitionem verò niſi iudicationes tranſierint, non dabis.

Sermonem ita vt robuſtam eſſe virtutem ſubaudiendum ſit, intellige. Nempe hoc pacto Hippocrates doctrinã facit magna ex parte, quæ ſingulis in ſcopis præcipiuntur, ſcribens. Quo pacto cùm ſemel dixit, comparare inter ſe quæ demonſtrata ſunt, conſideratis ipſorum viribus, oportet. Quòd ſorbitio ante iudicationem dãda non ſit, in prima huius libri, quæ legitima eſt, parte eſt demonſtratum.

10 Et ſi è naribus fluxerit ſanguis, ſoluitur ægritudo: atque ſi ſudores ſuperuenerint, iudicatorii legitimi cum vrinis albis, craſſiſque, & leuibus ſubſidentiis.

In acutis febribus quod ex ſanguine feruet, ad caput fertur. Cùm igitur reſciſſis, ruptíſque venis natura id ipſum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris promptiùs dominatur, & imperat. Pari modo & cũ per ſudores eas, quæ tenues ſunt, humiditates expulerit, morbum ſanat, ſi vtique morbo iam cocto ſuperuenerint. Nam de re huiuſmodi iam ſæpius in aliis explanatoriis commentariis eſt dictum, atque in iis, qui de iudicationibus ſunt confecti. Vt igitur in prima libri huius parte, quam omnes legitimam fatentur, eum, qui à morbi coctione eſt, ſcopum ad victus rationem commodiſſimum accepit, ſic & nunc ad prædictionem. Subticuit quidem coctionis nomen, ſed conſtantiſſimam ipſius notam in vrinis ſcripſit. Optima igitur vrina eſt, quæ albam, & lęuem habet ſubſidentiam, vt in Prognoſtico eſt demonſtratum. Neque tamen ad ſpem ſalutis ſemper apparere expoſtulabis, cùm ſi enæorema medio vaſe innatans, naturali tum colore, tum ſubſtantia commodum videris, ſatis tibi erit. Et iam his ita habentibus, in interpretatione exuberauit dictio. Nam ob dictas vrinas conſtat & ſudores iudicatorios eſſe, quapropter & fruſtrà adiectum. Legitimi prætereà non propriè dicuntur. Nam de morborum ſpeciebus talem inferre conſueuerunt appellationem, cùm alii medicorũ probatiſſimi, tum Hippocrates ipſe.

11 Et ſi abſceſſus aliquis factus fuerit.

Rariſſimè per abſceſſum iudicatur cauſus, atque adhuc magis, ſi citra partis corporis adiectionem, receſionem quis fecerit. Nempe parotidibus, id eſt, abſceſſibus, qui poſt aures fiunt, cauſos ſcio iudicatos, ſed nõ legitimos. Id autem pauló pòſt condiſces poſt expoſitionem.

12 Verùm ſi abſque his ſoluatur, reuertetur ægritudo, vel coxa, vel crus dolebit, expuétque craſſa, ſi ſanus eſt futurus.

Vbi de ſanguinis eruptione, ſudoréque egit, ſi abſque his cauſus deſierit, ſuſpectam ait eſſe ſolutionem. Nam pauló pòſt reuertetur. Erit ſiquidẽ, ait, in recidiua crurum dolor, vel coxæ, ſpuétque craſſa. Nempe quòd iudicandus, ſanguinis eruptione, vel ſudore, vel abſceſſu opus habeat, poteſt quis arbitrari rectè dictum eſſe, ſi dictis adiecerit quæ curationi intendens ipſe ſcri-
A pſit, vomere ſcilicet præcipiens, atque aluum ſubducere, potúmque aquam, & mulſam aquoſam coctam commiſtrans. Quare ſi cum his quidem & ſanguinis eruptionẽ, & ſudores, & abſceſſum cauſum ſoluere quis dixerit, aliàs autem ſolui non poſſe, ſermonem fortaſſe iuſtum, æquúmque dicere videbitur. Iuſtum autem, æquúmque dico, quaſi mediocriter vera loquentem, atque priore magis, non tamen integrum, abſolutúmque prorſus. Neque enim verus eſt ſermo. Nempe quod in Aphoriſmis dicitur: A cauſo habito rigore ſuperueniente ſolutio. veriſſimum exiſtit. Rigorem autem hunc de neceſſitate ſequitur interdum quidem ſudor ſolus, interdum verò & bilioſorum vomitus ſolus, atque interdum deiectio ſola: ſed plerunque ex dictis tribus duo fiunt, & rurſum quandoque tria. Nem-
B pe horum duorum de neceſſitate alterum in cauſo fit, ſi ad integritatem deſinere debeat. Nam bilioſi humores vel perfectè vacuabuntur, vel extinguentur. Prætermiſſa itaque videbitur præcipua cauſorum ſanatio: frigidæ ſcilicet potus, quo cauſos prorſus curauimus, nullo ex his moriẽte, quibus frigidam tempeſtiuè propinauimus: cuius expoſitionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus: at in cæteris tum commentariis, tum operibus fuſiùs. Sed fortè quiſpiam me aſſerere putabit nullum ex iis, qui cauſo laborant, moriturum, qui aquam tempeſtiuè biberit: quanquàm id non aſſeram, ſed quòd omnibus, quibus propinaui, cũ adeò multi extiterũt, vt numeri non meminerim, ſucceſſit auxilium, & ſalus. Quod idem non eſt, vt ſi dicere, cauſo laborantes, ſi frigidam biberint, ſeruandos. Nam qui pernicioſè, inſalubritérque habent, eos neque per aliud quippiam, neque per aquam ſeruari eſt poſſi-
C bile, quibus neque miniſtrare ſum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur, Expuérque craſſa, ſi ſanus eſt futurus, in his tantùm cauſis obſeruare debes, qui paſſo pulmone oriuntur.

13 Cauſi genus aliud, aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa.

Veteres Græcos reperio nomen generis interdum in homonymis vſurpare: homonymis, inquam, quæ vnum quidem habent ſignificatum, ſed ex ipſius diuiſione ad plures deducuntur differentias. In quo ſæpius dicere conſueuimus, genericas rei huius differentias eſſe vel duas, vel tres, vel quatuor, vel quotquot eſſe poſſunt. Sed cùm homonyma duplicia ſint, aliqua quidẽ nullo pacto inter ſe communicantia, vt cùm canem di-
D cimus & terreſtrem, & marinum. Alia verò, quæ cùm ſynonymis aliquatenus communia exiſtant, cùm ab vno factam appellationem habuerint, ad quã interdum referantur, conſiderandum, vt dictum eſt, duo eſſe cauſorum genera: quod exactè quidem cognoſcetur, ſi ſubſtantiæ vtriuſque ratio, quæ in appellatione eſt, oſtenſa fuerit. Sed quoniam à mentis conceptu ratio iudicium accipit, perſcrutandum ſi mentis conceptum cauſi ita conſonum habemus, vt hominis, bouis, & equi. At cùm oratio cõmẽtario prolixior futura ſit, tum ipſam, tum cæteras ad breuem contrahere ſummam conabimur, hoc exorſi modo. Febrem cauſum medicos reperio appellantes, cùm vrens caliditas, ſitíſque incompeſcibilis hominem torquet. Quod ſi ita habet, cauſum eum, in quo corpus non vritur, ſitíſque leuis ſit, cauſum quidem ſimpliciter, exquiſitum autẽ, legitimúmq;

Galen. Tom. IIII. d 3

non dicemus: eúmque, qui pro dimidia parte talis ſit, breuioris doctrinæ gratia cauſum nothum appellare haud malum fuerit. Quo autem modo tertianis in febribus appellatione huiuſmodi vti conſueuimus, ita duo cauſorum genera eſſe intelligemus, vt tertianarũ genera duo eſſe quiſpiam dixerit, vnum exquiſitum, legitimúmque: alterum verò nothum, ſpuriúmque, cui videlicet ex legitimis quidem ſymptomatis nonnulla inſunt, aliqua verò non. Quòd autem ſecundus cauſus, de quo in hac parte docere inſtituimus, tanquam diminutus quidam ſit, atque non exactè abſolutus, certior fies, ſi mentem ad ea ſymptomata, quæ è ſcriptore ipſo in eo fieri dicuntur, conuerteris. Nempe principio ait: Aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa. non eo adiecto, quod in priore adiecit. Nothus ſiquidem cauſus ex legitimis ſymptomatis alterũ quidem habet, alterum non. Deinceps autem linguam aſperam eſſe inquiens, & ſiccam, non adiecit nigram, quomodo in priore: ſed pro hoc ſymptomate ſalſam dixit. Nempe vt cùm lingua amarulenta redditur, flauam redundare bilem oſtendit: ita cùm ſalſa, ſalſum, ſalſuginoſúmque appellatum humorem, qui ex pituitæ generibus, quæ tria ſunt, vnum exiſtit, vt tibi innotuit, acido ſcilicet, dulci, & ſalſo. Quomodo igitur prior cauſus ex amara bile conſtans, pallidas geminam ob cauſam pariebat excretiones, tum quòd tenuis fuerat, tũ quòd febris vrens in ipſo augebatur, augeſcente in ipſo inſu per flaua bile: ſic pituitoſus humor neque facilè excernitur, neque febrem auget, neque ſitim ardentem habet, neque inflatur, atque ob id de eo dixit, Aluus ſoluta, excernere ipſam ſolam oſtendens, quod ipſi non excernere aduerſatur. Subit ſiquidem his venter, non tamen ſecundum humoris cuiuſpiam formam, ſpeciémque: ſed iis, quæ in alimentum miniſtrata ſunt, corruptis. Non enim hi potu degunt, vt quàm plurimi eorũ, qui priore infeſtantur cauſo. Deinde illi citam habent excretionem, tenuem ſcilicet, & feruentem aſſecuti humorem. Seram verò hi, ob frigidam, glutinoſamque, & craſſam pituitæ ſubſtãtiam. Fieri ergo nequit, vt qui ita laborant, ſolo vtantur potu. Id ſiquidem didicimus in his morbis, qui in quinta, & ſeptima die, valida exiſtente virtute, coctionem ſunt recepturi. Verùm ſi morbus ad nonum, vel decimumquartum, vel vigeſimum ſeſe prorogaturus ſit, in eo circa initia ptiſanæ cremore vtimur.

14 Vrinæ defectus.

Dici id ab ipſo conſueuit, vel cùm non effatu digna, vel nullo pacto emittitur vrina. Fit autem in inſtituto præſenti ſermone cauſo propter humoris craſſitiem.

15 Vigilia.

Cauſo vtrique commune id eſt, atque ob id in priore mentionem huius fecit: ſit ſiquidem in illo magis quòd caput accendatur, inflammetúrque magis.

16 Et perfrigerata extrema.

Symptoma hoc ſecundi eſt cauſi. Verùm ſermonem non ſimpliciter efferre conuenit, ſed cum diſtinctione aliqua. Neque enim perpetuò talis exiſtit, at cùm malignus fuerit. Nempe in bilioſis, vrentibúſque febribus, caliditatem ad extrema vſque corporis extendit, etſi non malignus cauſus fuerit. At in pituitoſis fumoſa eſt caliditatis ſubſtantia, cùm ſcilicet vel in ventre, vel hepate, vel pulmone ſalſus humor putruerit, ob quã quidem caliditas ignea redditur. Verùm ſi malignus fuerit morbus, perfrigerantur extrema ob virtutis imbecilli-

A tatem, phlegmonéſque totum ad ſe ſanguinem trahentis magnitudinem. Nam abſque his nunquàm lethalis efficitur morbus.

17 Cauſus hic, niſi ſanguis è naribus fluxerit, vel circa collum abſceſſus fiat, vel crus doluerit, & æger ſputa craſſa excreauerit, (hæc autem adſtricta aluo fiunt) vel coxæ dolor, vel pudendi liuor ſuperuenerit, non iudicatur, teſtis quoque intenſus iudicatorius exiſtit.

Quòd ſoluantur per abſceſſus magis, quàm per excretiones, quæ ex pituita putreſcente oriuntur febres, ſæpius eſt demonſtratum. At in præſenti cauſo non abſceſſus modò commemorauit, verùm quoque & ſanguinis profuſionem adiecit, magiſque in his cauſis, quo
B rum ſedes in pulmone exiſtit. Nempe in huiuſmodi affectionibus caput incaleſcit, ſanguine repletur, effundítque quod ex eo redundat, tum ruptis, tum adapertis venis. Ob eandem cauſam ceruici abſceſſus fiunt, & parotides iis, qui ita afficiuntur. Verùm quibus affectionis ſedes in ieiuno, vel hepate exiſtit, deorſum magis fiunt abſceſſus: qua efficitur ratione, vt crus doleat, pudendum liueat, teſticulúſque his tendatur, qui ita afficiuntur. Fit autem teſtis intentio interdum ab ea, quæ in eo ſit, inflammatione, interdum quoque & ob cuiuſpiam eorum, quæ ſuperiùs inflammãtur, hulceratione. Quodſdam autem eorum etiam ſputa craſſa ſpuere, de his, qui in pulmone affectum habent, dictum eſt, facta iam concoctione. Ex eo igitur liquet, doctrinam confuſam eſſe, inordinatam, & indefinitam: quod tametſi eam, quæ librorum gratia ſit, delineationem deceat, libro tamen nullo pacto eſt peculiare, propriúmque. Nã cùm multis membris paſſis tales fiant febres, deinceps
C & ex ordine ſymptomatum catalogum ſcribere oportebat, & non inordinatè, indefinitéque, ſed ſecundum peculiarem, propriúmque, & præſentem morbum efficere. Et ſanè in hunc dictum eſt modum, Aluus ſoluta: non quòd cauſis ſymptoma hoc perpetuò inſit, ſed vt interdum. Nam quibus venter ita, vt dictum eſt, afficitur, his corrupto cibo deiectiones liquidæ exiſtunt. Verùm quibus pulmo ita habet, ventre haudquaquam patiente, his deiectiones huiuſmodi de neceſſitate non fiunt, cùm interdum modo contrario ita affectis dura aluus contingat, & difficulter excernant. Prætereà & quibus in iecinore cauſi ſubeſt radix, & qui ob iecur cauſo laborant, iis, quæ exernuntur, interdum quidem liquida exiſtunt, & interdum ſicca, veluti quæ σπυραθώδη appellantur, quaſi caprini ſtercoris pilulis ſimilia dixeris, combuſtis ſcilicet à viſceris phlegmone excremen-
D tis, σκύβαλα Græci vocant. Cùm igitur viſcus huiuſmodi ſolùm phlegmone obſidebitur, id efficiet. Verùm ſi cum phlegmone fuerit & imbecillitas, liquida deiiciũtur, viſcere ſcilicet alimentum ad ſe trahere nequeunte. Sed deiectiones huiuſmodi ab iis, quæ ventre affecto fiant, ſuccoſitate diſtinguntur.

18 Sorbitiones dato attractatorias.

Quod ſæpius dicere ſolitus, quòd ſcilicet obſcura lectio nihil doceat, id & nunc dicam. Nam qui ex pituitæ vitio laborant, oxymelitis quidem potus his eſt commodiſſimus: ſed alimentum, ptiſanæ cremor. Ego tamen, quanquàm hoc noſcam, atque à nullo didicerim, diuinare non poſſum quãſnam dicat attractorias ſorbitiones. Oxymeli ſiquidem & ſecatorium, & inciſoriũ,

& ab

& absterſorium dici poteſt, attractorium tamen nullo pacto, quia ſanè quod ab ipſo attrahatur demonſtrare non poſſumus. Ad hunc modum neque ptiſanæ cremorem attractorium eſſe aſſeremus. Sed fortè quiſpiam dicet velle ipſum vẽtrem ſubducere attractoriis, id eſt, quæ craſſum trahunt ſuccum, cuiuſmodi eſt etiam pituita. At verò ſorbitiones non dixiſſet. Nempe hoc munus medicamentorum eſt, & non ſorbitionum, ſicuti neq; potuum. Innotuit ergo quónam pacto in obſcuris dictionibus nihil certi, compertíque habeamus. Quapropter neque dictionem hanc aggredi conabimur, quòd nihil in ea certum, finitúmque reperiatur. Cæterùm non mihi conſtat quónam homines pacto vt in aliis multis manifeſtè errent, ſic & in eo quòd iis, quæ obſcurè dicuntur, gaudeant: quanquàm omnes vno fermè ore perſpicuitatem orationis virtutem eſſe, obſcuritatem verò vitium proclament.

19 In acutis morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus videatur, floruerítque ægrotanti ætas, & virium adfuerit robur.

Sermo hic nimirum Hippocrate eſt dignus. Subit mihi in admirationem quòd inter Aphoriſmos eum non ſcripſerit, cùm in paucis verbis vis magna comperiatur, quod Aphoriſmis vſu euenire ſolet. De his ergo, qui ſanguinis egent detractione, frequens apud medicos fuit ſermo. Quorum quæ de ea detractione maximè probabilia videntur, duobus à me ſcriptis ſecurè ſunt enarrata libris, quorum alter De ſanguinis detractione inſcribitur: in quo quæ cõmodant omnia docentur. Alter ſcriptus eſt, vt dixi, medicis tum Empiricis, tum Dogmaticis. Verùm amethodi, id eſt, ab omni methodo alieni Theſſalii, vti & cætera, ſine demonſtratione ſimpliciter dicunt, ſic & ſanguinis detractionem χαλαστικὸν, id eſt, relaxatorium cenſent eſſe remedium. χαλαστικὸν verò non vno exponunt modo, vt per commentarios noſtros, cùm de Methodica ſecta ageremus, oſtendimus. Qui igitur omnem de ſanguinis miſſione hiſtoriam intelligere voluerit, legere tum noſtros, tum reliquorum medicorum libros poteſt. Nunc verò ſummam ipſam in paucos tandem relatam ſcopos audi. Sanguinem etenim primùm detrahes, ſi magnus tibi videatur morbus. Tali autem remedio vtitur propter vehementes affectus, quod à qualitate deſumitur. Neque refert ſi vel vehementem, vel magnum morbum dixeris. Secundus ſanguinis detrahendi ſcopus eſt, ſi æger ætate floruerit. Neque enim puer, neque ſenex, ſanguinis ſuſtinent detractionem, etiam ſi morbus, quo ipſi laborauerint, magnus fuerit. Tertium ſcopum non prætermiſit libri hujus conſcriptor, qui vitalis facultatis robur exiſtit. Neque enim in iis, qui ætate florent, cùm languent, perpetuò robur apparet. Quam ob cauſam quis forè duo hæc ſola pro ſcopis detrahendi ſanguinis ſatis eſſe autumabit, magnitudinem ſcilicet morbi, & virtutis robur. Neque enim ſenex quòd annoſus ſit, per ſe, ſed propter virtutis imbecillitatem, non fert ſanguinis detractionem. At certè pueri, quanquàm vitali facultate valeant, tamen neque hi ſanguinis ſuſtinent miſſionem. Promptè enim eorũ ſubſtantia tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem euaporatur. Detractione igitur ſanguinis non egent, qui inſitam, naturalémque habent vacuationem, ob eam cauſam ſcoporum ſanguinis detrahendi numero non ſatisfacere videntur magnitudo morbi, & virtutis robur. Meliúſque feceris, ſi & florentium ætatem adieceris. Quod porrò in frõte dictionis dictum eſt: In acutis morbis ſanguinem detrahes, vt cõſideretur, eſt dignum. Sed quomodo longorum morborum non meminit? Quoniam ſanè de acutis nunc docet, atque ob id ſolos eos memorauit. Nempe & ex longis multi ſunt, qui ſanguinis egent detractione, cùm & hi dictis tribus ſubiaceant ſcopis. Cæterũ cùm omnia hæc rectè dicta ſint, quoſdam tamen non rectè vſos fuiſſe eſt putandum. Quo è numero eſt Menodotus Empiricus in ſola plethorica appellata ſyndrome ſanguinis miſſionem obſeruari aſſeuerãs. Nos autem & ea nõ exiſtente, venam ſecamus, cùm dolor vehemens hominem præhenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulſum ſit, vel alius quiſpiam articulus contractus, reductúſque ſit. Neque etiam plethorica facta ſyndrome ſanguinem ſemper mittimus, ſed & frictione, & balneis multis, & abſtinẽtia, quæ tribus, vel quatuor diebus fiat, ad id, quod naturale eſt, reuocamus. Verũ de his abundè tum in libro De plenitudine, tum in libro De ſanguinis detractione eſt pronuntiatum, prætereà & in libro De morbis curandis. Ad præſens ergo hæc veluti in ſanguinis detractionis commentario dicta ſufficiãt. Verùm vt nihil deſit, adiiciam & eum, qui ab ambiente nos aere deſumitur ſcopum, cùm fuerit abundè calidus, & ſiccus, ita vt citò ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc à ſanguinis miſſione abſtinemus, etiam ſi morbus magnus fuerit, florénſque ætate homo. Id ergo author ſolum prætermiſit, reliquis ſcriptis, atque etiam patientis ipſius corporis habitum. Verùm præcedente oratione & mentionem habitus fecit, qui & ætatis differentias in ſe comprehendere poteſt, vt oſtendam.

20 Porrò ſi angina fuerit, & ſi aliud quippiam ex pleuriticis malum, ecligmate repurgato: at ſi æger ob copioſam ſanguinis miſſionem imbecillior fuerit, clyſmum tertio quoque die ventri infundes, donec in tuto æger fuerit, & fame indigeat.

Συνάγχη, id eſt, angina partium, quæ in faucibus ſitæ ſunt, phlegmone eſt, quæ poſt ſanguinis miſſionem repurgari poteſt, id eſt, quę in partibus phlegmone obſeſſis continẽtur, per ſputa euacuari poſſunt. Nempe corpus impurum, excrementoſúmque quod vacuatur, iure optimo expurgari quiſpiam pronuntiauerit. Cæteris autem acutis morbis omiſſis, de pleuritide mentionem facit, quomodo & in prima libri parte fecit. Si verò imbecillior, inquit, eger tibi eſſe videbitur, vel propter ſanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamuis rationem, purgationis vice clyſterem tertio quoque infundes die. Nempe relaxato per ſanguinis miſſionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitioſum ſuperfluit, per clyſterẽ id euacuari iubet. Quòd autem ſcopus illi ſit non ſolùm alimenti excrementa ſubducere, verùm quoque & paſſum locum expurgare, palàm eſt. Quòd verò finem orationis facit: Et fame indigeat. iis, qui in primo libro à nobis demonſtrata meminerunt, etiam manifeſtum euadit.

21 Obſeſſa inflammatione hypochondria nõ ſpirituum interclusione, ſepti trãſ-

uersi intensio, vel spirituum protensiones, quibus orthopnœa sicca pus non subit: sed à spirituum interclusione pathemata hæc superueniunt: potissimùm verò & iecinoris dolores, & lienis grauitas, atque inflammationes aliæ, & superiores septo dolores, morborúmq; collectiones, quas σύστρεφας dicunt, solui non possunt, si quis primùm purgante vti medicamento aggressus fuerit. Nam venæ sectio in his præferenda venit. Déinde clysmis est opus, si non vehemens, & magnus fuerit morbus: si verò non, etiam posteà medicamento opus est, & sanè id etiam post sanguinis missionem securè, & cum moderatione porrigendum est.

Morborum, qui primùm sanguinis egent missione, déinde ab ea purgari expostulant, catalogum facit. Primúmque inter omnes scribit, φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, id est, flagrantia, flammantiáque hypochondria. Neque vocem hanc φλεγμαίνοντα, ex Hippocratis consuetudine audias velim. Nempe flammantes morbi omnes, & calidi, voce hac significantur: cuiusmodi sunt erysipelata, herpetes, & carbunculi, & quæ propriè phlegmonæ appellantur. Verùm recētiores medici omnes speciei flagrantium corporum vni vetus commune nomen indunt, vocántque hoc pacto solum eum tumorem, qui durus cum dolore, & multa caliditate existit. Verùm cùm & alii præter naturam existunt tumores, vt scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur: fuit siquidem & id alíquando commune nomen tumorum omnium præter naturam, atque ipsius inflationis. Diximus quidem alibi libro vno De tumoribus præter naturam: verùm impræsentiarum, vt cætera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidē, durus tumor est, & doloris expers. Verùm inflatio bifariam est: nempe collecto in quibusdam cauitatibus, vel sensui expositis, vel ratione contemplabilibus, flatuoso spiritu. Fuerunt sanè qui alíquando tumores præter naturā in musculis secuerunt, tanquam pus in imo reperturi: sed nihil aliud præterquam spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus esset, inuenerunt. Præthereà & thrombis solis alíquando ita sectis humiditas vel viscosa, vel muscosa est reperta. Verùm in talibus tumor vel ex thrombo, vel mucore erat, carne ad hunc affici modum apparente: spiritus autem in ea per minuta est disseminatus. Non igitur in præsenti dictione, Phlegmone obsessa hypochondria, secundum assuetum Hippocrati significatum dicta esse videntur. Nempe quam mentem habebit quod ipsi adiicitur, non flatuum interclusione? cùm flammea caliditas in hypochondriis siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem. Neque etiam ita dicere est visus, vt aceruatim, coniunctímque tum inflammationem, tum spirituum interclusionem fieri dicatur, cùm id falsum sit. Nunquàm enim spiritus interclusio flagrantem hypochondrio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit: Phlegmone obsessa hypochondria: dicere est visus quæ in tumorem sublata sunt. Post hæc

A autem mentionem de septi transuersi intensione fecit: déinde & protensione spiritus. Septi transuersi intensio manifesta est omnibus. Sed spiritus protensos dicere visus est veluti interruptos. De quibus in prima libri huius parte scriptum est: Spiritus offendens in ea, quæ extra sit, aeris delatione. Super quo in dictionis illius expositione est enarratum. Siccam autem orthopnœam dixit eam spirandi difficultatem, quæ sine sputis, vel tussi vsqueadeo vehemens est, vt inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit: quam fieri non ignoras ab angustia earum pulmonis capacitatum, quæ spiritum deferunt: quæ id patiuntur, iacētibus magis, minúsque stantibus, & profectò rectè sedentibus omnibus, quæ in thorace existunt, partibus: quo fit vt & orthopnœa appellitetur. Sed cùm ea interdum

B fiat ob visceris phlegmonem, vt in peripneumoniis, interdúmque & oppletis bronchiis, sanguinis missione ait egere eos, qui orthopnœa sunt affecti, eos, inquā, quibus pus collectum non sit. Nempe quibus collectū sit, eos puris vacuatione egere constat. Qui autem à spiritus interclusione (quod in angustiam acto pulmone fieri solet) hæc patiuntur, eos sanguinis missione iuuabis. Pari modo & iecinoris dolores, splenísque, atque cæteras omnes inflammationes sanguinis detractio iuuabit, atque vniuersas morborum collectiones, Græci συστροφὰς dicunt. Quòd autem συστροφὰς morborum dixerit eas, quæ ab intumescentibus fiunt partibus, par est. Audio siquidem & nunc multos in Asia nostra tumores præter naturam omnes ita nuncupantes. In his siquidem priùs, quàm sanguis mittatur, purgationem interdicere oportet, quanquàm & hanc quoque men-

C tem, rationémque déinceps dicat in ea, quæ sequitur, dictione.

22 Quicunque autem ea, quæ inflammantur, statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, ii non solùm ab intensa, inflammatáque parte nihil adimunt, cùm non cedat, obsequatúrque quæ adhuc cruda est affectio: verùm quoque & quæ morbo aduersa, & sana sunt, absumunt, contabefaciúntque: ductóque ad imbecillitatem corpore, morbus superior

D euadit, qui, vbi corpus vicerit, remedium non habet.

Hunc exposuimus Aphorismum, cùm illum exponeremus: Cocta medicari, & mouere. atque in eisdem, quibus & nunc, symptomatis. Rectè autem ad sanguinis missionem propiùs deueniendum præcipit, vbi vitiosi aliqui humores in partem aliquam confluant, atque in ea aceruentur, quod modo quodam, vt dixi, συστρέφεσθαι, id est, colligi in ea parte dicitur. Quod autem in fine ante hanc scriptæ dictionis scribitur, quidam dignotioni inaccessum efficiunt, nomē φαρμακείην in casu accusandi pro nominatiuo legentes ad hunc modum ἀσφαλείας μὲν καὶ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίαν μετὰ φαρμακείην. qua dictione significari volunt ad sanguinis missionem à medicamento veniendum. Verùm in tota dictione priùs ad sanguinis missionem veniendum, déinde ad medicamentum præcipitur: non

autem

autem econtrario,vt ii ſcribunt,aſſumendum medicamentum, déinde ad ſanguinis detractionem deuueniendum. Cætera dictionis dilucida his ſunt,qui exactè dicta noſtra animaduerterunt.

23 Quòd autem quis repentè obmuteſcat,id venarum interceptiones, occluſionéſque faciunt, ſi ſano abſque occaſione, vel forti alia cauſa id contigerit.

Venarum ἀπολήψεις, id eſt, interceptiones, appellat oppletiones,quæ à copia exoriuntur. Cùm igitur ſupra modum oppletæ fuerint venæ, premi virtutem, grauaríque eſt neceſſe, atque in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ ob multitudinem, copiámque ſuffocationi quippiam ſimile patitur. Oriuntur ſiquidem epilepſiæ, & apoplexiæ, & ſyncopæ cardiacæ. Nempe vno communi aphoniæ, id eſt, vocis carentiæ ſymptomate, ſymptomata huiuſmodi ſignificauit. Adiecit autem orationi, Si ſano abſque occaſione, vel alia forti cauſa id contigerit. vbi πρόφασιν, id eſt, occaſionem dixit, cauſam euidentem, manifeſtámque: vt ſi quis in lucta, vel pancratio ex cubitorum complexu ad periculum ſuffocationis circunductus fuerit. Cauſam verò aliam fortem dixit, qualis vel timore, vel maximo animi mœrore perturbatis accidit. In ægris autem vocis priuatio huiuſmodi fieri poteſt, læſis duntaxat iis, quæ voci efformandæ ſubſeruiunt, inſtrumentis, vel etiam iis, quæ reſpirationi deputauit Natura. Poteſt quoque contingere ob recentem quandam exolutionem, & afflictionem virtutis. Vt autem ab huiuſmodi aphoniis, vocíſque priuationibus,eam diſtinguat, quæ in oratione appoſita eſt, adiecit,ſi ſano contigerit.

24 Venam igitur brachii dextri internam ſecare oportet.

Velociſsimè,& plurimum ex iis,quę principes ſunt, partibus vena ea corpus vacuat, atque ob id in acutiſſimis morbis ad eam ſeſe confert.

25 Sanguinémque auferre inſpecta ſecundum habitum, ætatémque pluris, minoríſve ratione.

Superius cùm de ſcopis miſsionis ſanguinis ageret, corporis habitum quidem omiſit, ſed hoc in loco virium non meminit. Verùm habitus nomen pro virtutis nomine dictum eſſe opinantur nonnulli, vna de re ambo dici perperàm exiſtimantes. Nempe habitum ad corporis conſtitutionem referentes dicimus, vtpote cùm quis vel mollis, vel durus fuerit. Robur verò virtutis functionum vehementiæ attribuimus. Ex quo fit, vt duo hi ſint ſcopi vacuandi quidem indicationem, quòd communes ſint, habentes, ſed inter ſe differentes, veluti & ab ætate. Verùm ætatem ipſam ad corporis habitum referre eſt melius, & non virtutem. Nam pueris propter habitus mollitiem, ſucci perſpirabili cute facilè diguntur. Senibus verò non facilè,propter ſiccitatem, & frigiditatem, ſatíſque eſſe tres hos detrahendi ſanguinis ſcopos quiſpiam dicere poteſt, indicationem accipientibus nobis & à morbi, qui curatur magnitudine, & habitu, & virtute. Cuiúſnam autem am-

Galen.

A biens nos aer ſit temperaturę,inſpiciendum eſſe,eſt ſuprà dictum.

26 Quàm plurimis autem horum accedunt hæc,faciei rubores,oculorum conſtantia, manuum porrectio, dentium ſtridores, pulſus, maxillarum contractio,perfrigeratio extremorum,& ſpirituum in venis interceptiones.

Inter hæc, quæ déinceps accedunt, faciei ſolius, qui antè ſcribuntur, rubores ſanguinis copiam indicant. Succedit oculorum conſtantia, id eſt, immobilitas, & manuum porrectiones. Nempe & eas lædi ob neruorum principium contingit,ſed aliter,quàm
B ſit oculorum conſtantia. Nempe ea veluti torporem quendam functionum in neruorum primordiis indicat. Manuum verò porrectiones, & dentium fremitus, neque ob quietem, neque ob principii immobilitatem, ſed propter vitiatam motionem exoriuntur. Quid autem pulſus indicent, non omnino conſtat. Nempe veteres in motionibus dolorem in membris inflammatis excitantibus, hoc promunt, proferúntque nomen:in palpitationibus quoque: & præterea in vehementi arteriarum motione. Maxillarum contractio conuulſionis eſt ſymptoma, manuúmque porrectiones, & fremitus dentium. Extremorum verò perfrictio in huiuſmodi affectionibus caliditatem natiuam ab humorum multitudine grauari oſtendit. Quod autem in fine dictionis apponitur, id vt de pulſus carentia, ἀσφυξίαν Græci vocant, dicatur,probabile eſt. Nam
C veteres, arterias, venas appellabant. Spirituum ſanè interceptiones quaſi inclinationes, & quietes ab authore dici poſſunt. Sunt qui ſequentis dictionis alteram habentis ſententiam principium conſtituant dictionem hanc, cui, quæ déinceps ſcripta eſt, coniungunt,copulántque.

27 Cùm dolores acceſſerint,bilis atræ, fluxionúmque acrium deſtillationes fiunt. Dolent morſa interna, morſǽque, atque admodum arefactæ venæ intenduntur, trahúntq; inflammatæ quæ influunt: quapropter corrupto ſanguine,nequeuntibúſ-
D que ſpiritibus naturales pertranſire meatus infrigidationes fiunt ob ſtationem,vertigines,aphoniæ,capitis grauitas,& cõuulſiones,ſi iam ad cor, vel hepar,vel in venam peruenerint. Hinc epilepſiæ, & paraplexiæ,ſi continentes locos fluxiones inuaſerint, atque à ſpiritibus exire nequeuntibus exaruerint.

Eiuſdem cum prædictis generis eſt ſermo, qui nunc effertur, quem & nonnulli illis copulant, atque ob eam cauſam bifariàm verbum hoc προσγίνηται, id eſt, acceſſerint,ſcribi reperitur. Sunt enim,qui præſentem ſermonem cum prædictis coniungant,ſcribentes πρὸς ſyllabam cum ς elemento, alii verò non coniungunt,

scribúntq; περὶ fines. Verùm quod in oratione dicitur, huiusmodi est: Dolorum motio fluxionem humiditatum ad eam, quæ dolore vexatur, partem excitare consueuit. Cùm igitur vitiosis succis corpus refertum fuerit, bilis atræ, cæterorúmque acrium humorum fluxiones exoriuntur, ob quas dolet æger magis, mordentúrque interna, grauantúrque morsæ à prædictis humoribus, quæ in affecto loco sunt, venæ: ídque ipsum rei alterius fit causa. Nempe repleta fluxionibus huiusmodi, quæ afficitur, particula, corrumpitur quidem in primis sanguis ipse, déinde vasa opplentur, & hoc in eo cunctas spirituum vias arcet, cohibétque. Nempe & id declarauit inquiens: Nequeuntibúsq; spiritibus naturales pertransire meatus, quod sanè spirituum interceptiones paulò antè vocauit. Cùm autem sanguis constiterit, atque cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & conuulsiones, quibus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cùm in locos oppletas venas continentes desiderint fluxiones. Locos dixit corporis partes quas author antè scripsit, Cor, hepar, & venam, quæ prædicta coniungit viscera. Venam, inquam, posteà à medicis cauam appellatam, quòd venarum omnium, quæ per corpus animalis disseminantur, latissima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter venarum repletionem spiritum penetrare non permittit, sed veluti in mortuo corpore congelatur. Quod & author ipse ostendit, inquiens: Atque spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint. At propriè magis dixisset, à spiritibus. Congelantur siquidem & quæ siccantur, & quæ perfrigerantur. Nunc autem non propter exiccationem concrescit, congelatúrque sanguis, &, qui in ipsum defluunt, vitiosi succi. Nempe exeuntibus ipsis, & incorruptus, & naturaliter fusus, liquidúsque redditur sanguis. Verùm cùm manent, natiuámque caliditatem respuunt, ac extinguuntur, is, tanquam mortuo in corpore, congelatur. Cùm ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus, crassúsque, & vix effluens apparet, ídque propter huiusmodi perfrigerationem. Interdum autem & toto corpore conuulsiones fiunt. Interdúmque salubriter, & commodè. Nempe corpus totum quatientes, vniuersas calfaciunt partes, adeò vt ex multitudine aliud per cutim digeratur, aliud ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem: vbi cùm indissolubiliter impactum fuerit, paraplexiam facit. Nam quòd eas, quæ apoplexia, vel epilepsia ad aliquam ex non præcipuis partem irruunt, paralyses, id est, resolutiones, Hippocrates ita appellet, est demonstratum. Interdum quoque & facta absque conuulsione apoplexia nonnullis morbus in partis resolutionem finiuit, qui paraplexia appellatur. Cætera dictionis sunt manifesta.

28 Talibus sanè priùs adhibitis fomentis, venam confestim ab initio secare oportet, cùm nondum fixa sint omnia, quæ contristant, tum spiritus, tum fluxiones. Faciliùs etenim remediis patent.

Qui ita habent, his antè fotus adhibere oportet, quoniam congelatus est in ipsis sanguis, difficultérque effluit. Sed quoniam & in fotu ipso fricatio fiat, facere quod scripsimus est melius, secare scilicet internam cubiti venam. Non enim semper ita con- A creuisse sanguis reperitur, vt effluere non possit. Fricandæ igitur in eo tempore multis ab hominibus cunctæ corporis partes, etsi mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricandæ, supérque auferendus sanguis. Si verò non fluxerit, fricandæ, & fouendæ, donec fluxerit: vbi verò in paraplexiam desierit affectio, breui fricare expedit tempore, & fouere, déinde rursum fricare, & fouere, donec citissimè hæc desierint, dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces.

29 Posteà reficere expedit, & habita iudicationis ratione superiorem ventrem, si non leuetur, purgare: inferiori verò, si non B deiecerit, clysmum iniicere. Coctum déinde asinæ lac dabis, bibétq; heminis duodecim non minus: & si virtus tolerauerit, sexdecim magis.

Ab ea, quæ per sanguinis missionem fit, vacuatione, refici hominem, roborarique præcipit: vt si nihil leuatus videatur, ad eam, quæ per superiores partes, id est, per vomitum fit, purgationem agatur. Verùm purgans medicamentum neque nominatim perstrinxit, neque ipsius fecit delectum. Nempe quòd ad morbi magnitudinem, virtutísque robur respicientes, vel album veratrum, vel ex aliis, quæ vomitum cient, quicquam exhibeamus, nemo ambigit. Quæ autem de aluo inferiore dicta sunt, clara existunt, expositorísque C haud indiga. Neque admirationi sit lactis copia, cùm antiquis omnibus ita fuerit assuetum. Quòd autem lac asinæ propter humiditatem exhibeant, suprà est dictum: atque amplius, quòd non spissetur epotum, veluti quæ crassa sunt. At cum eo mellis quippiam, salísque miscere oportet.

30 Synanchus, id est, angina, fit cùm hyeme, veréque fluxio multa, & viscosa ad iugulares defluxerit venas, plurimámque hæ propter latitudinem traxerint fluxionem. Cùm autem & frigida, & glutinosa fuerit, spiritus obstruit permeationes, D sanguinémque coercens, quæ vicina sunt, inspissat: sanguinémque ipsum immobilem reddit, & constantem, quippe cùm frigida natura sit, & obstrictoria, ob id suffocantur liuente lingua, atque in rotundum acta, flexáq; propter eas, quæ linguæ subduntur, venas. Nam præcisa vua, quam nonnulli cionida, id est, columellam vocant, vena vtrinque crassa apparet. Cùm igitur hæ oppletæ fuerint, linguæ, quæ ob siccitatem & sicca, & spongiosa existit, innituntur. Lingua autem vi ex venis humidum accipit, atque ex lata rotunda, ex be-

ne co

ne colorata liuens,ex molli dura,atque ex facilè flexili flectenti contumax efficitur. Eam ob causam citò iugulat, nisi citò aduersus eam pugnaueris. Sanguinem ergo ex brachiis detrahes,mox venas,quæ sub lingua sunt,secabis, deinde medicamentis quibusdam delinitu commodis vteris, calida exhibebis gargarismata, caput abrades,ceratúmque tum collo,tum capiti circumpones. Lanísque circunuolues, mollíque spongia ex aqua calida expressa fouebis:bibet autem aquam,& mulsam,non frigidam, cremorémque assumet, vbi ex iudicatione in tuto fuerit.

Siue synanchon dicere volueris,siue cynāchon,vel alterum quidē horum synanchen,alterum verò cynanchen,siue vtrunque synanchen vocaueris, duas synanches sciueris esse rationes. Nempe ad curationem nominibus opus nobis non est. Consueuit siquidem eam docere longè melius, quàm ii, qui in nominibus falsa enuntiant. Subscribam autem tibi compendiosè doctrinam ipsius peculiarem, suscepto ita exordio: Fluxionum,quæ ex capite deferuntur,quædam substantia tenues existunt,aliæ ex crassis, viscosísque humoribus constant. Quæ igitur tenues sunt, hæ latis penetratis venis in angustioribus detinentur. Tales autem sunt, quæ summum guttur ambiunt. Contrarium autem in crassis contingit, quòd non ingrediantur vniuersas, quæ strictæ admodum existunt venas, antè scilicet in capacioribus detentæ. Cùm igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores, pars in tumorem attollitur,veluti summum guttur ex aliis, quanquàm summi gutturis, quàm faucium strictiores multò existant venæ.Corpus autem totum vacare excrementis debet, & non plethoricum esse, geminam ob causam. Nempe tum ob eam, quæ à vacuatione est, reuulsionem, tum quòd vacuato corpore cùm à parte affecta quod influit expellimus,id faciliùs suscipiet,nihílque, si calido aliquo euaporare volueris, à corpore ipso parti calfactæ mittetur. Corpus igitur totum vena secta vacuare oportet,& purgatione, & clysteribus. Verùm adfectas partes medicamentis adstringentibus, quæ profluentes retrudant humores, atque ex infarctis, qui non admodum infarcti sunt, & glutinosi, & crassi, calidísque acribus, quæ contentos in membris passis digerant humores. Venæ verò, quæ sub lingua sunt, eam, quæ faucibus est,phlegmonem sine medicamentis vacuant. Sed quoniam humorum crassi alii, glutinosíque sunt, acrioribus propterea indigent medicamentis, quæ scilicet & secare, & in tenuia diuidere, & tum glutinosa, tum crassa confringere possint. Præterea & ad exteriorem superficiem reuellere oportet circumpositis collo,quæ attractoria polleant facultate, medicamentis.Nempe colli superficiarias partes, quàm imas, affici est melius, quòd spiritus quidem, cùm inspirationes fiunt, ad fauces, guttúrque summum irruat, & cùm expirationes fiunt, per ea foras deferatur. Sæpius verò quæ ad partes prædictas procedunt fluxiones, eæ ad partes quasdam alias exprimente natura transmutantur,atque interdum principio ita deferun-

A tur, vt rursum aliæ oriantur tum faucium, tum summi gutturis fluxionum differentiæ. Quòd autem quæ ad cutem recesserunt, iis, quæ in profundum decubuerunt,multò faciliora curatu existant, constat omnibus. Commune tamen in vtrísque tum collo, tum capite, à quo fluxiones fiunt, auxilium tibi fit. Sermo hic synancharum species, & causas, & affectos locos, & curationes docuit. Neque si vel synanchen, vel cynanchen, vel synanchon, vel cynanchon appellaret, fuit solicitus. Qui igitur librum hunc scripsit, neglectis nominibus, omnes, qui tum in faucibus, tum summo gutture existunt, arctántque respirationem, affectus synanchos appellitans, duas horum species esse ait, alteram quidem, quæ à glutinosa, frigidáque fluxione facta sit, quam pituitosam vocare possis. Alteram verò à calida, acríque, quam si picrocholam, biliosámque simpliciter appellaueris, non
B peccabis. Priorem autem fluxionem in latiores decumbere venas ait, biliosam etiam in tenuiores peruenire ostendens. Cætera dictionis sunt manifesta. Ad ea autem, quæ retulit, conuertas animum oportet, & si primùm non intellexeris, bis, & ter lege, & intelliges: ego autem ad secundam synanchi speciem transibo.

31 Cùm æstate, vel autumno fluxerit ex capite calida,& nitrosa fluxio,quasi ab anni tempore tum acris,tum calida fuerit, atque huiusmodi sit,mordet,hulcerat, spiritu implet, orthopnœam parit, siccitatémque multam, prætereà quæ intuen-
C ti apparent, haudquaquam tumentia videntur.

Quo modo, & quam ob causam hæc fiunt? Nimirum à calidis, & acribus. Priorem siquidem fluxionem, quæ pituitosa est, hyeme, vel vere defluere ait, hanc autem secundam in autumno, aut æstate. In aliis anni temporibus ex proportione, vt anteà est dictum. Orthopnœam autem huic superuenire anginæ generi ait, quæ insignis nota est angustiæ, partem ex iis, quæ respirationi subseruiunt, aliquam fatigantis, vt suprà est demonstratum. Quod si hos amplissimè aperire os volueris, linguámque repressetis, cohibuerísque, vt, quæ in faucibus sunt, inspectare queas, nullum sanè præter naturam tumorem,
D vt in antè dictis inuenies, quod scriptor explanauit, cùm inquit: Prætereà quæ intuenti apparent, ἰσχνὰ, id est, non tumentia videntur. Nempe quod in faucium meatu inflammatum est, non videtur: quantum autem ex apertis videtur, id omne citra inflammationem existit, partésque non tument. Nempe hæc vox ἰσχνὸν, tumenti præter naturam interdum opponitur. Quam vocis huius nunc dictam significationem ignorantes nonnulli, dictionem ridiculè exponunt. Alii autem transmutant, velut hi, qui ad hunc scribunt modum: Prætereà quæ intuenti apparent, ἄχροα, id est, decolora videntur. Cæterùm ita affectis fit interdum vt & fluxionis partem recipiant summo gutturi vicini, atque à tergo siti, ordinatíque musculi, vbi & gula, siue stomachus, qui sæpius & ipse afficitur. Post hoc itaque in præsenti dictione scriptum quoque est, quod sequitur.

Tendi

32 Tendines quoq; ceruicis posteriores contenduntur, apparéntque tetani modo intendi.

Quod deinceps dictum est, magis adhuc summum guttur affici ostendit. Nempe & vocis generationem in ea animalis absolui parte est demonstratum. Quapropter inquit,

33 Vóxque ἀπέῤῥωγε, id est, abrupta est, & spiritus paruus est.

Nempe vox omnino ἀπέῤῥωγε, id est, ἀπόλλυται, id est, disperiit, abruptáque est, passo, vt dictum est, summo gutture. Respiratio autem parua redditur propter meatus angustiam. Recensetur autem in commentariis De difficultate spirandi, quod breuior tempore sit, & interuallis frequens, quod scriptor in hunc enuntiauit modum,

34 Spiritúsq; reuulsio frequens, & violenta accedit.

Spiritum, & eam, quæ inspirationi succedit, expirationem, & eam, quæ expirationi succedit, inspirationem dixit. Ex vtroque enim frequens redditur spiritus. Nam ita affectis, quæ inspirationi succedit quies, breue tempus habet, similiter & quæ expirationi succedit ante inspirationem. Demonstrationes horum in libris De spirandi difficultate enarratæ sunt.

35 Talibus arteria hulceratur, incenditúrque pulmo, neque externum aerem admittere intrò queunt, quibus nisi ad exteriores partes malum sua sponte perferatur, hi grauiùs, ineuitabiliúsque habebunt, & propter anni tempus, & quòd à calidis, acribúsque id sit humoribus.

Arteriam quoque hulcerari iis, qui ita affecti sunt, dictum est, & propter humoris acrimoniam: sed pulmonem ardere viduatum, destitutúmque ait, doctrinæ veræ sermonem coniungens, copulánsque. Nempe in commentario De vsu respirationis demonstratum est animal in respirationis priuatione non ob substantiæ penuriam perire, sed quòd calor natiuus tum refrigerio, tum ventilatione destituatur, quapropter non immeritò qui immoderatior existit, pulmonem accendit. Hanc igitur anginæ speciem tum grauiorem, tum ineuitabiliorem esse priore ait, tum propter antè dicta, tum quòd æstiuum, autumnaléque sit anni tempus, & quòd ex acrioribus oriatur humoribus. Qua efficitur ratione, vt ea, quæ cum coniunctione est, dictio, melior sit, quàm ea, quæ sine coniunctione est. Significat autem ab iis, quæ anteà dicta sunt, & propter anni tempus, in quo fit, & propter humorem, à quo oritur, maioris esse periculi secundam anginæ speciem. Non est ergo simpliciter scribendum quòd tum grauior, tum vitatu difficilior sit propter anni tempus. Quòd si & absque coniunctione scriptionem seruare quis voluerit, coniunctionem eam ita subaudire oportebit, vt si in dictione esset. Multa siquidem atque alia apud antiquos defectiuo modo scripta reperiuntur.

A 36 Si febris hominem præhenderit, vetere excremento non descendente, vel nuper cibatum, siue cum lateris dolore, siue non, is quieti tantisper permittendus, donec cibus primùm ad ventrem imum descenderit.

Dictiones quoq; huiusmodi ea, quę libro De victu in acutis morbis apponuntur, Hippocratis scripta nō esse ostendunt. Non enim qui perfectè de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat, eum rursus hîc pauca apponere oportebat.

37 Sumat autem in potu oxymeli. At cùm grauitas ad lumbos vsque descenderit, tum vel clysmum dare, vel medicamento purgare oportet. Atque, cùm purgatus fuerit, sorbitionem primùm, mox aquam mulsam, deínde cibaria, & coctos pisces ministrare, vinúmque quod aquosum sit, & exiguum noctu, interdiu verò dilutam mulsam. Cùm verò flatus malè olentes fuerint, balanus, vel clysmus confert: si non, bibentē oxymeli tantisper cohibere oportet, donec ad inferiorem aluum descenderit: deínde clysmate subducere conuenit.

C Indefinitè, indistinctéq; dictum est, quanquam quod hîc scriptum est, definitè, distinctéque in legitima libri huius parte dictum sit, & quę post id, vsquequo piscium meminit Hippocrates, quoniam adhuc de languentibus in libro ipse agebat, & non iis, qui ex morbo reualescunt. Cætera dictionis manifesta sunt.

38 At si liquidam aluum habenti causus superuenerit, si tibi purgatio idonea videatur, eam non tribus primis diebus adhibebis, sed quarto.

Quòd intempestiuè quidem hic de causo egerit, prædictis scilicet in principio tum differentiis, tum curationibus, nemo est qui ignoret. Nempe & dictiones ex mente sunt Aphorismi illius, Cocta medicari, & mouere, non cruda, neque in principio, nisi turgeant. Plurima verò non turgent. Quidam aliter scribunt causos ab initio medicari volentes, vt dictio talis sit, Intra tertium diem adhibebis. Expedit igitur non omnino à tertio medicari die: sed, vt Aphorismus canit, In acutis morbis raró, & in principiis, medicamento purgante vti. Rem ergo secundum Aphorismorum mentem definire oportet, scrutaríq; cùm in principiis purgatione vtendum sit, & cùm morbi coctio expectanda sit. Qui autem vel in principio simpliciter dixerit, vel neutrum definierit, fallitur.

39 Cùm autem purgaueris, sorbitionibus vtitor, obseruatis ita febrium accessionibus, vt nunquàm, cùm adsunt, neque cùm futuræ sunt, exhibeas: sed vel cùm

cessant,

ceſſant, vel quieuerunt, & maxime à principio receſſerunt. Frigentibus ergo pedibus, neque potum, neque ſorbitionem, neque aliud quippiam huiuſmodi dabis. Sed maximum exiſtimato, ſi id tantiſper obſeruaueris, donec valde incaluerint. Deinde ita quod confert exhibe. Frigiditas ſiquidem pedum, parte plurima febris acceſſuræ ſignum exiſtit: quo tempore ſi quid porrigas, maximè prorſus peccabis. Nempe & morbum non parum augebis. At verò cùm febris deſierit, contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt. Nempe cùm augetur, pedes perfrigerat: incenſáque ex thorace ad caput flammam mittit. Calore igitur toto ad ſupernas partes concurrente, atque ad caput expirante, non abſque cauſa pedes frigeſcunt: vtpote qui natura, & carne vacent, & neruis abundent, præthereà & à calidiſſimis ſeparati locis perfrigerantur, ſeſe ad thoracem colligente calore. Rurſum & cùm febris ſoluitur, & in minutas redigitur partes, calor ad pedes ex proportione deſcendit. Quo tempore caput, & thorax refrixerunt, atque ob id ſorbitio danda. Nempe cùm pedes frigidi fuerint, venter de neceſſitate calet, faſtiditque cibum, intenditur hypochondrium, iactatur propter internam turbationem corpus, mens fixa non eſt, dolet æger, lancinatur, vellicatúrque, vomere affectat: &, ſi mala vomuerit, dolet. Ergo cùm calor ad pedes deſcenderit, curritque vrina, & ſi non ſudet, omnia ceſſant: quo tempore ſorbitionem dare expedit: nam aliàs pernicioſa exiſtit.

De particulari cibi miniſtrandi tempore dictum quidem eſt paucis in legitima libri parte: ſed æquè & nunc prolixiùs, manifeſtiúſque dicitur, quaſi ſermo præſens alterius ſit explanatio, ſeruata Hippocratis mente, quam tum in cæteris dixit, tum in eo, quòd febrem ex thorace accendi, atque in caput flammam mittere ait.

40 Quibus autem aluus per febres perpetuò liquida eſt, his pedes maximè calfaciens, ceromatíſque contegens, atque faſciis obuoluens, ita attende, vt reliquo corpore frigidiores non ſint: ſi verò A pedes calent, calorificum nullum exhibe: ſed ne frigeſcant, obſerua. Potu autem eſt vtendum quàm minimo, aqua frigida, vel mulſa.

Διὰ τέλεως, idem cùm διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, ſemper, & perpetuò ſignificat. At cùm multi exiſtant affectus, in quibus per totum malum aluum liquidam eſſe contingit, fieríque nequeat vt curationem habeant vnam, quomodo ſæpius eſt demonſtratum, tantum abeſt vt ex dictione quicquam vtiliter dicatur, vt etiam iacturam facturus ſit, qui ſcriptum curationis modum in affectibus multis iuuare crediderit. Nam, vt cætera omittam, cùm aluus liquida eſſe poſſit, tum propter ventris phlegmonem, tum propter contabefacientem, colliquantémque febrem, frigidæ B potus phlegmone contrarius eſt: colliquantibus verò febribus conuenientiſſimus, eo, quod didiciſti, tempore exhibitus.

41 Quibus per febres aluus liquida eſt, & mens turbatur, horúmque multi floccos vellunt, naréſque fodiunt, & parum quidem interrogatis reſpondent, ſed ex ſe nihil, quod compoſitum ſit, dicunt: talia his melancholica eſſe arbitror. His igitur ita habentibus, ſi venter liquidus fuerit, ac colliquuerit, ſorbitiones frigidiores, craſſioréſque exhibendas eſſe puto: poC túſque, qui ſiſtant, vinoſioréſque, quàm adſtringentiores.

Phreniticorum ſanè reliqua ſunt ſymptomata. Sed venter quidem interdum cum phrenitide liquidus efficitur, non tamen id propriè ipſi ineſt, quapropter liquidam aluum diſtinctè curare expedit. Phrenitim verò alia ſeorſum perſequi ſanatione. In ea autem, quã author ſcripſit, ſanatione nullo pacto animi intentionem ad phrenitidem dirigit: ſed curare eum magis velle arbitror affectionem quandam ex ventris quidem parte aliqua prodeuntem, ſed caput ita ad condolentiam trahentem, vt ex ventris affectu deſipiat. Talia autem non rectè melancholica eſſe dictum eſt. Magis enim ea à flaua proficiſcuntur bile, cohiD bita aluo.

42 Quibus item febribus vertigines à principio, & capitis pulſus ſunt, & vrina tenuis, his adiudicationes vſque febris acceſſionem expectare oportet. Quòd ſi delirent quoque, nil mirum.

Cùm caput circumagi videtur, δῖνος, id eſt, vertigo, vocatur affectio: cùm autem & tenebricoſa ſimul fuerit viſio, σκοτόδινος, id eſt, tenebricoſa vertigo appellitatur: fit autem ob inordinatã ſpiritus flatuoſi motionem, qui vel in capite localẽ habet generationẽ, vel ſurſum ex infernis fertur partibus. Omnes autem ſpirituum huiuſmodi generationes turbationem indicant: ob quas & cum ſymptomatis tumultuoſis iudicationes fiunt.

fiunt. Scire etenim oportet affectiones huiusmodi medium quodam modo obtinere tum earum, quæ periculo vacant, tum perniciosarum. Conatur siquidem caliditas natiua corporis humores tum dissoluere, tum effundere: sed tenuare ipsos, & per inuisibilia foramina excernere non potest. Cùm verò perfectè languet, neque soluere incipit, atque ob id spiritus flatuosus non summè languente natiua caliditate ortum habet. Aegrè igitur valere periculo omni vacat. Natura siquidem morbo superior existit. Verùm maximè ægrè valere lethale est. Natura enim non parum à morbo vincitur. Cùm autem non vincitur, prædicta fiunt symptomata, atque posteaquam languerit, iudicationes absoluuntur, aliæ ad salutem, aliæ ad mortem. Pulsus autem, qui in capite fiunt, id est, sensibiles arteriarum motiones, caliditatis multæ symptomata existunt. Ob quas sæpenumero deliria fiunt. Ad hunc itaque modum vniuersim habentibus, quæ dicta sunt, cùm vbi quis parum valere cœperit, ab vrinarum quidem tenuitate cruditas morbi iudicetur, caput autem flatuoso impletum esse spiritu significent vertigines cum pulsibus, scire oportet Naturam haudquaquam quiescere: sed interdnm contentos in corpore prauos humores ita aggredi, vt à bonis eos separet, atque quouis modo excernat, vel ad eam, quæ minùs præcipua sit, reiiciat partem. Prædictus igitur sermo ad antè dictorum prænotionem, præsensionémque maximè confert. Nempe interdum ab initio mali febres quidem moderatæ fiunt, sed symptomata huiusmodi caput infestant, propter contentorum in corporis ventre humorum calorem, atque exhalationem. Sanè capitis solius quouis aliter modo habentis caliditatem, balneum iuuabit, ptisanæque cremor pro sorbitione satis erit. Verùm cùm spiritus calidus, flatuosúsque ob humorum prauitatem ad caput fertur, lauare hos non confert. Tutò igitur singula hæc facienda sunt. Distinctio autem affectionum vna sola est ex vrinarum cruditate & concoctione, quorum author rectè meminit, inquiens: Vrina tenuis, quod sæpius cruditatis signum esse est pronuntiatum. Quo fit, vt nullus sit medicus, qui in morbis huiusmodi negligentiùs vrinas contempletur.

43 Quibus principio vrinæ & nebulosæ, & crassæ existunt, hos, annuentibus cæteris, purgare conuenit. Quòd si vrinæ inter initia tenues fuerint, tales non purgabis: at si videatur, clysterem exhibebis. Tales enim ita curare conuenit.

Siue iis, quæ in antè dicta oratione relata sunt, hæc coniungit, siue non, quod ex ipsis vtile quis habere commune potest, quòd scilicet corporis purgationem prorsus vitare oporteat, cùm in humoribus adest cruditas, id manifestauit, inquiens: Vrinæ tenues, tanquam crassæ coctionis notas habeant, in ipsa adeò substantia, & hoc verbum νεφελοειδέα, id est, nebulosæ, vrinas significat nebulas habentes. Nempe nigras adiecisset, si nos eas audire voluisset. Multa siquidem nomina communia citra distinctionem dicere consueuerunt, cùm id, quod in significantiis rerum melius est, declarare voluerint. Sic sanè cùm iudicationes ad salutem fuerint, simpliciter dicunt, iudicatus est. Defuncto verò iudicato non simpliciter efferunt, sed hoc totum iudicatus obiit. Præterea cùm quis excretam bilem simpliciter dixerit, pallidam, & non ni-gram intelligimus. Sic certè, & impræsentiarum A vrinas nebulosas audire oportet eas, quæ albas habent nebulas, quæ coctionis notæ existunt. Quoniam igitur cocta medicatur, ob id & nunc ita scripsit libri huius author. Tales autem ita curare confert. Nihil autem de sanguinis missione locutus, ea particulatim enarrat ex ordine omnia, non quòd interdum ita habentibus, sanguinis missione opus non sit, sed quòd nunc sola alia docere velit. Nempe de sanguinis missione abundè suprà est dictum.

44 Corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere oportet, mulsámque aquosam bibendam, & ptisanæ cremorem vesperi sorbendum dabis. B Ventrem ab initio clystere duces: sed medicamenta purgantia non admouebis. Nempe si ventrem moueris, vrina non maturabitur, febrísque citra tum sudorem tum iudicationem in longum protrahetur tempus.

Sermonem quoque hunc percurrit, scopum in eo habens, eam, quæ cum moderata calfactione sit, quietem. Cremorem autem ptisanæ ab initio elargitur, quòd mulsa ad vigorem vsque, & iudicationem sufficere non possit. Morbus siquidem crudus est, & longè absunt concoctiones. Præterea mulsam, quæ aquosa sit, adhibet, proptereà quòd aquam per se, & solam nihil boni habere demonstratum sit. Vesperi autem pti- C sanam mauult exhiberi, quàm mulsam. Nempe cùm antea in legitima libri huius parte didicerimus, ptisanam mulsa posteriùs exhibendam, melius fuisset & nunc ita dicere: Mulsam quidem priùs, posteriorem verò ptisanam exhibe. At verò cùm vesperi, pro posteriùs dixerit, particulariorem efficit doctrinam, & non vniuersaliorem. Cur autem eos purgare haud velit, in quibus summa inest cruditas, causam recensuit epilogisticam magis, quàm analogisticam, quam recensere ad eum spectat, qui, quod fit, sola, citra Logicam demonstrationem, experientia nouit. Dogmatici autem viri erat docere quam ob causam purgantibus nobis ita habentes non coquatur vrina, febrísque sine sudore, & iudicatione perseueret. Perfectiùs quidem, & diligentiùs alibi hæc omnia sumus contemplati: sed D impræsentiarum quod præsenti enarrationi prodesse possit, summatim dicemus. Tu ergo animum ad me conuerte. Cùm facultates, vt scis, quatuor sint, atque inter eas non minimè valeat alteratrix, per quam dispensatis ab ea corporibus Natura alimentum adsimilat, coctio hæc nuncupatur nutrituræ substantiæ permutatio secundum qualitatem existens. Natura igitur adsumpto in ventrem, deuoratóque alimento, à cæteris quidem motionibus cessare debet, vt soli, quod coquendis cibis deputatum sit, operi vacet: sed auxilio externo aliquo indiget, si aliquando imbecillior reddita fuerit, quo modo & in ea humorum, quæ in venis fit, concoctione contingit. Quiete quidem indiget sequentem ante caliditatem, quòd calfactum, frigefactúmque, vel exiccatum, & humectatum sit, singulis horum alio & alio tempore factis. Ob id igitur, qui hæc scripsit, hominem curari voluit quieti permissum, vnctum, & æqualiter vestimentis obuolu

obuolutum. Nempe aduerſus vim febris humiditatem eam, quo vnctionibus comparatur, remedium eſſe putauit. Prætereà & neque valenter calfacere, neque perfrigerare, ſed tepefacere, quibus maximè indigent, quæ coquuntur, maturánturque. Quòd ſi hæc coctioni humorum conferant, purgationes contrariæ exiſtunt. Nempe corpus vehementer mouentes frangũt. Tali ſiquidem virtute prædita ſunt omnia, quæ purgãt medicamenta. Hæc eſt ergo cauſa cur purgationes coctionibus aduerſentur. Ad eam autẽ, quę ſermoni huic continuatur, ſeriem pergamus.

45 Cùm iudicatio propè fuerit, ſorbitionem ne dederis, ſi perturbetur: ſed cùm perturbatio deſierit, atque in melius profectum ſit. Obſeruandæ autem febrium omnium iudicationes, ſorbitionéſque hoc auferendæ tempore.

Mentem Hippocratis etiam hoc in loco ſeruat, qui librum hunc ſcripſit. In principio quidem mulſam, & ptiſanæ cremorem exhibens, &, cùm propè eſt iudicatio, cremorem tollens.

46 Conſueuerunt febres hæ protrahi, & impetuoſos humorum de loco ad locum illapſus habere, ſi quidem infernæ partes frigidæ fuerint, circa aures & collum. Si verò non fuerint frigidæ, alias mutationes habent. Nempe fluit è naribus ſanguis, & ventres hi turbantur.

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis eſt, his iure optimo protrahuntur febres, quæ ante coctionem ſolui nequeunt. Quòd autem tales per impetuoſos humorum de loco ad locum illapſus iudicentur, ſæpius iam eſt dictum. Rariùs autem & per excretionem ſolutiones horum fiunt. Vtrum autem in ſuperiore corporis parte, vel inferiore abſceſſus ex his humorum illapſibus generabitur, quæ hîc dicuntur, iis, quæ in Prognoſtico ſcripta ſunt, concordant, conſentiúntque.

47 Quibus febres graues, & implacidæ ſunt, & hypochondria contendunt, iacentéſque ægri ſeſe continere nõ poſſunt, atque extrema frigeſcunt, abſolutiſſima tum diligentia, tum cuſtodia indigent: eóſque ita degere oportet, vt nihil præter oxymeli aquoſum tangant: ſorbitionem autem non dabis, donec ſeſe malum remiſerit, & vrinæ maturentur.

Ἀσώδεις febres apppellat, in quibus ægri ἀσῶνται, id eſt, grauiter afficiuntur, atque implacidè, moleſtéque habent: difficilis autem tolerantia, atque implaciditas, inquietatióque ſequitur interdum febrem immobilem, & æſtuoſam, ſæpius quoque & ſtomachi malitiam. Os autem ventriculi ita me dicentem audi. Incœpit ergo à febribus ipſis, ἀσώδεις, id eſt, graues, & implacidas

A inquiens, & hypochondria contendentes, déinde ad febrientes pertranſiit. Nam quòd iacentes ſeſe continere non poſsint, de febrientibus eſt dictum, veluti & quòd extrema refrigerantur. Iacentes autem ſeſe non continere, grauiter languentium, atque difficulter ferentium, implacidorúmque, & inquietorum nota eſt. Extrema autem frigere, magnæ viſcerum phlegmones, quæ ex craſsis ſuccis orta ſit, vt anteà demonſtrauimus, cùm de ſecunda cauſi ſpecie ageremus. Quòd ſi vehemens frigus fuerit, quòd virtus valde imbecilla ſit, iam tibi coniectura eſt. Non immeritò igitur ita languentes plurima tum cuſtodia, tum diligentia indigere ait. Porrigit autem & ipſis non abſque cauſa oxymeli, vtpote craſſos, glutinoſóſque propter humores fatigatis. Adiecit autem ſermoni, aquoſum tanquam contrarium illi, quod his exhiberi ſolet, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acrius

B longè illis eſſe conuenit, quod propter longã in diſtributione ad affectã partẽ delationem de neceſsitate ſoluatur virtus: his verò tale hypochondrio incurſat, quale epotum eſt. Nullo autem pacto ſorbitionem ita habentibus dare priùs, quàm morbus ad maturitatem deductus fuerit, indiſtinctè eſt pronuntiatum: ſeruantibus nobis quod edocuit Hippocrates. Adiiciendum ſermoni: ſi æger ſuffecerit: quod, vti manifeſtum, fortè prætermiſit.

48 Iacere autem in conclaui obſcuro debent, & lecto valde molli, diúque poſitum eum ſuſtinere, & quàm minimè ſeſe proiicere, & iactare. Nempe id tales maxi-

C mè iuuat.

Nunc decubitum obſcura in domo non tanquam maturatorium auxilium, ſed tanquam difficilis tolerantiæ, inquietationíſque, quæ ob ἄσην, id eſt, moleſtiam, angorémque fit, correctorium voluit. Gratia cuius & lecti mollis meminit. Tentare autem ſe ipſum nõ proiicere, ſed conquieſcere, laboranti modo vtroque commodat, tanquam & morbi totius cõcoctionem iuuans, & virtutem ipſam conſeruans.

49 Hypochondrium autem lini ſemine illines, cauebíſque ne cùm apponitur, æger horreſcat: ſit autem ſummè tepidum ex aqua & oleo coctum.

D Mollit lini ſemen, ídque habet vt non manifeſtè calfaciat, quæ maximè expoſtulat phlegmone omnis. Et ſanè tactu tale ipſum præparat, quale & ſecundum virtutem eſt, perquàm tepidum ipſum adhibere præcipiens. Cæterùm aquæ, & olei miſtura tepidam generat caliditatem, mollítque, & mitigat, vtpote moderatam habens facultatem. Cuius potiſsimùm eſſe debent, vt demonſtrauimus, quæ & maturant, & per halitum digerunt.

50 Coniectura autem colligere oportet ex vrinis quídnam futurum ſit. Nempe craſſiores, pallidioréſque, meliores: tenuiores verò, & nigriores, pernicioſæ magis.

Non

Non quicquid futurum ex vrinis docet, sed vel salutem, vel mortem. Salutem indicant crassiores, & pallidiores. Crassiores autem dixit, tenuibus, & non naturalibus cōparans, vt & paulò antè intelligere voluit. Neque enim crassas, neque tenues, quæ secundum naturam habent, dixeris, si rectè volueris interpretari. Porrò tenues, & nigræ, deterrimæ sunt. A tenuibus siquidem solis, morbi cruditas indicatur. Nā quod exactè tenue est, id aquosum est, quapropter & album. Sed prænotiones ex vrinis, in commentariis Prognostici dictæ sunt.

51 Si autem mutationes habent, tempus indicant, morbúsq; de necessitate modò ad peius, modò ad melius permutat inæqualitatem.

Nempe si id & in laborantibus obseruaueris, verè hominem ex vrinarum varietate in longius decidere tempus reperies, atque medias incurrere permutationes. Plures nanque significantur affectiones, quæ non eadem egent curatione, neque æqualem habent solutionis præfinitionem.

52 Inconstantes febres, donec constēt, sinere oportet: vbi autem constiterunt, victu, & curatione conuenienti occurres, quod naturale est contemplatus.

Febres inconstantes dixit, in quibus nihil καθεστηκὸς, id est, constans, quietúmque existit. quod significat τὸ βέβαιον, id est, certum, compertúmque. Sunt autem certa, quæ in periodis, & vrinis apparent. Insupérque in exactis febrium speciebus. Sed periodi omnino non apparent primis diebus: vrinæ verò superueniunt aliàs aliæ, & sępenumero ter, quatérq; interdiu, & noctu meiere contingit. Dissimilésque inter se apparent vrinæ. Formam ergo talis febris inconstantem esse ait, quod idem est périnde atque diceres, non exactè formam vnam seruantem. Exposui tibi exactas febrium formas & in commentariis De febrium differentiis, & in secundo Iudicationum libro. In huiusmodi itaque febribus non in principio victu vti præcipit: sed sinere, donec qualísnam sit febris, cognoscamus, & tunc victus formam præfinire.

53 Sunt autem facies ægrotantium multæ.

Ὄψιας, id est, facies dixit, quasi differentias, vel modos, vel species. Aegrotantium verò, pro iis, qui ægrotantibus fiunt, morbis. Nempe sæpius est demonstratum, eam esse antiquis omnibus consuetudinem, vt à pathematis ad patientes, & à patientibus ad pathemata transferant appellationes: quasi febrium, vel febrientium differentias dicere nihil referat. Sic & pleuriticorum, vel angina laborantium, aut pleuritidis, vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis contemplantes reperimus differentias.

54 Quo fit vt animaduertere debeat medicus, ne quampiam manifestarum causarum ignoret.

Quòd manifestas causas Græcè προφάσεις appellet, didicimus, & sanè nunc eam de his appellationem ferre constat. Infert igitur:

A 55 Neque eas, quæ ad ratiocinationē spectant, neque quæ in numerum parem, vel imparem apparere oportet.

Quasi causarum alias quidem manifestas absque ratione artificiosa cognoscant omnes, alias verò soli, qui ratione artificiosa vtuntur. His quoque & attendendum ait, quas in numerum parem, vel imparem apparere oportet.

56 Maximè verò numerus impar est obseruandus. Nempe hi dies in hanc, vel illam declinantes partem reddunt.

Dies impares multa pollere virtute non simpliciter, sed in acutis morbis est intelligendum, quòd insi-
B gnes in vtranque tum salutem, tum mortem mutationes efficiant: id enim significat vocabulum, quod Gręcè ἑτεροῤῥοπίας, id est, huc & illhuc declinantes dixit. In acutis quidem hi sunt, tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, & decimusseptimus. In lōgis, sexagesimus, & octogesimus. Medii horū sunt vigesimus, trigesimusquartus, & quadragesimus. Impares autem & hi sunt.

57 Obseruare autem oportet primum diem, quo æger parum valere cœpit, principiúmque vnde, & quando inspicere: existimatur siquidem id scitum præcipuum. Cùm autem ægrum interrogaueris, atque omnia fueris perscrutatus, in primis qui-
C dem quónam habet caput modo, si dolore careat, nihílque graue in se habeat, deinde si hypochondria, latúsque dolore infestentur, si videlicet hypochondrium laboret, vel attollatur, vel obliquitatem habeat, vel satietatem, aut latus doleat, simúlque cum dolore tussicula fuerit, vel tormina, dolórve ventris: cùm, inquam, horum quippiam hypochondrio aderit, potissimùm ventrem clysmis soluere oportet: bibat autem mulsam calidam, coctám-
D que. Ad hæc perdiscendum, si cùm exurgit, defectu animæ corripiatur, & si facilè spiret. Inspiciendum quoque vtrúmne deiectio nigra admodum colore fuerit, vel syncera, qualis sanorum existit, & si febris exacerbet die. Nempe in huiusmodi morbis, tertianæ considerandæ sunt exacerbationes, conspicienda præterea & alia, & si quarta dies tertiæ quippiam simile attulerit. Nam tunc æger in periculo est. Quantum autem ad signa attinet, nigra deiectio mortem indicat. Quæ verò sanæ similis, cùm omni die apparuerit, salutem.

Obser

Obſeruandam in primis ait primam eſſe diem, in
qua morbi cauſam cognoſci iubet. Nempe hæc ora-
tio ἐξ ὅτου καὶ ὅτε, id eſt, vnde, & quando quíſnam ſit
morbus indicat. Interrogari autem præcipit, in pri-
mis quidem quónam modo habet caput, mox hypo-
chondria, déinde latus: hypochondria quidem ſi do-
lor quiſpiam afficiat, vel attollantur, vel quandam ha
bent σκολιότητα, id eſt, ἀνωμαλίαν, id eſt, obliquitatem,
ſiue inæqualitatem, quod in Prognoſtico hac dictum
eſt oratione: Si inæqualiter affecta ſunt dextra, ac ſi-
niſtra parte. Vel ſi κόρον habēt, inquit, quod ciborum
repletionem eſſe arbitror. Interrogari quoq; & alia,
quæ in dictione habentur, iubet. Déinde hypochon-
driis ita affectis ſoluere aluum clyſteribus præcipit,
mulſámq; bibere calidam, & coctam. Sed indiſtinctè
hæc locutus, déinceps ſcribit. Ad hæc perdiſcēdum,
ſi cùm exurgit, defectu animi corripiatur, & ſi, inquit,
facilè ſpiret, quod defectu animi correpto opponi-
tur. Conſpiciendam præterea iubet deiectionem, v-
trúmne nigra ſit, vel ſyncera, & inculpata, qualis in
inſanis eſſe videtur: veluti & ſi febris tertio exacer-
bet die. Et ſi his ita habentibus quarta dies tertiæ
quippiam ſimile in acceſsione attulerit, periculoſam
eam eſſe aſſeuerans. Nempe quartam diem, quæ ſepti
mæ index eſt, rem nouam edere ex grauibus eſt notis.
Rei autem nouæ editio, deſignatióque patet omni-
bus. Nam ſi prima die, & tertia fiat acceſsio, & ſecun-
da facta haudquaquam fuerit, quòd quinta acceſsio-
nem habitura ſit par eſt, & non quarta: quapropter ſi
quarta habuerit, mali cuiuſpiam alterius generationē
demonſtrat. Si autem & nigra deiecerit, mortem indi
cat fore. Tu autem multa ex dictis prętermittēs, me-
moriam rei huius habe. Nam ſi prima & tertia die
proportionalem attulerit acceſsionem febris, atque
nouiter quidem quarta paroxyſmum fecerit, ſed æ-
ger nigra deiecerit, ſignum eſt lethiferum. Quòd
ſi diebus omnibus ſanis ſimilia deiecerit, ſalutem æ-
gro ſpera.

58 Cùm autem venter glandi non
obedierit, ſpiritúſque tùm placidus, tum
quietus fuerit, ſurgénſque æger in ſedem,
vel, dum in lecto eſt, animæ defectu corri-
piatur: ſi hæc vel mari, vel fœminæ inter
initia fuerint, delirium fore expecta.

Confuſa eſt dictionis huius intelligentia. Nempe
vbi glans nihil profecerit, videtúrque æger placidus,
quietúſque eſſe, ſi vtiq; &, cùm exurgit, defectu ani-
mæ corripitur, delirium expectandum: perperàm di-
ctum eſſe mihi videtur, cùm rei huic neq; experien-
tia, neque ratio patrocinentur, quanquàm tale quip-
piam aliquando fiat. Prænotiones tamen non eo-
rum ſunt, quæ raró accidunt, ſed eorum, quæ ſemper,
vel magna ex parte.

59 Manus quoque contemplari opor-
tet. Nam ſi tremulæ fuerint, huic ſanguis è
naribus profluet.

Sermo quoque hic neq; quod perpetuum eſt, ne-
que quod magna ex parte fit, ſed quod raró accidit,
docet.

60 Nares quoq; inſpiciendæ. Nam ſi
per vtranq; ſpiritus æqualiter trahatur, &
ſi multus ex ipſis feratur, conuulſio fieri cō
A ſueuit: quæ ſi fiat, propinqua mors eſt, quã
prædicere pulchrum fuerit.

Cùm tremunt manus, nempe ita dicere expedit, ſi
ſpiritus multus per vtranq; narem feratur, conuulſio
nem ſuperuenire ait. Conſueuit autem ita appellare
conuulſificam affectionem, quæ in muſculis naris
pinnas mouentibus fit.

61 Si in febre hyemali lingua aſpera
redditur, præhendántque animæ defectio-
nes, huic tametſi febris remitti conſueuit,
in eo tamen, qui per famem fit, cruciatu,
conſeruare ægrum oportet, & aquæ, mul-
ſæque potione, & ptiſanæ cremore, neq; fe
bris quieti eſt fidendum. Nempe qui ſigna
B huiuſmodi habent, his mortis periculum
impendet. Ergo cùm hæc noueris, optimé-
que contemplatus fueris, ita prædicere pul
chrum fuerit.

Sunt qui febrem hyemalem ſimpliciter intelligāt
eam, quæ in hyeme fit, alii eam, quæ hyemi natura pe
culiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti æſtiua ex
ipſa bile. Si ergo, inquit, in huiuſmodi febre lingua
aſpera fuerit, atq; animæ defectus, eam periculoſam
eſſe eſt fatendum, atq; ob eam rem febrium quieti fi-
dendum non eſt, ſi cum prauis fiant tum ſymptoma-
tis, tum ſignis, veluti impræſentiarum cum animæ de
fectu, & linguæ aſperitate. Non negligenter itaq; ait
regendos ægros, aquámq;, & mulſam, & ptiſanæ cre-
morem exhibendum. Sed ſanè hæc pugnare videntur
C aduerſus id, quod fame cruciandos dixerit. Nam hu-
iuſmodi cruciatus, qui Græcè λιμοκτονία dicitur, ma-
ximè quidem abſtinentiam omnimodam ſignificat:
aut ſi non, ſaltem eam, quæ in potibus ſolis fit, victus
rationem. Sic ſanè & mulſam, & ptiſanæ cremorem
dare permiſit. Videtur ergo eos ob id fame crucian-
dos dicere, quòd qui remiſsiones huiuſmodi quietiſ-
ſimas habent, longo ita tempore in his morētur, pro-
trahántque, vt falſi, circunuentíq; nonnulli validio-
rem miniſtrauerint alimoniam, & potiſsimùm ob a-
nimæ defectionem. Quo fit vt ad victum hunc is,
qui per mulſam, atque ptiſanæ cremorem multis fit
diebus, rectè dictus ſit ex fame cruciatus, vel inedia.

62 Cùm autem in febribus quinta die
D terrificum quippiam fuerit, vel venter re-
pentè liquida deiecerit, & animæ defectus
præhenderit, vel vocis priuatio, vel con-
uellatur æger, vel ſingultiat, ex his angi,
grauitérque affici conſueuit, ſudoréſque
circa tum muſtacem, tum faciem, tum cer
uicem ab occipitio eſſe conſueuerunt.
Qui autem hæc patiuntur ſpirituoſi pau-
lò pòſt morientur.

Ex iis, quæ per obſeruationem empiricè à medicis
ſcripta ſunt, quædam talia exiſtunt, id eſt, ex ſemel,
aut bis conſpectis modi vniuerſalis adnotationem
habent, tanquam ſæpenumero in eiſdem & ſimiliter

considerari possint. Tale autem quiddam & id est, quod nunc dicitur. Nempe contemplatus ægrũ quendam liquida quædam deiecisse, atque animæ defectu præhensum, vocéque priuatum, alium verò conuulsum, & posteà vel ambos, vel alterum ἀσώδη, id est, anxietate plenum, grauitérque affectum, partésque, tum faciei, tum colli sudantes, déinde obiisse, hæc scripsit quòd signorum Empiricorum concursum existimaret. Sed sanè hæc possunt & stomachicam prægredi syncopen, fiérique valent & propter copiam oppressa virtute, vel ea ipsa alio languente modo. Vnumquodq; siquidem eorum, quę dicta sunt, per se malum est, nedum si omnia concurrunt. Nempe ex repentinis deiectionibus deficere animam periculosum est, veluti & voce priuari, & angore plenum esse, partibus verò tũ faciei, tũ capitis dúntaxat sudare non bonum. Quo igitur modo hæc tum multa, tum mala exi stunt, sic & alia, quæ in Prognostico scripta sunt. Potéstque quispiam hæc inter se connectens videri nouum quippiam docere. Quòd si & dictionem obscuram, ambiguámque veluti ænigma sermoni miscuerit, iam plebeiis, & ex ea sapientior esse videbitur. Admirantur siquidem plebeii, quæ non intelligunt. Viro autem, qui superuenientia symptomata ab eorum, quæ morbum indicant, cõcursu distinguere nouit, sermo is varius quidem depræhendetur, sed inutilis. Népe pathognomonica syndrome (ita enim Græci symptomatum ægritudinem indicantium concursum vocant) morbi speciem demonstrat. Superuenientia verò symptomata mansuetudinem ipsius, & malitiam, eúmque qui singulorum horum symptomatum vires didicit, quæ apparent, tum æstimare, tũ inter se comparare oportet. Et siquidem tum fortiora, tum plura videntur, quàm bona mala, hominem in periculo esse est sciendum. Verùm si bona malis, & fortiora, & plura fuerint, de ægro bene sperandum. Quod te facere iubet & ipse Hippocrates. Nempe in Prognostico singulorum, tum symptomatum, tum signorum vires particulatim docuit, atq; circa libri finem ita ait: Oportet autem eum, qui rectè sit, tum cõ ualituros, tum morituros prædicturus, præterea & in quibus ægritudo pluribus diebus, & in quibus, paucioribus permansura sit, signa omnia perdiscere, atq; æstimatis eorum inter se viribus, vt scriptum est, ferre sententiam. Signorum autem vires æstimari præcipit, atq; ex ipsis prænoscere quídnam futurũ sit. Vbi ergo bona malis permista fuerint, viribus quodã modo paria, æquáque, exercitato est opus viro, qui in operibus ea sæpenumero fuerit contemplatus. Vbi verò omnia vel mala, vt nunc, fuerint, vel bona, cuiuis patet quid futurũ sit. Cùm enim deiiciente aluo deficere animã signum per se malũ sit, pari modo & malũ vocis priuatio, si præterea æger neruorũ distentione confligetur, vel singultiat, vel anxietate refertus sit, manifestius indicabit periculũ. Si præter hęc & aliud quodpiam malum superuenerit signum, vt circa faciem, ceruicémque sudores, atque adhuc quæ nunc à scriptore huius libri dicuntur, nullo, quod bonum sit, malis permisto signo, quòd talis de necessitate ex signorum malorum aceruatione morietur, notum euadit. Adiectum autem in fine dictionis πνευματωθέντες, id est, spirituosi facti, tãquam ænigma, ceu quippiam eorum, quæ de necessitate fore non reclamant, quicquid significet, siue spirituum copiam, quibus venter inflari possit, siue magnam, & frequentem respiratio nem, quam sanè his, quas comitatur, affectionibus haudquaquam bonam esse didicimus, veluti, & eam, A quæ ventris est. Quapropter vestiganda alia signa nõ sunt, his de necessitate antegredientibus. Ex his enim, & non veluti ex nonnullis, quæ casu eueniunt, futurorum secura quædam fit prænotio.

63 Quibus per febres crura tuberculis afficiuntur, eáque tractu temporis, manente etiamnum febre, non maturuerint, faucibúsque haudquaquam tumentibus irrepserit suffocatio, non maturuerint, inquam, sed extincta sint, iis sanguis è naribus fluere cõsueuit: qui si multus fluxerit, morbi solutionem portendit: si non multus, morbi prolixitatem. Quare quò mi- B nùs fluxerit, eò deterius, & prolixius erit malum. Quòd si & alia facilia fuerint, pedum dolore sunt expectandi, qui si pedem affecerint, & dolorosus perseueret, inflametúrque, & nõ leuetur, dolores pòst paulò ad ceruicem peruenient, clauiculámq;, & pectus, & articulum. Nempe & hic tuberculosus fieri debet. Quibus extinctis, si manus vel contrahantur, vel tremulæ fiãt, talem neruorum distentio compræhendit, & desipientia, superciliis oriuntur, quæ φλυσάκια vocant, ruborésque ægrum habent, & ex palpebris altera ad alteram ger- C minat: dura præhendit phlegmone, tumet vehementer oculus, & delirium valde crescit, intenditúrque, atq; noctu magis, quàm interdiu indicatur. Signorum autem multa fiunt in numero impari magis, quàm pari. Vtro tamen horum fiant, perniciosa superueniunt.

Qui librum hunc confecit, is hæc omnia, quæ dicta sunt, déinceps inter se cõtemplatus vniuersalem quendam particulari ex obseruatione sermonem temere fecisse mihi videtur. Melius siquidẽ erat, si quo Hippocrates modo in epidemiis morbis scribere cõ D sueuit, is ita fecisset, præfatus quidem ab initio patiẽtis nomen, déinde dies, in quibus singula, facta sint, narratione assecutus, vt & in ipsis, quæ nũc dicta sunt, symptomatis facere potuit. Nempe in cuiuspiam cruribus orta sint tubercula, eáque non recipiant maturitatem, febriat quoque is, & suffocationem incurrẽs ab his liber sit tuberculis, existimabit profectò quis sursum factam humorum, qui crus infestabant, transmutationem, quæ in horum transitu suffocationem homini peperit. Si ergo talis euasurus est, profluere per nares sanguis poterit. Qui si multus fuerit, morbum soluit: si non, protrahetur ægritudo. Et si reliqua bene fiant, succedántque, rursum ad pedes decũbere huic dolor poterit. Quod ita factum esse statuatur, veluti ex his hominem πυριφλεγῆ factum esse, quod caliditatem multam circa pedem manifestare consue

consueuit, vel febrem multam, igneámque, & flagrantem. Et si post hæc non soluta fuerint symptomata, reuersa iterum ad superiores partes humorum copia dolores pariet in collo, clauicula, humero, & pectore. Vt autem huic omnia hæc absq; ratione contigerunt, (nempe id extincta esse fuit) ita manus tremulas factas esse statuatur: déinde neruorum distentionem, quòd ad neruosas partes decubuerit humorum copia, principiúmque ipsorum præhenderit, vnde desipientia, subsecutam esse. Contemplatus igitur author quendam ex iis, qui ita affecti sunt, φλυκτάινας, id est, pustulas in superciliis habentem (nempe id significat φλυξάκια) omnibus ita habentibus futurum symptoma hoc temere pronuntiauit. Idémq; de iis, quæ continuata serie scripta sunt, sermo existit. Nempe quod vni ita affectorum, vel duobus factum est, id ad omnes extendens, ait & ipsos rubores habere, & ex palpebris alteram ad alteram germinare, duram quoq; fieri phlegmonem, & vehementer tumere oculos. Quorum cætera quidem cuiuis patent, sed ex palpebris alteram ad alteram germinare est ambiguum, vtrúmne significare voluerit, quandam ex parte earũ exurgentem consertionem, vel carnosam quandam generationem, ab altera quidem enascentem, sed ad alteram sese extendentem. At verò si rei huius quo pacto inuentio quippiam vtilitatis afferret, de ea amplior, fusiórque mihi facta esset scrutatio.

64 Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauerit: si non, à medicamentis abstineto. Verùm si murmurauerit, fuerintq; excreméta biliosa, scammonia mediocriter purgato. Quantum verò ad aliam pertinet sanationem, quàm minimè exhibebis tum potus, tum sorbitiones, vt melius æger habeat, nisi remissione facta decimamquartam fuerit egressus.

Sanationem prædictæ concursionis scribit, quam nominatim perstringere mihi, vt dixi, non placet, cũ etiam & sanatio nihil commune habeat præter ea, quæ sæpius antè sunt enarrata. Ait siquidem considerandam aluum, quam per murmurationes cognitam, purgandam esse præcipit: & si biliosa deorsum repãt, scammoniam biliosa expurgantem exhibet. Quod verò ad reliquum sanationis attinet, sorbitiones valde exiguas ministrari præcipit, quousq; remissione facta decimumquartum pertransierint diem, qua oratione morbum ante decimumquartum diem coqui non posse significatur.

65 Cùm febricitanti decimoquarto die vox intercepta fuerit, tantum abest, vt morbus celeriter tum solui, tum discedere consueuerit, vt etiam diuturnitas ipsi indicetur. Cùm ergo in eo die apparuerit vocis interceptio, morbus protrahitur.

Dictio hæc his superfluit, qui mala symptomata maiori prædita esse facultate didicerunt, cùm in diebus iudicatoriis apparent. Nempe qui librum hunc scripsit, nunc in re vna, quæ decimoquarto diei est particularis, hoc est, vsus vniuersali. Nempe vt Galen.

A diebus cæteris iudicatoriis, sic & decimaquarta, si malum aliquod symptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Adnotare autem oportet quod futurum est, neq; simpliciter, neq; vt res tulerit, sed cum distinctione. Nam si ex signis bonis, quæ maiorem habent efficaciam, laboranti adfuerint, longiori tempore saluari æger poterit. At si nullum tale fuerit, morietur, nequeunte morbi concoctioni satisfacere virtute. Qui igitur hæc scripsit, prolixiorem omnino fore morbum malè pronuntiauit. Nempe & is citò mori potest, cui vox decimoquarto die interrupta est, si cum sæuis aliis notis factum fuerit hoc symptoma.

66 Cùm febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, ventérque liquida biliosa deiicit, talis delirare consueuit. Sed obseruare, & assequi euentus oportet.

B Id quoque & in alio quodam die apparet, verùm si quarto apparuerit in primis periculosiorem septimum fore demonstrat: id est, quæ illo die futura sunt.

67 In acutis morbis quæ æstate, & autumno fit, repentina sanguinis destillatio, robur, multámque in venis inflammationem significat. Itémque quòd postero die vrina tenuis apparebit. Et si æger ætate floruerit, fuerítque corpore ob exercitationes bene carnoso, vel melancholico, vel ex potatione manus tremulæ fuerint, C delirium, vel conuulsionem prædicere bene est.

Dictio quoq; hæc symptomatum multorum, quæ non in ægro omni coeunt, conueniúntque, implicationem, permistionémque habet: quo fit vt & inutilia sint, quæ ad hunc scribuntur modum, cùm doctrina ab vniuersalibus recipiat commoditatem, quo Hippocrates modo facere consueuit. Dictum autem est vniuersalium quædam perpetuam quandam habere virtutem, vsúmq; alia verò vt plurimum. Quòd si anceps quippiam, vel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile censetur. Quæ igitur recensuit, particulatim contemplemur, atq; ante omnia quod primò est dictum. In acutis morbis, quæ æstate, & autumno fit, repentina sanguinis destillatio, robur, & multam in venis inflammationem indicat. Melius siquidem erat, D quòd robur venas curatione egere indicaret, pronuntiare. Nouimus enim quòd sanguinis è naribus stillationes malum semper quippiam esse ait, propterea quòd natura quidem concupiat quod superfluum est excernere, sed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel sanguinis crassitiem, vel partium densitatem, vel quædam ex his, vel propter omnium cõcursum. Cùm autem malum semper hoc signum sit, magísque quòd primis tum æstatis, tum autumni temporibus virtutem ipsius intendi contingit, (nempe in eis diebus flaua redundat bilis, ambiénsque nos aer calidus est: quo fit vt sanguinem vtranq; ob causam, bene fluentem esse oporteat) magnitudo quædam causæ indicatur, propter quam fluere inhibetur, quam robur esse ait, fortè densitatem ita appellans. Quòd porrò ita

affecti venarum curatione egeant, nondum ostendit priùs, quàm adstruat quàmnam dicat curationem, nec tamen dixit. Prædictionem præterea primam dixit, quòd scilicet postero die vrina tenuis apparebit, non solo eo die de necessitate crudis apparentibus, verùm quoq; & aliis præcedentibus. Conuulsionem quoq; & desipientiam fore ait, si laborans ætate floruerit. Præterea & exercitati, & bonæ ipsius carnositatis meminit, & temperamenti. Nempe melancholicus, nomen est temperamenti. Huc adde quòd ex potatione eum manus habere tremulas ait: hæc sanè symptomata possunt inter se complicari, permiscerique, non tamẽ de necessitate, quibus magna ex parte succedent desipientia, & conuulsio.

68 Etsi paribus quidem diebus superuenerint, melius: in iudicatione autem perniciosum, nisi multus abundè effusus sanguis viam redundantiæ fecerit, vel per nares, vel per sedem, vel per abscessus, vel ad hypochondriorum dolores, vel ad testes, vel ad crura. Coctis autem his, viæ patent sputis, vrinæq; excernuntur crassæ, læues, & albæ.

Gemina est scriptio in hoc verbo ἐπιγίνεσθαι, id est, superuenire: vna quidem scripta per τ elemẽtum tertia syllaba, altera per γ. Verùm siue per priorem scriptionem ægros diebus paribus ἐπιτείνεσθαι, id est, intendi dixerit, siue secundum posteriorem prædicta symptomata diebus paribus, ἐπιγίνεσθαι, id est, superuenire affirmauerit, non continuò existit & melius: quanquàm id dixit. Neque enim si pares fuerint, intueri oportet, sed si & iudicatorii. Nempe quartam, quæ par est, & ipse ex ordine paulò antè maximam habere facultatem asseruit. Cæterùm quod deinceps dicitur, verum existit. Nam si sanguis multus, quouis modo id fiat, excretus fuerit, salutis spem habet. Præterea & per abscessum ipsos, & per commutationem seruari ait: abscessum quidem ferè sua peculiari appellatione declarans. Sed commutationem cùm ait, ad hypochondriorum dolores, vel ad testes, vel ad crura. Differunt autem inter se, quòd ἀπόστασις, id est, abscessus iudicationem infert, ægrúmque à molestiis omnibus liberat: μετάστασις autem, id est, commutatio, aliarum habet principium accessionum, offensionúmq;, vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali corporis locus, ad quem infestantiũ humorum facta sit cõmutatio. Eam ob causam adiecit: Coctis autem his permeationes fiunt sputis, vel crassis vrinis, læuibus, & albis. signa coctæ commutationis edocens ex coctis, tum sputis, tum vrinis.

69 Febri singultuosæ laserpitii succum, oxymeli, daucum tritum propina, galbanúmque ex melle, & cyminũ in eclegmate, sorbendúmque ptisanæ cremorem dato. Talis autem euadere non potest, nisi sudores superuenerint iudicatorii, & somni æquales, vrinæ'q; exierint crassæ, & acres, aut in abscessum confirmetur morbus.

Λύγγας & λύγγὸς, id est, singultus appellare consueuerunt. Sunt autem motiones quædam stomachi conuulsificæ, quas quidem fieri aiunt propter immoderatam, vel inanitionem, vel repletionem. Quæ si pro A pter inanitionem fiant, ferè sanationem non recipiunt: si verò ob repletionem fuerint, ab iis, quæ infarcta secant, abstergúntq;, sanantur medicamentis. Quo è numero sunt, quæ hoc in loco scripta sunt. Videtur autem & nunc morsus is fieri propter acrimoniam stomachum mordentem, vt cùm quispiam piperis plus, vel simile quippiam deuorarit. Et sanè fuerunt ex febrientibus, qui in singultu rodentem, acerrimúmque vomuerunt humorem: à quo tandem symptomate sunt liberati. Verùm febris huiusmodi nequaquam singultuosa appellatur. Nempe vt singultuosa vocitetur, permanere ampliùs debet singultus, vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerbare. Febrem hanc per sudores iudicatorios, somnósq; B æquales, vacuatásque vrinas, tum crassas, tum acres sanari ait, talibus quidem vel excretis, vel in abscessum confirmatis.

70 Coccalus, id est, nux pinea, & myrrha in ecclegmate exhibeantur, bibántq; oxymelitis perquàm exiguum.

Scriptum quoq; & inordinatè hoc est. Commodiùs siquidem fecisset, si paulò antè in ea orationis parte, qua eos sanauit, quibus tum thorax, tum pulmo per sputa expurgari debent, id scripsisset, & non febri singultuosæ adiecisset. Et sanè quod dicitur, obscurũ est, & claritate destitutum. Nempe κόκκαλος ab ipso dictus, non ita, sed κῶνος magis ab antiquis Græcis appellitatur, veluti à recentioribus medicis propémodum omnibus στρόβιλος. Consueuit autem ex eo ecle- C gma conficere, vbi maximè pinguis fuerit, id est, vbi multam circunfusam habuerit, quæ peculiaris sit, resinam. Coquunt autem fructum hunc in aqua cũ prassio recenti, mox decocto mellis exiguum miscent, coquúntque iterum, donec mellis accipiat crassitudinem. Quo ad hunc modum confecto medicamento, vtimur ad thoracis, pulmonísque expuitiones. Quo autem modo & alia quædam medicamento huic sæpius immittunt, ita & authorem libri huius myrrham immittere verisimile est, quod posteà velut compendio manifestauit, inquiens: Coccalus, & myrrha in eclegmate exhibeantur. Potest autem & ipsos, qui eduntur, cωnos cum myrrha exhibere, atque huic fortasse mel non perperàm medicamento misceri intellexerimus. Sunt qui dictionem hanc ab antè scripta separant, seorsúmque scribunt: alii finem antè scriptæ principium huius efficiunt hoc pacto: Si autem abscessus confirmentur, coccalus & myrrha in ecle- D gmate exhibeantur, vt morbis in abscessum cõfirmatis ea medicamẽtum esse intelligamus, quod à ratione alienum censeo, propter id, quòd ita infertur: Bibántque oxymelitis perquàm exiguum. Nempe in singultuosa febre formidandum acetum præcipit ratio. In his verò, quæ in abscessum confirmantur, nequaquam. Eam ob causam sunt, qui dictionem hanc quadantenus quidem anteà scriptæ coniungant, copulántque: sed quadantenus separant, atq; adiecta coniunctione Autem, ita scribunt: Si autem in abscessum firmetur morbus, tanquam de singultuosa antè dicta febre id dictum sit. volẽte authore si in abscessum aliquando firmari contigerit singultuosam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copiosam oxymelitis vitare potionem. Syllaba autem vltima verbi huius στηρίζει, id est, firmetur, siue per ζ literam scribatur, siue

ſiue per ξ, nullam, quę inſignis ſit, facit ſermonis mutationem.

71 Quòd ſi ſupra modum ſiticuloſi fuerint, bibant aquam hordei.

Quòd potum hunc tanquam ſitim adimentem exhibeat, eſt manifeſtũ. Sed melius feciſſet, ſi priùs quónam pacto parare hordeum oporteat, enuntiaſſet, vtrúmne ſimpliciter madefacere, vel ex eo zythum, vt huius temporis homines, conficere, vel quouis alio parare modo.

72 In peripneumoniis, & pleuritide ita conſiderare oportet, ſi febris acuta fuerit, ſi dolores lateris, vel alterum, vel vtrunq; infeſtent, & ſi æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret, tuſſéſque adſint, & ſputa educantur, rufa, vel liuida, vel & tenuia, & ſpumoſa, & florida, & ſi quippiam aliud diſcrepans habeat ab his, quæ illis fieri ſolent. Hunc ſic degere oportet.

Pleuritidis, peripneumoniæq; tum magna, tum effatu digna quidē omnia in legitima libri huius parte ſunt definita, diſtinctáque: ſed quæ medicis omnibus patent, ea ſunt prętermiſſa. Talia autem ſunt, quę impræſentiarum ab authore ſcribuntur. Et primùm quidem à veteribus Empiricis appellata ſyndrome, quam veteres affectibus confidentia ſymptomata appellabant: ſi videlicet febris acuta, dolórque lateris, vel alterius, vel vtriuſq;, & potiſsimùm qui in expiratione fit. Nempe id eſt, Et ſi æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret, tuſſes adſint, & ſputa educantur, rufa & liuida, & tenuia, & ſpumoſa, & florida, & quouis aliter modo præter ſolitum euariantia. Nempe hoc ſignificat inquiens: Et ſi quippiam aliud diſcrepans habeat: præter ea omnia, quæ in pleuriticis, ac peripneumonicis apparere ſolent, ea quæ his contingunt, dicit. Hunc ſic degere oportet.

73 Si dolor ſurſum penetrauerit, vel clauiculam, vel mammam, vel brachium, venam brachii internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte.

Rurſus & in præſenti loco partis legitimæ ſententiam elaborat: quoniam in ea prætermiſſum eſt, quod ſimul cum dictis intelligitur, adiicítque illud, venam ſcilicet ſecandam recto à latere dolēte tramite: quod expoſuit inquiens: Venam brachii internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte. Sed manifeſta vſus breuitate, orationem negligentiùs percurrit. Nam venam cubiti dicere debuit, cùm venam brachii dixit.

74 Sanguinémque auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore: ampliúſq; non veritus, ſi dolor acutus fuerit, ad animi vſq; defectionem detrahet.

Rurſus hoc in loco plus, quàm mediocriter ſcopos detractionis ſanguinis omnes recenſere conatus, quoſdam ſilentio præteriit. Neq; enim virtutis meminit, neq; ſanguinis mutationis, nec verò regionis, nec conſtitutionis aeris. Plus autem auferre, atq; ad animi vſq; defectionem id audacter agere prçcipiēs, deliquit ſanè in dictione, cùm adiecit, quam ob cau-

Galen.

ſam audere cōueniat. A Nempe quòd dolor acutus ſit, plus quidem ſanguinis vacuamus: ſed fluere ſinimus, non quia acutus ſit, ſed ob alia: vtpote ſi virtus robuſta fuerit, floruerit ætas, ſanguis adundauerit, & laborantis natura tum denſior, tum durior, atq; ægrè magis perſpirabilis, & ſanguinis copioſi fuerit, anni etiā tempus, & aeris conſtitutio temperata: ſit ſanè & regio. Nempe quòd ad animæ vſq; defectionem ſanguinem auferre non vereamur, nobis ex his accidit.

75 Clyſterem poſteà exhibebis.

A ſanguinis miſsione clyſterem exhibere iubet. Sed melius erat adieciſſe diſtinctionem Hippocraticam: ſi non ſponte probè deiecerit aluus.

76 Si dolor ſub thorace fuerit, valdéque infeſtauerit, pleuritico ventrem medicamento ſubpurgabis, nihílque, dum purgabitur, dabis: à purgatione autem oxy- B meli: veruntamen purgans medicamentũ quarto die miniſtrabis, tribúſq; primis diebus clyſteres exhibebis: quibus ſi non leuetur, ad hunc purgabis modum. Cuſtodies déinde ægrum, donec ad febris priuationem, & ſeptimum peruenerit diem: qui ſi in tuto eſſe videatur, in primis exiguum, tenuémque cremorem, eúmq; melle conditum dabis: ſi verò facilè ſputum educat, & facilè ſpiret, lateráque non doleant, ſenſim craſsiorem, copioſiorémque, & bis C die miniſtrabis.

Pleuriticum nominauit id, quod ad Hippocrate in legitima libri huius parte eſt dictum: vbi ita habentes pleuriticos purgat: facit autem id duobus modis. Quarto verò die medicamentum indiſtinctè pronuntiauit. Neq; enim omnino aliquod remediorum huiuſmodi ægro iniungere oportet, deſumpto à numero dierum ſcopo. Sed, quod Hippocrates recenſuit, eſt exequēdum. Nam vel ſtatim ab initio priùs, quàm in partem aliquam confirmentur humores, medicādum, vel poſteà, cùm ad maturitatē perducti fuerint: Quam ob cauſam & prima interdum die, & ſecũda, & quarta, & interdum quinta medicamenta dedimus, & non in quarta ſolùm, quomodo is dixit.

77 Quòd ſi non facilè liberetur, potio- D nis minus, ſorbitionem exiguam, cremorémque tenuem, & ſemel exhibebis: atque eo, quo meliùs degit, tempore, quod ex vrinis depræhendes. Nempe in iſtiuſcemodi morbis ſorbitio ante vrinarum, ſputorúmque concoctionem danda non eſt. Quòd ſi purgatus multa deiecerit, dare oportet: minus tamen, & tenuius. Non enim ob vacuationem dormire, neque concoquere poterit ſimiliter, neque iudicationes ſuſtinere. Verùm vbi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ renituntur reiecta,

nihil obſtabit.

De particulari cibi exhibendi tempore agens Hippocrates, & libri huius author in iis, quæ ſuprà ſcripta ſunt, eam, quę tum in thorace, tum in pedibus eſt, caliditatem animaduertendam eſſe voluerunt. Nempe vrinarum conſideratio ad vniuerſalem victus formam, non ad particularem commoda eſſe videtur. Quo fit, vt non rectè hoc in loco tremorem tenuem ſemel exhibendum eo, quo meliùs degit, tempore, depræhendendúmq; ex vrinis. Nempe tametſi breuiſsimam in particularibus acceſsionibus ad melius inclinationem vrinæ habuerint, tempus tamen huiuſmodi non vſqueadeo protrahitur, vt has recondamus, expectemúſq; vtrum nebulas vel ſublimes, vel ſubſidentes habuerint. Hæc ſiquidem non pauco fiũt tempore. Atqui in acutis morbis interdum ægri in declinationis principio de neceſsitate ſunt alendi.

78 Cocta autem ſunt ſputa, cùm puri ſimilia fuerint. Vrinæ autem, cùm hypoſtaſes erui modo ſubrubras habuerint. Cæteris autem laterum doloribus tepefactoria apponere, & ceromata nihil vetat, cruráq;, & lumbos oleo calido inũgere, & pinguedine illinire: hypochondriis quoq; ad vſq; mammas ex lini ſemine cataplaſma imponere. Vbi autem peripneumonia ad ſtatum peruenerit, quando non repurgantur, auxilium non habet: & mala eſt, ſi laborans ægrè ſpirauerit, fuerintq; vrinæ tenues, & acres, atq; ſi ſudores circa ceruicem, capútq; oriantur. Nempe ſudores huiuſmodi mali ſunt, vincente ob æſtum, impetúmq;, & violentiam ægritudine, niſi vrinæ multæ, & craſſæ prodierint, & concocta exierint ſputa. Vtrum autem ex his ſponte euenerit, ſoluit morbum.

Neq; authorem hunc de coctis vrinis ſuprà ad hũc ſcripſiſſe modum recordor, neq; Hippocratem aliter aſſerere, quàm quòd vrina optima ſit, quę ſedimentũ habet, tũ albũ, tum læue, tum ęquale. Cęterùm quę de peripneumonicis, pleuriticiſq; in orationis textura narrantur, conſpicua ſunt, tum vbi libri huius author ab Hippocratis recedit ſententia, tũ vbi maximè, vel prorſus, vel aliqua ex parte huic annuit, & conſentit.

79 Peripneumoniæ eclicton, ſeu eclegma. Galbanum, & nucleum pineum ex melle Attico dabis, vel abrotonum ex oximelite. Piper quoq;, & nigrum elleborũ vbi ferueſeceris, pleuritico etiam circa initia dolenti bibẽdum offeres. Quòd ſi panacem ex oxymelite ferueſactam, percolatámq; propinaueris, bene facies. Proderit autem & hæc hepaticis, aut ex ſepti trãſuerſi dolore affectis, atq; his omnibus, qui aut per aluum, aut per vrinas expelli deſiderant, ex vino, & melle. Verùm quæ vẽtri expurgando exhibiturus ſis, ea cum mulſa aquoſa, & multa propinabis.

Medicamentum primum, ſecundúmque ſputa educunt. Sed quod ex elleboro nigro conficitur, vẽtrem ſubducit. Quod verò ex panace eſt, quibúſnam vtile ſit recenſuit.

80 Dyſenteria, quæ ceſſauit, abſceſſum, aut tumorem aliquem pariet, ſi non ad febres, aut ſudores, & vrinas craſſas, & albas, ac valde perſpicuas, aut ad tertianas, aut ad varicem, aut ad teſtem, aut ad crura, aut ad coxam dolor decubuerit.

Sermo quoq; præſens ſine definitione, & diſtinctione eſt prolatus: quòd neq; qualem dicat dyſenteriam demonſtrauerit, neque quomodo, quæ ceſſauerit, hæc inferat.

81 In bilioſa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus, morbum ſoluit: ſi verò abſq; rigore præter occaſionem ſuperuenerit, peſtiferum.

Neq; proculdubio ante ſeptimum diem cum rigore enatus morbus regius febrem ſoluit, neq; poſt ſeptimum. Sed ſanè ita diſtinguere oportet: Febrientibus morbus regius ſuperuenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis ſymptoma. Interdum quoque & natura bilẽ per cutim excernere contendẽte, ſed nequeunte: veluti in impetuoſis humorum à loco ad locum illapſibus omnibus fieri conſueuit. Verùm in Aphoriſmis de huiuſmodi morbis regiis eſt enunciatum.

82 Lumborum tetanus, atq; in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones cùm fuerint, ſanguinis detractione ſoluuntur.

Cùm inquit propter melancholicum ſanguinem in venis redundãtem ſpirituum interceptiones fiũt, ſanguinis miſsio ſoluit, ſi interceptionem dicit ſpirituum, qui in arteriis ſunt, (nam & arterias, antiqui venas appellabant) quæ'nam alia fuerit, quàm pulſus carẽtia, priuatióq;? Grçcis ἀσφυξία dicitur. Si verò eorum, qui in pulmone ſunt, ſpirituum, interceptionẽ dicit, rurſum & appellatam apnœam, quaſi non reſpirationem dixeris, obſcurè inſinuabit. Poteſt quoque ſanguinis tum copia, tum craſsitudo non arterias modò inflare, vt permeare non poſsit, verùm quoque & propriè appellatas venas.

83 Cùm autem ob tendines vehementer in anteriorem reuelluntur partem, ſudoréſq; circa ceruicem, faciémq; oriũtur, morſis ob dolorem, areſcentibúſq; iis, qui ad ὀυραῖον, id eſt, caudam vergunt, tẽdinibus. Craſsiſsimi hi ſpinam continuant, qua maximæ enatæ copulæ ad pedes vſq; finiuntur. Is ſi neq; febris, neq; ſomnus ſuperuenerint, fuerintque ſecutæ coctionem habentes

bentes

bentes vrinæ,ſudoréſque iudicatarii, vinũ Creticum vinoſum bibat, edátq; farinam coctam. Cerato quoq; perungatur,& crura ad pedes vſq; calida in pelui madefacta, ſuperpoſito velamine cõtegantur, brachia item ad digitos vſq; inuoluantur. Spinam præterea à ceruice ad coxam vſque molli pelle, quæ pinguedine, & cera illita ſit, velabis, ita vt anteriora etiam complectatur. Et interpoſito tempore per vtriculos calida aqua infuſa fouebis,& linteo obuolues, & in conclaui cubare ægrum facies. Ventrem autem ipſum non admodũ ſolueris, niſi balano, ſi longo iam tempore ſe continuerit, ídque ſi bene tibi proceſſerit, ſatis eſt. Sin minùs, mei radicem in vino odoro tritam,& daucum manè ieiuno priùs, quàm madefeceris, propina. Poſt hæc citò farinam coctam tepidam voret plurimam, vinúmque, cùm voluerit, bene temperatum ſuperbibat: ídque ſi ad melius tibi proceſſerit, ſatis eſt: ſi non, prædicere te oportet.

Sermo quoq; hic indiſtinctè, & indiſcretè eſt prolatus, præter id quòd & nomina quædam impropriè ſcripta ſunt. Nempe ob dolorem morderi tendines, impropriè eſt dictũ, verbo hoc mordere, acribus humoribus,& non doloribus quadrante. Præterea, & quod in principio dictionis dicitur: Vehementer in anteriorem reuelluntur partem. Déinde ait: Areſcentibus, qui ad ὀυραῖον, id eſt, caudam vergunt, tendinibus, qui craſsiores ſpinam continuant. Eos, qui vſq; ad caudam protenduntur, ita vocans. Appellant autẽ ὀυραῖον, oſsis ſacri extremum. Quòd ſi partem vtrãq; tendi manifeſtare voluerit, atq; tum in anteriorem, tum in poſteriorem tetanum intẽdi, fieri ſanè poteſt: quo modo paulò antè dixit: Tetanus lumborum. Nõ tutò autem morbi facilitatem ex vrinarũ concoctione prænoſcit. Nempe tametſi febris cruditates per vrinas manifeſtè iudicentur, morborum tamen muſculos infeſtantium, haudquaquam ſecura eſt per vrinas ſignificatio, ſed hoc quidem exiguum eſt. Vinum autem his indiſcretè exhibere vtrùmne ob frigiditatem paſſus æger fuerit, an aliam ob cauſam, non exiguũ eſt delictũ: imò petulans potiùs, immodeſtúmq;. Abſq; itẽ ratione dictũ eſt, ventrẽ ſoluendũ non eſſe, niſi balano. Nempe in eiuſmodi morbis commodè interdum ſoluitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

84 Morbi omnes ſoluuntur vel per os, vel per aluum, vel per veſicam, vel per aliam, quæ talis ſit, partem: ſudor autem morbis omnibus eſt communis.

Sermo hic neq; vniuerſalis eſt, neq; communiter ineſt omnibus: neq; enim per hæc ſolum morbi ſoluuntur, verùm quoq; & per vterum,& per ſanguinis è naribus eruptionem.

Galen.

A 85 Quibus à capite fluxio eſt, his elleborum dare oportet.

Elleborum dare omnibus, quibus à capite fluxio eſt, non eſt neceſſe. Nempe interdum capiti ſoli prouidere conſueuimus.

86 Quicunq; propter abſceſſum, vel phleborrhagian, vel incontinentiam, vel aliam quampiam fortem cauſam ſuppurantur, his ne elleborum dederis: neq; etenim proderit. Et ſi quippiam afficiatur æger, feciſſe id videbitur elleborus. Si verò corpus diſſoluatur, vel caput doleat, vel oppleantur aures, vel nares, vel ſputum, vel genuum grauitas afficiat, vel corpus præter ſolitum tumeat: quodcunq; horum B contigerit, dabis: modò hæc neque ob potum fiant, neq; ob veneres, neq; ob triſtitiam, neq; ob curas, neque ob vigilias. Si enim quippiam horum cauſam fecerit, ad id curationem dirigere oportet.

Phleborrhagian, venarum ruptionẽ dicit. Quòd autem neq; ex huiuſmodi cauſa ſuppuratis, neq; iis, qui propter abſceſſum, neq; ob cauſam aliam, afficiũtur, dare elleborum oporteat, nemo ignorat. Sed qui ob incontinentiam, intemperantiámq; ſuppurãtur, perperàm in hoc recenſentur catalogo. Intemperãtia ipſa per ſe intemperantes lædente, vt redundãtia, cruditate, crapula, venere multa, vigiliis,& quibuſdã ſimilibus. Cæterùm prædicens quibúſnam elleborũ exhi C bere oporteat, inquit: Si verò corpus diſſoluatur, id eſt, fractum admodum reddatur, abſq; ſcilicet manifeſta cauſa, vel dolor in capite diuturnus,& ſolutu difficilis fuerit. Nempe & id te ſubaudire oportet in capitis dolore,& déinceps in iis, quę ſerie cõtinuata dicuntur omnibus, oppletis ſcilicet auribus, naribus,& ſputo. Adiicit & genuum grauitatem, dolorémq;, & corporis præter ſolitum tumorem. In omnibus ſiquidem iis, quæ ſine manifeſta cauſa facta ſunt, vult elleborum exhiberi. Diuertẽs autem ſermonem vniuerſalem ad particularia, inquit: Modò neq; ob veneres, neq; ob curas, neq; ob vigilias dicta facta ſint. Si enim ex horum aliquo facta ſint, pugnandum aduerſus efficientem cauſam præcipit. Quæ nam autem ex his omnibus, quæ recenſuit, verè, diligentérque dicta ſint, & quæ non, didiciſtis tum in Hippocratis libris, tum D in commentariis noſtris.

87 Dolores ex itinere ſi fuerint, lateris, dorſi, lumborum,& coxæ, & qui inter reſpirandum dolent occaſionem habentes. Sæpius enim dolores ex crapula, cibíſque inflantibus, ad lumbos, & coxam venire conſueuerunt. Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit, Horum iter cauſa eſt, corizæ item,& raucedinis.

Sine ordine hæc memorauit. Nam prædicẽs dolores ex itinere, laterum, dorſi, lumborum, & coxæ, rei inanis exhibitionem, repræſentationémque fecit,

périnde atq; quónam modo hæc curentur, esset dictu rus. Déinde facto ita additamento, Sæpius enim dolores ex crapulis, cibísq; inflantibus venire cõsueuerunt. Intulit, Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Posthæc quoq; inquit: Horum iter causa est, corizæ item, & raucedinis: acephalum, vt quispiam dixerit, id est, sine capite, & vertice rei faciẽs sermonẽ.

88 Quæ ob victus rationem eueniunt, multa quidem vnusquisq; pro non assueta victus forma maximè annotat. Nam qui prandere non consueuerunt, & pransi fuerint, his tumor ventris ingens accidit, dormitatio, & plenitudo: quòd si supercœnauerint, venter turbabitur: hi à balneo (confert enim) dormiant, expergefactíq; plures lenta ambulatione absoluant circuitus: & si ventrem exonerauerint, cœnent, parúmq; vini, sed meracioris, bibant. Si ventrem nõ exonerauerint, corpus oleo calido perungant. Et si sitiuerint, vinum aquosum albũ, & dulce bibant: si verò non obdormiant, amplius quescant. Reliquus autem talis in stituatur victus, qualis ex crapula laborantibus institui solet. Pocula aquosiora tardè meant, ac veluti in orbem agũtur, circáq; hypochondria innatant, & non decurrunt ad vrinas. Quibus qui repletus fuerit, nullum celeriter ex his absoluet opus, quæ intentum corpus vi, & celeritate cõficere po test. Maximè autem quiescat, donec cũ cibis concocta fuerint. Meraciora verò, & au steriora palpitationem in corpore, atq; in capite pulsum efficiunt. His bene fuerit, si superdormiant, calidúmq; quippiam sorbeant ex iis, quæ suauissima habent. Ieiunium enim aduersus capitis dolorem, crapulámq; malum est. Qui semel tantùm die cibum adsumunt, imbecilli fiunt, & calidũ mingunt, vtpote præter consuetum vacuati, os ipsis salsum efficitur, & amaricat, atq; in quouis opere contremiscunt, tempora contenduntur, cœnámq; non ita cõcoquere périnde, atq; pransi fuissent, queunt. Minùs igitur, quàm consueuerunt, bibant; liquidiorémq; mazam panis loco adsumãt, atq; ex oleribus rumicem, vel maluam, vel betas, & ptisanam. Dùm autem cibantur, vinũ modicè bibãt, aquosiúsq;, atq; à cœna parũ ambulẽt, donec excurrat vrina, minxeríntq;. Vtantur autem & piscibus coctis.

Totum hunc sermonem in legitima libri huius A parte abundè, tum elaboratum, tum explanatum scimus: quo sit, vt ex illis, quæ modo dicantur simili, pos sis cùm discernere, tum iudicare. Neque mihi diutiùs morari in his est necesse.

89 Cibi autem maximè notas, & indicia faciunt.

Eduliorum vim non ex ratione aliqua, sed experiẽtia iudicari conuenit. Neque hîc refert *βρώματα*, vel *ἐδέσματα*, id est, cibos, vel edulia dicere. Cæterùm qui hæc scripsit, tale quippiam ostendit per hoc verbum *ἐπισημαίνειν*, id est, notas, & indicia facere. Nempe nota corporibus, signúmq; fit (vt inquit) secundum vnamquanq;, quæ ex cibis valentibus fit, mutationem. Consequenter autem ea enumerat.

90 Allium flatum parit, caliditatémq; in thorace, capitis item grauitatem facit, & anxietatem, si & alius quispiam dolor ex B consuetudine antè infestauerit, ipsum irritat. Cæterùm vrinas ciet, éstque hoc præditum bono: eúmque, qui potaturus sit, & ebrius est, vorare allium, optimum est.

Si vnumquodq; eduliorum experientia iudicãdum sit, non rectè dictum esse videtur flatuosum esse alliũ, neq; caliditatis maioris sensum, quàm cæpam, comedentibus inferre, neq; in vlla alia corporis parte, neq; etiam in thorace, neq; similiter *ἄσην*, id est, anxietatẽ, & potissimùm vbi quis ipsum parum antè feruefactũ adsumpserit. Eduliorum autem multa corpus, si plethoricum fuerit, calfaciunt: cùm verò antè vacuatum fuerit, siccant abundé. Peccauit igitur libri huius author, qui indiscretè rem enuntiauit. Nam melius erat, vti dictum est, definire. Impræsentiarum autem simpliciter de allio censuit, sed melius fecisset, si & exiccare, & calfacere ipsum dixisset, & non flatuosum esse. C Nempe aduersus indiscretum, indistinctúmque ferre sententiam consuetudo non est. Subaudire autẽ oportet, vbi tempestiuè datũ fuerit, quod parato antè corpore manifestat. Antè autem paratur, si neq; plethoricũ, neq; cacochymum fuerit. Non rectè igitur capitis grauitatem ab eo fieri ait. Nempe si præuacuato corpore allium obtuleris, capitis grauitatẽ sanabis, partísque alterius omnis. Demiror autem quónam pacto quæ hucusq; percurrit præfatus, déinceps dixerit: Eúmq; qui potaturus sit, & ebrius est, vorare ipsum, optimum est. Videtur autem ex his neq; crapulam, neq; ebrietatem efficere, sed ab his ita præseruare, vt & grauitatẽ expellere possit, & flatus sanare. Vera quidẽ hęc dixit, atq; adhuc ex cientibus vrinas vnũ esse allium. Sed alia falsò adiecit, simúlque & pugnantia inter se dixit.

D 91 Caseus flatum parit, atque adstrictionem, cibósq; accendit, & crudum quoque, incoctúmque existit, atq; iis, qui se po tu repleuerunt, deterrimum est.

Caseus recẽs, & mollis duro, & sicco flatuosior existit, minúsq;, quàm durus, siccúsq; adstringit, id est, vẽtrem sistit. Siccus etenim, flatuosus minùs est, sed ventrem magis sistit: prætereà & siticulosus magis existit, quod ostẽdit, cùm inquit: Cibósq; accendit. Crudum autem, & incoctũ in dictionis iacet medio, quod exacta enuntiatione caret. Ostendit autem quòd crudum

dum omne, incoctúmq; in corporis humoribus contractum, ex huiusmodi eduliis fieri natum est, cuiusmodi est caseus, crudum, & incoctum existens edulium. quasi ita diceret: Caseus flatum parit, atq; adstrictionē ventris, æstuosúsque est: præterea & crudum, & incoctile est edulium, taléſq; succos generat. Ait præterea & deterrimum esse iis, qui se potu repleuerunt: quod & idiotis ipsis patet. Neq; siquidem aliàs bonum est edulium caseus, vtpote qui crassum succũ, & coctu difficilem pariat. Si verò inter bibendum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur. Grauat siquidem os ventris, primúmque corrumpitur, & alia deinceps secum corrumpit.

92 Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda, & cocta, & fricta: minimè autem vel macerata, vel viridia. His autem vtendum non est, nisi cum cibariis. Sed horum singula suum vitium habent.

Ventrem implent legumina omnia, coctúque difficillima sunt, quæ cruda existũt: fricta, flatuosa minùs, sed concoctioni non minùs renituntur. Quæ autem plurimùm cocta sunt, ea existunt moderatiora. Quod autem sequitur, in exemplaribus nonnullis scriptum est ita: Et macerata, & viridia, vt & talia præfatis vitiis sint prædita. In quàm plurimis verò non ita scriptum reperitur, sed principio altero in hunc modum: Minimè autem vel macerata, vel viridia. Viridia dicũtur, quæ sicca non sunt, neq; exactè perfecta. Macerata verò, quæ in aqua fuerint madefacta. Cæterùm leguminibus haudquaquam sine cibariis vtendum esse præcepit: cibaria nimirum eos, qui ex tritico panes fiũt, affirmans: vel simpliciter omnia, quæ quouis modo parantur, vel forsitan & alia omnia, ex quibus panes cōficiunt, zeam scilicet, tipham, & hordeum. Rustici ex milio panes cōficiunt.

93 Cicer flatum parit crudum, frictúmque & dolorem.

Sunt qui cicer scribant ob id flatuosum esse, quòd pudenda incendat. Attamen quum in fine dictionis dolorem dixerit, id ad eum referre oportet, qui propter inflationem fit, dolorem.

94 Lens adstringit, atque turbationem facit, si non detracto cortice ingeratur.

Vocem hanc ἄραδον, turbationem quandam, & veluti pugnã, quę in ventre ex discrepantibus facultate cibariis oritur, significari dixit, quo modo & nunc significat, si cum cortice adsumatur: vtpote quæ, quàm caro ipsius, longè coctu difficilior existat.

95 Lupinus inter hæc minimè mala habet.

Vocabulum hoc ἥκιστα, id est, minimè, vocabulo huic μάλιστα, id est, maximè, contrarium indicat. Lupinum autem minimè prædictorum omnium ait habere mala.

96 Laserpitii tum caulis, tum succus nonnullis quidem maximè, inexpertis verò per ventrem non descendit. Nominatur autem hoc malum cholera arida.

Laserpitii radicem homines æquiuocè cum tota A herba vocare consueuerunt: hanc & herbæ succum inexpertis, id est, inassuetis siccam generare choleram ait. Sed quę'nam ea sit, pòst paulò ipse docebit, ita inquiens: Ab arida cholera venter inflatur, & strepitus insunt. Patet ergo, spiritum flatuosum ex laserpitii ingestione colligi in ventre: est enim acre, & æstuosum. Quídnam autem significet vocabulum hoc, Nonnullis, nihil ex dictione est manifestum. Atq; ob id explanaturus quispiam, quod maximè probabile videbitur, id esse affirmabit. Nempe in talibus dicere quod ex ratione est, incertum existit.

97 Maximè autem id fit, si cum multo caseo, aut bubularum carnium edulio misceatur.

B

Siccam ab eo vocatam choleram ait maximè his fieri, qui laserpitium simul cum caseo multum ingesserũt, aut cum carne bubula. Nempe flatus, qui ex laserpitio oritur, cum opplentibus, & tardè penetrantibus eduliis mistus manet in ventre, & non descendit.

98 Bubulæ etenim carnes melancholica proritant pathemata. Nempe harum natura insuperabilis est, nec quiuis ventriculus eas concoquere potest.

Agebat quidem de laserpitii virtute, sed bubularũ carnium esum supermiscuit: factóque ad pathemata melancholica transitu, ea à bubulis carnibus proritari ait. Déinde velut assignans causas, hoc ait: Nempe C harum natura insuperabilis est. Vsus est igitur hac cōiunctione, Nempe, eorum modo, qui dictorum causas referunt. Non tamen cur à bubulis carnibus melancholica proritentur pathemata, causam dixit: quanquàm aliam quampiam communiorem dixerit, qua scilicet natura ægrè conficiatur, & valida sit. Natura enim ea insuperabilis est, quàm nullus superauit.

99 At optimè liberabuntur, qui coctis vtentur, & perquàm vetustis.

Hæc quoque sermonis textura vniuersaliorem habet admonitionem non in melancholicis. Nam bubulis carnibus, & coctis, & vetustis vti præstat: sicuti & aliis omnibus, quæ difficulter concoquuntur. At impropriè voce hac βέλτιστα, id est, optimè, est vsus. Neque enim melancholico laborantes morbo, neque homo alius quispiam, vel sanus, vel æger, optimè liberatur bubulas carnes, & coctas, & vetustas inge- D rens. Nam omnibus ipsas edentibus, hæ non bonam præstant alimoniam: bene tamen talia ingerentes cęteris minùs læduntur. Si ergo pro voce hac βέλτιστα, dixeris οὐχ ἥκιστα, id est, non minimè, sermonem reddes integrum.

100 Caprinæ carnes, quæ in bubulis mala sunt, omnia habent, & cruditatē. Súntq; flatuosiores, ructúsq; magis generãt, & choleram pariunt. Verùm quæ odoratissimæ, solidæ, & suauissimæ sunt, hæ optimæ sunt tum coctæ, tum crudæ: quæ verò suauitate omni carent, malè olent, & duræ sunt, hæ deterrimæ, atq; non recentes.

Cur caprinæ carnes bubulis vitioſiores ſint, cauſam hoc in loco dixit. Nempe cùm coctu difficiles bubularum modo exiſtant, flatuoſiores etiam ſunt, & ſæpius mouent ructus, qui malam habeāt qualitatem. Cùm verò bubulis & acriores, & calidiores ſint, ſi incoctæ maneāt, cholerā pariūt. Qua efficitur ratione, vt frigidas eas magis, quàm calidas, eſitare oporteat.

101 Optimæ autem æſtate, autumno verò penitus illaudabiles.

Optimas eſſe ait caprinas carnes, inter ſe quidem, non cum cæteris cōparatas. Oportebat igitur, quantum ad anni tempus attinet, vitioſiſſimas ob temperaturam eſſe. Contingit autem capris tempore æſtiuo meliorem eſſe alimoniam: quomodo praua ſunt, quæ herbas vorant, animalia, vbi viridem herbam non habeant. Capris autem maximè idoneā præbent alimoniam germina arborum, cauléſq;, quos à fine veris æſtas largiter, & copioſè habet. Quòd autem alimonia ad carnis bonitatem plurimùm poſsit, potes ex vulpibus certior fieri, qui autumno probatiſsimā ob vuas habent carnem. Sic paſſer, & ficedula maximè laudabilem carnem obtinent. Autumno igitur capræ nutrimento idoneo deſtitutæ, tum deterrimam, tum perquam tenuem habēt carnem. Hyeme autem meliorē ſanguinis conſequuntur habitum, naturalē intemperiē à temperatura temporis contractam corrigentes.

102 Porcelli carnes prauæ ſunt, cùm vel crudiuſculæ, vel ambuſtæ fuerint. Nēpe tum choleraceæ ſunt, & turbatoriæ. Suillæ autem carnium omnium optimæ ſunt: valentiſsimæ verò, quæ non admodū neq; pingues, neq; graciles ſunt, nec victimæ veteris ætatem ſunt aſſecutæ. Edendæ verò ſunt detracta pelle, & frigidiuſculæ.

Χοῖρον propriè appellabant veteres porcum valde paruum, vt apud poëtam reperitur,

Ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τὰ δμώεσσι πάρεστι,

Χοίρε᾽ ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν, id eſt, veſcere nūc, ô hoſpes, ſeruorum cibus porcelli ſunt. Proci etenim plus; quàm abſolutos edunt ſues. Non ſanè video quo pacto ſyalos ederent proci: (nam & ſyalos veteres appellabant ſues eos, qui perfectos, abſolutóſque ſupra eſſent) niſi quòd & ignariſsimi eſſent dignoſcendorum tum eorum, quæ facilè concoquūtur, tum ſuauiū eduliorum, quales & ſeſe oſtendebāt, cùm ventres caprarum pingui, & ſanguine plenos eſitarēt: quò ſanè quod difficiliùs concoquatur edulium reperies nullum. Caro autem optima tum ad ſuauitatem, tum ad cōcoctionem eorum eſt, qui mediam ætatem ſunt aſſecuti: veluti deterrima eſt porci vetuſtiſsimi, atq; eius, qui confeſtim à partu voratur, porcelli. Nēpe hi terreſtrium ferè omnium, quæ vorant homines, animalium, maximè humidam obtinēt carnem. Atq; ob eam rem cùm nuper genitorum caro exuperanter humida ſit, plurimam inde generat pituitam: & ſi ſubcruda fuerit, multò adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguiſsimam ſuum carnem ea, quam medii, & bene carnoſi habent, deteriorem exiſtimat, ſuſpitionē humiditatis habēs, ob quam pinguedo omnis carne ſui generis deterior tum ad concoctionem, tum nutritionem exiſtit. Quæ autem ob aſſationem ambuſtæ ſunt, tum ad ſucci bonitatem, tum ad concoctionem ſunt

A inhabiles, cholerámq; pariunt propter eam, quæ his accidit, acrimoniam. Nempe ea choleraceorum eduliorum communis eſt malitia, cùm & humida & acria fuerint. Talia ſiquidem ſimiliter corrumpūtur, ſuáq; acrimonia vaſorum eorum, quæ ad ventrē decūbunt, ora remordent: atque fluxionum earum, quæ ex toto corpore in eum fiunt, cauſæ efficiuntur. Quòd autem porcelli abſq; pelle, id eſt, abſq; cute edendi ſint, nemo ignorat. Non enim cutis animalis carni ſimiliter concoqui nata eſt, vtpote quòd frigidior exiſtat. Frigidiuſculos quoq; & hos manifeſtè edendos præcipit, calidas omnes carnes veritus, ac fortaſſe calidas frigidiuſculis tum æſtuoſiores, tum flatuoſiores eſſe exiſtimans. Ego autem in caprinis carnibus, & quæcūq; calida ſunt, ſermonem admitto. In moderatis verò tum caliditate, tum frigiditate, cuiuſmodi ſuillæ carnes ſunt, ſimpliciter indiſcretè ita dici nōn admitto. Nempe ei, qui diſtinxerit, calidæ frigidis idoneæ ma
B gis erunt.

103 Ab arida cholera venter inflatur, ſtrepitus fiunt, & dolor tum laterum, tum lumborum, nihílque aluus deiicit, ſed adſtringitur.

Choleram ab hominibus ſimpliciter appellatam ab arida per humiditatem diſtinguit. In vtraq; autem nomine communi eſt vſus: generationis modum, qui communis eſt, reſpiciēs. Vt enim cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eſorum corruptione prodierunt, ſic arida ex ſpiritu flatuoſo acri. Quo fit, vt quæ prope ventrem ſint neruoſa corpora mordeantur, intēdantúrq;, & dolorem pariāt. At cùm ſpiritus hi poſſunt interdum quidem retineri, interdum & exire, aridam propter retentos ſpiritus generari choleram aſſerere non poſſum. Nam probabilius fue
C rit, ita appellare quæ penetrant, egeruntúrque.

104 Ita affectum ne vomat ſeruato, vētérq; ſubducatur. Clyſterem ergo ex calido, & perquàm pingui adhibebis, perunctúmque in aquam demittes calidam, & quàm plurimam in ſcapha reclinans, & calida ſenſim perfundes: & ſi calfacto venter ſubducitur, morbus ſolutus eſt.

Quàm citiſsimè clyſterem exhibere, & vomitum prohibere præcepta ſunt communia omnium, quæ in ventre præter naturam continentur, & quæ, vt excer nantur, apprimè contendimus. Simili modo & calidū
D exhibere clyſterem: prouocat ſiquidem calidum, & frigidum reprimit. Clyſma autem pingue aridam propriè ſanat: quoniam & virtute contrarium eſt, ſiccitatem nimirum humectans, morſúſque leniens. Eundem habes ſcopum, ſi in ſcapha fouendo tum aqua, tum oleo & calfacis, & mitigas, ſoları́ſque.

105 Confert quoq; & huic dormire.

An eum, dum in ſcapha fouetur, dormire velit, an ſine illa, non conſtat. Quòd autem ipſum dormire per ſe cruditatibus omnibus maximo remedio ſit, conſideranti patet.

106 Bibere item vinum tenue, & vetus, & meracius.

Vinum quidem exhibet vt concoctioni adiumēto ſit: ſed tenue, vt in ventre non moretur, vetus verò

& mera

& meracius, vt calfaciat magis. Vinum siquidē omne habitum calfacit, magísque quod vetus est.

107 Oleum quoq; dabis vt quiescat, & venter subducatur, & soluitur morbus.

Oleum quæ acria sunt lenit, placátq; & siccitatem emendat, ventrémque moderatè subducit, quibus omnibus ei, qui curatur, est opus.

108 A cibis autem, atq; aliis abstineat.

Si corpori nihil desit, nulláque apponendi quippiam premat necessitas, & cruda quædam concoctionis indiga contineātur, his requie est opus, & non cibariis priùs, quàm contenta mediocriter concoquantur.

109 Verùm si dolor non cessauerit, lac asinæ bibendum, donec purgetur, dabis.

Si feceris quod dictum est, & dolor non soluatur, contristantis causæ maiorem esse acrimoniam existimandum, atq; ob id corpus purgare oportet. Lacte asini vtendum præcipit, quod purgantia inter medicamenta omnia mitius, tranquilliúsque existit: id quoque & lacte omni humidius est, & ventrem magis subducit.

110 Si venter liquidus fuerit, bilísq; excernatur, vexéntq; tormina, & vomitus, & suffocatio, quiescere his est optimum, mulsam bibere, & vomere.

An de arida adhuc cholera agat, an per se hæc intelligenda sint, non satis constat. Sed quocunq; res ierit, contineri in vētre videtur bilis, quæ acris, & elui contumax sit. Ventrem autem moderatè subducere, atq;, quæ in ventre continentur, cōcoquere molitur. Subducetur autem mediocriter aqua mulsa: & per requiem cōcoctio fiet. Qui autem in affectionibus huiusmodi sæpius valenter auxiliatur, is cacochymiam valente medicamento affatim expurgat, vires contemplatus, ægri habitum, anni tempus, ætatem, & aeris constitutionem. Quòd autem in fine dictionis dicitur, mulsam bibere, & vomere, quasi superiorē ventrem expurgari author voluerit, meliùs eum aduerbio, Non, dicetur. Nam mulsa detergendi pollens facultate, quæ corrupta sunt in naturalem præuertit viam, ídque citra oris ventris tum læsionem tum periculum, quæ per vomitum contrahi possunt.

111 Hydropum duæ sunt naturæ, quorum hyposarcidius si hominem aggreditur, vitari non potest: alter ex flatibus constat, multáq; & bona indiget fortuna. Curatúrq; tolerantia, fotu, & temperantia. Sicca autem & acria edat. Ita enim maximè tum minget, tum valebit. Si difficulter spirauerit, fuerítque anni tempus æstiuum, & floruerit ætas, viribúsq; fuerit valentibus, sanguinem à brachio tolles: deinde calidos panes ex vino nigro & oleo tinctos dabis, ísque quàm minimè bibat, & quàm plurimùm laboret, suillámque edat carnosam ex aceto coctam, vt aduersus arduas resistat inambulationes.

A Sunt qui non hyposarcidium, sed episarcidium scribant. Neque tamen anasarca, & catasarca alicubi scriptum reperi, quanquàm recentiores ita nominēt. Cùm autem hydropū naturas duas affirmauerit, atq; de posteriore flatus citra quoduis aliud symptoma dixerit, de priore autem nihil omnino, non solùm in aliquo confusus videtur, verùm quoq; & in hydropū differentiis falli apparet. Quidam ergo ex medicis quatuor hydropum differentias esse affirmant, à iusto recedentes: aduersus quos verba imprǽsentiarum facere tempestiuum non est: verùm qui hæc scripsit, manifestè defecit. Nempe hydropum vnus humidi substantia tenuis copiam in tota inferiore thoracis regione aceruat, quam aliquando perpungentes humidum euacuamus. Alter locum hunc non aqua, sed spiritu plenum habet, & ferè superiora omnia tumētia,

B hunc tympaniam appellant. Qui autem habitum totum pituitæ plenum habet, eum hyposarcidium nonnulli appellant. Quo fit, vt non exactè duas hydropū esse naturas dixerit. Neque etiam rectè protulit ἐγχειρέων γίγνεται, id est, si aggreditur. Nam veri dixisset ita scribens: Interficit autem protinus posteaquā factus fuerit. Scripta est autem ita dictio, sed perperàm ab eo, qui primùm scripsit. Alterius sanè hydropum ex flatu constare ait, sanationem scribit, quæ profectò hydropum omniū, quod cōmune est, habet. Principio autem scripsit tolerantiam, fotum, & temperantiam, calida & sicca gustare admonens, quod solius anasarca est, quem vt insanabilem prætermisit. Nempe hic solus cùm incipit, eget interdū sanguinis detractione cùm scilicet ex retentione vel hæmorrhoidis, vel

C muliebrium, vel ex quapiam, quæ ita plethorica sit causa, incœperit. Tympaniam verò, & ascitem nullus per sanguinis missionem sanare est ausus. In eo igitur, qui sanguinis detractione eget, fiat, quæ subsequens est, curatio, quæ scilicet calfacit, & siccat. Sanè libri huius author ad id, quod expedit, intentionē direxisse videtur. Non tamen rectè dixit, Si difficulter spirauerit, sanguinis eget detractione, si non propter plethoram hydropa incurrat, propè scilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate, vt igni cōtingit. Nempe vt ignis propè extinguitur immissis lignis tum humidis, tum multis, nisi quis multitudinē sustulerit: sic & in frigidiore ob copiam sanguine, vbi calor natiuus propè extinguitur, præsentissimum est remedium sanguinis missio, quo tempore periculum ita præhenderit. Perperàm itaq; dictioni apponitur, fuerítque anni tempus æstiuum. Nempe plus minus auferendi sanguinis alia quædā scopi esse dicta sunt,

D sicuti & anni tempus: auxilii verò huius, affectionis natura. Dioscorides non æstiuum anni tempus scripsit, sed vernum, virtutis exolutionem æstate adfuturam suspicatus, hyeme verò affectioni perfrigerationem. Vulgariter autem, & ineptè admodum panes calidos ex vino nigro, & oleo ei, cui sanguis est detractus, exhibet, scopum quidem verum roborandæ virtutis habens, vt exercitationum patientiis sufficere possit. Sed materiam scopo dignam non inuenit. Vinum etenim nigrum, sanguinem plurimum generat, sed tantum vt & superfluus sit, & melancholicus fiat. Verùm huic melius est vinum dare fuluum, tenue quidem substantia vt vrinas moueat: sed non ætate nouum: quo modo sanè multis contingit. Vinorum etenim nouorum nullum est fuluum, sed vel albū, vel rubrū, vel nigrū: vetustate autem fiunt & fulua, & flaua.

Atqui

At qui quàm minimum bibere, & quàm plurimum laborare rectiſſimè eſt dictum. Nempe talis viuendi modus calfacit, & ſiccat. Suillæ carnes ſi, quo dictũ eſt modo, edantur, florentibus ætate, & validis dari poſſunt. Cæterorum autem nullus eas probè coquere poteſt: vtpote qui iam probè eſt vt caloris natiui patiatur extinctionem. Melius ergo ita affectis dare quæ probè coquent.

112 Qui ventrem inferiorẽ calidum habẽt, ſubeúntq; acres deiectiones, & inæquales, hi à colliquatione id patiũtur: qui ſi valentes fuerint, reuelles elleboro albo: ſi nõ, cremorem tritici horni craſſum, frigidúmque dabis, & lenticulæ freſæ decoctum, panémque ſubcinericium, & piſces febrientibus quidem elixos, non febrientibus verò aſſos: vinum præterea haudquaquam febrientibus nigrũ dabis. Aliis verò aquã, aut à meſpilis, au myrtis, aut malis, aut ſorbis, aut palmulis, aut vitium œnante.

Excrementa his ob inuſtionem, non ob colliquationem ſubire propriè magis dixiſſet. Nam colliquatio in eo fit abſumpta, contabefactáq; propter febrem moroſam, vel pinguedine, vel molli carne. Inuſtio verò in vẽtre oritur propter acrem eorum, quæ ingeſta ſunt, caliditatem, ob quam & febrire contingit. Elleborũ præterea huic album exhibet, quod indicauit per hoc verbum ἀντισπᾶσαι, id eſt, reuellere, nempe per ventrem ſuperiorem. Si verò æger quauis ex cauſa nõ poſſit elleborum adſumere, viceritque acrimonia, edulia, & pocula dare iubet tum adſtringentia, tum perfrigerantia. Adiicit autem eduliis & quæ aſſicare poſſunt, veluti panes ſubcinericos, atque aſſos piſces. His ita, & non ſine ratione, enuntiatis, quẽnam ventrem inferiorem dicat, eſt contemplandum. Veteres enim thoracem interdum ventrem ſuperiorem appellantes, alimenti receptaculum omne, quod à ſepto tranſuerſo eſt, ventrem inferiorem nominant. Interdum autem ventrem ſuperiorem appellantes, in quem cibi adſumuntur, quæ ab eo ſunt omnia, ventrem inferiorem vocitant. Interdum quoq; & ſola, quæ craſſiora ſunt inteſtina. Sunt qui colon dúntaxat ventrem inferiorem vocant. Forſan igitur quæſiuiſſemus, quámnã, vel quáſnam ex prædictis particulis probabiliùs impræſentiarum intelligere ſperabamus, ſi effatu dignũ quippiam percepturi eramus. Sed quoniam horum inuentio nihil nos admonet magis, quàm ea, quæ ipſi & ſcimus, & diſcernimus, quòd nonnulla quidem rectè dicta ſunt, nonnulla verò non, cognitioníſque curioſitatem magis, quàm commoditatem habent; melius eſt citò relinquere, & potiſſimùm cùm huiuſmodi liber Hippocratis legitimus non ſit.

113 Si verò febris non fuerit, vexéntq; tormina, primùm quidem lactis aſinini calidi pauxillum, deinde ſenſim, paulatímq; plus bibat, & lini ſemen, & triticeam polẽtã, & fabas Aegyptias, exempto eo, quod in ipſis amarum eſt, molita, ac trita inſpergat. Aut oua ſemiconcreta aſſata edat, & ſimilam, & milium, & chondrum ex lacte coctũ. Cocta hæc & refrigerata edat, atque his ſimiliatum pocula, tum edulia ingerat.

Quàm plurimi exponentium conuenientiùs hæc cum prædictis componunt, præſentem ſermonem adhuc de iis, qui calidum habent ventrem inferiorem, fieri exiſtimantes. Alii, paucíque ſeparant, & ſeorſum exponunt, ſcopúſque his eſt, vt interdum quidem cacochymiam expurgent, interdum verò & contemperent, infrænéntque. Interdúmque reſiccent, & interdum perfrigerent. Lac ergo aſininum expurgare poteſt, & contemperare. Lini ſemen tum ſiccare, tum perfrigerare. Quæ autem ex tritico conficiuntur polentæ, contemperant, quibus non perperàm remiſcentur hordeaceæ, vtpote quæ ſiccent, & perfrigerent. Fabæ Aegyptiæ mediocriter perfrigerare poſſunt. Oua autem, & ſimila, & chondrus, craſsi ſunt ſucci, & boni, & humorum acrimoniam infrænant. Siccat autem in edulio milium, quo perfrigerat modo. Omnia hæc frigida exhibet propter humorum, qui affectum procreant, tum acrimoniam, tum caliditatem.

114 Eius medicinæ partis, quæ victu medetur, maximum eſt febrium tum intentiones, tum declinationes, nõ in acutis modò, verùm quoq; & in longis obſeruare, vt tempora, quibus cibi offerendi non ſunt, & tutò, & quibus offerendi exiſtunt, cognoſcas, atque adhuc quando plurimùm ab intentione aberint.

Artis ciborum exhibendorum maximum eſſe ait particulare cibi porrigendi tempus noſſe, ſcopúmque vnum ait, quòd ſcilicet tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quàm plurimùm abſit ab febris intentione, quam ἐπίτασιν dicit, acceſsionis principium intelligẽs. Id autem non in diuturnis ſolùm, ſed quoque in acutis verum eſſe videtur. Sed quare longis in morbis adiecit? Nempe quòd in his magis & forſan ſolis euidens ſit ſcopus. In acutis etenim morbis deprænhenſa in pedibus caliditas, cibi tempeſtiuè offerendi ſignum ſufficiens eſt. Non tamen in longis ita nutrire oportet, ſed melior declinationis pars eſt expectanda, quod in acutis haudquaquam eſt expectandum timore citò futuræ acceſsionis. Sunt qui dictionem hanc ita ſcribant: Eius medicinæ partis, quæ victu medetur, maximum eſt vt in acutis, ita & in longis obſeruare, & ſcire quando cibum dare oporteat. Alii finem dictionis ita ſcribunt: Atque adhuc cùm plurimùm à febris acceſsione aberunt, ſcire oportet vt præter cætera quæ nos in ægro contemplari voluit, & id admoneat. Quòd ſi quis perquirit, & nõ particulari tempeſtiuè cibandi inuentioni copulat, id importunum eſſe de alimonia præceptum, átq; re nulla dignum videtur.

115 Cognoſcere autem & eos oportet, qui capite dolent, vel ob exercitationes, vel curſum, vel iter, vel venatum, vel quẽuis alium importunum laborem, vel venerea. Decolores item, raucos, lienoſos, exangues, ſpirituoſos, ſiccè tuſsientes, ſiticuloſos, flatuoſos, & venarum interceptiones. Huc adde quibus extenta ſunt tum hypochondria,

chondria,tum dorſum,tum latera,torpentes,obſcurè videntes, eos, quibus aurium tinnitus eſt moleſtus, eos, qui vrinas non continent,morbo laborantes regio, quorum venter cruda egerit,ſanguinem è naribus, vel ſede vehementer profundentes, inflatos,& quos vehemens dolor infeſtat. Nulli etenim horum,niſi ſuperuicerint,medicamentum exhibebis.Nam periculo ægrum expones, nihílque iuuabis: ſpontaneáſque tum permutationes, tum iudicationes adimes.

Quòd inordinatè,& pręparationis ad commentationem modo omnia hoc in libro ſcripta ſint,cuiuis B patere arbitror. Multa ſanè,vt dixi,in hoc benedicta ſunt,ob quæ ad ea,quæ dicta ſunt, non rectè quidam animo,& ſtudio incubuerunt, magíſque qui ſibi conſcii fuerunt, veluti diſcretoria eorum, quæ ſcribuntur,ſcientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur,catalogum habent eorum,qui, vt medicationem recipiant, idonei non ſunt. Καθαίρεσθαι autem, id eſt,purgari, & φαρμακεύεσθαι,id eſt, medicamento purgante vti, idem ſignificant, velut etiam φαρμακεύειν,& καθαίρειν. Videamus ergo quibúſnam ab initio purgationem interdicat. Capite dolentes recenſet,vel ob exercitationes, vel alium quemuis importunum laborem: ſummatim eos intelligens, qui ex intempeſtiuis laboribus capite dolent,haudquaquam expurgandos. Labores autem intempeſtiui,importuníq; omnino ſunt, quos præſens hoc tempore corporis affectio ferre non poteſt. Admonebo autem tete C impræſentiarũ rei,quæ ad multa eſt vtilis,quam ſemper in memoria haberi velim. Corpore igitur noſtro ad morboſam affectionem parato ita,vt propè cõpleta ſit,externum quippiam obueniens eam affectionẽ manifeſtat, febrem videlicet accendens, vel capitis dolorem, vel catarrhũ,vel tuſsim excitans,vel aliud, quod tale ſit. Déinde ex eo continenter ad morboſam affectionis præparationem non ſine periculo languent:neq; curſu morbum excitante, vel vehementi omnino motione,vt neq; intemperantia,vel perfrigeratione, vel alia quauis ſimili cauſa. Nihil etenim horum ſuapte natura,vehementem generare languorem poteſt. Nam ſi febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit:aut ſi ſymptoma aliquod aliud generetur, id ſæpius pauco edurabit interuallo. D Et hoc ſanè,vt retuli,propter corporis affectionem: vnumquodq; enim horum,non morbi cauſa,ſed πρόφασις,id eſt,occaſio eſt. Nam huiuſmodi cauſas propriiſsimè quis appellauerit προφάσεις, non ſimpliciter euidentes,& manifeſtas, vt hi ſæpius vocare conſueuerunt,cùm ab aliqua manifeſtarũ cauſarum noxa in corpore euidens fuerit. Si enim nulla alia corporis affectio adfuerit,neq; morbus effatu dignus ſubſequetur,eiúſque, quod in corpore fit, detrimenti, quod ipſum fecit,cauſa eſt. Sciueris itaque hoc in loco de his agi cauſis, quæ non ſua ratione corpori adferunt detrimentum. Summa autem horum eſt vna quidem, & prima,labores,qui ex parte multas ſpecies habent, curſus ſcilicet, luctæ, pancratia, venerea, fricatio, æſtuatio,frigus,vigilia,ira,mœror, & timor. Venereorum quidem meminit, verùm cętera ſubticuit, A quanquàm virtute eadem prędita forent. Nam quę, vt dictum eſt,ſpiritum perturbant, ea purgatione nõ egent, quòd morbus huiuſmodi à cacochymia contractus nõ ſit:ab his autem digreſſus indiciis author, quos priùs dixit, declarauit. Propriè autem ἀχρόους, id eſt,decolores,λειφαίμους,id eſt,ſanguine carentes vocant:eóſque,qui corpus aliter, quàm ſecundum naturam ſit affectum, habẽt,κακοχρόους, id eſt,mali coloris appellant.Hi ergo decolores calfieri expoſtulãt tum exercitationibus,tum vini facultate calidi potu, & cibis,qui talem obtineant facultatem.Raucos déinde ſubiungit.Nempe & horum humiditatem,& frigiditatem ob delapſum ad ſummum guttur rheuma ſanare conuenit,exiccatis ſcilicet topicorum auxiliorum vſu,tum capite, tum cęteris, quę adfecta ſunt membris. Pręterea & lienoſos purgatione haudquaquam egere inquit,quod non rectè dictum arbitror,cùm lie B noſis,ſi quibus aliis,purganda ſint, quę nigra exiſtũt. Poſt lienoſos meminit λειφαίμων,id eſt,eorum,qui ſanguinis inopiam habent,etſi non apertè,manifeſtéque fuerint decolores. Déinde mentionem de ſpirituoſis facit,ſiccè tuſsientibus,& ſiticuloſis,obſcurè ita locutus,vt non conſtet, vtrúmne ſinguli horum ſeorſum intelligendi veniant,an hi tres vnà compræhendendi.Neq; adhuc in ſingulis horum ſeorſum intellectis perſpicuus eſt ſermo,vt & anteà iam eſt enuntiatum. Nempe πνευματώδεις,id eſt,ſpirituoſos ſępius eos dũtaxat vocant,qui,cùm inſpirant, aeris indigent. Interdum autem & inflatos, quorum vterq; multas habet cauſas,quas omnes ſi percurrero,prolixior,quàm par ſit, ſermo eſt futurus, pręter id quòd quidam ex his ſanguinis miſsionem exigere videntur,alii purgationem,& remedium aliud alii. Sic & ſiccè tuſsiẽtes non affectione vna fiunt, neq; ſiticuloſi. Neq; etiam C impręſentiarum certiores fieri poſſumus ánne de febrientibus ſiticuloſis ſermo ſit, an de nõ febriẽtibus, an de vtriſq;. Quòd ſi vnius horum, quod in Aphoriſmis recenſetur,meminerimus,quod vniuerſale eſt tolletur. Dictum autem in Aphoriſmis, Si non febriẽti inappetentia fuerit, oris ventriculi morſus, tenebricoſa vertigo,& oris amaror,id per ſuperiora purgatione indigere ſignificat. Si autem os amaricat,ſiticuloſi ſunt. Pari modo & quínam flatuoſi ab ipſo dicuntur,haud ſcio,an videlicet cum venarum interceptione flatuoſi effecti intelligendi ſunt,cùm ſint nõnulli,qui per ſe legant:atq; adeo ſingula dictionis huius ſi poſſem tranſmutare,poſſem omnia, quę cognoſcere vtile ſit,non citra librorum multitudinem docere:veluti & de iis,quæ déinceps dicũtur. Ait enim, D Quibus extenta ſunt tum hypochondria, tum dorſum,tum latera,torpentes obſcurè videntes, eos qui bus aurium tinnitus eſt moleſtus, & qui vrinas non continent. Nempe in ſingulis his pathematis,& cauſæ,& affectiones ſunt multæ, variíſque egentes curationibus. Quarum profectò nonnullæ eam, quæ per bilis eductorium medicamentum fiat, purgationem expoſtulabunt. De his ergo omnibus, atq; adhuc de iis,quæ déinceps dicuntur,non enuntiationes indiſtinctas,ſed diſtinctiones,doctrináſq; tũ claras,tũ longo rerũ vſu probatas habes in noſtris tractationibus: quas qui intellexerit,omnia,quę ab authore hoc recitantur,diſcernere valebit. Atq; ſi partis meminerit, quam & legitimã,& cõmodæ doctrinæ plenã faſsi ſumus. In ea ſiquidem parte cũ demõſtratione, & explanatione,cõgruentibúſq; diſtinctionibus ſcripta ſunt omnia.

omnia. Sed quæ ita disseminata sunt, vt præsens oratio, nihil iuuare possunt. Nempe si quis nunc singula horum simpliciter, & indistinctè audierit, is multa aduersus artem perperàm molietur. Quod si singula, vt oportet, distinxerit, primùm quidem nihil impræsentiarum ad eorum inuentionem iuuari depræhendetur, déinde ad eam, quæ de præsentibus sit, contemplationem multis egere libris videbitur. Nec verò plerisq; hominum persuaderi potest, vt aggrediantur quidem sola ea scripta, quæ manifesta sunt, ea autem relinquant his, qui scripserunt, quæ talia non sunt. Nam iustum hoc est, quum illi nullam curam adhibuerint, vt nos ea, quæ ipsi scripserunt, intelligeremus: neq; nos adeò sedulò incumberé, quærentes, ac diuinantes de his, quæ dicunt.

116 Si cuipiam sanguinem auferre cōfert, ventrem confirmare oportet, & ita auferre, mox inediam præcipere, & vinum tollere. Déinde congruenti victu, & fotibus humidis reliquam curationem absoluere.

Fluente aluo sanguinem non detrahes. Nam si post detractionem perseuerat fluor, virtutem prosternit. Inediam autem prçcipere quibus detractus fuerit sanguis, & vinum tollere, rectè dictum est, vt & congruo vti victu: sed fotibus humidis curare, si de omnibus quidem, quibus sublatus fuerit sanguis, dicatur, id falsum est: si verò de aliquibus, dicere oportuit.

117 Si verò venter densus, adstrictúsque tibi videatur, mollem huic adhibe clysterem.

Dignum conscriptione, quòd omnibus pateat, hoc non est.

118 Quòd si medicamentum opus sit, elleboro tute sursum expurga: déorsum verò talium neminem.

Tanquam ægritudinem prædixerit, in qua hæc fieri iubet, sermonem facit: tametsi nihil prodixerit. Vel ergo exempta est quædam oratio, in qua ostendebatur ægritudo, vel obliuiosus fuit, qui hæc scripsit: vel talis, qualis ab antiquis appellatur μετέωρος, id est, nondum fixo animo, sed suspensus.

119 Optimum autem est, si vrinæ cieātur, sudores prouocentur, inambulent, & tranquillè ita sese perfricent, vt non densiorem reddant habitum. Quòd si in lecto iacuerit, perfricent eum alii.

Scripsit quoq; & hæc ita, tanquam ægritudinem prædixerit.

120 Et si in thorace supra septum transuersum infestet affectio, resideat frequentiùs qui afficitur, minimeq; reclinent, donec vires valeant, sedentémq; calido multo diu defricent. Si verò dolor ventrem inferiorem sub septo transuerso infestat, iaceat is (conuenit enim) nullóque pacto corpus moueatur, extra defrictionem.

Oratione ex hac quis coniecerit tum hæc, tum quæ ea præcedunt omnia, de doloribus scripta esse. Prætermissa igitur principio distinctionis sunt hæc, peccante primi libri huius scriptore, & manente postea peccato. Quam ob rem fieri non potest, vt quispiam in his veritatem peruestiget, ne cui plus, quàm temere in huiusmodi tempus conterere videamur.

121 Quæ autem ex ventre inferiore soluuntur tum per vrinas, tum per sudores, si mediocriter per se delabuntur, quæ parua sunt soluuntur, vehementia verò perniciosa sunt. Nempe tales vel intereunt, vel non sine malis aliis sanescunt. Nam eiusmodi incumbunt, ac firmantur.

Per talem quoq; dictionem coniicere licet de dolorum curatione omnia, quæ ab ipso antè scripta sunt, dicta esse.

122 Poculum hydropico. Cantharides tres abiectis singularum tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis aquæ tribus terantur, atque cùm bibens doluerit, calida perfundatur, vngatur autem priús. Et ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo, vel pinguedine edat.

Quidam dictionis huius mentem haudquaquam intelligens audax medicus prædictas partes à cantharidibus abiecit, dedítq; hydropico corpora: cui cùm à primo die abscessus in sura comparuisset, post tres alios dies sectus est, effusáq; copiosa aqua, curatus esse visus est, quòd pars tumores præter naturam plurima statim ad moderationem redacta sit, veruntamen non multis pòst diebus obiit. Quam ob causam medico quidam crimen ingessit, perperàm data esse cantharidum corpora inquiens. Nempe propinãda ablatis corporibus, tum caput, tum pedes, tum alas, ídque esse, quod in dictione enuntiaretur. Quare non cunctatus audax ille medicus hydropico alteri ita propinauit, móxque facto similiter in femore abscessu, sectóque multis pòst diebus hominem mori contigit, quanquàm vrinarum prouocatorio medicamento ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vsi sint.

123 Sanguinem supprimentia, quæ Græci ἴσχαιμα dicunt. Fici succum lana susceptum intus ad venam appone. Vel coágulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito antè tractam preme, cartilaginésque vtrinque foris comprime, & ventrem lacte asinæ cocto solue, capútque rade, & perfrigerantia, si calidum anni tempus fuerit, adhibe. Sesamoides superiorem ventrem purgat * dimidiæ drachmæ pondere in oxymelite tritum, & potui datum. Miscetur autem veratris ita, vt tertiam efficiat partem. Nempe id hoc

*sesqu

pacto

pacto minùs suffocat. Ad trichosin. Filum
vbi acui foramen habenti subieceris, cel-
siorémque, atq; acuminatam supra tensæ
palpebræ partem ad inferiorem vsq; tra-
ieceris, quod superius est inferiori liga, fila
autem extendens consue, & colliga, donec
deciderint. Et si satis quidē fuerit, bene est:
si non, deficítque aliquid, hæc repete. Hæ-
morrhoidas modo simili transmittes. Nam
acui crassissimum lanæ succidæ filum, &
quàm maximum immittes, ac colligabis:
securior etenim est huiusmodi curatio.
Déinde comprimes, & contabescente vte
ris medicamento, neq; priùs, quàm deci-
derit, perfundes: vnámque perpetuò relin-
ques, & posteà refectis viribus purgabis
elleboro. Exercitetur déinde, & sudet, &
manè multùm perfricetur. A cursu conti-
neatur, & crapula, & ab acribus, excepto
origano. Vomat per dies septem interposi
tos, aut ter in mense. Nam hoc pacto opti-
mè corpus habebit. Vinum fuluum bibat,
austerum, & aquosum, & paucum. Purulē-
tis dissectos scillæ orbiculos in aqua exco-
que, aquámq; valde feruefactam effunde,
aliámque infunde, & coque, ita vt tangen-
ti percocti, & molles appareant. Déinde
vbi triueris, cyminum frictum misce, sesa
máq; alba, & recentes, quæ tritæ sint, amy-
gdalas, atq; ex melle eclegma facito, dató-
que. Post hæc vinum bibat dulce, & peplū
appellatum Meconium album, tritum ace
tabuli parui mensura, in aqua loturæ fari-
næ recentis dilutum, ac coctum, melle affu
so tepidum sorbeat: sicque diem transigat.
Déinde ad ea, quæ contingunt, respiciens,
cœnam dato. Fabarum item purarum qua
drantem accipe, surculósq; rubiæ duode-
cim immisce, atq; excoque, & pingui addi
to delingenda porrige. Ad oculos. Spo-
dium lotum, abundantérque velut farinæ
massam subactum non liquidum læue te-
res, acerbóq; vuæ acerbæ, amaræq; succo
humectabis, in sole desiccabis. Humectare
autem oportet, vt ad illitionem commo-
dum sit: cùm autem siccum factum fuerit,
læui, trito, & sicco perunge oculos, & angu
los consperge. Ad eosdem. Ebeni drach-
mam, æris vsti obolos nouem, & croci obo
A los tres, in cote tere: quæ vbi triueris, vini
dulcis cotulam Atticam infunde: déinde
Soli expone, contege, atq;, vbi coctu exa-
ruerint, ipsis vtere. Ad eorū dolores. Chal-
citidis drachmam, vuæ expressæ partes
duas, myrrham, crocúmq; tere, mustum
permisce. In sole excoque, & eo dolentes
oculos perunge: sit autem in vase id æneo.
Quónam pacto vuluæ strangulatio cogno
scatur. Digitis duobus comprime: si sen-
tit, ea est: si non, conuulsio est. Ad Hydro-
B picos. Pepli meconii appellati acetabulū
paruum Atticum rotundum, potio vna,
squamæ æris specilla lota tria. Hæc leuiter
trita, & cum farina recenti agglutinata, ac
in catapotia efformata, deglutienda dato.
purgant aquam deorsum. Aliud, quod
stercora per aluum expellit. In caricas ti-
thymalli succum instilla, in singulas se-
pties: déinde in vas nouum compositas
reconde, ac exhibe ante cibum. Aliud.
Peplum, quod & meconium appellatur, a-
C qua affusa terito, ac excolato, & farinam
placentarum torrefactarum ammiscens,
& mel coctum affundēs, hydropicis eden-
dum dato: & vinum dulce aquosum, aut a-
quam mulsam aquosam, insuper biben-
dam. At meconium quod primum excre-
mentum à pueris prodit, collectum recon-
dito, ac curato.

Liber hic ex his planè ostenditur commentarius
esse, variis, mistísque constans theorematis, quòd in
eo incompositè, inordinatéq; ab aliis in alia fiat trāsi
tus, quomodo & hic in ea, quæ per nares fit, sanguinis
profusione scripta sunt auxilia. Nempe alia parti ipsi,
quæ sanguinem profundit, exhibentur. Alia reuellūt,
vt alui solutio. Alia caput addensant, adstringúntque,
D vt perfrigerantia. Quæ déinceps sunt, omnia medica
mentorum scriptiones habent, & quædam commista
auxilia. De appellato igitur sesamoide sermonem in
primis facit. Mox pilorum in palpebris manualem
operationem scribit, quam ἀναβρογχισμὸν appellant.
Pari modo & hæmorrhoidων, alteriúsque earum sa-
nationis meminit. Posteà purulentorum tum medi-
camenta, tum sorbitiones scripsit. Atq; ab his com-
positiones eorum, quæ ad oculos deputata sunt, medi
camentorum. Præterea de strangulationis vuluæ di-
gnotione egit. Mox de meconio: Posteà de aquæ e-
ductorio medicamento: déinde de eo, quod stercora
expellit. Et demum hydericis de meconio, & placen
tis exhibet. Sunt autem eorum, quæ serie continuata
dicta sunt, plurima quidem manifesta, alia nequaquā
manifesta sunt, de quibus déinceps faciā sermonem.

CLAVDII GALENI in Librum Hippocratis, qui quæ in Medicatrina fiunt, inscribitur, Commentariorum Liber Primus,

Ioanne Bernardo Feliciano Interprete.

PROLOGVS.

MEDICVM hunc librum, quæ in Medicatrina fiunt, inscripsit: melius tamen erat, si dixisset, de iis, quę in Medicatrina fiunt: quemadmodum nonnulli, Dioclis, necnon Philotimi, & Mantię libros inscribūt. Nam cùm hi quoq; de eodem argumento conscripserint, in quibusdam exemplaribus absolutè sine præpositione[de] & pronomine [iis] hoc est, quæ in Medicatrina fiunt, in paucis cum præpositione, & pronomine, id est, de iis, quæ in Medicatrina fiunt, inscriptio reperitur. Sed illorum libri plura continent documenta: hic verò Hippocratis, post enumerationem eorum, quæ manuum operationem absoluunt, ac complent, De ligandi ratione pertractat: idq; in primis exercendum esse censet. Quæ sanè exercitatio in lignis quoque ad hominum imitationem formatis fieri: sin minùs, in puerorum certè corporibus non incommodè potest. Atq; hæc quidem antè, quàm ad singula particulatim exponenda venerimus, à libro ipso coacti, diximus. Nunc ea dicam, quæ non liber, sed illi à me exprimunt, qui exemplaria scribenda transmutant, & quaslibet veterum authorum lectiones, prout ipsi voluerint, facilè admittere consueuerunt. Nonnulli enim sunt, qui valde antiqua exemplaria vel trecentos iam annos descripta hinc inde conquisierint, alia in membranis, alia in tiliæ codicibus exarata, cuiusmodi apud nos Pergami reperiuntur. Omnia igitur apud eos, qui primi explanauerunt, aduertere proposui, vt ex plerisq;, authoritatéque dignissimis veras lectiones, ac germanas inuenirem, résque mihi in hoc meliùs, quàm speraueram, cessit. Nam omnia ferè tam Hippocratis exemplaria, quàm explanatorum commentaria inter se consentientia offendi: vt eorū audaciam non demirari summoperè non potuerim, qui heri, ac nudiustertius commentaria cōscribunt, omniúmq; Hippocratis librorum peculiarem quandam editionem faciunt. Inter quos sunt Dioscorides etiam, & Artemidorus, qui Capito appellatus est: qui
A circa veteres lectiones multa innouarūt. Verùm quia longam nimis orationem nostram euasuram videbā, si commemorare lectiones omnes voluissem, melius esse existimaui, vt veteres tātummodo adscriberem, paucis tamen quibusdam adiunctis, quæ parum variarent: atq; ex iis ipsis illas præcipuè, quæ apud priores libri huius explanatores comprobātur. Veteres autē explanatores quatuor sunt, duo, qui in omnes Hippocratis libros commentaria composuerunt, Zeuxis, & Heraclides: duo, qui nō in omnes, Bacchius, & Asclepiades. Ac de his quidē satis. Sed quo clariùs res pateat, à principio breuiter pèrinde, ac si nihil dixerimus, repetemus. Liber hic Hippocratis, qui quę in Medicatrina fiunt, inscribitur, in principio commune totius medicinæ exordium continet, vt paulò pòst de-
B monstrabimus: ac propterea non immeritò nonnulli eum ante cætera omnia legendum esse censuerunt, eā hinc doctrinam polliciti, quam posteà in iis, quas Introductiones inscripserunt, quidam tradidere. Deinde post commune exordium de iis, quæ in Medicatrina, loco videlicet ad medicationem idoneo exerceri queunt, ea docet, quæ medicam artem discere incipientibus vtilissima sunt. Atq; hoc ita se habere perspicies, si verborum ipsius Hippocratis explanationibus hisce nostris diligenter attenderis.

1 Similia an dissimilia sint, à principio inspiciendum, ex maximis, ex facillimis, ex iis, quæ omnino quocunque modo co-
C gnoscuntur.

Siue sanum esse, siue sanitatē, siue quidpiam aliud huiusmodi medicæ artis finem esse quispiam dixerit, id per se ab iis, qui artem tractant, consideratur. Perspicuum enim est contemplationem quandam esse, quam discere is debet, qui naturalem siue dispositionem, siue dispensationem, siue constitutionem, siue aliud aliquid appellare libeat, correcturus est: reliqua verò omnia huiusce artis non per se vel discimus, vel docemus, vel omnino audimus, sed ob id, quia vnūquodq; eorum ad finem ipsum conducit, ac confert: vt exempli causa, discretiua artis pars, quam significatiuam recentiores vocant, exercenda priùs, quàm

curatiua

curatiua ab iis eſt, qui rectè medicinam ſunt tractaturi, vt differentias morborum in ægrotis diſcernere exactè valeant, vbi ſimilitudinem aliquam habuerint: nihil interſit autem in præſenti hac tractatione, ſi diſpoſitionem contrariam naturali corporis noſtri conſtitutioni vtriſque nominibus appellauero, ſicut Græcis omnibus mos eſt, qui modò totũ hoc genus morbum, modò paſsionem, ſeu affectionem vocare conſueuerunt. Huius igitur diſcretiuæ partis, non ſecus ac curatiuæ maximè generalis ſcopus, ac finis nunc traditur. Sicut enim in illa contrariorum contraria eſſe remedia diſcimus, qui communis totius curationis eſt finis, ac ſcopus: ita hîc diſcretiuæ communis maximè ſcopus eſt, poſſe diſcernere in quo maximè ægrotantium corpus ſanorum corpori ſimile ſit. Quemadmodum ipſe Hippocrates in Præſagiis tractat, Si ipſe, inquiẽs, ſibi ipſi eſt ſimilis aliqua in parte, optimũ eſt. Id quod etiam in libro De articulis declarauit, vbi vult vt membro corporis, quod naturaliter ſeſe habet, id quod affectum eſt, comparemus. Non enim abſolutè illhic comparationem eſſe faciendam inquit, ſed malè affecti hominis dexteras partes ſiniſtris conferre iubet, neque alienos articulos inſpiciendos, id eſt, aliorum hominum monet. Idem nunc tibi faciendum cenſet, cùm inquit, Similia, an diſsimilia ſint, inſpiciendum à principio eſt, ex maximis, ex facillimis. Perinde ac ſi ita dixiſſet, Aegrotantium corpora ſtatim à principio dignoſcere, ac diſcernere debemus, in quo ſimilia ſanis, ac valentibus, in quo item diſsimilia ſint. Si enim ita fecerimus, ex maximis facultate, cognitu verò facillimis, morborum ſignificationes ſumemus. Sciendum enim eſt, non alia eſſe maxima, alia facillima: quippe cùm iiſdem ſignis contingat, vt facultate maxima, dignotione facillima ſint: vt ea ſunt, quæ in Præſagiis ſtatim in principio ad hunc modum commemorat: Nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, atque huiuſmodi cætera, quæ déinceps enumerantur. Nam hæc & maximam habere vim ad præſagiendum, nemo eſt qui neſciat, qui vel mediocriter in tractatione artis verſatus eſt, & facillimam dignotionẽ exhibere omnes etiam imperiti artis non ignorant: quippe cùm ſtatim vbi quis ad ægrotum ingreditur, nulla alia corporis pars priùs contemplandam ſe offerat, quàm facies. Si igitur æger ſibi ipſi conferatur, vt iuſsit, & certior dignotio habebitur, & ex maximis ſimul, ac facillimis exordio facto artis ipſius negotium tractabitur. Sed errare fortaſſe aliquis in iis poſſet, qui acutas nares, oculos cõcauos, collapſa tempora ex naturali ſua corporis conformatione habent. Quocirca ſi ægrotantis corpus ſimile multorum hominum corpori inueniamus, certò dignoſcemus, nullo eum prauo morbo, aut praua affectione eſſe occupatum. Sin ita, vt ab Hippocrate deſcribitur, inſpexerimus, cætera verò in reliquo corpore ſigna fuerint ſalutaria, naturalem eam faciei diſpoſitionem eſſe ſperabimus: quóque certior dignotio noſtra efficiatur, hac de re illos, qui priùs, quàm ægrotaret, hominis habitum noſcebant, percontabimur. Síque hi nobiſcum conſenſerint, tũc demum certiorem prænotionem habebimus: non tamen ita certam, vt ſi nos ipſi ægrotantem priùs cognouiſſemus, conſuetudinéque eius vſi eſſemus. Nam ſi eum ſæpe ſanum inſpexerimus, qui tunc præter naturam affectus eſt, fiet, vt quanta ſit differentia ſignorum, quæ in eo ſunt, meliùs perſpiciamus. Licet enim audiuerimus ab aliis, coniiciamúſque ægrotantem naturâ & nares acutas habere, & oculos concauos: id tamen ſolus ille

Galen.

ita ſcit, qui verſari cum eo conſueuit: ſi modò hoc cognoſcere A medicis neceſſarium eſt. Non enim tantùm vtile nobis eſt, ſi præter naturam eſſe affectum corpus nouerimus, ſed etiam quantò acutiores nares ſint, ſcire oportet, quantò cauiores oculi, quantò item magis collapſa tempora, quàm naturaliter ſoleant. Et vnumquodque aliud, vt inquit, non abſolutè graue eſt, ſed quod ſimili maximè eſt contrarium, id grauiſsimum eſt. Maximè contrarium quod videlicet à naturali conſtitutione plurimùm receſsit, grauiſsimum, non abſolutè graue periculum indicare aſſerens, quatenus & magis & minus id ſignificatur. Quæ ex facie igitur apparent ſigna, & cognitu facillima ſunt, & vim maximam habent, quæ tum in principio ſtatim dixit, tum de oculis déinceps commemorat. Non pauca verò ex iis, quæ in Præſagiis recenſet, alia non maxima, alia non facillima, alia neque maxima, neque facillima conſideranti B tibi videbuntur. De quibus latiùs quidem in explanatione illius libri dictum à nobis eſt: pauca tamen nonnulla exempli cauſa etiam hîc repetentur. Nam ſupinum iacere, manúſque, & crura non ſecus, ac reſolutos iactare, non ex praua affectione interdum, ſed ex mollitie, nimióque luxu ægrotantis euenit: vt niſi mores quoque eius nouerimus, erraturi ſimus. At vt omnium quos inuiſimus, mores cognoſcamus, fieri non poteſt: quocirca vix in paucis aliquibus ipſa hæc non requirenda ſunt. Quippe cùm non magnum quid ſignificare interdum ipſa inueniamus, vt in cubatione: quandoque maximum, vt in modeſtis, ſi aſpectum audaciorem, vocémque habeant. Simili modo quoque vox ſtrepens, vel dolorem, vel delirium indicat in iis, qui id facere audientibus aliquibus verentur. Nam ſi præſentes non vereantur, nullius id erit nota. Quare etiam hîc ægrotantis C mores ſcire oportebit. Quemadmodum etiam conſuetudinem eorum, qui in ventrem dormire conſueuerunt, & naturam eorum, qui dormiendo aut dentibus ſtrident, aut non exactè oculis conniuent, ita vt palpebræ committantur. Huiuſmodi enim omnia vbi & conſuetudinem, & naturã ægrotantis vel prænouerimus, vel ab aliquo, qui prænouerit, audiuerimus, dignotionem nobis afferre poterunt, & quandoque bona, quandoque mala denuntiabunt. Ac nigra quidem vrina, vel nigrum ſputum, vel nigra bilis inter initia morborum apparet, & vim maximam habet, & dignotionem facillimam affert. Quemadmodum econtrario in acutis morbis ex facili ſpirare, & in vrina ſubſidere album, læue, æquale, maximam vim ad ſalutem habere conſueuit. Sed quoniam ſatis iam de iis, quæ ad dignotionem attinent, dictum à nobis eſt, in exemplum eorum, D quæ & magnam habent vim, & cognitu facillima ſunt, & omnino, ac quocunque modo cognoſcuntur, ſiue experientia, ſiue ratione, non tamen tantam habent vim, támque facilem dignotionem, ſed præcognitione, vel interrogatione ad ægrotantium conſuetudines, mores, ac naturas percipiendas indiget, déinceps de iis, quæ manuum tractatione exercentur, nonnulla differemus, atque euidentię cauſa exemplum proponemus, quod ſtatim in principio libri de articulis ſcripſit Hippocrates, vbi de brachii luxationibus agit. In hoc enim & maximum, & facillimum ad dignotionem ineſt, ſi rotundus tumor, ac durus in ala appareret. Fieri enim id non poteſt, niſi caput brachii è iunctura ſua exciderit, in locúmque alæ fuerit prolapſum. Nam ſuperhumeralis, quàm ἐπωμίδα appellant, ſinus, tum luxationis brachii, tum auulſionis ſummi humeri, qui altiùs receſsit, commune ſignum eſt. Quocirca ſi

laborantem partem sanæ compararis,atque vbi visum fuerit in suo naturali statu non consistere, brachium excidisse iudicaris, nota hęc nō ita in ala magnā statim vim, facilémq; dignotionem habet. Ac magis quoque in vi deficit indicium, quod ex brachii motu sumitur. Nam attollere brachium non potest homo,etiam cùm, qui ibi sunt musculi,vel contusi,vel intenti,vel inflammati fuerint: quemadmodum etiam cùm fibræ aliquæ ipsorum auulsæ in ima parte sunt. Ego sanè tale quid contigisse olim memini,quod referam:Cùm in summo humero auulsio cuidam priùs accidisset, déinde alterū brachium posteà luxationem esset passum, in palæstra autem hoc euenit, medicus quidam vtrorumque brachiorum superhumerales similes conspicatus, temere statim pronuntiauit,percussum fuisse eo loci hominem afferens, ac propterea non immeritò dolore afflictari: articulum verò absque læsione vlla esse. Consuluítque vt in balneum quàm citissimè profectus oleo multo vteretur, in solióque aqua pleno immoraretur. Cúmque inde fuisset egressus, contecta percussa parte lanis oleo tinctis, cui parum ceræ fuisset adiectum, cubaret, ac quiesceret. Quod cùm fecisset ille, tota nocte dolore vexatus est, atque agitatus. Vnde & eundem illum medicum, & nonnullos alios, qui videlicet absque ratione, experientia vti in arte tractanda consueuerunt, conuocandos curauit. At ille, qui priore die deceptus temere, atque inconsideratè articulum naturaliter sese habere iudicauerat,cùm ad ægrotantem peruenisset,vidissetque ibi duos peiores medicos, atque ignobiliores,indignatus est,quasi fuisset contemptus. Id tamen minimè præ se ferēs, procaciùs adhuc ex indignatione in naturali sede esse articulationem asseuerauit, cùm vtriusque brachii superhumerales simili modo sese habere nihilò minùs inueniret. Cúmque inflammatio quædam percusi humeri existeret,iussit vt aqua multa calida locum foueret, oleúmque assiduè copiosum infunderet, ac lanis rursus inuolutus, non secus ac priùs, quiesceret. Sed quia ita etiam faciendo nihil ex his opis consequebatur,tertio die ego quoque fui cōnuocatus:quò cùm venissem, & vidissem dolore carentem humerum excauatiorem superhumeralem habere, quàm ille, qui affectus erat, vt pote cùm aucta inflammatio fuisset,diligenter eum,qui naturaliter sese habere videbatur,inspexi,atque in eo aduerti summum eius sursum recessisse. Quare motus, necnon quia nihil ex conuenienti curatione iuuari homo videbatur, sub alā inflammati humeri iniectis digitis explorans, in ea ferè caput brachii eminere depræhendi. Ac certioris cognitionis causa ala alterius humeri inuestigata , nullâque extuberatione huiusmodi ibi deprēhensa,luxatum esse brachium dixi. Medicósq; id ignorasse,propterea quòd alterius brachii summum humerū fuisse auulsum nescientes, ei, quasi in naturali statu esset constitutus, alterum percussum comparabant. Faciléque id nos posse cognoscere aiebam,si ab ægroto requireremus,an in summo alterius brachii humero ictum aliquē aliquando fuisset perpessus. At ille interrogatus principio quidem negabat, posteà tamen, cùm ei succurrisset, confessus est,se olim è vehiculo delapsum ea parte fuisse cōtusum, ita tamen vt facilè tribus aut quatuor diebus lana ex oleo supra percussionem imposita conualuerit.Sed quorsum à me dicta hæc sunt? vt ostendam scilicet quantum notæ, quibus necessariarum affectionum cognitio acquiritur, dignitate inter se differant. Cùm enim non potest quis brachium affectum attollere,commune id etiam aliorum multorum indicium est: quippe cùm sæpe fiat,vt tendones musculorum,qui ea
A parte sunt, & ipsi etiam quandoque musculi vel prædurati,vel inflammati, quinetiam contusi, aut in profunda sui parte scissi,aut fibras aliquas abruptas habentes,imbecillum ita brachium reddant,vt in sublimi attolli nequeat. Ob hæc quoque non tam in hoc brachii motu,quàm in reliquis etiam indolescunt. Concauitas verò in superhumerali, communis etiam ipsa ad auulsionem significatio est. At tumor sub ala durus, ac rotundus satis, supérque brachium luxatum esse denuntiat:vt si soli ei fidem adhibeas, nunquàm erraturus sis: quin facillimam etiam dignotionē affert : quippe cùm oporteat digitos sub alam tantummodo iniicere , & eminentiam contrectare,& confestim caput brachii ibi manifestè appareat. Affectus autem musculorum, cùm neque attollere brachium quispiam potest, neque sine dolore mouere,exercitata ratione,multáq; considera
B tione indiget: vnà tamen cum iis,quæ maximam habēt vim, facillimáque sunt cognitu, horum cognitio fit, siue experientia, siue ratione artem quispiam tractet. Experimentarius enim, qui vtique experientia sola rem persequitur,inspicit eos,qui ab ipsis concursus appellantur,quæ sunt eorum,quæ acciderunt, collectiones:cúmq; sæpe eadem viderit vna in occasione,omnia memoria tenet,ac conseruat:atque vbi ex hac obseruatione multos concursus fuerit expertus, tunc quæ in multis concursibus, quæ item in vno tantùm euenisse cognorit,diligenter aduertit: atque ita demum in communium,& propriorū cognitionem venit, quam consequitur signorū in vi, & efficacia diuersitatis animaduersio. Quod enim in multis concursibus fuit obseruatum,quàm quod in paucis: quod in paucis,quàm quod in duobus:quod in duobus,quàm quod in vno tantùm,
C maiorē vim habet. Veruntamen experimentarius medicus sicut propria,ita cōmunia quoque obseruat,ac memorat.Nam ea vnà cum propriis,vtpote quæ cum illis eueniant , animaduertit. At ille, qui ratione signorum vniuscuiusque morbi inuentionem indagat,multò magis,ac citiùs communia,& propria cognoscit,non modò multo tempore,vt experimentarius,sed ne die quidem vnò, aut hora vna expectata. Vbi enim brachium è propria sede excidisse, & in alam prolapsum esse aduerterit,reliqua omnia etiam simul intelliget:primùm tumorem ibi præter naturam esse apparitūrum , déinde sinuatum in superhumerali locum futurum , capite brachii , quod in alam recessit, priuatum: tum scapulæ ceruicem, cùm superiecta brachio sit, effecturam vt non nisi ægrè attolli queat: necnon dolore vehementi infestandos musculos: quippe qui vbi mouere ita bra
D chium conati fuerint, violenter distendantur:simili modo etiam euenturum , vt brachium doleat,si admouere id ad costas quispiam velit. Atque ita omnino, ac quocunque modo non solùm ea, quæ maximas habent vires, sed etiam reliqua omnia cognoscet: quippe cùm vna hac via omnia reperiantur, quæ altero modo non ex facillimis cognitu, sed ex ostensione inueniuntur. Caput igitur brachii in ala deprēhensum promptissimam habet vim. At musculorum affectio maiore quidem consideratione indiget,sed tamen etiam ipsa, licet vtrisque & facilitate dignotionis,& vi à tumore,qui in ala apparet, superetur, eadem contemplatione ab artificibus medicis percipi consueuit. Meritò ergo Hippocrates iussit, vt morborum dignotiones, quas recentiores σημειώσεις, id est, significationes, seu notationes appellant, ex similium, ac dissimilium consideratione sumamus,ante alia artis opera:quæ videlicet & præco-

gnitio

gnitione, & curatione fiunt:meritò item & ex iis, quæ vi maxima, & dignotione facillima ſunt: & præter hæc tertio loco ex illis quoque, quæ omnino, ac quocunque modo cognoſcuntur, licet & dignitate, & facilitate dignotionis aliis ſint inferiora. Poſteaquam verò hic ex quibus dignotiones affectionum ſumere oporteat prædixit, id eſt, ex ſimilibus iis, quæ naturaliter ſeſe habent, & diſsimilibus, qualiàque ea fuerint, docuit: in ſequente oratione ad ea nominatim declarāda deſcendit, in hunc modum inquiens:

2 Quæ & videre, & tangere, & audire licet.

Cùm artis partem, quæ morbos diſcernit, primùm omnium exercendam eſſe cēſuerit ex iis, quæ in ægrotantis corpore ſanis ſunt ſimilia, vel diſsimilia, eáque eſſe dixerit partim maxima, & facillima, partim eiuſmodi vt cum his neceſſariò cognoſcantur: nunc quænam hæc ſint, vt dixi, docet, dum inquit: Quæ & videre, & tangere, & audire licet. Videre quidem, quæ ſunt viſibilia videlicet: tangere, quæ tactu: audire, quæ auditu percipi queunt. Nam quod de facie in principio Præſagiorum ſcriptum eſt, videre licet nares acutas, oculos concauos, tempora collapſa: tangere aures frigidas: videre ſimul & tangere faciei cutem, cùm dura & arida, & diſtenta eſt: audire quæ déinceps in eodem libro ſubiungit, ſternutamentum, tuſsim, flatum, ſtrepitum, cùm præter naturam ægrotus vocem emittit, quæ vel delirium, vel clangorem, aut raucedinem, aut tale quippiam præ ſe fert. In iis verò, quæ ad chirurgiā attinēt, videre licet ea, quæ nigreſcunt, quæ rubeſcunt, quæ quocunque alio modo naturalem colorem vel im mutant, vel ſeruant. Prętereà ſicut in humeri articulo, ſinum ſuperhumeralis, & ſummi humeri prominentiā videre, caput verò brachii in ala attrectare licet, aut audire poſſumus ſonitus, qui de ægrotantis corpore con tingunt, quemadmodū in confracto thorace cùm ſpiritus ad vulnus efflatur.

3 Quæ viſu & tactu, & auditu, & naribus, item & lingua, & ſententia poſſumus ſentire.

Senſibus omnibus ſententiam déinceps ſubſtituit, id eſt, cogitationem, & rationem, quam mentem, & intellectum communiter homines appellare conſueuerunt. Quoniam verò eorum quoque, quæ voce proferuntur, eſt quædam ratio, diſtinguentes philoſophi antè dictam hanc internam, ſiue intus affectam vocant, qua & conſequentia, & repugnantia iis, quæ cognoſcuntur, & diuiſio, & compoſitio, & reſolutio, & demonſtratio, & cætera huiuſmodi continentur. Cur autem cùm priùs narium & linguæ ſenſuum mentionem nullam fecerit, cùm dixit: Quæ & videre, & tangere, & audire licet: nunc vnà cum mente quinque ſenſuum déinceps meminerit, meritò in quæſtionē venit. Qua de re multa multi dixerunt, alii abſurda, & indigna, quę commemorentur, alii digna, & ſatis probabilia. Dicunt enim hinc exordio ſumpto Hippocratem iubere, vt ex ſimilitudine, & diſsimilitudine ſenſibilium dignotionem affectionum, & morborum ſumamus. Senſibilia autem propriè quidem ea dici aiunt, quæ nulla alia facultate indigent, vt diſcernantur, ſed ſola ſenſus perceptione contenta ſunt. Sed impropriè ſenſibilia quoque eadem appellatione nuncupari, quæ non niſi à pluribus dignoſcuntur, ſenſu videlicet, & memoria, & ratione ea, quæ tum compoſitiua, tum in ſummam col-

A lectiua vocatur. Colorem autem ex iis eſſe, quæ propriè ſenſibilia ſunt, non ſecus ac ſuccum, & vaporem, & vocem, necnon duritiem, & mollitiem, caliditatémq;, & frigiditatem, &, vt ſummatim dicam, omnes tactu perceptibiles qualitates. At neque malum, neque punicum, neque apium, neque aliam aliquam ſubſtantiam totam ſenſu cognoſci poſſe affirmant, ſed opinione, vt dicebat Plato, cum ſenſu irrationali coniunctā. Opinabilia verò omnia huiuſmodi eſſe, ac proptereà fieri ſæpe vt in dignotione ipſorum nonnulli decipiantur, cùm vel figuram tantùm, vel vtraque hæc inſpexerint ſimilia iis, quæ anteà profuerant. Nam & mala, & punica, & apia, & vuas, & nuces, alióſque multos huiuſmodi fructus è cera fictos, priùs, quàm olfactu, & guſtu, & tactu tētētur, à veris differre minimè videri: vt qui omni-

B bus ſenſibus vſum ipſorum ſuperauerit, falli omnino nequeat. Superare autem omnibus ſenſibus quempiam non ſine memoria, & cōnumeratione poſſe. Connumerationem verò neque ſenſus eſſe, neque memoriæ, ſed ſententiæ, id eſt, mentis aſſerunt. Appellant autem connumerationem non hoc modo ſolùm, verùm etiam conſummationem, ſeu in ſummam collectionem, quę συγκεφαλαίωσις dicitur. Inquiunt igitur Hippocratē, quando dixit, quę & videre, & tangere, & audire licet, ſenſibilium ipſorum loco exempli mentionem feciſſe: quando verò ab iis recedens, quæ ſimpliciter, & propriè ſenſibilia ſunt, ad totas ſubſtantias tranſiit, meritò & omnes ſenſus commemoraſſe, & vnà cum ipſis mentem quoque poſuiſſe: vt tota ipſius oratio huiuſmodi ſit: Conuenit medicum morborum dignotionem ab ipſa ſimilium & diſsimilium contemplatione inci-

C pere, aliquando in ſimplicibus qualitatibus, aliquando in totis corporibus facta comparatione. Atque hæc quidem expoſitio non aliena à ratione eſt. Eſt tamen etiam altera quædam huiuſmodi. Hippocratem aiunt, quando dixit, quæ & videre, & tangere, & audire eſt, de medico, quando poſteà ſubiungit, quæ & viſu, & auditu, & tactu, & naribus, & lingua, & ſententia percipiuntur, de ægrotante intellexiſſe: vt non modò ex iis dignotionem habendam cenſeat, quæ ipſe medicus videt, & tangit, & audit, verùm etiam ex iis, quæ ægrotus videt, audit, tangit, olfacit, & guſtat: quæque mente vel intelligit, vel delirat. Nam ex mente ægrotantis ſi delirat, aut minimè, quandam medicum vtilitatem ad dignotionem faciendam conſequi perſpicuum eſt. Alii aſſerunt, viſu, tactu, auditu, naribus, & lingua ad ægrotantem, mente autem ad medicum referri debere: quip pe cùm medicus ex iis, quæ videt ægrotus, audit, tan-

D git, olfacit, & guſtat, non ſecus, atque morbo, mente ad coniecturam faciendam de ægrotante ratiocinetur. Nam ſi omnia ipſi ægroto guſtanti amara videantur, quemadmodum morbo regio laborantibus vſu venit, flaua bile: ſi ſalſa, ſalſa pituita: ſi acida, acida imbutam ei linguam iudicabit. Ita quoque propriam ſudoris, ſi fortè in os defluxerit, qualitatem interdum percipere poſſe ægrotantem affirmant. Sed iis, qui hoc modo interpretantur, illud aduerſatur, quòd medici olfactus eſſe prætermiſſus videtur, quo in multis vti conſueuit. Nam & in deiectionibus, & vrinis, & ſputis, hulceribus item, & ipſo ægrotantis anhelitu perſentiendo ad ſignificationem ſumendam olfactu vti medicus ſolet. Tametſi liceat dicere id à librariis fuiſſe prætermiſſum: quemadmodum alia multa in multis & Hippocratis, & aliorum libris inueniuntur partim errata, partim prætermiſſa. Adde quòd talem etiam explanationem

nonnulli tradiderunt, vt dicant, non idem esse videre, tãgere, & audire, & visu, tactu, & auditu sentire: quippe cùm videre, tangere, & audire sine compræhensione possimus, sentire verò sine compræhensione minimè valeamus. Hæc sensus expositio Simiæ Stoici est. Atque idcirco à Quinti discipulo Iphitiano, qui Stoicam philosophiam sectatur, admittitur. Quod isti dicunt huiusmodi est. Alteram partem aiunt huiusce orationis de genere solo rerũ docere, ex quibus significationes nostræ ducuntur. Alteram, quæ sequitur, de eo, quod per se exquisitum, ac certum est: perinde ac si ita esset scriptum, dignotiones faciendæ sunt ex similibus & dissimilibus ei, quod naturaliter est constitutum, quæ in ægrotantis corpore apparent. Ea autem sunt sensibilia. Atque ex his ipsis non quæ aut hallucinatus est, aut obaudiuit, aut aliquo alio sensu perperàm sensit, sed quæ cõpræhensibiliter, vt ipsi dicunt, vnoquoq; sensu, necnon etiam sententia, id est, mente sensit quispiam. Menti enim hîc verbum sentiendi attribuisse Hippocratem asserunt. Vnde in prima parte huius orationis Hippocrates vnius aut duorum etiam mentionem fecit. Totum siquidem ipsorum genus exemplo indicare voluit. In secunda omnia vna cum mente commemorauit, certam atque exquisitam enuntiationem faciens: quippe cùm omnibus his commune sit, vt compræhensibiliter obiectarum rerũ species expressas percipiant. Quoniam verò id, quod pollicitus fueram, iam præstiti, commemorauique ea, quæ probabiliter à quibusdã hanc in rem dicta sunt, vt non sæpe Hippocrates dixisse de iisdem videatur: meum quidem iam est vt ad sequentia pertranseam: tuũ, vt quæ ex his cõmemoratis optima opinio sit, consideres, eique assentiare. De nomine item sententiæ, id est, γνώμης, nonnulla addit, apud veteres asserens in significato mentis, siue cogitationis, siue intellectionis accipi consueuisse. Cuius testimonia, cùm multa sint, satis erit si pauca hîc subiunxero. Critias in primo Aphorismo hęc scribit: Neq; quę reliquo corpore sentit, neq; quæ sententia cognoscit. & item: Cognoscunt homines an sanus sit aliquis sententia. & in primo Congressionum libro: Si ipse ita te exercuisses, vt sententia præstares, minimè ab ipso iniuria hac fuisses affectus. Et sæpe in eodem, & in secundo à sensibus ex aduerso distinguere sententiam videtur. Quemadmodum etiam Antipho in primo De veritate, Qui hæc cognoscit, neque visu videt longitudinem, neque qui cognoscit longitudinem, sententia eam non cognoscit. Item: Omnibus enim hominibus sententia in corporis sanitatem, & morbum, & cætera omnia diffunditur. Et Plato in quinto Reipublicæ: Igitur, inquit, huius cogitationem vt cognoscentis, sententiam, vt opinãtis, opinionem rectè esse diceremus. Lysias etiam contra Poliuchum. Ille enim in omnibus, quæ sua ipsius sententia vsus pro nostra multitudine egit, sicut multorum bonorum in causa fuisse ciuitati nostræ, ita plurimis incommodis, & malis hostes affecisse conspicietur. Aeschines quoque Socraticus in eodem significato, quo isti, nomine hoc vsus est. Necnon Hyperides in oratione contra Dioclem, & alii complures tum oratores, tum medici, & Poetæ obseruasse idem videntur: quos omnes hîc commemorare superuacaneum est.

4 Quæ quibus cognoscimus, omnibus licet cognoscere.

Hîc quoque non immeritò in dubitationem venit quænam sint aliæ facultates præter sensum, & mentem à Natura nobis traditæ, quæ ad dignoscendum idoneę A sint ea, quæ extrinsecus obiiciũtur. Quasi enim omnes complexus non sit, nunc ita subiungit: Quæ quibus cognoscimus omnibus licet cognoscere. Cur igitur in hunc modum dictum hoc esse existimem, iam explicabo: si priùs necessarium quoddam ad ea, quæ dicenda sunt, proposuero, quod à multis etiam veteribus dictũ iam est, quibus placet nullam esse opinionẽ, quam qui sectas constituerunt, philosophi videantur inuenisse: sed omnia illa priori tempore iam dicta sępe simul cum aliorum memoria interiisse. Quocirca ne putes Pyrrhoniam sectam, aut Academicam, aut Stoicam, aut Peripateticam, aut aliquam aliam post Hippocratem extitisse, rerum ipsarum opinione inductus. Ipsi enim Pyrrhonii in antiquissimos viros suam sectam referunt. Verisimile igitur est Hippocratis tempestate, imò non est verisimile, sed necessarium, eos, qui tunc erant, B inter se de naturalibus iudicandi facultatibus altercari, ac disceptare consueuisse: vt alii sicut posteà Pyrrhonii, nihil esse huiusmodi assererent, alii sensum solum talem esse statuerent: alii sensu postposito verum esse dicerent id, quod circunfertur: Mens videt, & mens audit, reliqua surda, & cæca sunt. Quidam item vtraque hæc naturaliter iudicandi vim habere affirmarent, ac sensu sensibilia, mente, & intellectu intelligibilia percipi posse: nonnulli præter has, alias quoque esse animæ nostræ facultates existimarent. Vt igitur calumniam ipsorum euitet Hippocrates, duarum ipse facultatum in genere mentionem fecit, sensus, & mentis: quas me etiam nostis solas semper ostendere diiudicatiuas cognitionem in nobis esse. Captiosorum tamen, & sophistarum causa posteà adiunxit, quæ quibus cognoscimus omnibus licet cognoscere. Ac nonnulli quidem C mentem alterius esse naturæ opinantur, cogitationem alterius, alterius item eam, quæ interna, atque intus affecta ratio appellatur: atque harum plures facultates statuunt. Sed à me in libris De communi ratione demonstratum est, tres esse omnes in nobis facultates, quibus ad cõstitutiones & artium, & librorum vtimur, sensum vtique, mentem, & memoriam. Ac memoriam quidem recondere, ac seruare in se ea, quę sensu, & mente cognita fuerint, quasi cellam quandam, & receptaculum eorum, non inuentricem. Nam inuentionem, & iudicium quæsitarum rerum sensus ac mentis in nobis esse. Veruntamen cùm de his ipsis oratio est, concedit vnusquisque aliam intellectionis, aliam rationis, aliam item, si ita volunt, mentis & cogitationis esse facultatem. Quippe cùm satis ipsi sit, quòd euidenter omnes D homines & malum, & mespilum, & vuam, & aliorũ fructuum corpora dignoscunt, siue ea dignotio vna, siue duabus, siue pluribus facultatibus efficiatur. Simili modo persuasum omnes homines habent & motionem esse, & causam, & signũ tum hæc ipsa, quæ antè dicta sunt, tum mentem, & memoriam, & electionem: quæ, sicut alia multa, quasi non essent, Asclepiades subuertere conatus est. His ita expositis planum iam esse factum puto qua de causa Hippocrates hîc, licet satis superiùs rẽ explicasset, subiungendum censuerit: Quæ quibus cognoscimus omnibus licet cognoscere. Auspicari enim medicus opera artis ab affectuum dignotione debet, ea, quæ in ægrotante apparent, cum sanis comparando, & spectando quæ illis similia, quę item dissimilia sint, cognitionémque horum, aliorúmque omnium sensu, & mente percipere, & si quid aliud præter hęc de omnibus communiter videtur posse iudicare, simili modo eo antè dictas res discernere, quacunque scilicet ratio-

neco

ne cognoſcere homines poſſumus. Senſibilia enim ſignificat dũ inquit, quæ & tangere, & audire licet. Horum autem iudicatricem duplicem facultatem, ſenſum videlicet, & mentem ſequentibus verbis declarat, cùm ait: Quæ & auditu, & naribus, & lingua &c. ſentire eſt. Quæ quidem vtræque manifeſtè memoriæ inſeruiunt. Quòd ſi aliquam aliam introducit quiſpiam facultatem, eam nos non repudiamus, ſi re vera eſſe vtilis conſpiciatur. Dicendo enim quibus cognoſcimus omnibus licet cognoſcere, & ſententiam, id eſt, mentem complexus eſt, & copiam fecit iis, qui eſſe quandam aliam iudicandi facultatem opinantur, eam nobis vt oſtendant. Quæ autem hucuſque ab Hippocrate hoc in libro ſcripta ſunt, medicæ materię communia ſunt, ac propterea vicem exordii ad totam artem obtinere ea dixi. Quę verò ſequuntur, iam ad manuum operam, eámque chirurgiam pertinent, quæ in Medicatrina vel diſcere, vel tractare illi poſſunt, qui in arte exercentur. Sed ne exiſtimet quiſpiam me præter meã conſuetudinem expoſitionem hanc longiùs protraxiſſe, is ſciat, quæcunque res ad totam artem communes ſunt, eas prolixiùs tractari debere, quàm quæ parti alicui conueniunt: & præſertim cùm de iis aliquo in libro quiſpiam ita dicat, vt non amplius ſit mentionem facturus. Quemadmodum ego in librorum Hippocratis explanatione facere propoſui: vt & omnia ſenſu & mente diſcernam, & quæ dicta à me modò ſunt, ampliùs nõ repetam. Adde quòd neque pro dignitate rei produxi orationem. Nam cùm potuiſſem commemorare, & in iudicium vocare diſſenſionem quæ de numero animæ facultatum exiſtit, melius eſſe duxi ad eum, qui de communi ratione ſcriptus eſt, tractatum relegare eum, qui de his cognoſcere accuratiùs vellet. Præterea cùm alia quæſtio incideret, dum dicebatur à ſimilis & diſsimilis contemplatione eſſe incipiendum, vtrum quia non omnino quippiam in omnibus diſtinctum, atque abſolutum reperiebatur, idem differret à ſimili, ſponte hoc alibi explicatum hîc prætermiſi. Nam in eam conſiderationem hoc quoque incidebat. Illud etiam omiſſum à me fuit, vtrum ex iiſdem, an ex ſimilibus obſeruationes ab experimentariis fierent. Nonnulli enim ex ipſis etiam experimentariis ex ſimilibus afferunt. Alii, qui diligentiores ſunt, totius ſuæ inſtitutionis conuenientiam ſeruantes omnes ſuas obſeruationes ex iiſdem fieri aiunt, tam quæ morborum dignotiuæ, quàm quæ præcognitiuę, aut curatiuæ appellantur. Nam Dionem phreneſi laborantem eundem eſſe dicunt cum Theone, phreneſi eadem affectum in eo vtique quòd vtrique phreneſi laborant. Alii ſunt, qui ſimile abſolutè dici negent, ſed duobus modis & dici, & intelligi aſſeuerent: vno, cùm ſimile id intelligitur, quod nullo modo variat: vt gemini Iouis filii in omnibus prorſus ſimiles: altero, cùm aliquid alicui magis vel minùs accedit. Apud antiquiſsimos tamen & medicos, & philoſophos, quorum adhuc ſcripta extant, talis vſus ſimilitudinis non reperitur: quippe qui confuſè, & indiſtinctè ſimilium appellationem vſurpare conſueuerint: aliàs de iiſdem, quæ formæ inter ſe nullam habent diuerſitatem, vt ſi ſiniſtrum oculum dextro ſimilem eſſe dicant, cùm vtrique in vno & eodem homine conſiderantur: aliàs in diuerſis etiam hominibus ſiue cæſius, ſiue fuluus, ſiue niger ſit. Quatenus enim oculi ſunt, eatenus ſimiles eſſe eos dicunt. Licet magis vſitatum ſit, fuluum fuluo, cæſium cęſio eſſe ſimilem aſſerere. Quemadmodum etiam naſum aduncum adunco, ſimum ſimo, rectum recto eſſe ſimilem dicere conſueuimus.

Galen.

5 Quæ autem manuum operam ſpectant, ex medicatrina.

Tales breues loquutiones manifeſtè dedita opera ab iis fieri videntur, qui enuntiare obſcurè aliquid volunt. Vbi enim vnius, aut duorũ, aut ad ſummum trium nominum, aut verborum adiectione, clara reddi tota oratio poteſt, quo pacto obſcuritatem non fuiſſe affectatam dicendum eſt? Ego igitur formam loquutionis referam, qua quis vſus hoc planiùs, atq; euidentiùs expoſuiſſet, quæ huiuſmodi eſt: Medicina omnis communem habet ſcopum, ac finem ad affectiones, ęgrotationéſque dignoſcendas, ſimilitudinem, ac diſsimilitudinem, quam cum ſanis habent, ex iis, quę euidenter ſenſui & intellectui apparent inuentionem comparans, ac iudicium. Ego autem ea tantùm dicam, quę ad manuum operam ſpectant, quę in medicina & oſtendi diſcentibus, & in affectis exerceri poſſunt. In hunc modum ferè dixiſſet, qui apertè rem enuntiare voluiſſet. Nonnulli autem ſcribunt medicatrinam hîc, id eſt, ἰητρεῖον in vltima ſyllaba per η: vt ſit κατ' ἰητρείην, id eſt, ex medicina, ſeu ex medica ratione, non ex loco ad exercendas huiuſmodi medicationes idoneo, quem ἰατρεῖον, hoc eſt, medicatrinam vocamus. ac ſi ita dixiſſet: Quę verò ad chirurgiam attinent, quę ex arte medica fiunt, ſunt hęc. Deinceps tamen videtur libri huius author, ſiue ipſe Hippocrates fuerit, ſiue filius ipſius Theſſalus, neque omniũ operationum, & chirurgiarum mentioné facere, quę ex medicina fiunt, neque omnium, quę in medicatrina exercentur, ſed earum tantummodo, quę diſcentibus, & iis, qui introducuntur, vtiles ſunt, & tamen à medicatrina libri ſumpta inſcriptio eſt: quam poſteà Diocles, & Philotimus, & Mantias eſt imitatus. Melius verò fuiſſet, vt dixi, ſi de iis, quę in medicatrina tractantur, liber hic fuiſſet inſcriptus. Miror autem quòd Aſclepiades cùm lectionem τῶν ἰητρεῖον ſeruarit, eam idem ſignificare exiſtimauerit, quod in medicina: cùm tamen κατ' ἰητρείην, id eſt, ex medicatione, κατ' ἰητρεῖον, id eſt, ex medicatrina id ſignificet. Niſi medicatrinam, quod eſt ἰατρεῖον, ἰατρείην, id eſt, morborum medicationem interpretetur. Sed hæc ad verborum conſiderationem ſpectant, quę non multi facere conſueuerunt, qui rerum veritati incumbunt. Propoſitarum autem rerum doctrina ex ſequenti lectione principium ſumit.

6 Aegrotans, agens, miniſtri, inſtrumẽta, lumen, vbi, quo modo, quot, quo modo, quando, corpus, commoda, tempus, modus, locus.

Hac oratione omnia commemorat, à quibus, & per quę, & cum quibus pars operaria artis, id eſt, chirurgica exercetur, atque vnumquodq; ordinatè percenſet, quale eſſe debeat, quóque modo, & tempore in vſum deduci: quorum pleraque aperta ſunt, ac clara. Aegrotans enim, & agens, & miniſtri, & inſtrumenta, & lumen nulla indigent in pręſentia expoſitione, pręſertim cùm ipſe etiam author de ipſis his in ſequentibus diſſerat: doceátq;, quo modo ęgrotus exhibere ſe medico debeat: quomodo medicum circa ipſum operari: quo itẽ modo qui aſtant, miniſtrare oporteat. De inſtrumentis quoque, & lumine, quę cognoſcenda nobis ſint, tradit. Poſteà verò de deligatione longam producit orationem, dicendi breuitate minimè ſeruata, qua in toto reliquo libro vtitur. Quanquam id fecit, ne quicquam,

quod vtile eſſet,prętermitteret.Quęcũq; igitur prę-ter ægrotantem,& agentem, & miniſtros, & inſtru-menta,& lumen dicta hîc ſunt,inſpicienda ſunt,atq; exponẽda. Ac primum,quod primò poſitum eſt. Vbi, quod Græcè, ὅκου dicit Ionico more pro ὅπου, π in κ verſo,locum ſignificat,in quo quippiam collocatum eſt. Quocirca de omnibus antè poſitis dictum id eſſe afferere non abſurdè poſſemus. Nam & ægrotans lo-co idoneo indiget. Vocantur autem ægrotantia ea, de quibus eſt chirurgia. Medico item, & miniſtris ni-hilò minus,quàm ęgrotanti loco eſt opus. Inſtrumẽ-ta etiam conuenientem locum requirunt. Lumen quoq;,quod artificiale eſt,vt hoc in loco efficiatur,in noſtra ſitum eſt poteſtate. ὅκως,autem,quod ſubiungit pro ὅπως,id eſt quomodo,tam apud Ionas,quàm alios qualitatem quaſi quandam rerum,quæ traduntur, ſi-gnificat. Non modò enim debent,qui diſcunt artem, locum cognoſcere,vbi vel cubans, ſed ſedens ægro-tus operatione manuum curandus ſit, verùm etiam quo habitu,quáque figura ſit collocandus,aduertere. Idem de eo & qui operatur, & qui miniſtrat, intelli-gendum eſt. Necnon de inſtrumentis,quæ non ſolùm loco accommodato eſſe appoſita,ſed eo ordine præ-parata eſſe debent,vt & à medico, & à miniſtris capi facillimè poſsint. Hîc commoda videtur prętermiſiſ-ſe, cùm ſubintelligi cum inſtrumentis aptè queant. De quibus quo pacto déinceps inordinatè memine-rit,pauló pòſt videbimus. Nunc quæ ſequuntur expli cemus. Subiungit quot,quo modo, quæ vtraq; ad v-numquodq; eorum, quæ dicta iam ſunt, referuntur. Ea enim omnia,quæ pręparanda ad chirurgiam ſunt, cognoſci à diſcentibus debent, & quot ſunt, & quo-modo eis vti oporteat: vt quod pauló ſuperiùs po-ſuit,quo modo,poſt,vbi,in ſitu & collocatione:quod nunc dicit, in vſu qualitatem ſignificet. Vnde illud poſt, vbi conſtitutum eſt, quod eſt loci aduerbium: hoc,poſt quot relatiuum,quod operationes quaſdam per inſtrumenta quædam,accommoda videtur prę ſe ferre. Quod ſubiungit,quando,occaſionem manife-ſtè exprimit,qua vnaquaq; re vtendum eſt. De iis ve-rò,quæ poſteà addit in hunc modum,corpus,cõmo-da, tempus,modus,locus,meritò quæritur, quid ſibi velint. Nam corpus affecti hominis ea parte ſignifica-uit,vbi de ægrotãte meminit. Tempus item cùm quan-do,modum cùm quo modo,locum cùm vbi dixit, ma-nifeſtauit. Cur igitur hæc adiunxit?vt non omittã quòd commoda etiam hîc præter ordinem interiecta ſunt, cùm melius vel cum inſtrumentis ſtatui, vel ſi etiam omnino nihil de eis ſcriptum fuiſſet, à nobis vnà cum inſtrumẽtis intelligi potuerint. Sed de his illud reſpon-deri poteſt, ſcalpros, terebellas, hamos, raſoria, lami-nas,membranæ cuſtodes,& cætera huiuſmodi commo dorum nomine hîc ab eo non fuiſſe appellata, cùm ſi-mul cum inſtrumentis,vtpote ipſis cognata, intelligi à nobis ſatis queant:ſed ea tantùm,quę ex domeſtico ap paratu vtilia ad curationem ſunt: quemadmodum in li-bro De victu in acutis morbis dixit,vbi de balneo agit. Paucis enim in domibus,inquit,commoda præparata habentur,& miniſtri idonei. Alueos igitur, rotas, pel-ues, labra, & cætera id genus ἄρμενα hîc, id eſt, com-moda vocari cenſendum eſt, quæ commoda iis, qui curantur,& neceſſaria ſunt. De reliquis,quæ dicta hîc ſunt, reſtat abſurditas. Fortaſſe igitur hîc corpus partem affectam vocauit: tempus verò id, quod ipſi eſt annexum. Scire enim oportet in chirurgiis quo-ta ſit affectio, quæ in curationem venit: quippe cùm

A ipſe neque extendenda membra,neque articulos repo-nendos tertio,aut quarto pòſt die moneat. Poteſt etiã ipſius curationis operariæ tempus intelligi, eò quòd nonnulla eiuſmodi ſunt, quibus manuũm operam ad-hibere quàm citiſsimam tentandum ſit, cùm videli-cet ex refrigeratione maximum impendet periculum: vt in iis,quorum vulnera conſuenda ſunt. Nam ſi lon-giore mora trahatur curatio in magnitudinem doloris protinus incidunt. Alia longioris temporis chirur-giã requirunt,vt ſuffuſiones:in quibus opus eſt poſtea-quam fuerunt deductæ, aliquandiu eo loco interpun-ctoriam acum detinere, vbi manere eas compreſſas fir-miter volumus. Modus autem hic de morbi creatione dictum videtur, vt quo modo fractio, aut articuli lu-xatio facta fuerit, cognoſcendum eſſe doceat: quem-admodum in libro De vulneribus in capite modos re-fert,quibus vulnera efficiuntur his verbis: Os in capi-

B te tot modis vulneratur. & déinde: Horum autem mo-dorum vniuſcuiuſque plures formæ fracturæ in vulne-ratione euadunt. Item poſteà: Contundi autem poſſet os in ſua ipſius natura, ſic vt nulla oſsi ſciſſura accede-ret. Ac ſecundus iſte modus eſt. Tum déinceps vbi aliũ dixit, ſubiungit: Ac tertius quidem hic eſt. & rurſus: Hic eſt quartus. Poſteà: Quintus hic modus eſt. Cæte-rùm abſurdiſsimum hîc videtur, quid loci rurſus hic meminerit, cùm ſuperiùs Vbi, aduerbium, quod lo-cum ſignificat, poſuerit? Hinc enim fit, vt nõnulli ora-tionis huius aliam expoſitionem comminiſcantur, di-uerſámque inſuper lectionem afferant. Pro hoc enim ὅκου,id eſt,vbi,quod antè dictum eſt,legunt:cùm tamen & qui librum hunc explanarunt, & plerique ex expe-rimentariis lectionem priorem agnoſcant. Verba ipſa clarioris euidentiæ cauſa iterum repetam: Aegrotans,

C agens, miniſtri, inſtrumenta, lumen, vbi, quo modo, quot,quomodo,quando,corpus,cõmoda,tempus,mo dus,vbi. Dicunt igitur Hippocratẽ cùm dixit,vbi,in ſu periori parte horum verborum abſolutè id accepiſſe, cùm & corpori ægrotantis, & rebus commodis,& ne-ceſſariis accommodari queat. Commoda ſiquidem hic vocare ea,quæ priùs appellauit inſtrumenta,in fine ve-rò corpori ægrotantis & commodis diſtinctè illud at-tribuiſſe:quippe cùm & ægrotantis corpus,& commo-dæ ipſæ res, & neceſſariæ accommodato loco collocan da ſint. Sed ſi priorem lectionem ſequamur, & antè di-ctam noſtram explanationem,locus, qui in calce huius orationis poſitus eſt de membro affecto corporis di-ctus eſſe intelligetur. Medici enim ſicut membra cor-poris, ita loca etiam appellare conſueuerunt. Atque integri libri à nonnullis ſcripti ſunt de locis affectis.

D Huiuſque capita rerum demonſtrandarum tantum-modo expoſita ſunt. Doctrina ipſa cum ſequenti le-ctione initium ſumet. Quocirca his, quæ ſequun-tur,attendendũ diligenter tibi eſſe cenſeo. Nam quod non rectè in his intellectum fuerit,non mediocre in ar tis operibus damnũ afferet. Si autem quæ hactenus di-cta ſunt,non bene perceperimus, non magnam iactu-ram faciemus.

7 Agens, vel ſedens, vel ſtans con-gruenter ad ſe, ad id, quod tractatur, ad lucem.

In ſuperiori oratione catalogum ipſi de rebus fa-ctum eſſe dixi,à quibus, & per quas, & cum quibus, & circa quas operationes manuum adhibere neceſſarium eſt. A quibus, ſunt & medicus, & miniſtri: per quas, in-ſtrumenta: cum quibus,lumen, & locus: circa quas, & totum

totum corpus eius, qui tractatur, & pars affecta: quarũ ſingulæ cuiuſmodi eſſe debeant, & hîc & in ſequentibus docet, non ſeruato tamen ordine, quo priùs eas enumerauit. Ab ægrotante enim cum incœperit, de medico primùm hîc agit. Id autem veteribus omnibus conſuetum eſt. A quibus innumera huiuſmodi exempla colligi poſſent. Sed in præſentia id ſatis erit, quod à Poeta in Iliadis ſecundo in nauium enumeratione ita dictum eſt:

Quiſnam inter virtute viros fortiſsimus atque
Inter equos fuerit, mihi tu Iouis inclyta proles
Muſa refert, qui ſunt Atridarum arma ſecuti.

Hîc cùm priùs viros dixerit, déinde equos, nõ priùs viros recenſet, ſed equos in hunc modum:

Inter equos longè ſuperabant viribus omnes
Admeti biiuges, quas tunc Eumelus agebat,
Sicut aues volucri penetrantes agmina curſu,
Aetate inter ſe, atque æquo diſcrimine dorſi,
Atque colore pares: quas olim pulcher Apollo
Pieria in ſacra pauit, fera bella mouentes.
At hominum Telamone ſatus fortiſsimus Aiax
Omnium erat, quando iratus cedebat Achilles.

Alibi item cùm dixiſſet:

Illhic ploratus audiri, & vota virorum.

poſteà ad ſecundum priùs reſpondens ſubiungit:

Qui aut occidebant, aut ſæua morte peribant.

At in ſeptimo Iliadis libro quaſi dedita opera vellet oſtendere talis loquutionis curam habendam non eſſe, cùm omnes res ordine enumeraſſet, quod ſecundum dixerat primum reſumit, déinde quintum, aut quartũ, poſteà tertium. Carmina autem ea ſunt, quæ in hũc modum exordiuntur:

Illhic Bœotus, longis & veſtibus Ion,
Locrenſes, Phthii, & præclaræ ſtirpis Epæi.

De ordine igitur, quo in oratione vtitur, hæc nunc ſemel dicta ſufficiant, vt non ampliùs alibi audienda ſibi eſſe cenſeat quiſpiam. Quæ autem hîc de agente ipſo dicit, id eſt, de operante medico, clara vnicuique ſunt, qui attendere verbis his velit. Inquit enim ſiue ſedentem, ſiue ſtantem eum, qui operatur, exercere chirurgiam debere, congruè, & accommodatè ſe habentem ad id, quod tractatur, & ad lucem: eam rationem ordinis, quam modò diximus, etiam hic ſeruat. Nam hanc ad vnamquanque rem medici congruitatem déinceps explicando, id, quod vltimo loco dixerat, primũ reſumit, quæ eſt lux.

8 Ac lucis quidem duæ ſunt ſpecies, communis altera, altera artificialis. Communis in nobis non eſt, in nobis eſt artificialis.

De ſpecierum quoque nomine ſi ſemel nunc audiueris, perpetuum id habe. Mos veteribus eſt, vt ea, quę ex diuiſione generalium rerum euadunt, differentias, ſpecies, & modos appellẽt. Ita hic Hippocrates lucis duas eſſe ſpecies ait, périnde ac ſi differẽtias, ac modos duos eſſe dixiſſet. Alteram igitur lucem communem eſſe dicit, qua omnes homines vtimur, præcipuè ſub dio, ſecundò in domibus magnis, atque amplis, quæ magnis feneſtris, atque oſtiis copioſum lumen accipiunt. Cuiuſmodi nunc etiam pleriſque in vrbibus curantibus medicis dari conſueuerunt: quas à medicatione, quam in ipſis exercent, medicatrinas appellant. Lumen autem artificiale etiam ipſum primum fit, cùm lucernas, aut faces, aut funalia, aut tale quidpiam incendimus: ſecundò cùm feneſtras aperimus aut totas, aut ex parte,
A aut aliis clauſis alias aperimus. Ac de oſtiis eadem ratio eſt.

9 Quarum vtriuſq; duplices vſus ſunt, vel ad lucem, vel ſub lucem.

Vtriſque ex ſpeciebus ſplendoris, & communis, & artificialis duo vſus ſunt, vel ad lucem, vel ſub lucem. Ad lucem vocat, cùm ad lumen aduerſum fuerit, quod inſpicitur, & curatur: ſub lucem, cùm ab ea parum declinat: vt in ſuffuſionibus fit, atque omnino in oculorum affectibus: quippe cùm neque dignoſcere morbos eorum exactè, ſi ad lucem aduerſus ſit, qui ægrotat, neque curationem adhibere liceat. Quocirca in his cauendum eſt, ne, qui curari vult, ad lucem conuertatur, ſed ſub lucem, id eſt, auerſus à luce, aut obliquè collocatus maneat. Quod de oculis ipſis, non de palpebris
B à me dictum intellige. Circa has enim operari poſſumus, etiam ſi homo conuerſus ad lucem ſit. Quemadmodum in veſicarum aquoſarum ſublatione, aut illaqueatione pilorum, aut ſutione, aut demum vbi medico apertis palpebris opus non eſt. Si tamen hulceratus admodum fuerit, qui lippitudine laborat, habeâtque eam, quam vuam vocãt, prorſus auerſus à luce eſſe debet omni tempore, niſi cùm medicamentũ oculis medicus imponit: tunc enim abſque luce inſpicere medicus læſam partem nequit: ſicut ſi aut vnguem excidere, aut ſuffuſionẽ deducere, aut tale quippiam operari velit. Nam tunc obliquè ad lucem collocandus æger eſt: vt neque à fulgore lucis oculi pupilla feriatur, neque medicus fruſtretur, quin ſpectare curandam partem valeat. Atque ille quidem planè, qui à luce auerſus eſt, neque ad lucem, neque ſub lucem, ſed à luce magis appel-
C labitur: necnon qui obliquus ad lucem collocatus eſt. Melior tamẽ Hippocrati viſa eſt hæc enuntiatio, quàm ſi per lucem, aut ab luce dixiſſet.

10 Sub lucem & paruus vſus, & aperta moderatio eſt.

Superiùs demonſtratum eſt, nullum ex aliis membris, exceptis oculis, tali chirurgia indigere. Quoniam verò vt dixi, fieri non poteſt vt auerſus à luce penitus quiſpiam ſit, qui curatur, in medio ſtatu & ab auerſione à luce, & ab aduerſione ad lucem collocare hominem vult. Non tamen æquè in omnibus morbis auerſum à luce eſſe conuenit, ſed quatenus ipſe morbus requirit. Qui enim hulcerati ſunt, & ſuppurati, & vua laborant, inflammationémque aliquam magnam, aut fluxionem acrem habent, paruo etiam fulgore ita percutiuntur, vt
D & doleant, & fluxu ſtatim infeſtentur. Illi autem à fulgore minorem moleſtiam percipiunt, quorũ aut ſuffuſio interpungitur, aut vnguis, aut tuberculũ exciditur, quod ἐγκανθὶς, id ex inangularis appellatur. Moderatio igitur, qua illum, qui curatur, à lucis fulgore eſſe auerſum oportet, tibi, ſi duobus his attenderis, inuenietur: vt videlicet medicus clarè in oculo id quod in operatione agit, inſpiciat: &, qui tractatur, non vehementi aliquo dolore crucietur. Nam vterque ex his ſcopus contrariam collocationem tibi præſcribet, prout alter alteri prævalere conſpicietur. Quòd ſi neuter prævaluerit, medium habitum, & ſtatum eliges eorum, qui tum ad lucem prorſus aduerſi, tum ab ea auerſi penitus ſunt. Ego tibi viam expoſui, qua ſi vteris, moderatam conuerſionem reperire facilè poteris. Hippocrates verò ita dixit, exiſtimans moderationem facilè omnibus, ſi inuenire voluerint, manifeſtam euaſuram. Nõ enim

ineruditos homines,vt nos nunc,ſed admodum exercitatos in diſciplinis docebat, qui ex conſequutione eorum,quę priùs fuerant demonſtrata,talia ex ſeſe excogitare non difficulter poſſent.

11 Quod ad lucē verò attinet, ex præſentibus, ex conferentibus luminibus ad claritatem conuertere debemus id, quod curare volumus.

Vt quæcunque, ait, medicus in curatione ex manu in ægrotantis corpore diligētiſsimè inſpiciat,in omnibus corporis partibus, exceptis oculis, clariſsima lux eligenda eſt. Clariſsima autem lux eſt in ſubdiali loco à ſole illuſtrato, cùm nulla res lumen eius impedit: ſed interdum in diuerſorio eius,qui curandus eſt,nihil huiuſmodi reperitur. Sæpe ſi reperitur, eò prodire non confert,cùm per hyemen frigus,per æſtatem calor infeſtet:quorum vtriuſque propria quędam læſio eſt. Adde quòd venti quoque cauendi ſunt. Horum enim cauſa ſæpenumero fit,vt non modò in liberum aerem,verùm etiā ad ianuas,& feneſtras,quas ventus vehementior perflat,deducere ægrotum vitemus. Nam ſicut in illis cauendi venti maximè ſunt, in quibus neruos pati aliquid timemus, ſic in putreſcentibus ſol euitandus, cùm ad ſanguinis eruptionem apti ſint. Rectè igitur adiunxit ex præſentibus,ex conferentibus. Non enim ex præſentibus luminibus claritas tantummodo eſt eligenda,ſed illud inſuper conſiderandum,an, quod clariſsimum eſt,ex conferentibus ſit.

12 Præter ea,quæ aut latere debent,aut videre turpe eſt.

Non clara locutione ſententiam hîc ſuam explicauit author:ſed videtur dicere partes ægrotantium tractandas, quæ aut latere debent,aut videre turpe eſt, ad lucem non eſſe conuertendas,cùm tamen non id velit. Nam ita poſteà ſubiungit:

13 Atque ita quod tractatur aduerſum ad lucem, qui tractat aduerſum ei, quod curatur,collocari oportet,ſic vt ne obumbret.

Hoc enim modo tota ſententia ab eo erat explicanda. Quod ad lucem verò attinet ex præſentibus ex conferentibus luminibus ad claritatem conuertere debemus id,quod curare volumus,ita quidem vt puram,& non adumbratam lucem vſquequaque ſeruemus. Sed in iis, quæ vel latere oportet, vel videre turpe eſt, ita collocare ſe medicus debet, vt & alios omnes impediat,quò minùs inſpicere tractandas partes queant, & ſibi nulla ex parte obumbret. Atque hic totius huius orationis ſenſus eſt. Sed fortaſſe quiſpiam clarè audire cupit,quam ob rem medicus eos,qui circunſtant,celare quippiam velit. Nonnulli ſunt ex præſentibus, quos exactas quaſdam ex manu curationes docere fortaſſe non vult,cùm digni non ſint. Domeſtici item aliqui, & familiares ipſius ægrotantis incidere interdum partes aliquas vetant, quæ eiuſmodi indigent curatione. Dolent enim, atque indignantur aduerſus medicum,& carnificem vocant:cùm tamen ſæpe etiam alterum ex teſtibus putrefactum excidere prorſus neceſſe ſit,& neruum per tranſuerſum ſecare,ne in conuulſionem incidat ægrotus. Alii item ex vulgaribus hominibus puris copiam ſpectare non patiuntur. Quidam ne permittunt quidem,vt quod pus continet corpus aperiatur. Quibus in rebus medicus dat operam, vt ipſis inſciētibus locum affectum ſecet, & pus totum educat, atque exprimat. Idem quandoque ob laborātium timiditatem à nobis fit: quippe cùm adeò timidi nonnulli ſint ad huiuſmodi curationes ſuſcipiendas, vt priùs, quàm ſecti fuerint, ex doloris expectatione animæ defectu collabantur. His quod probabile eſt,eſt dicendū: cras nos de curatione, & chirurgia conſideraturos, in præſentia ſatis eſſe, ſi locus aut foueatur ſpongiis, aut aqua perluatur,atque ad emplaſtrum, aut medicamentum recipiendum præparetur. Atque ita inexpectato ſectio homini adhibenda eſt. Atque in his quidem medicus inſpectioni præſentium obſtabit, ea cauſa vt lateat id quod agit. In aliis ob pudorem ægroti locum curandum à conſpectu auertet. Qui enim ægrotat aliquando ſummoperè curat,ne à pleriſque videatur,ſi in ſede, aut pudendis morbus ſit. Hæc enim loca occultare con ſueuerūt. Si fœmina ſit,circa nates & pectus,circa ventrem etiam, ac multò magis circa pubem verecundiæ cauſa conſpectus vitandus. Sed quidam hîc Hippocratem damnat, ridiculè hæc dixiſſe eum aſſerens: quippe cùm qui videri nolunt,dum huiuſmodi in partibus curantur,facilè poſsint omnibus,qui interſunt,è cubiculo excluſis ſoli medico rem committere, vno ſolo, aut duobus admiſsis,qui familiariſsimi ſint. At is planè neſcit,neque expertus eſt,& multos eſſe, qui ſicut inſpici morbos ſuos erubeſcunt, ita prohibere à conſpectu nonnullos, atque amouere vereantur: & multos quoque,qui etiam ſi prohibeantur,contendentes,ac curioſè ægrotantis affectionem ſcire affectantes, cùm familiares,& amici ſint, impudēter remanere velint. Quapropter in huiuſmodi occaſionibus medicus,quo nullo negotio facere poteſt, obſequi ægrotanti debet, & ſolus ipſum tractare,& nemine aduertente ita exercere chirurgiam, vt pleroſque lateat. Poteſt enim, vt dixi, cùm vel aqua perfundit, vel ſpongiis fouet, quaſi nihil operaturus ſit,repentè opus abſoluere,dum aliud quid agunt,qui curioſè inſpecturi ſingula aſsiſtebant. Atque hæc quidem, quæ in huiuſmodi altercationem venire poſſunt præter medicinæ contēplationes ſunt, quæ tamen nos ex rei cōſequutione,imò propter calumniantium contradictionem coacti fuimus commemorare. Sed iam ad ea,quæ ſequuntur,tranſeundum eſt.

14 Ita enim & qui agit, inſpiciet, & quod tractatur,non inſpicietur.

Hic quoque integra loquutio huiuſmodi eſſet: Ita enim qui agit,inſpicit partem,quę curatur:ea autē pars ab aliis non inſpicitur. Non enim ad medicos vtraque ſpectant,vt & videatur,& non videatur.

15 Ad ſe autem ita, vt ſi ſedeat, pedes in ſuperiorem partem proceſsione directi ad genua ſint, interuallo verò parum diſtent. Genua autem inguinibus paulò ſuperiora exiſtant, ea diſtantia ſit, quæ idonea cubitis,tū poſitione,tum appoſitione.

Vbi conuenientiam, quam ad lucem habere debet medicus,explicauit,ad cōgruentiam,quam ad ſe ipſum ſeruare oportet, deuenit. Cùm enim ſuperiùs dixerit, Agens, vel ſedens, vel ſtans congruenter ad ſe, ad id, quod tractatur, ad lucem: deinde id, quod vltimo loco poſuerat, id eſt, ad lucem declararit, & ſimul cum eo ad id,quod tractatur quoq; neceſſariò expoſuerit: nunc

nunc conuenientiam perſequitur, quam ad ſeſe habere medicus debet. Ipſum autem ad ſe ipſum conuenienter ſe habere in ſitu, ſimplex, & quaſi per articulos diſtinctum nihil poteſt, ita vt aliàs aliam collocationem variis in figuris obtineat. Sed ſi inter ſe cōpoſiti partes ipſæ ſpectentur, ita admittere conuenientiam poterit. Nam ſi quis vel ſedens, vel ſtans quàm plurimum inter ſe membra abſtrahat, ac diducat, is incongruenter erit collocatus: quemadmodū ſi prorſus eadem contrahat, vt vel ſe mutuò tangant, vel alterum alteri ſuperiectum ſit: necnon ſi in longitudinem totum crus producat: aut nō directè ad genu, ſed longè retrorſum pedem teneat. Qua de cauſa meritò hîc Hippocrates vniuſcuiuſque ad ſe ipſum conuenientiam in ſedendo membrorum inter ſe habitum eſſe definiuit: vt pedes videlicet directè ad genua collocati ſint. Sed quia directū & in rectitudinem duobus modis intelligi poteſt, & cùm in longitudinem crus protenditur, & cùm in altum attollitur, & erigitur, meritò ſubdit, in inferiorem partem proceſſione. Nam ἴξιν, id eſt, proceſſionem, ſeu itionem rectitudinis ſitum, & collocationem appellare conſueuit. Diſtare igitur pedes inter ſe aliquantulum cenſet, genua verò inguinibus paulò eſſe ſuperiora: id in omnibus ſpectans, vt & honeſtatem, ac decorum ſeruet medicus, & promptus ad operandum, firmúſque, ac ſtabilis in collocatione ſit: quippe cùm qui ita ſedeat, circumagitari, ac quaſſari difficulter queat. Vnde & genua, & tota femora vſque ad inguina tanto interuallo debere eſſe diſiuncta inquit, vt & honeſtè, & firmiter, & aptè ad operandum ſeſe habeant: quo interdum cubitis ſupra femora innixi, interdum ex vtraque ipſorum parte appoſito brachio operari valeamus. Nam quod inquit poſitione ſupra ipſa, appoſitione in lateribus collocationem notat.

16 Indumentum ſuccinctè, ſyncerè, æqualiter, ſimiliter cubitis, humeris.

Succinctè, id eſt, εὐςαλέως, aptè, & expeditè, vt neque nimis adſtrictum, neque nimis laxum corpori medici circumiectum ſit. Syncerè autem de ipſo indumento dictum eſt, diſtinctè, atque explicatè, vt nullam partem eius duplicatam eſſe ſignificet. Quod autem ſubdit, æqualiter, ſimiliter cubitis, humeris, ambiguum eſt. Vel enim vtriſque in brachiis circumiectum eſſe indumentum æqualiter, ac ſimiliter humeris, & cubitis cenſet, vt alterum brachium alteri conferatur, id quod plerique comparare appellant: vel cubitos, & humeros in ſingulis brachiis æqualiter, ac ſimiliter indutos eſſe, vt cubitus humero, & humerus cubito comparetur. Nam quòd non ſupra cubiti gibbum retractum eſſe amictum velit, perſpicuum eſt: quippe cùm non medico ſolùm, qui tam ſeriam artem exercet, inuelatos, ac nudos habere cubitos turpe ſit, verùm etiam iis, qui in forenſibus tumultibus cauſas dicunt. Quos videmus admodū vereri ſuper cubitos rectractam tunicam geſtare, périnde atque illi, qui ad pancratio decertandum præparantur. Poſſumus etiam talem amictus habitum alia cauſa reprobare, quia videlicet non tam partes circa cubitū, quàm totum etiam brachium refrigeret. Quanquam quantam partem eius vltra cubiti gibbum occupari cō ueniat, non expreſſit: ob id fortaſſe quia clarum eſt, atque eiuſmodi, vt à quocunq; noſtrum inueniri queat. Non enim difficile eſt coniicere in ſingulis operationibus quantum produci vltra cubitum debeat indumē-tum: hîc quoque id attendentes, vt & honeſtatem ſer-

A uemus, & aptè inſtructi ad propoſitam chirurgiam ſimus. Nam ſicut paulò ſuperiùs, vbi latere oportebat, cō trarios eſſe ſcopos, ac fines dixit: alterum vmbroſi aeris, ne ægrotans pars inſpiceretur: alterum clari luminis, quo ipſe ille, qui curaret, videre poſſet: ex quibus eum ſequi deberemus, vter maiorem vim habuiſſet. Quòd ſi vterq; æqualiter propendere viſus fuiſſet, medium planè inter vtroſque eſſe eligendum: eodem modo & nunc, & prorſus ſemper faciendum eſt, vt vbi in contrarias res diuerſi fines æqualiter deducunt, mediū vtrorumque eligamus: vbi alter præponderarit, ad eū tendamus. In operatione igitur, quantū ad ipſum attinet, totum brachium nudum eſſe oportebat: honeſtas verò totum idem eſſe contectum poſtulabat: medium tamen ſeruatur. Quocirca ſemper medium vtrorumq; eligendum eſt, cùm ſunt æquales: cùm ſunt inæquales, ad eum, qui magis vrget, concedendum eſt.

B 17 Ad id autem, quod tractatur, vltra & prope, & ſurſum, & dèorſum, & hac, vel illhac, vel in medio: vltra & prope termini ſunt cubitorū gibbi, ſi vlteriorem partem genua, in citeriorem coſtas non pertranſeunt. Surſum, ſi non ſuperiùs, quàm mammæ ſunt, ſummas manus teneat: dèorſum, ſi nō inferiùs, quàm vt pectus ſupra genua habens, ſummas manus angulares ad brachia efficiat. Atque in medio quidem, hoc modo. At hac vel illhac ſi nō extra ſedem, ſed pro ratione conuerſionis corpus & operantem corporis partem protendat.

C Cùm medicum iuſſerit conuenienter ſe habere ad ſe ipſum, ad id, quod tractatur, ad lucem ſiue ſedeat, ſiue ſtet: primùm de ſedentis conuenientia ad vnumquodque ex his tribus aggreſſus eſt dicere à luce principio ſumpto: déinde vbi ad conuenientiā, quā ad ſe ipſum habet, tranſiit, eámque explicauit: ad tertium, quod adhuc reſtat, nunc deſcendit, congruentiámque eius ad id, quod tractatur, & curatur exponit. Nam neque admodum prope id, quod curatur ſedere medicus debet, ne ex anguſtia manuum tractatio impediatur: neque adeò diſtare, vt attingere id, quod pertractatur, vix poſſit. Statuit enim hîc quoſdam terminos, citra quos remanere, aut vltra progredi medicus minimè debet. Illud verò memoria tenendum eſt, de ſedente primùm haberi orationem. Tantum igitur abeſſe D eum, qui medetur, ab ægrotante vult, vt cubitos neque vltra genua protendat, neque citra coſtas retrahat: qui diſtantiæ ante & retro termini ſunt. Diſtantia autem hæc, & dimenſio per longitudinem appellatur. Cùm verò duæ reliquæ ſint, altera per latitudinem, altera per profunditatem, & altitudinem, vtrolibet enim modo nominantur, de ea, quæ eſt per altitudinem, terminos hos ſtatuit, vt qui operatur, neq; ſuperiùs mammis manus attollat, neq; inferiùs deprimat, quā vt pectore genibus incumbēte angulares manus ad brachia figuret. Angulares appellans, cùm in curuatura rectum angulum cubitus cum brachio efficit: quippe cùm media hæc ſit figura inter perfectam cubiti incuruationem, qua fit, vt inflectere ipſum arctiùs nequeamus, & per-

ſectam diductionem, qua diſtendere brachium magis non licet, eius, quæ per latitudinem fit in laterales partes, terminos in vtranque partem ponit, in dextram & ſiniſtram ita conuerſiones facere, vt ſedes non dimoueantur, id eſt, partes corporis, quibus conſidemus, & innitimur. Atque horum quidem termini déinceps hîc per diuerſa tempora explicati ſunt: quippe cùm quo tẽpore de interuallo per longitudinem dicebat, eodem de eo, quod eſt per latitudinem, & altitudinem docere nullo modo potuerit: quemadmodum neque cùm de altero reliquorum duorum egit, de longitudine. Sed medicum tamen, vt puto, monet, vt quocunque tempore ad omnia, quæ dicta ſunt, animum aduertat: eò quòd omnibus ſimul in omni operatione opus ſit. Nam cùm media quædam ſit medici conſtitutio in ſedendo, cùm videlicet ſpectans nihil operatur, eam ſpecioſiſſimam, atque honeſtiſſimam eſſe oportet, périnde ac ſi pictor quidam, aut fictor imaginem eius imitaturus ſit. Sed cũ ad manu operandum iam peruenit, manus ei mouendæ ſunt ante ſimul & ſurſum aliàs, aliàs ante & ſurſum & ſiniſtrorſum, interdum retrò vel vtræque manus, vel vna tantùm retrahenda eſt, atque id vel déorſum, vel ſurſum, vel dextrorſum, vel ſiniſtrorſum. Dimenſionibus enim his inter ſe connexis multiformes figurarum variationes euadunt: in quibus omnibus communis ille ſcopus tenendus eſt, vt ſedes ipſa inuariata conſeruetur. Quam nonnulli diſtantiarum harum terminos tranſgrediendo turbare conſueuerunt. Nam ſi ita altè pars curanda fuerit collocata, vt medico ſupra mammas ſuas manus attollere neceſſe ſit, cogetur is interdum altiùs ſe ipſum à ſede ſubleuare quaſi ſurrecturus, ita vt neque ſtet prorſus, neque ſedeat, ſed in medio quodam inſtabili, ac nutante habitu conſtituatur. Et ſi multùm ad dexteram, aut ſiniſtram partem procedendum fuerit, eò è ſede ipſe attolletur, vt periculum ſit, ne ex ea delabatur. In vlteriore, & citeriore parte idem continget. Si déorſum autem magis demittendæ manus ſint, præter quàm quòd ſibi in operando obtenebrabit, in indecoro etiam habitu conſidebit.

18 Si verò ſtet, vtriſque quidem pedibus ex æquo inſiſtere oportet. Sed agere altero inſcendentem, qui vtique ex parte operantis manus non ſit, ſublato genu ad inguina ſic, vt in ſeſsione, & alii termini iidem.

Vbi orationem de ſedente expleuit, de ſtante agere incipit, iubétque eum eadem prorſus ſeruare, quæ paulò antè in ſedentibus præcepit: niſi quòd hîc pedũ ſtationem inæqualem eſſe vult. Alterum enim altero altiorem eſſe debere inquit, ſic vt non edirecto operãtis manus talis ſtatio ſit: quam medicum in tota operatione ſeruaturum eſſe, ſi neque nimis alto loco, neque vlteriùs, quàm oporteat, ſiue longitudine, ſiue latitudine membrum, quod tractandum eſt, fuerit collocatũ: vnicuique, qui antè dicta meminerit, manifeſtum eſt. Nam ſi ita altè erit collocatum, vt medicus manus ſupra mammas ſuas cogatur attollere, efficietur, vt dum immoderatè extenditur, è ſede excutiatur. Si verò longiùs diſtabit, ita vt progrediendum aliquantulùm ſit, medico priſtinam ſedem deſerere erit neceſſe. Quia verò ſupra aliquid innixum, ac firmatum alterum pedem eſſe vult, id in quantam altitudinem fieri debeat, declarat: eundem habitum inquiens ipſius genu ad inguina hîc eſſe ſeruandum, quem in ſedentibus ſuperiùs
A explicauit. De illis enim ita dixerat: genua autẽ inguinibus paulò ſuperiora exiſtãt: eò quòd eiuſmodi ſeſsio ſicut tutiſsima eſt, & maximè decora, ita ad operandum quoque expeditiſsima eſt. Nunc verò alterum tãtummodo genu prominere altiùs vult, vt eadem ad inguina ratio ſeruetur. Plurali autem numero dixit inguina, quo ad inguina vtrorumque crurum æqualem altitudinem habere genu intelligamus.

19 At qui tractatur reliqua corporis parte curanti inſeruiat, vel ſtans, vel ſedens, vel iacens facillimè ea figura, qua permanet, ſubfluxionem, ſubſidẽtiam, diuerſionem, decliuitatem ſeruans. Sic quæ
B debet ſeruatur & figura, & forma eius, qui tractatur, in exhibitione, in tractatione, in poſteriore habitu.

Diuerſas interpretationes loci huius tradiderunt, qui in librum hunc explanationes conſcripſere. Nam tum quatuor horum nominum ambiguitas, ſuffluxionis videlicet, ſubſidentiæ, diuerſionis, & decliuitatis, tum orationis breuitas, qua multa cõplecti voluit Hippocrates, diſſentiendi ipſis præbuit occaſionem. Cùm enim obſcura adeò ſit authoris huius ſententia, coniectura magis, quàm certo aliquo iudicio, ducti id fecerunt. Sed ego id, quod in omnibus huiuſmodi facere conſueui, nunc quoque præſtabo: vt omiſſis omnibus, quæ videntur abſurda, ea tantummodo perſequar, quæ probabiliter excogitata mihi eſſe videantur: meámque prætereà in hoc ſententiam non celem. Ab obſcurorũ
C autem horum nominum explicatione exordium ſumam. Cùm ſimplex priùs ſit, quàm compoſitum, & ſæpe fiat, vt licet nulla obſcuritas in ſimplicibus ſit, obſcuritatem tamen afferat compoſitio: id in præſenti hac oratione planè contigit. Nonnulli enim ſuffluxionem intelligendam cenſent, quæ ex humidis euenit. Atque horum duplex etiam ſententia eſt: alii, ex iis, quæ è corpore mouentur, alii, ex iis, quæ extrinſecus infunduntur: quidam quoque de iis mentionem hîc eſſe factam dicunt, quæ in curationis operatione ipſa effluunt: alii de iis, quæ poſt operationem eueniunt, dictum eſſe hoc aſſerunt. Eadem de ſubſidentiæ nomine diſcrepantia eſt. Nam cùm ſubſidere cõtrarium fluxioni humorũ ſit, meritò de eo eſſe eadem ambiguitas debet. Alter explanatorum cœtus non de humidis, ſed de ſiccis, & ſolidis animalis partibus ſubſidentiæ, & ſuffluxionis nomen eſſe accipiendum contendunt. Ac ſubſi-
D dentiam quidem, ſeu ſubſiſtentiam malis dicere, id eſt, ὑπόστασιν, ſuſpenſionem, ac ſubleuationem, vel partium, quæ inciduntur, vel totius etiam corporis dici opinantur, Suffluxionem, quam ὑπόρρυσιν vocat, eorundem ad inferiora declinationem, ac delapſionem non ſecus, ac ſi defluxionem, id eſt, κατάρρυσιν dixiſſet. Nam defluere hoc ſignificato in Præſagiis dictum eſſe aiunt, vbi inquit; At ſi procumbat, & defluat è lecto ad pedes, illud verò grauius eſt. His, qui ita exponunt, nomen quoq; diuerſionis, & decliuitatis atteſtatur, quę déinceps ſubſequũtur. Diuerſionem enim, id eſt, ἔκτρεψιν, cõuerſionẽ in latus ſignificare dicũt, ſiue totius corporis ſit, ſiue eius tantũ partis, quæ curationẽ ſuſcipit. Decliuitatẽ verò ad ea, quę propriè κῶλα, id eſt membra longa nominãtur, quæ ſunt brachia, & crura, referendam eſſe, ſicut ſuffluxionem ad totum corpus. Quando enim corpus

eodem

eodem in loco detinet quiſpiam, neque id dimouet, ſed vel crus tantùm, vel brachium deorſum inclinat, eum ſitum decliuem appellari dicunt. Atque hæc quidem, quanuis vera ſint, ſi quis ſingillatim ea cõſideret, in tota tamen oratione non correſpondent. Nam alia quædam etiam ipſorum omnium duplex diſſenſio eſt: cùm nonnulli putent Hippocratem voluiſſe ægrotãtes ea ſeruare, quæ quatuor his nominibus ſignificantur, ſubſidentia, ſuffluxione, diuerſione, & decliuitate: nonnulli non putent. Illud verò ad totam orationis huius ſententiã nihil refert, quòd in nomine diuerſionis tres lectiones circũferuntur. Alii enim diuerſionem, id eſt, ἔκτρεψιν, per τ & ρ & ε in ſecũda ſyllaba legunt: alii σ adiuncto ἔκστρεψιν, detorſionem, ſeu inuerſionem: alii per τ & ρ & ι ἔκτριψιν, deterſionem, ſeu expreſſionem legendum affirmant. Vnam enim tantùm lectionem in explicatione ſententiæ explanatorum poſueramus, eò quòd cùm manifeſta nominum horum ſignificatio ſit, ab ἐκτρέπεσθαι, id eſt, à digrediendo, & diuertendo diuerſio, ab ἐκστρέφεσθαι, id eſt, inuertendo, & detorquendo inuerſio, ab ἐκτρίβεσθαι, id eſt, exprimendo, & detergendo deterſio, facilè intelligamus, ſeruanda hæc eſſe ab ægrotante, vel non ſeruãda. At enim omnes hi in loci huius expoſitione ex parte quidem ſententiam Hippocratis videntur perſpexiſſe, totam tamen exquiſitè aſſequi minimè potuiſſe. Si enim quis aduertat iis, quæ in calce dicuntur, vbi inquit, in exhibitione, in tractatione, in poſteriore habitu, omnes vera quidem dixiſſe, cùm alia aliter in tribus his occaſionibus exhibitione, tractatione, poſteriore habitu ab ægrotante præſtari vtile ſit: nõ tamen componere omnia potuiſſe videbuntur. Planũ autem hoc erit, ſi tres has occaſiones manifeſtè diſtinxerimus. Prima eſt, cùm exhibent ſe ægrotãtes ad medicis exactam morborum dignotionem percipiendã: quam exhibitionem hîc vocat. Secunda, cùm aliquid medicus in parte affecta operatur, ac tractat: quam tractationem appellat. Tertia deinceps, quem nuncupat poſteriorem habitum, cùm ægrotanti in eadem figura ſeruare partem affectam propoſitum eſt. Ab habendo enim eam eundem in modum habitus appellationem fecit. In omnibus igitur his tribus occaſionibus quoddã commune, & quoddam proprium eſt. Commune eſt, vt membrum affectum immotum ſeruetur, niſi cum motione quodam modo à medico ſit tractandum. Propriũ autem bonum ex eo ad perfectam ſanationem comparatur: cùm in exhibitione exactè dignouerit eam partem medicus, quã curaturus eſt. In tractatione, ſi ſit fractura, extenderit, & conformarit aptè, & obligarit. Si luxatio ſit, extenderit, & repoſuerit, tum conuenienti deligatione affectum locum circundederit. Si ſcalpelli opera adhibita ſit, opus omne expreſſerit, & putrefactum quippiam aliqua parte vel ferro præſecuerit, vel igne deuſſerit. His autem & humidorum ſuffluxio, & ſubſiſtentia vtilis eſt. Altera, vt fiat, quippe cùm quod præter naturam humidum eſt, excernendum ſit. Altera, vt ne fiat: quod enim prauum eſt, manere intus non conuenit. Interdum tamen ſubſiſtentia vtilis euadit: quemadmodum in quibus vel vniuerſum exinanire pus ex magno abſceſſu, vel humorẽ inter cutem nolumus. Multò item magis in brachiis, & cruribus, quæ ſubiecta manuali curationi ſunt, ſuffluxio, & ſubſiſtentia ſeruãda eſt. Simili modo in ſolidis animalis partibus ſeruari hæc in tribus his occaſionibus exhibitione, tractatione, poſteriore habitu ab ægrotante debent. Nam ſi attollat partem eam ægrotus, atque ingerat curanti, medicum cogit non conueniẽter inciſionem facere, dum

A neque quantitatem, neque locum ſeruare permittit, ex eo quòd ſcalpelli admotionem peruertit, atque anticipat. Si retrahat verò, deficientem operationem reddit, ac mancam: cùm medicus vel in media ipſa curatione tantùm ſit, vel dimidiatum opus relinquat. Atque hæc quoque fiunt, cùm iam deligati ſunt. Interdum etiam dum manu curantur, vtputa ſi in ventre tractentur, in dorſum ſeſe attollentes in latus diuertuntur. Id quod nomine diuerſionis ſignificatur. Vel ſi nihil horum faciant, muſculos vehemẽter intendunt. Quam mutationem videtur ſignificare, cùm ſubiungit: Sic quod debet ſeruatur & figura, & forma eius, qui tractatur. Nã quãtum malum afferat, ſi ægrotus, dum ei interpungitur oculus, figuram, & formam non ſeruet, vel eam immutet, vel adeò vehementer intendat, vt facies ſanguine repleatur, cuilibet patet. Simile eſt, cùm æger exci-B dente os capitis medico paululum id vel ſuſtulerit, vel depreſſerit, vel in latus diuerterit, ac deflexerit. Exactam enim ex manu curationem labefactat, ac turbat. Idem facit, ſi vehemẽtiùs ſe extendat qui curatur: quippe cùm in mutatione habituum, partis, quæ tractatur, ſitus immutetur: diſtentiones verò in aliis partibus ſanguinis eruptionem efficiant, in muſculis autem non ſolùm eandem læſionem afferant, verùm etiam cùm partem eam altiorem interdum reddant, interdum depreſſiorem, in cauſa ſint, vt vbi ſuſpenſi fuerint, os, vbi depreſſi, hulceris ſedes ſubiiciatur. Id quod in locis circa intercoſtia, & ventrem vſu venit.

20 Vngues neque excedere debent, C neque deficere digitorum vertices. In vſum exercere digitis quidem ſummis, pleraque indice ad magnum applicato: tota autem manu prona vtriſque aduerſis.

Poſteaquàm dixit de eo, qui tractatur ex communicatione, nunc ad tractantem redit: quantíque vngues eius eſſe debeant, quales digiti, quo pactóque attollendi ſint, exponit. Nam quantum ad ſummorum digitorum operationes attinet, quæ ſanè propriæ etiam digitorum ſunt, illud optimum eſt, ſi vngues neque excedant, neque deficiant. Sed cùm in primo de vſu partiũ hoc latiùs tractauerimus, vbi omnẽ ſummæ manus naturam explicauimus, in præſentia ſatis erit, ſi ſola verba hîc clariùs exponamus. Cùm igitur duplex lectio circumferatur, vtraque explananda à nobis eſt. Vna eſt in hunc modum: Vngues neque excedere debent, D neque deficere digitorum vertices: eò quòd ita fiat, vt parua corpuſcula, ad quæ capienda ſummorum digitorum operatione indigemus, facillimè comprehendi queant. Deinde quaſi ab altero principio ſubſequatur: In vſum exercere digitis quidem ſummis, pleraque indice ad magnum applicato. Vt videlicet prioribus verbis de magnitudine vnguium digitorum doceat, ſequentibus de vſu ipſorum digitorum agat. Altera lectio eſt huiuſmodi: Vngues neque excedere debent, neque deficere. Deinde ex altero principio: Digitorum verticibus vſus. Verticibus in datiuo caſu, vt talis tota ſententia euadat: Vngues neque excedere, neque deficere longitudinem digitorũ debent, ſed planè ipſi adęquari: quippe cùm ſummitatibus ipſorũ vſus ſit. Id quod neque eſſe falſum videbitur, ſi rem diligenter perpenderimus. Nam licet nonnullæ ſint operationes in quibus totis vtimur manibus, cùm videlicet circum

circumplectentes vtriſque ipſis vel cubitum,vel femur, vel tibiam cruris, vel tale aliquid, atque in diuerſa trahentes extẽdimus,digiti tamen ibi tanquam partes manus operantur,non ſecus ac vola,& cæteræ partes. At cùm interpungimus, aut reſuimus,& conſuimus,aut vngues ex oculis excipimus, digitis vt digitis,non vt manus partibus vti conſueuimus. Simili modo cùm ſcalpello,aut tali aliqua re operationem exercemus. In omnibus ſiquidem digitorum operationibus ſummitate ipſorum vtimur. Ac propterea rectè dictum eſſe,digitorum ſummitatibus vſus non negauerim. Poſteà item ab alio principio ſubiungunt. Exercere digitis quidem ſummis,pleraque indice ad magnum applicato. Hac oratione declaratur, pleraſque digitorum operationes ad magnum,quem pollicem vocant,indice obiecto fieri:ita vt vtrorumque ſummitatibus id,quod capitur,cõtineatur. Tunc enim ſolis his duobus digitis operãtibus eſt opus. Nam ſi etiam tribus captio facienda ſit, ſicut cùm ſpecillo ſublinimus, aut interpungimus, licet medius aliquatenus etiam ipſe opituletur, duo hi antè dicti maiorem partem operationis exequuntur. Tota autem manu vtimur in chirurgiis, cùm caua eius parte corpus id circumplectimur,circa quod operamur. Ac digitos quidem affectos extendere, & conformare, & fingere vel vna ſola manu poſſumus. Brachium,aut cubitum,aut femur, aut tibiam vna non poſſumus, ſed vtraſque adhibeamus inter ſe aduerſas,atque oppoſitas neceſſe eſt:quo circum circa membrum queamus comprehendere. Tota etiam manu prona vtimur,cùm cucurbitulas admouemus,atque imprimimus,cùm ex paruo cauterio exprimimus, cùm ſpongiam ſuperdamus, aliáque multa huiuſmodi facimus: de quibus fortaſſe ob rei claritatem hęc quoq; dixiſſe,ſuperuacuum fuit: quippe cùm & digitorũ,& manuũ operationes omnes, quæ vtriſque manibus, quæ digitis ſolis,quæ tota manu faciendæ ſint, facilè meminiſſe per ſe vnuſquiſque poſsit.

21 Digitum diducere oportet magnũ id, quod inter digitos medium eſt: atque oppoſitum pollicem indici reddere.

Non enim alio modo fieri poteſt, vt in operationibus pollex indici opponatur, niſi quod medium inter vtroſque eſt,magnum ſit. Id in reliquis quoque digitis optimum eſt: vt cùm vndequaque corpus aliquod magnum comprehendendum eſt, id quàm plurimum diſtantes circum circa complectantur.

22 Morbus verò eſt,ex quo etiam ii læduntur,quibus in ortu, aut educatione aſſueuit pollex ab aliis digitis contineri.

Duplex lectio hìc eſt:ſed quia in vtriſque eadem ſeruatur ſententia,ab ea, quæ clarior, euidentiórque eſt, incipiam. Quibuſdam,inquit, mala quadam educatione vſis in conſuetudinem abiit, vt reliquis digitis pollicem contineant: atque ob id is otio marceſcens paruus, atque attenuatus euaſit: interuallũmque,quod inter eum,& indicem eſt,exiguum effectum eſt. Hoc autem in morbum manus,hoc eſt,in læſionem definit. Alii à morbo hoc contingere inquiunt, qui vel ex pollicis luxatione euenerit,vel ex hulcere aliquo inter indicem & pollicem orto,quod in curatione duram cicatricem contraxerit: ita vt vel obduratus muſculus is medius inter duos digitos,vel tabefactus ampliùs non alatur,neque creſcat. Adde quòd cùm magna aliqua A interdum putredo inter duos hos digitos contigerit,carnémque corroſerit, ac poſteà dura cicatrice obductus locus fuerit,efficitur,vt paruo interuallo pollex, & index inter ſe diſtent, & quaſi vinculo inter ſe connexi adhæreãt:ac pręcipuè,ſi dura,ſicut dixi,cicatrix ſupercreuerit. Nam hæc ita per negligentiam inoleſcere pueris veriſsimile eſt. Adulti enim à medicis edocti molliendo, ac mouendo pollicem medium locum efficere ad alimenta ſuſcipienda idoneum poſſunt: vt omittam quòd huiuſmodi hominibus totum corpus auctum iam eſt: vt ſi etiam malè res ipſis ceſſerit, non niſi in maciẽ, alimentorúmque deſtitutionem læſio euadat. At in infantibus ſi in primo incremento affectione aliqua huiuſmodi corripiantur, digitóſque propterea non moueant,fit vt & partes affectæ non ampliùs augeantur, & B quicquid inter vtroſque digitos intercedit, exiguum, ac tenue remaneat. Dicunt igitur nonnullis in hunc modum euenire:aliis cicatrice dura induci locum:atque id ex dura quadam affectione partium, quæ inter digitos ſunt:ac propterea à vinculo quodam contineri pollicẽ,id eſt prohiberi, quò minùs ab aliis digitis ſeparari queat. Quidam enim ſunt,qui ita verbum Contineri, interpretentur,quanuis illud repugnare maximè videatur. Quòd ſi horum explanatio admitti deberet,neceſſe eſſet ab aliis per ἀπὸ, præpoſitionem dictum fuiſſe, quæ quidem præpoſitio ab loco diſtantiam notat, non per ὑπὸ,quæ actionem ſignificat. Quæ autem in media ſede inter duos digitos affectiones exiſtunt,eam paruã, & connexam reddunt. Ac de his quidem illud elige, quod maximè probabile tibi viſum fuerit. Nam in ita obſcuris loquutionibus explicandis diuinatione po- C tiùs,quàm ſapientia,opus eſt. Ad veterem lectionem iam venio. Nam hanc Aſclepiades etiam corruptam eſſe exiſtimauit, ſanctiorémque, & veriorem talem eſſe coniecit: Morbus autem eſt, ex quo etiam ii læduntur,quibus in ortu, aut educatione aſſueuit pollex, &c. quæ fortaſſe etiam ab ipſo Hippocrate ſcripta fuit. Tarentinus tamen Heraclides diſpoſitio,ſeu affectio, ſubintelligendum cenſebat: vt integra oratio huiuſmodi eſſet: Morbus autem eſt,ex quo etiam lædens affectio iis contigit,quibus in ortu, & educatione, & cætera,quæ ſequuntur.

23 Opera omnia exercere alterutris manibus agẽtem oportet, & vtriſq; ſimul: ſimiles enim ſunt. Vtriſq; quidem conie- D ctantem bene,pulchrè,celeriter, infatigabiliter,concinnè,expeditè.

Omnia vtriſque manibus exerceri iubet,eò quòd vtiliſsimum id ſit,vt & celeriter,& pulchrè operationes fiant. Qualiſcunq; igitur fuerit medicus,dextera manu dexterum oculum,ſiniſtra ſiniſtrum,aggredietur:ſiue interpungere,ſiue vnguẽ excidere,ſiue quippiam aliud huiuſmodi facere oporteat. Vnde etiam addidit,coniectantem bene,pulchrè,celeriter, infatigabiliter,concinnè,expedite: eò quòd ex ea,quam ſuperiùs dixit, exercitatione hæc nobis acquirantur. Quorum vnumquodque quo pacto efficiatur, paulò pòſt docebit. In præſentia illud tantùm animaduertamus, horum doctrinæ caput eſſe, quo modo, quod vnum ex iis eſt, quæ in prima diuiſione continentur. Aduertendum item manus ſimiles ob id dixiſſe,quia ſpecie,& forma à ſe mutuò non variant.

Atque

24 Atque inſtrumenta quidem & quãdo, & qualiter, dicetur: vbi oportet non impedimento eſſe operi: non impedimento eſſe aſſumptioni circa operantem corporis partem: ſed ſi alius det, promptus paulò priùs ſit, & faciat quando iuſſeris.

Non ſolùm ſpathulares crepidines, ſcamna, atque alia huiuſmodi, quæ machinarium habent apparatum, ſed ea quoque, quæ commoda, id eſt, ἄρμενα communi vocabulo appellantur, inſtrumentorum nomine intel-A ligi, manifeſtè hîc declarat, cùm dicit: aſſumptione, & ſi alius det. Nam & aſſumimus huiuſmodi omnia in curationibus exercendis, & ab aliis accipimus.

25 Qui autem circa ægrotãtem ſunt, tractandam partem exhibento, ſicut viſum fuerit: reliquum verò corpus detinento, vt non moueatur, tacentes, atque audientes eum, qui præeſt.

Clara oratio eſt, vt nulla noſtra indigeat explanatione.

CLAVDII GALENI IN LIbrum Hippocratis, qui quæ in Medicatrina fiunt, inſcribitur, Commentariorum Liber Secundus,

Ioanne Bernardo Feliciano Interprete.

DELIGATIONIS duæ ſunt ſpecies, operata, & operãs: atque operans quidem celeriter, infatigabiliter, expeditè, concinnè. Celeriter, abſoluendo opera. Infatigabiliter, facilè agendo. Expeditio autẽ ad omnia prõpta eſt. Concinnitas viſu iucunda. Ex quibus verò hæc exercitationibus compararentur, dictum iam eſt.

Alia communia vtriſque deligationibus, alia propria alterius tantummodo ſunt. Expeditè & celeriter deligationis quæ fit, propria ſunt: bene & pulchrè, iam factæ. Deligationem enim, quæ fit, operantem, quæ facta iam eſt, operatam vocat. Infatigabiliter autem, & cõcinnè vtriſque ſunt communia. Infatigabiliter nomine & ſignificato vtriſque conuenit. Cõcinnè nomine quidem etiam ipſum vtriſque, ſignificato tamen non ſimili modo. In ea enim, quæ adhuc fit, deligatio, concinnitas ex manuum motione exiſtit: in ea, quę iam facta eſt, ex linteorum iam obductorum circumiectione. Tamet ſi liceat etiam dicere dum adhuc fit circumuolutio faſciarum, exiſtere in ſecũda deligationis ſpecie concinnitatem poſſe. Sed infatigabiliter quoque in deligatione, quæ fit, quàm in iam facta magis ſpectatur. Ea enim, quæ iam facta eſt, ſola faſciarum compreſſione fatigat, ac dolorem affert. Quæ autem fit, & hac eadem remoleſtat, & eò quòd vel aptè, vel minimè continetur membrum, quod curatur. Ex eo enim comprimi interdum ſolet, licet ipſa ligaminũ iniectio rectè admodum perficiatur. Poſſumus item dicere ex tangentium quoque congreſſu vel moleſtante, vel non moleſtante vtriſque deligationibus cõmune hoc eſſe. In ea quidẽ, quæ fit ab hiis, qui tenent membrum, quod curatur, cũ vel comprimunt, vel non comprimunt. In ea, quæ facta iã eſt, ex appenſione in manu cùm mitella ſuſpenditur, ex B depoſitione in crure cùm iniecta ei illa ſunt, quibus firmatur, atque in collocatione ſua detinetur. Adde quòd ad infatigabilitatẽ deligationis, quæ fit, operationis celeritas non parum confert. Quæ quidẽ celeritas ab ipſa expeditione maximè abſoluitur. Atq; hæc quidem deligationis, quæ fit, bona præcipua ſunt: vt & detentio ipſa non comprimat, & expeditionis promptitudo adſit. Nam error, qui in habitu, & figuratione committitur, communis etiam deligatarum partium eſt: nũc verò ſermonem inſtituit de deligatione, quæ in cõmoda figuratione fit. Figurationum autem propriæ virtutes, ac vitia fiunt, non ſecus ac deligationum: de quibus tãtummodo in præſentia omiſſis figurationibus agit. Quando igitur expeditè deligatio fit, celeriter opus C abſoluit. Nam expeditionem, quam εὐπορίαν vocat, quidnam ſignificet, declarat, cùm inquit: Expeditio ad omnia prompta eſt. Hoc autem fit, cùm ita præcognouit omnia ille, qui deligat, vt nulla ambiguitas, nullaque deliberatio incidere ei poſſit, quo modo ſi priùs alter operatus fuerit, vt debet, quo item modo, ſi non debet, inducenda deligatio ſit. Expeditio igitur cùm idem ſit quod prõptitudo, facillimã reddit operationẽ. At ipſe infatigationẽ ex eo quod facilè agamus, exiſtere dixit. Expeditis autẽ, & facilibus operationibus annexã eſſe celeritatẽ perſpicuũ eſt. Infatigatio itaq;, ſeu indolẽtia vtiliſsima iis eſt, qui tractãtur: atq; ob ipſam expeditio, quę celeritatẽ facillimã operationibus expedit ac ſuppeditat. Cõcinnitas verò, quæ, ſicut deinceps ipſe dixit, inſpiciẽtibus voluptatẽ affert, ex ſuperabũdãti ap D pẽdice medico adiũcta eſt ad famã apud imperitos augẽdã. Cui qui ſtudioſus glorię eſt, ſuccũbit, vt amator ancillarũ. Qui verò hominũ eſt ſtudioſus, nõ ſuccũbit ille quidẽ gloriæ, ſed cõciliare ſibi eã nihilò minùs ſtudet: dãtq; operã vt laudetur, quò maior ei ab ægrotãtibus fides adhibeatur. Ita enim fit, vt magis obedientes eos habeat. Id quod in vtilitatem maiorem ipſorum cedit. Nam huic apud vulgus & imperitos gloriæ acquirendæ non medicus tantùm, verùm etiam philoſ

philosophus studere consueuit: quippe cū si in honore, & admiratione sit, magis prodesse ipsis possit, qui & imitari magis ea, quæ agit, & parere iis, quæ iubet, périnde ac dei alicuius mādatis parati sunt. Ex quibus verò exercitationibus hæc à medicis comparentur, id est, vt celeriter, infatigatè, cōcinnè, & expeditè agāt, dictum esse inquit. Dictum enim est, præcipuè quidem, vbi superiùs ita ait: Opera exercere alterutris manibus agentem oportet, & vtrisque simul: similes enim sunt. Sed & paulò antè cùm inquit: Exercere digitis quidē summis pleraque, indice ad magnum applicato: tota autem manu prona: vtrisque aduersis.

2 Operata autem bene, pulchré. Ac pulchrè quidem simpliciter, syncerè. Vel similia, & æqualia æqualiter, & similiter: vel inæqualia & dissimilia inæqualiter, & dissimiliter. Ac species sunt, simplex, rotunda, ascia, sima, oculus, rhombus, & dimidiata: accommodando speciem speciei, & affectioni eius, quod deligatur.

Cùm duas deligationis species esse dixerit, atque ex eis alteram, quæ adhuc fit, operantem, alteram, quæ facta iam est, operatam appellarit, in superiori oratione quo pacto operans optimè efficiatur, declarauit: hîc de operata prosequitur. Quam pulchrè quidem esse factā oportere ex eo inquit, quòd simpliciter, & syncerè inducta sit. Simpliciter quidem, si neque implexam partem aliquam lintei, neque duplicatam, neque rugosam habuerit, sed plana tota, ac læuis fuerit. Ac syncerè, cùm secundæ, ac tertiæ eodem in loco reuolutiones aptè effectæ fuerint. Ac mihi quidem videtur hîc quoque, cùm duo esse dixerit, ex quibus pulchrè deligatum esse quidpiam potest, alterum, id est, simpliciter, sine vlla expositione, vtpote clarum, reliquisse: alterū, quod est syncerè, explicans subdidisse omnia, quæ hîc sequuntur. Aduerte igitur animum, ac memor sis eius, quod modò dixi, cùm syncerè, aptè interpretatus sum. Fit enim vt secunda reuolutio fasciæ interdum prorsus æqualis primæ, & ab ea nulla ex parte discrepans inducatur, interdum non æqualis. Aequalis autem est, cùm oræ latitudinis exactè inter se ita superiectæ sunt, vt neutra aut excedat, aut deficiat: sed vtrarunque, périnde ac si vna sit vnius duplicatæ fasciæ inuolutio, vnus atq; idem terminus esse videatur. Simili modo & tertia superinducitur, & quarta, si tot opus fuerit. Nam in ea deligatione, quæ rhombus, & in ea, quæ semirhombus appellatur, seruari hoc exquisitè oportet. In ea verò, quæ fracturis est accommodata, cùm cubitus, aut brachium, aut femur deligatur, synceritatem alio modo fieri contingit. In ea siquidem duci primam fasciam sursum iubet, secundam priùs quidem deorsum, déinde iterum sursum, quoad in eundem terminum cū prima perueniat. Id quod nisi oræ latitudinis linteorum inter se varient, fieri nullo modo potest. Synceritas tamen inest, si in tota deligatione declinatio à rotunda, & circulari inuolutione æqualis seruetur. Rotunda enim, siue circularis, ea vocatur, quæ toto circulo absque vlla declinatione affectam partem circundat, in qua quidem oræ latitudinis fasciæ tam secundæ, quàm tertiæ reuolutionis ita supra se mutuò iniectæ sunt, vt neque quicquam excedant, neque deficiant. At declinantis ab hac rotunda deligationis reuolutione vel ad superiorem partem membri affecti, vel ad inferiorem duci ne- A cesse est. Síque in hac declinatio similis prorsus seruatur, syncera prorsus deligatio est. Quòd si iis, quæ diximus, animum aduertis, perspicuum iam tibi esse debet, vnum esse modum rotundæ, ac circularis fasciarū circumiectionis, qui in se non admittat, vt magis, vel minùs esse talis queat. Declinantis autem deligationis non vnum: quippe cùm fieri possit vt magis & minùs altera, quàm altera, declinet. Hîc enim Hippocrates eam, quæ parum declinat, asciam, quæ multùm, simam per translationem appellat. Nam σκέπαρνον, id est, asciā fabri lignarii instrumentum quoddam vocant, quod in summitate, qua ligna incidit, prominens quoddam supercilium incuruat, périnde ac crepido. Sima verò à Græcis dicuntur loca ea parte, qua planities colli committitur: cùm tamen neutrum ex his simum per se sit. B Planities enim plana, atq; humilis procurrit, collis accliuis est, atque editus. Vbi verò inter se concurrunt, ibi figura sima efficitur. Idem in via fit, qua parte decliuitas alteri parti cōiungitur. Sic in naribus sima ea pars dicitur, quæ media inter eminentiores subsidit. Totus item nasus ab hac parte simus nuncupatur: quippe cùm multæ appellationes eorum, quę partes aliquas afficiūt, toti corpori etiam attribuantur: vt cùm simum totum hominem appellamus. Nō enim eo modo homo simus dicitur, quo crassus, & tenuis, aut albus, & niger, sed sic vt cæsius, aut fuluus, aut gibberosus, ab oculis videlicet, & dorso sumpta appellatione. In naribus igitur, & viis simitas propriè nominatur. Per translationem verò ab Hippocrate hîc in deligationibus, non secus ac crepido, atque ascia pro specie quadam inuolutionis fa- C sciarum sumitur. Nam cùm asciatim plagulas circumiicere brachio, vel cruri iubet, nihil aliud facit, quā declinationem à circulari inuolutione ea forma faciendā esse definit, qua ascia fabrilis est. Non enim admodum obliquam eam esse vult, vt à rotūda multùm abeat, sed eatenus tantùm, vt ad confractarum partium colligationem firmissimam sufficiat. Non obscurum autem est inesse in vtraque ex his inuolutionibus, vt magis & minùs esse eiusmodi possint, cùm neutra ex ipsis simplex sit, aut vniformis, sicut rotunda. Rotundā enim, & circularem quasi simplici adiungit. Déinceps verò asciam & simam vtranque priuatim, & separatim ponit, quemadmodum definitum est. Syncerè igitur, quasi discretè, & distinctè significat, vt dixi, cùm omnes fasciæ inuolutiones, vel oras in latitudine easdem, vel declinationem statam. statam appello, cùm partes fasciæ in latitudine extantes inter se mutuò æquis interuallis distant. Id quod fit, si is, qui deligat, ei, quam à principio instituit, æqualem subinde declinationem seruarit. D At verò Artemidorus & Dioscorides sicut in aliis innouant, & veteres lectiones immutant, ita hîc quoque pro simplex rotunda, simplex rotundè scribendum censent. Rectè quidem illi hîc intelligentes, sed audacter tamen immutantes: cùm in plerisque licet non bene intellexerint, simili audacia vsi sint. Atque idcirco effectum est, vt mentionem eorum hîc fecerim, cùm in aliis innumerabilibus, quæ hucusque transcripsere, nihil dicere voluerim, propterea quòd mihi videbantur hîc rectè quidem intellexisse, dum tamē clariorem in modum rem audent transmutare, errasse in paruis, neque eo modo intellexisse sicut scriptor volebat. Sed de his semel dictū esse sufficiat. Cū igitur priùs dixerit Hippocrates, bene quidē simpliciter, syncerè: & posteà subiunxerit, similia, & æqualia, æqualiter, & similiter: vel inæqualia, & dissimilia, inæqualiter, & dissimiliter:

liter:quaſi communem quendam ſcopum ſyncerarum deligationum docuit. Nam æqualia,& ſimilia membra corporis æqualiter & ſimiliter in omnibus ſuis partibus deligari debent, inæqualia verò, & diſſimilia inæqualiter,ac diſſimiliter. Veruntamen vetera exemplaria,& qui librum hunc explanauerunt,per defectum lectionem hanc ſcriptam eſſe atteſtantur. Inæqualia enim & diſſimilia tantummodo legunt, inæqualiter & diſſimiliter ſubintelligendum cenſent. Quippe cùm propterea ab authore fuerit prætermiſſum,quia manifeſtè ex conuenientia eorum, quæ ſunt antè dicta, intelligi queat. At enim huiuſmodi loquutionis modus breuitatis minimè proprius eſt, ſed per errorem inductus videtur. Quocirca melius eſt, ſi ita ſcriptum inuenitur, exiſtimare,ſicut multa alia etiam ex antiquis exemplaribus deprauata reperiuntur, ita hîc quoque per errorem librarii contigiſſe, vt verba ea prætermiſſa ſint: atque ita errorem ad nos vſque deueniſſe. In brachio igitur faſciarum inuolutiones æqualiter & ſimiliter facere poſſumus: in femore, & cubito,ac paulò magis etiã in tibia deficere neceſſe eſt. Nam in humero,& coxa oppoſitis partibus eſt opus ad deligationem faciendam: quemadmodum etiam in lateribus capitis. Partes enim frontis, & narium rotundam faſciationem requirunt, quæ æqualiter & ſimiliter inducta ſit. Eodem modo in vertice,& ſi non rotundè,æqualiter tamen, & ſimiliter deligamus. Sed de his in ſequentibus accuratiùs dicemus,nunc ad reliqua pergendum eſt. Cùm tres enumerauerit Hippocrates faſciarum inuolutiones, rotundã, aſciam,ſimam, déinceps quaſdam compoſitas commemorat, oculum videlicet, rhombum, & dimidiatam, quàm etiam ſemirhombum vocant. Poſteà ſubiungit, accommodando ſpeciẽ ſpeciei,& affectioni eius, quod deligatur, ſpeciem deligationis accommodandam eſſe inquiens,& ſpeciei, id eſt, formæ partis affectæ,& affectioni ipſi,quæ in ea eſt. Species ſiquidem deligationis, quam oculum vocamus, oculo adhiberi conſueuit,vel cùm procidentia laborat,vel ea cauſa,vt quæ impoſita ipſi ſunt,contineantur. Rhombo in capite vti ſolemus, cùm vel ſuturas relaxatas, vel hulceris oræ expanſæ cõſtringere,vel cutem aliquantulùm detractam contrahere,atque agglutinare volumus. Pro ratione horum ſemirhombi quoque vſus adhibetur. Hæc enim vt exempla ſcripta ab Hippocrate ſunt:vt pro ratione ipſorum vnicuique parti, & affectioni accommodatam deligationem aut inuenire, aut ab aliis,qui inuenerunt,diſcere valeamus. Melius autem eſt, vt qui etiam docet,non abſolutè, ac ſimpliciter iubeat,ſed ſimul quoque viam tradat,qua ipſe deligationem inuenerit. Nam qui diſcunt, facilè ita vel in memoriam reuocari, ſi eorum obliuiſcantur, quæ didicere, vel quæ non didicerunt excogitare inſuper poterunt. Quocirca ſatius fortaſſe erit, vt nos quoque propriam in vnoquoque commentario traditionem faciamus de deligatione,quæ & parti corporis,& affectioni conuenit.

3 Bene autem deligandi duæ ſunt ſpecies, validitatis quidem, vel compreſſione,vel multitudine linteorum.

Species appellari hîc differentias ſuperiùs dictum eſt, quæſtionis autem non paruæ occaſionem explanatoribus hoc loco attulit, cùm non explicarit nominatim duas ſpecies, ſicut in aliis paulò antè fecit. Altera igitur ſpecies in quantitate effectionis conſiſtit, quã ipſe ἰσχὺν,id eſt, validitatem appellat,cùm inquit, A validitatis quidem vel compreſſione, vel multitudine linteorum. Eſt enim quædam moderatio validitatis in deligando,quæ cùm excedit ex compreſſione membrorum,eos dolore afficit, qui ægrotant:cùm deficit, faſciationem laxam reddit. Alteram bene deligandi ſpeciem non dixit: ſed déinceps poſt hæc quæ de validitate ſcripſit,in hunc modum ſubiungit.

4 Ac partim quidem ipſa deligatio medetur,partim medentibus inſeruit.

Hæc autem bonæ deligationis ſpecies minimè eſt: ſed communes omnium deligationum vſus,vtilitatéſque,in vniuerſum comprehendit. In iis etiam,quæ ſubſequuntur,quo pacto deligationis moderatio ſeruetur, oſtendit. Poſteà de nodo agit. Tum ſequentem doctrinam aggrediens, certo tamen inquit ſcientem, in declinia, & B in acutum abeuntia deligationem omnem effugere,atque elabi:vt in ſuperiorem partem in capite, in inferiorem in tibia.& cætera quæ ſubdit. Déinceps de qualitate deligationis pertractat. Cúmque in ea ſcire oporteat,vnde initium faſciæ ſingulis partibus, ſingulíſque affectionibus iniiciendum ſit,quò finis deducendus,qua ratione mediæ inuolutiones faciẽdæ,qualéſque eſſe debeant,hæc quoque edocet. Nam,vbi inquit: At quæ mouentur,vt articuli,qua parte inflectuntur, &c. modum iniiciendarum faſciarum tradit. Et déinceps quo pacto fines ſeruari firmiter queant, oſtẽdit. Atque inde quænam deligationum opera ſint, commemorat:ita vt bene factæ deligationis altera ſpecies,quæ validitati opponitur, vniuerſa qualitas totius deligationis ſit. Quia autem difficile erat particulares huiuſce ſpeciei differentias vno communi nomine complecti, idcirco hanc validitati oppoſitam ſpeciem vna appellatione explicare non laborauit. Nam hoc ita eſſe ex C ipſis Hippocratis verbis patebit, ſi ſingula in clariorẽ capitum diſtinctionem immutentur. Nominetur igitur totum hoc genus euidentioris, ac breuioris intellectionis cauſa quantitas deligationis. Nam validitas vel compreſſione, vel multitudine linteorum eo ſignificato accipienda eſt, quo δύναμις, id eſt, potentia alíquando conſueuit. Interdum enim eam imbecillitati opponunt & impotentiæ,interdum latiùs,ac communiùs ita ſumunt,vt potẽtiam, atque impotentiã ſignificet. Quemadmodum etiam magnitudo modò magnum dúntaxat ſignificat, modò magnum & paruũ compræhendit. Atq; alia multa,quæ cùm particularia ſint,communi cum vniuerſalibus vocabulo æquiuòcè appellantur. Ita enim nunc validitatis nomine vſus eſt: quippe cùm neque validè comprimere,neque adeò imbecilliter faſciis circũdare affectas partes oporteat, vt D qui ægrotat, eas ſibi eſſe circuniectas non ſentiat. multitudine enim linteorum pro quantitate accipiendum eſt. Nam neque hic ea multitudo intelligi debet, quæ paucitati opponitur: ſed quæ tam multum,quàm paucum continet. Mediocritas enim in deligatione bonũ, id eſt,vtile & conducens efficit. Quanquàm ſi inter ſe comparentur duæ deligationes, quæ compreſſa magis erit,validiorem,alteram imbecilliorem dicemus:quippe cùm abſurdum nihil ſit,ſi licet pro ſubiecta affectione moderata ſemper ſit deligatio, ad alteram tamen comparata vel valida, vel imbecillis appelletur. Quando autem ſoluendum ſit, quando vel intendenda deligatio, vel linteorum multitudo augenda vel minuenda, in libro De fracturis ipſe euidentiſſimè docuit.

Atque

5 Atque ad hæc quidem hæc lex eſt.

Leges in ciuitatibus orationes quædam ſunt, quæ quod agendum eſt præcipiunt, vetant quod agi non debet. His ſimilia eſſe ea, quæ dicta hîc ſunt, inquit: cùm nullam in ſe coniecturam, aut ambiguitatem habeant, ſicut alia nonnulla, quæ in medica arte traduntur. Idem in libro De fracturis dixit, moderatiùs tamen enuntiatione prolata. Non enim abſolutè, ſicut nunc, enuntiauit, atque ad hæc quidem hæc lex eſt: ſed inquit, atque hæc quidem oratio tanquam iuſta lex de fracturarũ curatione conſtituta eſt.

6 In his autem maxima deligationis ea ſunt: compreſſio, ita vt impoſita neque abſcedant, neque innitantur, ſed affulcita quidem ſint, non tamen alliſa, atque id in extremis minus, in mediis minimum.

In his, inquit, quæ ad validitatis ſpeciem attinent, maxima præcepta deligationis ea ſunt, vt impoſita ſupra affectam partem, id eſt, lintea, neque abſcedant, abſiſtántque à corpore, neque id prorſus comprimant, ſed affulcita quidem ſint, hoc eſt, firmiter ſint applicata, non autem alliſa, id eſt, non ita ſtrictim, ac vehementer circumuolutum ſit linteum affectis partibus, vt dolorem creet. Atque hæc de compreſſionis quantitate præcepta minimè ea parte, qua morbus eſt, tranſgredi debemus: in extremis autem partibus licet ſeruanda ſint, minorem tamen, quàm in mediis, curam requirũt. Pulcherrimum ſiquidem eſt, vt nullum prorſus errorẽ in arte committamus: ſin autem alicubi errare cõtingat, ea in parte id eſſe debet, vnde minus damnum reſultat. Vbi verò nocumentum alicuius momenti extat, ibi minimè peccandum eſt.

7 Nodus & acia diſtributa eſſe debent non déorſum, ſed ſurſum, in exhibitione, & reſpectu, & deligatione, & poſteriore habitu.

Cur huic de deligatione tractationi præter ordinẽ hoc interſeruerit, pauló pòſt videbimus: nunc priùs tentandum eſt, vt quid ſibi velint hæc verba, intelligamus. Eſt inter explanatores diſſenſio: alii ſurſum ac déorſum de productione in longitudinem accipiendũ cenſent; alii de ea, quæ ad affectionẽ membri ſpectat. Quid autem diſtributum eſſe aut in acia, aut in nodo, ſignificet, neutri explicauerunt. Nodum quidem vocari vinctionem, quæ ex faſciis inter ſe connexis, complicatíſque fit, ſiue duobus capitibus, ſiue altero tãtùm in duo crura diſciſſo, ſiue tertio extrinſecus iniecto, quod cõpræhenſamentum vocant, nemo eſt qui neſciat. Notum item vnicuique eſt, aciam dici filum per foramen acus traiectum, quo vel partes corporis diſſectas inter ſe committere, vel caput faſciæ ſubiectis partibus aſſuere conſueuimus. Atque hîc de ea acia agit, quæ ad futurã faſciæ iniiciendam præparata eſt: cuius diſtributionem ſurſum ferri vult. Quid verò diſtributionem appellet, ex ipſo licet cognoſcere, qui ſæpe hoc nomine, pro faſciarum ab initio vſque ad finem inuolutione vtitur. Nam in fracturis initium vtrarunque faſciarum ſupra ipſam fracturam collocandum iubet, tum primæ diſtributionẽ ſurſum, ſecundæ primùm déorſum, déinde ſurſum eſſe faciendam cenſet: diſtributionem vo-
A cans totam faſciarũ quaſi progreſsionem, quam à principio vſque ad finem inuoluẽdo circum ægrum corpus efficimus. Simile quid in acia diſtributio ſignificat. Cùm enim acus & ex ſuperioribus partibus ad inferiora, & econtrario ab inferioribus ad ſuperiora traiici queat, quinetiam neutro modo, ſed declinando à ſiniſtra ad dexteram, vel à dextera ad ſiniſtram, in vnaquaque diſtantia ſurſum ferri ipſum iubet. Nam ſi caput faſciæ ſubiectis eius partibus aſſuendum eſt, in quibus deligationibus oppoſitis regionibus opus non eſt, vt in brachio, & cubito, & femore, & tibia, vel à ſiniſtra ad dextram, vel à dextra ad ſiniſtrã acum traiiciamus, neceſſe eſt. Atque vtrolibet modo dare operam debemus, vt declinando ſemper in ſuperiorem partem finẽ faſciæ ſubiectis inuolutionibus aſſuamus. Vbi verò op-
B poſitæ partes requiruntur, vt in humero, & coxa, illud ſtudendum eſt, vt finis faſciæ in ſuperiorem partem feratur; atque ibi acu ab inferiori parte ſurſum traiecta ſutura iniiciatur, ita vt non ſuperiorem partem ad inferiorem detrahamus, ſed inferiorem econtrario ad ſuperiorem attrahamus: quippe cùm alterutrum effici in cõſutione liceat. Quo circa traiecta acu filum trahente inferiorem partem ad ſuperiorem attollere, non deprimere ſuperiorem ad inferiorem debemus: id ſpectãtes, vt à ſuperioribus faſciæ partibus inferiora ſurſum attrahantur. Atque hoc facere nos iubet, dum æger digno ſcendam affectam partem medicis exhibet, dúmq; eam ita collocant, vt reſpectu ad medicum habito curationi ſuſcipiendæ ſit accommodata. Tertiò dum deligatur, primam occaſionem in exhibitione appellauit: ſecundam, in reſpectu: tertiam in deligatione. Sed quarta quoque eſt, quam ἐν πιέξει, id eſt, in compreſſione vocat.
C Nonnulli tamen pro ἐν πιέξει legendũ cenſent ἐν τῇ ἔπειτα ἕξει, in poſteriore habitu. quod mihi magis placet: cùm poſt abſolutam curationem in eo habitu membrũ reſeruatur, qui maximè eſt accommodatus. Hanc enim occaſionem poſteriorem habitum ſuperiùs quoque nũcupauit. In omnibus igitur his temporibus ſicut vnam formam inuolutionis faſciarum ſeruari, ita nodi quoque, & aciæ diſtributionem ſurſum ſemper attolli vult: quo caput videlicet faſciæ firmiter ſublatum à totis reliquis inuolutionibus contineatur. Illud verò conſideratione dignum videtur, quod ab explanatoribus prætermiſſum fuit: quo pacto nodi, & aciæ diſtributio, ſicut in reliquis occaſionibus, ita tunc quoq; ſurſum ferri debeat, cùm ægrotantes medicis inſpiciendos ſeſe exhibent. Nam cùm alii ad medicos ingrediendo ipſi accedant, alii geſtatione deducantur, ſicut ipſis viſum fuerit, membris affectis alíquando vel appẽſis, vel de-
D ligatis, alíquando vtroque modo iam diſpoſitis, penes eos, qui priùs hæc fecerunt, nodorum, & aciarum fuit facultas, nõ penes medicos, qui poſteà inſpecturi ipſos ſunt, vel curaturi. Fortaſſe igitur tunc quoque medicis eſſe opus exiſtimat: quippe cùm incidat interdum, vt in itinere, aut in agro percuſſiones nonnulli, aut luxationes, aut vulnera patiantur, vbi neque medicorum plurium conuentus diligentioris conſiderationis cauſa fieri poteſt, neque inſtrumentorum, aut ſupellectilium neceſſariorum, aut linteorum, aut laqueorum, quæ omnia ad curationem requiruntur, copia adeſt. Ea itaque in occaſione, quæ aderit, medicus quibuſcunque potuerit linteis membra affecta deligabit, atque excipiet. Et ſi vel nodo, vel ſutura conſtringere opus fuerit, accommodatè id præſtabit. In vrbem autem reuerſus æger cõſuetis medicis ſeſe exhibebit. Primùm, vt accuratiùs

quid

quid passus fuerit, cognoscant: deinde, vt vel luxatos articulos reponant, vel fracta ossa conformēt, vel vulnera consuant, vel contusis conuenientem curationem adhibeant. Quæ cùm fecerint medici posteà deligabūt: post deligationē membrum accommodato habitu deponendum curabunt.

8 Initia iniicere oportet, non ad hulcus, sed hinc vel inde ad nodum.

Quid nodum nunc vocet, ex modò explanatis manifestum est. In superiori enim oratione nodū, & aciā inter se distinxit: nunc alterius tantùm meminit, eò quòd acia quoque potest in nodū desinere: imò in eum omnino finit in omnibus, quæ suuntur: quippe cùm nō absolutè acus traiici per ea, quæ suuntur, consueuerit, sed cum acia inserta, quæ inter se partes eorum nodo adstringit. Sæpe igitur fit, vt propè inter se & initium aciæ, & nodus sit: quemadmodū cùm cutē consuimus. Interdum multùm inter se distant, vt in fasciis euenit, in quibus sæpe ex multo interuallo partes aciç in commune nodum colliguntur. Videtur igitur nunc dicere nō ea parte iniicienda esse initia aciæ, qua hulcus est. Quo præcepto intelligitur, neque nodum intendi supra hulcus debere: quippe cùm sic fiat, vt non tantùm à nodo, sed à fascia quoque ipsa hulcus cōprimatur vehementiùs constipata, qua parte nodū constringi paulò violentiùs debet, vt continere possit. Ita quoque si absq; acia nodus fit, aut capitibus fasciæ inter se innexis, aut aliquo extrinsecus iniecto vinculo fieri supra ipsum hulcus minimè cōuenit. Ipsum enim cōprimit, præsertim si vel tenuis ea parte fascia subest, vel sine lana circūiecta est. Mihi tamen hîc videtur Hippocrates de connexione in nodum tam aciarū, quàm mitellarū intellexisse. Nonnulli verò existimant initia fasciarum iubere eum supra hulcus non imponi, quorum alii locum hunc ita etiam legūt: verè illud quidem, non tamen ita vt proposita res postulat: quippe cùm non de fasciis, sed de acia, & sutura præsens instituta non sit. Nam vera sanè, & arti congruens huiusmodi lectio est, qua dicūt, initia fasciæ nō supra hulcus, sed hinc & inde esse iniicienda, id est, ex alterutra parte, vel dextera, vel sinistra. Ita enim fit, vt quod in libro De fracturis scripsit, rectè dictum esse, neq; aduersari præsenti huic orationi videatur. Cùm enim ibi initia fasciarum supra partem affectam, siue fractura ea fuerit, siue hulcus, neque superiùs, neque inferiùs iniicienda esse iubeat: de distantia per longitudinem intelligit. hîc non ad longitudinem, sed latitudinem spectans, initia non supra hulcus, sed hinc & inde iniicere oportere asserit, ex alterutra latitudinis parte vltra hulcus. Non enim hoc impedit, quò minùs neque superiùs, neque iniectionem hāc esse factam intelligamus. Qui tamen librum hunc explanauerunt, lectionem hanc non agnoscunt: quocirca meritò dubitant quid sibi velit hîc Hippocrates. Ac quibusdam placet, initia fasciarum pro extremis esse intelligendā, cùm tamen extremum, seu terminus, quod πέρας dicunt, generalius sit, quàm initium: quemadmodum Plato etiam nos docet, extrema inquiens & terminos, & initium, & finem significare. Quòd si generaliorem appellationem pro specialiori sumere possumus, licebit initium extremum appellare, non secus ac finem: finem tamen esse initium dicere non licebit. At enim cùm nullius alterius rei initium intelligi queat, quàm fasciarum, aut aciarum, aut mitellarum, fieri autē non posit, vt de fasciis intelligamus, de aciis, & mitel-

A lis intelligendum est, seu, si placet, de fimbriis. Nam hæ quoque deligationem possunt continere: quemadmodum etiam angustæ habenæ, quæ extremis partibus inter se innexæ vinculum efficiunt.

9 Nodum autem neque in mora, neque in opere, neque eo vbi inane, ne in vanum iaceat.

Cùm in superiore oratione initia eorum, quæ nodū efficiunt, non esse supra hulcus statuenda censuerit, sed alio in loco, quo videlicet nodus quoque poni debet, nunc loca ipsa, vbi ponendus nodus est, docet. Rerum enim doctrina aliquando fieri ex earum accidentibus consueuit. Ita autem appellant ea, quæ, cùm possint accidere, nondum tamen acciderunt. Estque oratio hæc huiusmodi sententiæ: Nodum collocare debe-
B mus non supra hulcus, sed ea parte, qua distributio eius ferri sursum valeat, obseruantes ne in mora, aut opere, aut inani eum constituamus. Moram vocat eam partē membri, qua vel inflexum, vel extentum, vel in latus morans operatur. Estque mora ingredienti homini plā ta pedis, cubanti totum dorsum, & maximè extantes eius partes, capitisque occipitium, sedenti natium inferiora. Quòd si quis deligatus operaturus manibus est, qua operatione vsurus sit, & circa quæ extrinsecus, diligenter inspicies, quò moram eius possis inuenire. Operationes autem circa dearticulationes fiunt. Quocirca eæ tibi sunt obseruandæ, ac præcipuè illæ, quæ deligato membro operaturæ sunt. Nam bene Hippocratē hîc præcepisse, ne nodus, qui totam deligationem contenturus est, supra partes ponatur, quæ in motionibus immutātur, perspicuum est: quippe cùm alioqui inter-
C dum laxiores, interdum compressiores, quàm cōueniat, nodi ex qualibet motione euasuri sint. Quod autem in fine huius orationis dixit, inane, id est, ξυεόν, vanum omnes interpretantur, ac si inefficax, atque inutile dixisset. Græci enim ξυεοὺς eos vocant, qui ab ortu & muti, & indistinctè loquentes nascuntur: qui videlicet in vitç actionibus prorsus inutiles sunt. Ita igitur quod deligationem nihil iuuat, appellasse vanum & inutile Hippocratem aiunt. Quanquàm fieri potest, vt per κ literā scripserit Hippocrates κνεόν, & per errorē posteà omissa prima litera ξυεόν librarii posuerint. Ex qua tamen lectione eadem sententia existet. Κνεόν enim Ionica lingua id dicitur, quod communiter κνόν, id est, inane, & vanum, atque inutile appellamus. Quoniam igitur multos scimus vel ex ignorantia, vel dum videri volunt esse diligentes, inutiles nodos fasciis inducere,
D ideo subiungit: Ne in vanum iaceat. id est, in inane, & inutile. Visum autem est cuidam ex interpretibus huius libri inane hîc dici vacuum locum. id est, alam, poplitē, inguen, quæ humero, genu, coxæ opposita sunt. Corpori enim esse impressum, atque innixum oportere nodum aiebat, non in concauitate depressum: cuiusmodi esset, si sub ala, aut poplite efficeretur. Quòd si hoc nō admodum probabiliter dictum esse videatur, non est tamen reiiciendū: vti siquidem eo possumus: quippe cùm in iis, quæ tuta sunt, mediocriter etiam probabile satis esse debeat.

10 Nodum, & aciam mollia, & non magna esse conuenit.

Rursus hîc, sicut in principio, duorum nominum fecit mentionem, inter se ea distinguens: aciámque appellat illud, quod vnà cum acu traiicitur, siue linum id sit, siue lana, siue quippiam aliud huiusmodi. Nodum

autem quod ex habenarum, aut crurum fasciarum implexione, ac nexu fit, quorum proculdubio vtrunque molle esse debet, ne locum ægrum comprimat. Item nõ magnum, quippe cùm id celeritatem, quã in operationibus laudat in paruis aciis præ se ferat. Item in habenis, & fasciarum cruribus, & compræhensamentis. Nominibus enim his appellant. Nodi siquidem magni dependebunt, molestiámq; insuper exhibebunt, dum vulnera nexu ipso quandoque attingent. Aptè autem, non magna dixit, cùm posset parua dicere, propterea quòd sicut magnum ob has, quas dixi, absurditates fugiendũ est, ita paruum quoque non est admittendum: cùm in operatione ipsa iniectorum digitorum præhensiones facilè elabatur, & in moram, temporísque longitudinem rem inducat. Sæpe etiam è connexione ob breuitatem effugiat, atque ita iterum nos operari circa idem cogat. Quin etiam fit interdum, vt paruus nodus innexus esse videatur, & posteà in depositionis tempore dissoluatur. Consentaneum igitur est, vt & nimis paruum non secus, ac magnum, euitantes, quod mediocre est, sicut in omnibus, ita hîc quoque eligamus. Id autem per alterius extremorum negationem interdum nominãt: quemadmodum hîc Hippocrates fecit, dum non magnum dixit. Qui si non paruum etiam dixisset, idẽ potuisset exprimere.

11 Certo tamen scientem in decliuia, & in acutum abeuntia, deligationem omnem effugere, vt in superiorem partem in capite, in inferiorem in tibia.

Si pro, Certo scientem, certo scire dixisset, perfecta esse oratio ex se, & non pendere videretur: nũc verò suspensa esse adhuc videtur. Vnde nonnulli cum sequentibus eam connectendam censent, vt integra huiusmodi euadat: Certo tamen scientem in decliuia, & in acutum abeuntia deligationem omnem effugere: vt in superiorem partem in capite, in inferiorem in tibia, deligare oportet dextra in sinistra, & sinistra in dextera, excepto capite. Sed hoc nullam habere conuenientiam videtur. Non enim propterea eiusmodi deligationes faciendæ sunt, quia nodus in decliuia, & in acutum tendentia fieri consueuerit: sed alia de causa, vt deinceps ostẽdemus, dextras partes in sinistras, & sinistras in dextras deligare iubet. Nam hoc certo scientem in decliuia, & in acutum abeuntia fugere deligationem, eo vsque pendet, vbi inquit: Insuper autem circumiicere oportet tum comprænhensionis causa eorum, quæ circa hæc sunt, tum reprænhensionis vniuersæ fasciæ in quiescentibus, & crassioribus partibus corpori. & quæ sequuntur. Quæ quidem ego paulò pòst explanans hoc idem manifestiùs declarabo. Nunc cùm præter ordinẽ interiecta hæc sint, per se ipsa sunt consideranda.

12 Deligare oportet dexteras partes in sinistras, & sinistras in dextras, excepto capite, id enim per processionem est deligandum.

Huiusce præcepti maximus vsus in fracturis est. Circunducere enim semper est necesse in contrariam partem, cùm in altera hulcus reperitur. Si dextra pars affecta est, in sinistram: si sinistra, in contrariam. Quemadmodum cùm totum os per transuersum fractum fuit, æquilibrem deligationem adhibere, plagulis ea figura, quæ rotunda, & circularis vocatur, circumiectis, consueuimus. A Quod igitur inquit, huiusmodi est. Deligare debemus dextras partes affectas, ad sinistras fasciã circunducentes, sinistras verò in contrarium ad dextras. Id autem fit, cùm initium fasciæ in parte affecta ponimus, non supra fracturam quidem, aut hulcus planè, sed hinc vel inde. Altera verò manu in contrarium simul adstringendo circunducimus. Vbi autem ad oppositam partem fascia circumuoluta iam deuenerit, non ampliùs simili modo constringimus, sed ita tamẽ prorsus circunducimus, quoad circumuoluta in orbem fascia suum initium repetiuerit. Quod vbi factum fuerit, partem eam fasciæ, quæ illhuc deducta est, supra initiũ, quod manu altera continebamus, iniectam eadem manu firmiter detinemus. Atque inde alteram inuolutionem exordimur eodem modo, quo in prima fecimus, B constringendo, & circunducendo in contrariam partem. Posteà circumuolutam fasciam ad initium simili-ter continemus, & rursus altera manu attollimus pari modo, vt priùs adstringendo, & circũducendo ad partem oppositam. Neque tantùm membra longa, id est, crura, & brachia ad hunc modum solemus deligare, verùm etiam costas. Si enim ea, quæ affecta est, in dextra parte fuerit, initio fasciæ ibi imposito in sinistram, sicut dictum est, conuoluimus. Sin in dextra fuerit morbus, inde quasi progressum, & viam deligationis exorsi in dextrã partem deuenimus. Caput autẽ ita in orbem circũligare non licet, propterea quòd collum, quod ei annexum est, impedit. Quocirca in capite, siue in dextra, siue in læua parte vitium sit, quod deligatione indigeat, deligationem per processionem, id est, per dire- C ctum, adhibere consueuimus: fascia videlicet à vertice ad extremam vsque mandibulam deducta, atque inde sursum reducta, déinde iterum vltro, citróque vsque in finem vel bis, vel ter, si toties opus fuerit, conuoluta. Finis autem in vertice, quæ sedes ei est stabilissima, omnino collocandus est.

13 Contraria verò ex duobus initiis. Quòd si ex vno, ad id, quod simile est, in stabile deligandum est: vt est media capitis pars, & siquid aliud huiusmodi.

Duas sententias admittit hæc oratio. Vel enim de omnibus partibus corporis, vel de solis capitis partibus intelligenda est. Cùm enim dixerit, excepto capite, id enim per processionem est deligandum: posteà de capitis partibus inter se contrariis agit, quarum altera retro est, circa occipitium, altera antè, circa frõtem, quas D ex duobus initiis deligandas censet. Deligationes autẽm ex duobus initiis sunt, cùm media parte totius fasciæ supra locum affectum collocata æqualis hinc inde pars in oppositum deducitur: ita vt fines in frontem, (ibi enim stabilior occipitio sedes est,) deueniant. At si de omnibus corporis partibus intelligere velimus, contraria dicemus hîc appellari alterutras partes simili modo affectas, id est, vel dextras & sinistras, vel anteriores, & posteriores. Nam cùm hæ simili modo affectæ sunt, vt in fracturis, quæ caulatim factæ appellãtur, deligationes ex duobus initiis sunt faciendæ. Quemadmodum diximus fieri in plagulis, quæ asciatim circumuoluebãtur. Quod si ex vno initio deliges, inquit, hęc, ex similitudine deligationis, quæ ex duobus fit, fasciam circumuoluens in stabilem sedem finem eius applicabis. In stabilis autem sedis exemplum mediam capitis partem

tem poſuit, id in præſentia ſatis eſſe exiſtimans, propterea quòd paulò poſt totam hanc rem eſt accuratiùs tractaturus: vbi docebit, quo pacto finis deligationis fieri debeat, vt tota deligatio firma, atque immobilis conſeruari queat. Quòd enim inquit, ad id, quod ſimile eſt, de vtriſque tam de tota faſciæ diſtributione, & volutione, quàm de fine eius eſt intelligendum.

14 At quæ mouentur, vt articuli, qua parte quidem inflectuntur, ſicut poples, quàm minimū, ac ſuccinctiſſimè ſunt obuoluēda: qua diſtenduntur, vt patella, ſimpliciter, & laté.

Quàm minima obduci lintea in poplite, & ſimilibus partibus iubet, & maximè ſuccincta, id eſt, in breue ſpatium contracta, & collecta. Oppoſitam verò popliti partem contrario modo deligandam cenſet. Contrario autem modo eſt, omnibus expanſis, nullâque ex parte contractis, quatenus fieri poteſt. Omnia verò mēbra articulis connectuntur in flexu ſimili modo vt poples, in extenſione, vt patella. Patellam autem, quam μύλην, id eſt, molam hîc vocat, ἐπιγουνίδα nonnulli, alii ἐπιγονατίδα, id eſt, ſupergenualem appellant. In hac igitur latam, atque explicatam iniici faſciam debere inquit, quæ totam ipſam cōplectatur. Niſi enim ita fiat, vel in ſuperiorem, vel inferiorem partem ob eius incuruationem lintea elabentur. Popliti autem contractam faſciam obuolui iubet, quippe cùm locus is in latitudinem explicatam faſciam neq; admittere valeat, neque conſeruare.

15 Inſuper autem circumiicere oportet tum comprehenſionis cauſa eorum, quæ circa hæc ſunt, tum appenſionis vniuerſæ faſciæ in quieſcentibus, & caſſioribus partibus corporis, vt eſt & ſupra, & infra genu.

Breues huiuſmodi loquutiones laudandæ ſunt, cùm vno nomine fit, vt tota oratio clara euadat: quemadmodum hîc comprehenſionis nomen totam orationem hanc declarat: cùm dicimus finem deligationum in articulis firmiter cōtineri oportere quadam ſuperabundante circumiecta obligatione extra dearticulationem. Appenſionis item verbū, id manifeſtat, quomodo cura habenda ſit, ne vel in decliuia faſcia delabatur, vel recurrat in incuruata, & gibba, quæ ipſe ſuperiùs, ἀπόξυ id eſt, in acutum abeuntia nūcupauit, vbi dixit, Certo tamen ſcientem in decliuia, & in acutum abeuntia effugere deligationem. Atque hinc ſimul patet, rectè à nobis dictum eſſe ea, quæ hîc dicuntur ab Hippocrate antè dictis illis conſentire, ac continuari, quę modò cōmemoraui, vbi videlicet aiebat, Certo tamen ſcientem in decliuia, &c. Adde quòd breuiſſimè idonea loca, vbi fines faſciarum collocandi ſint, duobus nominibus eſt complexus, quieſcentium, & caſſiorum partium. Quieſcunt enim quæcunque extra dearticulationes ſunt, in vtriſque oſſibus, quæ ſibi mutuò innectūtur: vt in genu pars vel circa femur, vel circa tibiam huiuſmodi eſt. Nam hæc quoque caſſiores ſunt, quatenus humiliores. Ita ſiquidem vocat, partes, quæ contrario modo, quàm eminentes, ſeſe habent, id eſt, quæ ſunt demiſſæ, & humiles. Caſſum enim omne, quod λαπαρὸν dicit, humile ac depreſſum eſt. Λαπαρὸν enim, id eſt, caſſum, vanum propriè, ac vacuum ſigni-

Galen.

ficat, ſicut etiā λαπάξαι verbum, quod eſt caſſare, nihil
A aliud eſt, quàm exinanire. Vnde etiam apud Homerum ἐξαλαπάξαι decaſſare, vbi inquit, Decaſſare altæ bene condita mœnia Troiæ, vrbem euacuare, ac deripere ſignificat. Caſſas quoque, id eſt, λαπαρὰς, corporis partes eas vocant, quæ inter iliorum oſſa, & adulterinas coſtas intercedunt. Poſteà omne, quod depreſſum eſt, & ſubſidit, caſſum, & λαπαρὸν vocant, propterea quòd quod vacuum eſt, depreſſum eſſe conſueuit, translatione ab eo ſumpta, quod communiter accidit.

16 Humeri deligationi ea, quæ fit per alteram alam, circunductio conſentit: inguinis, quæ per alterum ile fit: tibiæ, quæ ſupra ſuram obuoluitur: quibus ſurſum e-
B lapſio abit, deorſum: quibus deorſum, ecōtrario appenſio facienda eſt.

Deligationis omnis, quæ videlicet per ſe, non eorum, quæ impoſita ſunt membro affecto, continendorum cauſa ſuſcipitur, ſcopi ac fines ſunt, vt partem affectam, ſicut conformata fuit, immobilem contineat, ſinéq; inflammatione conſeruet. Id quod in libro De fracturis ſatis edocuit. Sed quia id preſtare nequit deligatio, niſi ipſa priùs ſtabilis ſit, nec inferiùs, aut ſuperiùs dimoueatur, idcirco fit, vt illeſis membris, & ſanis circūducere faſcias cogamur: vt qua parte ſurſum ferri eam veriſimile eſt, appēſio detrahat ad inferiora. Vbi ne deorſum delabatur timemus, ſuperius attrahat. In quibuſdam etiam appenſio, quæ per oppoſitas partes fit, vtilior eſt: quemadmodum in humero, & inguine. In humero quidem nō circum alterum humerum, ſed circum alam, in inguine circum ile aduerſum fieri
C obligatio debet: quippe cùm neque humerus, neq; clunis, ſicut ala, & ile, ſeruare, & detinere obligationes firmiter queat. Ile autem, id eſt κενεὼν, vt modò dixi, locus appellatur, qui eſt inter thoracem & os coxæ, propterea quòd κενεὸν, id eſt, caſſum, & vacuum, id eſt, depreſſum eſt. Perſpicuum autem eſt conſentire hîc pro conuenire, & congruere eſſe ſumptum: eò quòd qui paciſcuntur, & conſentiunt in honeſtis rebus non modò contrarium quicquā neq; agunt, neque dicunt iis, quæ pepigere, ſed præſtant omnia. Sic ſedes hæ legi deligationis obſequuntur, & congruunt. Simili modo quoq; in tibia cùm facilè effluere poſſit deligatio, vtile eſt, ſi ſupra ſuram linteū circunducatur, in illis videlicet deligationibus, quibus complecti poſteriorem carnoſam tibiæ partē, quam γαστροκνημίαν vocāt, neceſſe eſt. Nā ſi iuxta malleolos deligandum ſit, inde ſtabilitas, ac firmitas cōparabitur: cùm inter duas prominentes partes
D faſcia ſit collocata, habeátque infra extuberātes ſuræ oſſis, & tibiæ terminos, quos talos nonnulli non rectè appellant: ſupra verò ipſius carnoſum tibiæ tumorem.

17 In quibus verò hoc non eſt, vt in capite, his in planiſſima parte comprehenſiones faciendæ: minimeque obliqua deligatione vtendum eſt: quoniam quod ſtabiliſſimum eſt, poſtremò circumiectū vel maximè errabunda continet.

Quibus membris neq; appoſitum quippiam tale eſt, vt in tibia, neque oppoſitum, vt in humero, & inguine, in his qualem facere deligationem oporteat, docet, nominatim capitis facta mentione: iubétque in his in pla-

nisſimo loco totius deligationis facere comprę hēſiones. Quod fit, cùm finē ipſius neutram in partem declinantem rectiſsima terminatione conſeruamus, ſiue in frontem, ſiue in mediam partem capitis, vbi ſinciput eſt. Finis enim faſciæ, quæ ad mentum deducitur, reduci aptè in mediam partem capitis poteſt abſq; vlla declinatione. At quæ orbiculariter circunducitur, in frōtem ſimili modo neutram in partem declinatione facta extremum caput remittit. Nam in circunductione poſterioribus quoque capitis partibus obuolui cōſueuit, qua occipitium eſt: quod inter collum & poſteriorem caluariæ gibbum ſubdidit. Propterea igitur dixit extremam faſciæ conuolutionem minimè obliquam eſſe oportere: quia cùm reliquas priores ſæpe obliquas efficere cogamur, quo locus affectus, qui aliàs aliis in partibus reperitur, circūtegi valeat, fit, vt extrema conuolutio nulla obliquatione circumiecta reliquas obliquas contineat: quippe quæ hac firmiter ſtabilitæ immotæ etiam ipſæ permaneant. Sicut in capite, ſic vel ſupra vel infra genu animaduertendum eſt, vt extrema inuolutio planè recta abſque vlla declinatione ſeruetur. At in inguine, & humero, vbi aduerſas quoque partes cogimur obligare, conuolutiones extremę fieri orbiculares abſque vlla declinatione debent, per vtraque ilia, cùm inguen, per vtraſque alas cùm humerus deligandus eſt. His conſentienter in cubiti articulatione deligatio fit.

18 Quibuſcunque neque compræhenſio neque appenſio aptè adhiberi linteis poteſt, aciis coniectione, aut conſutione appenſiones faciendæ.

Quod inquit, huiuſmodi eſt: In quibus partibus aut affectionibus difficilè eſt linteis ipſis compræhenſionē capitis faſciæ, & repræhēſionem facere, in his aciis aut circumiectis in orbem, aut finem faſciæ conſuentibus compræhenſiones faciendæ ſunt. Quæ autem corporis pars eiuſmodi ſit, vt compræhenſionem, & repræhēſionem linteis difficulter, aciis faciliùs admittat, neque ego dicere cum reliquis explanatoribus queo. Quemadmodum tamen an ſint aliqua, quæ talem deligationē non tollerent, ignoro, ita illud noui, nonnulla eſſe, in quibus vel minima affectæ partis motio dolorem maximum creet. Quemadmodum non multo antè tempore cuidam contigit, qui ex caſu adeò circa ſpinam dorſi afflictatus fuerat, vt ne ſi minimum quidem moueretur, ferre magnitudinem doloris poſſet. Qua ex cauſa, cùm detrahenda ei eſſet tunica, coacti fuimus non eam exuere, ſed omnibus diſſolutis ſuturis quàmplurimos adhibere, qui totum hominis corpus detinentes ſublime æquali ponderatione ſupra ſellam latam porrectū ſublevarent. Quod vbi factum eſt, ſupra ſellam imponi per latitudinem iuſſimus panniculum, qui ſuperiectum lanæ hapſum haberet, idque ita, vt ſpinæ ſuſpenſi hominis ſupponeretur: nóſque alterum lanæ hapſum oleo calido imbutum paratum habentes, ſimul atque tunica fuit detracta, celeriter ſpinæ circumiecimus, atque hominem ſupra alterum ſubiectum collocauimus: atque ita primùm madefactæ lanæ, deínde ſiccæ, poſteà panniculi capita ad ſuperiores corporis partes altrinſecus alterum attracta inter ſe ſuturis commiſimus. Quòd ſi non ſuturis hic, ſed aciis tantummodo voluiſſet quiſpiam firmitatem deligationis efficere, ipſas primas omnium non poteſt deligationem infra panniculū ſub-

ieciſſet. Simili modo in partibus circa coxam, necnon
A circa femur, circa brachium item aliquando, & circa colli poſteriorem partem operatio ſuccedit.

19 Faſciæ mundæ, leues, molles, tenues ſunto.

De materia faſciarum hic docet, quas mūdas, leues, tenues, & molles adhiberi iubet. Mundas, ne ſi ſordidæ ſint, & aſpritudine infeſtent, & prohibeant, quò minùs vis infuſorum humorum ad corpus poſſit penetrare: leues, ne locum affectum grauēt: tenues, propterea quòd quæ ſunt huiuſmodi, tum leuiores, & molliores etiam eſſe, tum infuſiones facilè tranſmittere conſueuerunt: molles autem, ne locus affectus comprimatur. Euidens præterea eſt, vnumquodque horum ad id etiam conferre, ne inflammatio aliqua ea in parte excitetur.

20 Inuoluere vtriſque ſimul, & alteru-
B tris ſeparatim exercere opus eſt.

Quod ſuperiùs cùm de omnibus, quæ ad manuum operationem attinent, exercēdis ageret, in vniuerſum alterutris, & vtriſque ſimul manibus operandum dixit, id nunc de ſola inuolutione præcipit. Talis enim manuum exercitatio ad celeritatem operationis, id quod eſt maximum in dolentibus, vtiliſſima eſt: cùm duæ videlicet manus ſimul in deligationibus ex duobus initiis iniectis, altera tantùm in reliquis faſciam inuoluit. Quanquam in his quoque alterutris vtēdum eſt per vices ſibi mutuò ſuccedētibus. Nam in illis, quæ ex duobus initiis fiunt, vtræque vno eodémq; tempore ſimul operantur. Cùm enim mutuò ſibi ſuccedant, altera circumuoluens faſciam præcipuam deligationis partem exequitur, altera ad miniſterium huius vtilis euadit.

21 Ad latitudines, & craſsitudines par-
C tium coniectans conueniente vti debet.

Præcipit vt ad latitudines, & craſſitudines deligandarum partium ſpectantes conuenientem vnicuique deligationem inuehiamus. Nam cùm ſuperiùs dixerit, quomodo deligatio rectè abſoluatur, cùm docuit vnde incipiendum ſit, quomodo inuolui lintea debeant circa partem affectam, vbi finis faſciæ collocandus, quo pacto compræhenſiones faciendæ, qua ratione, nodis, & aciis vtēdum ſit, animaduertendum eſt, eum nihil de his quicquam dixiſſe. Non enim ex latitudine, aut craſſitudine deligandorum membrorum quicquam ſumptum ſuperiùs eſt: ſed ex affectione ipſa, & figura membri, quod morbo afficiebatur. Nunc igitur conuenit, vt doceat quæ bona in deligatione eueniant, cùm ex latitudine, & craſſitudine partium, quæ deligantur, coniecturam ſumimus. Ex his enim linteorum latitudo, &
D craſſitudo percipitur. Verbi gratia in paruo puero faſciis, & lōgitudine breuibus, & latitudine anguſtis vti conſentaneum eſt: in grandi iuuene & longis, & latis. Similiter & in aliis corporibus, quæ inter magna & parua ſunt, pro cuiuſque ratione modus ſeruandus. Nā ſi pars deliganda & latitudine, & craſſitudine vtrorūque prorſus media fuerit, lintea quoq; efficiemus media inter ea, quibus in magno, & ea, quibus in paruo corpore deligando vtebamur. Si autem vel paruo vel magno propius accedet, pro rata eius portione faſciam vel augendo, vel minuendo immutabimus.

22 Conuolutionis capita dura, æqualia, ſyncera ſint.

Conuo

Conuolutio vtriſque ineſt,faſciis videlicet,& priùs, quàm ægrotantis corpori circumiiciantur, & cùm deligatio circa affectum locum fit. Capita autem faſciarum quæcunque ſint,vtrorumque ſunt communia. Nam ſiue initia,ſiue fines faſciarum,ſiue vtraque capita hîc appellari intelligamus, ſiue etiam extremas per latitudinem oras,omnia hæc conuolutionibus vtriſque faſciarum cõmunia ſunt,cùm per ſe ſolæ ſeſe habent, & cùm corpori circumuoluuntur. Hoc enim licet inter explanatores huius libri in controuerſiam venerit, difficile dictu non eſt:quippe cùm de conuolutis per ſe,& de circumiectis corpori ſermo hic manifeſtè ſit. Quare de omnibus terminis intelligendum cenſemus:nõ,vt nonnulli,de extremitatibus tantùm per longitudinem, aut alii per latitudinem.Illi de ſolis capitibus faſciarũ per ſe, hi de conſtrictione conuolutionis dictum eſſe hoc aſſerentes. Sed debere faſciam per ſe etiam eſſe conſtrictam antè,quàm corpori iniiciatur,perſpicuum eſt. Ita enim fit, vt facilior ſit, aptiórque vt ſuſcipiatur, quippe cùm tenuior reddita ſit, tenuioréſque complicationes ex eo habeat, quòd extenſa,atque expanſa conuoluta in ſpiram teretem fuit. Conſtringi ſiquidem aliter nequit. Nam capita ſola conſtringi oportere,falſum proculdubio eſt. Non enim ſola capita, ſed tota faſcia conſtricta eſſe debet. Cùm igitur ambigua adeò res ſit, quid etiam mihi videatur,iam dicam.Capita accipienda ſunt pro omnibus faſciæ extremitatibus, ſiue longitudinem, ſiue latitudinem conſideremus.Sed ipſa tamẽ dura hîc nõ propriè eſſe dicta exiſtimandũ eſt, ac propotereà obſcuriorem orationem euaſiſſe. Nam cùm ſuperiùs dixerit,faſcias mundas, leues, molles eſſe debere,quî fieri poteſt,vt duras eaſdẽ eſſe hic iuſſerit?Quocirca ita vſum eſſe eum hac duri appellatione exiſtimarim,prout rei conuenit,de qua loquitur. Sæpe enim cõtingit,vt in extremis linteorum partibus,quæ quatuor ſunt,duæ in lõgitudine, in latitudine item duæ,vel ſtamen ſolum ſine trama,vel trama ſine ſtamine propendere reperiatur, vel alterum horum laxius extare, vel aliqua in parte inhærere,in alia ſupergredi cõſpiciatur: in quibus ſanè linteis molliora capita ſunt,quàm in iis, quæ in extremitatibus ſtamen æquè ſubtegmini cohærens,coniunctúmque habent. Hæc enim quatenus mollitudini aliorum contraria videntur, dura poſſunt appellari. Melius tamẽ erat,ſi non mollia,dixiſſet,quemadmodum ſuperiùs de nodo agens, non magnum eum eſſe debere aſſeruit. Quæ enim in medio duarum immoderationum conſtituta ſunt,negando, vt dixi, vtrãlibet immoderationẽ ſignificare cõſueuerunt. Qui igitur nihil aliud,ne mediocriter quidẽ probabile habet, quod hac de re dicat,ita probabiliſſimè intelligere duritiam capitum poſſet: præſertim cùm de errore hoc, qui,vt dixi,in linteorum capitibus contingit,nullo alio in loco loquatur Hippocrates. Aequale autem id hîc ſignificat,quod omni ex parte prorſus ſimile eſt. Id verò eſt,ſi nullám inter ipſa capita neque durius, neque laxius,neque mollius,neque anguſtius ſit, neque deficientem partem aliquã,aut corroſam habeat: quod in prætexturis contingere aliquando ſolet. At verò ſynceritas in capitibus eſt,cùm extenſa ſimili modo omnibus in partibus ſunt:vt non alicubi explicata,atque expanſa,alicubi dupſicata,& inuoluta reperiantur.

23 Quæ verò futurũ eſt vt decidant, peiora citò decidentibus.Ea autem, vt neque comprimant,neque decidant.

Galen.

Per ſolœciſmum hæc loquutio prorſus eſt,quomodocunque eam intelligere quiſpiã velit. A Siue enim decidentibus,id eſt,ἀποπεσόντων Atticum in morem accipiamus,pro ἀποπεσέτωσαν, id eſt, decidant: vt eſt illud, dixit in curriculum prodeuntibus, id eſt prodeant.ſiue abſolutè ita poſitum eſſe ablatiuum hunc caſum dicamus,neutro modo euitare ſolœcum poterimus. Nam ſi priori modo interpretemur,talis euadet oratio:Quę futurum eſt vt decidant,peiora citò decidant. Si ſecundo, ſic: Quæ futurum eſt vt decidant,peiora ſunt citò ipſis decidentibus.id eſt,ſi citò ipſa decidant. Melius tamen erat,ſi in hunc modum ſcriptum fuiſſet: Quæ futurum eſt vt decidant, peiora ſunt citò decidentia. Perſpicuum tamen eſt, ſicut in aliis multis, ita in hac quoq; lectione contingere potuiſſe, vt vel ipſe author aut detractione,aut additione,aut immutatione vnius, B aut duarum literarum in ſcribendo errauerit,ſicut ſæpe euenit. Vel à primo librario error fuerit commiſſus, dum quæ aut obſcurioribus literis fuerunt exarata, aut chartæ corroſione,alióve aliquo caſu deleta,ac confuſa euanuerunt, percipere planè non potuit, ſed coniectura vſus prauè deſcripſit. Accedit quòd nõnulla etiã errata ex transliteratione, quam μεταγραμματισμόν nominant, antiquitus inoluerunt, dum immutant pleriq; ex veteri literatura in recentiorem. Ex his enim omnibus multi in exemplaribus errores emanarunt. Sed de his ſatis ſit ſemel dixiſſe. Longum enim eſſet,ſi in vnoquoque errore eadem repetere ſemper vellemus. At enim ſi errore vacare lectionem hanc concedamus, quæ eſt,quæ futurum eſt vt decidant, peiora ſunt citò decidentia:quærendum eſt,de quibus hoc dicatur:de membríſne corporis,an de faſciis,an de iis,quæ curandi cau C ſa affectis locis imponuntur, cuiuſmodi ſunt cataplaſmata,atque alia medicamẽta,linamenta,& laquei. Præter enim tria hæc nihil aliud eſſe eiuſmodi videtur, vt decidere ab ęgrotantibus corporibus queat.Nam & de vnoquoque horum ab explanatoribus huius libri dictũ eſt. At ſi ſingula alicui probabilia viſa ſunt, omnia etiam ſanè videri potuerunt. Ac mihi quidem linamenta non abſurdè videntur poſſe hîc intelligi, quæ ſæpe vel ſola iniiciũtur,vt in ſanguinis eruptionibus, vel medicamentis quibuſdam illita imponuntur, vel extrinſecus loco operimenti ipſis ſuperdantur. Debent enim ea,quemadmodum etiam laquei, prorſus decidere,nõ tamen citò,ſed vbi exquiſitè ſuppurato membro ſanguinem fundentibus vaſis producta accreuerit caro. Sic etiã cruſtæ,quæ aut ex candẽtibus ferramentis,aut ex adurentibus medicamentis extiterunt, citò decidere D non debent. Quin etiam multa medicamẽta,vt ſunt liquida,quæ putreſcentibus membris inſtillantur, quæ item inſperguntur arida, quæq́ue ſupra lienarias affectiones,& intercutaneas aquas imponuntur, ſi non celeriter deciderint,mirum in modum proſunt, necnon quæ ſupra alia membra, aliáque vitia iniiciuntur ex iis, quæ ἐχέκολλα,id eſt, glutinoſa, ſeu glutinum habentia appellantur medicamenta, multùm iuuant, ſi aliquandiu ſupra locum affectum immorentur.Nam in fracturis,& alæ luxationibus frequenter contingentibus, in podagris,coxendicibus,renalibus morbis, omnibúſq; articularibus,dolore item capitis, aliíſque non paucis maximum in medicamẽtis,ſi non citò deciderint,præſidium experti ſumus. Sed medicamenta quidem,ſi ſint ex iis, quæ glutinoſa appellantur, proptereà quòd ita corpori adhærent, atque agglutinantur, vt difficulter auelli queant, nulla extrinſecus deligatione indigent. Alia verò decidunt,niſi faſciis contineantur:de quibus

nunc ſermo ipſi eſt. Inquit enim, Ea autem vt neque comprimant, neque decidant. ac ſi ita diceret: Quæcunque medicamenta vtile eſt vt non citò decidant, ea deliges ita neceſſe eſt, vt neq; affecta pars à deligatione cõprimatur, & ipſa firmiter cõtineatur. Cõtineri enim, & non decidere, eandem vim habent. Ac de iis quidem, quæ extrinſecus imponuntur, ſatis dictum ſit: nũc de partibus corporis videamus, an in his quoque verum ſit, Quæ omnino futurum eſt vt decidant, ea non citò decidere oportere. Nonnulli enim falſum eſſe opinantur à putrefactis partibus decepti, quæ quò citiùs excidunt, eo vtilius eſt. Quod quanuis verũ ſit, non obſtat tamen quin illud quoque eſſe verum cõſeatur: quippe cùm longè differat, futurum eſſe vt decidat quippiam, & opus eſſe vt excidatur. Sæpenumero enim euenit, vt oſſium reſciſſa quædam fragmenta, ac ſquammæ poſt aliquod tempus decidant: meliúſq; eſt, ſi à natura ipſa expulſa paulatim id quadam temporis mora conſequantur, quàm ſi feſtinemus ea vel medicamentis irritando, vel inſtrumentis euellendo inde reſoluere. Quæcunque enim repentè vi reuelluntur, fiſtulares cauitates efficere conſueuerunt. Quæ autem ſuccreſcente vel calloſa quadam materia, vel carne excidunt, ea, vbi exciderunt, plenum ſtatim locum relinquunt, qui poſteà citò ſaneſcit, cicatricéque inducitur, ſi vel mediocriter exiccans, vel adſtringens medicamẽtum aliquod impoſuerimus. Quin etiam neruoſæ aliquæ particulæ, & membraneæ ſæpe excidunt, ſine periculo quidem, ſi paulatim longo tempore ſuppurarint: ſi verò violenter aut medicamentis vim inferentibus, cuiuſmodi acria ſunt, tententur, aut inſtrumento aliquo, vel digitis etiam noſtris auellantur, reliquis membris malum per contagionem tranſmittunt, ita vt & inflammationem patiantur plerunque ægroti, & febricitent, & delirent, in conuulſionémque incidant. Sed iam ad reliquum, & tertium illorum, quæ decidunt, genus deueniamus. Id autem eſt, vt nonnulli opinati ſunt, faſciæ: quas dicunt, cùm ſunt laxæ, & effluxuræ ſunt, in longiore tempore vtiliùs decidere. At id falſum eſt. Non enim melius eſt, vt quæ malè fuerunt circundatæ, longiore temporis mora delabantur, ſed quàm citiſſimè: imò neque expectandum eſt, vt decidant, ſed celeriter diſſoluendæ, ac rurſus aptè deligandæ ſunt. Vnde quidam ex iis, qui ita explanant, fatentur quidẽ melius eſſe vt citò laxæ faſciæ decidant. Sed niſi tamẽ aliquid aliud extrinſecus ſubintelligant, deficiens oratio eſt. Ita enim eſſet abſoluenda: Quæ futurum eſt vt decidant, peiora ſunt citò decidentibus. id eſt, quã quæ citò decidunt, ea, quæ longius in tempus compoſita permanent. Quod licet etiam cõceſſerimus, ita decidere de faſciis dictum eſſe probabile non eſt. Quis nanque eſt, qui tantum tempus ſibi expectandum cenſeat in iis, quæ ſponte ſua delapſura ſunt, cùm poſſit & celeriter ſoluere, & rurſus bene deligare? Alii autẽ in contrariam ſententiam verſi, vera quidem dicunt, verba tamen ipſa violenter detorquent. Quo modo enim violentum non eſt, ſi in hunc modum interpretemur? Quæ futurum eſt vt decidãt, peiora quidem ſunt iis, quæ non decidunt: melius tamen ipſis eſt, vt celeriter decidant. vt videlicet priorem partem huius orationis, quæ eſt, Quæ futurum eſt vt decidant, peiora: vna ſententia circumſcribamus: ac deinde ab altero principio legamus, Citò decidentibus, hoc eſt, citò decidant. Sed hæc eſt, vt dixi, violenta interpretatio ex genere loquutionis, quod inarticulatum vocamus, extorta: præterquam quòd falſum in vniuerſali hoc eſt, Quæ futurum eſt vt decidant, eſſe peiora. multa enim

A ſunt quæ bene, & vtiliter decidunt. Quocirca melius eſt, ſicut dixi, vt Hippocratis hanc orationem, omiſſis faſciis, vltimáque hac expoſitione, de iis, quæ extrinſecus imponuntur, & omnibus corporis particulis, quę decidere debent, dictam eſſe intelligamus.

24 Quæ autem ſequitur deligatio, & ſubligatio, aut vtraque.

Subaudiendum eſt, hæc ſunt. deinde legenda ea, quę ſequũtur, id eſt, ſubligatio quidem in cauſa eſt, vt quæ vel abſceſſerunt, attrahantur, &c. Vſus autem eſt hîc verbo ſequitur, pro appetit, & affectat, & cõiectat. Quę ſanè omnia eam vim habent, vt ſignificent, quænam vires, & quæ opera deligationis ſint. Appello autem

B opera nunc non operationes, ſed effecta: ſicut ædificatoris domus, fabri lectica, textoris veſtis eſt. Cùm verò in deligatione, ac præcipuè ea, qua in fractionibus vti conſueuimus, duę ante plagulas faſciæ aſſumantur, & duæ aliæ poſt, proprium nomen duabus prioribus impoſuit Hippocrates, ſubligamina, ſeu ſubfaſciationes, & quæ ex ipſis fit deligatio, ſubligationem vocãs. Quæcunque verò & quæ propriè ſubligatio, & quæ communiter deligatio nominatur, efficere valeat, ex ipſo deinceps hîc docente audiemus. Oportebat quidem dici priùs qua de cauſa deligatio à medicis fieret, ſicut in principio diſtinxit, cũ dixit, partim ipſam mederi, partim medentibus inſeruire. Quo modo item adhibita vnumquodque ex antè dictis curaret, vt ad ſcopum curationis ſpectantes conuenientem vnicuiq;

C deligationem inueniremus. Qui quidẽ ſcopus ab ipſo, qui curandus eſſet, morbo innoteſceret. Hippocrates tamen non ita ſcripſit, ſed vbi qualis debeat eſſe deligatio, hucuſq; diſſeruit, ad opera, & vim ipſius declarandam deſcendit.

25 Subligatio quidem in cauſa eſt, vt vel quæ abſceſſerunt, attrahantur, vel quæ expanſa ſunt, contrahantur, vel quæ contracta ſunt, diſtrahantur, vel dirigãtur diſtorta, vel contraria.

Quæ abſceſſerunt, hîc appellat omnia quæcunque, cùm corpus ſecundum naturam ſeſe habet, vel vnita aliquibus aliis partibus ſunt, vel eas attingũt: cùm præter naturam affectum eſt, vnionem, vel contactum non ampliùs ſeruant. Vnio in omnibus fracturis, hulceribus, rupturis, contuſionibus, contactus in abſceſſibus,

D quæ ἀποστήματα dicũtur, ſinibus, inflationibus, & tumoribus interruptus eſt. Expanſa autem vocat, quæ plurimo interuallo inter ſe diſtant. Id quod duobus modis contingit: vel in toto, vel in labris tantummodo. Scopi igitur curationis ſunt hi in abſcedentibus, videlicet attrahere, in expanſis contrahere, in diſtortis dirigere. Commune tamẽ omnium eſt corrigere, & dirigere: cùm Græci ἐπανορθοῦσθαι, & διορθοῦσθαι de omnibus dicere conſueuerint, quæ eiecta quocunque modo in ſuũ conuenientem ſtatum reſtituũtur. Atque hi fines propoſiti ſubligationis ſunt. Vis autem ipſius non horum tantùm effectrix ſcoporum eſt, verùm etiam quandoq; contrariorum. Cùm bene adhibetur, horum: cõtrariorum, cùm malè. Meritò igitur in fine orationis ſubiunxit, Vel contraria: quippe cùm propoſitum ipſi fuerit quid poſſit efficere ſubligatio dicere, nõ de ſola bona

ſubligatione tractare. Nã in principio etiã huius orationis,vbi inquit, Quæ autem ſequitur deligatio, aut ſubligatio,aut vtraque,de omni deligatione,non de optima tantùm ſermonem inſtituit. Quòd ſi de bona etiam ſola dictum eſſe hîc velit quiſpiam, quod in fine poſitum eſt,in hunc ſenſum erit accipiendum, vt ſicut præter naturam alia ſunt abſcedentia, alia expanſa, & aperta,alia diſtorta, ita aliæ affectiones his contrariæ ſint. Nam cùm totum corpus conuenientiam,& æquabilitatẽ in ſe habeat,morbus omnis ex eius corruptione exoritur.Si igitur quæcunque, cùm naturalem con ſtitutionem habent, vnita quibuſdam ſunt,vel quædam attingunt, quando vel vnionem, vel contactum amiſerunt,ea ægrotare,& præter naturam eſſe affecta dicimus:ſimili modo quæ neque vnita ſunt aliquibus,neq; attingunt aliqua,ſi vniantur,& cõtingant, in morbum inducuntur. Hæc igitur contrariam correctionem requirunt,& contrarios ſcopos habent. Sed huic repugnare ea videntur,quæ diſtortis oppoſita ſunt, quæ vo cantur recta. Nam quantum antè dicta ratio poſtulat, hæc quoque diſtorquere oportebit. Id quod non amplius bonæ deligationis,ſed errantis, & malæ,eſt opus. At ſi quis meminerit, quæ de femore, & brachio dixit Hippocrates,is præter naturam in his rectitudinem eſſe cognoſcet,in quibus pars exterior & anterior incur uata naturã eſt. Quod cùm quidam oblitus fuiſſet,femur,vel brachium caulatim fractum, primùm quidem manu in rectitudinem cõfinxit,déinde in ea figura deligando reſeruauit. Sed vbi naturali formæ oſſium animum aduertit,cognouitque eam eſſe ſeruandam, cùm nondum fracturæ illi callũ increuiſſe offendiſſet, aqua id multo oleo admiſto fouit,poſteà fortiter extenſum, primùm fregit eo modo,quo à principio erat, déinde in naturali habitu confinxit, tum in eo naturæ callo cõ ferruminandum commiſit: vt ita verum ſit,non ſolùm ignaros,& malos medicos ex prauis deligationibus imprudenter, verùm etiam optimos ſtudioſè contraria antè dictis bonis circa ægrotantes efficere: dum quæ præter naturam duplicata ſunt,in cõtrarium admouẽt, & quæ coniuncta ſunt,& coaluere,diſſoluunt, & diſtra hunt. Quippe cùm in nonnullis ex cohulceratione & digitos cohærentes,& labra,& palpebras interdum videamus. Antè dictarum igitur affectionum curationis ſcopi hi ſunt:quorum vnicuique accommodatam deligationem deinceps docet.Sed priùs tamen qualia preparanda lintea ſint, ſequenti oratione declarat, cùm inquit.

26 Lintea præparanda ſunt leuia, tenuia,mollia,munda,lata, quæ neque conſutiones habeant,neque extantias: & ſana ſint,vt ferre extenſionem poſſint,& paulò amplius, non arida, ſed inſuccata ſucco, cui ſingula connutrita ſunt.

Dixerat ſuperiùs de linteis, ſed non plenè: vt pateat nihil tunc ad editionem exquiſitè fuiſſe abſolutum, ne à filiis quidem. Nam poſt Hippocratis mortem in eodem libro de iiſdem vel breuibus verbis dicendum ſibi cenſuiſſet nemo:ſed vel quæ hîc ponuntur,detraxiſſet,vel quæ ſuperiùs dicta ſunt. Superiùs enim ita ſcripſit,vt vidimus,faſciæ mũdæ,leues,tenues, molles ſun to:hîc verò adiungit latas etiam eaſdem eſſe debere,atque eiuſmodi, vt neque conſutiones, neque extantias habeant,ſanáſque item non eatenus tantùm, vt ſi violẽ tiùs intendantur,rumpi nequeant,ſed violentam quoque diſtentionem tolerent.hoc eſt, validæ, & robuſtæ ſint,quo firmiùs continere,ac ſtabiliùs poſſint.Nõ habere autem conſutiones inquit, quæ inæqualiter concurrant.Neque eas,quæ vocantur extantiæ,id eſt,extã tes partes in textilibus, atque ob longæ eminentiæ interdum dedita opera,interdum temerè ita euenientes, quandoque ex ipſo ſubtegmine, quandoque è purpura intertextæ, vt in iis, quas prætextas vocant, videre licet:cuiuſmodi omnia mulieres vbique efficere conſuerunt. Cauenda igitur hæc omnia in faſciis eſſe inquit. Cùm autem lata debere eſſe lintea dicit,hoc eorum eſt, quæ non abſolutè,nec ſine reſpectu enuntiantur. Nam cùm ad anguſta deliganda proponuntur, poſſet quiſpiã ipſa,ſi ad ea,quæ ſupra modum ſunt dilatata, comparârit,calumniari:ſi ad moderata,eodem modo.Quicquid enim à moderato variat ſiue additione,ſiue detractione,prauum id eſt. De tenuium,& leuium,& mollium, & mundorum vſu dictum ſuperiùs eſt. Quod vero in fine ait, Non arida,ſed inſuccata ſucco,cui ſingula con nutrita ſunt.id etiam de linteis dicitur. Quæ autem ratio præcepti huius ſit,obſcurum non eſt. Cenſet enim ipſa in nulla deligatione dura eſſe aſſumenda, ſed inſuc cata,& imbuta ſucco,cui ſingulæ ex affectionibus, quæ curandæ ſunt,ſunt connutritæ, id eſt,aſſuetæ, accommodatæ,& conuenientes.Cerato ſiquidem liquido ſim plici,& picato, & vino nigro auſtero, in libro De fracturis,& articulis irriganda lintea eſſe inquit. Nam ſicca præter quàm quòd vtilitatem,quæ ex madefactione euenit,nullam præſtant,conſtipant inſuper partes, ſupra quas impoſita ſunt,caliditatémque in ipſis augent, atque ob id humorem ex vicinis locis ad affectam partem eliciunt. Id quod maximum eſſe malum ad tumorum ortum omnibus patet.

27 Atque ea quidem,quæ abſceſſerũt, ita vt ſuſpenſa ſedem attingant, nõ tamen premant.Incipiamúſque à ſano,& ad hulcus finiamus: vt quod ſubeſt,emungatur, aliud verò quippiam non colligatur.

Siue oſſa fracta, ſiue cohærentia abrupta, ſiue vulnere aliquo magno illato partes præter naturam abſcedant,eæ cogẽdæ,& coaptandæ inter ſe ſunt eò vſq; vt attingant ſe,non tamen comprimant. Nam quæ ita preſſè apponuntur partes, dolorem, inflammationémque excitant. Maximè autem de hulceribus,qui vocantur ſinus, ſeu ventriculi, cauſa exempli, ſermo ipſi hic eſt:id quod in ſequẽtibus manifeſtè declarat. Sed prior tamen pars huius orationis, quæ eſt, Atque ea quidem, quæ abſceſſerũt,ita vt ſuſpenſa ſedem attingant,non ta men premant. communis eſſe ad reliqua omnia etiam poteſt,quæ à naturali contactu, vel coaleſcentia receſ ſerunt.Reliqua verò, quæ déinceps ſequuntur, vbi inquit, Incipiamúſque à ſano, & ad hulcus finiamus.de hulceribus dicta manifeſtiſſimè ſunt, quibus & ſanies euacuari, & nullus humor affluere tempore conglutinationis debet.Id autem fit,cùm fundum ipſius ſinus eatenus comprimimus, vt non collidamus, & paulatim vſque ad os ipſius deligationem relaxando perducimus,óſque ita apertum in figuratione ea, quæ déorſum vergat,conſeruamus. Sinus ſanè cùm purgare volumus,& conglutinare,hoc modo deligamus. At in ſummi humeri auulſione non ita, ſed eleuatã eius partem violenter deprimimus, & cogendo compellimus. Nihil enim ex huiuſmodi colliſione euenire mali po-

ceſt: ſicut neque in fracto iugulo, quãdo altera eius pars maior multò eſt, tametſi minùs in hoc quoque, quàm in ſummo humero, comprimere ſolemus. In aliis verò fracturis parum, ac minimum comprimimus, cauentes ne inflammatio oriatur. Atque ego quidem de omnibus, quæ abſcedunt, diſſerui. At Hippocrates de ſolis ſinibus, vt exemplum afferret, in quibus moderata deligatione vtendum eſſe manifeſtè declarat, cùm inquit: Ita vt ſuſpenſa, id eſt, ea, quæ abſceſſerunt, ſedem attingãt, ſed non premant. ſedem appellans abſcedenti corpori ſubiectam partem, cui, quod applicatur, firmari, ac cõſidere proculdubio debet. Priùs enim, quàm pars altera alteram prorſus attingat, vniri inter ſe nullo modo queũt. Vnio autem fit, ſi ſeabſque alliſione cõtigerint. Perſpicuum autem eſt, non abſolutè quempiam conſulturum fuiſſe, vt ſinus, qui conglutinandi ſunt, ita deligentur: quippe cùm inflammatione priùs vacãtes, tum puros, & ſiccos reddere, ſique carnes fortè contabuerint, alere debeamus. Adde quòd neque rupturas, & cõtuſiones, quæ ex genere hulcerum, & ſinuum ſunt, ſtatim vbi extitere, hac deligatione curamus: ſed poſteaquam inflammatio ſedata ipſis fuerit, humiditáſq; exiccata. Vtræque enim hæ continuitatis ſolutiones ſunt in carnea parte effectæ, vnà cum ſanguinis quadam in mediam regionem affluxione. Id quod abſceſſui, & ſinui commune eſt. Quoad enim pars ita affecta in exteriore ſummitate occluſa eſt, atque os nullum habet, abſceſſiſſe quidẽ ipſa dicitur, affectio verò abſceſſus propriè, id eſt, ἀπόϛημα vocatur. At vbi aliqua ex parte aperta eſt, vt qui cõtinetur humor excernatur, non ampliùs abſceſſus, ſed ſinus iam appellatur. Quocirca omnia huiuſmodi vitia deligatione quidem ſemper, ſed non ſimili indigent. Cùm enim adeſt inflammatio, neque opus prorſus prima ratione, & per ſe, deligatione eſt: ſicut etiam cùm ſuppuratio fit. Cùm ſinus verò iam factus eſt carne plenus, mediocris admodũ deligatio eſt adhibenda, ita vt ſedes abſcedentia minimè attingat. Per os enim purgantia medicamenta, & aperientia iniicienda ſunt. At vbi iam eò peruenit, vt cõglutinationem requirat, ea, quam nũc dixit Hippocrates, deligatio eſt accommodata. Hæc neceſſariò mihi ſcribenda exiſtimaui, ne quis locum hũc prauè intelligens omnes ſinus ita deligandos cẽſere Hippocratem arbitraretur. Nam, ſicut demonſtratum eſt, non omnes ſunt deligandi, ſed illi tantùm, qui nullo alio malo infeſtantur, neque inflammatione, neque carnis tabe, neq; ſorde, neque humore aliquo, qui in ipſis contineatur. Qui ſanè vniformem ac ſolam ſui curationem requirunt. Cæterùm de huiuſcemodi diſtinctionibus in libris De medendi ratione ſatis dictum à nobis eſt.

28 Deligare oportet recta quidem in rectum, obliqua obliquè in figura infatigabili, in qua neque conſtrictio, neque abſceſſio ſit: ex qua cùm in appenſionem, vel poſitionem tranſeunt, non mutentur: ſed ſimilia hæc, muſculos, venas, neruos, oſſa habeant, & diſpoſita, & bene detẽta ſint.

Non partes affectas corporis rectas, & obliquas nũc vocat, ſed abſceſſus ipſos: de quibus in ſinus exemplo hæc docet: qui rectúſne, an obliquus ſit, ex longitudine partis, in qua eſt, ſpectatur. Rectum enim decliuem intellige: obliquum, qui eiuſmodi non eſt. Rectum ſiqui-
A dem ſinũ appellat, cuius os in inferiore parte, fundum in ſuperiore eſt: obliquum, qui in latus declinat. Fiunt tamen contrario etiam modo ſinus, quibus deorſum fundum, ſurſum os vergat. Sed nos his fundum, quò facilior ſaniei exitus pateat, aperimus. Quòd ſi non prorſus in inferioribus corporis partibus plaga reperiatur, ſed in latus, eam ampliare ſcalpello conſueuimus. Figura autẽ membri, & ſitus, & modus deligationis eſſe eiuſmodi debet, vt ad excernendam ſaniem idoneus ſit. Tãta enim in his figurationis vis eſt, vt nos ſæpenumero plagã, quæ ſuperiùs eſſe videbatur, vt inferiùs eſſet, immutata figura fecerimus. Nam cùm in femore ſinus eſſet, cuius os prope inguen, fundum iuxta genu erat, eũ figuratione ita curauimus, vt genu altius inguine detineretur. Id autem puluino molli popliti ſubiecto facilè, & ſine vllo dolore fieri potuit. Eodem modo ſinus
B in poſteriore carnoſa tibiæ parte poplitem verſus ora habentes ſanauimus, crus eo habitu collocantes, vt altior poplite pes extaret. Cubitum item ſinu laborantẽ ſæpe ſimili ratione ad ſanitatem perduximus, eũ ita mitella iniecta excipiẽtes, ac ſuſpendentes, vt manus gibbo cubiti eſſet ſuperior. At cùm gibbus ipſe ita patitur vt à ſuperiori parte à brachio, ab inferiori à cubito ſinus contingatur, maximè idoneus habitus is, quem diximus, eſt: quo gibbus ipſe cubiti humilior vtriſq; oſſibus, brachii videlicet, & cubiti redditur. Quo in caſu duabus faſciis vtimur, vtriſque ad os & foramen ſinus, quod in gibbo eſt, deſinentibus, incipientibus verò vtrinque à ſana parte. Sique ſinus ſit planè rectus, rectam deligationem neutram in partem declinantem adhibemus, périnde ac ſi fractum brachium deligandum ſit: ſimilíſque modo deponimus. At ſi in obliquum declinet,
C deligatio quoq; ſinus ipſius declinationem imitari debet: eámq; figurationem, vt effluere ſanies queat. Qua enim figuratione depoſiturus affectam partem es, in ea quoque deligationem iniicias, ſciens maximum inde euenire damnum ſolere, cùm iam deligata in alterũ habitum transformantur: quippe cùm neceſſe ſit, vt cùm id ſit, nonnulla, quæ incuruata erant, extendantur, alia verò, quæ erant depreſſa, attollantur. Efficietur igitur, vt ſicut quæ intumuerunt, à faſciis comprimantur, ſic quæ ſubſedere, laxata ibi faſcia, nequeant contineri. De iis, quæ comprimuntur, conſtrictionem, de laxatis, abſceſſionem dixit Hippocrates, in ea figura accõmodatam ſinui deligationem nobis faciendam cenſens, in qua neque conſtrictio, neque abſceſſio ſit. Nam ſi ad ſolum deligationis tempus reſpicientes obliquum ſinum obliquè deligemus in eo habitu, qui in depoſitione, aut
D appenſione ſeruari non poſſit, ſed immutandus ſit: aliæ deligatæ partes conſtringentur, aliæ laxabuntur. Quæ autem partes in habitus mutatione ſinum immutẽt, ipſe nominatim expreſſit, cũ inquit, Muſculos, venas, neruos, & oſſa. Quippe cùm hæc tantummodo ſint, quæ tumorem in corpore efficiant. Venarum autem nomine non tantùm eæ, quæ venæ nũc appellantur, ſed arteriæ quoque ex veteri conſuetudine intelligendæ ſunt. Atque hæc totius orationis ſententia eſt: cuius verba nonnulla, licet non admodum obſcura ſint, non ab re tamen erit, ſi breuiter explicentur. Appẽſionem in manu vocat eius, vbi deligata fuit, depoſitionem, cùm lata mitella totus cubitus appenſus excipitur: poſitionẽ verò in crure. Peſpicuum tamen eſt, appenſionẽm ſignificato poſitionis tanquam generi ſubiici. In fine itẽ ſubiungens ϰεῖται, id eſt, diſpoſita, quæ bene depoſita ſunt, εὔσχετα, id eſt, bene detenta ea, quæ bene excepta,

atque

atq; appenſa ſunt, vocat, illud ad crura, hoc ad manus referens.

29 Appenſa verò eſſe debent, vel poſita in infatigabili habitu, qui ſecundum naturam ſit.

Infatigabile id eſt, quod fatigationem, & dolorem non affert, & ſecundum naturam diuerſum minimè eſt, ſed vnum & idem. Quod quid ſit, & in libro De fracturis ſatis ab Hippocrate dictum eſt, & nunc etiam loco ſuo dicetur.

30 At in quibus abſceſſerit, contraria.

Nonnulli legunt, In quibus non abſceſſerit, cum negatione: & ita exponunt, In quibus abſceſſerit aliquid, antè dictum modum deligationis adhibemus: in quibus verò non abſceſſerit, contrarium. Nam ſi antè dictum fuit, vt à ſana parte incipientes in hulcus deſinamus, relaxando ſubinde compreſsionem: contrarium erit, ab hulceratis, & fractis incipiendo ad inferiorem partem relaxando deſcendere. At qui ſine negatione legunt, dicunt iubere Hippocratem, cùm volumus ea, quę pręter naturam coniuncta ſunt, & cohæſerunt, abſcedere, & ſeparari, antè dictum deligationis modum immutare. Nam cùm volumus ea, quæ quocunque modo inter ſe coniuncta cohæſerunt, diſiungere, debere nos contrarium in modũ vti deligatione perſpicuum eſt. In magnis item vulnerbus plerunque, in quibus vel cùm ima pars aperta, atq; incõglutinata permanſerit, ſumma cutis cõſolidata coaluit: vel ſummę oræ inter ſe duplicatæ coniunctæ ita ſunt, vt altera alteri inſederit: in fracturis quoque diſtrahenda, ac diſiungenda eſſe conſtat, quæ commiſſa ſunt, cùm in ima parte non ſecus, atque in vulneribus fracti oſsis capita non coeunt. Adde quòd in illis quoque oſsibus idem fit, quæcunque ſinus, & fiſtulas alicuius momenti intus habuerint. At enim ſicut hæc per ſe vtilia eſſe ſcimus, ita nunc vt nõ rectè dicta repræhendi meritò poſſent: quippe cùm nullo modo cum Hippocratis verbis conſentire videantur, quæ inquiunt: In quibus abſceſſerit, contraria. non enim idem eſt, ſi dicamus, In quibus abſceſſerit: &, In quibus abſcedere volumus. Quocirca debebant hi, qui in hunc modum explanant, ſicut priores illi, adiuncta negatione ſuæ ſententiæ conſentientem lectionem faciebant, ita ipſi quoque ſcripturam immutare, atque inde eam pro ſuo arbitrio interpretari. Cùm verò eam ita, ſicut eſt, reliquerint, alienam à verbis explanationem attulerunt. Non igitur de iis, quæ abſcedere volumus, docere hìc Hippocratem cenſendum eſt, in ſequentibus enim id faciet, ſed de iis, quæ abſcedunt, & nondum integrè abſceſſere, ſermo ipſi eſt: vel de iis etiam, quæ perfectè abſceſſere, ſed nondum tamen eruperunt in ſinum: quippe cùm hæc dolorem ſedante, & pus mouente curatione primùm indigeant, quoad ad id emittendum ora aliqua aperuerint: déinde vbi id effectum eſt, ſi aliqua inflamatione infeſtentur, liberanda, tum exiccanda, & carne, vt dixi, replenda ſint: poſteà cùm iam ſolus ſinus relictus eſt nulla alia affectione mala adiuncta, neque inflammatione, neque ſorde, neque humore ſuperuacuo, neque carnium defectu, poſtremam ſanationem, ac conglutinationem ſuſcipere debeant. Non eſſe itaque mirum debet, ſi iubet, vt contraria in iis, quæ abſcedunt, faciamus. Quicunq; enim non negligenter in artis operibus eſt verſatus, optimè nouit, in abſceſsibus, qui ad maturitatẽ perduci queũt, non eſſe inutile, vt nihil eius, qui adhuc ſuppurat, humoris excernatur. Nam ſi intus maneat, fit vt reliquus

A ei melius, faciliúſque accedat. Quocirca pars affecta, quantum ad morbum ipſum attinet, neque vlla prorſus indiget deligatione. Quæ tamen eatenus adhibetur, non vt curationem vllam afferat, ſed vt curantibus inſeruiat, atque opituletur. Abſceſſuum igitur à ſinuum curatione diuerſa curatio eſt. Illis enim vt nihil humoris effluat, donec perfectè maturuerint, his vt nihil intus remaneat, perquàm vtile eſt. Illorum nullum eſſe os, hos apertos eſſe confert. Quæ abſcedunt præterea cataplaſmatis humectantibus, & calefacientibus maturanda: ſinus valde exiccantibus, & purgantibus ſicci, & puri reddendi ſunt. Adde quòd ſinibus antè dicta deligatio medetur. In abſceſsibus, vt aliis medentibus inſeruiens aſſumi conſueuit. At verò Aſclepiades totam horum verborum ſententiam de deligationibus eſſe intelligendam cenſet, in hunc modum: Deligare oportet

B in eo habitu, in quo neque conſtrictio, neque abſceſſio ſit: hoc autem totum ſecundum naturam eſt. At in quibus deligatio abſceſſerit, in iis contraria age, id eſt, in contrario habitu deligationem adhibe. Hoc eſt, in quo habitu partis deligatæ faſcia abſceſſerit, in contrario ei habitu deligationem facias. Verbi cauſa, ſi extento cubito brachium deligatum non permanet, ſed laxatur, contrariam figurationem experire, atque in ea rurſus deliga. Contraria autem figura erit, ſi cubitus inflectatur. Quoniam autem crurum habitus ſecũdum naturam accommodatus eſt in extenſione, ſi inflexa crura deligaris, déinde extendere ea iuſſeris, efficietur vt muſculis alium in locum abeuntibus faſcia abſcedat. Quapropter contrario habitu, id eſt, extenta tibi erũt deliganda, in quo videlicet etiam deponenda ſunt. Atque hæc tibi Aſclepiadis ſententia eſt. Noſtrum verò

C iam eſt, vt ad ea, quæ ſequũtur, explanãda deſcẽdamus.

31 In quibus autem expanſa contrahere oportet, reliqua quidem eadem fiunt, ex multo tamen quodam ſpatio coactio, & ſenſim facto progreſſu compreſsio facienda eſt: minimum primò, poſteà magis: terminus, quòd maximè facta ſit, eſt contactus.

Memoria repetenda nobis ſunt ea, quæ de ſubligatione dixit ab eo principio, vbi ait, Subligatio quidem in cauſa eſt, vt vel quæ abſceſſerunt, attrahantur, vel quæ expanſa ſunt, contrahantur, & cætera hucuſque. Ita enim fiet, vt orationem hanc dependere à ſuperio-

D re intelligamus, in hunc modum: In quibus autem expanſa contrahere opus fuerit, reliqua quidem eadem agemus, ex multo tamen ſpatio coactionem faciemus. & cætera, quæ déinceps ſubiungit. Expanſa autem, ſeu aperta ea vocare hìc Hippocratem cenſendum eſt, quę præter quàm quòd diſtant amplius, quàm par ſit, vtriſque labris expanſa, atque aperta inter ſe ſunt. Id quod in vulneribus ex vehementi inflammatione euenire interdum conſpicitur. Cùm enim caro ad multam vſque altitudinem diuiſa, & muſculus per tranſuerſum ſectus fuerit, conglutinatio autem, & conſolidatio fuerit impedita, tum inflammatio ſuperuenerit, ex qua cutis diſtenta vtrinque labrum ſibi annexum retraxerit, vtraque in parte expanſum os vulneris redditur. Huiuſmodi autem ſpeciem præ ſe ferunt & labia ipſa oris inflammationem cùm patiuntur & palpebræ, & præputium. Quin etiam ſi cutẽ capitis accõmodatè ad

terebrationem compresserimus, orta inflammatio expansorum speciem præbet. Et maximè id fit, si compressa hinc inde cute medium inter labra locum linamentis compleuerimus. Quod & in transuersa musculorum incisione profundè adacta, facere cõsueuimus, dum vel ob sanguinis eruptionem concerpta linteorũ fila, quæ linamenta appellant, in vulnus coniicimus, vel ex eo, quia timemus ne cutis consolidescat, diuulsę verò musculi partes vtrinq; inconglutinatæ permaneãt. Atque huiusmodi quidem affectiones omnes, quanuis alias etiam curationes requirant, quę inflammationem sedent, hîc tamen, (non enim de omnibus nunc proposuit scribere) eas solas tradit, quæ chirurgicæ propriè, id est, manuum opera exhibitæ appellantur. Expansorum igitur deligatio reliqua quidem eadem habet, quę etiam in illis, quæ abscessere, fieri consueuerunt. Nam & à sanis partibus incipit, & paulatim inde ad cutem manifesta hulceratione affectam perducitur. In eo tamen differt, quòd hîc longiùs, quàm in illis, quę abscessere, exordium sumit, compresśionémque vsque ad expansas ipsas partes protendit. In finibus enim à fundo ipsorum incipit deligatio. In expansis non ab extrema eorum quasi radice, sed longinquiùs à sanis partibus cutem paulatim ad hulcerationem adducimus, non relaxando, & remittẽdo, vt ibi faciebamus, deligationẽ, sed intendendo paulatim prima eius circumuolutione ex cutis conuersione compresśionẽ efficimus, ac posteà etiam magis. Hoc autem quidam in vna & eadem operatione, quidam in pluribus intelligendum putant. In vna quidem, si verbum, Primò, principium deligationis significet: in pluribus, si eodem verbo primam totã deligationem indicari intelligamus. Quorum tamen vtrunque esse verum potest, alterum in altera affectione, quæ nõ specie, sed magnitudine diuersa sit. Mediocrem enim inuersionem cutis in naturalem statum reducere, vel vna tantùm deligatione enitemur: maiori prima deligatione vim non afferemus: quippe cùm eo tempore inflammationis curatio, nõ expansorũ correctio attẽdenda sit. Idcirco verò in fine subiecit, Terminus, quòd maximè facta sit, est contactus: quia cùm posśit quispiam magis inter se quę expansa sunt, contrahere, ac cogere, quàm vt oræ eorum tantummodo sese mutuò tangant, fit, vt quæ ita coacta fuerint, sese allidant: id quod dolorem parit, augétque inflammationem. Eousque igitur contrahenda huiusmodi sunt, quo ad sese contingant, & non ampliùs. Aduertendum autem duplicem hîc lectionem reperiri. Altera est, Terminus, quòd maximè facta sit, & cætera, quam etiam agnoscit Asclepiades. Altera, Terminus, quòd magis facta sit. Cęterùm sicut melior, ita antiquior quoque ea est, quæ Maximè, habet.

32 In quibus verò contracta est, distrahere debemus, cum inflammatione quidẽ contraria, sine ea, apparatu quidẽ eiusmodi, sed deligatione contraria vtendum est.

Contracta contrario modo, quàm expansa, sese habent. Nam cùm expansa plurimùm inter se separatas oras habeant in contrarias partes, ita vt altera in dexteram, altera in læuam hiet, ac recedat: contracta contrario ita inter se coierunt, vt vel altera ipsorum ora superiecta alteri sit, vel vtræque quasi duplicatæ, & complicatæ fuerint, quemadmodũ ea sunt, quæ conuoluuntur. Id quod ex inflammatione quoque euenire non se-
A cus, ac contraria affectio, consueuit. Neque mirum esse debet, si in contraria affectione eadẽ mala creet inflammatio: quippe cùm non in partibus tam magnam, quàm paruam inflammationem patientibus vtraque, & expansa, & contracta efficiantur. Id quod in oculis videre manifestè licet. Nam cùm cutis palpebrarum extrinsecus valde inflammatur, atque id eousque, vt vicinæ regionis pars aliqua occupetur, palpebra inuertitur. Cùm verò modica quidem in cute inflammatio est, at membrana, quæ intus ad irim vsque extenditur, valde deficit, tunc fit, vt intrò palpebra conuertatur. Quod vitium cùm vtrisque palpebris accidit, φίμωσις, hoc est, capistratio nuncupatur: cùm diducere eas æger, atque aperire ita oculum nequit. Eadẽ vitia in pudendis quoque mulierũ contingunt: in vulneribus quoq;, & omnibus quocunque modo exhulceratis existere consueue-
B runt: in quibus cùm partes, quæ extrinsecus sunt, inflãmatione infestantur, labra hulcerum introrsum cõuertuntur. Quod cùm fit, emaciata, ac tenuia, & flaccida esse ea proculdubio necesse est. Quo enim alio modo fieri posset, vt ita promptè in interiorem partem deuoluerentur? an interiorum partium defectus incidit vel ex tabida macie, cùm locus non alitur, vel ex manuum, & scalpelli opera, quę immoderatè subiectam carnem exciderit, vel ex putredine, quæ eam corruperit. His igitur affectionibus deligatio accõmodatè adhibita prodest. Inflammationi verò tantum abest vt prosit, vt nocumentum quoque afferre grauando soleat. Ea tamen, quia medicamentis inseruit, quæ inflammationem sedant, propterea necessariò interdum assumi cõsueuit. Atque ideo hîc Hippocrates contracta inquit, cùm adest quidem inflammatio, contraria agentibus nobis, id
C est, deligationem euitantibus curantur: nisi maxima necesśitas vrgeat, quo videlicet imposita aliqua partibus inflammatis contineantur. Nam vbi absque deligatione permansura medicamenta speramus, nulla prorsus fascia est opus. Quin etiam ea, quę continendi medicamenti causa assumitur, ex tenuisśimis, leuisśimísque linteis facienda, & quàm paucisśimis potest cõuolutionibus, vel etiam vna tantũ circundanda est. Id quod multos medicos latet, qui extrinsecus supra tumorem inflammationis & cataplasmata crassa, & lintea dura, & grauia, & lanas multas, fasciarúmque insuper copiam imponere non verentur: quæ omnia, cùm inflammationem augeant, inflammatis maximè contraria sunt. At si ea, quæ contracta sunt, inflammatione caruerint, linteorum apparatum eundem cum priore esse iubet: deligationem verò contrariam ei, quæ expansis adhi-
D bebatur. Nam si illhic principium deligandi è longinquo à sanis partibus faciebamus circumuoluendo, ac protrahẽdo, compresśionémq; augendo, vsque ad expansa, in contractis à parte ipsa affecta initio iniecto ad partes, quæ circumcirca sunt, cutẽ retrahemus. Intelligendũ tamen hîc est, quod ab Hippocrate fuit prætermissum: non enim omnem ille horũ vitiorum curationem, sed eã tantùm, quę manuum opera exhibetur, describere proposuit. Quocirca ego, vt integra oratio sit, quod deest adiungam. Quando aliquid eorum, quę cõtracta sunt, inuertere voluerimus, priùs replere subiectum locum, in quem conciderunt labra, vel linamentis, vel accommodato medicamento eousq; debemus, quoad contracta pars reliquæ cuti æqualis reddatur: deinde ita deligationem, quam dixit, adhibere.

CLAVD.

CLAVD. GALENI IN LIBRVM HIPPOCRAtis, Qui quæ in Medicatrina Fiunt, Inſcribitur, Commentariorum, Liber Tertius,

Ioanne Bernardo Feliciano Interprete.

DISTORTA dirigere oportet, reliqua quidem eadem faciendo: at quæ abierunt, ſubligatione, agglutinatione, appenſione reducẽdo, & contrario modo contraria.

Diſtortiones fiũt, cùm vel à ſua ſede elabitur aliquid in exteriorem corporis partem, vel introrſum in inanitatem aliquam prolabitur: vt in naribus, ſi in exterioré partem aut os, aut pinnula earum abit in eam partem: ſi in foramen deſcendit, introrſum diſtortio fit. Simili modo quoque in aliis membris euenit, quorum omniũ communis curationis ſcopus auxilia oſtendet. At communis omnium ſcopus eſt, Contraria contrariorũ eſſe remedia. Quare etiam nunc quę abierunt, cùm aliis remediis, de quibus nunc dicere propoſitum nõ eſt, tum faſciis reducenda ſunt. Faſciarum autem modos ad hęc vtiles ipſe iam dixit. Subligatio igitur adhibenda, ſicut ſuperiùs & in abſcedentibus, & expanſis, & contractis dictum eſt. Agglutinatio verò, ſicut in libro De articulis, de naribus, & maxilla ſcripſit. Sed appenſio, vt in libro de fracturis, vbi inquit in hunc modum: Nam ſi vel oſſa vtraque confracta ſint, vel inferius tantummodo, & cui deligatio adhibita eſt, is mitella quadam manum habeat appenſam, mitelláque ipſa ea parte, qua eſt fractura, plurimùm contineat, ita vt hinc & inde manus dependeat: in hoc alterum os in ſuperiorem partem diſtortum depræhẽdatur, neceſſe eſt. At ſi fractis oſsibus & manus, & pars iuxta gibbum cubiti mitella ſuſtineatur, reliqua autem cubiti pars ſuſpenſa non ſit: in inferiorem partem os diſtortum inuenietur. Oportet igitur vt mitella molli, quæ latitudinem habeat, & plurimam cubiti partem, & articulum ipſum manus æqualiter ſuſpendamus. Hæc oratio prauam appenſionẽ cùm doceat, quæ diſtortionem efficit, curationẽ etiam diſtortorum oſtẽdit. Faciamus enim alicui in inferiorem partem cubitum eſſe diſtortum, hunc in inferiore parte anguſta mitella ſubiecta excipiemus. Si in ſuperiorẽ partem verò diſtortionem habeat, appenſionem adhibebimus, quæ ad inferius diſtorqueat. Ea autẽ eſt, cùm mitella partes iuxta articulum manus & cubiti gibbum ſuſpendens, reliquum in medio interceptum cubitum inſuſpenſum relinquit: quemadmodum etiam ſi in articulo manus ſurſum contigerit diſtortio, deórſum diſtorquentem deligationem afferemus, quæ partem circa gibbum cubiti repræhendat, eam, quę circa articulũ eſt, pendulam omittat. Eodem modo in diſtortione, quæ eſt ad gibbum in ſuperiorem partem, ea adhibenda eſt appenſio, quæ ſolùm ipſam ſine ſtabilimento deſtituens reliqua ſuſtineat: quæ videlicet etiam non diſtortum locum in inferiorem diſtorquere parte poſſet. Nam, vt ſemel dicam, quæcunque nondum diſtorta diſtorquent, eæ, quæ in contrarium modũ diſtorta ſunt, dirigunt. Ac ſicut in his ſimili modo circa tibiam & femur in totius cruris poſitionibus vel peccamus, vel rectè nos gerimus. Quòd enim in brachio eſt appenſio, id in crure poſitio eſt. Vnde hìc vnà cum appenſionis nomine poſitio quoque inſuper eſt ſubintelligenda. Quod autem in fine orationis huius dixit, Et econtrario modo contraria. poteſt etiam de antè dictis deligationibus intelligi: vt dicat cõtrarias his affectiones corrigi, ac ſanari, ſi contrario modo deligentur. Verbi cauſa, abſcedentibus contraria ea ſunt, quæ præter naturã in rectitudinẽ fuerunt conſtituta. De quibus vtique ſatis à me ſuperiùs dictum eſt. Sciẽdum autem in hoc De medicatrina libro primum omnium De naturalibus iudiciis ſcriptum fuiſſe, quibus omnes homines vti conſueuimus & ad artes omnes, & ad vniuerſam vitam pertinentibus. Non enim tantùm ad propoſitam materiam ſpectãs, quæ de curatione ea eſt, quæ manuũ opera adhibetur, ſed ad omnes morborũ, quæ in medicina fiunt, dignotiones, quas ſignificationes vocãt, agere de iudiciis voluit. Secũda diſſertatio de medicina eſt, quæ manuũ opera exercetur, quæ docet, ex quibus cõſtent, quibúſq; munus eius compleatur. Poſt hanc tertia de deligatione ſubſequitur: vbi qualis debeat eſſe deligatio edocemur, tum ab affectæ partis natura, tum ab ipſa affectione ſumpta ſignificatione. Quartò hìc de fracturis agit, quæ ſub generalem affectionẽ ſubiiciuntur, quę eſt continuitatis diſſolutio. Ita enim ego totum hoc genus ſoleo appellare. At Hippocrates abſcedentia corpora, quę ita affecta ſunt, vocat, vt & affectio ipſa abſceſſio meritò nominetur. Tametſi vna quædam ſpecies generis huius ſit, quam propriè abſceſsionem, & abſceſſum, id eſt, ἀπόςασιν, & ἀπόςημα nuncupent. Cæterùm hæc ea cauſa dicta à me in præſentia ſunt, vt ea, quæ ſuperiùs expoſui, in memoria reuocentur. Nunc ad reliqua iam deſcendamus.

2 Plagularum longitudines, latitudines, craſſitudines, & multitudines eiuſmodi ſunto. Longitudo, quanta eſt deligatio. Latitudo, trium, aut quatuor digitorum. Craſſitudo, vt triplices, aut quadruplices ſint. Multitudo, vt circundatæ neque excedant, neque deficiant.

In fracturarum tractatione, quæ nunc ipsi proposita est, de plagulis, quæ splenia à splenis forma appellant, primùm mentionem facit, iubétq; eas longitudine esse æquales deligationi, quippe cùm ob illam assumantur, quò eam stabiliant, & firmam, atque immotam contineant: latitudine verò trium, aut quatuor digitorum, eius videlicet, qui deligatur: crassitudine, vt triplices, aut quadruplices sint. Nam vbi tutiorem, ac stabiliorẽ custodiam deligatio desiderat, quadruplices esse debent: vbi non ita, satis est, si triplices adhibeantur. Con fracta autem minutim ossa maiore custodia indigere perspicuum est. At plagularum multitudinem tantam esse oportere inquit, vt circumcirca deligatum membrum longum, quod κῶλον vocat, compræhendant. Nã vt in iuguli, aut costæ fracturis circumcirca locum affe ctum comprẹhendant, fieri non potest. Sed magnitudo quidem fracturæ plagularum numerum tibi indicabit. In iugulo tamẽ tribus quadruplicibus plagulis vti con sueuimus: ac duas priores in similitudine X Græcæ literæ imponimus, ita vt media vtriusque pars, qua inter se coniunguntur, supra fractum locum iniiciatur: tertiam supra has per membri longitudinem porrectam superimponimus, quæ & subiectas constringat, & fractam partem iuguli constipet.

3 Quibuscunque ad directionem adhibentur, longitudinem ex circuitione, latitudinem, & crassitudinẽ ex defectu coniectare debemus, neque vniuersa explere.

Miror cur plagularum priùs vsum non dixerit, deinde quo modo vnaquæque ipsarum sese habeat. Vsus enim ipsarum duplex est: vnus, vt subligamina contineant: alter, vt ea membra circum expleant, quæ in acu tum abeunt: quæ ipse tum ἀπόξυ, tum ὑπόξυρα appellare consueuit, quasi deacuminata, & subsiccanea dixeris. Cuiusmodi & cubiti iuxta manum, & tibiæ iuxta pedem pars est. Quibus plagulas circundandas orbiculariter censet, vt post iniectionem fasciarũ extrinsecus æqualis crassitudine futura deligatio sit. Cùm igitur duo hi vsus plagularum sint, detentionis videlicet, & expletionis, quam ipse directionem hîc vocat, eas esse vult tanta longitudine, vt circumcirca deligatam partem comprẹhendant: Crassitudine autem, & latitudine pro membrorum defectu. Nam si maiores longitudine fuerint, quàm vt membrum circumeant, necesse erit vt alterum eius caput supra alterum positum altiorem eam partem reliquis duabus, quæ vtrinque sunt, reddat: atque ita deligatio inæqualis, ac propterea laxa efficiatur. Si contrà, breuiores, quàm vt capita attingere sese mutuò valeant, locum in medio vacuum relinquent: ac deligatio contrario modo inæqualis euadet. Sicut enim si longiores sint, tumorem quendam atque incurationem existere: ita si breuiores, defectum, ac concauitatem quandam ea parte subsidere necessarium est. Plagularum autem harum circumiectionem non semel vniuersam, sed paulatim faciendam censet: vt crassitudine eæ sint tenuiores quæ superiùs: crassiores, quæ inferiùs imponuntur. Nam si semel omnes circumiicias, forma deligationis eiusmodi euadet, qualis membri à principio fuerat.

4 Linteorum autem subligamina duo sunt. Primum quod à noxa in superiorem partem: secundum quod à noxa in inferiorem definit.

A Dictum à me etiam superiùs est, fascias, quę ante plagulas primùm omnium corpori affecto circumiiciuntur, subligamina ab Hippocrate nuncupari: quarum vtriusq; circumiectionis vsus in libro de fracturis scriptus est. Prima enim fascia non solùm vetat, ne quicquã eò defluat, verùm etiam quod in affecto loco continetur, in superiorem partem aliquid repellit. Secunda superuacuum sanguinem ab affecta parte ad membri finẽ elidit. Vtriusque autem communis vtilis ea est, quòd compositum os, ne dimoueatur, continent.

5 Iuxta noxam maximè, extrema minimum: reliqua pro ratione comprimendum est.

B Horum quoque ratio in libro De fracturis dicta est. In vniuersum enim in omni deligatione, vbi quidem subiecta caro magis constringitur, humor, qui in ea cõtinetur, ad circumuicinas partes elidi consueuit: vbi minùs, is locus ex aliis magis compressis partibus affluentem humorem admittit.

6 At deligatio multam sani loci partem occupet.

Huius etiam consilii ratio perspicua est. Nam dum multam partem sani loci deligatio occupat, fit, vt & firmiùs reposita, ac confirmata ossa contineantur, & magis ab affecto loco in circumuicinas partes humores elidantur: magísque hi, ne à superiori parte eò defluãt, impediantur.

C 7 Fasciarum multitudo, longitudo, latitudo, ea sit. Multitudo quidem ne à noxa superetur, néve ferulis illisio sit, neque pon dus, aut declinationem, aut effœminationem afferat.

Reliqui ferè omnes inter ἐπιδέσμους & ὑποδεσμίδας, id est, fascias, & subfasciationes, seu subligamina, nulla vsi sunt distinctione. At Hippocrates fascias, quæ ipsi corpori circũdantur, subligamina, seu malis, subfascicationes appellat: quæ plagulis extrinsecus superligantur, fascias, seu superligamina vocat. Quarũ sanè quanta esse debeat multitudo, longitudo, & latitudo, hîc docet: longitudinem tantam esse debere asserens, vt ipsum os repositum, ac conformatum firmiter contineat, neque à noxa superetur. Nam si non contineant fasciæ, vincentur, ac superabuntur à noxa, id est, à parte læsa. Nam si

D dum conformationem immobilem conseruant, vincũt fasciæ, dum ipsæ aliqua in parte mouentur, superari, ac vinci meritò dicendæ sunt. Quod autem inquit, néve ferulis illisio sit: id significat, ne pauciores fasciæ, quàm par sit, adhibeantur, ita vt ferulæ impositæ illidant, id est, vim, & compresionem ad noxam vsq; pertingentem efficiant. Verùm si etiam tam multas fascias inuolueris, vt grauent ægrotantem, ita quoque nihilò minùs à mediocritate aberrabis. Quocirca vtrunque finem, ac scopum fasciarum diligenti obseruatione coniectare debemus. Fasciarũ enim scopi duo sunt, vt neq; comprimant, neque grauent. Sed neque declinationẽ afferre debet multitudo, vt inquit. Declinatio autem, quam περίῤῥοπήν vocat, quasi deuersionem dicas, est, cùm in alteram partem, vel dextram, vel sinistram tota deligatio deuergit, ac declinat. Id quod immoderata

faſciarum multitudine euenit. Quam verò appellat effœminationem alii ad partes ipſas referunt, in quibus eſt noxa, vtpote imbelles, ac molles futuras ex linteorum multitudine, quæ circuniiciũtur: alii de deligatione ipſa intelligunt, quam remiſſam fieri ex multitudine neceſſe eſt. Nam impoſitarum etiam ferularum conſtrictio multis ſubiectis linteis reſolui conſueuit.

8 Longitudo, & latitudo, vt trium, aut quatuor, aut quinque, aut ſex cubitorum longitudo, digitorum latitudo ſit.

Digiti videlicet, & cubiti illius eiuſdem, qui deligatur, intelligendi ſunt. Terminum autem longitudinis, & latitudinis non vnũ tantùm ſtatuit, propterea quòd nulla faſciæ longitudo in omnibus æqualis eſt: ſed pro magnitudine fracturæ multitudines, & longitudines, & latitudines linteorum immutandas cenſet. In tota verò hac tractatione de deligatione agit, quæ in fine adhibetur: quam in libro De fracturis eo tẽpore faciendam tradit, quo pars affecta, finita inflammatione, in ferulas coniicitur.

9 Tot item fimbriæ circumuolutiones, vt ne comprimant.

Toties circumuoluere fimbriam faſciis iubet, quoties ipſæ illæ inuolutæ ſunt: fimbrias id eſt παράρματα appellans, quæ ex veſtimentorum reſegminibus ad vinciendum accommodata ſumi conſueuerunt. Cùm verò inquit, Vt ne cõprimant. de modo cõſtrictionis eorum docet. Eouſque enim conſtringi fimbria debet, quoad firmiter quidem maneat, non comprimat tamen. Sed partes huius orationis in hunc modum coniungendæ inter ſe ſunt: Tot fimbriæ circunuolutiones faciendæ ſunt, vt non comprimant: eò quòd comprimere valde multæ ſoleant, ſed melius eſſet, ſi pro Tot, tales legeremus, parua immutatione vnius literæ in Græco verbo facta. σ enim litera in ι conuerſa pro τοσαῦται. id eſt, tot, τοιαῦται, id eſt, tales efficietur. Quippe cùm fimbriæ circumuolutiones qualitate magis, quàm quantitate, conuenientem deligationem contineant.

10 Mollia autem, & non craſſa ſint.

Omnia hæc videlicet, mollia, non craſſa aſſumi iubet, ſicut de linteis ſuperiùs diximus, ita hic quoque, illud cauens, ne ſubiecta corpora illiſione offendant.

11 Atque omnia, pro longitudine, latitudine, & craſsitudine eius quod affectum eſt.

Dictum anteà hoc de alia ſimili materia eſt, & in tota hac tractatione memoria tenendum, quicquid de longitudine, aut latitudine, aut craſsitudine, aut numero linteorum dicitur, id ad partis affectæ longitudinem, aut latitudinem, aut craſsitudinem eſſe referendum.

12 Ferulæ verò ſint læues, æquales, ſimæ in extremitatibus, minores hinc inde quàm diligatio eſt: ea parte craſsiſsimæ, qua fractura erupit.

Ferulę non ſecus, ac plagulæ, ſeu ſplenia, firmamenta ſunt, ac ſtabilimenta deligationis. Sed plagulæ tamen ſubligamina, ferulæ omnia, quæ ſubiecta ſunt, con-

A tinent: ita vt quatuor cuncta ſint, quę vtilitatem ſingula ſuam præſtant. Primò enim intus ſubligamina conformatum, ac repoſitum os continent, prohibéntque ab affecta parte inflammationem. Supra hæc ne dimoueantur, ac deuergant, plagulæ imponuntur: deinde faſciæ, ſeu ſuperligamina ſuperiùs conuoluũtur: poſteà circundantur ferulæ: quæ deligationem ſtabiliant, ac firment: quas Hippocrates hîc & læues, id eſt, læuigatas, ac planas, & æquales adhibendas cenſet. Læui autem aſperum opponitur, æquali inæquale. Atque id quidem, quod eſt aſperum, continuò etiam eſt inæquale. Quòd autem eſt inæquale, aſperum neceſſariò minime eſt. Quemadmodum neque via continuò eſt aſpera, ſi ſit inæqualis: quippe cùm ſi aſcenſus habeat, & deſcenſus non aſperos, & eſſe & dici inæqualis poſsit: ita fieri poteſt, vt ferulæ quoque læues ſint, & non æqua-

B les. Nam ſi vel in latus, vel in ſuperiorem, vel inferiorem partem ſint diſtortæ, æquales quidem non erunt, ſed tamen læues. Vt autem neque aſperæ, neque diſtortæ ferulæ ſint, fracturæ perquàm vtile eſt. Vtroq; enim modo comprimunt. Quæ tamen diſtortæ ſunt, illud inſuper efficient, quòd deligationem ſimul diſtorquebunt: qua diſtorta, pars etiam fracta diſtorqueatur, neceſſe eſt. Simas præterea in extremis partibus aſſumi ferulas monet. Id autem eſt deraſas leniter, ac retuſas in inferiori parte. Nam quæ vſque ad extremum caput æqualem craſsitudinem ſeruant, æqualem vndequaque deligationem reddent: id quod fieri nullo modo debet. Vult enim vt in media parte ferulæ deligationem magis adſtringant: inde verò vſque ad extremum relaxent. Vult item minores eas eſſe longitudine, quàm ſit deligatio, ne cutem vltra deligationem attin-

C gant: quæ ſæpenumero ex eo quòd humores à faſciis expreſſos ſuſcipit, paulò altiùs turgeſcit, atque extat: ſupra verò ipſam fracturam craſsiores propterea eſſe ferulas iubet, quia locus is potiſsimùm compreſsione ipſarum indiget.

13 Quæcunque autem gibba, & carne carentia natura ſunt, cauendæ eorum eminentiæ ſũt, vt circa digitos, malleolos, vel poſitione, vel breuitate.

Cauere iubet ne ſupra oſsium extuberationes ferulas imponamus. Id autem fieri duobus modis poteſt: ſi vel omnino nullas ſupra illam deligationis partem poſuerimus, vel adeò breues, vt accedere ad tuberoſitatem nequeant, ſed priùs, quàm eam tangant, finiantur.

D Id quod facere melius eſt. Dum enim inquit, Poſitione, nullis omnino impoſitis ferulis cauendam lęſionem ſignificat: dum inquit Breuitate, detrahendum de longitudine oſtẽdit: périnde ac ſi diceret, vel omnino nullis, vel breuioribus impoſitis ferulis cauendum eſſe, ne pars eminentior attingatur.

14 Fimbriis verò affulcire eſt opus, non comprimere primùm.

De fimbriis paulò etiam ſuperiùs mentionem fecit poſt faſciarum explicationem, non tamen quicquam ibi adiunxit, niſi de ipſarum circuniectione, id quod ordinis conſequutio poſtulare videbatur. Nunc verò inquit affulcire opus eſt, hoc eſt, ſtabilire, ac firmare abſque compreſsione. Atque id facere primum, id eſt, prima deligatione. Nam ſequentibus diebus, ſi interrogatus ęger nullam ſentire ſe compreſsionẽ dixerit, adſtringe

ſtringere fimbriis ferulas poſſumus. Nonnulli tamen non in fine præcedentis precepti,ſed in ſequentis principio, Primum, ponendum eſſe cenſent, vt talis ſenſus ſit: Primùm cerato molli,læui,puro illinendum. Cerato ſumpto in ablatiuo caſu,non in recto. Melius tamen eſt, vt legamus in recto, quo intelligere poſsimus, faſciam quoque,dum circa fractam partem conuoluitur, eo eſſe inungendam.

15 Ceratum molle,& læue, & purum.

Non enim ſolùm cutem affectæ partis cerato inungi vult, ſiccis faſciis iniectis, ſed vt vnamquanque faſciæ inuolutionem ſequamur illinendo, iubet. Si enim ſolam cutem illinendam intelligamus,dum ſiccæ faſciæ iniicientur,fiet,vt citò affecta pars cerati auxilio deſtituatur: cùm lintea ipſa imbibitura humorem ſint,atque ita cutem ſquallentem reddituta. Cur igitur molle ceratum eſſe velit, perſpicuum eſt. Loco enim madefactionis eo vtendum cenſet:quippe cùm poſsit quidem madefactione idem præſtari, ſed tutiùs tamen cerato fiat,præcipuè vbi fieri nequit,vt ęgrotanti ſemper medicus aſsiſtat, & miniſtrum non admodum diligentem in cura adhibenda cognoſcimus. Vult autem ceratum non molle tantùm, verùm etiam purum eſſe,id eſt, nihil in ſe habere immiſtum, neque propolis, neque ſordis, neque aut terræ, aut arenoſæ ſubſtantiæ alicuius præter ceram. Quod ſi ita ſit, continuò etiam læue,& planum idem manifeſtum eſt. Niſi ob ea,quæ cera carent, & ob id ἀκηρίδες vocantur, læue, & planum amplius quid ſignificare, quàm purum intelligamus. Legitur autem non ſolùm λείη,id eſt,læue,verùm etiam λιπαρὴ,quod eſt lene. Magíſque ita illi ſcribendum eſſe autumant,qui in puri ſignificato læuorem quoque contineri putant. Lene autem opponi ſicco aiunt: id quod in puro non intelligitur.

16 Aquæ caliditas, & multitudo ſpectetur. Caliditas,vt ſupra ſuam ipſius manum infundat. Multitudo ad laxandum, & attenuandum plurima:ad carne implendum, & molliendum mediocris optima eſt.

De aqua item dicere ad fracturarum curationem neceſſarium eſt. Dum reſoluunt enim fracturas medici omnes calida aqua perfundunt, ac fouent, præſens ex ea auxilium experti. In cuius ſanè vſu duplex contingere error ſolet. In qualitate vnus,alter in quantitate. In qualitate quidem cùm aut calidiore, aut frigidiore iuſto ea vtimur. In quantitate, cùm longiore, aut breuiore tempore perfundimus, quàm par ſit. Indicium moderationis in qualitate medici ipſius manum ſtatuit. Supra eam enim infundens aquam, qua fracturam eſt foturus medicus,coniicere inde quod fracturæ conueniet,poteſt. Conuenientiam autem cum latitudine quadam intelligendam duco,quæ ad communem omnium hominum, non ad ægrotantis habitum referatur. Interdum ſiquidem fit,vt medico moderata,ęgro eadem inconueniens,atque immoderata videatur. Quocirca paululum ex ipſa ſupra eam laborãtis membri partem, quæ primùm fuerit reſoluta,inſperges,ab ęgróque requires frigidiórne, an calidior eſſe ei videatur. Atque ita pro eius reſponſione tantum vel calidæ,vel frigidę adiunges,quoad temperatam, ac moderatam ipſi quoque ægrotanti aquam efficies. Primũ igitur aquæ temperaturæ iudicium noſtra manus affert, vtpote quæ pri-
A mò eam experitur. Aegrotantis tamen ſenſus præcipuum,ac perfectiſsimum, ac poteſtate primum eſt. At vſus ipſius quantitas communes habet diſtinctiones cum frictione, omnibúſque remediis,quæ calefaciunt. Ea ſiquidem adhibita non ſolum è vicinis locis ad calefactam partem attrahere,verùm etiam digerere conſueuerunt. Vnde etiam calida aqua efficere contraria eatenus videtur,quatenus & corpus quantitate eſt prę-ditum,& ipſa vel ampliùs,vel minùs adhibetur. Nam ſi inane ſit corpus,digerit potiùs,quàm attrahit. Si ſit plenum,contrà attrahit magis,quàm digerit. Si item breui tempore adhibeatur,replet magis,quàm exinanit: ſi longiore, magis diſcutit, quàm replet. Meritò igitur plurimam aquam laxare,& attenuare, modicam mollire,& carne replere dixit. Atque ex euacuatione continuò quidem ſequitur attenuatio,ſed laxatio nõ con-
B tinuò, ſed per alia media. Quæcunque enim ex repletione erant intenta,ſicuti omnia,quę in flammationem patiuntur, ea, dum euacuantur, laxari conſueuerunt. Quæ ex concretione ob refrigerationem intentionem habent,dum calefiunt:quæ ex ſiccitate,dum humefiũt: quæ ex humiditate,dum ſuperfluo humore exinaniuntur. Quoniam igitur calida aqua præſtare quinque hęc poteſt, cùm ampliùs, ac diutiùs corpori fuerit infuſa, eam laxare,atque attenuare rectè dictum eſt. Cæterùm ne mireris, ſi calidam aquam & ſuperuacuos humores exinanire, & quæ ſicca ſunt, ac dura humefacere diximus. Vtrunq; enim alibi verũ eſſe demonſtratum eſt. Atque hæc ſunt quę calida aqua poteſt efficere,ſi pluri ma adhibeatur. At ſi pauca ſit,in vniuerſum dicere quid poſsit, non licet. Nam ſi quis vbi bis, & ter aut perfuſione vſus fuerit, aut fotione ex ſpõgia,poſteà deſiſtat,
C huiuſmodi aquæ vſus nullam prorſus vtilitatem afferet. At ſi,vt ipſe inquit,mediocriter adhibeatur, carne implebit,& molliet ea,quę huiuſmodi ope indigebunt. Quæ indigeant, ex me audi. Si in plenitudinis habitu corpus ſit conſtitutũ & carne careat, mediocris aquæ calidæ perfuſio neque molliet, neque carnem creabit, ſed ſuperuacuo humore calefactam partem replebit. Si verò carne quidem careat,ſed non ſit plenum,id & carne implebit, & molliet. Carnis enim aggeneratio fit, cùm & membra ipſa, quibus agnaſci, aut circumnaſci caro debet, temperatè & caliditate, & frigiditate ſeſe habuerint: & ſanguis, qui illhuc affluit, & qualitate ſalubris,& quantitate fuerit moderatus. Quæ ſanè vtraque moderata aquę calidę perfuſione fieri ſolent. Nam & ſanguinem ad perfuſum membrum trahit, & carnẽ, quæ in ipſo eſt, temperatam reddit. Si enim priùs fue-
D rit refrigerata,calefacit:ſi calefacta,refrigerat:dum calorem ad exteriorem partem euocat, & madefaciendo humiditatem bonam inducit, atque ita frigefacit, non alio modo,quàm aquarum dulcium balnea. Nam & hęc quoque mortuos ferè illhuc profectos calefaciunt,etiã ſi valde frigefacti fuerint. Exuſtos verò, atque incenſos emolliunt. Videntur quippe poſt balneum ſedatiore iam ſiti effecta temperatis potibus oblectari. Sic igitur aquæ etiam calidæ perfuſio, ſi moderatè adhibita ſit,& carne implet,& mollius membrum ipſum reddit: quippe cùm recens caro è concreto nuper ſanguine effecta,non ſecus,ac recenter coagulati caſei, procreationem habeat.

17 Mediocritas autẽ in perfuſione hæc eſt: cùm adhuc pars attollitur,priùs, quàm

conci

concidat, deſiſtendum. Primùm enim attollitur, deinde attenuatur.

Perfuſionis aquæ calidæ mediocritas eſt, deſiſtere priùs, quàm perfuſa pars concidere incœperit. Attollitur etenim primùm, id eſt, in maiorem tumorem naturali excreſcit, proptereà quòd & ſanguis, qui in ea continetur, diffunditur, & ex ſuperioribus locis eò humores affluunt. Poſteà verò, cùm diſcuſſa hæc ſunt, & quæ affluxerunt, & quæ fuerunt, circunfuſa, attenuatur, ac deſidit.

18 Poſitio, mollis, æqualis, ſurſum verſa in extantibus corporis partibus, vt in calce, & coxa, vt neque retorqueatur, neque inuertatur.

Hanc lectionem nonnulli vt vnam ſolam interpretantur: alii in duas diuidentes partes ſeparatim vtranque accipiendam cenſent. Vtralibet enim ita circunſcripta eſt, vt vnam integram habere ſententiam poſſit. Nam mẽbrorum poſitio ſiue generaliter ſumatur, vt de appenſione etiam intelligatur, quæ manui conuenit, ſiue ſpecialiter, vt ſoli cruri attribuatur, mollis ſemper, & æqualis, & ſurſum verſa optima eſt. Mollis, ne ægrotum ea parte comprimat, ita vt & inflammatione ob dolorem periclitetur, & dum habitum immutare cogitur, partem fractam diſtorqueat, quæ immobilis mul ta cum quiete ſeruanda eſt. Inæqualis autem poſitio ſimul & dolorem affert, & membrum diſtorquet, cùm aliquibus in partibus ſine ſtabilimento remaneat, in aliquibus comprimatur. Vnde meritò æqualem laudat. At verò ſurſum verſa partem collocatam abſque fluxione conſeruat, ſicut quæ deorſum eſt verſa, cùm fluxiones prouocet inflammationis in cauſa eſt. Atque hæc prior eſt huius lectionis pars, quam & vnam habere poſſe ſentẽtiam, & rectè ſeſe habere perſpicuum eſt. Secundæ, ſi eam per ſe accipere quiſpiam voluerit, talis ſenſus erit: In extantibus corporis partibus, vt in calce, & coxa, optima poſitio ea eſt, vt neq; retorqueatur, neque inuertatur. Quia tamen adiunctum nõ eſt, Optima poſitio ea eſt, proptereà quidam, cùm deficere ſententiam hanc exiſtiment, ſuperiori annectere eam conantur. At ſi ea priori annectatur, nõ ampliùs eſſe vniuerſalis oratio, ſed de ſola extantium partium poſitione videbitur. Experimentarii tamen hunc locum ita connexum intelligentes, eſſe vniuerſale præceptum aſſerunt: oſtendũntque Hippocratem non in hoc libro tantùm, verùm etiam in aliis multis vniuerſales ſermones in vna, aut duabus rebus facere: quando in his quod de rebus eiuſdem generis traditur euidenter apparet: quemadmodum nunc quoque in calce, & coxa fecit. Cùm enim cætera omnia huiuſmodi membra, cùm patiuntur, in molli, & æquali, & accliui habitu figurari debeant, maximè omnium requirere ea id videntur, quæ extant in corpore, ac prominent, cuiuſmodi coxa, & calx eſt. Sed enim dictũ ſæpe à me eſt, huiuſmodi Hippocratis loquutionẽ præbere occaſionem aliter atque aliter explanandi: vt quod quiſque interdum opinetur, probabile eſſe videatur. Quocirca neque de eo, quod quiſque verum eſſe opinatur, affirmandum eſt. Scire igitur licet in diſſentientibus expoſitionibus; modò ſenſus idoneus ſeruetur, diu nos tempus terere minimè debere: ſed melius eſſe, vt ad id, quod vtile in arte eſt, tranſeuntes, in eo immoremur. Sicut nunc quoque rectius videtur, vt cùm poſitionem in omnibus mol-

A lem, & æqualem, & accliuem eſſe oportere, ſed præcipuè tamen in extantibus partibus, cuiuſmodi eſt calx, & coxa, inter omnes conſtet: ad ſequentia conſiderãda pergamus, vbi inquit, Vt neque retorqueatur, neque inuertatur. Hinc enim extantium partium poſitionis vtilitas conſpicitur. Nam ſi altior iuſto poſitio ſit, membrum retorqueri: ſi humilior, inuerti continget: & præcipuè ſi alta priùs fuerit. Atque hæc ad artem ſpectant. Præter artem autem circa verba ipſa plures cõmentatiunculæ eſſe poſſent. Sed in libro De fracturis, ſicut de aliis omnibus præceptis, quæ tradit, ita de calcis quoque depoſitione dictum perfectè eſt, vbi inquit: Valde autem laborãdum eſt, vt ſummus calx aptè deponatur. Nonnulli verò ſunt, qui orationes omnes aliis in libris poſitas, quæ eundem ſenſum contineant, integras vbique adſcribere non conſueuerunt: id quod ne in duobus quidem continuatis diebus fieri poſſet.
B Vnde etiam huiuſmodi expoſitorum librum aliquem non citiùs, quàm anni ſpatio, legit quiſpiam. Ego verò quia iam in librum De fracturis, & de articulis multa commentus ſum, commemorandi tantummodo cauſa nonnulla mihi eſſe dicenda hîc exiſtimaui. Quòd ſi quis quod nunc à nobis propoſitum eſt quàm citiſsimè prætergreſſus ad illa procedat, à me videlicet, qui expertus ſum edoctus, doctrinas illas, quæ latè, & diffuſè, non quæ preſſè, & compendioſè traduntur, perfectos reddere artifices ſolere: is ſciat, huiuſmodi etiam compendiarias, cùm ſummam totius rei breuibus complectantur, tanquam inutiles, minimè eſſe reiiciendas.

19 Canalem toti cruri, quàm dimidio coniiciendum eſt: ad morbum tamen re-
C ſpiciendum. & cætera, quæcunque lædere ſolet, perſpicua ſunt.

Ad eos, qui & De fracturis & De articulis libros iam legerint, loqui huiuſmodi verbis videtur, vbi quæ ignota imperito homini ſunt, perſpicua eſſe inquit. Nonnulla enim ſunt vnicuiq; homini perſpicua, quemadmodum ea, quæ modò dicta iam ſunt. Molliter ſiquidem, & æqualiter deponendum eſſe fractum membrũ omnes intelligunt. At quam læſionem iniectus canalis afferat, non omnes: niſi qui de hac ipſa re priùs audiuerint in libro De fracturis ea oratione, cuius initium illud eſt: De canalibus enim, qui in crura fracta ſubiiciuntur, quid conſulam, dubito. Et quam ob rem dubitet, déinceps explicat. Et rurſus eodẽ in libro alio loco ita inquit: Canalem ſi quis ſub ipſum femur ita ſubiiceret,
D & cùm plura ſubiungat, poſtremò in fine orationis ait in hunc modum: Si igitur fieri debet, perpetuus faciendus, vel non faciendus canalis eſt. Hæc verba neceſſarium nõ eſſe canalis vſum declarant. Si tamẽ quis eum adhibere vult, toti cruri vſque ad inguen, non vſque ad genu eſſe ſubiiciendum. ex illis igitur perſpicuum quoque hoc effectum eſt, cùm non per ſe apertum ſit. Quantum enim ad loquutionem ſpectat, coniunctionem ἢ, qua hîc vtitur, id eſt quàm, pro diſiunctiua particula Vel, poſſemus accipere, ſed pro negatione tamen poſitam eſſe intelligimus. Vult enim vt toti cruri abſque læſione, non vſque ad genu ſolum canalẽ ſubiiciamus. ἢ autem, id eſt quàm, pro non, ab homero etiam poſitum eo verſu eſt,

Saluum ipſe eſſe volo populũ, quàm morte perire.

id eſt, nõ perire. & Thucydides eodẽ in ſignificato vtitur. Inſpectandũ inſuper eſſe morbũ inquit, cuius cauſa canalis

canalis aſſumitur:& cætera quæcunq; lædere ſolet. Ac morbus quidē eſt oſsiū cruris vehemens fractio, in qua niſi immobile planè crus ſeruetur, admittere curationē non poteſt. Nā canalis à nōnullis laudari cōſueuit, vtpote in illis occaſionibus vtilis, quando è lecto æger ſurgit, vt vel ventrē exoneret, vel prioris cubilis duritiā nō ferens ad alterū transferatur. Id quod ipſe etiam in libro De fracturis oſtendit. Canalem quoque ibidem declarat ſicut non prohibere, quò minus crus moueatur, ita moleſtum, atque immitem quoque eſſe, & ſæpe comprimere. Quapropter iubet hîc vt & ad morbum, cuius cauſa canalis adhibetur, & ad damna, quæ canalis ipſe affert, reſpicientes, eum modò aſſumamus, modò reiiciamus. Nam ſi magis nocet, quàm proſit, reiiciendus: ſi maiorem vtilitatem affert, aſſumendus: ita tamen, vt toti cruri, non vſque ad genu tantùm ſubiiciatur.

20 Exhibitio autem, & diſtentio, & cōformatio, & reliqua ſecundum naturam.

Exhibitionem eſſe, cùm æger medico ſeſe curandum præbet, ſuperiùs dictum iam eſt. Quo in tempore quando medicus primùm affectam partem aduertit, atque ex ea ſignificationem ſumit, déinde ad curationem eius ſeſe præparat, in habitu quodam eſſe affectum membrum conuenit, qui ſecundum naturam eius ſit: quippe cùm ex eo, qui præter naturam membri eſt, non parua contingere læſio conſueuerit. Poſt exhibitionem diſtentio fit, ſi ita paruum malum eſt, vt ſatis ſit, ſi in ſuperioribus partibus tantummodo id cohibeamus. Tunc igitur melius quoque eſſe, vt æger membrū in ſua naturali figuratione conſeruet, nemini dubium eſt. Poſteà cōformationis occaſio ſequitur, in qua eundem quoque habitum ſeruari ſimili modo conuenit. Poſt quam depoſitionis, & appenſionis tempus eſt, quę vtraque nominatim quidem non dixit, ſed dum inquit, Et reliqua, ſignificauit.

21 Natura verò in operibus exiſtit, ex operis actione quid ea velit, coniectandū. Ad hæc autem ex immorante, ex communi, ex conſuetudine. Atque ex immorante quidem, & remiſſo, rectas proceſsiones debemus conſiderare, vt in manu. Ex communi, extēſionem, & inflexionem, vt quod propè ad angularem cubiti ad brachium figuram accedit. Ex conſuetudine, reliquos habitus faciliùs minimè ferri, vt crura extenſionem. Ex ea enim facilimè plurimum tempus non immutata perdurarent.

Quoniam in priore oratione de eo, quod ſecundum naturam eſt, meminit, meritò nunc quænam ipſa hæc natura ſit, quęque eius notę, exponit, atque inquit: Natura verò in operibus exiſtit: ex operis actione quid ea velit, coniectandum. non ſecus ac ſi ita dixiſſet: Secundum naturam quidem habitus eſſe debent, at ſecundum operationes ſcopi ipſorum, & vtilitates, ob quas exercentur. Ad hæc autem, id eſt, ad ea, quæ modò dicta ſunt, exhibitionem videlicet, diſtentionem, & conformationem, & poſitionem, vtpote cùm æger affecto membro nullam operationem exerceat, alii ſcopi ad naturalem habitum membri inueniendum proponendi nobis ſunt, quos déinceps ipſe enumerat, dum inquit: Ex immorante, ex communi, ex conſuetudine: immorans appellans, quod nihil omnino operatur, ſed prorſus quieſcit. Ex quo inquit rectas proceſsiones ſumi, ſicut in manu docuit. Vbi vult ſubiectum eſſe os cubiti, os verò radii ſuperiectum. Ex communi verò figuram aduertendam cenſet, quæ inter inflexionem, & extenſionem integram intercedit: quam propè ad angularem cubiti ad brachium figuram accedere inquit. Angularem autem figuram appellari dicunt, quæ recto angulo conſtat, id eſt, ita vt cubiti os ad os brachii rectum angulum efficiat. Cùm autē omnia antiqua exemplaria habeant: Quod prope accedit. & omnes etiam, qui hunc librum explanant, lectionem hanc agnoſcāt, duobus modis malè id eſſe dictum cōſtat, ſi angularem figuram eam intelligamus, quæ acutum angulū efficit. Acutum enim angulum minorem recto appellamus. Nam cùm recta linea ſupra rectam collocata vtrinque angulos inter ſe æquales efficit, recti ii anguli ſunt: cùm inæquales reddit, qui recto eſt minor, acutus: qui eſt maior, obtuſus dicitur. Ac rectus quidem angulus maior & minor eſſe minimè poteſt. Eorum verò, qui aut acuti ſunt, aut obtuſi, numero compræhendi multitudo nequit. Nam rectus angulus indeclinabilis eſt: quippe cùm à recta linea conſtituatur ſupra rectam collocata, ita vt in neutram partē inſiſtens declinet. Cùm enim in alteram partem inclinatur, quanto id magis vel minus fiat, innumerabile eſt. Quàm igitur abſurdū eſſet, ſi volens rectum dicere quiſpiam eſſe eum aſſereret, qui propè ad acutum accederet? Recti enim notio procedit, acuti intellectio ſubſequitur: propterea quòd rectus vnus, ſicut dixi, tantummodo eſt: acuti multitudine ſunt infiniti. Quocirca ſi quis acutum propè ad rectum accedere affirmaret, iure id diceret. Nam cùm plurimi acuti ſint, eum ex ipſis propè ad rectum accedere intelligeremus, qui parum à recto deficit, quíque linearum, quæ ipſum efficiunt, commiſsionem non admodum compreſſam habet. Eodem modo cùm quàm plurimi ſint obtuſi, eos propè ad rectum accedere diceremus, qui linearum coniunctionem mediocriter obtuſam habent. At propè ad acutum accedere angulum aliquē, intelligi non poteſt, cùm acutus vnus non ſit. Prętereà in eo etiam eſſet abſurditas, quòd neque ἐγγωνίους duobus γγ, id eſt, inangulares, quo verbo hîc vtitur Hippocrates, neque εἰγωνίους per ει diphthongum, id eſt, bene angulares figuras appellare, quę angulum acutum habeant, ex Græcis conſueuerit nemo: ſed eas tantummodo, quæ recto angulo conſtant. Neceſſarium igitur fortaſſe eſt angularem, id eſt, ἐγγώνιον hîc figuram intelligere, quæ recto angulo conſtituitur: quæ fit, cùm cubitus rectum angulum cum brachio efficit. Quærendū tamen videtur, cur. Quod propè accedit, hic appoſuerit Hippocrates. Sed antequam hoc explicem, illud, quod ſæpe conſueuimus, etiam hîc mihi dicendum cenſeo. Obſcuræ hæ loquutiones nullam certam, ſcientiæque effectricem habere explanationē poſſunt. Quocirca in his ſatis illud eſſe debet, ſi vnà cum probabilitate & verum eſſe, quod dicitur, & non repugnare ſententiæ authoris videatur. Ad hoc igitur ſpectans explanare hāc rē conabor. Dico igitur angularem figurā, id eſt, ἐγγώνιον, id non admittere, vt magis & minùs eſſe poſſit, propterea quòd vna eſt: nóſque talem in brachio figuram primùm efficere non poſſe, qua abſque vlla declinatione ex oſsiū inflexione angulus prorſus rectus conſtituatur, vt ſatis, ſupérq; ſit, ſi ab eo procul non receda

cedamus : déinde,ſi etiam poſſemus, huiuſmodi eſſe brachii figurã minimè debere. Naturalem enim eius figuram propè ad angulum rectum accedere, ita vt paululùm ad obtuſum tendat,quæ videlicet ad extenſionem procedere incipit,demõſtrabo. Atq; huiuſce rei demonſtratio ex iis ducetur, quæ ipſe Hippocrates hìc ſcribit. Ex immorante enim, & conſuetudine naturales figuras,atq; habitus membrorum inuenturos nos eſſe inquit. Quæ ſanè vtraq; coniuncta cõpoſitum vnum ſcopum efficiunt. Périnde ac ſi quiſpiam in hunc modum dixiſſet: Qua figura,cùm dolore afficimur, continere ſingula membra conſueuimus, ea figura in curationibus quoq; eligenda eſt. Primus enim idonearum figurationum ſcopus doloris eſſe vacatio videtur. Si igitur eos,qui dolore afficiuntur, inſpexeris,eo poſitu plerunque manus tenere depræhendes,vt non prorſus media inter extenſionem, & inflexionem, ſed ad extenſionẽ tendens figuratio earum ſit. Idem in aliis habitibus etiam contingit. Nã in defeſſo eam figurationem omnes eligunt,quæ dolore maximè videtur carere.Non enim medium prorſus ſitum inter ſupinum & pronum in iacendo ſuſcipiunt,ſed ad pronum paululùm declinant. Quapropter Hippocrates cùm hoc vellet explicare,orationi huic ſuę, Quod propeaccidit.ad iunxit:Nam figuram hanc in brachio,quam dixi,maximè omnium dolore vacare, illi etiam planè nouerunt,qui vel talium artis operum periti ſunt,vel veritatem orationis huius non ignorant. Vnuſquiſq; enim,qui quodlibet opus explanandum ſuſcipit,duo quidem hæc debet ſpectare,vt & authoris ſententiam,& rei,quæ dicitur,veritatem aſſequatur. Vbi tamẽ ex loquutionis obſcuritate authoris ſententia eſt incerta,ſeruanda ei omnino veritas eſt: qua prodeſſe diſcentibus poteſt. Hunc ſcopum ego in omnibus explanationibus habeo,ſeruaréq; ſummoperè enitor. At nõnulli ex explanatoribus etiam ſi vellent,aſſequi eum non poſſent,cùm & operum artis imperiti ſint, & ad captioſum diſſerendi genus ſeſe contulerint,euaſerínt; illi, qui rationales medici nuncupãtur,quorum cauſa ſit,vt qui rectè etiam vtuntur ratione,ſuſpecti apud vulgus habeãtur.Hęc igitur etiam ſi breuibus,& rarò dicta ſint, memoria teneri debẽt. Sed iam ad reliqua pergamus. Sicut in ſupina, & prona figura, illa dolore maximè vacat, cui plurimo vitæ tempore aſſueti ferè omnes fuerint:ſic in extenſione quoq; eſt. In hàc ſiquidẽ figuratione crura tenere abſq; vlla mutatione quàm diutiſsimè poſſumus.Neceſſarium autem quoq; eſſe, ne in aliam,quæ minùs dolore careat,figurã crus immutemus,in commentariis De muſculis vnà cum cauſæ propriæ aſsignatione demonſtratum eſt: vt hìc non demonſtratione, ſed commemoratione opus ſit. Quemadmodum etiam, cur citò rurſus eòdẽ redeamus,cauſam afferre hìc neceſſe non eſt,cùm longiorem orationem requirat. Quippe cùm melius nunc ſit,quàm cauſam hanc explicare,alterum quoddã referre,quod ſimul cum Hippocratis ſententiæ declaratione,maiorem adoleſcentibus afferre vtilitatẽ poterit. Quod à nobis in libris De muſculorũ motione dictum eſt. In brachii enim ad cubitum dearticulatione naturalis figura media eſt inter vtraſq; excedentes,quibus videlicet,vel extendere,vel inflectere nullo modo amplius valemus. Ea enim ſit, vt cubiti ſinus,quẽ duæ cornices, id eſt, incurui proceſſus terminant,in os brachii coaptetur, à cardinamentaliq; brachii rotũdatione compleatur, quam duo vtrinq; tubera,quos condylos vocant,comprehendunt.Nã
A in vltima extenſione poſterior cubiti cornix in poſteriorem brachii ſinum, ſicut in vltima inflexione anterior in anteriorem inſigi conſueuit: ita vt qui poſteriorem brachii ſinum cauiorem natura habent, ii in extenſionibus amplius in exteriorem partem cubitum reducant:qui verò in eo deficiunt, contra cubitum extendere penitus nõ valeant.Non ergo fabricę dearticulationis ſimiles in omnibus,neq; certi extẽſionis termini ſunt: ac propterea neq; idẽ mediũ eſt in omnibus. Quãdo igitur mediũ inter vltimam extenſionem, & vltimam inflexionem, habitum naturalem eſſe dicimus, medium id non in certo quodam termino,& exquiſito,ſed in latitudine quadam intelligendum cenſemus. Id autem,commune hìc appellat Hippocrates. Sed ſicut fieri nõ poteſt vt in media figura exquiſitè brachium cõſtituamus, ita vt ne acus quidem craſsitudo vel addi, vel detrahi queat: ſic in figuranda manu à medio eo certo procul receden-
B dum minimè eſt.In eo ſiquidem artificioſa coniectura à non artificioſa diſtat, quòd artificioſa, prope ad exactam æquabilitatem accedit,quæ arte caret, ab ea quàm plurimùm interdum aberrat. Quocirca poteſt etiam hoc modo conſulere Hippocrates, vt quod ad angularem figuram prope accedit,ſeruemus:vt,angularem eam vocans,quæ recto angulo conſtat,eò coniecturam dirigentes non procul ab exquiſita eius æquabilitate recedere nos velit. Quod autem dixi me doctorum eſſe iuuenes,quod ad præſentem rem vtilitatem maximam afferet,illud iam explicabo.Tantam ſanè in omnibus,quæ ad medicinam ſpectant,vim habet conſuetudo, vt ea aduentitia natura à maximis medicis fuerit appellata:videatúrq; ipſe etiam Hippocrates inter maximè neceſſaria eam conſtituere, eíque ſecundam poſt naturam videlicet indicationis
C vim attribuere,certam,& exquiſitam figuræ ſpeciem eam eſſe exiſtimans,quæ eſt naturalis, vt in omnibus ægrotãtibus ſeruetur,niſi quatenus pro vniuſcuiuſq; conſuetudine variandum ſit. Ego igitur cùm nonnullos viderem toto die conſidere, cuiuſmodi illi ſunt, qui ſedentarias artes exercent, alios ſtare,alios deambulare:non ab re eſſe iudicaui,ſi magis extento habitu crus illis figurandum curarem,qui plurimum tempus crura eo modo tenere fuerant aſſueti: minùs verò extento,qui toto die cruribus inflexis cõſediſſent. Atq; id cùm experimento comprobaſſem, ita eſſe depræhendi,ſicut ſperaueram. In brachiis quoq; eadem ratio ſeruanda eſt. Sunt enim prope ad angularẽ habitum figuranda,ſed magis tamen,& minùs, prout conſuetudo dictauerit. Quoniam autẽ omnia rationalia documenta iudicare experimento homines ſo-
D lent,rem quoq; hanc certã iam habere præcognitionem teſtimonio eſt comprobatũ : neq; enim fraudare hoc ipſam volui. Ab omnibus ſiquidẽ amicis examinata,certa,atq;ad talia vtiliſsima euaſit. Hippocratem igitur quoq; diximus exquiſitam angularem figuram pro conſuetudinum varietate immutandam cenſere,ita tamen vt mutatio exigua, hoc eſt, prope ad angularem figuram efficiatur.

22 In immutatione autem ex diſtentione in habitum,vel poſitionem,ſimilia hæc, muſculos, venas,neruos,oſſa habeant, vel maximè diſpoſita,& bene detenta.

Hæc priùs etiam dicta ſunt, vt ſi quis ea penitus

omittat,ac de medio tollat,nullam iacturam ſit factu-
rus.Contingit autẽ in huiuſmodi libris,vt quæ mul-
tas res breui loquutione ſignificant,aliter , atq; aliter
ab authore ipſo ſcribantur,dum videlicet ſpectat qua
potiſsimùm ſibi dicendi forma vtendum ſit. Et dein-
de cùm librarius alia huiuſmodi ſcripta in frõte, alia
in margine exarata repererit,omnia in contextum li-
bri reducat, quo maximè ordine ſibi viſa fuerint aptè
collocari poſſe. Quod autẽ hac oratione ſignificatur,
huiuſmodi eſt, Multa eſſe tempora ægrotantis iam di-
ximus:primum id quo ad medicũ accedit , in aliqua
figura membrum affectum prorſus continens:déinde
alterum,quo ſe ipſum medicis exhibet, vt cognoſcãt
& quo morbo affectus ſit,& quo apparatu ad curatio-
nem indigeat: tertiũ præparationis ipſius tempus eſt:
diſtentionis quartum:poſt quod ſi fractura ſit,confor
mationis:ſi luxatio,repoſitionis occaſio ſubſequitur:
poſteà deligatio adhibetur:vltimum omnium tempus
illud eſt,quo,ſi manus laboret, appenditur:ſi crus, aut
dorſum,aut caput,deponitur.Habitum igitur hîc vo-
cat ab habendo poſt deligationis tempus membrorũ
deligatorum collocationem, à qua diſtinxit poſitio-
nem eorum videlicet,quæ deponuntur:quę ſunt tria,
crus,caput,& vniuerſa dorſi ſpina: vt de reliquis o-
mnibus habitũ intelligamus,de iugulis , de manibus,
coſtis,ſummo humero,ſcapula,maxilla vtraque, & ſi
quid aliud huiuſmodi eſt. Vult enim in immutatione
horum omnium membrorum, cùm affecta ſunt , alia
bene poni,quæcunq; poni poſſunt,alia,quæ poni ne-
queunt,bene excipi,ac detineri. Illa εὔθετα, id eſt, di-
ſpoſita , ac bene depoſita , hæc εὔσχετα, id eſt , bene
detenta,atq; excepta appellans. Commune autem in
vtriſq; illud eſt,quòd ſecundum figurationẽ natura-
lem conſtitui debent. Ad eam enim reſpiciendum no
bis cenſet extremum illud tempus obſeruantibus in
deligatione facienda , quò diutiùs ſeruari eo modo
poſsit. Nam ſi alia figura deligationem faciemus , in
extremo illo tempore immutanda erit. Qua immu-
tata, ſitus quoq; muſculorum,& neruorum , & venarũ
neceſſariò immutabitur. Atq; ita neq; diſpoſita, neq;
bene detenta,id eſt,neq; bene diſpoſita,neq; bene ac-
cepta erunt,atq; appenſa.

23 Diſtentio in maximis,& craſsiſsimis, & æqualibus, & vbi vtraq;,præcipuè fiat. Secundo loco vbi ſubiecta pars tantùm læſa eſt:vbi verò ſuperior,minimum.

Diſtentio,inquit,præcipuè illis in partibus fit, vbi
maxima,& craſsiſsima oſſa ſunt,& quę circa ipſa ſunt
corpora,id eſt,muſculi. Hi enim maximè extẽdi de-
bent, propterea quòd retrahi ad capita ſua maximè
conſueuerunt. Membra autem,quæ huiuſmodi exten
ſione indigeãt, ſunt femur:déinde brachium,& tibia,
tum cubitus,poſteà quæ in ſumma manu,ſummóque
pede exíſtunt,exceptis iis in præſentia, quæ in ſpina
dorſi ſunt. Verùm etiam vbi vtraq; oſſa læſionẽ ſunt
paſſa,maiorem diſtentionem deſiderant : vt in cubi-
to,& radio. Minimum autẽ, id eſt moderatiſsimè , &
leuiſsimè diſtendi debent oſſa,quæ ſuperiora ſunt,ſi-
cut in cubito radius. At omnia hæc,vt ſuperiùs dixi,
in libro De fracturis abſolutè fuerunt explicata.

24 Magis autem , quàm ſit mediocre, nocumentum affert, præterquam pueris. Accliuia autem oportet habere paululum.

Si fiat diſtentio magis , quàm ſit mediocre ſiue in
fracturis,ſiue in luxationibus,læſionem affert, ac fa-
A cit,vt membrum, ſi fractum ſit,conformatione, ſi lu-
xatum,repoſitione fruſtretur. Ac ſanè proprium eius
nocumẽtum eſt,quòd & dum efficitur, maiore dolo-
re afficit,& poſteà,quàm facta eſt,febres,cõuulſiones,
& reſolutiones interdũ inducit. Id quod Eraſiſtratus
vidiſſe ſe in quodam teſtatur , cui ampliùs , quàm par
erat,diſtẽtus humeri articulus fuerat. Pueri tamẽ ob
corporis humiditatẽ,ac mollitudinẽ faciliùs , quàm
cæteri,tolerare nimiam extenſionem conſueuerunt.
Sicut enim humida , & molliora ſine ruptione vehe-
mentiùs extenduntur,dura verò,& ſicca rumpuntur:
eodem modo & muſculi,& nerui,ſi humidi & molles
ſint,facilè extenſionibus obſequuntur,neq; vehemẽ-
tem dolorem ſentiunt,neq; abrumpuntur: ſi verò hu
midi, & duri fuerint , cùm ſine magna vi extendi ne-
queant,non ſolùm dum nimiùm diſtenduntur,verùm
B etiam dum mediocriter, vehementi dolore afficiun-
tur. Quin etiã dum id fit,diuelli, ac diſrumpi muſcu-
lorum,ac neruorum fibræ interdum ſolent. Quorum
nihil pueris euenit:ſed ii neq; in inflãmationes,neq;
ob ipſas in febres,aut deliria,aut cõuulſiones,aut re-
ſolutiones incidunt. Atq; ipſe quidẽ Hippocrates de
pueris ſermonem fecit. Nos ad Eunuchos,& mulie-
res,atq; eos,qui aut naturâ, aut conſuetudine humi-
di,& molles carne ſunt,transferre idem hoc dictũ po
terimus:quippe cùm huiuſmodi omnes temperaturæ
diſtentioni facilè cedant: nullúmq; inde etiam,ſi mo
dum aliquantulum exceſſerint,magnum nocumentũ
conſequantur. Nam quibus vel naturâ,vel conſuetu-
dine corpus induruit,ii & diſtentionẽ ægrè tolerant.
Vnde etiam minus extendẽdos à medicis eſſe huiuſ-
modi inquit. Nam ſi immoderatius paulò extendan-
C tur,non mediocri læſione affici conſueuerunt. Accli
uia autem oportet habere paululum. Hanc quoq; figu
rationem,ſicut quod antè poſitum eſt,ob id eligendã
cenſet, primùm quia ſtabilior , & tutior , déinde quia
innoxia magis eſt. Contraria enim ob dolorem no-
cumentum affert.

25 Directionis exemplum eſto æquiuocum,coniugatum,ſimile,ſanum.

Non æquiuocum, ſed vniuocum dici melius erat.
Aequiuoca ſiquidem ea ſunt,quæ non ſunt eiuſdẽ ge-
neris. Nam homo homini vniuocus eſt , equus item
equo,canis terreſtris terreſtri cani,marinus marino.
Quæcunq; enim nomina vnam ſpeciem in multis ſin
gularibus ſignificant,vniuocè de ipſis dicuntur. Quę
verò de multis diuerſis ſpecie dicuntur,ea æquiuocè
nuncupantur:& res,quæ ipſis ſubiiciuntur, ab ipſisq;
D ſignificantur,æquiuoca ſunt. Manus igitur cùm ean-
dem ſpeciem cum manu habeat non ęquiuoca,ſed v-
niuoca eſſe meritò dici debuit. Sed accurata hæc de
nominibus conſideratio nõ magni facienda quibuſ-
dam videtur. Quapropter omiſsis his,ea,quæ ad artẽ
pertinent,perſequemur. Iubet vt in affectis partibus
dirigendis exemplo vtaris ęquiuoco,coniugato,ſimi
li,& ſano. Aequiuoco,& cognomine , dum brachium
brachio,cubitum cubito,femur femori,tibiam tibię,
confers. Coniugato,& compare,dum in eodem homi
ne,non in diuerſis, cõparationem hanc facis:id quod
in libro etiam De articulis monuit,cùm inquit: Neq;
alieni articuli inſpiciendi,&c. Adiungit autem cõiu-
gato ſimile,propterea quòd fieri poteſt,vt coniugatũ
quidem ſit quod confertur,non tamen ſimile. Sæpe-
numero enim contingit,vt & brachium alterũ ex ali-
qua affectione,aut alimentum non admiſerit,aut ab-

ſceſſu laborarit,alterum crus vel varum, vel valgum euaſerit. Vnde etiam ſubdit,ſanum, non veritus dicere,quod idem planè poteſtate eſt,ne quicquam prauè intelligere valeamus. Quod enim coniugatum eſt,ſanum etiam prorſus eſt,ſi fuerit ſimile:niſi vtraq; eãdem affectionem fuerint paſſa: ſed hoc rarum eſt. Quòd ſi dicamus,ſimile ſano ſubiungi debere,eadem ratio erit. Satis enim fuerat,ſanum dixiſſe,cùm in ſe quoq; ſimilem contineat. Sed fortaſſe hoc ex eo euenit, quòd cùm vtraque diſquirendi cauſa ſcripſiſſet Hippocrates,vt in aliis contigit, non alterum tamen in contextum,ſed vtraq; librarius admiſerit.

26 Refrictio ſoluendi, vinciẽdi,carne augendi,minuendi vim habet. Vinciẽdi,ſi dura: ſoluendi,ſi mollis: minuendi,ſi multa:incraſſandi,ſi mediocris adhibeatur.

Vincire appellat dẽſare:ſoluere,rarefacere,& mollire:minuere verò,attenuare. Par eſt igitur,vt dura frictio perfricatam carnem ſibi ſimilem reddat, dum cõprimit eam,ac cõſtringit: mollis item eodem modo ſibi ſimilem carnem efficiat,vtpote quæ cõtraria iis, quæ dura efficit,agat. Multam quoq; cùm plurimùm digerat,attenuare cõſentaneum eſt. Nutrit autem, & carnem producit,non ea,quę abſolutè multæ eſt opposita,id eſt,pauca,ſed mediocris. Id quod etiam ſuperiùs dixit,cùm de calidæ aquæ vſu ageret. Pauca enim prorſus frictio,non ſecus, ac pauca aquæ perfuſio, nihil efficit, quod ſenſu quidem percipi queat. Eouſq; igitur fricandũ eſt:cùm carnis nutriendæ cauſa id fit,quoad eadem indicia extiterint,quæ in moderata aquæ perfuſione ſuperiùs dixit,his verbis: Cũ adhuc ſuſpenditur,priùs,quàm concidat,deſiſtendũ. Primùm enim tollitur:deinde attenuatur. Nihil autem ex operibus fricationis prætermitti in ſecundo De ſalubribus libro demonſtratum à me eſt. Aduertendum autem eſt id,quod pleriſq; eſt ignotum, veteres Græcos ἀνάτριψιν,id eſt,refrictionem,quo verbo hic vtitur Hippocrates, non ſolere appellare eam frictionem,quæ ab inferiori parte ſurſum ducitur,ſicut compoſitio videtur ſignificare:ſed abſolutè omnẽ quomodocunq; factam. Quinimò rarum inuentu τρίψεως nomen apud ipſos eſt. Solent enim ἀνάτριψιν, id eſt,refrictionem nominare,quam nos τρῖψιν,id eſt,frictionem,ſeu fricationem vocamus.

27 Tum verò deligandum eſt. Ac primùm quidem qui eſt deligatus,maximè ea parte,qua noxa eſt,in extremis minimum dicat ſe fuiſſe compreſſum: atq; affulcitas ſibi eſſe faſcias,non autem cõpreſſas,multitudine,non vehementia:ac die, & nocte ea paulò magis: minùs poſteriore: laxiùs tertia:ac poſteriore quidem tumor mollis in extremis partibus inueniatur.tertia,pars quæ deligata fuerat, ſoluta gracilior inter omnes ligationes appareat. Secunda deligatione an iuſtè deligatum ſit,cognoſcendum. Inde magis,ac pluribus conſtringendum eſt. Tertia item magis,ac pluribus. At ſeptima, quæ à prima deligatione fuerit,ſoluta oſſa,gracilia,ac depreſſa reperiã-

A tur. In ferulas deligata,ſi gracilia,& abſq; prurigine,& hulcere ſint, vſque ad viginti dies à noxa relinquenda ſunt. Si quid ſuſpectũ ſit,ſolui in medio,ac ferulæ tertio pòſt die firmari debẽt. Appenſio,depoſitio,deligatio vti eodẽ in ſtatu ſint,obſeruandum.

Fulcimina, id eſt, ἐρμάσματα ea Græcos appellare, quę ſuſtentandi,& firmandi cauſa apponuntur,perſpicuum ex Homeri eo verſu eſt,quo inquit: Fulcimina puppibus abſtrahũt. Idem ἐρμάσθη,id eſt,affulcitas eſſe ſignificat,hoc eſt,firmatas,atq; applicatas eſſe. Id autem multitudine magis, quàm vehementia linteorũ fieri debet. Priuatim verò de deligationis cõſtrictione nunc præcipit. Sed de hoc,& de aliis omnibus,quę tum hic,tum ſequentibus in orationibus docet, & in

B libro De fracturis, & in libro De articulis perfectiùs explicatum eſt,vt quæ illhic dicta ſunt, non ampliùs huc eſſe transferenda exiſtimem. Turpe enim eſſe puto,ſi quæ ſatis,ſupérq; alibi fuerunt explicata,iactare commemorando velim. Quocirca his præteritis, quippe quæ clarè iis patere poſsint,qui libros De fracturis,& De articulis legerint, ad ſequentia deſcendemus.

28 Figurationum ſummæ ſint hæ:conſuetudines,naturæ vniuſcuiuſq; mẽbri,ſpecies ex currendo,ex ambulando, ex ſtando,ex iacendo,ex opere,ex remittendo.

Ex hac oratione perſpicuum illud eſt, librum hũc commentarioli exemplaris in modum ſcriptum fuiſſe,ac poſt authoris mortem editum. Fieri enim ſolet,

C vt qui huiuſmodi libros deſcribunt,ea,quæ vel duobus modis,vel extrinſecus ab authore ea de cauſa fuerant exarata, vt diligentiùs poſteà conſideraret vtro ex illis melius enuntiare ſententiam ſuam poſſet, in contextu operis inferant. Cui enim credibile ſit,Hippocratem bis eadem ſcribere voluiſſe, cùm nulla id neceſsitas cogeret? & præſertim hoc in libro, vbi ſummam loquendi breuitatem videtur affectaſſe? Cæterùm quia qui ante me fuere, hæc quoq; explanãda eſſe cenſuerunt,ego quoq; eos ſequar. Summas igitur figurationum,ſcopos eũ appellare, in quos reſpiciẽtes in vnoquoq; membro accommodatam figurã reperimus,manifeſtum eſt. Quin etiam conſuetudinem vnum eſſe ex his ſcopis ſuperiùs dictum eſt, illis verbis: Exhibitio,& diſtentio,& conformatio,& reliqua ſecundum naturam. Natura verò in operibus exiſtit.

D Ex operis actione,quid ea velit,coniectandum. Ad hæc autem ex immorante,ex communi, ex conſuetudine. Atq; ex immorante quidem, ac remiſſo, rectas proceſsiones debemus conſiderare, vt in manu. Ex communi,extẽſionem,& inflexionem,vt quod propè ad angularem cubiti ad brachium figurã accedit. Ex conſuetudine reliquos habitus faciliùs minimè ferri,vt crura extenſionem. Ex ea enim facillimè plurimum tempus non immutata perdurarent. Hęc cùm ſuperiùs ſcripſerit,vide quomodo non peius ſcripſiſſet de iiſdem in propoſita hac ratione. Nam cùm ſcribat conſuetudines & naturas vniuſcuiuſque membri, poſteà ſpecies,id eſt, differentias ipſorum ex operationibus agnoſci vult. Nonnulli etiam ſpecies membrorum adſcripſerunt,vt oratio ita ſeſe habeat: ſpe-

cies membrorum. Nam de cruribus exemplum ſubiungit, cùm inquit, Ex currendo, ex ambulando, ex ſtando. & poſteà infert, Ex iacendo, quod profectò idem eſt cum eo, quod ſuperiùs dixerat, immorari, & cunctari. Cùm item ſubiungit, ex opere, & remittendo, opus pro particularibus operibus, id eſt, pro currendo, ambulando, & ſtando: remitti pro immorãdo ſumit: vt nihil amplius in hac oratione, quàm de operibus, & quiete dixerit. Neq; enim quia in principio naturas membrorum nominauit, propterea putãdum eſt, eum aliam tertiam figurationem dixiſſe: cùm nullum aliud Naturæ, præter opera, indicium protulerit. Omnino ſiquidem quemadmodum in ſuperiore oratione ſcriptum eſt, in omnibus occaſionibus curationis morborum, quæ manuum operam requirũt, ſeruanda figura vna eſt, quę naturę membri fuerit accommodata. Ea autem inuenitur, inquit, & ex immorante, & remiſſo, hoc eſt, quando quieſcit quiſpiã: & ex communi, id eſt, eo quod inter extremam extenſionem, & contractionem medium eſt: & ex conſuetudine, in qua videlicet & opera, & quies continentur: vt duo hæc figuræ ſecundum naturam vniuſcuiuſq; mẽbri indicia maximè generalia exiſtant, & mediocritas inter exceſſus, & cõſuetudo. At ego in libris De motu muſculorum de his cùm diſſeruerim, & fabricam membrorum, quam ex diſſectione inuenimus, oſtenderim, figuras quoq; membrorum naturæ accommodatas, ſicut ipſe etiam in libro De fracturis Hippocrates, declaraui. Tametſi fieri poteſt, vt aliis & nominibus, & verbis vſus de iiſdem rebus alia dicere videatur: quemadmodum ſi quis figuram dolore carentem diceret. Non enim in alio id reperiet, quàm in quieſcẽte. Idem quoq; medium inter exceſſus erit. Quinetiam ex fabrica membrorum idem inuenietur.

29 Quoniam vſus corroborat, otium tabefacit.

Hoc quoq; ſcripſiſſe quaſi commẽtarii in modum videtur libri huius author, eo conſilio vt fortaſſe in editione poſteà dilataret. In aliis autẽ exemplaribus ſcriptum reperitur in hunc modum: Cur vſus corroboret, otium tabefaciat. quaſi id ſibi in quæſtionem author propoſuerit, quod non modò in chirurgia, verũ etiam in iis, quæ ad victum ſpectant, vtiliſsimum eſt. Effœminatur enim corpus omne otio vacãtium, infirmũmq; redditur: ſicut eorum, qui eo vtuntur, & operantur, corroboratur, ac validum efficitur. Duplex autem orationis huius probatio eſt. Experientia, omnium, qui attendunt iis, quæ euidenter apparent: & naturalis fabricę indicatio, ſicut in ſalubribus cõmentariis dictum eſt. In his igitur, quæ ad manuum operam, curationémq; attinent, non oportet quàm plurimo tempore affectas partes immotas ſeruare, ſicut nonnulli tutelæ cauſa facere conſueuerũt: ſed mouere eas mediocriter debemus, ſi abſq; inflammatione fuerint. Atq; id primùm incipere cùm aqua calida ſupra affectum locum infunditur, deinde etiam in balneis, tum abſq; balneis idem facere.

30 Multitudine, quàm compreſsione.

Hoc etiam in annotationibus ſcriptum ab authore huc à librario tranſlatum eſt. Nam ſuperiùs integrè, & apertè, non vt hîc, diminutè, & obſcurè dictũ hoc idem fuit, oportet enim vt Linteorum, ſubintelligamus, quo integra oratio talis euadat. Cõſtrictio multitudine linteorum magis, quàm compreſsione, facienda eſt.

31 Quæcunq; exuccationis, vel contuſiones, vel vulſiones, vel intumeſcentiæ inflammatione carentes ex vulnere exhauriuntur, in ſuperiore corporis parte plurimùm, in inferiore parum, deligandum eſt: non decliui manu, neq; crure habito, initia iniiciendo ſupra vulnus, & firmando maximè, in extremis minimùm, mediocriter in medio: vltimam partem ad ſuperiora corporis reducendo deligatione, & compreſsione. Verùm etiam hæc multitudine magis, quàm vehementia. Maximè verò his lintea tenuia, leuia, mollia, munda, lata, ſana requiruntur, ac ſine ferulis: perfuſione verò aquæ ampliore vtendum.

Contuſiones φλάσματα per φ literam appellare Hippocrati mos eſt Ionica lingua, quę ab aliis per θ θλάσματα dici conſueuerunt. Fiunt autem, cùm graue aliquid ſupra corpus incidit, & collidit, ita vt carnea pars diſrumpatur. Cùm verò caro contuſa in locum ſub cute cruorem contrahit, atq; exuccat, exuccatio, ſeu ſugillatio vocatur: fitq; id ſine vlla cutis diuiſione. Venas tamen exiguas ſimul cum carne rumpi, ac diſcindi in ſugillationibus huiuſmodi perſpicuũ eſt. At vulſiones in fibris muſculorum contingunt, dum nimis diſtentæ interdum rumpuntur: quæ à recẽtioribus medicis τίλματα, hoc eſt, vellicationes, ſeu diſcerptiones nuncupãtur. Vbi hęc dixit Hippocrates, ſubiũgit intumeſcẽtiæ, quæ οἰδήματα appellat. Omnes enim tumores præter naturam vno hoc nomine vocare conſueuit: cùm cæteri poſteriores in inflammationes, & duritias, & intumeſcentias eos diſtinguant. Nam inflammationes Hippocrates incenſiones ipſas nuncupat, vnde etiam nomen calidis tumoribus impoſitum eſt. Præter hos aliud quoq; eſt, quod ἐρυσίπελας dicunt, id eſt, vicinitrahan, quod incenſum quidem, atq; inflammatum ſemper eſt, cum tumore verò non ſemper. Hæc autem omnia, quæ ab Hippocrate compræhenſa hîc ſunt, aliam quidem & ex victus ratione, & ex medicamentis curationem habent. Sed quæ manuum opera exhibetur, ea deligandi modo afficitur: præſertim cùm ex deligatione præcedente noxæ hæ exortum habuerint: de quibus videlicet ſermo ipſi nunc eſt. Nam quod inquit ἐξαρύεται, id eſt, exhauriuntur, ſignificat exprimuntur, ac per expreſsionem extolluntur, atque exurgunt. Imò nonnulli ſcribunt ἐξαίρεται, quod eſt, extollũtur, vt nulla expoſitione explicari amplius debeat. Deligationem verò horum in libro De fracturis ab ipſa parte, quæ tumore affecta eſt: nunc à vulnere faciendam cenſet. Vulnus autẽ appellari hîc membri noxam ſatis conſtat, atq; eatenus à deligatione fracturarum nunc variat, quòd plurimã faſciarum conuolutionem in ſuperiorem partẽ: paucam in inferiorem hîc duci vult. Quod autem inquit, Non decliui manu, neq; crure habito, commune cum fracturarum deligatione eſt, ſe quia maximam in his quoq;, de quibus nunc agit, vim habet, nunc etiã repetitum eſt: ne ſi negligentiùs nos geramus, ſicut quãdoq; conſueuimus, in magnum aliquod damnum incidamus. Quæcunq; enim ſi rectè, vel non rectè fiant, non paruam vel vtilitatem, vel læſionem afferunt, ea

comme

commemorare frequentiùs non veretur. Ex quibus verò paruum vel nocumentum, vel emolumentum euenturum nouit, de iis semel dicere satis sibi esse putat. In fracturis igitur cùm statim deligatio adhibita est priùs, quàm inflammatio circa partem affectã orta fuerit, vel aliquid aliud ex malis, quæ nunc dicta sunt, ne quicquam ad partem affectam affluat, similis quidem cura, sicut in his, esse consueuit. Vt verò discutiatur quod in parte affecta continetur, non ita dãda opera est. Vnde etiam hîc perfusionem aquæ adiũxit, non quòd illhic non omnino, sed quòd hîc magis ea vtendum sit. In huiusmodi enim affectionibus calida aqua fouere magis est opus, vt quod in tumefactis partibus inest, discutiatur. Quemadmodum etiã ipse vbi de calce agit, in quo ex eo quòd ex alto quispiam desiluerit, sugillatio quædam fuerit exorta, cum aliis, quæ scripsit ad curationẽ huius accommodatis, hoc quoq; apposuit, Aqua calida plurima vtẽdum esse, & non compressione deligatæ parti præsidium comparari. Dictum quoque hoc idem est de fracturis. Est tamen in his, & ne comprimãtur, & vt discutiantur, necessitas maior. Vnde ob eandem causam absq; etiam ferulis deligationem fieri iubet: vt duo sint, quę à deligatione fracturarum ipsam hanc separent: quatenus videlicet & minùs comprimi debet, & lintea maximè leuia, & tenuia, & mollia, & mũda postulat. His enim indigent ea, quæ sicut minorem compressionem, ita maiorem digestionem desiderãt. Addidit autem sine inflammatione vnum quodq; horum esse oportere, si præscripta hac deligatione curandum sit, propterea quòd quæ inflammatione infestantur, ne modicã quidem ex deligatione compressionem tolerare possũt: soléntq; tum cataplasmatis, tum frequẽti aquæ calidę perfusione, tum medicamẽtis humidis curari, quæ videlicet inflammationibus finiẽdis sunt accõmodata.

32 Excidentiæ autem, aut tortiones, aut dissidẽtiæ, aut auulsiones, aut abruptiones, aut distortiones, vt manca, & in alterã partem vergentia, vnde quidem excessere, cõcedendo, quo intendendo deliganda sunt: vt deligata in contrariam partẽ declinent, vel priùs, quàm fuerint deligata, paulò magis, quàm vt ex æquo sese habeãt, & fasciis, & plagulis, & appensionibus, & figurationibus, extensione, frictione, directione, necnon hîc etiam ampliore perfusione.

De omnibus his affectionibus in libro De fracturis, & articulis absolutissimè edocuit: nunc verò sicut de aliis multis, ita de his quoque quasi compendium quoddam scribit. Quod quidem per se ob breuitatẽ obscurum cùm sit, iis, qui illos libros legerint, satis claret. Et nos etiam propterea quia ea iam explanauimus, pauca nunc memoriæ reuocandæ caussa referemus. Nam si quis ab hoc de iis, quæ in Medicatrina fiunt, libro auspicetur, ei magister ea omnia euidẽtiæ caussa debet recẽsere, quæ de fracturis, & articulis scripsit Hippocrates. Huc verò transferenda, ac describẽda in commentarium minimè mihi esse arbitror. Vocat igitur Hippocrates in hac oratione excidentias, articulorum luxationes: tortiones verò, cùm articulus quidem est illæsus, sed neruosę circa ipsum partes tortæ sunt. Id quod maximè in iis contingit, quorum

Galen.

in vacuum gressus delabitur. Dissidentias verò appellat, A cùm ossa, quæ naturã cohærent, ac sese mutuò cõtingunt absq; articulo, ob aliquam læsionem dissident à se, ac distant, cuiusmodi in libro De fracturis, atq; articulis nominatim commemorat cubitum, & radium in brachio, ad gibbum, & ad manum, in crure tibiam, & suram, qua & genu, & calci committuntur. Auulsiones autem ossium fiunt, sicut ipse de summo humero disseruit, cùm, quæ ipsum colligant, diuulsa plurimũ à se mutuò secesserint. At abruptiones, quas ἀποκλάσματα dicit, ἀπάγματα, id est, abductiones à recentioribus nuncupantur. De quibus in fine libri De fracturis meminit, & neruorũ, venarúmq; fibris circa gibbum cubiti contingere eas inquit, abductionémq; ibi appellat. Vnde posteriores sumpta appellatione abductiones fracturas vocare consueuerunt, quęcũq; prope articulum per totã ossium crassitudinem fiũt: ita vt à sese plurimùm distent. Hæ à recentioribus caulatim factæ fracturæ nuncupãtur. Distortiones verò B à tortionibus in eo differunt, quòd hæ articulum quodam modo attingunt, paululúmq; ipsum distorquent, & cõmouent. Fiunt item circa vnum os, ac pręcipuè circa tibiam in pueris, quã etiam vnà cũ appositione eorum, quæ dirigũt vtrinq; ex tilia, alióve aliquo ita valido, ac molli ligno asserculis tenuibus factis deligamus. Rectè autem fecit, cùm loquendo de distortionibus, In alteram partem vergentia, adiũxit, Siue enim, vt nõnulli scribunt, vt manca: siue, vt alii, vt valga, vtrisq; lectionibus in vtranq; partem vergẽtia conueniunt: quippe cùm tam interiùs, quàm exteriùs tota dearticulatio, & præcipuè in cruribus circa genu, & circa malleolos sæpenumero inclinetur: quæq; in exteriorem partẽ vergunt, valga, quæ in interiorem, vara, & manca appellentur. His omnibus affectionibus accommodata est deligatio duobus his C modis adhibita: vt & quò recessit pars, inde vrgeant, ac propellãt fascię: & vnde recessit, laxæ eo loco sint: vt quod per deligationẽ impellitur, ibi suscipi valeat. Quocirca concedere ea in parte, id est, remittere, & non intendere deligationẽ oportet. Vbi verò inquit, Quo, intendendo, subintelligendum est, excessere: vt integra oratio eiusmodi euadat. Vnde excessere, cõcedendo, id est, remittendo, & laxando fasciam: quò verò excessere, intendendo, vt in contrariam partem ei, in quam excesserant, abeant, & declinent. Declinationis autem huius in contraria terminum, non qui secũdum naturam est, statuit. Ita enim morbus adhuc deligationem superaret, cùm membrum diutinæ distortioni fuerit assuetum: sed paulò vlteriùs, quàm naturale sit, propellendum censet. Hoc siquidem significat, cùm dicit, Paulò magis, quàm vt ex æquo sese habeant, D quæ secundum naturam sunt. Atq; hanc in cõtrarium declinationem cunctis esse faciendam vult, quæ ad deligationem assumuntur, quæ videlicet ipse nominatim percenset, fasciis, plagulis, appensionibus: extẽsione insuper, frictione, & directione. Quippe cùm omnibus his fieri possit, vt deligatio ampliùs, quàm naturale sit, in contrariam partem declinet. Quin etiam hîc perfusione ampliore vtendum inquit. Adiunxítq; hîc, ad vocem Ampliore, quod superiùs etiam proxima oratione intelligendum prætermiserat. Copiosiùs enim vtrobiq; aqua calida perfundendum est, illhic dirigendi caussa, hîc molliendi.

33 At verò diminuta multùm sanæ partis occupando spatii deligandum est: vt ex

**accurſione,quæ cõtabefacta ſunt,amplio-
re, quàm ipſa fuerunt imminuta, diuerſa
deligatione permutata in auctionem ten-
dant,reformationémque carnis efficiant.**

Orationem hanc nonnulli,qui hunc librum expo-
ſuerunt,ſicut alia multa, paucis quibuſdam extrinſe-
cus dictis percurrerunt:alii verò,qui eam clarè expli
care conati ſunt,à veritate adeò aberrarunt, vt admi-
ratione dignum ſit,quomodo diminuta, membra vi-
delicet attenuata,atq; alimẽto carentia ad naturalem
temperaturam reduxerint. Atq; ego quidem in artis
operibus nullum damnum afferre diſcentibus exiſti-
marim,ſi quis vel in ſignificato verbi alicuius, vel in
aliqua ad clariorem euidentiam quæſtione propoſita
non rectè rem tractarit. At cùm aliena ab vtili in-
B ſtructione traduntur,illa verò neceſſariò lædunt eos,
qui in arte exercentur. Quocirca priùs docebo quo-
modo ipſe membra emaciata, nutritionéq; carentia
ſemper curare ſolitus fuerim, quo iam diſcentes per-
cipere inde vtilitatem aliquam poſsint. Déinde ver-
ba hęc Hippocratis veritati enitar accommodare. Nã
in iis,quæ obſcurè ita ſcripta ſunt, dandam mihi eſſe
operam cenſeo,vt veritate rerum ſeruata vetuſtã le-
ctionem ei,ſi fieri poteſt,conſentire oſtendam: ſi verò
id præſtari nequeat,veritatem ſaltem cognoſcendam
adoleſcentibus exhibeam. Pleræq; igitur,quæ in par-
tibus quibuſdã contingunt,attenuationes,vel ex diu-
tina membrorũ quiete,vel ex modo deligationis fra-
cturarum euenerunt. Nam & quies vires quieſcentiũ
membrorum imbecillas reddit,atq; infirmas: & deli-
gatio,dum partium deligatarũ ſanguinem partim ſur
C ſum,partim déorſum elidit,nutrimentum quoq; ipſis
aufert. Quare malo huic curationem contrariam ex-
ortui eius adhibere debemus,vires affecti mẽbri cor-
roborando, & idoneam ei ſanguinis copiam ſuppe-
ditando. Vires autem frictionibus moderatis,per-
fuſionibus, & motionibus corroborantur. Vt er-
go plus influat ſanguinis, deligatione idonea,quam
hìc ponit Hippocrates, vtendum eſt: tum aquæ ca-
lidæ moderata, perfuſione, & motione, & frictione
opus eſt,quæ vires ſtabiliunt,& confirmant. Eſſe ve-
rò omnia hæc moderata & qualitate,& quantitate de
bent. Non enim ſatis eſt,ſi vel frictio, vel motio, vel
calidæ aquæ perfuſio,neq; multa, neq; pauca admo-
dum ſit:ſed oportet mediam quoq; eſſe frictionẽ in-
ter duram & mollem,motionem inter lentam,& cõ-
citatam. Aqua verò temperata etiam ita eſſe debet,vt
medium ſit inter nondum calfacientem, quæ tepida
D vocatur,& eam,quæ calore mordax iam eſt,& dolorẽ
affert,quam feruidam dicunt. At quantitatis rationẽ
ſuperiùs docuit,cùm dixit, Cùm adhuc ſuſpenditur,
priùs,quàm concidat,deſiſtendum. Quo tempore vi
delicet maximè rubicundum membrum conſpicitur.
Nã cùm mẽbra,quę tenuata ſunt,alimentóq; fuerũt
priuata,manifeſtè ſint aliis, quæ naturaliter ſunt affe-
cta,exãguiora,rubeſcántq; difficulter, cùm perfrica-
mus,calidáq; aqua perfundimus,eũ ſcopũ ſpectamus,
vt ruborẽ cõtrahant:quo eodẽ tẽpore turgidiora etiã
apparẽt. Quòd ſi fricare vlteriùs,aut perfundere per-
gamus, & rubor euaneſcit,& tumor omnis cõcidit,&
ſubſidit. Quin etiã inde faciliáne ſint, an difficilia vt
ſanẽtur,prænoſcemus:ſi vel facilè, vel difficulter ru-
bra efficiẽtur, & turgeſcẽt:ſi ſanatu ſunt difficilia, ſo
leo ego aliquo ex calefaciẽtibus medicamẽtis liquidis

vti,quæ frictionem efficiunt: & præcipuè iis, quæ pa-
A rum thapſiæ non veteris habuerint: atq; huiuſmodi
attenuationes picatis medicamentis illinere conſue-
ui,quæcunq; illa ſint,ſiue picata,ſiue dropacita,vt nõ
picem,ſed dropacem dicendum cenſeas. Dicas enim
licet quomodocunq; volueris. Non enim docere At-
ticè loqui adoleſcentes,ſed commemorare eis vtiliſ-
ſima artis medicæ opera his in commentariis propo-
ſui,vſúmq; picatorum medicamentorum in præſenti
hac re. Nam ſi prima vnctio ſatis plenum, & rubrum
membrum reddiderit,deſiſtendum iam eſt:ſin minus,
iterum illinendum,atq; iterum,in quibuſdam ſingu-
lis diebus,in quibuſdam tertio,aut quarto quoq; die,
prout magis vel minùs deſiderare id affectum locum
videris. Non addidi autẽ interdum pro ratione defa-
tigationum calidum fieri membrum,quod vel frica-
tur,vel picatur, propterea quòd ſimul cum rubore id
B intelligitur. Eodem ſiquidem tempore ruborem con
trahit,& calorem. Huiuſmodi mihi ſemper curationẽ
adhibenti attenuatis præter naturã raro deligatione
opus fuit. Si autẽ aliquando incidit vt ea indiguerim,
hoc modo,quo iubet Hippocrates,deligaui,illis ver-
bis animum aduertens,cùm inquit, Diuerſa deligatio
ne. diuerſa videlicet ab ea, quæ fracturis adhibetur,
quæ vehementiorem compreſsionem affectis mem-
bris affert. Diuerſa enim hæc deligatio in prima etiã
ſtatim linteorum iniectione differt ab ea, quæ fra-
cturis conuenit:cùm non ſupra ipſam partem,quæ af
fecta eſt,initium eius ponatur:vt in hulceribus,& fra-
cturis,ſugillatíſq;, & cõtuſis,alíiſq; fit,quę paulò ſupe
riùs diximus. Déinde in eo etiam differt, quod cõpri
mere circa affectam partem minimè debemus: ſed re-
miſsiore deligatione ibi vti. Maximè verò vnde in-
C cœpimus,comprimendum nobis eſt circa ſanam par
tem: ac déinceps progrediendum vſq; ad locum,qui
affectus eſt:quò cùm peruenerimus,maximè laxa lin-
teorum conuolutione vtendum eſt. Atq; hyeme qui-
dem ipſi etiam læſæ parti faſciam circundo:ita tamẽ,
vt laxa cùm ſit,& ne minima quidem cõpreſsione ad-
ſtricta,non calefaciat. At ęſtate ſanam partem deligo,
quo ſanguis,qui in ea continetur, ad eum locum eli-
datur,qui reſtauratione indiget. Ipſam verò ſanã par-
tem calefacere inſuper,& digerere non cõuenit. Si au
tem multùm totum crus,aut brachium extenuatione
contabuerit,alterum crus, aut brachium deligo ab in
ferioribus partibus initio iniecto, & in crure vſq; ad
inguen,in brachio vſque ad alam, & humerum faſcia
tionem deduco. Nam cùm in ſuperioribus partibus
iuxta iugula à magna vena diſcindãtur venæ,quæ bra
chium nutriunt:in inferioribus autẽ iuxta os ſacrum,
D quæ cruribus alimentum deferunt,ſi fluxus ſanguinis
alterius venæ,quæ ad coniugatum, & compar mem-
brum tendit,interclufus fuerit,fit vt ad alterum mem
brum ſanguis feratur:ac propterea deligatio, quæ in
ſano membro fit,eouſq; adſtricta eſſe debet, vt com-
primat quidem,nõ tamen ita vt dolorem creet. Pars
verò affecta, vel nuda relinquenda eſt:vel,ſi frigidus
aer ſit,paululùm vſq; ad femur lanis contegenda. Nã
ſi frigus non moleſtat,vtilius eſt vt nuda ſit,aſsiduéq;
aut linteis perfricetur,aut,ſi difficulter calorem con
trahere poteſt,medicamentis. Si facile verò caleſcit,
oleum tãtummodo ſufficit,cui parum ceræ adiectum
ſit: ita enim & magis permanet,& minùs digerit. Ea-
dem ratione in brachiis omnia facienda ſunt. Nam
& deligandum ſanum brachium eſt,vt in cruribus fa-
ciebamus:& quod emaciatum eſt,frictione,& motio-
ne ca

ne calefaciendũ. Cúmq; ille, qui ægrotat, non prorſus eſt ſtolidus, quærendum ab eo eſt, caliditatem ne transferri in membrum affectum ſentiat, an id quieſcere. Nã ſi quieſcere adhuc ſentiat, tempus iam eſt, vt ſecundo loco calefacientia, & corroborantia medicamẽta adhibeamus: quorum quatuor genera ſunt, frictio linteis adhibita, aquæ calidæ perfuſio, frictio item vel medicamentis, vel oleo facta, inunctio è ſimplici dropace: aut, ſi nimis frigefacta eſſe pars affecta videatur, varius dropax ſumẽdus eſt, qui & bituminis, & ſulfuris ignem non experti parum, & pyrethri habeat. Atq; ita quidem curanda eſſe extenuata corpora ex multorum ſanatione cognoui. An autem Hippocratis quoq; hanc orationem rectè explanem, affirmare non auſim: cùm obſcura admodum ſit, & probabilitate quadam, non ſcientia aliqua certa declarari queat. Expono tamen eam, non, vt pleriq;, ea lectione, Vt ex accurſione cõtabefacta ampliùs, quàm ipſa, fuerunt imminuta. ſed aliter, vt nonnulli ſcribunt, cũ relatiuo nomine hoc modo, Vt ex accurſiõe, quę cõtabefacta ſunt, ampliore, quàm ipſa, fuerunt imminuta. Contabefacta enim vocat loca extenuata ex motionis, & nutritionis defectu, quæ inquit, Ex accurſione, id eſt, affluxu ſanguinis curari oportere: qui amplior videlicet eò deueniat, quàm ſi in naturali habitu eſſent conſtituta. Ita enim afficietur, vt in auctionẽ tendant, quæ diminuta ſunt: ſi diuerſa à priori deligatione vſi fuerimus. Quæ nam autẽ ſit hæc diuerſitas, paulò ſuperiùs demonſtratum fuit: cui ſanè diuerſam quoq; eſſe vim, neceſſe eſt. Prior enim deligatio ſanguinem à membro affecto arcet: hæc copioſiorẽ ſuppeditat, quàm ſi naturali in ſtatu eſſet. Nam quod ſecũdum naturã ſeſe habet, ei ſatis ille eſt, qui in ipſo continetur: ac proptereà non amplior influere eò oportet, quàm qui in nutritionem eius, perſpirationémq; abſumatur. Cùm verò vacuum, atq; exangue eſt membrum, multò amplior eſſe ei debet, qui influit: vt videlicet non tantùm nutriatur, ſicut cùm ſanum eſt, verùm etiã reſtauretur. Amplior autem hic influxus ex aſsidua calefactione mẽbri procuretur, neceſſe eſt. Omnia enim, quæ in curatione hac adhibentur, calefaciunt, frictio, motio, medicaminum impoſitio, picatio, & aquæ calidæ perfuſio, qua Hippocrates etiã eſſe vſus videtur, ob balneorum fortaſſe inopiam, quæ eo tempore erat. Mihi enim aqua in balneorũ ſoliis iniecta, & ad calefacienda moderatè membra, quæ curantur, & ad defatigationem in eis excitandam ſatis fuit. Mouere inſuper ea opus eſt operationibus conſuetis: atque id non ſemel, ac repentè, ſed ſæpe, ac paulatim vno quoq; die faciendum eſt: frictio item eouſq; adhibenda, quoad calefactum membrum ſit: déinde intermittenda. Atq; ego quidem in hunc modum orationi huic Hippocratis veram curationem accommodo, cuius vim re ipſa demonſtraui, cùm quàm plurimorum ex deligatione, & diuturna quiete extenuatorum membra reſtaurarim. Sed iam conuenit, vt ſuper hoc quoq; eorum, qui librum hunc explanarunt, ſentẽtiam explicemus, quorum pleriq;, vt dixi, extrinſecus tantummodo nonnulla cùm dixerint, rem ipſam inexplicatam reliquerunt: pauci eãdem lectionem ſequuti declarare totam ſententiam hunc in modum conati ſunt: iubere inquiunt Hippocratem diminuta ex deligatione eſſe curanda: vt contabefacta, id eſt, extenuata ampliùs ipſa, quàm priùs fuerant, in contrariũ immutentur. Multos enim morbos ita curari conſueuiſſe aiunt, exempláq; afferunt.

Galen.

Nauſeantes enim nonnullos vomitum ciente medicamento ſanatos fuiſſe: alios acria quædam frequenter deiicientes, expurgante potione: tuſsientes alios tuſsim vehementiorem mouente medicamine conualuiſſe affirmant. Adde quòd nonnulli etiam ſunt, qui id, quod in definitionibus, quos aphoriſmos appellant, dictum eſt, in medium afferunt, quæ in hunc modum ſeſe habent. Interdum autem in rigore abſque hulcere, ſi iuuenis carne præditus ſit, æſtate media frigidæ perfuſio reuocationem caloris facit. Si igitur, inquiunt, non ſolùm ex contrariis, verùm etiam ex ſimilibus remediis curationes fiunt: nunc quoque Hippocrates diminuta curare nos ſic iubet, vt à deligatione incipiamus, quæ attenuare magis ea poſsit: cùm ex accurſione, vt aiunt, contingat vt ampliùs cõtabefacta membra, quàm priùs fuerant, rurſus nutritionem, carníſque priſtinã reſtaurationem recipiant. Qui autem ita interpretantur, cùm diuerſa deligatio explanationem nullam apud eos admittat, pro ἀλλοίῃ τῇ ἐπιδέσει, ἀλλοίῃ τῇ ἕξει id eſt, pro diuerſa deligatione, diuerſo habitu legendum cenſent: vt tres differentes inter ſe lectiones loci huius euadant. Vna, diuerſa deligatione. Altera, diuerſo habitu. nam ita quoque in quibuſdam exemplaribus ſcriptum inuenitur. Qui autem legunt diuerſo habitu, eum non ad deligationem, ſed ad partem affectam referũt: quam aiunt, cùm diuerſo habitu priùs vteretur, ex eóq; in extenuationem tetendiſſet, hunc poſtmodum fuiſſe conſequutã ex deligatione, quæ ampliùs contabefaciebat. Quaſi non ampliùs ex ea in gracilitatem membra, quæ alimento caruerunt, deueniant, ſed iam immutari incipiant: ea verò, quæ fracturis conuenit, deligatio communis cùm ſit, vt paulò ſuperiùs demonſtratum eſt, etiam aliis affectionibus, inter quas ſunt ſugillata, cõtuſiones, & vulſiones, attenuare membra cõſueuerit. Hoc igitur habitu, inquiũt, ex eadem deligatione alimento carentibus membris reſtaurationem comparari. Atq; hinc effectum eſt, vt tertiam lectionem nõnulli repererint, atq; ita ſcribant, Vt ex accurſione cõtabefacta ampliùs, quàm ſponte fuerant imminuta. ſe hoc modo rei abſurditatem euaſuros rati, ſi ſponte dicerent membra fuiſſe attenuata. & quod hîc docet Hippocrates, nõ omnibus diminutis eſſe commune: ſed de iis tantùm intelligi, quę ſponte in eam affectionem inciderunt. communem & vniuerſalem huiuſce doctrinæ diſſertationem in auguſtum admodum reducentes: cùm paucíſsima ſint, atque admodum rara, quæ alia ex cauſa nutrimentum nõ ſentiant. Reliqua ſiquidem omnia ex diutina deligatione, & quiete talẽ habitum contraxere. Ac de his magis, quàm de aliis quibuſdam, mentionem feciſſe Hippocratem conſentaneum eſt, cùm antè dicta conſequantur. Cùm enim ſuperiùs de fracturis, & quibuſdã aliis affectionibus dixerit, quæ ſimilem deligationem requirunt: cognorítq; ex illis attenuationem, gracilitatémq; membrorum conſequi ſolere, quo modo curanda ea eſſet, ſibi docendum exiſtimauit. Quod autem maximà iis crimini dare quiſpiã poſſet, qui de deligatione attenuante loqui hîc Hippocratem exiſtimant, illud eſt, quòd cùm attenuata reſtaurare propoſitũ ſit, id fieri nequit, niſi & vires ipſorum corroborẽtur, & materia nutriẽdi copioſa ſuppeditetur. At quam ipſi aſſumendam putant deligationem, ea tum ſanguinis affluctionẽ prohibet, tum imbecillem vim reddit: quam verò ego ab Hippocrate dici aſſero, diuerſam ab ea eſſe dico, quæ diminuta efficit: quippe cùm à ſanis incipiendum, nõ

ab affectis fit: ita vt multis cõuolutionibus eousq; adstringamus, quoad nullus dolor, qui inducere inflammationem possit, excitetur: atq; ad affectum locum paulatim subinde relaxando deueniamus. Adde quòd si sequi horum explanationem velimus, sanum crus deligare vnà cum eo quod laborat, nihil ad rem facit. Nam vt ampliùs contabescant, quæ attenuata sunt, adsumi deligationem inquiunt. At vt id fiat, non modò nihil prodest, si alterum crus deligetur, verùm etiã nocet. Sanguis enim, qui in alterum deferebatur, totus ad partem affectam per deligationem propellitur. Nam exempla illa, quæ isti, qui ita interpretãtur, adducunt, quàm praue illata sint, perspicuum est: cùm nihil in se habeant, quod doctrinæ Hippocratis conueniat. Sana enim eorum ratio est, qui volunt vniuersè totam mali causam exinanire: quæ videlicet tunicis ventris ita inhæret, vt auelli inde difficulter queat. Tunc enim acria eodem coniecta, cùm ventrem iritent, ad excernenda omnia simul facere consentaneũ est. Simili modo quoq; ea, quæ modicam tussim mouent, vehementiori tussi excitata, expurgari consueuerunt. At enim nihil his simile est, quod isti dicunt, membrum attenuatum insuper esse cõtabefaciendũ, quo principium restaurationis consequi valeat. Ex ampliore enim extenuatione, & vires partium alimẽto carentium magis debilitantur, & materiæ, quę alimentum præstet, suppeditatio nulla elicitur. Prætereà de rigore hîc mentionem facere absurdissimũ est: quippe cùm se imperitos esse artis Hippocratis manifestè declarent. Ille enim ex curatrice arte contraria contrariorum esse remedia inquit. Nonnulli tamen vim orationis minimè percipientes, ad contradicendum conuersi sunt, périnde atq; illi, qui petulanter omnibus contradicunt, eáque audent vituperare, quæ nunquàm omnino didicere. Non modò enim contraria contrariorum esse remedia, non reprobatur iis, quæ in Definitionibus dixit Hippocrates: verùm etiã cõfirmatur, vel eo ipso Aphorismo, in quo frigidam aquam caloris reuocationem efficere dixit, calorem verò ea sanare. Quem quidem calorem qui frigidis affectionibus medetur, frictione aliquando, aliquando medicamento calfaciente, quandoq; exercitationibus, aut aquæ calidæ perfusione excitatus: quin etiã bitumine interdum, & sæpe, vt diximus, pice oblinendo membrum, quod calefaciendum est: perfusione itẽ aquæ frigidæ interdum idem procuramus. Sed reliqua quidem omnia cùm ex se calefaciendi vim habeãt, vtilia semper iis sunt, quæ calefactione indigẽt. Aqua verò frigida, quatenus frigida est, rarò est vtilis: ac nisi in corpore, quod innatum calorem validũ habeat, assumi vtiliter non potest. Nam carne præditus sit, oportet, vt inquit ipse, cui vtilis futura frigida aqua est. Neq; huic quolibet tempore, sed æstate tantummodo adhibenda est. Quis enim ignorat? quisq; est ex iis, qui de frigidę aquę potione scripserunt, qui non dicat eam duo efficere consueuisse, vel damnum ex refrigeratione, vel caloris maioris ab imis partibus reuocationem? Nam si valde calidũ corpus sit, efficitur, vt eius calor à frigiditate minimè superetur, sed potiùs densata cute, atq; idcirco cohibita perspiratione augeatur. Si verò exiguo calore sit præditum corpus, vt occurrenti frigiditati minimè resistere valeat, cùm vsque ad imas partes vis frigoris penetret: fit, vt in morbos ex refrigeratione contractos incidãt homines. Sed fortasse hæc quoq; superuacuè à me dicũtur, cùm alibi, sicut dixi, quæ sint ea, quæ primò curent, demonstrauerim: quæ prorsus scilicet contraria

A esse debent. Primò autem dicuntur, quæ absq; medio vllo curationem afferunt, quibus opponuntur ea, quę medium aliquod habent, quę ex accidenti, non primò prosunt. Quocirca nugantur isti, cùm & deiectionem alui, & tussim cientia medicamenta, & frigidæ perfusionem commemorant: quę quidem quamuis interdum aptè fieri consueuerint, nihil tamen cum proposita hac re simile habent. Ostẽdendum siquidem ipsis est, quomodo quæ modicè attenuat deligatio, vel vires attenuatis mẽbris afferat, vel faciat, vt copiosior sanguis eòdem deferatur. Quod quousq; ostendere nequeunt, sciant frustrà se exẽpla adducere. Vt omittam interim quòd nulla scientię effectrix demonstratio fieri exemplis potest. Exemplorum siquidem vsus in commentariis De demonstratione satis à me declaratus fuit. Non enim discentibus ea sciendi causa af-

B ferimus, vt nonnulli putant, ac præcipuè illi, qui non secus, atq; oratores, ad confirmãda omnia vti exemplis consueuerunt: qui sanè magno in errore versantur. Nam si Platonem tibi dixerint inductionibus plerunq; demonstrationes suas efficere, sciendum tibi est, eũ dilucididatis causa inductionibus fuisse vsum. At verò qui inductionis, & exempli vim exactè cognoscere cupit, is ad propriam vtriusq; tractationem relegandus est, alibi à nobis diligenter explicatam: nunc mihi ad propositum redeundũ est. Sed priùs legentes monitos velim, vt iis, quæ à me hucusq; dicta sunt, diligenter animaduersis, sic ad sequentis lectionis explanationem deueniant, superiùs dictis manifestè attestantem: quæ vt clariùs pateat, nõ vniuersam simul, sed particulatim adscriptam explanabo.

34 Melius autem est desuper, vt in tibia & femur, & alterum crus vnà cum sa-

C na parte deligare, vt similius sit, similitérq; conquiescat: simili item modo alimento excludatur, ídque admittat.

Diminutorum deligationem diuersam esse faciendam dixit ab ea, quæ fracturis adhibetur. In illa enim propositum est, vt præterquam quòd influxus sanguinis prohibetur, id etiam, quod in affectis membris cõtinetur, huc, illhuc depellatur, quiescántq; ea nulla penitus motione agitata. Illa enim deligatione fit interdum, vt omni prorsus inflammatione liberẽtur partes, quæ affectæ sunt. At hac neque influxum sanguinis prohibere, neq; quod continetur elidere, neque immota seruare membra, sed contraria omnino cuncta his efficere studemus. Quapropter deligationem

D hãc, sicut priùs etiam dictum est, à sanis partibus exordiri debemus. Atq; ita ibi comprimere, vt ab ipsis sanguis ad attenuata elidatur: sana verò ipsa alimentum suscipere integrè prohibeatur. Ac cùm tibia quidem, aut cubitus ægrotat, satis est, si initium deligationis aut ab inguine, aut ab ala faciamus. Cùm femur verò, aut brachium est affectum, oppositum membrum deligemus necesse est, ab inferioribus partibus initio sumpto ad inguen vsq;, aut ad alam. At si tibia admodum labores, & femur superius, & alterum crus deligare melius est, vt simili modo sicut affectæ partis femur, quod supra est, etiam crus sanum otiosum sit, & nõ alatur. Propterea enim dixit, vt in tibia & femur, & alterum crus deligare, vt similiter conquiescat, id est, otiosum sit, & vacet alterum crus, quemadmodum femur eius, quod ægrotat, & simili modo alimento exclu

excludatur, alimentúmq; admittat. Non enim ita vult ab alimento excludi quod deligatur, vt nulla omnino nutrimenti pars ad id perueniat. Nam ſi ex vehementi conſtrictione ab alimento penitus excluderetur, periculum eſſet, ne aut ſtatim membrum emortuum euaderet: aut, ſi id non fieret, aliměto prorſus omni ſicut femur, ita tibia quoq; deſtitueretur. Sed nobis non erat propoſitum attenuare femur, ſed tibiam reſtaurare. Quocirca cùm modus deligationis gracilius mẽbrum neceſſariò efficiat, huiuſmodi damnũ aliquandiu admittere conſueuimus: déinde tamen vbi modicè iam nutritionem ſenſiſſe tibiam aduertimus, vtrunq; & femoris, & tibiæ curam habemus. Explodenda igitur explanatio eorum eſt, qui & ſuperiores attenuati membri partes, & alterum crus ea de cauſa attenuanda eſſe exiſtimant, vt partium, quæ alimentum non admittunt, gracilius occultetur, membríq; alterius ſani comparatione depræhendi, atque argui nequeat. Ita enim non modò Hippocrates, ſed ne quorumlibet quidem medicorum quiſpiam rectè mederi nos cenſeret.

35 Atque hoc linteorum multitudine, non compreſsione.

Priùs quoq; ita facere ſæpenumero præcipit, vbi prorſus abſq; dolore ſeruari deligatam partem vult.

36 Remittendo primum, quod maximè indiget, frictionéque vtendo, quæ carne repleat, & perfuſione, abſq; ferulis.

Primum, dixit vel tempore, vel poteſtate. Ac tempore quidẽ vel in vna deligatione, vel in multis déinceps inter ſe comparatis. Quoniam verò omnia hæc vera ſunt, idcirco perſpicua oratio eſt. Niſi videlicet ita ſcripſerit eo conſilio, vt cuncta hæc ex verbis eius intelligeremus. Cæterùm in prima deligatione id cõſideremus. Cùm hæc ex multo tempore facienda ſit, ita vt primùm linteorum iniectionem firmantes, ac comprimentes, cæteras conuolutiones ſubinde magis remittamus, ac maximè ea parte, quæ nutritione, ac reſtauratione indiget: veriſimile eſt, vt primum poteſtate de membro, quod curatur: primum tempore de prima deligatione dictum fuerit. Sed ſi de omnibus deligationibus inter ſe comparatis intelligamus, ſenſus erit huiuſmodi: Si in primis deligationibus vnà cum ſano deligaris, prorſus aliquando nudandum id exhibebit ægrotus. Id igitur primum faciendum in iis, quæ maximè reſtauratione indigẽt, ac propterea non bene aluntur. Nam ſi ad affectam partem frictione, aliiſq;, quę paulò antè dixi, ſanguis attrahatur, nutritio, carníſq; reſtauratio in ea magis, citiúſq; efficitur. Frictionis igitur, ac calidæ aquę perfuſionis mẽtionem fecit: medicamenti verò non meminit, propterea quòd folius operationis pręſidia hîc agnoſcit. Neq; enim prætermiſiſſe eum putare debemus, mouẽda eſſe membra eouſq;, quoad defatigentur. Nã cùm ipſe docuerit cognata quoq; iis, quæ docentur, eſſe intelligenda, frictioni verò motus omnis extenuatarum partium cognatus ſit: manifeſtum eſt, eum, cùm iuſſerit alterum crus ſimul cum parte ſana membri affecti conquieſcere, & nunc frictione vtendum dicat, mouendum quoque eſſe cenſuiſſe: quippe cùm fieri poſsit, vt & cubitus ſine brachio, & tibia ſine femore moueatur. Non enim dum attenuationem curamus,

Galen.

immotum cubitum, aut tibiam ſeruare opus eſt. Quin ex ſuperioribus partibus ſimul ac mota fuerint, curationem ſuſcipere conſueuerunt: nutrimentóq;, quod per loca non affecta pertranſit, ipſa priùs fruuntur, eò quòd & frictionibus, & picationibus, & calefacientiũ medicamentorum appoſitionibus abundant. Sanguinis autem ad membra defluentis maximum tibi afferet indicium calor, & rubor, qui in ipſis extiterit. Habes iam integram horum curãdorum rationem: cùm iis, quæ Hippocrates dixit, calefacientium medicamentorum quoq; vſus à me adiectus fuerit: quo in genere etiam picatio eſt. Hippocrates nanq; hoc in libro licet nonnullas affectiones commemorarit, quæ curationem ex medicamentis requirunt, nullam tamen omnino medicamenti fecit mentionem: propterea quòd hîc auxilia tantummodo tradere propoſuit, quæ manuum opera exhibentur, atq; illa non omnia, vt dixi, ſed quę diſcere artem incipientibus neceſſaria maximè, atq; vtilia ſunt.

37 Fulcimenta autem, & ſtabilimenta pectori, coſtis, capiti, & reliquis, quæ huiuſmodi ſunt, partim pulſuum cauſa, ne incutiantur, partim vt diſsidentiæ compagum in oſsibus capitis contineantur: atque hæc fulcimenti cauſa adhibentur. In tuſsibus autem, & ſternutamentis, aliíſq; motionibus, qualia circa thoracem, & caput, fiunt ſtabilimenta, in his omnibus eædem ſunt deligationis moderationes. Quà enim ſunt noxæ, maximè comprimendum eſt, ſubiiciendáque eſt lana aliqua mollis affectæ parti accomodata: deligandúmque eſt non conſtringendo ampliùs, quàm vt pulſus non concutiant, quámque vt diſſidentiæ compagum ad extremum mutuò ſa contingant, tuſſéſq;, & ſternutamenta prohibeantur: ſitque ſtabilimentum, vt neque cogatur quidpiam, neque concutiatur.

Cùm iubet neque affulciri, neque conſtringi deligationem fimbriis, iíſque, quæ extrinſecus circuniiciuntur: idem dicere videtur de deligatione ipſa, quã linteis efficimus. Notum eſt verbi ἐρμάζειν, id eſt, fulciendi, ſignificatum à fulciminibus ſumptum, quæ ἔρματα appellant, vt Homerus etiam meminit, fulcimina, inquiens, nauibus abſtrahunt. quaſi nihil referat, an fulcimenta, an firmamenta, an ſtabilimenta dixerimus. Videtur enim ſæpe fulciendi verbo & de faſciis, & de plagulis, & de fimbriis vti: quippe quod firmare ſignificet, ac ſtabilire. Atque vbique interpretes verbum hoc in eodem ſignificato accepere, quo ſtabilire. Nunc tamen cùm duo hæc nomina hîc fulcimenta videlicet, & ſtabilimenta ſimul poſuerit, diuerſam quandam eorum ſignificationem intelligere videtur. Nunquid igitur fulcimenta appellat deligationem totam, quæ videlicet, vt affecta pars immota ſeruetur, tam ſubiici, quàm circundari conſueuerunt: cuiuſmodi ſunt primùm ſubligamina,

quæ licet alios quoque vsus exhibeant, fulcimenti quoq; vicem explent:deinde plagulæ,quæ etiam ipsę non solùm fracturæ,verùm etiam fasciarum firmamẽta sunt: tum fasciæ, quæ extrinsecus circundantur: postremò ferulæ & fimbriæ. Omnia siquidem hæc cũ continendorum subiectorum causa superiiciãtur,fulcimentorum non tam subiectis,quàm fracturis vsum præbent. Stabilimẽta autem ea mihi videtur vocare, quæ sine deligatione à dextris vel sinistris, supra vel infra toti affectæ parti apponi consueuerunt. Supra & infra voco quantum ad crassitudinem totius corporis attinet. In ea enim,quæ substernuntur,infra: quæ superponuntur,supra sunt, qualiacunque ea fuerint. Stabilitur autem membrum,cùm prostratum est, infra:cùm est erectum,supra. Caput sanè puluinis,& ceruicalibus,laníisque etiam & pannis mollibus. Canales quoq;,& ea, quæ fractis cruribus vtrinq; apponũtur, stabilimenta dici possunt. Lana verò, quæ rotũda forma in alam coniicitur, quando luxatum humeri articulum repositum deligamus, potest tam fulcimentum,quàm stabilimentum nuncupari. Cùm enim deligetur, pars etiam ipsa totius deligationis efficitur. Nam quæ thoraci & capiti extrinsecus imponuntur, aut apponuntur,stabilimenta potiùs,quàm fulcimenta dici debent. Atq; hæc sanè omnia ob necessarias membrorum motiones à medicis fuerũt excogitata. Quarum quidem motionum aliæ naturales sunt, vt respiratio in thoracis pulsibus, & mẽbranis cerebri: aliæ præter naturam,cuiusmodi est tussis,sternutamẽtum,& singultus:pulsus item in inflammatis mẽbris, & in temporum arteriis cùm dolore vehementi caput infestatur,existunt,necnon & palpitationes,quæ sæpe in præcordiis,quæ ὑποχόνδρια,id est,subcartilagia appellant, aliquando in aliis etiam partibus eueniunt,indigent stabilimentis. Stabilimenta verò hæc quandoq; sola faciẽda sunt, vt in temporum arteriis in doloribus capitis vehementibus,aut in pręcordiorum palpitationibus,aut in vulneribus etiam,quę sanguinis eruptionem minantur. Quandoq; lanæ fascia circumuoluenda est. Quin etiam sine fascia interdum lana stabilimus. Circa thoracem,& ceruicem lana stabilimus. Caput item ceruicalibus mollibus, & sacculis milio calido oppletis, quando simul & foueri, & stabiliri opus est. Interdum verò extrinsecus mollibus stabilimentis vtimur ex iis, quæ superimponuntur. Cùm igitur communis scopus sit iis,quæ propriè fulcimenta,& stabilimenta appellantur, meritò qui librum hunc interpretati sunt, vnum & idem vtrisque his nominibus significari existimarunt. Et nos quoq; ipsi sæpe absq; vlla differentia vtrisq; his pro eodem vtimur. Communis autẽ scopus est,quem paulò antè dixi,vt in motionibus partes non concũtiantur. Sed quia tamen peculiaris quædam differentia inter hæc est,quam modò explicauimus,cùm exquisitè rem prosequi volumus, stabilimenta ea vocabimus, quæ extra dignotionem sunt:fulcimenta,quæ in ipsa deligatione continentur. Atq; ita definiemus, vt quæ membris adhibentur necessario motu præditis,quem cohibere,& sedare in nobis non est,stabilimenta,quę in immobilibus vtimur, fulcimenta appellentur. Crus enim, & brachium mouere in nostra situm potestate est:thoracem,& membranas cerebri non est. Palpitatio etiam in aliquo membro existens, sicut neq; tussis,neq; sternutamentum,neq; singultus,in nobis nõ est. Nam licet resistere his aliquandiu valeamus, vim inferunt tamen posteà,atq; excutiuntur,cùm validas habent causas,vnde existunt. Nam ita his resistere,vt
A ortus ipsorum prohibeatur, soli robustissimi viri posse videntur. Et ipse quoq; Hippocrates separatim in hac oratione hæc videtur scripsisse, cùm de pulsibus dixerit,vt ne incutiantur. De dissidentia verò compagum capitis,fulcimentorum:de tussibus, & sternutamentis,ac deniq; de motionibus circa caput, & thoracem stabilimentorum nomine vsus sit. Dissidentia verò compagum capitis in iis, quæ vocantur suturæ, contingit:quæ propriè quidem compages appellãtur, qua parte ossa capitis inter se mutuò compacta coaptantur:suturę verò ex translatione dici cõsueuerũt. Caluariæ enim ossa adeò exquisitè inter se coniũguntur,ac coaptantur, vt propterea ipsorum coniunctio καθ' ἁρμονίαν,id est,ex compage, & coaptatione facta, meritò sutura,ex pannorum,qui consuuntur,similitu
B dine dicatur. Hæ igitur suturæ aliquando dissident, ac distant,dolorémq; afferunt, quando copulæ, quæ exteriorem caluariæ membranam,interiori,quæ dura dicitur,annectunt inflammatione aliqua correptæ fuerint. Venulæ item paruæ per suturas exeuntes sæpe inflammãtur:atq; inde fit,vt duræ membranæ motio,quæ simul cum inflammatis venulis attollitur,dolorem efficiat. Dolor simili modo ex inflammationibus quibusdam, aut motionibus arteriarum excitari consueuit. Atq; hæ affectiones moderationem exquisitam stabilimentorum requirunt,vt neq; si nimis laxa affecto loco admota sint,facilè concutiantur, atq; ita molestiam afferãt: neq; si contrà ampliùs iusto adstricta fuerint, collisione facta dolores vehementiores iritent. Hęc autem moderatio fasciarum circumiectionis superiùs etiã dicta ab ipso fuit aliis quibus-
C dam in morbis,qui fracturis conuenientem curationem,& deligationem desiderabant. Ac propterea nũc dixit. In his omnibus eædem deligationis moderationes.in his omnibus, inquiens, quæ modò dicta sunt, eædem deligationis moderationes,quæ superiùs fuerunt commemoratæ. Ac posteà quæ'nam sint hæ moderationes subiungit,cùm ait, Qua enim sunt noxæ, maximè comprimendum est. qua,id est,qua parte pro aduerbio loci positum est. ᾗ Græcè cum circunflexo accentu,& aspiratione. Hoc autem quod fulciat, vel stabiliat,accommodatum affectui imponendum esse inquit: deligandúmque non adstringendo ampliùs, quàm vt pulsus non concutiant, id est, quàm vt pulsus pręangustia à motu suo prohibeãtur:id quod dolorem efficere consueuit. Alterum insuper terminum constrictiones in suturarum dissidentia statuit, cùm inquit, Quàm vt dissidentię compagum ad extremũ
D mutuò se contingant. ad extremum vocans vltimam eam constrictionem,qua se mutuò contingere magis suturę non possunt, quo vehemens atque immoderata collisio declaratur. Sicut enim neque laxari,ita neque ad summum constringi compago ossium debet: quippe cùm etiam id pręter naturam sit. Atque hi validę compressionis termini sunt. In sternutamentis item,& tussibus,vt affecta membra non agitentur, & concutiantur,si nihil ea contineat. Vehemẽtes enim motiones, quæ laxa, & instabilita sunt,violentiùs, quàm membris affectis conueniat,concutientes,dolores iritant. Moderatio igitur stabilimentorum ea est,quam in fine huius orationis scribit, cùm inquit, Vt neq; cogatur quidpiam,neq; concutiatur. hoc est, vt neq; violenter affectæ partes comprimantur, neq; in motionibus concutiantur,id est, vt neque violentiùs, neque laxiùs,quàm deceat,deligatæ sint.

CLAVD.

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis de Fracturis, Commentariorum Liber Primus.

Ioanne Bernardo Feliciano Interprete.

PRAECIPVA CAPITA COMMENTARIORUM In Librum De Fracturis.

PROLOGVS.

ANTE quàm ad particularium explanationem veniamus, melius est, vt in vniuersum de tota explanãdiratione quippiam dicamus. Vis enim eius ea est, vt quæ in operibus authorũ obscura sunt, dilucida, ac clara efficiat. Aliquid autẽ eorum, quę scripta sunt, aut verum esse demonstrare, aut falsum conuincere, aut si captiose quispiam accusarit, defendere, licet separatum quid ab explanatione esse videatur: fieri tamen ab omnibus ferè consueuit, qui commentaria conscribunt, & nihil vetat, quò minùs explanator etiam hoc quoq; exequi mediocriter poßit. At de authoris decretis prorsus contendere, illud verò explanationis terminos excedit. Quocirca ego non ad hũc scopũ, sed ad antè dictũ spectãs, pauca quędã confirmandorũ eorũ, quę dicũtur, causa, veris, ac propriis explanationibus subinde adiũgam. Cæterùm cùm duplex etiam in hoc explanationis genere sit differentia, propterea quòd duplex quoq; illud est, quod obscuritatem in se habet: rectius esse mihi videtur, vt de hoc nonnulla etiam in medium afferam. Breuis autem de his quoq; erit oratio, quasi compendium quoddam eorum, quę priuatim latiùs in cõmentariis De explanatione dicta sunt. Demõstratum siquidem ibi est, quod obscurum re vera est, id per se esse eiusmodi: aliorum verò ortum obscuritatis in nobis esse, propterea quòd audiẽtium differentiæ quàm plurimæ existunt, ex eo quòd aut priùs eruditus quispiam fuerit, & exercitatus, aut si prorsus rudis, & inexercitatus: aut ingenio sit acutus, & perspicax: aut hebes, & tardus. Agè enim in hoc ipso libro de fracturis, vbi inquit Hippocrates, Dicendũ igitur est quósnam errores medicorum velim tum docere, tum dedocere. Hæc sanè per se obscuritatem habet oratio, cùm nos nullos errores esse intelligamus, quos docere oporteat. Simile quoq; illud est, Et retortio articuli retorta est in hac figuratione. Figurationem enim extẽti brachii retortum habere articulum inquit, qui in cubiti gibbo existit. Dicere autem inflexum, ac retortum esse, quod rectum est, absurdũ videtur. At illud, quod subiungit, cùm inquit, Brachii enim cardinamentum in cubiti sede in tali figuratione innixum oßibus cubiti, & brachii directionem facit, perinde ac si vnum totum sit. Si quale vtrunq; os sit nouerit quispiam, nullam obscuritatem præ se fert. S verò cubiti, & brachii articulationis naturam ignores, meritò tibi obscura oratio euadet. Ac mihi quidẽ melius videtur, vt quia pleriq; ex iis, qui librum hunc legũt, dissectionis sunt imperiti, huiusmodi omnia explicemus. Nam quæ tale quippiam non habuerint, prętereunda nobis esse existimarim, hac tantùm prĕmonitione vsis ad eos, qui lecturi sunt. Si quid ex iis, quæ exposuimus, obscurum esse putas, inspice primùm diligenter an erroneum librum habeas, eúmq; accuratè perpende, cũmq; exemplaribus authoritatis alicuius confer: déinde si rectè is se habere videatur, eũdem locum adhibito studio iterum, atq; iterum perlege. Ego enim cùm præsenti alicui coràm librum aliquem lego, ad discentis habitum respiciẽs coniicere quo explanationis modo vtendum mihi sit, satis possum: cũ verò omnibus scribo, neq; ad eum, qui optimè, neq; ad eum, qui peßimè instructus fuerit, specto: quippe cùm illud obscurum, hoc molestũ plerisq;, si in apertis diutiùs immoremur, futurum sit: sed eorum rationẽ habeo, qui medio habitu præditi sunt. Quod si his aliquando frustrari contingat, ad eos declinandum magis cẽseo, qui præstantiores sunt. Nã qui medio habitu sunt inferiores, indignos iudico, qui ad commentaria hæc accedant. Satis enim ipsis est, si vbi sæpe eadem à magistris alio, atque alio verbo explicata audiuerint, intelligere ea, quæ dicuntur, poßint.

1 Medicum oportet luxationum, ac fracturarum, quàm directißimas extensiones

ſiones efficere.

Nonnullæ orationes licet nihil, quod magnifaciẽdum ſit, edoceant, partes tamẽ explanationis eſſe exiſtimantur: cuiuſmodi ſunt etiam, quæ diuerſas lectiones præmonſtrant: id quod in propoſitis his Hippocratis verbis exiſtit, cùm nonnulli ſcribant in principio, Medicum oportet. alii abſque his duobus verbis ſcribendum per defectum cenſeant, eò quòd Atticorum is mos ſit, quorum lingua quadam ex parte Hippocrates etiam vtatur: adeò vt quidam priſcam hanc eſſe Atticam linguam aſſerere nõ vereantur. Sed quid ego de Hippocratis lingua ſentiam alio breui libello ſeparatim declaratum à me fuit. Et nunc in exordio huius noſtræ explanationis ſatis erit, ſi præmonuero, me huiuſmodi omnia eſſe prætermiſſurum: quæ ſicut partes propoſiti negotii minimè ſunt, ita ſunt effectura, vt commentaria hæc noſtra in immoderatam longitudinem abeãt. Luxationum, & fracturarum quàm directiſsimas extenſiones efficere: non luxationes, & excidentias tantummodo vocat oſsiũ exceſſus è propria ſede, quæ ſine fractione fiunt, verùm etiam exarticulationes, & exarticulata interdũ appellat. De fracturarum verò nomine illud animaduerſione dignũ videtur, quòd cùm ſæpe κατάγματα eas appellet, raró admodum ἀγμὸς, inſcriptionem eo nomine fecerit, quo rariſsimè vti conſueuit, περὶ ἀγμῶν librum hunc inſcribens. Vnde nonnulli ſunt, qui neq; ab Hippocrate opera hæc diuiſa fuiſſe affirment: ſed huic adiũctum fuiſſe librũ qui ſequitur, De articulis, vnúmque vtroſq; fuiſſe, qui poſteà in duos ab aliquo ob longitudinẽ fuerit diſtinctus: quãdo verò in vnum vtriq; erant coniuncti, communẽ inſcriptionem quoq; habuiſſe, quæ erat, Quæ in medicatrina fiunt. Atq; huiuſce rei teſtimonium conantur afferre, non malè illi quidem: vtpote cùm veterem hominem adducant, dicántq; vnum opus Hippocratis Gnoſidici filii librũ eſſe De iis, quæ in medicatrina fiunt. Non enim debere nos exiſtimare breuem illum libellum, qui nũc ita inſcribitur, eſſe eum, qui à magno Hippocrate fuerit conſcriptus: qui inter Græcos optimus & medicus, & ſcriptor habitus fuit. Quoniam igitur in his duobus libris De iis, quæ in medicatrina fiunt, agitur, idcirco vtroſq; eodem titulo fuiſſe inſignitos: ac propterea neq; doctrinæ ordinem certum in alterutro ſeruari: quippe cùm & in hoc De fracturis, luxationum quarundam faciat mentionem, & in eo, qui ſequitur De articulis, nonnulla De fracturis non pauca commiſceat. Alii verò ſunt, qui non diſtinctos fuiſſe in duos libros hos ab aliquo, ſed à principio ita fuiſſe ſcriptos opinãtur: putántq; ex eo inſcriptionem vtriſq; inditam, quòd in vno quoq; plurimam vim habebat. Atq; hinc exorſi longam protrahũt orationem, dum demonſtrare pleroſq; Hippocratis libros hoc modo fuiſſe inſcriptos volũt. Ego verò ſicut ſub vnáne inſcriptione, an ſub duabus vtroſq; hos libros ſcripſerit Hippocrates, aſſerere nequeo: ita illud habeo polliceri, me, procedente oratione, eſſe demonſtraturum, & cùm de luxationibus hoc in libro mẽtionem facit, & cùm de fracturis in libro De articulis nonnulla dicit Hippocrates, accommodatiſsimo doctrinę modo vſum fuiſſe. Cur autem hîc, luxationum, & fracturarũ, immutato ordine dixerit, cùm deberet fracturas luxationibus anteponere, quippe cùm de eis priùs docturus ſit, vnam rationem afferre poſſum: quòd videlicet ſæpe & apud Hippocratem, & apud alios veteres idoneos ſcriptores huiuſmodi locutionis genus reperi- A tur, dum non ordinem eorum, quæ traduntur magis, quàm ordinis congruentiam ſequuntur. Imò fortaſſe ne vllam quidem in huiuſmodi rebus exquiſiti ordinis curam habent, quàm directiſsimas extenſiones efficere. In quibus membris luxationes, aut fracturæ cõtigerunt, iis in membris quàm directiſsimis figurationibus extenſiones faciendas cenſet. Cur autem extendi debeant, nulla hîc cauſa allata, figuram, qua id faciendum eſt, longa oratione proſequitur: cùm tamen ei liceret quæ'nam in re veritas ſit edocenti, tacere de iis, qui aliter opinantur. Sed enim nõ de hac tantùm tractatione, verùm de aliis quoq; omnibus ſcire illud operæpretium eſt, nonnulla ſummatim per capita tantummodo tractari, quæ breuiſsima omnium ſunt: alia econtrario fuſè per excurſum explicari, ita vt nulla omnino res, quæ vtiliter dici poteſt, prætermittatur. Reliqua verò omnia inter hęc eſſe conſtituta. Atq; a- B lia ad breuiſsima, alia ad longiſsima accedere, alia à medio paululùm abeũtia. Vtraq; autem hæc ita legere vnuſquiſq; debet, ſicut ei vel otiũ ſuppetit, vel voluntas. Neq; eos debet repræhendere, qui vel ob breuitatem obſcuriùs ſcripſere, vel diluciditatis cauſa longiùs produxere orationem. Neq; enim pręſcribere legẽ his opus eſt, præſertim cùm nihil profecturus ſis: ſed quod ipſi quiſq; vtile eſſe videt, id ſumat: ac non idem omnibus in libris docendi propoſitum eſſe cognoſcat: vt exempli cauſa, libri hi duo, De fracturis alter, alter De luxationibus, fuſè, & latè tractãtur. Vectiarius, ſeu de moliẽdi ratione, quem μοχλικὸν inſcribit, cùm eandem doctrinam, quantum ad rem attinet, polliceatur, ſummatim per capita abſoluitur. Eſtq; ea, quæ fuſè fit, rei explicatio ad diluciditatem: quæ ſummatim colligitur, ad memoriam perquã accommodata. Atq; hoc ſemel à me dictũ memoria ſem- C per teneatur. Iam vero ad eas res, de quibus hîc docet diſſerendas deſcendamus. Animum tu diligenter aduerte. Licet enim ipſe poſteà, cur extenſio faciẽda ſit, explicaturus ſit, ſiue conformare quod fractum eſt, ſiue quod eſt luxatum, reponere volueris: mihi tamen nunc, quippe cui diluciditas in explanando propoſita eſt, ad quam orationis ordo ex conſenſu omnium quàm plurimùm cõfert, nihil priùs, quàm hoc, demõſtrandum nunc videtur: quippe cùm iis, qui explanãt aliquid, non ordinis tantummodo, ſed mediocritatis omnium, quæ ſingulatim dicũtur, diluciditas eſſe ſcopus debeat. Neque enim ob aliud quippiam explanationem ſcribimus. In libris igitur De muſculorum motione iam docuimus maximè peculiare quantum ad alia corporis membra, inter ſe verò maximè com- D mune ipſis illud eſſe, vt in ſe ipſos contrahantur, ac confidant, non ſecus ac catenæ, & chordæ, & funes. Sicut enim cùm horum capita appræhenſa in cõtrarium diſtrahimus, diſtendi: cùm relinquimus, cõtrahi hæc in ſe conſueuerũt: ſic muſculi cùm oſsi vtriſq; extremis innectũtur, ſimiles appræhẽſionibus manuũ innexiones eas habent, à quibus in contrarias partes diſtracti totũ ſuum corpus diſtentum ſeruant. Ac propterea cùm totas fibras ipſorũ per tranſuerſum abſciderit quiſpiam, fit vt duæ ipſorum partes à ſe mutuò plurimùm retractæ, ſurſum altera ad muſculi caput, altera deorſum feratur ad finem ſuũ, qua ſecundo membri oſsi poſtarticulũ innectitur. Cùm verò abſq; muſculi pręciſione os articuli è propria ſede exciderit in eam partẽ, vbi finis muſculi inuenitur, quia totus in ſe ipſum contrahitur, & ad proprium caput recurrit,

ſimul

simul annexa ei membri pars, quæ est ofsis caput,in dearticulatione retrahitur:qua retracta,totum quoq; os retrahi necesse est. In hac igitur affectione euenit, vt caput ofsis, quod in dearticulatione depresfsius erat,altius pristino situ euadat: vt in propriam sedẽ reponi priùs omnino nequeat,quàm totum os extendẽ do tantò inferius constituatur, quantò altius præter naturam fuerat prolapsum.Atq; hæc causa est,cur of sa,quæ luxata sunt, priùs extẽdere debeamus.Confra cta verò extensione quoq; indigere inde cognoscere præcipuè posses, quòd sicut luxatum extendere opus est,vt reponamus, ita in fractis explicare sic affectam partem,ac distrahere debemus,vt fracturæ capita sese mutuò contingant. Quippe cùm fractura nihil aliud sit,quàm continuitatis in osse dissolutio,sicut in carne hulcus: finémq; vtraq; sanationis consequantur,si in pristinam vnionem fuerint restituta. In fracturis tamen cura ea habenda quoq; est, vt partes in directũ statuantur,quæ confirmatio appellari consueuit. Nã si parua fractura contigerit,vtraq; fracti ofsis pars sitũ suum seruat.Sin magna adeò,vt totum os fuerit confractum,in ea alterent partes,necesse est,altera in anteriorem,si ita inciderit,partem,altera in posteriorẽ, hæc in dextram,illa in sinistram,prolapsæ,ac permutatæ.Quocirca manibus ambabus vtrinq; comprehendendum membrum est:óq;,quod in anteriorem partem recefsit,in posteriorem:quod in posteriorem, in anteriorem propellendum:quódq; in sinistram abiit, in dextram:quod in dextram , in sinistram traducendum,ita vt omnes fracti ofsis partes manibus fingentis,ac cõformantis in contrariũ compellãtur.Quod cùm fit,periculum est, ne fracti ofsis eminentiæ aliquæ refringantur.Neq; enim ita penitus læuia capita fracturarum sunt,sicut quę à ferris cultrariis secari cõ sueuerunt. Nam quæ dentatæ sunt serræ, asperitates etiam ipsæ quasdam relinquunt.Quapropter quia timemus ne admouẽdo partes,quæ alternatæ sunt,eminentias ipsarum aliquas defringamus,id quod procul dubio fieret, si inter se oppacta essent : propterea eas abducentes à se mutuò alias sursum, alias deorsum ad conformationẽ deuenimus.Oppangere enim,id est, ἐγχρίμπτειν nominat Hippocrates, cùm partes ofsium, quæ conformantur,ad propriam sedem aguntur,& se mutuò allidunt. Vt igitur distantia inter se admoueãtur,alteram partem sursum,alteram deorsum trahere oportet:id quod omnes medici faciunt,interdum solis ministrorum manibus,interdum laqueis, si res vehementiorem extensionem postulare videatur. Incipiendam igitur esse & luxatorum, & fractorum curationem ab extensione demonstratum est.Nunc eam in qualibet figuratione non esse faciendam declarabimus. Primúmq; illud aduertendum est, cùm quatuor sint operationes,quæ in fracturarum curatione exerceantur,extensio,conformatio, deligatio,& depositio:vnam communem in omnibus esse oportere figurationem. Dum enim extenditur membrum,conformatur.Vbi verò conformatum est,statim seruata eadẽ figuratione deligatur.Quã rursus in depositione seruari necesse est:alioqui efficeretur,vt aliæ deligationis partes laxiores linteorum conuolutiones,aliæ cõ presfsiores haberent.Atq; ita quæ laxiores essent,cùm moueri ossa permitterent,conformationem corrumperent:compresfsiores,dolorem afferentes inducerẽt inflammationem,vt hinc vnam esse communem quatuor antè dictarum operationum figurationẽ pateat. Hinc verò iam considerandum est,quid spectando eã inuenire valeamus. Optima sanè in extensione figura A ea est,qua fit,vt sine magna intẽtione separata ossa in conformationem deducãtur:in depositione verò ea, qua dolore membrum maximè careat, quæ vtraq; ex ea figura eueniet, quæ in rectum fibras musculorum intenderit. In rectum autem ea intendit, quæ in vna membri parte totum musculum seruat. Nam si ab interiori parte exortum habeat musculus, atque ita ipsum figures,vt media eius pars in inferiore membri parte,finis eius extrinsecus sit: vel media pars in superiore parte membri,finis extrinsecus reducatur : fiet, vt hoc modo circa membrum conuolutus ampliùs distendatur.Vnde si hac figura ipsum adeò extendas, vt partes fracti ofsis multùm à se mutuò distent,sicut vehemente dolore corripietur,ita in discrimen veniet, ne diuellatur. Ex nimia siquidem intentione factũ ali- B quando est,vt diuulsi musculi fuerint. Quare planum fit, vnam & eandem figurationem simul & dolorem quàm minimum creare,& conseruare musculos ne distorqueãtur.Id quod Hippocrates apertè declarauit, cùm firmandum in cubito totum brachium doceat, neq; penitus extentum, neq; inflexum,sed in medio quodam habitu constitutum. Optimam item esse figurationem hanc ipse ostendit. Primùm enim quoniam cubiti os longius,quàm os radii,est,sedes,ac firmamẽ tum stabile ipsis efficitur.Déinde musculi, qui ex interiore brachii tuberculo exortum habent, fines in interiore quoq; parte totius brachii mittunt.Qui contrà ex exteriore exoriũtur,exteriore in parte fines habẽt. Cuiuscunq; verò musculi initium & finis in interioribus totius brachii partibus est,eius & reliquę etiam omnes partes ibidem reperiuntur: & proptereà totus C quoq: ipse musculus esse ibidem censendus est.Cuius item initiũ & finis est extrinsecus, simili modo in exteriore quoq; membri parte totum eundem esse constat. Quin etiam dolorẽ quàm minimum afferre hanc figurationẽ experientia quoq; ipsa manifestat.Ex duabus verò reliquis,quę in vtranq; partem ab hac diuersæ efficiuntur,altera,quæ supina est,& plurimùm musculos distorquet,& dolorem maximum videtur creare:altera,id est,prona minorem distortionem,& minorem dolorem facit.Omnia ferè summatim dicta à me hîc tibi sunt,quę de figura totius manus déinceps Hippocrates docebit,diffusa adeò, ac clara oratione vsus,vt pauca admodum sint, quæ explanationẽ desiderent:præcipuè apud eos, qui puerilibus disciplinis instructi sunt : aut certè librum hunc apud magistros legerunt, quibus videlicet commentaria hæc nostra conscribuntur.

2 Ipsa enim iustifsima natura est.

D Périnde ac si accommodatifsima dixisset. Quãdo enim quod vnicuiq; rei accommodatũ est,seruatur, iustè quodlibet sese habet,ac disponitur. Aliud verò, quod accommodatum in corpore sit, quàm id, quod naturaliter sese habet,ne excogitare quidẽ facilè possumus.Cùm igitur vnicuiq; membro,& figuræ,& colori, & magnitudini accommodatum aliquid est, id optimè se habet.

3 Quòd si quicquam aut hac aut illhac declinarit,in pronam partem vergere debet:minor enim est error, quàm si in supinum tendat.

Duarum hîc figurarum,supinæ, & pronæ mentionem fecit:quæ cùm de toto corpore dicuntur, de vno

etiam

etiã eius mēbro, quod eſt totum brachiũ, dicitur. Ac totum quidem corpus pronum eſſe dicimus, cùm in ſitu inferiorem partem venter, ſuperiorē dorſum obtinet, ſupinum contrà, cùm ſurſum venter ſpectat, déorſum verò dorſum ipſum ſternitur. De quibus vtriſq; figuris hîc cùm meminerit, de manu, & brachio futurum ſibi ſermonem oſtendit. Quippe cùm vt totum corpus alicuius aut frangatur, aut luxetur, fieri nullo modo queat. Cur autem cùm peccans aliquis à recto aberrauerit, melius ſit, vt in pronum declinet manus, ipſe in ſequentibus docuit.

4 Qui igitur nihil præcogitarunt, nihil vt plurimùm errant: quippe cùm ipſe ille, qui deligandus eſt, ita à iuſta Natura coactus manum deporrigat.

Medici, inquit, qui nihil præmeditati ſunt de naturali manus brachii figuratione, plerunque meliùs curant, quàm qui prauis rationibus vtuntur. Ipſe enim ille è vulgo homo, qui deligandus eſt, manum medico ea figura exhibet, quæ minimo dolore infeſtat, à Natura ipſa edoctus. Quam nunc quoq; iuſtam nominauit: vtpote quæ quod vnicuiq; membro conuenit, accommodatúmq; eſt, & in prima generatione, & in ſequēti totius vitæ traductione inuenerit. Ipſe enim, qui deligandus eſt, manum deporrigere, quod Græcè ἀπορέγει inquit, nonnulli in eodē ſignificato accipiũt, quo porrigere: exponúntque, deporrigit pro præbet, atq; exhibet medico. Alii deporrigere pro auertere intelligunt, ac prohibendo imperitiorem medicum in cōtrarium abducere: quippe cùm omnes homines habitum eum in vnoquoq; membro eligere conſueuerint, qui minimo dolore afficiat, quem rectiſsimũ eſſe Hippocrates oſtendit. Exhibent igitur ſe ipſos medicis ægrotātes hac figura. Et ſi medici in alteram eos transforment, ægrè ferũt, ac renituntur: neq; ob dolorem obſequi volunt. Atque hoc inquiunt hi ab Hippocrate eo verbo deporrigere ſignificari. Quod vtro libet modo accipiatur, res eadē intelligitur. Nã medicis, qui prauè ſapientiam venditantes malè manum, & brachium figurant, imperiti è vulgo ſapientiores reperiuntur, dum dolore vacantem figurã eligunt. Alii verò ſunt, qui verbum, Deporrigit, cōmune eſſe vtriſq; exiſtimãt. Sed cùm res eadem quocũq; modo quiſpiam intelligat, ſeruetur, ſuperuacaneum eſt de huiuſmodi ambiguis verbis diutiùs cōſiderare: quippe cùm quæ ita ambiguè dicũtur, & inutilia ſint, & eiuſmodi, vt inueniri prorſus nequeant. Quocirca prætereunda ab eo ſunt, qui temporis rationem habet, quo ad vtiliora id impendere valeat.

5 Medici verò ſapienter ſcilicet comminiſcentes ſunt qui errant. Studii igitur non multi eſt manum fractam tractare: imò cuiuslibet, vt ita dicam, medici eſt.

Sapienter comminiſcentes, id eſt σοφιζομένους eos dixit, qui ſapienter aliquid ſibi videntur inueniſſe, & tamen errant: ac propterea neque ea obſeruant, quæ ab imperitis quibuſlibet rectè cognoſcuntur.

6 Cogor autem plura de hoc ſcribere, propterea quòd medicos noui, qui eſſe ex figurationibus manus in deligatione ſapiētes videntur, ex quibus imperiti videri potiùs debebant. At enim multa hoc modo in hac arte ſolent indicari. Quod enim peregrinum eſt, quod an bonum ſit, nondum intelligunt, magis approbant, quàm conſuetum, quod bonum eſſe iam cognouerunt. Alienum item, atq; abſurdum potiùs admittunt, quàm quod dubio caret.

Ipſe ex ſequētibus quæ aperta ſunt, & clara, tibi planum facit, cur lōgiùs de figuratione manus, & brachii orationem protraxerit: cùm tamen res ipſa neque difficilis, neque lōga ex natura ſua eſſet. Ex hoc item cauſam ſtatim reperies, cur non exquiſitũ prorſus doctrinæ ordinem ſequutus ſit. Vnuſquiſque enim noſtrûm de re, quæ magis vrget, primùm omnium diſſerit: quia igitur medici eius tempeſtatis, vniuerſam luxatorum & fractorum curationem ab extenſione auſpicandam eſſe probè ſciebant, naturalem tamen membri figurationē ignorabant, propterea de hac primum ſermonē inſtituit: atque ob id etiam magis, quia nonnulli medici cùm peſſimas figuras optimis anteponerent, prauis rationibus & ſibi, & aliis rem ita ſe habere perſuadebant. Nam ſi abſolutè tantùm ignoraſſent, vera dúntaxat diſciplina ipſis opus fuiſſet, ſed quia non ſolùm ignorabant, verùm etiam opinionem cognitionis conceperant, neceſſe Hippocrati fuit, vt priùs eam euelleret, déinde in expurgatum ita animum veram ſcientiã induceret.

7 Dicendum igitur eſt, quóſnam errores medicorum de natura manus velim tum docere, tum dedocere.

Dedocere eos errores vult, qui cùm à medicis eſſe errores non exiſtimentur, re vera tamen ſunt: docere autem eos, qui putantur eſſe, & non ſunt.

8 Nam de aliis quoq; oſsibus corporis documentum affert hæc oratio.

Meritò inquit communem ad ſanationem multorum quoq; aliorum oſsium hanc eſſe orationem. Scopi enim, ad quos ſpectantes naturalem vniuſcuiuſque membri ſitum, & figurationem inuenimus, communes omnibus ſunt, vt dictum anteà à nobis eſt. Qui cùm duo ſint, indolentiæ vnus, alter rectitudinis: ille experientia, hic ſitu partium reperitur, quem in diſſectionibus diſcimus.

9 Manũ itaq;, de quo ſermo, cùm pronam quidam deligandã dediſſet, ipſe coegit ita eam tenere vt ſagittantes, cùm humerum iniiciunt, atq; ita deligauit, id ipſi eſſe naturale exiſtimans. Teſtimoniúmq; illud afferebat, quòd omnia, quæ in cubito ſunt, oſſa directionem inter ſeſe habent, coloríſque conuenientia directionem illam eandem præ ſe fert: ídque tam in exteriore parte, quàm in interiore ita eſſe: ſic quoque & carnes, & neruos naturâ ſe habere dicebat: ſagittariámque artem in teſtimonium adducebat. Dicénſq; hæc, & faciens, ſapiens eſſe videbatur: aliarúmque artium

erat oblitus,& quæcunque viribus,& quæ-
cunq; artificiis efficiuntur: non aduertens
aliam in alio figurationem naturalem eſſe:
quin in eodem quoq; opere aliam natura-
lem dextræ manus figuram eſſe,aliam ſini
ſtræ,ſi ita incidat. Alia quippe naturalis fi-
guratio eſt in iaculatione, alia in fundibu-
latione,alia in lapidatione, in pugillatu a-
lia,alia in quieſcendo. At quot artes inue-
nire quiſpiam poſſet,in quibus non eadem
manuum figuratio naturalis eſt?quin in v-
naquaq; etiam arte & ad inſtrumentum,
quod habet quiſq;,& ad opus,quod perfi-
cere vult,manus configurantur.

Talium opus eſt ſemel aliquando facere mentionẽ,
ideo etiam à nobis idem efficietur. Medicus quidam
ex iis,qui ſapientes eſſe ſibi videntur, corrigens præ-
ſentem hanc orationem,quaſi eſſet deprauata,ita ſcri-
bebat: Manum itaq; , de qua ſermo eſt: eruditionem
ſuam videlicet nobis oſtentans,qua apud grammati-
cos,& rhetoras fuerat inſtructus: ita vt vſitatiſsimum
loquendi modum apud omnes veteres ignorare vide
retur,per defectam videlicet fiẽtem. Integrúmq; erit,
ſi ſubintelligamus in hunc modum, Manum itaque,de
quo tractatu ſermo erat,cùm pronam quidã deligan-
dam dediſſet. Plerũq; enim imperiti homines idonea
figuratione exhibere manum, & brachium medicis ſo
lent. Aliquando verò nonnulli ex curioſitate,naturali
ſcopo præterito,qui indolentiæ eſt,melius eſſe exiſti-
mãt, vt prona exhibeatur. Supinam tamen eã qui me-
dicis præbeat, eſt nemò: quippe cùm ea figura longè
admodum ab indolentia recedat. At medici quidam
ob imperitiam ſimul & ſapientiæ perſuaſionẽ eo mo-
do admittere nolunt: ſed ita figurandum eorum bra-
chium cenſent, vt ſagittantes faciunt: alii prorſus ſu-
pinum,alii ferè ſupinum, nõ in hoc tantummodo er-
rantes, verùm etiam in eo quòd extentum id conſti-
tuunt. Quæ autem ipſorum ratio eſſet, Hippocrates
ſubiungit: quia videlicet ſi quis totam manum ſic, vt
ſagittantes ſolent,figurauerit, ei oſſa in directum ſta-
tuuntur,coloríſq; conuenientia partiũ totius brachii
ſimili modo ſeſe habet. At hæc probabilia ſanè ſunt,
ex ſeſe mutuò euenientia. Quod autem inquiunt car-
nes,& neruos in hac figura non ſecus, atq; oſſa dire-
ctionem omnibus ſuis partibus ſeruare,illud verò fal
ſum eſt. Nam ſi verum eſſet,non ſolùm probabile,ve-
rùm etiam certiſsimum indicium figurationis huiuſ-
modi haberetur,quòd ſecundum naturam eſſet. Sed
hæc quidem tolerabilia fortaſſe ſunt,ſagittariam autẽ
artem in teſtimonium afferri ſtolidũ ſummoperè eſt:
meliúſq; erat,ſi commemoratum penitus ab Hippo-
crate non fuiſſet,quàm ſi hoc ſtudio fuiſſet conuictũ.
Quæ enim prorſus ſunt abſurda,ac ſtolida,contemni
potiùs,quàm conuinci ſcriptis præſertim debent. Nã
in vita in actionibus ipſis repræhenſionem fieri,neq;
ipſe prohibuerim,maximè ſi is, qui huiuſmodi nugas
iactat,ſibi committi ægrotantis curationem ſuaſerit.
Incidit tamen interdũ,vt etiam ſcriptis ſtultis his opi
nionibus cõtradicendum nobis ſit: cùm multos ipſis,
quaſi veræ fuerint,perſuaſos viderimus. Id quod nũc
etiam Hippocrates fecit,nihil commune eſſe deliga-
tioni cum ſagittaria arte oſtendens. Quæ verò de oſ-
A ſium,& neruorum , & carnium rectitudine dicuntur,
etiam ſi nullus fuiſſet conuincendus, per ſe, ac prima
ratione erãt neceſſaria ad optimam figurationem in-
ueniendam,cuius caput ab experientia quidem eſt in-
dolentia: quippe cùm imperitis quoq; id perſpicuum
ſit. Ex ratiocinatione verò , & ex ipſa rei natura par-
tium rectitudo, quæ non imperitis, ſed ſolis iis , qui
diſſectionem callẽt,manifeſta eſt. Quæ verò deinceps
dicit,aperta ſunt,neq; vllam quæſtionem habẽt: atq;
idcirco à me prętereunda ſunt. Qui tamen legunt,nõ
citò tranſgredi hæc, ſed immorari aliquantulùm in
ipſis debent. Ipſe coegit ita eam tenere, vt ſagittantes
cùm humerum iniiciunt. Obſcurum eſt,& incertum,
quod hìc dicit. Vnde nonnulli ita dixiſſe eũ exiſtima
runt,propterea quòd cùm manus,& brachium in to-
B tum extenditur, caput brachii in cauitatem ceruicis
ſcapulæ iniicitur,atq; ingreditur: in quam quando re-
miſſum erat brachium, non ingrediebatur. Adiacet
enim ei tantummodo antea, eámq; attingit. Id quod
illis verbis Hippocrates oſtendit,cùm inquit, Cõuer
ſatur autem brachium cum cauo ſcapulæ in latus,cũ
ad coſtas porrigitur. Alii ſunt,qui ex tranſlatione ita
dictum fuiſſe arbitrẽtur à nauium iniectione, atq; in-
cuſsione,quam faciunt,cùm in præliis ſigno dato in-
feſtis proris irruentes aduerſas deprimere,ac demer-
gere conantur. Cùm enim ita vehementi impetu in
aduerſas ferũtur,ac pręcipuè à latere,vt totas eas im-
preſsione facta diſſoluant,ac demergant: tunc prępa-
ratas eſſe ad iniectionem, atq; impactionem dicunt.
ἐμβολὴν appellãt. Apud comicos item corporis partes
protentæ quaſi ad iniectionem,& impreſsionem para
C tæ dicuntur. Quemadmodum Ariſtophanes quoq; o-
ſtendit,cùm inquit: Fertur quaſi ipſe ad imprimẽdum
cernuus. Cætera,quæ ſequuntur, ſi quis animũ aduer-
tat,clara ſunt,ac patent, vſq; ad id,quod ſubiungit.

10 Ei enim,qui ſagittariam artem exer-
cet, hãc figuram alterius manus optimam
eſſe conſentaneum eſt. Brachii enim cardi
namentũ in cubiti ſede in tali figuratione
innixum oſsibus cubiti,& brachii directio-
nem facit,périnde ac ſi vnum totum ſit.

Oratio ipſi eſt ad eos, qui extentam ita totam ma-
num deligant,vt à ſagittantibus ſiniſtra teneri cõſue-
uit. Inquit enim merito in ea operatione opus eſſe vt
tota manus ſiniſtra extendatur,dũ retro à dextra ner-
uus retrahitur,à ſiniſtra verò totus arcus in eodem lo
co detineri ita firmiter debeat,vt in neutram partem
D quicquam declinet. Nam ſi dum neruus à dextra vehe
menter retrahitur,retro quoq; totus arcus ſimul fere
tur,ſagittæ impetus remittetur: quippe quam à duriſsi
mo,ac maxime intento neruo emitti oporteat. Quã-
tum enim è ſumma intentione remittitur, tantũ eia-
culatiõis impetus,ac vis imminuatur,neceſſe eſt. Hoc
priùs ita conceſſo, cauſam ſubiungit Hippocrates:
Brachii enim,inquit, cardinamentum in cubiti ſede
tali figuratione innixum brachii os & cubiti in dire-
ctum conſtituit,ac totum brachiũ rectum firmiter ſer
uat. Cardinamentum autem inferiorem partẽ brachii
appellat,qua cũ cubito dearticulatur: propterea quòd
cardines concauas partes quaſdam, quaſdam eminen
tes cùm habeant,cauis prominentias eorum, quæ in-
feruntur, admittunt, eminentibus cauitates eorun-
dem ineũt. Sic & inferior brachii extremitas cùm in
curuam

curuam rotundationem deſinat, quæ vtrinq; eminen- A tias orbiculares habeat trochleis ſimilis, ac trochleari rotundatione in ſimilibus cubiti inſerta firmatur. Cũ verò in finibus ſedes cauas habeat, alteram antè, alteram retrò, vtriſq; his cubiti aduncos proceſſus, quos cornices vocant, excipit. Cubitus enim ſupremum ſuum caput, quo brachio innectitur, ſimile ſigma literæ ſic ſcriptæ Σ. habet, eóque totam ferè brachii trochlearem rotundationem complectitur. Cùm igitur ea figura cõſtituta eſt totius brachii, vt os brachii cũ cubito rectum angulum efficiat: trochlearis hæc pars media inter cubiti proceſſus collocatur. Cùm verò cubitus, quieſcente brachio, circum trochlearem orbem fertur, in anteriorem quidem partem gibbũ inflectens, in poſteriorem extendens, in extrema inflexione anterior cubiti cornix in brachii ſinum, qui ea parte eſt, ingreditur: in extenſione contrà poſterior, qui maior eſt, in poſteriorem etiam ipſam maiorem brachii cauitatem ineũdo inſeritur. B Ac propterea fit vt plurimùm & extẽdere, & inflectere totum brachiũ poſsimus. Quod nullo modo poſſemus, ſi nullã brachium cauitatem haberet. Cùm igitur tali natura articulus, qui in gibbo brachii eſt, præditus ſit, cùm totum brachium angularem figuram obtinet: ita autẽ Hippocrates eam appellat, qua brachium rectum angulum cum cubito efficit: trochlearis rotunditas media in medio ſinu cubiti Σιγμα literam imitante conſtituitur. In extenſionibus autem totius brachii, cùm retro feratur cubitus, cornix, quæ ea parte eſt motionem regit: & tũc ſiſtit, ac ceſſat, vbi primùm in imum brachii poſteriorem ſinum penetrauerit. Quod cùm fit, euenit, vt & articulus explicetur, & brachii cardinamentum in cubiti ſede innitatur. Ita enim vocat Hippocrates ſedem, & fundamentum, id eſt, βαθμίδα, nõ ſolùm hanc, verùm etiã reliquos omnes ſinus, in quas proceſſus aliqui oſsium ingredientes inſidunt. C

11 Et retortio articuli retorta in hac figuratione eſt. Conſentaneum eſt igitur hoc modo rigidiſsimum, ac contentiſsimũ eſſe locum hunc, qui nõ ſuperetur, neq; cedat, dum à dextra manu neruus trahitur. Atq; ita quàm plurimum neruum trahet, emittet autem ex firmiſsimo, & repentiſsimo. Ex huiuſmodi enim ſagittarum emiſsionibus celeres, & vehementiæ, & longinquitates efficiuntur. Deligationi verò cum ſagittaria arte commune nihil eſt. D

Ex manus, & brachii figurationibus ea, quæ ex extenſione eius exiſtit, contraria eſt inflexę figurationi: figura item ſupinæ, pronæ figuræ aduerſatur, Atq; hę extremæ ſunt, ac velut excedentes figuræ quatuor. Duæ autem alię mediæ exiſtunt: vna inter extremam extenſionem, & inflexionẽ, quam, vt dixi, Hippocrates angularem vocat: altera inter ſupinam & pronam media eſt, in qua cubitum radio ſupponi inquit: quam iuſtam & rectam appellat non ſecus, atq; angularẽ, in qua cubitus cum brachio rectum angulum efficit. Si autem hæc recta eſt, conſentaneum eſt, vt quæ extẽto brachio fit, non recta appelletur, Quòd ſi nõ recta eſt, reflexa proculdubio in externam partẽ erit. Quemadmodum ſi os cubiti in poſteriorem partẽ ita retorqueatur, vt angulum cum brachio efficiat: id quod in nonnullis fieri cõſpectum eſt: quos neceſſe eſt poſte- A riorem brachii cauitatem admodum profundam habere, in quam poſterior cubiti proceſſus infigatur. Nam ſi profundiſsimus is ſinus cunctis eſſet, omnes in poſteriorem partem reflectere, ac retorquere brachium poſſemus. Sicut econtrario non poſſemus id perfectè dirigere, ſi, vt in quibuſdam euenit, ſedes hęc poſterior cauitatis naturalis modum non eſſet aſſequuta, ſed deficeret.

12 Nam ſi vbi deligauit, manum ita tenere permittat, multos alios dolores vulnere ipſo maiores adiunget. Sin autem cõflectere iubeat, neq; oſſa, neq; nerui, neq; carnes in eodem ſitu permanebunt: ſed ſuperata deligatione aliò transferentur. Quam B igitur vtilitatem ſagittaria afferet figuratio? Quocirca qui ſapientiam ita ſibi vendicat, fortaſſe non erraret, ſi vulneratum ipſum exhibere ſibi manum ſineret.

Qui manum, & brachium extentum, ac porrectum deligauit, ſiue id in eadẽ figura poſteà ſeruet, ſiue inflecti iubeat, vtroq; modo ęgrotũ lædit. Dolores quidẽ perpetuitate, ſi ita ſeruetur: ſi immutetur, eò quòd corrumpitur deligatio. Cùm enim ob id fiat deligatio, vt conformatio, & coaptatio oſsium circuniectis linteis leniter cõſtricta conſeruetur: mutata poſt deligationem figuratione, contrarium eueniret: vt videlicet deligatio non ampliùs fracturam contineret, ſed immutaretur, & transferretur, vnà cum tranſmutatis neruis, & muſculis: quos carnes hìc appellat, ſubſtantiam eorum nobis oſtendens. Carnes enim hę ſen- C ſu præditæ ex eo, quòd inter alias, quæ abſolutè carnes dicuntur, præualeant, ita appellatæ, muſculi ſunt: qui ex neruis, & copulis diſciſſas fibras in ſe habent. Quippe cùm muſculus prorſus à Natura ex his fibris procreetur, cùm circum ipſas ea, quæ abſolutè caro dicitur, concreta eſt, ac compacta. Hæc ſiquidem propria muſculi ſubſtantia eſt. Nam venas, & arterias ea cauſa in ſe admittit, ſicut & cæteræ aliæ partes, vt alatur, & viuat. Propriũ verò eius corpus fibræ ſunt, quę circumcirca agnatam carnem habent. Quæ quidẽ caro, cùm plurima in mediis muſculorũ partibus agnaſcatur, ſubinde decreſcens, iuxta initia, & fines pauciſsima eſt. Ac propterea fit, vt his in partibus neruoſiores, in medio carnoſiores muſculi reperiantur.

13 Alius verò quidam medicus ſupinã D manum accipiens ita extendere præcipiebat, atq; ita ſeſe habentem deligabat: eam figuram naturalem eſſe exiſtimans tum ex colore indicio ſumpto, tum ex eo, quòd oſſa naturali in ſitu eſſe ſic arbitrabatur: proptereà quòd os, quod prominet iuxta articulum manus, qua paruus digitus eſt, directum eſſe cum oſſe eo videatur, ex quo cubitum homines metiuntur. Atq; hæc quidem ille teſtimonia adducebat, quòd figuratio ea naturaliter ſeſe haberet: ac rectè dicere videbatur. Sed ſi ſupina manus ex-

tendatur,

tendatur, vehemẽter laborabit. Quantum autem dolorẽ afferat figuratio hæc, vnuſquiſq; cognoſcet, ſi ſuam manum ita extẽdat. Nam & infirmior vir robuſtiorem ità manibus comprӕhenſum, quia articulus gibbi ſupinus reflectitur, quocunq; vellet, poſſet deducere: quippe cùm neq; ſi ea manu enſem quiſpiã habeat, ſciat quomodo ſibi eo vtendum ſit: adeò violenta hæc figura eſt, tum ſi vbi deligarit, in hac figura manum relinquat maiorẽ dolorem ſi deambulet, magnum nihilò minus ſi iaceat, ſentiet. Sin autem inflectere manũ iubeat, contrahi muſculos, & oſſa aliam figurationem habere, quàm priùs, neceſſe eſt. Adde quòd hæc quoque in hac figura præter aliud nocumentum ignorauit: os, quod iuxta articulum manus extat, qua paruus digitus eſt, os cubiti eſſe: quod autem eſt in conflexione, à quo cubitum homines metiuntur, id brachii caput eſſe.

Si quis ſupinam manum figuret, interius caput brachii, quod etiam condylum vocant, ac tuberculum, ſupremum eſſe cubiti finem putabit: propterea quòd directum quodam modo ad infernum eius terminum videtur, qui iuxta manus articulum, qua paruus eſt digitus, prominet. Non omnes tamen à condylo brachii cubitum metiuntur: ſed ſunt qui conuenienter à gibbo cubiti, qui ἀγκὼν, & ὠλέκρανον etiam dicitur, cubiti menſuram incipiunt. Hippocrates autem cùm dicat, à quo homines cubitũ metiuntur, ſignificare videtur vel omnes, vel pleroſque hinc menſuræ illius initium ſumere. At hoc quomodocunq; ſit, inquirere ſuperuacuum eſt. Illud dignum commemoratione videtur, inferiorem finem cubiti, qui iuxta manus articulum eſt, rectà dirigi ad ſuperiorem finem, ſi naturali habitu manũ figurauerimus: ita videlicet vt volam eius in interiorẽ partem, conuexum in exteriorem vertamus. Qua in figuratione etiam fit, vt paruus digitus infrà ſubiiciatur, pollex in ſuperiore parte ſit.

14 Hic autem idem eſſe os hoc atque illud opinabatur, ac multi quoque alii.

Non ita dicit idem eſſe os hoc, atque illud, ſicut aliquem eundem ſibi ipſi eſſe dicere cõſueuimus: vt Telamonium Aiacem eundem cũ Aeacide: ſed quia vtrunque eiuſdẽ oſsis terminũ, id eſt, cubiti eſſe exiſtimabat.

15 Sed cum illo oſſe idem eſt ἀγκὼν, qui vocatur, id eſt, cubiti gibbus, in quem innitimur.

Sicut modò dixi idem intelligi debere, ita hîc quoque ſumendum eſt, vt eiuſdem oſsis partes & quæ ad articulum manus eſt, & quæ in gibbi cubiti articulo eminet, dicere hîc idem eſſe intelligamus.

16 Si quis igitur ita ſupinam manũ habeat, tum os diſtortum apparet, tum nerui

Galen.

à manus articulo tendentes ex interiore parte, & à digitis diſtorti etiã ipſi efficiuntur: quippe cùm nerui hi ad os brachii tendant, vnde cubitus menſuratur: hi tales, ac tanti errores, atque ignorationes naturæ manus exiſtunt. At ſi, vt ego iubeo, manum fractam intendat quiſpiam, is in directum os, quod eſt ad paruũ digitum, ad cubiti gibbum tendens conuertet: rectitudinémq; ita habebunt nerui ab articulo manus ad extremas brachii partes pertingentes: manus item cùm appendetur, in eadem figuratione permanebit, in qua erat, cùm deligaretur: & tam ambulanti, quàm iacenti nullum dolorem, nullámque defatigationem afferet.

Quando oſsis alicuius nerui, aut muſculi initium ex interiore parte membri eſt, finis verò aut extra, aut infra, diſtortum proculdubio membrum illud eſt. Vnde omnia hæc, cùm manus ſupina figuratur, rectè hîc diſtorqueri dixit. Vide enim, nerui, qui in interiorẽ partem à manu demeant, in cubitum ineunt circa interius brachii caput. Quòd ſi manum ſupinam efficiamus, eueniet, vt neruorum initium, qui circa cubitum ſunt, in interioribus partibus, finis verò in ſuperioribus conſpiciatur. Eadem & muſculorum, & ipſius cubiti oſsis ratio eſt: quippe cùm omnium horum initia ex interioribus partibus ſint, qua brachii condylus eminet. Ad dolorem verò afferendum, atq; ob id inflammationem excitandam ſatis eſſe vel muſculi ſoli poſſunt, ſi diſtorqueantur. At ſi, quemadmodum iubet Hippocrates, manum & brachiũ figurarit quiſpiam, muſculi, qui in interiori parte cubiti exortum habent, toti in interiori parte quoq; erunt collocati: qui in exteriore incipiunt, ibidem permanebunt: qui item in ſuperiore oriuntur, in eadem per totum membrum ſeruabuntur. Nam in inferiore cubiti parte ne vllus quidem reperitur muſculus: ſi autem omnem cubiti muſculorum ſitum cognoſcere appetis, ex primo Diſſectoriarum tractationum libro diſcere id poteris. Scriptos etiam eoſdem reperies in muſculorum diſſectione: quo in libro compendioſiùs, quàm in Diſſectoriis tractationibus, omniũ, qui in corpore ſunt, muſculorum, natura explicatur.

17 Deflecti verò hominem oportet ita, vt oſsis pars eminens ad clariſsimum ex præſentibus luminibus conſtituatur: ne tractantem in extenſione lateat, an ſatis directum fuerit. Nam periti ne manum quidẽ admotam, atque attrectantem latere eminens os poterit.

Siue cubare, ſiue conſidere ſignificet, cùm inquit deflecti, hoc eſt, καθίκνυσθαι, alterum ipſorum inſuper cum hoc eſt intelligendum. Nam tum ad vires ægrotãtis, tum ad fracturæ magnitudinẽ reſpicientes modò ſedentem, modò iacentem hominem deligamus. Vtro autem modo fiat, ad claritatem præſentium luminum cõuertenda pars affecta eſt, vt clarè inſpici queat.

DE CVBITO.

18 Ex ofsibus autem cubiti, quibus vtraq; fracta non funt, cùm fuperius os vulneratum eft, faciliorem curationem admittit, licet crafsius fit:tum quia fanum loco fundamenti fubftratum habet, tũ quia faciliùs occultari poteft, nifi iuxta manus articulum id contigerit: quippe cùm in fuperiori parte crafsior caro fuperiecta fit: os autem inferius carne omnino careat, neque facilè occultationem admittat, extenfionéque vehementiore indigeat.

Duo effe cubiti offa fignificauit, cùm dixit, In quibus vtraq; fracta non funt, quippe cùm Vtraque, verbũ neque de vno, neq; de tribus, neq; de pluribus, fed de duobus tantummodo dici foleat. Ex his itaq; duobus ofsibus id, quod fubiacet, propriè cubitus nominatur, quod longius quoq; eft: quod fuperius eft, radius nuncupatur. Aperta autem non hæc tantũmodo oratio eft, verùm etiam reliquæ omnes vt plurimùm hoc in libro, nihílque mihi videtur dilucidítate indigere, nifi ea, quę nunc explano. Quocirca fi præter hæc aliquid tibi obfcurum effe videatur, infpice nunquid exemplar erroneum habeas. Nam fi caftigatum fit, licet vbi femel legeris, quippiam non intelligas, prorfus tamen id percipies, fi iterum atq; iterum repetiueris.

19 Si verò hoc confractum nõ fit, fed alterum, vilior extenfio fufficit. At fi vtraque fint fracta, vehementiore extenfione opus eft. In puero quidem vidi extenta magis, quàm oportebat. Plerique tamen minùs, quàm oporteat, extenduntur.

Simpliciorem, & fine magno negotio factam extenfionem, viliorem appellat. Non enim tantùm quod prauum eft, φαῦλον apud veteres fignificat, fed etiam vile, fimplex, ac vulgare.

20 Pofteaquàm extenderis, volas admouendo dirigere oportet.

Volas admouendo, id eft, θέναρα. Θέναρα autem propriè vocant prominentes volæ partes, à verbo θείνειν, quod eft verberare, vt nonnulli volunt, qui etymologiis delectantur. Quippe cùm his prominentibus partibus percutere foleamus ea, quæ percutimus. Alii non omnes partes prominentes palmæ ita appellari aiunt, fed folas eas, quæ fub pollicibus extant,

21 Deinde vbi cerato illeueris, nõ admodum quidẽ multo, ne deligamenta circunfluitent, ita deligare.

Duo deligationis vfus funt, vnus vt partes extenti ofsis à nobis inter fe bene compofitas firmiter contineat: alter vt lintea fucco aliquo tincta, aut medicamẽtum impofitum, quod inflammationem fedare, ac vetare maximè iudicauerimus, fupra affectas partes conferuet: quippe cùm nonnulli medicamentis meatus obftruentibus, emplaftris vocatis vtantur, quæ cùm linteis exceperint, atque impofuerint, extrinfecus poftea deligant: alii fuccum aliquem idoneum ad hoc adhibeant, vt vinum, aliàs folum, aliàs cum oleo. Sæpe itẽ aliquod A ex liquidis medicamentis: cuiufmodi eft ceratum hoc: quod quidem duplici modo confici folet. Vno, cùm cera in rofaceo, aut oleo colliquatur: altero, cùm picis etiã ficeæ aliquantulum affumit: quod picatum ceratum appellant. Liquida autem medicamenta confpiffationem quandam habent, & crafsitudinem: cuiufmodi hoc ceratum liquidum eft. Quod fi oleo confectum fuerit, ex emplaftris eft, quæ inflammationem arcent: de quibus in libris De vi fimplicium medicamentorum nonnihil: in curatrice verò arte, & in tractatione De compofitione medicamentorum latiùs dictum à nobis eft. Hippocrates aũt liquido cerato vfus eft, quippe cũ inflammationi arcẽdæ longè aptius id fit, quàm durum: fiue quomodocunque quifpiam appellare velit. Quo quàm copiofo vti debemus, nobis quidem declarauit, cùm inquit: Non admodum multo, ne circunfluitent deliga- B menta; oppofitum verò terminum vtpote nobis fatis notum, non exprefsit. Nam neque ita paucum ceratum conuenit adhibere, vt lintea fafciarum priùs exiccẽtur, quàm tertio poft die refoluantur. At enim illud dignũ confideratione eft, cur cerato nunc vti iubeat, cùm, vbi os extra cutem eminet, vino nigro auftero vti confueuerit? Mihi fanè videtur vinum huiufmodi vitiis quafi efficacius remedium exiftimare: ac propterea ipfum in aliis fracturis permittere, in quibus nihil ex confractis ofsibus denudatum eft, quia multam diligentiam eius vfus requirat. Nam nifi afsiduè madefaciamus, maximum damnum ex linteorum deficcatione timendũ eft. afsiduè verò irrigare, & præcipuè noctu plerique ex iis qui ægrotãtibus inferuiunt, nolunt. Vnde, quia ad extremas ægrotationes extremæ quoque curationes exquifitè adhibitæ optimæ funt, propterea in quibus os C extra prominet, vino vtendum cenfet: vbi videlicet id ob vim eius adhibet. Nunc igitur dicere hoc tantùm fufficit, quoniam reliquæ fracturæ etiam fine vino poffunt curari, modò cerato hoc vfi fuerimus: vinum adhibeamus in his, atque ita ob miniftrorum negligentiam in errorem aliquem magnum incidamus, neceffe non eft. Vbi verò magnũ impendet periculum, tunc miniftri & ipfi fponte labores fubire volunt, & nobis adhortantibus obediunt. Quin etiam huiufmodi ęgrotos ob periculi magnitudinẽ inuifere frequentiùs folemus, & interdum apud ipfos pernoctamus, fi miniftros ritè omnia, quæ iufferimus, effe acturos, diffidimus.

22 Vt fummam manum cubiti gibbo inferius non habeat, fed paulò etiam fuperius, ne in fummitatem fanguis defluat, D fed intercludatur.

Ita figurãdum effe cubitum, vt & radio fubiiciatur, & cum brachii offe rectum angulum efficiat, fuperiùs iam dictum eft. Quia verò id fieri poteft, fiue fuperiorem manum teneat quifpiam quàm cubiti gibbum, fiue inferiorem, meritò de hoc quoque definit, altiorémq; cubiti gibbo teneri fummam manum iubet. Decliues enim figurationes fcimus effe in caufa, vt fluxiones ad mẽbrorũ extremitates deferantur. Quocirca quemadmodum qui aut toto die deambularunt, aut calidiora quodammodo habent crura, in primis curãt, vt ea fublimiora reliquo corpore per noctem habeant: fic in manu cauendam decliuem figuram monet Hippocrates, accliuem feruandam, iufsiffetq; longè altiorem etiam haberi cubiti gibbo, nifi ea quoq; figuratio, cùm quis in ea immoratur, cum toti membro, tum anterioribus bra

brachii musculis dolorem afferret. Doloris esse effectricem hanc figurationem experimentum te docebit. Causam verò doloris, musculorum natura, qui cubiti articulũ mouent, patefaciet. Sunt enim hi in anteriore & ex interiore etiam brachii parte collocati, quos cùm cubitum inflectimus, ad proprium caput attrahere, atque intendere sursum solemus: atque vnà cũ ipsis cubitum totum quoque, in quem suis inferioribus partibus innexi sunt, attrahimus, sursúmque intendimus, Ne in summitatem sanguis defluat, sed intercludatur. hoc ad primum orationis huius membrum inferri statim debuerat: sed alterum interiectum in vtroque medium obscuriorem paulò reddidit o rationẽ: vt hoc modo esset: Vt summam manum cubiti gibbo inferius nõ habeat, ne in summitatem sanguis defluat: sed paulò etiam superius, vt intercludatur.

23 Déinde linteo deligare initio supra fracturam iniecto.

Initium iniici supra fracturam, vel non iniici, duobus modis intelligi potest: cùm interdum longitudinẽ, interdum latitudinem spectamus. In longitudine quidem, cùm prima fasciæ inuolutio in orbem ducta fracturam contegit. Si verò vel adeò superiùs, vel adeò inferiùs obuoluas, vt fractam partem omnino non attingat fascia, initium id supra fracturam non esse per longitudinem verè dixeris. Per latitudinem verò initium iniicitur, cùm primam deligationem neque interius, quàm sit fractura, neque exterius facimus. Hic autem Hippocrates ad membri latitudinem spectans initium iniiciendum supra fracturã dixit, id est, neque superius, neque inferius, quàm fractura sit: id quod ex eo quod subiungit, declarat, cùm inquit, Posteaquàm verò circumieceris eodem in loco bis, aut ter, in superiorem partem deuoluas deligando. In lib. autem De iis, quæ in medicatrina fiunt, vbi ait, initium iniicere non supra hulcus, sed hinc vel inde oportere: id ad membri latitudinem spectans dixit. sicut etiam verba hæc ἔνθεν ἢ ἔνθεν, id est, hinc vel inde, videntur significare, quibus videlicet Græci ad latitudinem exprimendam vti consueuerunt. In multis tamen exemplaribus ita illud legitur: Iniicere oportet non ad hulcus, sed hinc & inde ad nodum.

24 Innitendo quidem, non tamen admodum comprimendo.

Mediocritatem, ac modum iniiciendarum fasciarũ hic docet. Oportet enim vt in eis inuoluendis adeò innitamur, vt inter se adiunctas ossium partes conseruare immobiles queant: non tamen ita vehementer comprimantur, vt dolorem creent. Quippe cùm omnis dolor, si inueteret, & præcipuè ex collisione, & compressione, causa fit inflammationis, atque hi quidem compressionis fasciarum limites sunt, quos accuratè assequi à principio non possumus: vbi verò sæpe deligauerimus, possumus. Nam si quantum circũiiciẽdo fasciã intenderis, diligenter animaduertas, deinde requiras ab eo, qui deligatur, qualem fasciæ circumuolutionem sentiat, vbi iterum circumiicies, vel relaxare intentionem, vel augere tibi licebit. Si enim se cõprimi ille dicat, relaxandum: sin laxum ita esse vinculum, vt neque circumiectum sit, sentiat, augendum esse perspicuũ est.

Galen.

A Quin etiam antè, quàm in eo, qui fracturam habet, deligationem auspiceris, puerum sanum sæpius deligando, ac si simili modo sciscitando exercere te poteris: vt promptior posteà sic esse ad deligãdas fracturas queas. Illud quoque aduertẽdum tibi est, corpora, quæ valida sunt, ac dura, vehementiorẽ: quæ imbecilla, ac mollia sunt, remissiorem compressionem requirere.

25 Posteà quàm verò circumieceris eodem in loco bis aut ter, in superiorẽ partem deligando deuoluas, vt defluxiones sanguinis intercludantur: atque ibi finias.

Ipse causam dixit, cur in superiorem partem linteorum distributionem faciendam censeat. Vult enim defluxiones sanguinis à superioribus partibus membri ita prohiberi. Antè dicta verò deligatione, non solùm arcetur, quod influit, verùm etiam quod in parti-

B bus circa fracturam continetur, eliditur. Defluxus autem vnam tantùm viam habet à superiori parte deorsum: expressio vtrasq;, tam deorsum à superiori parte, quàm ab inferiori sursum: quippe cùm & in inferiorẽ partem membri, & in superiorem elidi, atque exprimi aliquid valeat. Vnde consulit, vt vtrasque has persequamur, duabus vti fasciationibus iubens, quæ vtreq; à parte affecta vtrinque per longitudinem initium habeant: superius vna, altera inferius distributa. Melius enim est vt à læso loco in superiores partes, & totum corpus elidatur sanguis: eo quòd extremitas minor est, quàm vt sine damno suscipere copiosum humorem possit. Nam si post primam fasciam, quæ ex parte affecta sanguinem ad manum exprimat, secunda etiam violentiùs constrinxerit, & circa articulum manus, & circa digitos inflammatio exoritur. Propterea igitur à su-

C periore parte primũ omne id, si fieri potest, quod molestiam affert, exprimendum est: si verò parum aliquid relinquatur, in inferiorem partem secunda deligatione elidi debet. Certiùs tamen mentem eius totam intelliges, si doctrinam De deligatione fueris assequutus.

26 Oportet autem vt prima lintea longa minimè sint.

Conueniẽter hoc dicit. Cũ enim prima lintea à fractura incipiãt, & rursum referãtur, atque ibi definãt: necesse est: vt minor eorum fiat longitudo, quàm id sit, quod secũda sunt comprehensura, quæ iubet deorsum primùm à fractura deducentes, sursum iterum ad eundem locum conuoluere, vbi finem fasciæ primæ fecemus.

D 27 At secundorum ad fracturam initiũ iniiciendum est.

Meritò: hinc enim vult vt amplior sanguinis copia elidatur.

28 Circundandúmque semel ibidem.

Semel iubet in secundi lintei initium circumiiciamus, non bis, aut ter, vt prioris. Vult enim vt sursum magis, quàm deorsum quod detinetur in partibus circa fracturam, ob antè dictam causam exprimatur.

29 In inferiorem deinde partem distribuendum, minúsque comprimendum, traiiciendum verò magis.

Minùs stringendũ membrum secunda fascia inquit, ob eas, quas dixit, causas. Neque tamen frequẽtes linteorum cõuolutiones faciendas monet, cùm prior fascia satis frequentiæ vsum expleuerit.

30 Vt tibi sufficere linteum poßit ad recurrendum eò, vbi alterum desierit.

Hippocrates quidem ante plagularum iniectionem duabus fasciis vtitur: nonnulli alii tribus: vna sursum à fractura deuoluta, vt iùbet etiam Hippocrates: altera à fractura déorsum: tertia ab inferiori parte sursum, quam supra vtrasque priores conuoluunt. Atq; ex his quidem tribus secũda breuior vtrisque reliquis est: reliquæ duæ inter se æquales: propterea quòd prima fracturæ ipsi circumiecta bis, aut ter, circa membrum frequentioribus conuolutionibus circundari solet. Secunda verò, præter quàm quòd semel fracturæ circũuoluitur, rarius quoque membrum obducit. At tertia licet vtrisque circundetur, quia tamen rariorem habet distributionem, longior prima non euadit. Veruntamẽ duas has fascias ab Hippocrate commemoratas tres illas in se continere, etiam si ego nihil dicam, satis liquet: quippe cùm secunda duos vsus expleat, quos illi duabus fasciis separatim adscribẽtes, alteram à fractura in inferiorem partem, alteram ab inferiori parte sursum ad primæ fasciç finem deuoluebant.

31 Atque hîc quidẽ linrea in sinistrã, aut dextram deligẽtur, aut in vtram partem ad fracturæ figurationem conferat, & in vtram declinare conducat.

In osium fracturis inclinatio distortionis interdũ in sinistram partem membri, alíquando in dextram ten- C dit. Vnde oportet vt duabus primis fasciis contrariã deligationem faciamus: vt ex ea parte, in quam propendet, atque inclinatur membrum, initio facto in contrarium prouoluamus. Ita enim fiet, vt fractum os in æquilibrio constituatur. Hoc igitur est, quod inquit nunc Hippocrates, dum iubet, vt deligationis distributionem ad fracturæ figurationem accommodemus: id est, in contrarium, quàm distorta ossa fuerint, propellamus.

32 Post hæc verò plagulæ cerati modico illitæ superextendendæ sunt: mitius enim sic, ac stabilius est.

Plagulæ, quæ & splenia vocant, duarum primarum fasciarũ, quas peculiari nomine ὑποδεσμίδας, id est, sub- D ligamina appellat, firmamenta sunt. Contrario autem modo superiiciuntur. Nam cùm illę transuersæ circum membrum conuoluantur, plagulæ in longitudinem superextenduntur, ita vt totam primam duorum linteorum deligationem compræhendant, quas modico cerato illiniendas inquit, propterea quòd sicut si nimia copia affluant, infirmæ, atque instabiles efficiuntur, sic nec adhærere quidẽ prorsus subligaminibus queunt, si nimis pauco cerato inunctæ fuerint. Est enim quidam quasi nexus cum fasciis ceratũ. In cæteris quoque omnibus, quæ glutino coniunguntur, mediocritas optima censetur. At ex plagulis, si siccæ imponantur, collisio etiam efficitur, cui mitius oppositum est: quemadmodum stabilius instabilitati aduersatur, quæ ex cerati multitudine existit. Vnde meritò subiunxit, Mitius enim sic, ac stabilius est. eò quòd si nihil prorsus cerato

A illinantur plagulæ, mollitiẽ omnem, ac lenitatem: si nimis, quàm opus sit, stabilitatem amittãt: quippe cùm cerati copia lubrica efficiantur.

33 Deinde ita linteis deligandum alternatim modò in sinistrã, modò in dextram: ac plerumque ab inferiori parte incipiendo ad superiorem, aliquando à superiori ad inferiorem deducendum est.

Subligamina non alternatim inter se, sed in contrarium conuoluta sunt: cùm vtraque à distortione præter naturã membrum reducant. Fasciæ verò, quæ post plagulas circuniiciuntur, cùm eum scopum habeant, vt totum membrum deligent, vniuersámque deligationem sicut acceperunt, conseruent, ex aduerso inter se distributionem faciunt, altera in dexteram, altera in si- B nistram partem conuoluta. Simili modo quoque déorsum, altera sursum. Ita siquidem ex aduerso inter se cõplicatæ, talem deligationem conseruare maximè possunt, qualem accepere. Atque illæ quidem, quæ in dextram & sinistram obuoluuntur, in omnibus prorsus æquales esse debent: quæ sursum, ac déorsum feruntur, licet non longè se mutuò excedãt, inter eas tamen illa, quæ ab inferiori parte sursum ducitur, copiosior sit. Tutius enim id est, ob paulò antè allatã causam, quando in principium membri à fractura elidendum sanguinem monebat.

34 Subsiccaneis autem mederi oportet plagulis circumuoluẽdo: multitudine quidem fasciationum non vniuersè, sed particulatim corrigendo.

C Membrorum longorum, quæ κῶλα dicuntur, fines angustiorem habent latitudinem, quos ἀπόξηρα, id est, desiccanea, seu ὑπόξηρα subsicanea ea de causa appellat: eosdem etiam ἀπόξη, hoc est, in acutum abeuntia, vocare cõsueuit: has partes iubet per transuersum circũuolutis plagulis explere, vnà cum fasciarum iniectionibus pluribus, quæ non vniuersæ tamen congerantur: inæqualis enim ita inuaderet deligatio: sed particulatim, & paulatim deficientem locum compleant.

35 At circa articulum manus laxè insuper fasciandum est, aliter, atque aliter.

Omnes quidẽ partes, quæ affectis locis vicinę sunt: simul inflammari consueuerunt, sed magis tamen extremæ membrorum partes: propterea quòd paruæ, & carne carẽtes prorsus cùm sint, defluentem à locis fracturæ materiam dolorosè suscipiunt. Vult igitur vt eas cerati impositione leniamus, quod sine vllo tegumẽto iniici super eas melius est, neque opus est vt vllæ fasciæ illinantur, cùm supra ipsas & initium instabile, & finem habituræ sint, & citò defluxuræ videantur. Quocirca ipsis fracturæ fasciis ad hoc simul vti consueuerunt, quas laxas meritò circunducendas censet, ne molestiã aliquam afferant. Nã cùm ibi fractura detentione vlla non indigeat, ad solam inflammationẽ prohibendam adhibentur.

36 Multitudo linteorum prima, satis idonea duæ portiones sunt.

In prima omnium deligatione multitudinẽ linteorum pauciorem esse vult, vtpote qua procedente tempore nõ indigeamus. Docuit enim te quantò pluribus linteis vtendum sit paulò pòst. Cùm autem multitudo linteorum

linteorum tum numero, tum longitudine fasciarum, & plagularum augeatur, quæ res fortasse, maioréſne, an plures fascias tibi faciendas censeat: quantum itẽ vnũ quodque esse conueniat. Sed enim longitudinem, & latitudinem in libro De iis, quæ in medicatrina fiunt, ipse præfiniuit, cùm inquit: Trium, aut quatuor cubitorum longitudo, digitorum latitudo. Numerum verò neque nunc dicere prætermisit. Duo enim subligamina in tota deligatione vult esse facienda, plagulas verò triplices, aut quadruplices esse debere eodem in libro docuit: quorum numerũ tantum esse par est, quantus ad complectendum membrum sufficiat. Fasciæ autem, quæ extrinsecus supra plagulas iniiciuntur, duæ etiam ipsæ vt plurimùm sint, necesse est: altera, quæ ab inferiore parte sursum: altera, quæ à superiori deorsum cõ uoluatur. Fieri tamen potest, vt tres, aut quatuor quandoque adhibeantur. Nos sanè duabus semper vti consueuimus. Si ad hos igitur scopos vnusquisque respiciat, illud proculdubio studebit, vt inter initia quidem duabus linteorum portionibus vtatur: quo verò tempore inflammatione affecta pars caruerit, tres etiam adhibeat. In libro itaque, vt dixi, De iis, quæ in medicatrina fiunt, fasciarum longitudinem præscripsit, eas trium, aut quatuor cubitorum esse debere affirmans: vt cubitos videlicet intelligamus eius ipsius, qui deligatur. Ridiculum enim esset, si vel puerulus, verbi gratia, duos, aut tres annos natus, tam longis linteis deligaretur, quæ tres, aut quatuor viriles cubitos explerẽt, vel vir adultus adeò breuibus, vt trium, aut quatuor cubitorum infantis mensuram nõ excederent. In hoc tamen libro neque longitudinem fasciarum, neque latitudinem præfiniuit, nobis eas facilè coniectandas relinquens. Perspicuum siquidem est, si ad fracturæ magnitudinem fascias accommodemus, longitudinem earum facilè nos esse inuenturos: quippe cùm semper deligatio, vt ipse iubet, multam quoque sani loci partem occupare insuper debeat. Non semper autem eadem sumenda longitudo est, sed pro fracturę, vt dictum est, magnitudine variãda. Nam si bis, aut ter fracturæ ipsi primũ fascia est circunuoluẽda, deinde frequẽtibus circũiectionibus vtẽdo, multã sani mẽbri partẽ occupandũ, tãtũ proculdubio esse primũ linteũ necesse est, vt tot circumuolutionibus esse satis possit. Simili modo quoq; reliquarum fasciarum longitudo ea esse debet, quæ deligationibus, quas scribit, queat sufficere. Latitudinem autẽ, si ad ea, quæ dixit, spectes, facile inueneris. Affulcitas quidem esse inquit, non autem compressas. Affulcitas autem esse, id est, ὑρμάσθαι, firmatas, atque applicatas esse significat. Id quod fiet, si non valde latum linteum preparatũ fuerit. Quod enim nimis latũ est, in cõ uolutionibus corrugatur. Nã alioqui quò latior fascia est, vt ampliorem locum occupare possit, eò firmius, ac stabilius partes ossium fractas continet. Et, quantũ ad hoc spectat, quò latissimum, eò optimum linteũ esse videretur. Quia tamen quæ leuiora sunt, vbi applicata fuerint, contrahi in rugas solent, ac propterea laxiora effecta subiectorum corporum firmam comprehensionem amittunt, idcirco non admodum lata assumenda sunt. Eousq; igitur augere tibi latitudinẽ fasciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiatur. Hinc est, quòd huiusmodi omnia ab experto, & perito homine meliùs agũtur: quippe quorũ scopi sint cõiecturales, nullúsq; eiusmodi, qui vel scribẽdo tradi, vel legẽdo percipi facilè queat. Cur autẽ pluribus linteis posteà vti iubeat, tunc audies, cùm ad ea verba, in quibus hoc scribit, explicanda deuenerimus.

A 37 Signa autem bene curati hæc sunt, atque is bene deligati terminus est, si ab eo requisiueris, an compressus sit, ipse autẽ compressum quidem se esse dicat, sed leniter tamen, & præsertim circa ipsam fracturam. Hæc itaque dicere debet perpetuò fieri is, qui rectè deligatur.

Quia coniecturalibus scõpis in linteorum inuolutionibus vtimur, ideo signis certis vult, vt quod in his vel rectè exequuti fuerimus, vel prauè commiserimus, discernere valeamus, vt si valde à fasciis comprimatur æger, citò resoluentes melius deligemus. Si laxior, quã debeat, deligatio sit, multum tempus non differamus. B Vehemens enim compresio cùm dolorem, atque inflammationem faciat, interdum etiam emori membri extremum cogit. Laxa autem circumiectio linteorum, sicut quantum ad hæc periculo vacat, ita permittit vt membrum in fracturam distorqueatur. Quocirca adeò vrget nimia compresio, vt eodem die religare nos omnino cogat. Laxa verò vnum, & duos etiam quandoque expectare dies potest. Interrogare igitur diligẽter eum, qui deligatus est, debemus, qualémnam conuolutionem linteorum sentiat: vt ex eius responsione discernamus, quid in deligatione corrigendum sit. Ac præcipuè conuenire inquit, vt circa fracturam magis dicat se fuisse constrictum, quã aliis in partibus: propterea quòd compressus locus ille duabus de causis sensum maiorem efficiat: cùm quia affectus est, tum quia nos magis adstringere fasciam ea parte consueuimus, C dum totum sanguinẽ in vtranque partẽ membri procul à fractura elidere studemus. Ita enim fit, vt affecta pars inflammatione omni careat.

38 At signa mediocritatis sunt, si die, quo deligatus est, & nocte non minùs, sed magis constrictus sibi esse videatur, postero paruula quædam intumescentia in summa manu, mollis illa quidem, exoriatur, mediocriter te compresisse signũ id est.

Quoniam præcipua deligationis vis in quantitate compresionis consistit, quantitas verò hæc varia esse consueuit, cùm ex differentia mollitiæ, & paruitatis D membrorum, tum verò maximè ex eo quòd quædam corpora hebetiore, quædam vegetiore sensu prædita sunt: meritò Hippocrates multis signis nititur certam ægroti curationem manifestare. Idcirco sola ex interrogatiõe indicia minimè ipsi satis fuerũt, sed membris ipsis insuper, & præcipuè extremis eorum partibus attendendum nobis censet. Intumescentiam enim paruulam inquit, exorituram esse in summa manu mollem secundo die, si mediocriter constrinxerimus: quæ videlicet, si impositis digitis deprimamus, cedat. Nã si vel nullum huiusmodi tumorem, vel durum aliquem inueniamus, scire apertè licet, minùs, quàm oportebat si nihil prorsus extiterit: magis, si durus tumor apparuerit, à nobis fuisse cõstrictum. Perspicuum enim est, si deligatione humores ad extremam mẽbri partem exprimantur, atque hi multi sint, adeò repletum iri extremitatem, vt digitis etiam deprimẽtibus cessura nõ sit:

ſdque tibi nimiæ compreſsionis ſignum erit:quemadmodum,ſi nihil intumuerit manus, nihil prorſus eliſum fuiſſe à deligatione indicabitur.Quippe cùm magnitudini compreſsionis expreſſorum humorum multitudo ſemper reſpondeat:pro ratione verò multitudinis tumor excreſcat.Quare meritò cùm vehementiùs compreſſa eſt fractura,dura, & magna intumeſcentia inſurgit,cùm leniter conſtrictum eſt,parua, & cedens exiſtit:ſicut nulla prorſus apparet, cùm nulla prorſus conſtrictio adhibita eſt.Conſtat igitur,ſi magnum, & renitentem tumorem depræhenderimus in extrema manu ſecundo poſt die, reprimendum eſſe, & multa aqua calida copioſo oleo interfuſo perfundendum, mediocritérque comprimendo deligandum. At ſi ſecũdo die nullus penitus tumor extiterit,tertio die reſolutam faſciam cõſtrictiùs deligabimus. Si mediocris ac paruus tumor apparuerit,Hippocrates quidem etiam tunc tertio poſt die reſoluendam cenſet: ſed ego in quartum diem differens, & in quintum etiam quãdoque,præſertim per hyemem,nihilò peiùs euaſiſſe rem deprehendi.

39 Deſinẽte autem die ſi minùs videatur conſtrictus fuiſſe, tertio antem faſciæ laxæ eſſe appareãt,& ſi horum antè dictorum aliquid defecerit,ſcire oportet laxiorem deligationem eſſe, quàm conueniat: ſi quid ſuperabundarit,magis,quàm par ſit fuiſſe compreſſum. His indiciis monitus poſteà magis vel laxando,vel comprimẽdo deligabis.

Non profectò,vt nonnulli opinantur,ex diſtentione longioribus effectis linteis mora temporis laxior deligatio apparet,ſed quia membrum attenuatum, cũ rectè deligatur,gracileſcere conſueuit,atque hoc ſemper in omnibus fracturis euidenter conſpicitur:vt ipſe etiam Hippocrates manifeſtabit.

40 Reſoluere verò oportet tertio pòſt die vbi extenderis,ac direxeris.Et ſi priùs mediocriter deligaris, tunc paulò magis, quàm anteà,tibi comprimendum eſt:iniiciendáque initia ſupra fracturã,quẽadmodum etiam priùs,ſunt.Si hanc quidẽ priùs deligaris,ex ea ſanies in extremas partes huc & illhuc exhauriuntur. Si aliam partem priùs compreſſeris, in eam ex compreſſo loco exinanitio fit. Animaduerſio ſanè ad multa vtilis eſt.Ita igitur incipere ſemper deligationem, compreſsionémq; ex hoc loco opus eſt. Reliqua pro rata quodque portione, quantò longiùs à fractura abduxeris,tantò minùs conſtringendum.Laxa nunquàm prorſus, ſed adhærẽtia circumiicienda. Deinde pluribus linteis in vnaquaque deligatione vtendum A eſt.Et ſi interrogetur, paulò magis compreſſum ſe eſſe dicat,quàm priùs,& præcipuè circa fracturam.Et cætera, quantum videlicet & ad tumorem, & ad dolorem, & ad recreationẽ ſpectat, pro ratione prioris deligationis fiant. Vbi verò tertius dies iã aduenerit, laxiores ipſi faſciæ videantur.Deinde reſoluere oportet,ac rurſus deligando paulò magis comprimere, atq; id omnibus linteis,quibus fuerat deligandus.Cuncta poſteà ipſum inuadant, B quæ in primis etiam deligationum circuitibus euenerant.

Si in primo die non compreſſerimus,quantum conuenit, propterea quòd ob ictum dolore afficiebatur æger omnibus rectè ſuccedentibus tertio die ſedatum iam aliquantulùm dolorem nacti,faſciarum contentionem augebimus.Neque tunc tamen eatenus quantũ ipſa res poſtulat.Id enim,ſi omnia rectè ceſſerint, quinto die fit.Vnde etiam linteis quàm plurimis tunc,perfectiſsimáque intentione vti nos iubet.Memoria tamẽ tenendum nobis illud eſt,hæc nobis tantummodo eſſe facienda, ſi omnia conuenienti ordine ritè ſucceſſerint.Nam ſi ob errorem aliquem,qui interceſſerit,nõdum prorſus quinto die inflammatione careat brachiũ: neq; nos linteis omnibus vtemur.Firmitas enim deligationis fractorum etiam ex multitudine linteorum,ſi- C cut ipſe inquit,fit.Quam præcipuè eo tempore adhibemus,quo locus circa fracturam ſatis contractus, ac depreſſus apparet:os verò fractum laxum iam,atque agile ad directionem conſpicitur.Quod ſi quinto die nõ contigerit,alterum reſolutionis circuitum expectabimus:qui videlicet in ſeptimum diem deueniet. Tertio enim quoque die reſoluendum,ac religandum cenſet, quoad fractura in ferulas iniiciatur:ea cauſa,vt calida aqua perfundamus,ac foueamus:quo exinaniantur humores,qui in fracta parte cõtinentur,qui albi, & ſeroſi cùm ſint,difflatione,ac perſpiratione indigent. Adde quòd perfuſio hæc & ad mitigãdum dolorem facit, & prurigini medetur. Quocirca cùm æger neque pruriginem,neque dolorem ampliùs ſenſerit,omniáque antè dicta ſigna rectè peracta fuiſſe circa fracturam cuncta offenderint:ſi etiam quarto pòſt die ſoluas,præſer- D tim per hyemem,nullum damnum afferes. Atque eo magis,ſi homines ruſtici ſint, lotione vti plerunque minimè conſueti.Nam ſi per ſingulos dies lauari ſoleant,aut bis in die,differenda longiùs perlutio nõ eſt: ac præcipuè ſi etiam molli carne fortè præditi fuerint.

41 Poſteaquàm verò ad tertium diem iam deuenerit,qui ſeptimus à prima deligatione ſit,ſi rectè fuerit deligatus, tumor in ſumma manu,neque is valde magnus, extabit: deligata verò pars in omnibus deligationibus tenuior,ac gracilior reperietur:in ſeptimo verò die etiam admo-

dum

dum tenuis:& oſſa fracta ita affecta, vt ma
gis moueantur, agilioráque in coaptatio-
nem ſint.Si hæc huiuſmodi fuerint, coa-
ptare oportet,atque accommodatè ad fe-
rulas circũponendas deligare, paulò ma-
gis comprimendo,quàm priùs, niſi dolor
aliquis maior à tumore,qui in ſumma ma
nu eſt,infeſtarit. Vbiverò linteis deligaris,
ferulæ tibi circundandæ ſunt,vinculiſque
quàm laxiſsimis compræhendendæ,eate-
nus videlicet,vt quieſcant: neque ferula-
rum appoſitio ad compreſsionẽ brachii
quicquam faciat:poſt hæc & labor, & re-
creatio eadem, quæ in primis circuitibus
deligationum, fiant. Vbi verò tertio die
ſubſequente laxam eſſe deligationem di-
xerit,tũc déinde firmãdæ ferulæ ſunt, præ
cipuè ſupra fracturam. Et reliqua etiam
pro ratione exhibeãtur,ſi videlicet & de-
ligatio laxa magis fuerit, quàm compri-
mat.Craſsiſsimam enim eſſe ferulã opus
eſt,qua excidit fractura, non tamen mul-
tó.Danda autem opera eſt,ne vel è dire-
cto magni digiti ferula collocetur,ſed hac
vel illhac,vel è directo parui,quà os ad ma
nus articulum eminet, ſed hac vel illhac
conſtituatur.At ſi conferat vt ſupra fra-
cturam hac parte ferulæ aliquæ ponãtur,
breuiores hæ cæteris faciendæ ſunt, ne ad
oſſa,quæ ad manus articulum prominẽt,
pertingãt.Inde enim ne exhulceratio,ner
uorúmque denudatio contingat,periculũ
impendet. Tertio autem quoque die feru
lis admodum leniter confirmandum eſt,
eo conſilio, vt ferulæ cuſtodiendæ deliga
tionis cauſa apponantur: non deligentur,
vt comprimant. Si igitur probè noris in
prioribus deligationibus ſatis oſſa fuiſſe
dicta,neque pruritus aliqui infeſtent, neq;
vlla ſuſpecta exhulceratio ſit: deligatũ ita
cum ferulis permittendum eſt,quoad vi-
ginti dies exceſſerit. Triginta enim maxi
mè diebus cunctis connumeratis oſſa cu-
biti plerunque corroborantur.

Si talẽ fractã partem tertio die reddere poſſemus,
qualis plerunque ſeptimo euadit,ferulas ei tunc neceſ-
ſariò circundaremus: ſed quoniam, vt dixit ipſe,in ſe-
ptimo die etiã admodum tenuis reperitur, quo verbo
ſignificat eam tenuiorem,quã in ſana conſtitutione ſe

habebat priùs,euadere:propterea eo die diligentiſsi-
A mè compoſito,ac conformato membro, vtpote quod
oſſa iam laxa habeat,ferulas circũponi iubet. Ferularũ
autẽ vſus idẽ eſt,quẽ etiã plagularũ ſuperiùs diximus,
vt fractũ os cõtineatur. Os enim coaleſcere inter ſe, vt
caro,ob naturalem ſiccitatem cũ nequeat, callo circa
oras fractionis cõcreſcẽte,quaſi vinculo quodam quo
cohæreat,indiget. Cuius quidem calli ortus ex alimẽ-
ti fracti ipſius oſsis excremento exiſtit. Quòd ſi non re
ctè æger victu vtatur, vel plenitudinis habitu prędiτus
ſit,ſæpe id profuſum craſſo ſanguini perſimile totas
faſcias inficit. Quicquid igitur ex hoc excremento,dũ
efferueſcit,in labris fracti oſsis cõcreſcit:id mora tem
poris ab ipſo contingente oſſe immutatum ſimile oſsi
euadit, vocatúrque callus,ſeu tofus, Græcè πῶρος. Si
itaque oſsis fracti capita,atque oræ ipſæ dimoueantur
& quatiãtur,compreſſio eius, atque adhæſio impedi-
B tur. Idq; obſtat,quò minùs occalleſcere locus,ac ferru
minari queat. Quod enim lignis, quæ ſimul cõiungun-
tur,eſt glutẽ,id confractis oſsibus callus eſt, ut meritò
quæ callo conglutinandæ ſunt fracturæ, quiete ſumma
indigeant: quippe cùm ſi callus concreſcens agitetur,
& moueatur,diſſolui non ſecus,ac glutẽ,quo ligna cõ-
mittuntur,aut lac,quod coagulatur,ſoleat. Quietẽ au
tẽ hãc accuratiſsima cõpreſsio affert, quę & faſciis, &
iis,quę ipſas extrinſecus cõtinẽt,procuratur. Ipſas aũt
& multitudo linteorum,& ferulæ continent. Quæ ſe-
quuntur omnia,ſi quis mentem aduertat, clara ſunt.
Iubet enim,ſi alicubi laxa fiat deligatio,tertio pòſt die
ferulis conſtringendum eſſe:non tamen deligationem
totam reſoluendam,niſi fortè vel æger vehementi pru
rigine afficiatur,vel hulcerationẽ aliquã ſuſpicemur.
Cauſa autem cur inter initia maior,poſteà verò minor
C pruritus ſentiatur,affectæ partis exinanitio eſt. Cùm
enim ab excrementis vaporoſis egredientibus medio-
criter mordentur,pruriunt. Nam ſi vehementer mor-
deantur,cum dolore pruritus ipſis contingit. Quãdo
igitur vacuum membrum iam eſt,vel nullum, vel pau-
ciſsimum omnino huiuſmodi excrementum gignit.

42 Certum tamen nihil eſt. Valde e-
nim & natura à natura, & ætas ab ætate
differt.

Cũ nõ abſolutè ætatẽ ab ætate differre dixerit, ſed
Et cõiunctionẽ addiderit,alias quoq; eſſe cauſas ſigni
ficat,ob quas nõ omnes cubiti fracturę triginta diebus,
ſed ſeriùs aliæ, aliæ citiùs conſolidantur. Eſt enim &
tẽpus anni,& regio,& natura corporis, quod curatur
anni item conſtitutio, & victus ægroti, & deligationis
D modus, quæ omnia variationẽ afferunt. Citiùs enim
corroboraturos,id eſt,firmiter occalleſcit, cũ & mate-
ria,ex qua callus fit,mediocriter & quantitate,& quali
tate affecta eſt,& vis coagulantis ipſam facultatis eſt va
lida. In diutinã aũt morã incidunt fracturæ interdum
ob materiæ defectũ: quod enim pauciore tempore ob
copiã materiæ facultates efficiunt,id vt præſtent,ſi de-
ſit materia,diuturniorem moram requirunt: interdum
ob nimiã copiã: quippe cũ callus,qui cõcreſcit,ab efflu
ente humore,ſi multus ſit,& cõtinuus,dilui, atque ob-
rui cõſueuerit. Ac craſsitudo quidem materiæ idonea
eſt,vt concreſcat: in callùmque euadat. Tenuitas cõtrà
liquida,atque aquea,ad callum procreandum ineptior
eſt. Nam facultatem,ſi valida ſit,citiùs,ſi imbecilla,tar
diùs opus ſuum peragere nemini dubium eſt. Ob hæc
igitur contingit,vt diuerſis temporibus fracta oſſa cal

lum contrahant. Hæc autem ip ſa, quæ nunc dixi, ob ſuperiùs cōmemoratas cauſas immutari conſueuerunt. Amplior ſiquidē, & paucior materia, craſsior itē, & tenuior tū ex priſtina tēperatura vniuſcuiuſq;, tū ex aduētitia eo tēpore, quo quiſq; curatur, exiſtit. Accedit etiā victus, quo vtūtur ægroti, & modus deligationis, quo deligātur, ætas itē. & tēpus anni, & regio: ex quibus ſcilicet omnibus facultas & valida redditur, & imbecilla.

43 Vbi verò ſolueris, aqua calida perfundere, ac fouere oportet, & paulò minùs cōprimendo, quàm priùs, paucioribúſque linteis religare: & déinde tertio quoque die reſoluere item, ac minùs comprimendo, paucioribus linteis deligare.

A principio & multitudinē linteorū, & cōpreſsionis vtriuſq; ad ferularū circūdationē auxit, quas vbi appoſuit circa ſeptimū diē, quaſi firmū quoddā calli generationi iacere fundamētū vellet, vſq; ad vigeſimū ſine ſolutione membrum reſeruauit. Vbi verò cōcreſcit iam callus, nō ampliùs omnino in quiete ſeruādā fracturā cēſet: quippe cū nutriri debeat callus, cū iā firma radice adoleuit. Nutritio autem ſuppeditatione materiæ fit: quā ſicut à loco affecto ad alias partes à principio auertebamus, ita nunc aquæ calidæ perfuſione reuocanda eſt. Adde quòd cū inter initia eā prorſus, ne ad partē affectā afflueret, & linteorū multitudine, & compreſsione arceremus: nunc impedimenta hæc tolluntur, dum paulatim & linteorum copia detrahitur, & compreſsio laxatur.

44 Si autē, vbi ferulis deligaris, nō rectè repoſita eſſe oſſa ſuſpiceris, vel aliud quid vulneratum hominē moleſtet: in dimidia temporis parte, aut paulò antè ſoluēdum, ac religandum tibi eſſe ſcias.

Quæ ſuperiùs dixit, omnibus ritè, ac cōuenienter ſuccedētibus fieri monuit: ſed ſi interdū aut dolor aliquis oboriatur, aut hulcerationis timor incidat, aut ne vel rectè oſſa fuerint cōpoſita, vel motio aliqua in eis cōtigerit, ſuſpicemur: tunc reſoluendā nobis deligationē ante vigeſimū diē inquit. Atq; ita nos præmonet, ne quis perpetuū eſſe, quod priùs pręceperat, ratus, fracturas omnes vſq; ad vigeſimū diē ſeruare penitus immotas velit. Ad id enim, quod ſubinde vrget, ſpectare medicus debet: neq; tanquā legē inuiolabilem præcepta ſibi eſſe ſeruanda exiſtimare: præſertim ſi non conuenienter omnia euenerint.

45 Victus iis, quibus neque hulcera à principio cōtigerūt, neque oſſa extrà eminēt, ſubuulgaris ſit: pauciore ſi quidē victu vſque ad decem dies vtendū ipſis eſt, vt pote qui iam commorentur.

Veteres ferè omnes φαῦλον pro quolibet vili, ac ſimplici vſurpare conſueuerunt, cui exquiſitum, & exactū opponitur, quod ab Ionibus σκεθρὸν dicitur. Sicuti igitur exquiſitum victum σκεθρὸν vocat, ita qui contrarius ei eſt, φαῦλον, id eſt, ſimplicem, ac vulgarem appellat: & nunc eum, qui inter vulgarē, & exquiſitū medius eſt, ὑποφαῦλον, id eſt, ſubuulgarem nuncupauit. Exquiſito igitur victu eos vti vult, qui à principio fracturā cum hulcere patiuntur, & præcipuè ſi extra cutem confractum os prominet: ſimplici, & vulgari, eos, qui citra periculum conſtituti ſunt: ſubuulgari, & medio, eos, qui fracturam abſque hulcere, & oſsis prominentia habēt: in primis videlicet diebus. Primorum autem dierum terminum ſtatuit decem, non quòd vel tempeſtiuius, vel ſeriùs immutare conſentaneè victum non valeamus, ſed quia plerunque ita faciendum eſſe contingit. Propterea autem medium adhibendum victum cenſet, quia neque magnum eſt periculum, ſicut cùm denudatum etiam os fuerit: neque adeò in tuto res eſt, ſicut cùm quis hulcus ſimplex in carne abſque oſsis fractione vlla habet. Iis itaque, qui medio modo inter periclitantes, & periculo vacantes affecti ſunt, mediū quoq; victum ſtatuit: præſertim cū etiam qui confractam manum habent, vſque ad decimum diē prorſus quieſcāt, atque otientur, quod ἐλινύειν, id eſt, commorari Iones vocant: qui autem otiantur, & quieſcunt, exquiſitiore victu vti, quàm qui mouentur, conſentaneum eſt. Poſt decimum igitur diem cùm plerique manu iam appenſa obambulent, merito vſque ad illum diem, medium victum adhibendum conſulit: vtpote qui iam commorentur, id eſt, quieſcant, & otientur. De tempore autē vt plurimum Iam, particulam ponere conſueuerunt. Eādē etiam ſtatuunt, cùm probationem quandam, & cōfirmationem ſignificare volunt: vt ſi dicamus, & alia, & iam hoc credendum eſt, ſeu faciendum. Quem in modum hìc Hippocrates videtur poſuiſſe: vt talis oratio eius euadat, Victu mediocri vſque ad decimum diem vtendum eſt, cùm ob alia, tum iam etiam, quia æger eo tempore prorſus quieſcit.

46 Obſoniíſque mollibus, quæ deſcenſui mediocritatem præſtent.

Vel ptiſana videlicet, vel beta, vel malua, vel atriplice, blito item, & cucurbita, necnō piſcibus, qui molli carne ſunt.

47 A vino verò, & carnis eſu abſtinendum eſt.

Docuit ipſe exquiſiti victus formam, & ſubuulgaris quoque, quem nunc vſque ad decimum diem exhibēdum cenſet. Qui cum vino, & carne fit, vulgaris eſt: qui cremorem tantùm ptiſanæ, & aquam mulſam admittit, bonus, atque exquiſitus: medius verò inter hos vtroſque eſt, quem modò dixit: obſoniis mollibus, inquiens, quę deſcenſui mediocritatem præſtent.

48 Déinde tamen ex additione reficiendi ſunt. Atq; hæc quidem oratio quaſi lex iuſta de fracturarum curatione conſtituta eſt.

Refici, ac reſtaurari eum, qui fracturam habet, poſteà conſulit. Ex additione autem dixit, vt ſignificet paulatim id eſſe faciendum. Quod enim copioſè, & repentè vel replet, vel euacuat, vel aliud quippiam facit, vituperare conſueuit.

49 Quóq; modo tractare debeamus, & quo modo à iuſta tractatione euenire oporteat. Si quid autem non ita euaſerit, ſciendum eſt, aliquid vel minus, quā decebat vel plus in tractatione fuiſſe effectum.

Iuſtam tractationem vocat eam, quæ omne id, quod

ægroto conuenit, attribuit, nihílque tranſgreditur quod ſibi faciẽdum ſit. Tractationẽ verò, id eſt χάειξιν, vel ex manu operationem, & chirurgiam appellat: vel omnem abſolutè rerum omnium adminiſtrationem. Quippe cùm Græci non ſolùm ea, quæ manibus com præhenduntur, verũetiam omnia, quæ agũtur, μεταχειρίζεσθαι, id eſt, tractari, atque ad miniſtrari dicant.

50 Prætereà hæc inſuper in hoc ſimplici modo aduertenda ſunt, quæ non admodum curare medici vidẽtur: cũ tamen omnẽ curam, & meditationem, omnémq; deligationẽ corrumpere, ſi nõ rectè fiant, poſsint.

Simplicem modum & fracturę, & luxationis eum vocat, cũ neque hulcus contigit, neque os aut fuit denudatum, aut multas in partes contritum, quod fracturæ genus farinatim factum recentiores appellant. Horum ſi quidem omnium ſimplex modus nõ eſt, ſed ille tantũ, cũ fracturæ, aut luxationi nihil aliud inſuper acceſſit. Se enim vti hac appellatione in hunc ſignificatũ hoc eodem in libro declarat Hippocrates, cũ nõ poſt admodum multa ita ſcribat: At quibuſcunque ſimplici modo fracta oſſa ſunt. In hoc igitur ſimplici modo fracturarum paruus quidem ſpecie, ſi quis tamen diligẽter omnia inſpiciat, vi maximus error committitur. Hoc enim neglecto omnis priùs habita diligentia corrumpitur. Atq; hoc quomodo fiat, déinceps docebit. Aliter autem eadem electio ſcribitur hoc pacto, cùm tamẽ omnis cura, & meditatio, omníſq; deligatio corrumpi, ſi non rectè fiat, poſsit. vt intelligamus diligentiam eum damnare, ſi malè adhibeatur, quippe quæ cætera quoque omnia, quæ circa affectam partem bene fuerant adminiſtrata, corrumpere valeat.

51 Nã ſi vel oſſa vtraque cõfracta ſint, vel inferius tantummodo, & cui deligatio adhibita eſt, is mitella quadam manũ habeat appenſam, mitelláque ipſa ea parte, qua eſt fractura, plurimũ contineat, ita vt hinc & inde manus dependeat: in hoc alterum os in ſuperiorem partem diſtortum depræhendatur, neceſſe eſt.

Vult te inſuper diligẽter inſpicere qualíſnam totius manus appenſio futura ſit, cùm non ampliùs iacet homo, ſed iã deambulat: hoc eſt, poſt decimũ diem. Ante enim vt plurimũ iacuit manu depoſita ea figuratione, quã ſuperiùs didiciſti, qua extremã partẽ altiorem paulò detinebat. Quãdo verò iã deãbulat, collo ſicuti fieri cõſueuit manũ appẽſam geſtans, mitella ei circũiicienda eſt, ita lata, vt totum cubitũ ęqualiter ſuſtentet: ne ſi vlla ſui parte pẽdulus extra eã relinquatur, ea parte os eius déorſum incuruetur, & diſtorqueatur. Priùs enim, quã affectũ fuiſſet os, cõtinuũ totũ, atque vnum erat. Quando verò cõfractione cõtinuitatẽ amiſit, tũc fieri poteſt, vt altera eius pars ſuppoſita mitella firmetur, ac ſuſtentetur, altera, vtpote quæ nõ ampliùs continuata cũ ea ſit, in inferiorẽ partem declinans diſtorqueatur. Poteſt itẽ & eiuſdem partis interdum alterũ caput ob prauè ſubiectã mitellã, quæ ipſum ſolũ ſuſtentet, altum permanere: alterũ verò déorſum propendẽs eã in partem diſtorqueri. Quatuor igitur modis prauè mitella cubito ſubiici cõſueuit. Primũ, quando fracta

Calen.

tantũ pars ab ipſa ſuſpẽditur, ac geſtatur: quæ verò ex
A vtraque parte ſunt, propendent. Secundò, cũ extremæ cubiti partes, & ſuperior iuxta gibbum, & inferior ad manus articulum firmatæ bene mitella ſunt, media verò ſine ſuſtentaculo depẽdet. Tertiò, & quartò, cũ vel anteriora cubiti ſola, vel poſteriora ſola mitella ſuſtẽtat. Ex his quatuor modis duos tantummodo cõmemorauit Hippocrates, qui quidem maximè etiam mẽbrum diſtorquent. Alteros duos omiſit: quippe qui cũ illis intelligi facilè poſsint. Ex his verò duobus, quos refert, alter in propoſita hac oratione exponitur: in qua primùm docet intelligere nos id debere, ſiue vtraque cubiti oſſa fracta fuerint, ſiue alterũ tantùm, quod inferius eſt, qui propriè cubitus nuncupatur. Quãquã hoc commune vtriſque modis eſt, de quibus ſermonẽ eſt facturus. Sed illa ſunt propria: prioris quidem de quo nunc agit, quòd ſubiecta cubito mitella anguſtior
B cũ ſit, quã vt totũ mẽbrũ queat ſuſtẽtare, ſolã partẽ fractam ſuſpendit, poſterioris, quòd ecõtrario mitella cũ ex vtraqua parte attollat, ſolam partem fractã in ſuſpẽſam relinquit. Diſtorqueri antẽ inquit priori modo cubitum ſurſum: ſecundo modo déorſum, ſicut in ſequẽti oratione declarabit: priori verò modo diſtortionẽ in ſuperiorẽ partẽ fieri ita oſtenditur: cùm pars fracta à mitella ſuſtentetur, reliquę vtrinq; déorſum tendant, propterea quòd nullã firmã ſedẽ habeant, efficitur, vt quod à mitella geſtatur, altiori loco callo conferruminetur. qua autẽ figura membrũ occalluerit, eandem reliquo omni tempore cõſeruat: adeò vt ſæpe nos quæ ita fuerũt diſtorta, iterũ ad principium cogamur reuocare: atque extẽto denuò mẽbro fracturã rurſus eãdẽ efficiamus. Nã, ſicut priùs iam diximus, nõ vnitur, & coaleſcit vnquã os, ſed à callo circũcreſcente còlliga-
C tur, & cõferruminatur. Vbi igitur id extẽdẽdo diuellimus, rurſus curamus, vt in conueniente figuratione calli cõglutinatio efficiatur, nõ vniri autẽ prorſus, & coaleſcere inter ſe, quæ fracta ſunt, oſſa, in aliis quoque animalibus cõſpicere potes. Nã ſi alíquãdo vel ſuum, vel aprorũ, vel boũ, caprarũ itẽ, & ouiũ, quinetiã gallorũ, aut gallinarũ os aliquod callo conferruminatũ depræhenderis (depræhendes autẽ multa, ſicut etiam nobis contigit, ſi id ſtudioſè inueſtigaris) deraſo circuncirca callo fracti oſsis capita inter ſe appoſita tantũ cernes, nõ vnita, & coalita, vt caro in vulneribus conſueuit. Cur aũt ſi vtraq; cubiti oſſa fracta ſint, & id quod propriè cubitus dicitur, & alterũ quẽ radiũ vocant, maximã membri diſtortionẽ ex prauæ ſuſpẽſione fieri cõtingat: ſi alterũ tantũ fractionẽ paſſum ſit, id eſt, cubitus, mẽbrũ minùs diſtorqueatur: ſi in radio fractura euene-
D rit, nulla omnino diſtortio accidat, etiã ſi prauè appenſio adhibita fuerit, nõ difficulter reperies, ſi ea, quæ dixit, memoria teneas. Subiectũ enim, & ſubſtratũ os, vt inquit, qui eſt cubitus, loco ſedis, ac fundamẽti ſuperiori fracto iacet: atq; ita diſtortionẽ eius prohibet. Si verò cubito fracto radius illęſus permãſerit, ſi rectè quidem deligetur, dirigere etiã ſecũ quodã modo cubitũ poteſt: cõtinere tamẽ ne penitus diſtorqueatur, ſi in appenſione peccet medicus, non poteſt: propterea quòd in inferiore loco conſtitutus cubitus nihil habet, niſi deligationem, quæ ipſum ſuſtentet.

52 At ſi fractis oſsibus, & ſumma manus, & pars iuxta gibbũ cubiti, mitella ſuſtineatur, reliqua autẽ cubiti pars ſuſpẽſa nõ ſit, in inferiorẽ partẽ os diſtortũ inuenietur.

Secundum ex quatuor modis, quos modò ſuperiùs

commemoraui,nunc docet,qui contrarius primo est. Illo enim à mitella solus fracturæ locus sustentabatur. Nunc aliis omnibus partibus suspensis sola ea, in qua est fractura, ingestata relinquitur. Quẽadmodum igitur in superiùs commemorata appensione,quia sustentata à mitella membri pars fracta sublimior, reliquæ omnes vtrinque depressiores, atque humiliores permanebant: meritò distorqueri in superiorem partem totum cubitum dixit;ita nunc vbi fractura sola à mitella non sustentatur, ea pars membri sola,cùm déorsum fluat, inclinatur, ac deprimitur, atque vt incuruetur cubitus eo loci, ac callo obducto in inferiorem partem distorqueatur, facit. Atque hæc tota propositæ huius orationis sententia est. Duæ autem huius orationis lectiones reperiuntur, quæ verbis quidem ipsis maximè inter se contrariæ videri alicui possunt:si quis tamen diligenter aduertat, in rebus cõsentiunt. Nam cùm nonnulli suspensum cubitum, id est, μετέωρον, in sustentatum intelligãt, qui solo aere gestetur:alii verò ecõtrario suspensum pro mitella sustentato accipiant,eò quòd qui extra mitellam est, déorsum inclinetur,humiliórque efficiatur, quod contrarium suspenso sit:meritò duæ lectiones verbis inter se repugnantes,re autem,& sensu inter se consentientes euaserunt. Cùm enim verbum,Suspensum, in cõtraria significata ab explanatoribus trahatur: iure fit,vt alii sine negatione,Reliqua autem cubiti pars suspensa sit.alii cum negatione legendum censeant,Reliqua autem cubiti pars suspensa non sit. prout vnusquisque verbum hoc interpretatur.

A 53 Oportet igitur vt mitella molli, quæ latitudinem habeat,& plurimam cubiti partem, & articulum ipsum manus æqualiter suspendamus.

In hac oratione prætermissas reliquas duas appẽsiones significat:eas,inquam, quæ commune illud habẽt, quòd in extrema cubiti parte mitella subiicitur: proprium verò,quòd vel iuxta gibbum tantùm cubiti, vel iuxta manus tantùm articulum eadem mitella supponitur. Nam cùm antè dixerit,cùm circa solam fracturã circumiicitur mitella,& cũ vtrisque extremitatibus applicatur,& posteà in hac oratiõe moneat plurimam cubiti partem,& articulum manus æqualiter à mitella sustentari debere:manifestè declarat,se reliquas duas appensiones,quæ non rectè sese habent,damnare:quippe B cũ neutra ipsarum articulum manus simul, & plurimã cubiti partem æqualiter firment. Sed propriam tamen de his doctrinam nullam tradit:pręcipuè quidẽ, quia, vt dixi,cum prædictis intelliguntur: déinde propterea quòd si deligatio rectè facta sit,paruã admodum hæ læsionem afferre consueuerunt. Antè dictæ vero duæ appensiones ob id valde prauæ censebantur, quòd pars fracta cõtrario modo,quàm vtræque adiacentes, afficiebatur:cùm aliquando ipsa sola,nulla alia sustentata, sursum traheretur: aliquando déorsum cæteris subleuatis sola ipsa dependere permitteretur.

CLAVDII GALENI IN Librum Hippocratis De Fracturis Commentariorum, Liber Secundus.

1 SI aũt brachiũ fractũ fuerit.

A Nonnulli ex iis,qui librũ hunc explanarunt,sicut in superioribus, modò totum membrum,quod inter duos articulos,gibbi cubiti videlicet,& manus porrigitur, modò longius ex duobus eius ossibus cubitũ appellabãt;ita brachiũ aiũt ab Hippocrate nuncupari,& mẽbrũ,quod est inter humeri & cubiti articulũ,& os,quod in ipso continetur. Alii mẽbra quidẽ ita nominari asserunt, sed ossa ipsa habere appellationẽ hãc negant:quippe cũ ita nos quoq; dicere consueuerimus. Illi caput vulneratum est,aut mala,aut nasus, siue in sola cute læsio ipsa contigerit, siue altiùs penetrarit,vt vel membranam musculi,vel neruum, vel arteriam,vel venam offenderit:sic cùm dicimus brachium fuisse hulceratum,affectionem eam in brachio contigisse declaramus, quod hulcus vocatur. Quoniam verò in ratione hulceris caro compræhenditur, eam,licet propria appellatione non expresserimus,hulceris tamen vocabulo significamus:quippe cùm quæ in carne contigit, diuisionem,hulcus vocemus:ita vt cùm dicimus,Dioni,si ita inciderit, brachium fuisse hulceratum,carnem tantummodo brachii significemus. Eodem modo cùm fractum eidem brachium dicimus,affectum eum passum esse ipsum ostendimus,quam fracturã vocãt. Vnà verò cũ fractura necesse esse aiũt, vt os quoque intelligatur. Sed enim hoc cùm in nomine tantùm,& significato altercationem habeat,neq; prodesse nobis,neq; obesse ad fracturæ curationem quicquã potest. Quæ sequuntur,curationẽ, quæ fracto brachio adhibẽda est,nobis tradũt. Quę sanè,vt mihi quidẽ videtur,plana omnis,ac clara est,non secus atq; alia, quę

super

superiùs de cubito scripsit. Nam illa quoque præter paucissima quædã, dilucida fuerunt, Tametsi nos, dũ singulorum, quæ ab eo fieri iuuebantur, causas apponeremus, produximus orationem: quod licet à proprio explanationis munere aliquantulum abeat, consuetum tamen, vt dixi, explanatoribus est. Verũtamen cũ has easdem ipsas rationes alibi ipse breuibus explicarit, neque nos hîc apponẽdam earum inuentionem, sed ordinem immutandum nobis esse duximus. Hîc verò & per se considerata oratio manifesta est, & singulorum causam superiùs antè dictam habet, vbi de cubito agebatur: quippe cùm hæc ad ea quoque referantur, quæ generatim ibi consuluntur. Primùm totius manus & brachii figuratio est, déinde extensio, posteà conformatio, post quam extremo loco positio succedit: siue aliquo modo collocetur, siue appendatur. His igitur præcognitis, si pauca aliqua occurrerint, quę aperta nõ sint, in sequentibus explanabimus.

2 Et distentam manum quispiam protrahens in eã figura extendat: musculus brachiis distentus deligabitur, atque ita efficietur, vt cùm, qui deligatus fuerit, cubitum inflexerit, musculus brachii aliam figuram habeat.

Huic orationi addenda ea sunt, quæ superiùs dicuntur: cùm post deligationem musculus brachii aliam figuram acquirit, fieri vt nonnullæ ipsius partes violenter à fasciis comprimantur, alię laxas eas, & diffluentes habeant: atque inde cõtingere, vt ex compressione inflammatio oriatur: ex laxitate membrum ipsum distorqueatur: quare figurationem manus minimè esse mutãdam: sed eandem semper seruandam à principio vsq; ad finem, sicut etiam priùs dictum fuit. At si in ea figura, qua deligaris, manum conserues: sicut nulla deligationis pars aut laxior, aut adstrictior reddetur: ita quia ipsa figura praua est, vt superiùs demonstrata fuit, dolorem afferet, atque ex eo inflammationem excitabit.

3 Iustissima igitur brachii extensio hæc est: lignum cubitalis longitudinis, aut paulò breuius, cuiusmodi manubria ligonũ sunt, ex vtraque parte catena deligatum suspendendum est. Tum hominis in sede alta collocati brachium transferendum est, sicut sub ala manubrium aptetur, ea moderatione, vt vix considere homo queat, sed ferè suspensus maneat. Posteà aliquid aliud stabile apponendum, superiecto scorteo puluino, aut vno, aut pluribus: quo ei altitudini satis sint, vt cubitus ad rectum angulum obliquetur. Optimũ quidem est, vt corium aliquod latum, & molle, aut mitellam latã circuniiciamus, atq; inde ex magnis ponderibus aliquid appendamus, quod intendere mediocriter valeat. Sin minus, homo aliquis præua-
A lens ea figuratione seruata cubiti ad brachium déorsum vrgendo compellat.

Iustitiæ naturalis esse, vt proprium vnicuique non ex lege, sed natura ipsius attribuatur, & in philosophia demonstratum, & superiùs etiam dictum iam est. Dictũ item prætereà fuit, iustã esse figurationẽ eam, quę singularum membri partium proprium situm seruaret: eandémq; dolorem minimè omnium aliarum afferre: quę in brachio est, cùm quis cubitum ita figurat, vt rectum angulum cum brachio efficiat. Iubet igitur vt homo, figurato ita brachio, in sede collocetur: atq; ante ipsum trãsuersum lignũ prætendatur tantũ, ac tale, quanta, ac qualia ligonum manubria esse consueuerunt. Σκαφία enim rustica instrumenta appellat, id est, ligones, qui-
B bus terra foditur, inter quæ sunt etiam, quæ bipalia vocantur. Hæc à comminuendis glebis μινύαι ab Atticis, id est, rutra nuncupantur. Vult autem prætentum hoc lignum immotum permanere, ita vt neque sursum, neque déorsum in opere ipso transferri queat: id quod fiet, si catenis ex vtroque capite annexis sublimi alicui loco suspendatur. Supra hoc transmittere brachium ægrotantem hominem iubet, ita vt transuersum manubrium alę impingatur. Homo autem ipse, cuius brachiũ factũ est, ita altè debet sedere, vt ferè suspẽsus sit. Vult enim eum sedere, vt operationi sufficiat, & non stando delassetur, non tamen depressum, atque humilem esse, sed ita, vt quàm altissimus quisque esse sedẽdo potest. Quin etiam medici ipsius causa, vt rectè stando operetur, & non plerumque inclinari déorsum cogatur ipsi quoque, qui curatur, melius est, vt ita sedeat. Nam cũ
C ægrotantes in huiusmodi manuum extensionibus dolore affici consueuerint, fit vt proptereà attrahentes sequantur, & sese attollant, neque ampliùs pristinã sessionẽ suã seruẽt: atq; inde intentio omnis resoluatur. Quod ne fiat, in extremo termino altæ sessionis hominẽ ferè suspensum collocandũ censet: vt si paulò attollatur, stet: quod si fecerit, neque seipsum latere, neque alios possit: cũ verò nõ lateat, rursus in pristinã figurã & ab aliis, & ex se ipso etiã facilè reducatur. Illud quoque accedit, quòd iis, qui ita sedent, si stare velint, quã minima: humiliores, quã maxima mutatio fit: vt cũ lęsio aliqua ex mutatione illa eueniat, minima, si altè quis sedeat: maxima, si humiliter, euentura sit. Perspicuum etiam est, eum ligno transuerso sub ala vti ea de causa, ne dum manus extenditur, homo sequatur, atque ita intentionem resoluat. Id quod nos absque ligno sæpe-
D numero facere consueuimus, laqueis sub alam circumiectis: quorum sanè capita retro intendenda sunt. Tum aliorũ laqueorũ circumpositione in vtranque partẽ os fractũ distendimus, si manu facta intentio imbecillior sit, quã conueniat. Nã ea aliquando sola sperandũ est vt res succedat. Quemadmodum in pueris, vbi nullis laqueis est opus, ac multò minùs machinis axes habentibus, quibus capita laqueorũ circũuoluendo efficere vehementiorẽ distentionẽ solemus. Sed hoc modo distentionis in luxationibus plerumque vtimur. Hic autem, quem nunc adhibendum cẽset, huiusmodi est: vult vt cubitus super aliquod aliud innitatur stabile, quod ἔφεδρον vocant, id est, eiusmodi stabilitatis, vt in eo desidere quispiam firmiter queat: supra quod scortei puluini iniiciãtur: déinde ab inferiore extremitate brachii iuxta cubiti gibbum ponderosum aliquid appendi iubet. Magnorum, inquit, ponderũ aliquid, id est,

ϛαθμίων

σαθμίων. Ea autẽ ſunt, quibus vti conſueuimus, libralia pondera ex ære, aut ferro, aut plũbo conſtantia. Priùs tamẽ latum aliquod lorũ, & molle, aut mitella aliqua valida ea parte circumiicienda, ex qua pondera hæc appendantur.

4 Medicus verò rectus ſtans altero pede altiori loco firmato operetur, palmíſque os componat. Facilè autem componetur, & dirigetur, propterea quòd bona hæc extenſio eſt, ſi quis eã rectè præparárit. Deinde iniectis faſciæ initiis ſupra fracturam deliget. Et cætera omnia, quemadmodum priùs monuimus, pertractet, & interrogationibus iiſdem ſciſcitetur, & iiſdem ſignis vtatur, moderaténe ſe habeat, nécne. Et tertio pòſt die ſoluat, & religet, & magis comprimat.

Hunc habitum, vtpote ſtabiliorem, ac firmiorẽ operanti eligit: quemadmodum in libro De iis, quæ in medicatrina aguntur, docuit in hunc modum ſcribens: Si verò ſtet, vtriſque quidem pedibus ex æquo inſiſtere oportet, ſed agere altero inſcendentem, qui vtique ex parte operantis manus non ſit.

5 Et ſeptimo die, vel nono ferulas circũdet. Et ſi non rectè poſitum eſſe os ſuſpicetur, intra hoc tempus reſoluat, & vbi rectè compoſuerit, religet.

Id quod ſuperiùs in cubito intelligendum tibi eſſe dixi, nunc quoque eſt dicendum: Si omnia ritè euenerint, in hoc præſcripto temporis ſpatio ferulas tibi eſſe iniiciendas; ſed in cubito ſeptimo tãtummodo die deligari ferulas iuſsit. In brachio verò diſiunctiua copula vſus: ſeptimo die, inquit, vel nono ferulas circundet. Ob id videlicet, quod ob magnitudinem muſculorum brachii longiorem temporis moram partes circa fracturam requirunt, vt graciles prorſus, ac rugoſæ reddantur. Tunc enim vbi eiuſmodi euaſerint, apponendarum ferularum occaſionem eſſe demonſtratum eſt.

6 Corroboratur maximè brachii os in quadraginta diebus, quos vbi exceſſerit, ſoluendum, ac minùs comprimẽdum, paucioribúſque linteis deligandum eſt, exquiſitioréque quodam, quàm prius, victu, atque eo diutiùs vtendum eſt: quandiu autẽ, ex tumore, qui in ſumma manu extitit, coniectabis, vires eius ſpectans.

Callo colligari, ac cõferruminari ſeparatas fracti oſsis partes corroborari appellat, ſicut etiam ſuperiùs in cubito. Quantò autem maius brachii os eſt, quàm cubiti, tantò etiam longius temporis ad callum contrahendum requirit. Reliqua omnia ex iis, quę de cubito dicta ſunt, patent: vt nulla noſtra explanatione indigeant.

7 Aduertere inſuper etiã hoc oportet, brachium in exteriorem partem incuruatum naturâ eſſe: atque idcirco, ſi non rectè

A curetur, ſolet diſtorqueri. Nã reliqua etiã oſſa, quæ natura ſunt diſtorta, vbi fracta ſunt, ſi non bene fuerint curata, diſtorqueri in eandem partem conſueuere. Quapropter opus eſt, vt cùm tale quid ſuſpicamur, mitella lata brachium circuncirca compræhẽdamus, ac circa pectus deligemus: atque vbi quieſcendum eſt, inter cubiti gibbum, & coſtas plagulam aliquam multiplicẽ, aut tale aliquid ſupponamus. Hoc enim modo incuruatio oſsis dirigi poſſet. Cauendum tamen eſt, ne nimis in B interiorem partem vergat.

Quæ hac in oratione dicuntur vſque ad finem, vbi de brachio agit, omnia perſpicua ſunt. Nam & cauſam diſtortionis in exteriorem partem ipſe explicat: & quo modo ex propulſione in contrarium dirigatur, docet: tum plagulam multiplicem inter coſtas, & cubiti gibbum ea cauſa interiiciendam iubet, ne brachium coſtas attingat, ſed locus medius intercedat, in quem compulſum brachium à conſtringente mitella corrigatur: dũ naturalis curuatura in exteriorem partem diſtorta ex depreſsione in interiorem partem reſtituitur.

DE PEDE ET MANV.

8 Pes hominis multis ac paruis oſsibus, non ſecus, ac ſumma manus conſtat.

C Conuenientia partibus totius manus, & brachii cũ cruris partibus quædã eſt. Quod enim in manu eſt brachiũ, id in crure eſt femur. Quod in manu cubitus eſt, in crure eſt tibia. Sic ſumma manus pedi correſpõdet. Sed nullum nomen proprium ſummæ manus habent Greci diuerſum à manu, ſicut pes diuerſa à crure appellatione nũcupatur. Meritò ergo pedem abſolutè dixit, neque addidit ſummum, manum verò ſummam vocauit, vt à tota manu, quæ brachium etiam totum apud Græcos compræhendit, diſtingueret: ſed hæc de nominum vſu ſatis, de rebus ipſis iam dicamus. Sequebatur, vt ad ea quæ ſuperiùs dixit, de ſumma manu tractationem ſubiungeret: ſed ipſe non de ea ſola, ſed de pede quoque ſimul agit: ac plura etiam de eo dicit, propterea quòd pes maiorem diligentiam poſtulat. Ex multis D igitur, ac paruis oſsibus hæc conſtare inquit: at nos duris etiam adiungemus. Medulla enim carent, ac fiſtuloſa minimè ſunt, paruis lapillis perquàm ſimilia. Sicut autem totum brachium toti cruri reſpondet, ita manus cum pede conuenientiam habet. Qualis enim in manu eſt prima pars palmæ, quæ καρπὸς dicitur, talis in pede prima pars plantæ eſt, quam ταρσὸν vocant. Qualis item in manu palma eſt, id eſt, μετακάρπιον, talis in pede eſt planta, ſeu ſolum. Digitorum conuenientia, etiam ſi ego nihil dicam, ſatis clara per ſe eſt. Præter hæc in pede oſſa calcis ſunt. Vnde longior etiam de pede ab eo tractatio fit, quã de manu: quippe cũ quæ cõmunia cũ manu habet pes, priùs cõmemoret, déinde quę propria déinceps ſubiungat. Prima igitur pars palmæ octo, palma ipſa quatuor, digiti tribus ſinguli oſsibus conſtituuntur: vt omnia manus oſſa ſeptem & viginti ſint. At in pede digitorum oſſa quatuordecim habentur:

duobus

duobus enim tantùm magnus eius digitus cõstat, quinque plantam explent: atque ita simul omnia totidem, quot in manus palma, & digitis, id est, decem & nouem sunt. Nam licet palma vno osse à planta superetur: digiti tamen manus vno osse digitos pedis excedunt: atque idcirco vtræque partes pedis vtrisque manus partibus pari ossium numero adæquantur. Præterea in manu prima pars palmæ octo constat ossibus, in pede prima pars plantæ simul cum calce, & talo, & tesserali, & nauiculari, octo etiam ipsa ossa habet. Ac calcis quidem os maximum omnium, quæ in extremis his membris reperiũtur, & talo, & tibiæ substratum, totum fermè, quãdo stamus, corpus sustentat: ab anteriore verò parte cum tesserali, seu quadrato osse, quod κυβοειδὲς dicunt, dearticulatur, quemadmodum tali caput cũ nauiculari, quod σκαφοειδὲς nuncupatur. Quibus vtrisque alia, quæ in prima parte plantæ præcipuè sunt, dearticulatione annectuntur. Et si quis velit talum pedi attribuere, in vtraque extremitate membrorum, id est, tam in manu, quàm in pede idem numerus ossium reperietur: vt modo docendi, non ipsa rerum naturâ inter se discordes sint, qui vigintiseptem esse in pede ossa, & qui sex & viginti esse tantummodo asserunt. Si enim pedi talũ adscribas, septẽ & viginti: si eũ à pedis numero auferas, sex & viginti ossa tantùm erũt. Hac de causa igitur rectè dixit, Pes hominis ex multis, & paruis ossibus, non secus, ac summa manus constat, vtpote ad eos sermonem habens, qui introducuntur, & dissectionem iam viderunt, atque in memoriam eis reuocans ea, quæ ad præsentem rem vtilia iam didicerũt. Non enim scire tantùm oportet ex multis, & paruis, & duris ossibus vtrãque ex his partem esse constitutam, sed insuper & figura, & magnitudo singulorum, & respectus, quem cũ vicinis habent, quæ positura appellatur, memoria repetenda est: vt cũ ex propria sede aliquod ex his ossibus exciderit, promptè ei occurrere valeamus.

9 Frangi autem non admodum ossa hæc consueuerunt, nisi vnà cum corpore ab acuto aliquo, aut graui vulnerato. Sed vulnerata vt curanda sint, in hulcerationum loco dicetur.

Χρῶτα, quod hic corpus dictum est, Iones appellãt quicquid carnosum corporis nostri est: in quo maximè genere cutis, & musculi sunt, déinde membranæ, & viscera. At ossium genus χρῶτα non vocant, sicut neq; cartilagines, neque copulas. Ita quoque Homerus vsus nomine hoc videtur fuisse, vbi inquit:

Semper erit firmum generi ipsi corpus, & acre.

Et alibi.

Ne flens ipsa sibi corpus laceraret honestum.

In antè dictis igitur membris, quæ sunt pes, & manus, nõ admodum frangi ossa solere absque hulcere inquit. Quod enim ait, vnà cum corpore vulnerato, idem significat, ac si cum hulcere dixisset: neque refert in præsenti oratione hulcúsne, an vulnus dicatur. In manu autem, & pede paucissima carnulentia est, sicut in brachio, & femore, quàm plurima. Quocirca cùm extrinsecus aliquid in manũ, & pedem incidit, quod confringere ossa ipsorũ queat, partes hæ facilè patiuntur. Fractionis enim quatuor maximè generales causæ sunt. Nam vel aliquid est, quod contundere potest, si vehementi impetu deferatur. Id autẽ proculdubio corpus aliquod esse debet, quod durum substantia sit, & mole non exiguum: vel aliquid, quod cutem solam, vel quod A aliquid etiam, quod subest cuti vsque ad ossa, vel quod ossa etiam ipsa diuidat: quod sanè malum ipse ἔδραν, quasi desessionem dicas, in libro De vulneribus capitis, vocat: quinetiam ex alto aliquo loco desiliẽtes nõnulli vel tibiæ, vel femoris os fregerunt, quæ sicciora ipsis neque admodum densa fuerint. Nam in palestra nos quoque vidimus ex circuntortione. Ita enim clarè dici posset, fracturam contigisse, in quodam, cui, cùm fracta esset tibia, vnà cum sura, magno cùm vulnere ossa denudata sunt. Fractura enim ea euenit, cùm tibia cruri aduersarii luctantis per transuersum fuisset subiecta, ita vt vtraque eius capita & iuxta pedem, & iuxta genu déorsum violenter deprimerentur, id, quod in lignis quoque, quæ à nobis ipsis circumtorquentur, videre licet. Si enim ligna supra femur nostrum imposita ex vtroque capite déorsum vehementer manibus vr- B geamus, frangi ea in media parte cernemus. Quemadmodum igitur neque magnum, neque validum, sed paruum, & imbecillum lignum circuntorquere, ac frangere hoc modo solemus, ita si os infirmum sit natura, simili luctatione, atque operatione medium dirumpi cõsueuit. At talis modus fracturarum in ossibus manus, & pedis non contingit. Neque etiam si ex alto desiliant, neque si in terram deferantur, neque si violenter pedem diuellant. Huiusmodi enim ictibus copulæ potius ossium, quàm ossa ipsa franguntur: id, quod ipsis cùm ob paruitatem, tum ob duritiem magis euenit. Adde quod neq; extrinsecus aliquid vehementer ipsis impingens, facilè ea potest confringere, nisi & durius ossibus ipsis sit, & magnitudine satis amplum. Eiusmodi enim cùm est, neque cuti parcit, quemadmodũ neq; cũ acutum est quod percutit. Id enim cũ diuidat, & se- C cet, priùs ossa afficit, quàm ipsa attingat. Vnde meritò dixit ossa hæc absque hulcere, non frangi. Quoniã verò de fracturis cum hulcere in sequentibus tractaturus est, horum sermonem in eum locum differt.

10 Si verò quid è sede sua motum fuerit, aut digitorum articulus, aut aliud aliquod os primæ partis plantæ, pellendum vnumquodque in suam sedem est, sicut & ea quæ in manu sunt.

Non quia prædixerit aliquid de ossibus, quæ in manu sunt, nũc ait, sicut & ea quæ in manu sunt. sed perinde, ac si ita dixisset, pellẽdũ vnumquodq; os pedis in suã sedẽ est. Et similimodo etiã in manu faciendũ est. Legitur autẽ in nõnullis, Pellẽdũ, in aliis Depellendũ, D id est, déorsum pellẽdũ. Nã reponendũ in propriam sedẽ os esse inquit, quod motũ fuerit. Mouetur autem os, cũ, quæ ipsum eũ vicinis colligant, copulæ abruptæ fuerint: sed nõ omnes tamẽ, quæ os circũcirca cõtinẽt abrũpuntur. Raro enim prorsus id fit, vt relicta tota sua sede os læsum ad cutẽ resiliat: & maximè si laxa sit, vt moti ossis impetui resistere nequeat. Propterea enim in inferiorẽ pedis partẽ prominere motum os plerumque nõ solet, quia crassa, & dura cutis ibi est, quod vestigium vocatur. Sed ob id quoque quod quæ ictum inferũt, ex superiore parte ferè semper pedem percutiunt. Tunc enim tantummodo in inferiorem partem os prolaberetur, si ex alto loco desiliens homo in asperas admodum, aut acutas prominentias pedem impingeret. Quæ igitur vndecunque absoluta penitus sunt ossa, cùm è sede sua siue rursum, siue déorsum excesserint, reponi in sedem difficiliùs queunt. Nam licet

id fiat.

id fiat, quod rarò prosperè succedit, semper tamen laxam sedem habẽt. Si enim rursus vehementiùs moueantur, cùm copulas, quæ ipsa contineant, ampliùs non habeant, erumpent. At quæ ex parte copulis quibusdam seruatis sunt annexa, ex parte soluta, perinde ac si abrupta sint, prominere consueuerunt, ea extento toto pede depellenda in sedem suam sunt.

A

11 Medendúmque ei est cerato, & plagulis & linteis non secus, ac fracturis, omissis tamẽ ferulis, eodem modo comprimẽdo, & tertio post die deligando, interrogetur item ille, qui deligatur similiter, vt in fracturis, cõstrictáne, an laxa deligatio sit.

Qualem curationem adhibere in fracturis iussit, talem nunc quoque in manu & pede, si motum os fuerit, tibi esse faciendam inquit. Nam & ab extensione incipere debemus, quo reponere ossa dimota valeamus: & vbi reposuimus, deligare, eadẽ cura habita, vt absque inflammatione pars ea seruetur, constrictúmq; os repositum linteis detineatur. Hæc autem fieri rectè non posse, superiùs demonstratum est, nisi sanguis, qui in affectis partibus est, ad caput, & finem membri exprimatur, néve alius eo affluat, prohibeatur. Ad hæc igitur respicientes, inueniemus totam deligationem quæ fracturis adhibetur, quam exceptis ferulis, faciendam nobis censet: propterea quòd partis natura, quæ curatur, appositionem harum non admittit: quippe cũ plana esse debeat superficies partium, quibus applicandæ ferulæ sint, cuiusmodi prima pars plantæ pedis minimè est.

B

12 Sana autem in viginti diebus perfectè omnia fiunt: nisi ea, quæ cum ossibus tibiæ communicationem habent, & cum ipsa etiam, ipsa processione. Confert verò vt per hoc tempus cubent. Sed non tolerant, quin contemnentes morbum priùs obambulant, quàm consanauerint. Ob id fit, vt plerique non integrè conualescant, sed sæpe dolore commonefiant. Neque id iniuria. Nam cùm totũ corporis pondus pedes vehant, quando nondũ sani ingrediuntur, ægrè cõsanescere articuli, qui moti sunt, possunt. Ac propterea interdũ dolent, quæ iuxta tibiam sunt. Quæ verò cũ tibiæ ossibus communicant, maiora aliis sunt: &, cùm dimota sunt, serius consanescunt: curatio tamen eadem est.

C

Cum ipsa inquit, de tota tibia videlicet intelligens, Ipsa processione autẽ è directo significat: id, quod cũ in multis sæpe dixit, tum verò inferiùs ter eodem loco hoc nomine déinceps vtitur: vbi de tibia agit, cùm inquit: Femoris enim caput superiorem corporis partẽ sustinet: ídque in interiori parte cruris, non in exteriore est, sed ex anterioris tibiæ partis processione: tum reliqua corporis dimidia pars huic magis processione appropinquat, quàm exteriori. Addę quòd quod est intrinsecus, crassius est, quàm quod extrinsecus. Quẽadmodum etiam quod in cubito est, ex processione parui digiti tenuius est, & longius.

D

13 Linteísque pluribus, & plagulis vtẽdum est.

Consuetum est, vt reposita ossa in sede sua permaneant, lintea, & plagulas adhiberi: præsertim, si locus ob inęqualitatem, ferularum apppositionem nõ admittit.

14 Et in totum hinc & inde deligandum, comprimendúmque vt reliqua omnia: ea parte maximè, qua motũ os est: primásque circumuolutiones linteorũ eodem modo faciendum.

Superiùs iussit in fractorum ossium inclinatione, si in dextram prolapsa sint, in sinistram nos propellere, ac retorquere: si in sinistram, ecõtrario in dextram reducere. In pedibus verò æqualis omnino facienda deligatio est, quia in eis ossa, quæ è propria sede exciderunt, non in latus, sed vel sursum, vel deorsum ferri consueuerunt.

15 In singulis autẽ resolutionibus multa calida aqua fouendum est. In omnibus enim noxæ circa articulos multa aqua calida perfundendæ. At compressiones, & laxationes iisdem temporibus eadem signa exhibeant, quæ etiam superius: tum religationes eodem modo fiant. Hi autẽ in quadraginta maximè diebus sani perfectè euadũt, si cubare voluerint. Sin minus, ea, quæ & priùs dicta sunt, & magis quoque patiuntur.

Vbi mitigari dolorem, laxaríque intentionem corporum vult, ibi plurima aquæ calidę perfusione vti pręcipit. Id, quod pręcipuè in huiusmodi affectionibus circa articulos faciendum est, quæ & neruosiores, & ossea magis partes sunt: vt & ab inflammatione colliduntur, & maiorem dolorẽ eò quòd neruosiores sunt sentiant. Noxas autem, id est, σίνη, nocumẽta & læsiones vocat. Nam & σίνεσθαι nocumento affici, ac lędi appellat.

DE CALCE.

16 At verò quicũque de alto loco desilientes calce vehementi impetu firmati sunt, iis ossa distant: & venulæ carne circũ os contusa exuccantur: tumórque superuenit, & dolor multus. Os enim id paruum non est: & ex directo tibiæ prominet.

Exuccari venas inquit, dum vult significare effundi extra succum, qui in eis continetur, id est, sanguinem, ac sugillari: id quod fit, cum tunica ipsa contusa est. Quæ enim contunduntur corpora, vnionẽ naturalem amittũt multis, ac paruis partibus ipsorum discerptis, è quibus etiã sanguis vndequaq; effunditur. At effluentem hunc sanguinem loca circum venam excipiunt. Atque vbi exceperũt, talem qualis à principio erat, minimè

nimè conferuăt. Nam mora quadam ibi nigrescit périndeac si foras effusus inueterasset, Contingítq; affectio ea, quæ θρόμβωσις, id est, concretio sanguinis nuncupatur, ex qua quidem affectione sanguis ipse, θρόμβος, id est cōcretus sanguis, & est, & dicitur: tum niger etiā colore fit, atque inde etiam prauè putrescit. Sed hæc quidem exuccatis, & sugillatis grauisſima contingere non possunt, si à natura superatus sanguis, mutetur, sicut sit in inflammationibus, quæ ad maturitatē perueniunt: siq; in pus conuertatur. Vt autem natura, quæ in partibus insita est, sanguini dominetur, duobus his studendum est: alteri ne inflammatione laborent partes: quod quomodo fiat, superiùs didicimus, alteri, vt interfusus sanguis discutiatur, atque elidatur. Hęc igitur spectans Hippocrates particulatim déinceps omnia præcipit. Distant, inquit, ossa eorum, qui ita desilierint, ac diducuntur, abruptis videlicet, quæ ipsa connectunt, copulis: quemadmodum pauló antè de iis, quæ in prima parte plantæ sunt ossa, dicebamus. Calci autem à superiori parte talus annexus est, ab anteriore quod κυβοειδὴς, id est, tesserale, seu quadratū appellatur quemadmodum talo ab anteriore parte id dearticulatur, quod nauiculare, seu σκαφοειδὴς dicitur. His verò vtrisque quadrato, & nauiculari quatuor primæ partis plantæ ossa connectuntur. De quibus omnibus osſibus tam pedis, quàm manus in commentario De osſibus satis demonstratum est.

17 Communicationémque habet cū venis, & neruis opportunis. Tendo etiam posterior huic osſi annectitur. Hi cerato, & plagulis, & linteis, aqua item plurima calida curandi sunt. His, inquā, & linteis pluribus vtendum est. Præter hæc aliis insuper est opus quàm optimis, & lenisſimis.

Osſi calcis, inquit, communicationem nerui magni habent: id enim ei hic significat opportunum, sicut etiā venæ non paruæ. Connectitur item posterior tendo, qui ex musculis carnosæ posterioris tibiæ partis producitur. De his quoque & in Dissectoriis tractationibus, & in dissectione musculorū satis dictum iam est. Oportétq; ea probè didicisse vnumquenque, qui percipere hæc vult, quæ hic ab Hippocrate traduntur.

18 Et si mollis fortè cutis naturâ circa calcem fuerit, ita sinendum: sin crassa, & dura, vt nonnulli habent, incidendū, atq; attenuandum, ita tamen ne vulneratio efficiatur.

Cùm prædicta affectio circa calcem, atque annexas partes accidit, periculum est, ne & dolores magni atq; inflammatio non parua consequatur. Osſibus plena enim loca ea cùm sint, neq; ex quibuslibet osſibus, sed admodum exiguis coarticulata, si parua aliqua ibi contingat inflammatio, fit, vt magni dolores ex compressione excitentur. Adde quòd innexus calci tendo satis magnus cùm sit, si inflammetur, in discrimen venit, ne conuulsione corripiatur. Nerui item magni hac parte constituti sunt, qui ossa attingunt; quemadmodum in neruorum dissectione didicisti. Quocirca cùm alia, quę ad curationem spectăt, diligenter administranda sunt, & in victus tenuitate, & in copia perfusæ aquæ tum cu-
A tis inferiore parte, quę vestigium dicitur, incidenda est, atq; id moderatè: ita vt in quibus dura est cutis, incisionis altitudo duritia ipsa terminetur. Adeò enim in nōnullis pars ea occallescit, vt ne minimum quidem sanguinis profluere inde posſit, nisi altè admodū scalper adigatur. Illius igitur vestigium incidendum est, quod sanguinem non effundit: illi parcendum, quod vbi primùm incidimus, cruentari consueuit. Afficitur enim dolore, dum inciditur. At neque duritia illa cutis absolutè ita secari debet, sed planè, atq; ęqualiter. Vt autem æqualiter seces, tria tibi obseruāda sunt: longitudo incisiōis, altitudo, & tertio loco interuallū. Nā & æquales lōgitudine, & altitudine inter se incisiōes faciēdæ sunt, & æquali quoq; interuallo inter se distātes: vt totū simi li modo vestigium inflāmationis tēpore absq; molestia extendatur. Scimus enim omnia, quæ inflammatione
B afficiuntur, distēdi solere: distētiones verò, sicut dolores creare, ita quoque inflammationes ipsas augere, & conuulsiones prouocare. Quemadmodum igitur multa aquæ calidæ perfusio adiecto copioso oleo cū distētionem remittat, magnoperè adiuuat, sic incisiones faciendas excogitauit, quæ ad tantam altitudinem descēdant, vt sanguine tamen prædictam cutem nondum attingant. Vtiliter enim admodū leues has cutis incisiones commentus est: quippe cùm in aliis quoq; partibus cū magna aliqua inflammatione infestantur, scarificare cutem cogamur: partim vt aliquid ex affluentia sanguinis, qui in inflammatione est, demamus: partim vt perspirationes procuremus: atque insuper distentionem soluamus, quæ ex inflammatione extiterat. At in pede magis quoq; ad sacrificandam cutem deueniemus, etiā si nondum inflammatio occuparit, propterea quòd
C ea durisſima cū sit, extendi in inflammationibus non potest. Quocirca cū distenditur, & dolore vehementi ipsa efficitur, & distentione adiunctas partes, & præcipuè tendonem annexum collidit, qui ex vna musculi vnius carnosæ posterioris tibiæ partis neruositate exoritur: qui si in dolorem, & inflammationem incidat, periculum est, ne toti musculo eadem impertiat. At si id fiat conuulsionem sequuturā esse verisimile est. Ob hęc igitur omnia debet vestigium incidi, ac déinceps attenuari, id est, tenue effici. Id quod efficitur, cū & duritia eius mollitur, & copia detrahitur. Quę vtraq; olei, & aquæ multæ calidæ perfusione comparantur, si post eam ante deligationem oleo inungamus, quod tamen nulla adstringendi vi præditum sit.

D 19 Bene autem hæc deligare nō est cuiuslibet. Nam si quis deliget, sicut cætera circa malleolos consueuere, ita vt modò circum pedem, modò circum tendonem fasciam conuoluat: hæ constrictiones calcem separant, cui contusio accidit.

Bene, id est, ἀγαθῶς, pro pulchrè, quod καλῶς dicitur, & author hic, & alii veteres sæpenumero vsurpăt. Deligandum esse circa calcem censet, sicut in fracturis solet, eos repræhēdens, qui ita deligant, sicut sæpe cō sueuimus, cum vel medicamenta aliqua, aut cataplasmata, aut insuecationes contineri supra affectum locū, volumus. Modus deligationis, quem damnat, talis est,

Initio

Initio fasciæ obliquo circa malleolum iniecto distributio in inferiorem partem pedis fit ante prominentem tibiæ extremitatem, quam talum vulgò appellant: atq; inde rursus sub pedis vestigium per transuersum traducta fascia, ac totum pedem vsque ad oppositam partem complexa ex inferioribus & anterioribus tali partibus sursum obliqua reducitur eum ipsum attingens, quemadmodum priùs etiam quando deducebatur. Atque ita dum eadem distributione vtimur, necesse est, vt in anteriore parte pedis decussatione facta sibi ipsi fascia cócurrat ad X literæ figuram: tum inde circumcirca malleolum deuoluta ad eundem locum, vnde incœperat, defertur: sicque iterum iisdem his obductionibus, quas dixi, conuoluitur, quoad ad principium reducatur: ac tertiò quoq; eodem modo distributa, ac malleolo circunducta initium repetit: nonnulli tamen vbi sub vestigium per transuersum inuoluerunt, non statim eâ obliquè ad malleolum sursum reducunt: sed priùs orbiculari cóuolutione ad primam partem plantæ, id est, ταρσὸν: quemadmodum alii ad malleolū orbiculariter circunducunt, vt obliquæ fasciationes à circularibus cópræhendantur. Quæ igitur hîc fieri solent cóuolutiones fasciarum huiusmodi sunt: quæ antè dictis affectionibus minimè sunt accommodatæ: propterea quòd neque aliud quippiam ante fascias subiicitur, quod continere deligatio debeat: neque calx læsione vacat, vt in illis, in quibus deligatio hæc admittitur: sed primus ipse, affectus est. Quare hic deligationis modus calcem separat: id est, in calcem ipsum sanguinem elidens, eũ à deligatione excludit: cuius contrarium erat faciendum, vt scilicet deligatio è calce in vicina loca sanguinẽ exprimeret. Id, quod circumiectio linteorum sola ea facit, quæ fracturis accommodata est, vt superiùs didicimus: qua nunc quoque vtendum esse censet.

20 Atque ita periculum est, ne os calcis sideretur.

Totam substantiæ vniuscuiusque partis corruptionem siderationem, id est, σφάκελον veteres appellant: sed in partibus carnosis aliis quoque nominibus eandem vocant. Quin ipse etiam tum putridam carnem, tũ marcidam, tum vitiatam dicit, aliisque huiusmodi nominibus nuncupare consueuit. De osse verò, quod in tota substantia vitiatur, siderationis, seu sphaceli nomine vti solet. Tale autem vitium ossibus contingit, quando adiacens caro prauas sanies producit, quibus ipsa madefaciendo corrumpit.

21 Quod si sideretur, morbus is idoneus est vt toto æuo duret.

Aeuum totam hominis vitã hîc dixisse perspicuum est. Estque sensus huiusmodi: Si calx fortè sideratus, ac vitiatus fuerit, insanabilis morbus euadit, læsióque ex ea re toto vitæ tempore perdurat.

22 Nam & alia quoque sunt, quæ non hoc modo siderantur, sed in cubatione, vt cùm nigrefit calx ex figurationis negligẽtia: aut ex vulnere periculoso, & diuturno in tibia, aut femore, quod communicationem cũ calce habeat; aut ex alio morbo cùm diutina resupinatio cõtigit, sed tamen his quoque huiusmodi vitia longinqua, & modesta eueniunt, & quæ sæpe rũpantur: nisi diligenti studio, & multa cum quiete curentur. Nam quæ hoc modo siderantur, præter aliam læsionem, pericula quoque magna corpori afferunt.

Non modò, inquit, ex antè dictis affectionibus os calcis vitiari consueuit: sed diuturnis quoque cubationibus, quas resupinationes vocat. Nam negligẽter collocatus, & iacens calx, sæpenumero nigrescit. Negligẽter autem iacet, cùm supra durum aliquod positus est, nec frequenter attollitur, sed semper à subiecta re & calefit, & compingitur: vnde tollendus est, faciendáque è lana molli rotula, quam strophium nonnulli vocant, quæ pro ratione magnitudinis calcis sinũ in se habeat: supraque eam firmandus ita calx est, vt inferior eius pars suspendatur: atque ita & sine collisione maneat, & perspiret, & sine calefactione conseruetur.

23 Febres enim peracutæ eueniunt, cõtinuæ, tremulæ, singultuosæ, mentem attentantes, paucorúmque dierum, & perimentes.

In sideratione calcis hæc contingere inquit, nõ quia os ipsius corrumpatur: nihil enim ex superioribus simul cum hoc existit, cùm ex sua quodque ratione delineationem propriam habeat: sed quia quæ circum ipsum sunt corpora, ipsúmque tangunt, annexáque ei sunt, cùm ex vitio eius læsionẽ percipiant, superioribus partibus eam participant. Nam tendo, qui cum calce connectitur, inflammatus musculos totos carnosæ posterioris partis tibiæ, ex quibus oritur, contagione mali proculdubio afficit. Hi autem affecti, in neruos statim, qui in eos disperguntur, morbum diffundunt, necnon etiam in arterias. At cum arteriis cor, cum neruis cerebrum pati necesse est. Quocirca cùm cor innati caloris fons sit, cerebrum ratiocinãdi vim per se habeat, per musculos verò vim mouendi partes, motionibus voluntariis appellatis: consentaneum est, vt ex corde affecto febris, ex cerebro deliria, ex musculis tremores, & conuulsiones, ex stomacho, qui plurimùm neruorum est particeps, singultus oriantur.

24 Venarum item sanguifluarum liuores, nauseationes, gangrænæ ex compresione existunt, atque hæc etiam absq; alia sideratione: hæ autem, quæ vehemẽtissimæ contusiones fiunt, dictæ nunc sunt: sed pleraque leniter contunduntur, neque vllum multum medicationis studium requirunt, modò rectè tractentur: vbi tamẽ magna contigisse illisio videbitur, & antè dicta facienda sunt.

Sanguifluas venas eas appellat, quæ magnæ sunt, quibus ruptis sanguinis eruptiones cõtinguntur: id, quod ex paruis euenire non consueuit. Nam & paucus ex huiusmodi sanguis effunditur, & citò ad oras ipsas diuisionis cõgelatur, nocumentúmq; nõ affert. Nauseationes autem ferè appellat in venis, quas superiùs exuccationes, hoc est, sugillationes vocauit: cùm venę, more eorum, qui nauseam patiuntur, & propterea euomunt, sanguinem expuunt, ac quasi euomũt, tum ex propria imbecillitate, quam ex inflammatione contraxerunt, tum

ex

ex ipſius ſanguinis copia, & prauitate: quem in huiuſmodi affectionibus corrumpi manifeſtum eſt. Gangrænas verò emortuarum venarum torporem nominat, qui ex nimia inflammatione conſequitur. Atque hæc omnia, inquit, ex praua deligatione eueniunt, quæ duo præcipua mala efficit: cùm & ſeparet calcem, atque excludat, ita vt nudus remaneat: & reliquas partes vehementer comprimat. Meditationem autem, hoc eſt, μελέτην, ipſum diligentiam appellare, manifeſtum eſt: cùm apud Ionas vſitatum hoc ſit: & ipſe etiam ſæpe hoc nomen in hanc ſignificationem accipiat.

25 Et deligatio adhibenda, quæ calcem plurimùm circũuoluat, & modò ad ſummas partes pedis, modò ad medias, modò ad tibiam lintea circundet. Vicina quoq; omnia inſuper & hinc & inde deliganda ſunt, ſicut ſuperiùs etiam dictum eſt, nec vehemens compreſſio eſt facienda.

Deligationem approbat, quæ contraria ei eſt, quam ſuperiùs damnauit, pleriſque conſuetæ: qua fiebat, vt ex aliis pedis partibus ſanguis ad calcem exprimeretur. Debet enim econtrario è calce ad alias partes humorum affluentia elidi calce ipſo deligato, ſicut in fracturis priùs faciendum docuit, pleriſque linteorum conuolutionibus ei circumiectis: ita tamen ne vehemẽs compreſsio efficiatur.

26 Multis tamen linteis vtendum eſt.

Stabilitatem deligationis vel compreſsione, vel multitudine linteorum cenſere eſſe faciendam, dictum à me etiam ſuperiùs eſt.

27 Melius autem eſt, vt veratri potionem, aut eodem die, aut poſtero exhibeamus: ac tertio pòſt die ſoluamus, & rurſus religemus.

Veratrũ exhibet non ſolùm vt excrementitios humores euacuet, verùm etiam retrahendi, atque auertendi cauſa. Album enim proculdubio dat, qui vomitus ciet, vt priùs ex toto corpore in ſuperiorem ventrem attrahat, quàm in inteſtinorum anfractus deferatur. Nam album eſſe id, quod dandum cenſet, ex his, quæ ſubdit, innoteſcit, cùm inquit, Sed ſi febre quidem vacat, medicari eum ſuperiori parte debemus, ſicut dictum eſt. At enim in iis, qui ita ſunt affecti, ſicut & euacuare ſuperuacua, & in contrarias partes ab affectis locis humores auertere, quàm maximè prodeſt: ita an id veratro albo faciendum ſit, non conſtat: quippe cùm ſtrangulare interdum ſoleat, cùm in corpore multi, & craſsi, & lenti humores continentur: idcirco priùs diſſoluendi hi ſunt attenuante victu, de quo integrum noſtrum commentarium habes. Exhibere enim veratrum priùs, quàm victu corpus præparaueris, periculoſum eſt: cùm in pleriſque qualibus humoribus abundet corpus, ignoretur. Sed fortaſſe tutò tunc veratrum album exhibebat, ob victum, quo homines, qui ab eo curabãtur, vti conſueuerant, non voluptuoſum, & mollem, ſed & multis laboribus occupatum, & cibis contentum paucißimis, ita vt craſsitudo humorum colligi minimè poſſet: quam otia, & repletiones procreare certum eſt. Nam ſi robur quoque, quod ex eo victu comparabatur, conſideres, adhuc magis veratri potionem tradere ei concedes: quippe cùm eius tempeſtatis homines affli-

A ctationibus reſiſtere valerent, quæ ex vomitibus proueniunt.

28 An recrudeſcãt nécne notæ hæ ſunt: cùm ſugillata venarum, & nigrefacta, & vicina his ſubrubra, & ſubdura efficiuntur, ne recrudeſcant periculum eſt.

Maligna vitia recrudeſcẽtia, id eſt, παλίγκοτα appellat: & recrudeſcere, quod eſt, παλιγκοτεῖν, quaſi rurſus crudum fieri, atque in priſtinam malignitatẽ quippiam redire, ac rebellare: notas te docet malignitatis propoſitorum affectuum, de quibus eſt ſermo, quæ ortum inflammationis præ ſe ferunt, qui ante omnia cauendus eſt. Cùm igitur inflammatio omnis rubicundiorem, & duriorem cutem efficiat, neutrum horum fieri in affectis locis debet: ſed mollia eſſe, ac ſubuiridia
B ſugillata oportet. Vult enim vt ſine inflammatione ſuppurent. Quare, ſi mollities ineſt membris, & rubor abeſt, non eſſe inflammatum locum ſignificant. Si autem neque ruborem, neque nigritudinẽ habeat, non ſuppurare manifeſtum eſt. Rubor enim inflammationem indicat, nigritudo materiam à natura neque ſuperari, neque concoqui, ſed ſanguinem in coagulationem abiiſſe: quod ei, etiam ſi extra corpus effuſus fuerit, immoranti contingit. Sed extra tamen, nũquàm amplius ſuppurat: in corpore, ſi valida fuerit natura, in pus conuertitur: ſin minus, eodem modo ſicut extra: quinetiam magis, propterea quòd locus, in quo continetur, calidus eſt, putreſcere conſueuit.

29 Sed ſi febre quidem vacat, medicari eum è ſuperiori parte debemus, ſicuti di-
C ctum eſt: quicunque item continua febre non laborant. Nam ſi continua ſit, medicandum non eſt: ſed à cibis, & ſorbitionibus abſtinendum: potioneque vtendum, aquæ, non vini, ſed mellæ.

Mos ei eſt, vt φαρμακεύειν, id eſt, medicari, non de omnis medicamenti exhibitione intelligat, ſed de eorũ tantummodo, quæ purgant. Iuſsit nunc eodem die, aut poſtero dari veratrũ priùs, quàm videlicet aut partes affectæ inflammari, aut homo febricitare incœpiſſet: quin etiam ſi febris anteuertiſſet, modò leuiter afficeret, eodem modo exhibendum eſſe cenſuit. Nos verò ne febre quidem vacuo dare veratrum audemus. Si febris autem vehementer infeſtet, ipſe etiam non dat: ſed ex quiſitiſsimo quoque adeò victu ægrotos nutriendos
D monet, vt eis neque cibos, neque ſorbitiones vllas exhibeat: ſed ſola potione vti velit, non vini illa quidem: id enim perſpicuum eſt, etiam ſi ipſe nihil de vino prohibendo ſcripſiſſet: ſed mellæ, quæ eſt aqua mulſa acida, quæ ὀξύγλυκυς dicitur, & aquæ mulſæ. Hos enim potus in tenuiſsimo victu adhibere conſueuit: & tertium quoque præter hos acetum mulſum: quod ex melle, & aceto conficitur. At mella dulciſsimorum fauorum dilutum, & decoctum eſt: quod etiamnum in Græcia fieri in hunc modum ſolet. Fauos expreſſo melle in ollam mundam aquæ plenam iniiciunt, ac macerant: deinde eatenus decoquunt, quoad ſatis ipſis viſum fuerit, vt faui humorem omnem, quem in ſe habent, decoctura in aqua deponere potuerint: poſteà ita recondunt, ac ſeruant, vtuntũrque æſtate, vt potu ſitim ſedante, aqua frigida adiecta. Hac igitur mella vtendũ etiam Hippocrates iubet: & ſi ea non adeſt, aqua mulſa. Nam acetum

mulfum adhibere, cùm neruofæ partes laborant, non expedit:quippe cùm acetum neruos attentet, vt & experimento,compertum eft,& ipfe etiam declarauit. In quibus autem vfus aceti mulfi admittatur, in libro De victu in acutis edocuit: quem librum nonnulli aduerfus Gnidias fenteñtias, alii de ptifana, neutri rectè infcribunt.

30 Si autem futurum non eft, vt recrudefcant, fugillata, & nigrefacta, & circumuicina fubuiridia, & non dura apparent.

Iam hæc poteftate fuerant fignificata illis verbis fuperiùs, cùm dixit, Cùm fugillata venarum, & nigrefacta, & vicina his fubrubra, & fubdura efficiuntur, ne recrudefcant periculum eft. Subduris enim, & fubrubris oppofita nunc fubuiridia, & non dura fcribit. Subuiridia enim fiunt, cùm paulatim in pus conuertitur materia:non dura, cùm non magna inflammatione afficiuntur. Hæc fiquidem etiam fuit caufa vt interfufus fanguis in pus conuerteretur.

31 Bonúmque hoc teftimonium eft in omnibus fugillatis, quæ rebellatura non funt.

Bonum dixit eo fignificato, quo certum, ftabile, verum, & perpetuum. Teftimonium verò pro figno pofuit, propterea quòd teftificatur, & opinionem noftrã, quam in præfenti hac fcriptione nos docet Hippocrates, confirmat. Inquit autem hoc certum effe fignum non folùm in fugillatis circa calcem, verùm etiam in aliis quoque omnibus: atque id meritò. Non enim ex indicatione horum membrorum, fed ex ipfa fugillatione cognofcitur. Periculum igitur non æquale fugillatorum malignitas affert: quippe cùm ex membrorum natura, in quibus fiunt, varietas quædam ipforum exiftat. Exortum tamen non ex membris habent, fed ex eo, quòd fanguis interfufus non fuppurat. Non fuppurat autem fanguis, cùm inflammatio magna fuperuenit, aut ex prauitate deligationis, aut ex humorum malignitate & multitudine: quam ipfe quidem exinanitione per medicamenta, nos fanguinis mifsione emendamus: qua quidem vel fola cur contentus non fit, non video, cùm & eam agnofcere, & talibus in affectionibus adhibere videatur. Inquit enim in libro De articulis, cùm contufiones coftis accidentes curat, præter alia, quæ facienda cenfet, etiam hoc: Tum vena ad cubitum fecanda eft.

32 At quæcunque cum duritia liuefcunt, ne nigrefiant, periculum eft.

Sanguis in terram effufus aliquando diutiùs permanet, aliquando flauior euadit, aliquando in nigricantem conuertitur, quandoque etiam niger prorfus fit: quod ei contingere verifimile eft, cùm ex aere ambiente, qui vel ferenus, vel caliginofus, vel humidus, vel ficcus, vel calidus, vel frigidus cùm fit, varietates eas colorum efficit: tum ex fingulorum hominum natura potifsimùm diuerfitatis huius caufa exiftit: quippe cùm nonnullis fanguis magis melancholicus fit, aliis pituitofior, & aquofior, quibufdam eiufmodi, vt flauæ, & pallidæ bilis, quàm plurimum trahat. Sic quoque in animalium corporibus fanguis è venis effufus cùm à natura non fuperatur, neque in pus à continentibus eum partibus mutatur, in varios abit colores. Interdum enim eo tempore liuidus apparet, propterea quòd liuidus color medius eft inter planè nigrum, & aliquem

A alium ex floridis, cuiufmodi eft præcipuè ruber, & flauus. Liuidus igitur hic color, vel ex floridis nigrum abeuntibus exurgere confueuit, vel ex nigro in album cedente, quando videlicet in pus iam conuertitur. Sæpenumero enim videre licet, quæ anteà erant nigrefacta, inter initia puris liuida apparere, ac paulatim à nigro recedentia ad colorem ignis tendere, atque effici fubinde albiora: puris fiquidem color cinereus eft. Nunc igitur Hippocrates differentiam quandam fugillatorum tibi tradit, cùm liuida apparent. Si enim cum duritie fint liuida, inflammata effe membra oftendunt: fin abfque duritie liuorem præ fe ferunt, inflammationem abeffe declarant. Cùm itaque in flammatione carent:& naturam effe prævalidam, & fanguinem è venis effufum concocturam, & in pus conuerfuram effe indicant. Cùm verò inflammata funt membra, ex eo infir-

B mitatẽ naturæ arguunt: quæ tum ex imbecillitate partium inflammatarum, tum ex copia praui humoris, qui in eis continetur, fugillatum concoquere, atque ad pus perducere non poteft, vt nihil aliud fuperfit, quàm vt nigrefcant, & corrumpantur.

33 Danda verò opera eft, vt paulò altiùs reliquo corpore plerunque pes conftituatur: qui profectò fi quiefcat, fexaginta dierum fpatio confanefcit.

Si humiliori figura pes collocetur, è crure eo fanguis influens inflammationem faciet. Si altior fit, influere in eum nihil poterit. Atque idcirco omnino altiùs conftituendus eft, non tamen multò: quippe cùm

C ex tali fitu, fi diutiùs maneat, dolor, ex dolore verò inflammatio oriatur. Figura igitur, quæ dolore vacet, terminus fublationis, ac finis tibi erit. Eam autem inuenies, fi quando paululùm fublatus pes fuerit, eum æger intendere experiatur.

De Tibia.

34 Iã verò in tibia duo offa funt: quorum quidem partim multò tenuius alterũ altero, partim non multò tenuius eft.

Hæc verba atteftari iis videntur, qui cubitum, & brachium, tibiam, & femur, nõ totum id, quod ex ofsibus, & reliquis partibus compofitum eft, fed offa fola appellari ab Hippocrate afferunt: non tamen hanc tan-

D tummodo, fed illam quoque effe horum nominum fignificationém verba hæc declarant. Quare fieri poteft, vt duplici modo huiufmodi omnia ab Hippocrate appellentur: quemadmodum illi opinati funt, qui modò de ofsibus folis, modò de ofsibus, & circumiectis omnibus fumenda effe hæc cenfent: vt tibia tota ea pars nominetur, quæ inter articulum, qui ad genu eft, & pedem protenditur: quam fanè duobus ofsibus conftare, quorum alterum tibia, alterum fura nuncupetur: & crafsius tibiam, tenuius furam effe: nec-non mediam in toto hoc membro, ac carne carentem partem, quæ defuper feorfum in longitudinem porrecta in gracilioribus confpicitur, quam ἀντικνήμιον, id eft, anteriorem tibiæ partem vocant, tibiæ effe, non furæ partem, & quæcunque alia de ofsibus his cognitu digna, explicata omnia in commentario noftro De ofsibus funt, quod ad eos, qui inftituuntur, confcripfimus.

Coniun

35 Coniunguntúrq; inter se iuxta pedem,& appendicem communem habent.

Verbum Commune,quod hîc inquit,non ita intelligendum est, vt continuam esse appendicem, atque vnam prorsus significet, sed duas simul ita coniunctas, & connexas, vt vnius speciem præ se ferant. Ita enim inter se communionem habent appendices, vt vna esse videatur. Partes autem horum ofsium postremæ, quæ nudæ eminent forma rotundæ, à nonnullis non rectè tali appellantur. Nam cohærens tendo talum intus continet ita occultatum, vt & tactui,& visui lateat.

36 Neque ex directo tibiæ coniunguntur.

Non coniunguntur duo hæc ossa tibiæ ex directo, & per rectitudinem tibiæ,id est,per longitudinem non cohærent, neque attingunt se mutuò ea parte, neque inter se colligantur.

37 Iuxta femur verò coniunguntur, & appendicem habent,& appendix discriminationem.

Tibiæ caput in dearticulatione genu, quàm furæ, multò plenius est:vnde appendix tota tibi esse tibiæ videbitur. Ab exteriore parte autem sura ipsi est subnixa. Discriminationem verò habere inquit, prominentiam,quæ in medio est:nerueam, & chartilagineam, discriminationem appellans: quæ videlicet colluctantia femoris tubercula, quæ sese in tibiam inferunt, discriminat, ac distinguit. Hæc sæpe in mortuis corporibus putrescit: vt decipiantur nonnulli, falsúmque ab Hippocrate de ea dictum fuisse existiment: sed in recentibus cadaueribus apparet.

38 Longius autem alterũ os paulò est, quod est è regione parui digiti, ac natura quidem ossium tibiæ huiusmodi est.

Ita ego scribendum censuerim: Longius autem alterum os paulò est è regione parui digiti. Nam si ita scripsisset Hippocrates, confirmaret appendicem circa genu communem vtrorumque ofsium esse, & non tibiæ solius: simpliciter igitur longius os furæ, non in inferiore tantùm parte existit.

39 At enim prolabuntur iuxta pedem vtraque interdum ossa vnà cum appendi- D ce:interdum appẽdix tantùm dimouetur: interdum alterum tantùm os.

Nonnulli medici luxari, vel exarticulari, id est, ἐξαρθρεῖν, de ofsibus intelligendum putant, quæ è sede sua penitus excidunt: prolabi verò de iis tantùm, quæ subluxantur, quod παραρθρεῖν dicunt: id est, quæ non prorsus è naturali dearticulatione excedunt, & non aduertunt quid in principio libri De articulis dicat Hippocrates in hunc modum: Humeri autem articulum vno modo prolabi in alam videlicet noui. Totum enim brachii caput è sinu, in quo dearticulatum est, excedit. Neque esse in eo minor luxatio potest: quemadmodum ipse Hippocrates scripsit, causa etiam adiuncta: quam cùm ad eum librum peruentum fuerit, ibi discemus.

40 Hæc tamen molestiam minorem

A afferunt, quàm quæ in prima parte palmæ manus sunt, si homines quiescere patiuntur: curatio verò eadem, quæ in illis est. Nam ex extensione sicut illhic repositio facienda est. Quanquàm eo magis extendendum, quò valentius corpus hîc subest. Vt plurimũ enim viri duo satis sunt, quorum hinc vnus, inde alter intendat: sin minùs, vehementiorem adhibere extensionem facile est.

Non solum iis, quæ sunt in prima parte palmæ minorem molestiam hæc afferunt, verùm etiam iis, quæ sunt in pede, molesta multò minùs sunt. Sed quia com- B munem de pede, & de manu tractationem fecit, proptereà satis habuit nunc alterius tantùm membri facere mentionem, quòd primò & tibiæ, & pedi correspondet. Quantum enim ab iis, quæ sunt in pede, hæc deficiant, & maximè ab iis, quæ in calce contingunt, quæ longè sunt molestiora, paulò superiùs ipse declarauit.

41 Vel enim rotæ modiolum, vel aliquid aliud ei simile defodere: déinde molli aliqua re pedi circumiecta cum latis aliquibus bubulis loris circunligare oportet, quorum capitibus ad pistillum, aut aliud simile lignum deligatis, lignique eius ex- C trema parte in modiolũ iniecta retorquendum est: ab aliis contrà tum humeris appræhensis, tum poplite retrahendum.

Lignum quoddam defodiendum in terra censet, quod caput vectis posit admittere, quo membri tibi facienda extensio est. Scire autem te existimo modiolum rotæ, qui χοινικὶς dicitur, ab Ionibus πλήμνην appellari: quò vtitur hîc vocabulo Hippocrates, & apud Homerum quoque inuenitur. Quia autem Hippocrates expedita, ac prompta esse vult, quæ vtilia ad curationem sunt, id circo hîc modioli meminit, qui in locis omnibus, qui ab hominibus incoluntur, suppetere facilè nobis posit. Eadem de causa pistillo ad extendendum loco vectis vtendum monet. Quo pacto autem vtendum ipsis sit, ipse verbis suis, si quis eis animum aduertat, manifestè explicat.

42 Fieri item potest, vt superiori corporis parti necessitas adhibeatur.

Validas, ac vehementes distentiones necessitates vocat, vt violentiam ipsarum significet.

43 Hoc sanè modo, si vis, lignum teres leuigatum altè defodere potes, atque inde partem ligni superextantẽ inter crura ad interfemineum applicare: vt prohibeat quò minùs corpus eos, qui iuxta pedes extendunt, sequatur.

Erectum hoc lignum stabiliter in terra defigit, vt qui extenditur, sicut prædictum est, eo inter crura ad interfemineum offirmato extensionem minimè sequa-

tur. Interfemineum autem, id est, περίνεον, ea corporis pars vocatur, quæ inter anum, & initium pudendi membri interiacet.

44 Deinde ne ad crus, quod extenditur, declinet: aliquis à latere assidere debet, ac clunem retrudere, ne corpus circumagatur.

In plerisque exemplaribus post superiorem orationem hæc scripta reperitur: cùm tamen tota sententia intelligi etiam absque ipsa queat. Vult enim vt in medio duorum crurum ligno eo erecto offirmato affectum crus extendamus: retrudente aliquo sursum hominis clunem ea parte, ne corpus circumiactum, atque in alteram partem propendens extendẽtibus cedat. Quod cùm fit, intentio omnis resoluitur.

45 Quin etiam ita ad alas vtrasque hinc & inde ligna affigantur, brachiáque ibi porrecta seruentur: tum aliquis iuxta genu appræhendat, atque ita retrò intendat.

Alium modum te docet, quo reliquum corpus partem, quæ extenditur, non consequetur. Sub vtranque alam defigi lignum vult, quod obsistens, ac renitens corpori, facit, ne ægrotus deorsum trahenti cedat, ac sequatur. Oportet tamen vt hìc quoque aliquis crus, quod extenditur, iuxta genu repræhensum sursum intendat.

46 Hoc etiam modo idem facies: si iuxta genu, aut circa femur aliis habenis deligatis alterum rotæ modiolum supra caput defoderis, habenísque alteri ligno innexis, eóque in modiolum defixo contraria iis, qui iuxta pedes intendunt, reduxeris.

Si dum crus sursum retrahitur, res non cedat, licet tibi ex habenarum circundatione idem efficere: si capita earum in superiorem partem adducta ad vectem aliquem deligaris. Oportet enim caput vectis, quod in terram defigis, subiectam aliquam concauam moram habere, cuiusmodi est modiolus rotæ, cui obiectus ea parte vectis in contrarium intentionem faciat. Quod autem inquit, Contraria iis, qui, &c. si scriptũ fuisset, In contraria. tam sensu, quàm verbis plana esset oratio, ac dilucida. Quia verò Contraria. scriptum reperitur absque præpositione, existimandũ est, vel prætermissam fuisse præpositionem à librario aliquo, vel ipsum Hippocratem hac voce absque præpositione fuisse vsum, quasi eandem vim etiam sine ea habeat: vel loco aduerbii, Contraria, posuisse, périnde ac si contrariè dixisset.

47 Hac item alia ratione, si placet, vti potes: Loco modiolorũ ad trabeculæ mediocris sub lectulo substratæ hinc & inde capita ligna offirmabis, ac reduces, atque ita habenas intendes.

Duo modioli anteà, duóque vectes distentionem efficiebant: vnus infra crus, quod intendebatur: alter supra caput. Quoniam verò, vt dixi, vult nos promptitudinem, facilitatémque remediorum comparare: alterum modum comminiscitur, quo te ad inuentionem similium exerceat. Nam si non affuerint modioli, substrato ligno aliquo longo per longitudinem lecti, in quo æger cubat, reliqua omnia, sicut superiùs docuit, facienda tibi sunt. Circundandæ habenæ ab inferiore, & superiore cruris parte, ac baculis deligandæ: tum verò loco modiolorum extremis ligni illius longi capitibus vteris: quibus ex vtraque lecti parte, à capite videlicet, & à pedibus mediocriter prominentibus vectes obiectos reduces: atque ita molitionem facies. Trabeculam lecto substratum lignum per longitudinem vocat, ac si paruam trabem dixisset.

48 Adde quòd, si vis, asellos quoque hincinde constituere potes, atque illis extensionem ipsam facere. Sed multi quoque alii extensionum modi sunt.

Axes ipsos asinos appellare consueuit, quemadmodum inferiùs, cùm dixit: Asini circumactio. Nunc igitur paruos axes asellos diminutiua forma dixit, quas etiam suculas vocant: sicut modò superiùs paruam trabem trabeculam vocauit. Te enim non solùm ad parabilia inuenienda, atque vtenda esse exercitatum vult, verùm etiam ad ea, quæ apud medicos ad huiusmodi distentiones pręparata sunt instrumenta. Axibus igitur hinc & inde constitutis, id enim hoc significat, id est, infra pedes altero, altero supra caput, eísque habenarum extremis partibus circumiectis, ex eorum circunductione cruris distentionem efficies.

49 Optimum tamen est, vt qui in ciuitate aliqua magna medetur, is præparatum lignum habeat, in quo tum omnium fracturarum, tum omnium articulorũ reponendorum necessitates omnes contineantur, quæ ex extensione, & molitione fiunt. Satísque erit, si tale lignum sit longitudine, latitudine, & crassitudine, cuiusmodi columnæ quadratæ quernæ fieri consueuerunt.

Instrumenti cuiusdam, & machinamenti, quod vult medicum habere, mentionem facit. De quo, vbi fabricam eius docet in libro De articulis, qui hunc sequitur, explanationem etiam nos faciemus. Nunc ad reliqua, quæ sequuntur, descendendum est.

50 Vbi igitur satis extenderis.

Posteaquam satis extenderis, crus videlicet: de luxationibus enim tibiæ circa talum loqui instituerat: cúmque hucusque de distentione docuerit, rursus ad id, quod proposuerat, redit.

51 Articulum reponere facile iam est.

Ex huiusmodi eius loquutionibus inducti nonnulli articulum vocare eum dicunt capita ossium, quæ in sinus dearticulantur: vt totum id, quod ex duobus constat, quà ossium capita, quæ in porrectionibus, & inflexionibus mouentur, inter se connectuntur, dearticulationem: ipsorum verò vtrorunque ossium extremum alterius, quod sese inserit, articulũ: alterius sinum, qui incertum excipit, acetabulum, & pupillam ab eodẽ appellari afferant. Sed hæc nominum ratio exploditur.

52 Quippe cum supra pristinam sedẽ

è dire

è directo ſuſpendatur. dirigere igitur & componere manuum palmis, hinc ſupra id quod excidit,innitendo,inde infra malleolum renitendo, decet. poſteaquam repoſueris, extenſum ita ſi fieri poteſt, deligandum eſt. ſin habenæ impediant, illis ſolutis,quoad deligaris,diſtendendum eſt.

Communem iam hîc vniuerſæ repoſitionis methodum ac viam tradit:quemadmodumà principio in primo horum commentariorũ libro nos etiam diximus, vbi de vtilitate extenſionis agebamus: fieri non poſſe aſſerentes,vt aptè oſſa reponerentur in ſedem ſuam,niſi ſuſpenſa à ſe mutuo fuiſſent. ſimul etiam terminum docet, quouſque extendendum ſit. cum enim ſatis iam eſſe tibi viſum fuerit, vt ſuſpenſa eſſe à ſe mutuo poſſint,ab extenſione deſiſtes.

53 Deligare autem eodem modo debes initia ſimiliter ſupra id quod excidit, iniiciendo, conuolutionéſque primas eodem in loco quàm plurimas faciendo, ac plagulas plurimas ibidem imponendo, necnon eadem in parte maximè comprimendo.

Deligationis fracturarum, quam ſuperiùs oſtendimus,capita hîc ſummatim commemorat. Sciendum autem eſt,luxationes,quæ in manu,& pede,& calce, necnon circa malleolos contingunt, eſſe deligandas modo deligationis, qui fracturis adhibetur. Vnde etiam hoc in libro omnia hæc continentur. Cauſam verò, cur ſiue fractura, ſiue luxatio euenerit, eadem deligatione vtendum ſit,ſuperiùs didicimus.

54 Inſuper autem hinc & inde ſatis multùm deligandum eſt.

Hoc,in libro De iis,quæ in medicatrina fiunt,ita dixit: At deligatio multam ſani loci partem occupet.Cuius cauſa anteà explicata eſt. Melius quippe eſt,vt affecti loci humores,non modò in adiacentes partes exprimantur,verùm etiam in multum ſpatium amandentur, longiúſque arceantur.

55 Magíſque hic articulus in prima deligatione eſt comprimendus, quàm qui in manu eſt.

Pro articulorum magnitudine,& cõpreſsionis modum, & linteorum copiam adhibet, & neruoſitatis eorum, & ſenſus habita ratione. Minus enim tales comprimendos,ac collidendos eſſe cenſet.

56 Vbi autem deligaris, ſuperius quidem quàm reliquum corpus haberi deligata pars debet. Situs tamen is ſeruandus, vt pes quàm minimum ſuſpendatur.

Paulò quidem ſublimiorem pedem reliquo crure eſſe debere,tantúmque eſſe attollendum,vt muſculi diſtentione non afficiantur:priùs dictum etiam eſt. Nunc de depoſitionis ſtabilitate præceptum ſubiungit:iubétque vt ne parum quidem pes ſuſpendatur, ac pendeat. Id autem fiet, ſi lanæ molles vndequaque ipſi apponantur: imâque eius pars, vbi eſt veſtigium, molli aliqua re firmetur, aut puluino,aut ligno etiam recto,cui mollibus mitellis pes alligatus fuerit.

A

57 At corporis attenuatio talis, qualẽ vim prolapſio habuerit. Alia ſiquidem parum,alia multùm prolabuntur.

Perſpicuum eſt, ſicut ea, quæ parum prolapſa ſunt, diligentia minore indigere, ita quæ ampliùs exceſſere, & victum,& reliqua omnia exactiora requirere,quibus corpus attenuatur.

58 Omnino verò & magis, & diutiùs in vulneribus crurum,quàm brachiorum, attenuandum eſt. Maiora enim hæc,& craſſiora illis ſunt. Quinetiam neceſſe eſt, vt quieſcat corpus,& iaceat. Religare verò articulum tertio pòſt die neque quod prohibeat, neque quod vrgeat, quicquam eſt. Reliqua omnia ſimili modo,vt in præteritis,curãda ſunt. Et ſi quietè cubauerit,quadraginta dies ſatis ſunt: ſi tantùm in ſuam ſedem oſſa rurſus deſederint. At ſi quieſcere noluerit: & crure non facilè vtetur, & deligationem in multum tempus cogetur adhibere.

B

Ipſe cauſam præcepti huius ſui ſubiunxit, cùm dixit:maiora enim hęc,& craſsiora illis ſunt. Et pretereà tertium eſt, quòd hîc iacendo, non vt in manuum læſionibus, deambulando homo ſaneſcit. Atque hæc de omnibus articulis dicta nobis in vniuerſum eſſe exiſtimamus.

C

59 Quæcunque autem oſſa non perfectè in ſedem ſuam deſident, ſed aliqua ex parte deficiunt,temporis proceſſu attenuantur coxa,& femur, & tibia, & ſi intrò prolapſa ſint,exterior pars:ſi extra,interior attenuari conſueuit.

Si aliquod ex ſanis etiam membris aut in diuturna quiete detineas, aut rarò moueas, tenuius, quàm priùs erat,efficitur. Motio ſiquidem corpora calefacit,& vires eorum corroborat,ita vt partes eorum nutriantur, ac pingueſcant. Cùm igitur aliquid prolapſum non rectè fuerit repoſitum, peiùs motiones efficiuntur,atque id magis in oppoſita parte: propterea quòd locus dimoto oſſe in contrarium inanis relinquitur: vt faciliùs in ea parte firmetur membrum, in quam articulus exceſsit. Nam cùm ſuperiores partes ſede, ac ſtabilimento indigeant, id'inania loca non exhibent, ſed plena: quippe cùm nihil firmari ſupra inanem locum poſsit. Propterea igitur, & crus in eam partem proferre, in quam os excidit,muſculíſq;,qui ea parte ſunt,tantummodo operari conſueuit. Nam muſculi illi bene, reliqui ex oppoſita parte,qui otioſi ſunt,malè aluntur.

D

60 Pleraque autẽ in interiorem partẽ prolabuntur. Sed cùm vtraque oſſa tibiæ ſine hulceratione fracta ſunt, validiorem extenſionem requirunt. Ac ſi magnæ al-

A ternationes fuerint:aliquibus ex his antè dictis modis extendendum eſt. Veruntamen ſatis etiam ſunt, quæ à viris fiunt, extenſiones. Plerunque enim ſufficit, ſi duo valentes viri alter hinc, alter inde diſtendant. Intendere autem oportet in rectum ſecundum naturalem habitũ, & è directo tibiæ, & femoris, ſiue tibiæ, ſiue femoris fracti oſſa intendas.

Inferiores iuxta malleolos luxationes magis intrò prolabuntur. Cauſa eſt, quòd ſuræ proceſſus extrinſecus talum exquiſitiùs complectitur, quàm tibiæ intrinſecus.

B 61 Atque vtrum ex ipſis deliges, ita deligandum eſt, vt exporrecta vtraque maneant. Non enim eadem & cruri, & brachio conferunt. Nam cubiti, & brachii oſſa fracta vbi fuerunt deligata, appenduntur, ſique ea exporrecta deligaris in conflexione cubiti carnium figurationes diuerſificantur: quippe cùm flexura cubiti multo tempore extenta eſſe non poſſit. Nõ enim ſæpe in eo, ſed in inflexione aſſueuit. Quinetiam cùm deambulare homines poſſint, vbi brachium fregerunt, inflectere id ad C cubitum cupiunt. At crus & in ambulando, & in ſtando cùm modò extendi, modò ferè extendi in inferiorem partem naturaliter, nec non geſtare reliquum corpus conſueuerit, idcirco cùm neceſſe ei eſt, facilè extentum permanet. Adde quòd in cubilibus quoque ſæpenumero in figura hac iacet. Quapropter cùm vulneratum id eſt, eſt neceſſe vt animus ſuccũbat: cùm impotentes homines, vt attolli nequeant, reddantur: ita vt neque inflecti, neque ſurgere in mentem eis veniat: ſed in ea figura- D tione quietè iaceant.

Siue tibiam, ſiue femur deliges, ita te deligare vult, vt vterque articulus tam coxę, quàm genu extentus ſit. Cauſam cur id fieri debeat, ipſe demonſtratione vſus ſubiungit, cuius intellectu facilis ſententia eſt. Summa hæc eſt: Quia crus & ſtando, & ambulando extenſioni eſt aſſuetum: cùm enim ad ambulandum corpus Natura conſtituerit, figuram ad id accommodatam ei præparauit: idcirco etiam cùm cubant homines, extentum id plerunq; eſt. Brachia verò & in ambulando, & alioqui vt plurimum mediocriter inflexa continere conſueuimus. Nullus enim eſt, qui extẽtis, ac porrectis brachiis deambulet. Quocirca fit, vt etiam ſi quis brachiũ deligatum habeat, ſubiecta cubito mitella deambulare adhuc nihilò minùs poſsit. At vbi crus fractum eſt, vt priùs, quàm prorſus occalluerit, ingrediatur, fieri vllo modo nequit.

62 Ob hos igitur prætextus neq; in extenſione, neque in deligatione brachio, & cruri figura eadem confert. Si igitur extenſio, quæ à viris fit, ſatiſfuerit, nihil ampliùs fruſtra laborandum eſt. Machinas enim afferre cùm nõ eſt opus, abſurda affectio eſt. At ſi non ſint ſatis viri, aliquid ex neceſſariis, & violentis adhibendum eſt, quod accommodatum ſit. Cùm autem ſatis extentum fuerit, oſſa iam componere, atque ad naturalem ſtatum reducere manuum palmis dirigendo, ac coaptando facile eſt. Quod vbi feceris, deligare linteis extentũ debes, ſiue in dextram, ſiue in ſiniſtram circunducere prima lintea conueniat. Initia tamen ſupra fracturam iniiciantur, primæque inuolutiones circa ipſam ducantur: deinde in ſuperiorem partem tibiæ, quemadmodum in aliis fracturis dictum eſt, diſtributio efficiatur. Lintea verò latiora, & lõgiora, & plura multò eſſe in crure, quàm in brachio debent. Vbi deligatum fuerit, ſupra planum aliquid, & molle deponendum eſt, ne vel hac, vel illhac diſtortum, aut gibbum, aut repandum efficiatur.

Manifeſtiſsimas cauſas, & veriſsimas, prætextus vocauit: cùm tamen in vſu ſit, vt falſę cauſæ prætextus appellentur. Paulò item inferiùs rurſus verbo hoc ita vtitur, vbi inquit: Ob hos igitur prætextus exteriore oſſe fracto celeres ingreſsiones fiunt. De ſura enim loquẽs veram cauſam attulit. cur ſi ea fracta ſit, velox motio cruris efficiatur: ſi tibia fracta fuerit, non niſi poſt multum tempus ea vti poſsint, qui id patiantur.

63 Maximéque conducit, vt puluinus, aut lineus, aut laneus, non durus, ſed laxus in medio per longitudinem, aut aliquid aliud huic ſimile ſubiiciatur.

Tibiã hoc modo, quo inquit, puluino màgis, quàm canali collocandam, ac firmandam eſſe cenſet: deincépſque cur eos damnet, qui canali vtantur, in hunc modum ſubiungit.

64 De canalibus enim, qui in crura fracta ſubiiciuntur, ſubiiciendi nécne ſint, quid conſulam dubito. Nam iuuant quidẽ, non tamen tantũ, vt illi, qui eos ſupponũt, exiſtimant. Non enim, vt putãt, immotum iacere crus cogunt: neque dum hac, vel illhac verſatur reliquũ corpus, efficit canalis ne crus ſequatur, niſi ipſe homo deligentiam adhibeat. Neque rurſus vetat, quò minùs crus

nùs crus vel hac, vel illhac abſque reliquo corpore moueatur. Adde quòd immite eſſe videtur lignũ ſubſternere, niſi ſimul mol le aliquid in ipſũ iniiciatur. In lecto verò trãſmutando, abeundóq; ad ventrẽ exonerandum vtiliſſimum eſt. Licet igitur cũ canali, & ſine canali, & pulchrè, & turpiter rẽ conficere. Probabilius tamen apud populares eſt, medicúſque minùs eſſe erraturus creditur, ſi canalis ſubiiciatur: licet id minùs ex arte ſit. Debet enim in plano, & mol li hic poni prorſus in directum: propterea quòd alioqui neceſſe eſt, vt deligatio à diſtortione, quæ ex ſitu euenit, quocunq;, & quantuncunq; vergat, ſuperetur. Reſpondeat item is, qui deligatus eſt eadem, quæ priùs dicta ſunt. Nã deligatio eiuſmodi eſſe debet, & tumor ita in extremis exurgere, laxationes quoque eodẽ modo, & religationes tertiò pòſt die faciẽdæ. Necnõ tenuiorem inueniri deligatam partẽ oportet, deligationéſq; plures, pluribúſq; linteis fieri. Circundaríq; etiam pes laxè debet, niſi fractio valde iuxta genu ſit. Sed & extendendum mediocriter eſt: & in vnaquaque deligatione coaptanda oſſa ſunt. Nam ſi rectè curetur, & tumor pro ratione ſuccedat, tũ deligatus locus tenuior, & gracilior, tum oſſa repoſitu faciliora, extenſioníq; obtẽperãtiora reperiẽtur. Vbi ſeptimus, aut vndecimus dies aduenerit, ferulæ, ſicut in aliis quoq; fracturis dictũ eſt, circũdandæ ſunt.

Nunc quoque ſcio medicos quoſdam eſſe, qui cùm femur, aut tibia affecta eſt, cruri canales, & capſulas ſupponere conſueuerunt: toti quidem cruri, cùm femur patitur: cùm tibia affecta eſt, alii totum crus ſimili modo, alii tibiam ſolã in capſulam coniicientes. Qui vnà cum
D tibia femur etiam comprehendunt, membro quidẽ læſionem etiã ipſi afferunt: ſed minùs tamen, quàm alii, lædunt. Nocumenta ab Hippocrate manifeſtè declarata ſunt, vt repetenda à me non ampliùs eſſe videantur. Sed ſi quid hac in oratione obſcurum fore exiſtimo, id tantummodo mihi explicandum cenſeo: ac primùm illud, quid capſula à canali differat. γλωσσόκομον, id eſt, capſulam Attici appellant inſtrumentum quoddam ſcrinii in modum, in quod multa ex vtilibus coniiciunt homines, multáſq; ſecretiores literas recondunt: quo itẽ in itineribus vti nonnulli conſueuerunt. Siue autẽ γλωσσόκομον, ſiue γλωσσοκόμιον quiſpiam dicat, ſiue etiam per duo ττ ſcribatur, ſiue per duo σσ, nihil refert. Capſulam verò, quæ cruribus ſubiicitur, oblongiorem eſſe oportere, & anguſtiorem cæteris conſuetis perſpicuum eſt: quippe cùm ea, quàm latitudo cruris ſit: vel craſsitudo, vel quouis nomine aliquis appellet, latior multo eſſe

non debeat: vt interiectis vtrinq; lanis crus ita adſtrin-
A gatur, vt neque ſi velit æger crus deflectere, id anguſtia permittat. Tametſi deflexionẽ eius in dextram aut ſiniſtram partẽ prohibere lanarum iniectio poteſt: quin ſurſum verò, & déorſũ moueatur, nõ poteſt. Vnde etiã Hippocrati huiuſmodi ligni vſus non placet: præſertim cùm etiam immite ſit, id eſt, iniucũdum, ac moleſtũ, eò quòd non cedit, vt puluini, qui ſubceruicales, & ſubcubitales appellantur: qui cùm ſubiiciuntur, mediocriter cedentes cruri moleſtiam nullam afferunt. Machinamentũ tamen huiuſmodi vtile eſt, cùm ægri vel aluũ exonerare, vel ex altero lecto in alterum traduci voluerint, quò commodiùs, ac molliùs cubent. Ob hoc enim præcipuè vſum eius admittimus. Quãquàm loco ipſius huius ligni puluino nonnulli vti conſueuerunt. Nã ſtatim à principio per tranſuerſum mitellas puluino ſubiectas, vbi crus impoſuerint, vtrinque ad cruris altitudi-
B nem complicant, atq; adſtringunt: tum eas in ſuperiore membri parte inter ſe colligantes, ſtabilẽ ita cruris depoſitionem eſſe exiſtimant. Nam puluinus in ægrotantis tranſmutationibus loco capſulæ cruri ſubtenditur. Accedit quòd in inferiore parte cruris extrema lignũ aliqui erectum adiungunt, quo ſummum pedem propellunt, ſubiectis tamen priùs lanis. Atque id ea cauſa faciunt, vt neque crus trahatur ſurſum, neque déorſum feratur. Quippe cùm ſurſum tolli vinculum, déorſum ferri applicatum plantæ lignum prohibeatur. Sed enim licet hæc ad tutelam præparata à medicis ſint: per ea tamen nõ fit, vt motio articulorũ impediatur: cùm æger & malleoli, & genu articulum hac illhac mouere paululùm queat. Nam de coxæ articulo ne dicendũ quidem quicquam eſt, cùm neque à capſula, neq; à canali prorſus contineatur. Canalis igitur cùm cætera cum capſu-
C la habeat cõmunia, in forma tantùm differt. Teres enim extrinſecus eſt, concauus intrinſecus inſtar canalium imbricum in tegulis, vnde etiam nomen ipſi eſt. Is autẽ ad præſentem vſum aptior, quàm capſula, propterea videtur, quia totum circumcirca crus compræhendit. In capſula enim loca quędam inania poſt iniectionẽ cruris relinquuntur. Vnde nonnulli medici ſunt, qui plures canales habeant præparatos, vt in ſingulis eo vtantur, qui vnicuique cruri fuerit accommodatus: dántq; operam vt lignum eiuſmodi reperiatur, ex quo excauato eos validos ſimul & albos, & molles efficiant. Quidã etiam apud nos medicus cõplures huiuſmodi canales è tilia confectos habebat: eíſq; ſũbinde pro magnitudine vniuſcuiuſq; cruris vtebatur, non abſque vinculis. Id quod à quibuſdam in puluinis fieri dixi, ſed in illis vincula laxiora effecta vſum ipſorũ corrumpunt: hîc abſq;
D vlla compreſsione ob mollitudinem ligni in traducendo ægro crus continent. Veruntamen à recentioribus medicis ad firmiter continendũ vtrumlibet os fuerit affectum, ſiue femoris, ſiue tibię, capſula machinaria inſuper eſt adinuenta: quæ & fabricã, & vſum in modum, quem ſubſcribam, habet, quæ ſanè non ab re mihi videtur fuiſſe excogitata ad callũ ſiue femoris, ſiue tibię obducendum. Adiacet enim in extrema eius parte axis, in quem laqueorũ qui diſtendunt membrũ, capita reducta circumiiciuntur: qui quidẽ laquei extremis partibus oſſium eius, qui curatur, circundati fuerint. Hi autem ex duobus aduerſariis, ac perpetuis loris cõſtant, quæ διανταῖα nuncupant: ita vt quatuor vniuſcuiuſq; laquei crura euadant, duo à dextra parte, à ſiniſtra item duo. Hæc enim crura laquei inferioris per foramina quędam, quę in extremo capite capſulę facta ſunt, traiiciuntur, atque ad axẽ perducũtur. Superioris verò laquei crura priùs

in ſuperiorẽ capſulę partem, reducta etiã ipſa ſimili modo per foramina à lateribus capſulę traiiciuntur. Foramina autẽ hæc cochleas habent. Poſteà vtrinq; extrinſecus capita hęc laqueorũ ad axẽ reducuntur. His enim ita apparatis vna axis circunductio vtroſque ſimul laqueos, déorſum eum, qui in inferiore fracti oſsis parte circunligatus eſt, ſurſum alterũ intendit: ita vt poſt depoſitionem etiam tibi per ſingulos dies laqueorum diſtentionem corrigere, ſiue intendere: ſiue laxare eã volueris, liceat. Nam axis laqueum, qui in inferiore parte membri eſt, recta intentione trahit: eum, qui ſupra eſt, non recta, ſed ea, quæ tranſumptiua appellatur.

65 Adhibita tamen cura, ne earũ inſeſſiones è directo malleolorũ, & ſupra tendonem pedis, qui in tibia eſt, fiant. Oſſa autẽ tibiæ, ſi rectè curentur, quadraginta diebus corroborantur. Quòd ſi ſuſpiceris os aliquod directione adhuc indigere, aut hulcerationem aliquã timeas: infra hoc tempus reſoluendũ tibi eſt: atq;, vbi cõpoſueris, religandum. Si verò alterũ os fractum ſit, intentione quidẽ imbecilliore eſt opus: nõ tamen in extendendo deficiendũ, aut ignauè agendũ eſt. Ac maximè quidem in prima deligatione ſemper fracturæ omnes, quatenus conuenit, extendendæ ſunt. Sin minùs id poteſt, ſaltem quàm citiſſimè. Quodcunque enim os nõ rectè compoſitũ deligatione fuerit cõpreſſum, dolore locũ eum vexat. Reliqua curatio eadem eſt. At os interius, quod tibia vocatur, moleſtius in curatione eſt, maiorémq; intentionem requirit. Et niſi fracta rectè cõpoſita fuerint, occultari vitiũ non poteſt. Apertũ enim, & carnis expers totum eſt: atq; eo fracto in crus inſiſtere multò tardiùs queunt. Cùm os autem exterius fractũ eſt, multò & faciliùs, & occultiùs ferunt, etiã ſi non bene admodũ fuerit repoſitũ. Quippe cùm & carne opertũ ſit, & citò in pedes, qui id patiũtur, inſiſtãt. Interius enim tibiæ os maiorẽ oneris partem vehit. Nã tum crus ipſum, & pódus reliquũ è directo cruris impendens facit, vt interius os maiorem laborẽ ſubeat. Femoris enim caput ſuperiorẽ corporis partem ſuſtinet, ídq; in interiore parte cruris, nõ exteriore eſt, ſed ex tibiæ anterioris partis proceſſione. Tũ reliqua corporis dimidia pars huic magis proceſſione appropinquat, quã exteriori. Adde quòd quod eſt intrinſecus, craſſius eſt, quã quod extrinſecus, quẽadmodũ etiã quod in cubito eſt, ex proceſſione parui digiti tenuius eſt, ac longius.

A

Prominentes oſsium partes, cuiuſmodi ſunt tibiæ, & ſurę inferiora capita impoſitiones ferularum non tolerant. quod cauendum eſſe nunc inquit. Inſeſsiones autẽ dicit, périnde ac ſi ſeſsiones, ac ſedes dixiſſet: ſed In, præpoſitione adiuncta ſe euidẽtius id quod volebat, ſignificaturũ exiſtimauit. Hæc igitur oſſa, quia & extãt, & nuda carnibus ſunt, à ferulatum inſidentia colliduntur. Imò non oſſa collidi dicendum eſt, ſed muſculos, & quaſdam neruoſas partes, & cutẽ, quæ ſuper ipſa oſſa ſunt. Cùm enim inter duo corpora dura intercludãtur, ferulas videlicet extrinſecus, os intrinſecus colliduntur, & cõtundũtur: ac ſæpe ita ægrè afficiũtur, vt exhulcerentur. In calcẽ verò ex poſterioribus partibus in anteriorem tendo innectitur à muſculo, qui in carnoſa poſteriore parte tibiæ eſt, exortus: qui cùm nudus admodũ ſit, & pręcipuè ſupra carnis expertia corpora, impoſitã ferulã non fert: ſed ſenſu maximè pręditus cùm ſit, ex colliſione inflãmatur. Corpora itẽ malleolorũ oſſibus ſuperiecta ob duritiẽ eorũ, quę ipſa vtrinq; cõſtringunt, vt dictũ eſt, colliſa, adeò afficiuntur, vt eliſiones patiantur. Ita enim vocat Hippocrates, quæ in ſumma cute exhulcerationes ex compreſsione exiſtunt.

B

66 In articulo tamen inferiore lõgioris oſſis ſubiectio ſimilis nõ eſt: quippe cùm cubiti gibbus, & poples diſſimili modo inflectantur. Ob hos igitur prætextus exteriore oſſe fracto celeres, interiore tardæ ingreſſiones fiunt.

C

Cùm ſuperius os ſurę longius eſſe, quemadmodũ & cubiti, atq; vtrunq; è regione parui digiti ſitũ, tenuiúſque altero ſibi annexo eſſe dixerit: qua inter ſe differãt déinceps ſubiungit. Dictúmq; perſpicuè à nobis quoq; eſt in cõmentario De oſsibus, cùm de aliis, tũ de dearticulationis huius differentia. Ac radiũ quidẽ exteriori brachii tuberculo innexũ circa ipſum moueri: & tam in exteriorem partẽ quàm interiorẽ verti. In crure verò cùm tibia ſola femori articulo iungatur, ſuræ motũ nullum eſſe. Non enim hinc & inde verſari articulũ hunc, ſicuti in cubito, poſſe, ſed inflecti tantummodo: & neq; hoc quidem ſimili modo, vt in cubito. Illhic enim cardinamentũ brachii in ſedẽ cubiti inſeritur: in genu verò duò femoris tubercula duplices tibiæ ſinus ingrediuntur. Illhic in brachium duas cubitus cornices infigit, alterã à poſteriore parte, cũ perfectè extẽditur: ab

D

anteriore cùm inflectitur, alterã. At in femore nihil horum fit: quippe cùm nullos huiuſmodi vertices, ac cornices tibia habeat. Cubiti igitur gibbus, & poples diſsimili modo inflectũtur. Ipſe ſuperiùs, cùm de cubito ageret, ita dixit: Sed cũ illo oſſe eſt *ἀγκὼν*, qui vocatur, id eſt, cubiti gibbus, in quẽ innitimur. manifeſtè declarans acutiſsimã cubiti partem ſe cubiti gibbũ appellare, quẽ *ὀλέκρανον*, id eſt, vlnæ verticem, & cubitũ etiam vocant. Nunc verò diſsimili modo inquit cubiti gibbũ, & poplitem flecti, périnde ac ſi ita diceret, diſsimili modo articulũ circa cubiti gibbũ inflecti, ac poplitem. Accedit quòd ipſe etiã inferiùs ait: Quæ circa cubiti gibbũ contingunt, moleſtiora ſunt: cùm de luxationibus loquatur. Illud igitur memoria tenendum, proprietatem nominum apud nullum ex antiquis Græcis exquiſitè ſeruari: ſed aliàs propriè, aliàs per tranſlationem apud eos vſurpari vocabula conſueuiſſe. Sic etiã poplitis nomẽ

huiuſ

huiuſmodi eſt,ſicuti & alæ. Ala enim locum,qui ſub humero eſt, poples oppoſitam genu partem poſteriorem,ſignificat. Nam & genu ipſum totam iuncturæ huius partem indicat. Siue enim in cute loci huius hulcus oriatur alicui, hominem in genu habere hulcus dicimus: ſiue neruus, qui cuti ſubtenditur, diuiſus fuerit, in genu vulnus eſſe aiunt. Non ſecus ſi patella ipſa patiatur,quam μύλλω,id eſt, molam, & ἐπιγουνατίδα, hoc eſt, ſupergenualem etiam vocant. Quin etiam latera ipſa explicantes nonnulli modò intra genu, modò extra genu eſſe hulcus affirmant. Totum enim in latitudine locum hunc genu appellant: quemadmodum poplitem,& alam,& humerum. Sic quoque cubiti gibbū, malleolos,primam partem palmæ totum locum Hippocrates vocat. Sæpe etiam humeri,gibbi cubiti,genu, poplitis,malleolorū articulum appellare conſueuit. Patet iam quàm variè nominibus vtatur: quemadmodum etiam facere reliquos veteres dixi,neglecta iſta à poſterioribus obſeruata circa hæc minuta loquendi curioſitate: quàm qui exercent,appellare exquiſitam diligentiam conſueuerunt.

De Femore.

67 At verò ſi femoris os fractum ſit, extenſio diligenter in primis facienda eſt: ne minus,quàm debeat,efficiatur. Amplior enim ſi ſit,nullam læſionem affert. Neq; enim ſi oſſa diſtantia ex vi intentionis deligarit quiſpiam, detineri ita à deligatione poſſunt, vt diſtent. Sed vbi primùm dimiſere,qui intendunt,inter ſe coëunt.

Quoniam maximi muſculi ſunt circa femur, meritò cauendum cenſet,ne extendendo membrum in aliquo deficiamus. Id quod ſæpenumero fit. Nam licet ampliùs, quàm conueniat,intendamus,læſionem inde nullam eſſe euenturam inquit. Quod enim aliis in mēbris ſuſpicari poſſet aliquis,hic concedit. Quid autem id eſt? vt os fractum,etiam ſi diſtent inter ſe partes ſeparatę,deligetur. Videbatur enim econtrario fieri debere, eas videlicet inter ſe prorſus coniungi,ne inanilo- co in medio relicto, in quo ſanies colligerentur,os in ſiderationis diſcrimē veniret. Sed hîc,etiam ſi diſtātes oſſis fracti partes deligentur,diſtentione ampliore facta,poſt deligationem tamen non ita permanent, ſicut in aliis membris,in quibus faſciarum iniectio muſculos immotos ſeruat. In femore enim ob muſculorum magnitudinem timendum id minimè eſſe inquit: propter- eà quòd eam vim nō habet deligatio,vt cohibere ipſos valeat, ſed ab ipſis ſuperatur. Nam cùm deligationi propoſitum ſit,vt in eo habitu ſeruet femur,in quo erat,cùm deligabatur: muſculis verò, vt ad ſuum caput recurrant: ſi deligatio præualuerit, naturalémque muſculorum motum vicerit,fiet vt fracti oſſis partes dehiſcant: ſin autem muſculorū motio deligatione fortior fuerit, muſculi ipſi ad principium ſuum retrahentur: atque ita ſimul partes oſſis fracti contrahent, atque inter ſe committent.

68 Craſſæ enim, & validæ carnes hîc cùm ſint,deligationem ſuperant, nō ab ea ſuperantur. Quod igitur dicebamus,bene diſtendēdum eſt,& intortuoſè,nihilq; deficiendum. Magnū enim dedecus eſt,& no- A cumentū,ſi breuius femur reddatur. Nam brachiū ſi breuius euadat,& occultari poteſt,& non magnum damnum affert. At crus breuius effectū claudū hominem facit: propterea quòd alterū, quod ſanū eſt, redarguit: vt vtilius ſit,ſi quis prauè eſt curandus,vt vtroque crure potiùs,quā altero tantū patiatur: quippe cùm æqualis ſibiipſi ita euaſurus ſit: Vbi tamen ſatis extēderis, palmis manuū componere oſſa diligenter debes, ac deligare eodem modo, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt: initiáq; iniicere,& in ſuperiorem partem faſciam dedu- B cere, vt diximus: & æger eadem reſpondeat,quemadmodū etiā ſuprà: & laboret, & meliùs ſe habeat, & religetur ſimili modo. Ferularum quoque appoſitio eadē eſſe debet. Femur autem quadraginta diebus corroboratur.

Quos nos muſculos modò diximus,eos hîc carnes Hippocrates vocat,vulgari vſus appellatione: propterea quòd caro omnis ſenſu prædita muſculi pars eſt, quę in medio pręcipuè eorū reperitur. Nā in extremis partibus neruoſi magis muſculi apparēt,quàm carnoſi.

69 Inſuper intelligendum illud eſt: femur in exteriorem partē magis, quàm interiorem: magis item in anteriorem, quā C poſteriorem obſtipum eſſe: ac propterea in has quoque partes, ſi rectè non curetur,diſtorqueri ſolere: cúmque iiſdem in partibus carne magis careat, occultari in diſtortione non poſſe. Quocirca ſi tale quippiam ſuſpiceris,machinari ea debes, quæ in brachio diſtorto facienda conſuluimus.

Obſtipū hîc,id eſt,γαῦσον,obtortū,ac curuū ſignificare ex ipſa re perſpicuū eſt. Femur enim rectū nō planè eſt,ſed in exteriorē,& anteriorē partē magis incuruatur: vt in cōtrariū cauius euadat. Siue autē γαυσός dicēdū ſit cū acuto accētu,an γαῦσος, cū circūflexo,in du- D bio eſt: cū non admodū in vſu apud Græcos huiuſmodi vox ſit,ſed ex analogia tamē nōnulli circūflectendū hoc nomē cēſent,nō ſecus ac καῦσος,μαῦρος,γαῦρος: quorū nominum primū febrem ardentē,alterum debilem, & fatuū,vltimum ſuperbū ſignificat. Alii contrà acuto accētu ſcribi debere aſſerūt eo argumento, ꝙ omnia, quæ morbos,& affectus huiuſmodi ſignificāt, biſyllaba nomina acuto accentu pronuntientur: vt χωλὸς,λορδὸς, στρεβλός,κυρτὸς,βλαισὸς,ῥαιβὸς,id eſt, claudus, repandus tortus,incuruus,valgus,varus. Neque tantùm biſyllaba,verùm etiam ferè omnia reliqua, quæ ſunt affectuum huiuſmodi ſignificatiua, vt eſt ἀρθριτικὸς, πλευριτικὸς, ἡπατικὸς, hoc eſt, articularis, lateralis, iecinora-

rius. Vtro igitur modo quiſpiam proferre velit, concedito, ſiue circunflexo accentu vtatur, ſiue acuto: in quod tamen propendere eos tantùm depræhendi, qui librum hunc legũt. Sicut igitur quiſque voluerit, etiam tu pronunties, neglectis & accẽtibus, & nominibus his, vtpote quæ ad philoſophiam nihil conferant: ac multò minùs ad geometriam, aut arithmeticam, aut muſicam, aut aſtronomiam. Quod ſi nulla ars ad finẽ ſuum conſequendum miſerorum, ac perditorũ horum verborum minuta iſta curioſitate indiget, hoc hominum ſtudium non modò admittendum non eſt, verùm etiã quàm maximè deridendum.

70 Circumiicienda autem pauca lintea ſunt & circa coxam, & ilia: vt & inguina, & articulus, qui in eo loco eſt, qui dicitur greſſura, inſuper deligetur. Nam & alioqui confert, & ob id quoque, ne extremæ ferularum partes, ſi ſupra indeligata applicentur, lædant.

Os, quod femoris caput excipit, ἰσχίον, id eſt, coxa appellatur: quemadmodum concauitas eius acetabulum dicitur. Vtriſque his nominibus poeta eo loco vtitur, cùm inquit: Qua coxæ femur innexum eſt, acetabulum at ipſum Appellant. Ilia autem, id eſt, ἰξύας, iliorum oſſa nonnulli interpretantur: alii ſuperiorem partem, quæ propriè à laxitate λαπάρη, hoc eſt, caſſum vocatur: cuius nominis apud Homerum fit mentio eo verſu, pérque ilia vulnus adegit. Sed ego ſicut λαπάρην, & ex experientia, & ex vſu tum Hippocratis, & Homeri, tum ipſius morbi partem eam eſſe affirmare poſſum, quæ inter thoracis, & iliorum oſſa ſubſidit: dicetur autem de ea ſuo loco: ita de hoc verbo ἰξύων quid aſſeram dubito. Nam cùm ſingulari numero Homerus eo vſus ita inquiat: Ili circundat zonam centum orbibus aptam, eam corporis partem eſſe ile exiſtimaret quiſpiam, quæ inter thoracis & iliorum oſſa interiacet: propterea quòd ei loco cingulum circundari veriſimile ſit. Cùm verò rurſus hac oratione Hippocrates plurali numero deliganda ilia dicat, & par ſit, vt ad iliorũ oſſa aſcendat deligatio: hæc ilia hîc dici opinari aliquis meritò poſſet. Ad præſens autem negotium ſcire illud vtile eſt: cùm in ſuperioribus femoris partibus fractura contigerit, tunc non ſolùm vſque ad inguina eſſe deligandum, ſed ad ſuperiores etiã partes faſciatione progrediendum. Quæ quidem partes ſunt primùm coxa, déinde iliorum os, tum oſſibus carens, ac vacuus locus, quẽ λαπάρην, aut ile nominant. Siue igitur hucuſque etiam producere deligationẽ velit quiſpiam, concedendum eſt, ſiue iliorum oſſibus deligatis contentus ſit, non eſt laborandum, vt ea tranſgrediens ilibus item faſciam circunducat: cùm ante omnia id curet Hippocrates, vt nullus locus, dum deligamus, abſque faſciatione relinquatur: ſed omnes partes ex æquo linteis compræhendantur, quoad occupatum ſani etiam aliquid videatur. πλιγάδα autem, id eſt, greſſuram alii per γ, alii per χ ſcribendum putant: locúmque ſignificat medium inter duo crura, quo videlicet in diductione feminum greſſuum viciſſitudines deambulando efficiuntur. Vnde etiam ἐκπεπλίχθαι διαπεπλίχθαι verba, id eſt, egreſſum eſſe, & digreſſum eſſe apud ipſũ habentur. Quinetiam apud Homerum: Campo hi gradiuntur aperto.

71 Deficere ſiquidẽ à nuda parte ſemper ferulæ & hinc & inde multùm debẽt: ſempérque id prouidendum eſt, ne aut ſupra os ex iis, qui iuxta articulos natura prominent, aut ſupra neruum articuli impoſitio ferularum fiat.

Licet de vna aliqua ſpecie agat Hippocrates, multa etiam communia, & generalia docere interdum ſolet: quod cùm facit, vt non ad ſolam ea ſpeciem, ſed vel ad omnes, vel ad plures, vel ad aliquas pertinere declaret: interdum. Semper, ſicuti nunc: interdum, Ad multa vtile eſt hoc intelligere: aliquando, Ad omnia vtile hoc eſt: atque huiuſmodi quædam, orationi ſuæ adiungit. Quod enim nunc præcipit, verè ſemper vtile eſt: neq; in femore tantùm, ſed in omnibus quoque fracturis obſeruandum eſt, quæ ferulas admittunt. Tanta enim eas longitudine eſſe conuenit, vt nudam partem non attingant: maximéque id cauendum eſſe inquit, cùm extremę ferularũ partes oſſiũ prominentiis appropinquant.

72 Tumores autem, qui in poplite, aut pede, aut aliqua alia parte ex compreſſione exiſtunt, lanis multis ſuccidis bene carminatis vino, & oleo madentibus cerato ſublinendo deligandæ ſunt. Et ſi ferulæ cõprimãt, citò laxandũ. Gracileſcerent autẽ, ſi ſupra ferulas linteis tenuibus ab infima parte ſurſum faſciãdo tumores deligares.

Tumores, qui ex humoribus ex vehementi compreſſione illhuc eliſis exiſtunt, atque exurgunt, lanis multis ſuccidis bene carminatis, oleóq;, & vino irrigatis deligando curandi ſunt. Priùs tamen cutem, ſupra quam hæc imponenda ſunt, inungi cerato iubet: tum eandem deligationem ab inferiore parte ſurſum faciendam cenſet. Ac de modo quidem deligationis ipſe edocuit, cũ vnde incipiendum, quóque voluenda, ac deducenda faſcia ſit, iam dixerit. De vi autem medicamentorum, quibus vtitur, dictum quidem fuſiùs in propriis tractationibus eſt: dicentur tamen etiam nunc ſummatim ea, quæ ibi fuerunt declarata. Oleum igitur ſenſum doloris mitigat, diſcutiendíque vim habet. Vinum exiccat, reprimit, concoquit, emollit, diſcutit. Patet item ſordidas lanas, quæ ſuccidæ appellantur, necnon ceratum vna cum mitigandi vi diſcutere, ac reprimere: vt meritò ex huiuſmodi medicamentis curationem conſtituerit. Quoniam enim tumor ab humoribus à deligatione illhuc expreſſis maior, quàm par ſit, euadit: primùm ſpectandum in curatione eius illud eſt, vt quod in membro tumeſcente præter naturam collectum fuit, exinaniatur. Id autem reprimendo, & diſcutiendo, & mitigando fieri maximè poteſt. Reprimendo quidem, ac diſcutiendo, vt prorſus quod ſuperuacuum illhic eſt, euacuetur. Mitigando, ne ob dolorem fluxionem pars affecta patiatur. Nam propterea in inflammatis minùs diſcutientibus, minúſque reprimentibus vti conſueuimus: quia quæ vehementem hanc vim habent, dolores iritant. Hoc conſilio itaque Hippocrates ad hanc curationem ſuccidas lanas, id eſt, ſordes habẽtes, oleúmque, & vinum, & ceratũ aſſumit. Lanas autem bene carminatas eſſe iubet, id eſt, ſubactas, & concerptas, lenitudinis, & mitigationis cauſa. Quæ enim ſunt lotæ, vbi carminãtur, facilè molleſcũt: ſuccidæ verò ob ſordem non faciles carminatu, concerptúq; ſunt. Quocirca ſi

negl

negligentiùs subigantur, dolentibus membris ſiccæ, ac duræ occurrunt. Ideò cùm ſciret hoc aliquando negligentiùs fieri, bene carminatis adiunxit. Multas etiã aſſumendas inquit, vt conſeruare vini, & olei humorẽ queant. Facilè ſi quidem areſiunt, quæ paucæ ſunt. Modus verò deligationis priorem ſcopum, ſicut dictũ eſt, ſeruat: vt ab intumeſcentibus partibus ſanguinem ad ſuperiora auertat.

73 Ita enim gracilis quàm citiſſimè tumor efficeretur.

Si propriè quis loqui vellet, intumeſcens membrũ, non tumorem gracilem euaſurum eſſe dixiſſet. Is enim non gracileſcere, ſed tolli prorſus à nobis debet. Sed ita plerunque veteres loquuntur: & præcipuè ii, qui facundiſſimi habentur, neglecta iſta poſteà exercitata in nominibus minuta loquendi curioſitate, quam qui tractant, exquiſitam loquendi diligentiam appellare conſueuerunt. Qui ſanè laudandi eſſent, ſi hac ſua exquiſita loquendi diligentia, ſiue loquendi proprietate, quomodocunque voluerint nominare, clariùs res, quã veteres ſcriptores, explicarent: ſed ſi & obſcuriùs, & humiliùs id faciunt, cur veterum negligentia non eligenda magis ſit, non video.

74 Tranſgrederetúrque ſupra priores deligationes, ſed hoc tamen deligationis modo vtẽdum non eſt: niſi periculum ſit, ne tumor aut puſtulas contrahat, aut nigreſcat. At nihil tale fit, niſi nimis quis fracturam comprimat, aut inclinatã habeat, aut manu ſcalpat, aut aliquid aliud, quod iritet, corpori impingat.

Ex hac lectione alii ſupra deligationem aſcendere humores ex tumoribus eliſos volunt: alii ad loca deligationis tantùm peruenire: quorum ſanè diſcordiam iudicare, ſi definiantur deligatio, difficile non eſt. Nam ſi remiſſis ferulis tumentem partem eo, quo dictum eſt, modo deligaremus, aliquid ſanguinis in loca deligationis deferretur. Si verò detractis ferulis, reſolutáque tota deligatione ſtatim de integro modo eo, quo in fracturis ſolemus vti, à tumoribúſq; exorſi deligaremus, fieret, vt humor eliſus priorem deligationem in ſuperiora loca tranſcenderet.

75 Canalem ſi quis ſub ipſum femur ita ſubiiceret, vt poplitem non excederet, obeſſet is magis, quàm prodeſſet. Non enim vetaret, quò minùs aut corpus, aut tibia ſine femore moueretur. Nam & moleſtus eſſet poplitem attingens: & quod minimè decet, id facere permitteret. Minimè enim decet, vt genu inflectatur. Nã omnẽ confuſionem affert deligationibus, ſiue femur ſit deligatum, ſiue tibia: quicunque genu inflectit. Neceſſe quippe ei eſt, vt & muſculi aliàs aliam figurationem habeãt, & oſſa fracta moueantur. Ante omnia igitur curandum eſt, vt poples quoque extẽ-
A tus ſit. Videtur igitur canalis prodeſſe, ſi ſimili modo à coxa vſque ad pedem ſubiiciatur.

Deinceps poſtquam de tumoribus dixit, de canali ſcribit, de quo ſatis à nobis dictum ſuperiùs fuit. Nam & velle eum docuimus, vt vel perpetuum, id eſt, continuum, & toti cruri ſubſtractum canalem ſubiiciamus, vel penitus omittamus: & de capſula machinaria à recẽtioribus medicis rectè excogitata, nonnulla declarauimus.

76 Præterea ſub poplitẽ mitella laxè circundãda cũ canali eſt, non ſecus atque infantes in cunis faſciãtur. Deinde vbi fe-
B mur in ſuperiorem partẽ, aut in latus verſabitur, firmius cum canali ita detinebitur. Si igitur fieri debet, perpetuus faciendus, vel non faciendus canalis eſt.

Quod ait, cum canali, duplici modo intelligitur à quibuſdam. Alii enim extrinſecus canali circumiiciendam mitellam cenſent: vt inquiat, mitellam vtrique rei ſimul eſſe circundandam, & popliti ægrotantis, & canali extrinſecus: vt non ſolùm poples ipſe, ſed etiam canalis, faſcia circumiecta contineatur. Alii verò ipſi popliti extrinſecus circumiiciendam mitellam putãt, vt vnà cum canali ipſa quoque crus ſuſtentet: hoc eſt, vnà cum ſubiectione canalis: eo quòd neque ipſa ſola, neque ſolus canalis ad ſtabilimẽtum ſufficiat, ſed vtra-
C que ſimul requirantur.

77 Valde autem laborandum eſt, vt ſummus calx & in tibiæ, & in femoris fracturis aptè deponatur. Nam ſi pes ſuſpenſus fuerit, reliqua tibia affulcita: neceſſe eſt, vt in anteriore parte tibiæ oſſa incurua appareant. Sin autem calce altius, quã conueniat, fulcito tibia ſuppendula ſit, os idem in anteriore parte tibiæ cauius iuſto videatur, neceſſe eſt: præſertim ſi calx fortè hominis magnus naturâ fuerit. Ceterũ omnia oſſa tardiùs corroborantur, niſi na-
D turali ſitu collocata ſint, in eadémque figuratione quieta permaneant, imbecilliúſq; occaleſcunt.

Superiùs cùm de cubiti appenſione loquebatur, diximus nonnullos ſine negatione, alios cum negatione ſuſpenſum legere: eóſque, qui addebant negationem, ſuſpenſum interpretari dependentem, ac nullo ſubiecto ſuſtentaculo firmatum: contrà, alios, qui tollendã negationem afferebant, ſuſpenſum pro eo ſumere, qui ſuppoſita mitella firmiter geſtaretur, ac ſtabiliretur. Af fulcitam autem, id eſt, ἡρματισμένην inquit firmatam, ac ſubnixam, à verbo ἑρματίζειν, quod ἀπὸ τῶν ἑρμάτων, id eſt, à fulciminibus deduxit. Fulcimina autem etiã apud Homerum agnoſcimus, eo verſu, fulcimina puppibus abſtrahunt.

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis de Fracturis, Commentariorum Liber Tertius.

ATQVE hæc quidem fiunt iis,quibus fracta tantùm ossa sunt, non autem extrà eminent,neque alioqui hulcus contingit.

De simplicibus fracturis hucusque disseruit, in quibus neque os extra cutem eminet, ita vt nudum appareat,neque omnino hulcus contigit. Nam ossa extrà eminere, & nudari absque musculorum, qui circumiecti sunt,& cutis diuisione nō posse,perspicuum est.Hulcus verò fieri, etiam si os fractum minimè denudetur, potest. Transit igitur iam ad loquendum de fracturis, quæ vel cum hulceratione sola, vel cum ossis denudatione fiunt.

2 At quibuscunque simplici modo fracta ossa sunt,& non multifariè,si eodē die, aut postero reposita,atque in sedem suam data sint,neque sit timendum,ne fragmentum aliquod recedat: quibus itē licet hulcus accesserit, ossa tamen fracta non extrà eminent,neque modus fracturæ is est, vt fragmentorum timeri recessus possint: ii simplici modo curandi sunt.

Fracturarum cum hulcere duplicem curationis modum tradit. Alterum,cùm vel nuda aliqua ossis fracti pars, vel rescissum aliquod fragmentum comminuti ossis extat:alterum, cùm neutrum horum est, sed hulcus solum cum fractura conuenienter coaptata.Neque enim si rectè extensio, & confirmatio adhibita fuerit, neque extra cutem pars vlla ossis eminet, neque recessio aliqua suspecta est:in his curandi speciem immutādam censet. Alteram enim adhiberi vult,cùm hulcus simul quidem cum fractura contingit, sed nihil tamen extrà eminet,neque timetur ne aliquod fragmentum à fracto osse rescindatur: alteram, cùm fractum os licet occultetur sub cute, in opinione tamen est aliquādo separatum iri à natura aliquod fragmentum, ac per locum hulceris erupturum.Cùm prima affectio contingit,modo deligationis vtendum censet,quem in fracturis sine hulcere adhiberi docuit.Cùm secunda accidit, modum curationis, vt deinceps discemus, immutat. Melius enim est,vt rem ex ipso intelligamus.

3 Atque alii quidem, qui neque magnum bonum,neque magnum malum faciunt hulceribus purgante aliquo medi-

A camento imposito medentur: aut picato cerato,aut cruento, aut aliquo alio,quod facere consueuerunt. Eos ego,qui plagulas vino madefactas, aut lanas succidas alligant, vel tale aliquid,laudo:vbi autē purgata hulcera fuerint, & iam coalescunt, tunc multis linteis deligare,ac dirigere ferulis conantur.Hæc sanè curatio sicut boni aliquid affert,ita malum non magnum facit. Sed ossa tamen non simili modo in sedem suam coaptantur, sed aliquantulo turgidiora corpora ea parte,quàm opportunum sit,efficiuntur.

Fracturarum cum hulcere curandarum duplicem B modum ab Hippocrate tradi dixi: à quorum primo nunc incipit: eósque priùs repræhendit,qui malè hulcerationem illam curant, in qua vbi conformata aptè fractura est,nulla suspicio est, ne fragmentum aliquod posteà rescindatur.Nonnulli igitur medici,inquit,eis, qui ita affecti sunt, inter initia quidem medentur périnde, ac si hulcus solum haberent: vbi verò satis mediocriter id se habuerit,deligationem fracturis accommodatam adhibent. Summa huius orationis hæc est: longius tamen Hippocrates ipsam produxit, dum singillatim omnia percenset. Ego eos vti curatione eiusmodi dixi, périnde ac si hulcus solum absque fractura contigisset. Ipse etiam ea,quibus medentur,adiunxit:picatique cerati,& cruenti medicamenti,& purgantis,plagularúmque vino imbutarum mentionem facit. Cruentum autem medicamentum quod inquit, id est ἔναιμον, nunc quoque vsitatissimum apud medicos C nomen est. De illisque medicamentis dicitur,quæ vulneribus statim à principio,vbi facta sunt, imponuntur, cū nondum sunt sicca,sed adhuc cruentātur:hoc est, è cute vulnerata,aut etiam carne sanguis rorando destillat. At medicamentū purgans illud est,quod vnà cum eo quòd exiccat,id quod præcipuū in hulcerū curatione esse,demonstratū est:quandā etiam abstergendi vim habet,qua hulcera pura efficit. Huiusmodi medicamēta ex squāma æris, & ærugine cōponuntur duplici modo. Alii enim æruginem decoctam,alii crudam miscēt: quæ cruda cōfecta sunt, viridia:quæ decocta, vermicula appellantur.Hos enim colores prę se ferunt. Atque hæc quidem medicamenta, quoniam mediocriter abstergunt, purgandorum hulcerum vim habent. Huiusmodi autem esse ea, quæ sordem ex hulceribus expurgant

gant

gant, docuimus. Quæ autem abſterſione carent, cruentis imponuntur. Quæ etiam ipſa non ſecus, ac priora ex particularibus materiis variantur. Nam ſicut de illis exempli cauſa æruginem, & ſquammam æris dixi, alia quoque talia poteram eodem modo dicere: núncque ſatis erit, ſi abſque purgandi vi cruenta ea medicamenta appellari dicamus, quæ ex bitumine conficiunt. Exempli enim cauſa hæc commemorabimus, cùm omnis eorum materia in libris De medicamentis fuerit explicata. Picatum autem ceratum & ſenſum doloris mitigare, & pus mouere, apud omnes ferè conſtat: túcque præcipuè conuenire, cùm inflãmationem iam hulcus inciderit. Nam cùm neque ad purgandum ſorde, neque ad glutinandum, aut cicatrice obducendum hulcus idoneum ſit, ad aliud vti eo poteſt nemo. At vino madefactæ plagulæ ob vinum reprimendi vim habent. Et ab iis, qui ita curant, continendi cauſa aſſumi conſueuerũt, cùm ob hulcus ſubligaminibus, id eſt, faſciis ſubiectis vtantur. Sed quæcunque ſcienda ei ſunt, qui ritè hulcus vult curare, tum in tertio, & quarto Curatricis artis ordine vnicuique accommodato, explicata ſunt: tum in explanatione quoque libri De hulceribus quantum ſatis fuit, fuerunt commemorata. Nunc ad præſentem rem ſatis hæc ſunt, quæ diximus: quippe cùm opus futurum ſit, vt rurſus de curatione huiuſmodi affectuum agamus, quando Hippocrates ipſe id docebit. Nunc enim de aliis medicis loquitur: inquítque eos peccare, non tamen alicuius momenti errorem eorum eſſe, velut illorum, de quibus mentionem facit. In quo igitur peccant? Si hoc enim cognouerimus, illud quoque perſpiciemus, quod inquit, Neque magnum aliquod bonum, neque magnum malum ipſos facere. In eo videlicet error eorum conſiſtit, quòd cùm hulcerationi non malè prouideant, fracturam inter initia negligunt, accommodatam ei deligationem poſteà adhibẽtes: qua vtendũ, à principio eſt. Propterea inquit, Turgidiora oſſa euadunt. Nam cùm melius ſit, vt toto tempore reprimantur, & compingãtur, ipſi primis diebus, atque illis quidem non paucis id facere omittunt. Siquidem, vt ait, vbi iam ad conglutinationem deuenerũt hulcera, ipſi nunc primùm vt fracturis conuenit, deligant. Patet enim cùm ſuppurent hulcera, priùs eſſe purganda, quàm eò deueniant, vt coaleſcant. Id autẽ triũ, aut quatuor dierum numerum planè excedit.

4 Quin breuiora quoque redduntur, quibuſcunque vtraque vel tibiæ, vel cubiti fracta oſſa fuerint.

Propriũ breuitatis Hippocratis eſt, vt iis, quæ ſubiungit, quæ in ſuperioribus prætermiſſa ſunt, declaret, id quod etiam nunc facit. Cùm enim priùs oſſa turgidiora fieri dixerit eorum, qui à medicis ita curantur: in omnibúſne, an aliquibus tantùm id fiat, non definiuit. Sed nunc apertè manifeſtat non in omnibus, ſed illis tantùm id contingere, in quibus alterum os tantùm fracturam paſſum fuerit. Partes enim fractæ, cùm non omni curationis tempore compingantur, & aſtringantur: non reprimuntur, ſed turgeſcunt. Non tamen breuius os euadit: quia alterum, quod eſt illæſum, atq; integrum, ei longitudinem naturalem conſeruat: ſed vbi duo ſimul oſſa effracta ſũt, fit vt partes altiores oſſium fractorum, ſicut ſuperiùs demonſtratum eſt, vnà cum muſculis retrahantur. Quam ob cauſam etiam ante cõformationem extenſionem adhibebat. Et quia ſine accommodata deligatione coaptatio oſſium ſeruari non poteſt, propterea deligationi, quoad callus obducatur,

accuratè ſtudendum cenſuit: quam qui negligunt, hul- A cerationis tantùm cura habita, non ſolùm in maiorem tumorem, quàm naturaliter conueniat, membrum inducunt, verùm etiam breuius efficiunt.

5 Alii ſunt, qui huiuſmodi fracturas linteis ſtatim curent: atque hinc & inde linteis conuoluentes, quà hulcus eſt, intermittant: perfrigerarique id ſinant: poſteà ſupra hulcus medicamento aliquo purgante impoſito, & plagulis vino imbutis, & lanis ſuccidis, ita medicantur. Curatio hæc mala eſt: veriſimiléque eſt, hos, qui ita curãt, cùm in aliis fracturis, tum in B huiuſmodi maximè deſipere: quippe cùm præcipuum illud ſit, ac maximum, vt cognoſcamus quo modo iniiciendũ initium linteorum ſit, & qua parte maximè cõprimendum, quã vtilitatem item conſequantur ægri, ſi quis & rectè initiũ faſciæ cõiiciat, & quà maximè eſt opus cõprimat: quo contrà damno afficiantur, ſi neq; rectè faſciationem incipiat quiſpiam, neque quà maximè conuenit, ſed hinc & inde tantùm compreſsionem faciat. Quæ ſanè ex vtriſque eueniant, & dictum etiam ſuperiùs eſt: C & ipſa quoque medicina teſtificatur: quipe cùm neceſſe ſit, vt ei, qui ita deligatur, tumor in ipſo hulcere inſurgat.

Eorum qui maximè lædunt, mentionem hîc facit Hippocrates, omniáque, quæ agunt, clarè explicat: errorésque ipſorum euidenter conuincit: vt ſi quis diligenter aduertere animum iis, quæ dicuntur, velit, mea opera non indigeat.

6 Nam ſi ſanum corpus hinc & inde deligatum fuerit, in medio autẽ intermiſſum ſit: id, quà intermiſſio facta eſt, intumeſcet, ac decolorabitur. Quomodo igitur hulcus hæc non patietur?

D Quicquid carnoſæ ſubſtãtiæ eſt, appellare Hpocratẽ corpus, id eſt, χρῶτα, quo vocabulo hîc vtitur, dictũ etiã ſuperiùs eſt. Sed aduerte mihi animũ, vt intelligas rationalem medicũ, ſi quod fieri debet inuenerit, lõgã experientiam nõ expectare. Iſti huiuſmodi fracturã curãt hulcere nõ deligato, ſed vtrinq; ab eo faſciis circumiectis: & non ex iis quæ ipſi agunt, ſed ex morbi malignitate, inflammatione vexari, ac malè affici hulcus exiſtimant: cùm primus, qui huiuſmodi curationẽ excogitauit, eam praua deceptus ratione inuenerit: alii verò, qui eam ex conſuetudine ſuſceperunt, eam ſeruent, eò quòd immutare, atque innouare quicquam non audent. Ex qua re quid aliud euenit, quam vt magnum malum efficiant? Id enim planè omnibus contingit, qui experientia abſque ratione artes exercent. Qua eùm ſola ratio ex ipſa rei natura profecta fiduciam habeat, ea, quæ ex lõga cõſuetudine malè agun

aguntur, audet immutare. Sed quæ ratio est hæc? Audacter Hippocrates istorum curationem immutare est aggressus, non probabilibus, aut absurdis inductus sumptionibus, sed sciétiam afferentibus, & necessariis. Nam si in sanis corporibus modus hic deligationis in mediam partem, quæ inter fascias extat, vtrinque sanguinem elidens inflammationem affert, quomodo in membris iam affectis idem multò magis non efficiet?

7 Necesse igitur est, vt hulcus decoloratum, & digressum, ac euersum, & lacrymosum euadat, nec suppuret: ossáque, quæ recessura minimè erant, recedant.

Quæ ex praua deligatione accidant, hîc scribit: quæ omnia ex magnitudine inflammationis eueniunt. Labra enim hulceris ob eam inuertūtur, non secus, atque ea, quæ labra propriè appellantur, oris videlicet, quando inflammationem patiuntur. Decolor item totus locus efficitur. Atque id non iniuria: nam hoc quoque inflammationem magnam consequitur: tum ex ipso hulcere sanies quædam tenuis, atque incocta emanat: périnde atque in oculis lacryma, cùm laborant inflammatione. Inde enim per translationem ita affectum hulcus lacrymosum hîc vocatum est. Præterea donec in hunc modum deligata fuerit pars, concoctio nulla humoribus, qui inflammationem gignunt, contingere poterit. Accedit quòd necesse erit, vt ossium pars aliqua mora temporis noxam ex incoctorum humorum affluentia contrahat. Quocirca nisi destiterit ab hac praua deligatione, qui ita curat, nihil mirū erit, si aliquid ex ipsis recesserit. Reliqua in tota hac oratione clara admodū sunt, si quis attendat, vt dixi, eáq; memoria teneat, quę priùs edocuimus. Omnia enim hæc ad illa referuntur, illísque atteſtantur, sicut ipse etiam Hippocrates significat.

8 Necnon pulset, ac febrile hulcus efficiatur: vt cogantur ob intumescentiam emplastra imponere. Id quod inutile iis, qui hinc & inde deligati sunt, euadit: cùm nihil ipsis, nisi pondus quoddam inutile ad pulsum illum superueniat. Postremò verò cùm iam recrudescit malum, fascias resoluunt, & sine deligatione posteà reliquam curationem persequuntur. Et si aliquod aliud vulnus huiusmodi depræhenderint, nihilò minùs eodē modo ei medētur. Neque enim deligationem hinc & inde factam, & hulceris perfrigerationem esse in causa, sed aliquod aliud infortuniū putant. Ego quidem tam multa hac de re minimè scripsissem, nisi certò scirem, & inutilem, esse huiusmodi deligationem, & multos esse, qui ita mederentur: necnon opportunum fore, si didicerent. Rectè autē scripta esse, quæ superiùs scripsimus, testimonio illud est, siue videlicet maxi- A mè, siue minimè comprimendæ fracturæ sint. Oportet autem summatim ita dicere: Quibuscunque ossium recessio in expectatione non fuerit, iis eadem curatio adhibenda est, ac si ossa tantùm fracta absq; hulcere sint. Nam & extensiones, & directiones ossium, & deligationē eodem modo faciemus. Super ipsum enim hulcus plagula tenuis duplex picato cerato illito imponenda, ac circumcirca albo cerato inungendum est. At lintea tamen, & alia B latiora aliquantulo scindi debent, quàm si hulcus non esset. Idque quo primo deligamus, latius multò, quàm hulcus esse oportet: quippe cū angustiora hulcus ipsum cingant. Id autem non debet, sed à prima circunuolutione totum hulcus compræhendendum est.

Paulò antè dixit in his, qui ita deligantur, ad ipsa hulcera intumescentiam elidi. Intumescentiam οἶδος appellans. Nam ex praua deligatione ex vtraq; hulceris parte facta sanguis expressus turgiditatem quandam præter naturam in medio facit: quam οἶδος, & οἴδημα, id est, intumescētiam, seu tumorem nominare ipsi mos C est. Hîc verò tumor cùm pulsus ei, calórque ignitus accessit, eam, quæ non multò antè proprio nomine ita fuit appellata, inflammationem inducit. Antiquitus enim, vt sæpe à nobis demonstratum est, incensionem omnem φλεγμονὴν, id est, inflammationem vocabant. A temporibus verò Erasistrati nomen inflammationis in consuetudinem abire cœpit, vt de tumoribus illis diceretur, in quibus non tantummodo calor incensus, & flammeus, verùm etiam repercussio, & pulsus existit: qui sanè ruborem quoque necessariò habent. Ex multo enim calore rubor exoritur, sicut repercussio, & pulsus ex oppletione. Cùm posset autem Hippocrates loco πυρετώδεις, id est, febrilis, πυρώδεις, hoc est, igneū diçere, febrile dixit, à feruore, & igne deducta appellatione, vt significet, quemadmodum mihi videtur, febrem quoque ipsam, quæ πυρετὸς dicitur ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est, ab igne fuisse nominatam: eámque esse febris essentiā, D quòd calorem igneum habeat.

9 Ita vt hinc & inde linteum superexcedat.

Raro ab authoribus ἔνθεν καὶ ἔνθεν, id est, hinc & inde pro à superiore & inferiore parte dicitur. Plerunque enim cūm de partibus, quæ à latere sunt, intelligūt, vti hac loquutione consueuerunt. Hîc tamen antiquo loquendi modo Hippocrates dixit.

10 Atq; iniici quidem linteum debet ex ipsa ad hulcus processione: comprimēdúmque paulò minùs, quàm si hulcus non esset: deuoluendáque deligatio, quemadmodum dictum anteà fuit. Lintea autem

mollia

mollia quidem ſemper ſint, magis tamen in his, quàm ſi hulcus non eſſet: neque pauciora, quàm quæ priùs dicta ſunt: imò etiã aliquantulò plura eſſe debent. Vbi deligatum fuerit, ei, qui deligatus eſt, affulcitæ quidem, non compreſſæ tamen faſciæ eſſe videantur. Dicátque is ſupra hulcus maximè affulcitas eas eſſe. Iiſdémque temporibus affulcitæ, & iiſdem laxæ eſſe videantur, ſicut in ſuperioribus fuit declaratum. Tertio item pòſt die religãdum eſt omnibus in ſimiles modos, iis, quæ ſuperiùs dicta ſunt, immutatis: niſi quòd in vniuerſũ aliquantò hæc comprimenda, quàm illa ſunt. Et ſi pro ratione, quæ veriſimilia ſunt, fiant: pars iuxta hulcus gracilior ſemper reperietur: gracilia item reliqua omnia, quæ à deligatione continentur. Suppurationes etiã citiùs, quàm in hulceribus, quæ aliter curantur, fient. Et quæcunque carunculæ in vulnere aut denigratæ, aut emortuæ fuerint, celeriùs ſub hac curatione, quàm ſub aliis circum abrumpentur, atque excident. Præterea hulcus ſi hoc modo curetur, quàm ſi alio, maturiùs ad cicatricem deuenit. Omnium horũ cauſa eſt, quòd & pars, in qua eſt hulcus, & quæ circuncirca adiacent omnes, graciléſcunt.

Ex proceſſione, id eſt, κατ' ἴξιν ſemper pro ex directo ponit, alíquando per longitudinem corporis, alíquando per latitudinem, quemadmodum nunc. Vult enim vt primæ faſciæ initio vel à dextra, vel à ſiniſtra parte hulceris poſito, eam ita deuoluamus, vt totum ipſum comprehendat, ac nulla eius pars nuda relinquatur.

11 Sed reliqua quidem omnia in hac curatione ſimili modo facienda ſunt, quẽadmodum ſi fracta oſſa abſque hulcere fuiſſent. Ferulæ tamen non ſunt apponendæ: propterea lintea plura eſſe his debent, quàm cæteris: quia & minùs comprimuntur, & ferulæ tardiùs apponuntur.

Cauet ne ferulæ hulceratis fracturis apponantur, compreſſionem videlicet ex ipſis formidãs. Propterea etiam linteis non eſſe comprimendum iuſſit, pluribúſque ipſis eſſe vtendum ob duas has cauſas dixit: id quod memoria tibi tenendum eſt: quia & minùs cõprimuntur, & ferulæ tardiùs apponuntur.

12 Si tamen eas appoſueris, non ex proceſſione hulceris id faciendum eſt: ſed laxæ apponendæ. Cauendúmque ne vlla

A magna cõſtrictio ex ferulis efficiatur. Dictum autem hoc quoq; eſt in iis, quæ ſcripta ſuperiùs ſunt. Victu exquiſitiore, atq; eò diutiùs vtendum illis eſt, quibus à principio hulcus contigit, quibúſque oſſa extant, ídque in vniuerſum dictum ſit: quò grauiora vulnera ſunt, eò exquiſitiore, & diuturniore victu vtendum eſt.

Ex proceſſione, & ex directo per longitudinem audiendum nunc eſt. In longitudinem enim ferulæ apponuntur. Ac priùs quidem adhiberi ferulas prohibet: nunc quaſi eas alíquando concedat, ita inquit, ſi tamen

B ferulas appoſueris: quod quomodo ipſe hic, & in crure facere conſueuerit: aſſerere cõtentioſè non poſſum, cùm nullam ipſe hìc diſtinctionem ſubiũxerit. Quod autem ego facio, illud verò explicabo. Cùm fractura cum hulcere interdum in longitudinem membri contingit, nunc ex vtraque hulceris parte circundari ferulas licet: cùm tranſuerſum hulcus euaſit, id maximè ſi maius ſit, vetat quò minùs imponi ferulæ queant.

13 Eadem hæc hulcerum curandorũ ratio illis etiã adhibetur, quibus oſſa quidem fracta ſunt, ſed nullum à principio hulcus extiterat: ſi inter medendum vel

C ex nimia linteorum compreſſione, vel ex ferulæ inſeſſione, vel ex aliqua alia cauſa factũ fuerit. Cognoſci an hulcus ſubſit, poteſt, dolore, & pulſu: & ſi tumor, qui in extremis extat, durus efficitur: ſiq; digitum impreſſeris, inſurgit quidem, ſed ſtatim tamen recurrit. Quòd ſi tale quippiam ſuſpiceris, ſoluendum tibi eſt. Ac ſi ſub ſubligaminibus, aut aliqua alia deligationis parte prurigo ſit, picato cerato pro altero vtendum eſt.

Nunc de hulceribus loquitur, quæ fracturis mora temporis ex ferularum deligatione ſuperueniunt. Cauſaſque exortus eorum, & notas tradit, quibus an exortum hulcus ſit, cognoſcere quiſpiam poſſet. Tum vbi

D id innotuit, in conſueto deligationis modo non eſſe permanendum: ſed ſtatim detractis faſciis conuenientem curationem adhibendam monet: quam ipſe dilucidè ſatis ſcripſit.

14 Sin autem nihil horum fuerit, ſed hulcus irritum inueniatur, nigrum aliquatenus, aut impurum: futurúmque ſit, vt carnes ſuppurent, nerui verò ſimul excidant: hi nihil prorſus ſunt perfrigerandi, neque ſuppurationes hæ terrere nos debent: ſed curatio eſt adhibenda reliquis ſanè ſimili modo, ſicut iis, quibus à principio hulcus contigerat.

Per

Perfrigerari pro nudari videtur accipere: id eſt, detracta fracturis accommodata deligatione, tanquã hulcus curare. Non enim nihil imponere, & nudum penitus locum relinquere, perfrigerare appellat: cùm videlicet dicat, nihil prorſus ſunt perfrigerandi: quandam enim mediam medendi viam ſignificat. Ea autem eſt, ſi aliqua ex antè dictis notis in hulcere apparente ſtatim deligationem fracturis accommodatam finiamus, curationéque hulceris vno die, atque altero adhibita membrum modo, quo ipſe ſequẽti oratione iubet, deligemus.

15 Sed linteis incipienda deligatio eſt ab intumeſcentia, quæ in extremis partibus inſurrexit, admodum laxis: déinde in ſuperiorem partem faſcia ſemper eſt deuoluenda: vt compreſſa quidem nequaquam, ſed ſupra hulcus maximè, in reliquis minùs affulcita ſit. Lintea quidem prima munda, & non anguſta eſſe debent: ac tanta multitudine, quanta ſi ferulæ etiã adhiberentur, vel paulò minore.

In hac oratione manifeſtè oſtendit velle, vt deligatione incipiente à tumore, qui in extremis mẽbri partibus extitit, inde faſcia continuata deuolutione ſurſum vſque ad fracturam, vbi eſt hulcus, deferatur. Ita vt hæc, quæ curandorum tumorum cauſa fit, deligatio cũ altera, quæ fracturis idonea eſt, coniuncta vnam intentionem ex paruis conuolutionibus conflatam abſoluat. Faſciationem hanc vult affulcitam circa hulcus eſſe, id eſt, applicatam, atque inhærentem, laxè tamen, ne conſtringat: in reliquis verò partibus fracturæ, quemadmodum in fracturis abſque hulcere minùs eſſe compreſſam. Obſeruandum enim in omni deligatione illud cenſet, vt ea pars maximè comprimatur, vnde elidendus ſanguis eſt. Linteorum autem cõuolutiones in extremis partibus, quæ intumuerunt, fieri laxiores iubet: ea diligentia ipſis dúntaxat adhibenda, vt in vnam vnionem, & coniunctionem deligatio deducatur: nõ in eis præcipuam totius curationis vim conſtituens. Non enim nigrefacta, & emortua in hulceribus, quæ nunc curat, eiuſmodi ſunt; de illis enim ſuperiùs his verbis inquit: Et tumor, qui in extremis extat, durus efficitur: ſique digitum impreſſeris, inſurgit quidem, ſed ſtatim tamen recurrit: quæ ſanè tumorum eiuſmodi ſunt accidentia, vt meritò neque eos ſicut molles eſſe negligẽdos, neque eis præcipuam curationis vim, vt dixi, attribuendam cenſeat.

16 Supra ipſum hulcus ſatis eſt, ſi plagula albo cerato illita detur: nam ſiue caro, ſiue neruus nigrefactus fuerit, excidet: quippe cùm hæc huiuſmodi non acribus curari, ſed lenibus debeant non ſecus, atq; ambuſta. Religare verò tertio pòſt die opus eſt: ferulæq; non apponendæ. Magíſque quieſcendum, quàm anteà eſt: inediæque vacandum. Sciendum autem eſt, ſiue caro, ſiue neruus ita cẽputruit, vt de-

A cidere debeat: hoc modo, & multò minùs latè proſerpet, & multò citiùs decidet: multóque graciliores circum adiacentes partes erunt, quàm ſi reſolutis linteis aliquod ex purgantibus medicamentis ſupra hulcus impoſitum fuerit. Adde quòd quicquid ita pure moto exciderit, & citiùs carne repletur, & citiùs ad cicatricem perducitur: quàm ſi illo modo, vel aliquo alio curatum ſit. Præcipuum quidem in his eſt, vt rectè, & moderatè deligare ſcias. Ad id tamen figurationes etiam quales eſſe debẽt,

B & reliquus victus, & linteorum conuenientia inſuper conducunt.

Cur acribus medicamentis curare hulcera hæc non oporteat, ipſe explicauit, cùm ea ambuſtis compararit: quia videlicet ex commiſtione acrium, & calidorum humorum exiſtũt. Simul etiam illud ſignificauit, picatum ceratum acrius, quàm album eſſe. Pix enim quò calidior, eò etiam acrior, quàm cera eſt.

17 Quòd ſi in nuper vulneratis deceptus oſſiũ receſſionẽ non futuram eſſe exiſtimaris, ea verò receſſura fuerint, modus curationis timendus non eſt. Nullum enim magnum malum inde eueniet, ſi modò

C manu deligationes bonas, atq; innoxias facere non ignores.

Non timendus, inquit, eſt curationis modus, qui fracturis conuenit, etiam ſi ſigna oſſium receſſionis apparuerint: quænam ea ſint, ex ſequentibus diſces.

18 Si oſsium receſsio in hoc curationis modo futura eſt, nota hæc erit: pus copioſum ex hulcere emanat, gliſceréque pars affecta videtur.

Quando copioſius eſt pus quod emanat, quàm hulceris magnitudini par ſit, ſuſpicandum eſt, affectum os eſſe, quod ſi gliſcere quoque videatur, quod ὀργᾷν vocat, id eſt, ad excretionem feſtinare, atque incitari pars, quæ laborat, tunc pro certo id habere iam potes. Sed

D quo pacto incitari ad excretionem locum depræhendimus? Primùm quidem cùm labra ipſa hulceris coire inter ſe nequeunt: ſed diſſident, atque inuertuntur: déinde cùm æger in intima membri parte motionem quandam latentem, ac tacitam ſentit, ſi auocata ab aliis rebus mente, & ſenſibus huic ſoli membro, quod hæc patitur, diligenter attenderit.

19 Frequentiùs igitur ob madorem religandum eſt. Nam alioqui & febres oriũtur, & ſi valde à deligatione comprimantur, & hulcus, & circumiectæ partes gracileſcunt.

Madorem, id eſt, πλάδον ſuperfluentes humiditates appellare conſueuit, ſiue ex tenuibus, ſiue ex craſſioribus humoribus conſtent: cuiuſmodi nunc pus eſt: quod dixit copioſius emanare quãdo oſſis pars receſſura eſt.

Ac

20 Ac quæcunque quidem tenuium admodum ofsium recefsiones funt, nulla magna mutatione indigent: nifi vt laxiùs deligetur, ne pus intercludatur, fed effluere facilè queat: frequentiúfque religandum, quoad os recefferit: ferulæque non apponendæ.

In quibufdam exemplaribus, Magna, nō eft, fed abfolutè eft fcriptum, Nulla mutatione indigent. Sed magis videtur effe confentaneum, vt hoc modo legatur. Nam cùm tripliciter deligationis ratio, quæ fracturis conuenit, immutetur, ac varietur, non ita abfolutè nulla mutatione effe opus meritò dixiffet: præfertim cùm etiam fi particula ea adiuncta fit, repræhendere hominem fortaffe, ac falfum effe quod dicat afferere quifpiā poffit. Iubet fiquidem nunc laxiora lintea deligare, frequenter refoluere, ac religare, ferulásque non apponere: & quarto loco id, quod in vniuerfum cōfuluit, multitudinem linteorum, quando intentio ipforum laxatur, augere, & ferulas non applicare. Sed modus tamen deligationis fracturarum feruatur: ad quem fpectans non indigere mutatione aliqua magna hæc dixit. Subligamine enim vtendum tibi eft, initióque à parte affecta fumpto, térque circum eam circumuolutione facta in fuperiorem partem finiendum reliquis diftributionibus linteorum, ficut ipfe edocuit, deductis. Poftea fecundum fubligamen eadem intētione iniectum déorfum deuoluendum, ac furfum iterum retrahendum eft: laxioréfque inuolutiones eius faciendæ: tum plagulæ, vt tradidit, imponendæ: fafciæque defuper dandæ: ficut omnia in fracturarum deligatione didicifti. At fi magnorum offium fragmenta fuerint receffura, deligationem fracturarum non ampliùs admittit, ficut in fequenti oratione declarabit. Meritò igitur, nulla magna mutatione indigere hæc dixit. Verùm fi etiā abfq; Magna, fcriptum fit, ita accipi poterit, vt intelligamus modum deligationis fracturarum nulla ex parte effe immutandum. Nam dum & fubligaminibus vtimur, non fecus atque illhic, & initiū deligationis idem facimus: primáfque inuolutiones, ac déinceps reliquas nihilò minùs: fimili itē modo pofteà plagulas iniicimus, eáfq; ipfas defuper deligamus: eundem profectò modū feruare dicendi fumus.

21 Cùm verò maioris ofsis recefsio in expectatione fuerit, fiue inter initia præno ueris, fiue pofteà aduerteris, non ampliùs eandem curationem requirit: fed extenfiones, & directiones ita faciendæ ficut dictum eft. Plagulæ verò duplices fumēdæ funt latitudine non minore femidrodrantali, ad vulnus tamē quod fuerit coniectādo: longitudine paulò quidem breuiores, quàm vt bis: fed multò lōgiores, quàm vt femel circumire fractum corpus queant. Tot autem multitudine fint, quod conducit. Has vino nigro auftero madefactas à media parte incipiendo, quemadmodum fafcia ex duobus initiis deligari folet: fic circumuoluere debes: & déinde afciatim alternatis capitibus ita dimittere.

De inuolutione fafciæ etiam in libro De iis, quæ in Medicatrina fiunt, dixit, fafciationem aliam fimplicē, aliam rotūdam, aliam afciam appellari. Eft autem afcia reuolutio fafciæ, quæ cùm parum à recto declinet, in obliquum tamen nondum euadit, à fabrorum afcia, quę paululùm à recto abiens in fummitate decuruatur, ita dicta. Vult igitur, vt plagulæ hac figura membrum circūdent, ita circumiectæ, quemadmodum fafcia, quæ ex duobus initiis deligatur: id eft ita, vt media plagularum pars membro primùm applicetur: déinde reliqua quafi crura non orbiculariter circumuoluantur, fed paululū deflexè: vt ex oppofita parte illi loco, vnde incœperāt, inter fe mutuo decufsentur, fimilémq; coniunctionem X literæ efficiant. Id quod fi orbiculariter fuiffent circumducta, nūquàm eueniffet. Capita enim planè ex aduerfo, cùm orbicularis cōuolutio fit, fibi mutuò occurrunt. Plagularum lōgitudinem declarauit, cùm inquit, breuiores eas paulò effe debere, quàm vt bis: & longiores multò, quàm vt femel fibi mutuò occurrant. Vult, enim vt fæpe ab ipfis contineatur membrum, nō femel ab vnaquaque ex ipfis circundatum. Nam fi in quem locum fibi occurriffet plagula, nulla alia membri parte vlteriùs cōpræhenfa, ibi defiiffet, firma non fuiffet detētio. Dimidiam fiquidem ferè partem vlteriùs ab ipfis compræhendi debere fignificat, cùm inquit, Et paulò minores eas effe debere, quā vt bis: & multò maiores, quā vt femel circundare membrum queant. Id autem fiet, fi in media parte rotūditatis mēbri definant. Quare fi pedali longitudine effe deberent, vt femel circuirent, fefquipedali faciēdę funt, vt in medio definant, tā ta parte eis adiuncta, quanta à fefquipedali longitudine deficiebant. Coniectanda igitur diligenter tibi eft mēbri craffitudo, quò tanta longitudine efficere plagulas poffis, vt vna & dimidia circumuolutione membrum complectantur. Quòd fi coniecturæ tuæ non admodū fidas, longitudinem exactè inuenies, fi alteri fano mēbro eas circumieceris. Perfpicuum præterea illud eft, plagulas has ita continenter, ac proximè inter fe effe coniiciendas, vt nullus in medio vacuus relinquatur locus. Vino autem madefaciēdas cenfet, quod colore nigrum fit, fapore aufterum, craffum conftitutione. Nigrum enim, & aufterum ad huiufmodi affectus vtiliffimum eft: cùm & commune bonum, cuius caufa affumitur, afferat: & reliquis adftringentibus minùs mordax fit. Id quod in huiufmodi curationibus non leue exiftimari debet: quippe cùm, vt docuimus, ex dolore inflammationes oriantur. Vnde etiam fi non admodum, fed mediocriter aufterum fit, magis probatur. Quod enim admodum aufterū eft, cùm carnē fupra, quā oporteat, contrahat, & compingat, dolorem inducit. Quin etiā quod fubftantia tenue eft, cuiufmodi eft album, aut flauum, aut vermiculum: huic rei eo ineptum iudicatur, quòd in totam hulceratæ carnis profunditatem penetrans, ex conftrictione, & compactione, quā facit, fenfum maiorem doloris affert. At craffum, quale eft nigrum, cùm non altè in carnem penetret, fed fola qualitatis diffufione ipfam perfrigeret, & cōtrahat, humores, qui iam in ea continentur, reprimit, influentes fiftit. Ac ratio quidē nigro & auftero ita atteftatur. Sed fi experimento quoque velis vim eius tentare, ac fupra

maxima, & grauiſsima vulnera eo vtaris, me verũ eſſe deprӕhendes. Dictum autem etiam ſuperiùs eſt, eo ſubinde madefaciendum hulcus eſſe, propterea quòd cùm lintea impoſita paulatim exiccentur, & calefiant, inflammatio prӕcipuè ӕſtate conſequatur, neceſſe eſt: quo tẽpore ego multos curaui, qui apud nos Pergami in ſingularibus gladiaturӕ certaminibus, quӕ à pontificibus celebrari conſueuerunt, peſſimè fuerant ſauciati. Supra vulnus complicata linteola vino huiuſmo di madentia imponebam, ſupráque ea ſpongias molles extrinſecus dabam, tum per totum ferè diem, totámq; noctem madefaciebam, ſubiecto priùs corio leniter cõ cauo ſub membro vulnerato ad pedes, vt per id quaſi per riuulum vinum ex infuſione deflueret, in peluímque vacuam, quӕ id exciperet, exinaniretur: in quam quod defluxerat vinum iterum ſumptum denuò infun debam. Nam prӕter alia, quӕ hoc vinum in ſe habet, commoda, illud eſt maximum, quòd hebeti odore prӕditum eſt. Cùm enim alia, quӕ hunc odorem habent, caput vehementer feriant, nigrum auſterum neque hac in parte lӕſionem vllam affert. Odoris autem hӕc imbecillitas ex frigiditate temperaturӕ contingit. Vinũ enim auſterum ex terreſtri ſubſtantia conſtare in libr. De medicamentis demonſtratum eſt: quare cùm huiuſmodi vinum ex terreſtri commiſtione frigida auſterũ euaſerit, calidos vapores ſurſum emittere non poteſt. Dixi autem in principio etiam ſtatim horum commẽtariorũ, propterea quòd multi ſunt, qui in fracturis defluxiones huiuſmodi defluere non ſinunt, qualẽ ego in gladiatoribus adhibebam: ceratum liquidũ in ſimplicibus fracturis aſſumimus, quod licet vino ſit longè imbecillius, eam vim tamen habet, vt efficere ea, quibus opus eſt, ſatis poſſit.

22 Hӕc & ad ipſum hulcus facienda, & hinc & inde ab hulcere, neque comprimendum, niſi quantum fulcimenti cauſa ſufficiat.

Rurſus hìc non de latitudine, ſed de longitudine membri intelligit, cùm hinc & inde dicit. Seruat autẽ perpetuum illud prӕceptum, quo iuſſit, vt deligatio ſemper non parum, prӕcipuè in magnis affectionibus, ſanӕ partis occupet.

23 Supra hulcus autem picatum ceratum dandũ eſt, aut aliquid ex iis, quӕ cruentis ſunt accommodata, aut ex aliis medicamentis quod irrigationi connutritum ſit.

Prӕcipua curationis vis in deligatione cõſiſtit primis diebus, quãdo ab hulceratis partibus quicquid humoris eò iam defluxit, elidendum: & quod ex ſuperioribus partibus influit, prohibẽdũ eſt. A tertio verò die picatum ceratum, cùm ea, quӕ in hulcere ſunt, concoquat, vtilius adhibetur. Sed Hippocrates ſtatim à principio cum ipſo facultatẽ etiam vini aſſumit: cùm nõ tota ſubſtantia id hulcerato loco occurrere, ſed per qualitatis diffuſionem velit: ne aliqua moleſtia ex adſtrictione afferatur. Non enim gladio illatum vulnus nunc curat: ſed quod omnino contuſam vel magis, vel minus circuncirca carnem habet: quippe cùm ea, quӕ fracturam inducunt, carnis etiam aliquid cõtundere conſueuerint. Meritò igitur aliquid etiam cruẽti medicamenti ſuperiniiciendum cenſet, quod contuſis conducit, mitigationémque affert. Quod tamen habere vim eam vult, vt infuſionem extrinſecus non repudiet, ſed admittat: id eſt conueniens ei, conſentiénſque ſit. Id enim connutritum hìc ſignificat.

24 Si ӕſtiuum tempus eſt, plagulӕ vino frequenter ſunt irrigandӕ: ſi hyemale, lanӕ multӕ ſuccidӕ ex vino & oleo ſuperimponendӕ ſunt.

Quoniam in huiuſmodi affectionibus nimia perfrigeratio conuulſionis interdum periculum affert: vino autem frigido tam habitu, quàm facultate vtẽdum eſt: idcirco veritus ne moleſtia aliqua per hyemem contingat, in qua ad curationis modum temporis quoque frigus acceſſit: lanarum ſuperpoſitione, miſtionéque olei perfrigerationis vehementiam obtundit. Vult autem lanas ſuccidas eſſe ob ſordes, quӕ cum caliditate frigiditatis etiàm nonnihil obtinent.

25 Petulca prӕtereà ſubſternenda eſt: defluuiáque obſeruanda, vt effluere facilè poſſint.

Siue caprӕ, ſiue alicuius alterius pellis petulca, id eſt, ἰξάλη appelletur, diſputare hìc ſuperuacaneum puto. Non enim de verborum interpretationibus, ſed de curationibus morborum hìc agere nobis propoſitũ eſt: ad quam ſatis eſt, ſi cognouerimus raram, non denſam pellem eam eſſe debere, quӕ ſubſternitur: quӕ non ſolum quicquid ex infuſione confluit, verùm etiam ſanies, quӕ eluuntur, excipere queat, ac deriuare: ita figurata in partibus iuxta pedes, ſicut ſuperiùs diximus.

26 Memoriáque id tenendũ, loca hӕc, ſi multo tempore eadem figuratione permaneant, intertrigines curatu difficiles cõtrahere.

Partes circa os ſacrum, quod etiam latum appellãt, cùm calefiunt, & intumeſcunt, torporem, atq; ſub ipſa etiam cute hulcera curatu difficilia faciunt. Poſt cutem enim chartilaginea oſſium capita ſunt, quӕ nudata difficulter ſaneſcunt.

27 Quos autem deligatione ſanare nõ potes, aliquo modo ex iis, qui antedicti ſũt, aut dicentur: in primis curandum eſt vt ii diſpoſitè fractam corporis partem è directo detineant: attendendúmque vt ſurſum magis, quàm deorſum vergat.

Non exquiſitè è directo tenendum eſſe crus cenſet: ſed ita, vt aliquantò altior extrema pars ſit. Nam, ſicut dictum etiam ſuperiùs à me eſt, figuratio decliuis facit, vt plus humoris in crus defluat, accliuis dolorem creat. Quapropter decliuis ſemper fugienda eſt: accliuis quoad dolore non afficitur crus, eatenus admittenda.

28 Si verò bene quis, & facilè vult operari, is adhibere etiam machinamenta debet, vt pars corporis fracta, iuſta, & non violenta extenſione diſtẽdatur. Machinamentis autem vti in tibia maximè licet.

Nõnulli ſunt,qui in omnibus tibiæ fracturis,& quæ deligantur,& quæ non deligantur,pedem extremum lecto, aut alicui alteri ligno iuxta lectum deſoſſo alligent. Ii ſanè mala omnia, & bonum nullum efficiunt. Neque enim extenſioni adiumentũ vllum hæc affert alligatio,cùm nihilò minùs reliquum corpus ad pedem conceſſurum ſit:atque ſic non amplius extendetur, neque ad directi rectionem quicquã prodeſt,imò officit. Si enim reliquum corpus vel hac,vel illhac verſetur, vinculum non vetabit, quò minùs pes,& oſſa pedi annexa corporis motionem ſequantur.Quin ſi nõ fuiſſet alligatus pes,minor fieret diſtortio:quippe cùm minus in motione reliqui corporis deſtitueretur.

De extenſione,quæ inſtrumentis fit, quæ totũ membrum æqualiter extendit, & nullam eius partem vel magis, vel minùs extendi ſinit, de qua & priùs egit,& nunc etiam dicit:à nobis quoque ſuperiùs latiùs fuit declaratum. Quæ verò de iis,qui ſummum pedem alligant,nunc ſcribit Hippocrates,perſpicua ſunt. His igitur omiſſis,ad ea,quæ de ſphæris tradit, deſcendemus.

29 Quòd ſi quis ſphæras duas ex aluta Aegyptia conſuat tales, cuiuſmodi geſtare illi ſolent, qui magnis compedibus vincti ſunt: quæ quidem ſphæræ tunicas hinc & inde habeant,à parte vulneris profundiores, breuiores ab articulis: quæ tumidæ ſint,& molles:ita vt altera ſupra malleolos, altera infra genu cruri coaptari queat: tum à latere vnaquæque geminas vtrinque appendices annexas habeat, aut ex ſimplici, aut ex duplici loro,breues illas quidem périnde,atque anſas, ex vtraque malleorum parte alias, alias vtrinque à genu. Nam & ſuperior ſphæra tales alteras è directo habere etiã ipſa debet. Poſteà corneis virgis ſumptis æqualibus inter ſe magnitudine, craſſitudine digitali,longitudine verò ea, vt inflexæ in appẽdices aptè inferantur.

Oratio hæc de ſphæris mihi quidem aperta eſſe adeò videtur,vt explicanda à me aliter non ſit. Quia tamen nonnulli ſunt,qui ſæpe dicant,ſe ignorare ea, quæ ab Hippocrate dicuntur,quid agam dubito. Nam coram iis,qui dicũt ſe hæc non intelligere, ſphæras ipſas in medium profero: ac dum legitur liber, ſingillatim vnumquodque quod inquit, parti illi ſphærarũ applico,de qua loquitur:atq; ita orationẽ totam claram, ac manifeſtam reddo. Dum ſcribo autem,quia in libro monſtrari ſphæræ nõ poſſunt,haud ſcio quo pacto declarari oratio hæc queat. Nam ſi quis Hippocratis perſpicuã loquutionem non intelligit, is quomodo meam percepturus ſit,non video. Quocirca hunc monendũ eſſe cenſuerim,vt ſæpe orationem hanc perlegat, diligentérq; etiam imum aduertat. Nam ſi ita fecerit, haud dubito, quin ſi non anteà potuit, nunc ſaltem prorſus eam intellecturus ſit. Quin ego quoq; quicquid facere ad intelligentiam aliquã eius poſſe exiſtimo,in præſentia non omittam. Sphæræ igitur hîc accipiẽdæ ſunt non pro globis, aut pilis eiuſmodi, vt ſunt illæ,quibus pueri ludere conſueuerant:eſſent enim prorſus vndequaque rotundæ,ſed pro circulis,& ſpiris,quæ ſimiles compedibus ſunt, vt ipſe inquit. Comparatio facilè percipi poteſt. Similes eas intellige anguibus,aut oblõgis farciminibus. Quemadmodum enim coqui interiorem inteſtinorum inanitatem ſimilagine, & contuſis carnibus,aliiſque nonnullis farcientes lucanicas conficiunt: ſic tu ad ſimilitudinem inanis inteſtini alutam cõſutam tomento, aut molli aliqua alia re compleas, ac confarcias. Alutam autem Aegyptiam eſſe vult,hoc eſt,validam,ac mollẽ. Cuiuſmodi ſi in Italia,aut Thracia,aut alibi terrarum inueneris, Aegyptia tibi pellis requirenda non erit. Tanta autem huius conſutæ alutæ longitudo ſit,vt crus ſupra malleolos orbiculariter cõpræhendat,nõn ſecus ac compedes. Simili modo quoque infra genu. Duæ enim in vnoquoque crure ſphæræ eſſe debent. Vnde etiam plura tibi harum ſphærarũ paria præparanda ſunt, quæ magnitudine inter ſe differant:vt vnum par maiori cruri,alterum minori applicetur, quodcunque ex ipſis vnicuique accommodabitur. Oportet autem tunicas harum ſpirarum non prorſus teretes eſſe,neque omnino & latitudine, & altitudine æquales:ſed qua parte corpori inhærent, quodã modo ſenſim dilatari,ac planæ eſſe debent:rotundæ verò, quà in altum conuertuntur, ſed neque id admodũ exquiſitè. Ex interioribus enim partibus in altum protenduntur:inde verò per externas partes rotundas earum deſcenſus vſque ad carnem fertur: vt in inferiore ſpira depreſſior earum pars pedi, in ſuperiore genu appropinquet. Quibus ita conſtitutis appendices in vtraque hinc inde duplices inſtar aurium annecti vult: ita vt aliæ in inferiore ſpira concauitatem, & ſinum ſurſum ſpectantem verſus genu habeant:quæ in ſuperiore ſunt, econtrario déorſum. Has autem anſas vtriq; ſpiræ à latere,id eſt,à parte, quam ſublimiorem diximus,hinc & inde annectẽdas cenſet:in quas quatuor virgarum capita cõiiciantur. Virgæ autem cùm coniiciuntur,inflecti paululùm debent: vt coniectæ dum redire in naturalem rectitudinem nituntur,ſpiram inferiorem déorſum,ſuperiorem ſurſum impellant. Quod cùm fit,euenit, vt ſimul & partes fractæ in conformatione exacta ſeruentur,& ſurſum altera, altera déorſum diſtendantur. Virgas eſſe corneas iubet ob ligni ſoliditatem: cuiuſmodi lignũ ad vſus hos magis eſſe idoneum perſpicuum eſt. De capſula quidem machinaria quã vtilis ad huiuſmodi diſtentiones ſit, in ſuperiore libro dictum à me eſt,vbi fabricam quoq; eius explicauimus.

30 Id ſtuduerint, vt extremæ virgarũ partes nõ in corpus,ſed in extremas ſphærarum eminentias appellant. Tria autem, vel plura etiam virgarũ paria haberi debent, alia aliis aliquantulo longiora, alia breuiora,& minora:vt ſi magis diſtendere

voluerit, possit. Virgæ vtræque hinc & inde à malleolorũ parte collocandæ sunt.

Appellant inquit, id est, innitãtur, & firmentur. Vult enim vt virgæ, quæ inter spiras vtrasq; collocatæ alteram sursum, alterã déorsum impellunt, corpus ipsum non attingant, sed suspensæ in appẽdicibus spirarũ infixæ innitantur: quas, vt dixi, ob soliditatem materiæ esse corneas iubet: vt violenter inflexæ, posteaquam iniectæ in ansulas fuerint, in pristinam rectitudinem reducantur. Perspicuum enim est, eas, si ita fiet, tantum spiras sursum, ac déorsum repulsuras esse, quantum extentæ in longitudinem creuerint.

31 Hæc igitur si bene machinatus fuerit, & extensionem iustã efficiet, & æqualẽ ex directo. Vulneri item dolorem nullum afferet: & expressiones, si quicquam exprimetur, tum ad pedem, tum ad femur abducentur: & virgæ bene dispositæ erunt aliæ hinc, aliæ inde à malleolorum parte, vt tibiæ positio minimè impediatur: vulnúsq; bene & impingat, & sustentetur.

Iustam dixi appellari ab eo æqualem: vnde æqualẽ, seu æquam idem esse quispiã posset existimare: sed æquum, seu ęquale in partibus vnius rei existit: iustum de duabus rebus ad minimum dicitur. Idcirco nunc iustã extensionem dici intelligendum est & penes distentionem, quam duæ hæ spiræ efficiunt, & penes virgas corneas, quæ in ipsas iniiciuntur. Aequalem autem penes vnamquanque ipsarum tantùm, eam videlicet, quæ ad malleolos fit tantùm, aut eam, quæ ad genu: tum penes eam virgam, quæ à dextra parte, tum penes eam, quæ à sinistra parte est.

32 Neque enim impedimẽto illud est, si quis duas virgas voluerit, quæ superiores sunt, inter se iũgere, & si quis leuiter supponere aliquid voluerit, vt quod superponitur à vulnere suspensum sit. Si igitur sphæræ mites, & pulchræ, & molles, & recèns consutæ fuerint, & virgarum intẽtio rectè fuerit intenta, quemadmodũ iam dictum est, vtile erit machinamentũ. At si horum aliquid non bene se habuerit, lædet magis, quã proderit. Oportet autẽ vt & alia machinamenta vel bene machinemur, vel non machinemur. Turpe enim est, ab artéq; alienum, si in machinamentis efficiendis machinatione careamus.

Quatuor erant virgæ, ex alterutra tibiæ parte duæ: desuper sublimiora altera, altera humilior. Duas igitur sublimiores posse inter se iungi, ac colligari inquit, vt rectæ permaneant: ne ex violenta inflexione, qua inflexæ fuerant, retortæ in vicinas partes distorqueantur.

33 Pleriq; tamen ex medicis fracturas & cum hulceribus, & sine hulceribus primis diebus lanis succidis curant, nihílque A hoc præter artem esse ipsis videtur. Nam qui in recenter vulneratis, quia non habẽt lintea, vti lanis coguntur, iis ignoscendum maximè est. Neq; enim quispiam ad deliganda huiusmodi habere aliquid aliud potest, quod multò melius, quã lana sit, quãquã esse ea debet quàm plurima, & valde bene elaborata, & non aspera. Nam si pauca sit, & praua, imbecillam quoq; vim habet. At qui ad vnũ, aut duos dies lanis sibi esse deligandũ cẽsent, tertio verò, & quar- B to linteis deligando comprimunt, & tunc maximè extendunt, ii multùm in medicina, & valde opportuna in re desipiũt. Tertio enim & quarto die vulnera omnia minimè sunt exagitanda. Et, vt in summa dicã, specilli quoque omnes admotiones vitandæ his diebus sunt, omniáque alia, quibus vulnera iritantur. In totum enim tertius & quartus dies in plerísque vulneribus rebellationes parit: & quæ in inflammationem, & sordes incitantur, & quæcũque in febres tẽdunt. Vnde magni admo- C dum momenti périnde, ac quoduis aliud documentũ hoc est. Cum quo enim quod opportunissimum in medicina sit, non in hulceribus tantùm, verùm etiam in multis aliis morbis cõmunicationem non habet?

Prauam medicorum consuetudinem emẽdare vult, qui melius esse putant, si fractum membrum non statim extendant: sed vbi priùs duobus, aut tribus diebus mitigarint, tunc demum tertio aut quarto die post initiũ ad extensionem deueniant. Hippocrates enim id, quod maximè huic contrarium est, conuenire ostendit, vt in principio membrũ extendatur: in tertio verò, aut quarto die mitigationes adhibeantur. Si igitur animum aduertas iis, quæ hîc ab eo scripta sunt, omnia patebunt: clarè enim explicat.

D 34 Nisi quis alios quoque morbos hulcera esse dixerit. Nam hæc etiã quandam habet æquitatem oratio.

Aequitatem, id est, ἐπιείκειαν pro probabilitate hîc sumit, & verisimilitudine. Hoc autem inquit propterea quòd nonnullæ orationes penitus improbabiles, atque absurdæ sunt. Sed quæ probabilitas esse in hoc potest, quod dicunt nonnulli, dum reliquos morbos quoque esse hulcera asserunt? dolorem quidem afferentes morbos in hulcerum genere constitui probabile admodum est. Quippe cùm demonstratum iam à nobis sit, & ex continui dissolutione, dum inciditur corpus, aut intenditur, aut colliditur, & ex intemperatura dolorem existere. Continui autem dissolutionem esse hulcus, cuilibet perspicuum est. Repentinam quoque mutationem

in intemperatura ſolutionem quoque ipſam continui efficere, in libris De medicamentis demonſtratum eſt. Caliditatẽ enim penetrare,& quaſi perrodere id, quod continuum eſt,patet. Quod verò vehementer adſtringit,quandam diſſolutionem continuo afferre,dum repentè contrahit quod diffuſum eſt:in iiſdem libris demonſtrauimus. Vt in hoc probabilis oratio hæc futura ſit,imò etiam vera,dum dolorem omnem in hulcerum genere cõſtituit. Si autem omnes quoque morbos hulcera appellet quiſpiam,licet non ita verum, non prorſus tamen à probabilitate erit alienum. Nam quia plerique morbi cum dolore exiſtũt,à pleriſque ad omnes fieri trãſitus poterit. Si omnino quiſpiam in toto corpore aut intemperaturam aliquam, aut colliſionẽ, aut diſtentionem, aut manifeſtam continui diuiſionẽ contingere afferat,déinde neceſſitatem afferat,ſubiungens omnem intemperaturam aliquam omnino cõtinui diſſolutionem,ſi non ſenſui euidentem, rationi certè contemplabilem, & veram efficere:diſtentionem verò, & contuſionem,& colliſionem ſine vlla dubitatione multò magis:quippe cùm ea, quæ hoc patiuntur,eò quàm proximè accedant,vt diuellantur,quæ continui diſſolutio eſt.

35 Multifariè enim alia aliis inter ſe fratrant.

Quod ſolemus dicere nos, ſimilia inter ſe ſunt,& communicant,& cognationem habent:id dicere Hippocrates ἠδέλφιςαι,id eſt,fratrant,conſueuit, maximam rerum ſimilitudinem, & cognationem nomine hoc præ ſe ferens. Nam cùm multa cognata inter ſe ſint,nihil familiarius, ac cognatius, quàm fratres, videntur. Quaſi igitur maxima conuenientia, & ſimilitudo eandem vim cum fraternitate habeat, eam verbo hoc fratrandi appellat.

36 At qui lanis ſibi vtendum putant, quoad ſeptem dies præterierint, déinde extendendum, ac dirigẽdum membrum, linteíſque deligandum: ii non ita deſipere videntur. Nam & oportuniſſimum inflammationi tẽpus præteriit, & oſſa laxa iam, & apta poſt hos dies ſunt. Lõgè tamen curatio hæc ab ea ſuperatur, quæ inter initia linteis deligat. Ille ſiquidem modus ægros præparat, atque efficit, vt ſeptimo die ad deligationem cum ferulis ſuſcipiendã idonei euadant,hic longè poſterior eſt.

Cùm ſuperiori oratione eos reprehenderit,qui tertio,aut quarto die fracturis accommodatam curationẽ incipiebant,nunc ad eos tranſit,qui poſt ſeptimum diẽ eandem aggrediuntur,inquítque hos in eo minùs peccare,quòd partibus inflammatione minùs vexatis diſtentionem adhibent. Nam illos, qui tertio,aut quarto die idem faciebant,quo maxime tempore lenire,ac mitigare inflammationem eſt opus,nõ leue peccatũ committere oſtendit.

37 Nocumentáq; alia quædam habet, quæ omnia lõgum eſſet commemorare.

Vbi longitudinem temporis damnauit,in iis,qui fracturis accommodatam curationem poſt ſeptimũ diem incipiunt: præter eam inquit alia quoque nocumenta Galen.

euenire,quæ, ne prolixior ſit, quàm oporteat,omittit.
A Sed nos ea ſubiungemus ex iis, quæ ſuperiùs oſtendimus. Si mediocris ſit fractura, ex tali deligatione ſegniora,ſicut ſuperiùs docuimus,membra efficiuntur:ſi vehementiori,& maligniori modo membrum fuerit ef fractum,& curatio fracturis conueniens poſt ſeptimum diem differatur,periculum eſt,ne aliquod os ſideretur, & corrumpatur. A principio enim aſſumi eam vult, propterea quòd à partibus affectis ſuperfluentem copiam ſanguinis in vtranque partem elidit. Quæ ſi ibi immoretur, interdum fit, vt oſſa quoque à praua ſanie corroſa exputreſcant.

38 Iam verò quibus oſſa fracta, & extrà eminentia in ſuam ſedem collocari nõ poſſunt,iis hæc reſtitutio eſt.

Græcis,qui in Aſia habitãt,mos eſt,vt reſtituere di-
B cant pro eo,quod eſt in propriam ſedem reducere. Inde mihi videtur Hippocrates reſtitutionis nomen,id eſt,κατάςασεως ſumpſiſſe, vt idem ſignificet, quod collocatio,quæ eſt in ſedem repoſitio. Malè igitur nonulli κατάτασις abſque σ,id eſt,extenſio ſcribunt: cùm nõ modò per extenſionem,verùm etiam per molitionem nudata oſſa in propriam ſedem collocentur.

39 Ferramenta quædam parua facienda ſunt eo modo,quo ſunt vectes, quibus lapicidæ vti ſolent,parte altera latiora, altera anguſtiora: quæ eſſe debent tria, vel etiam plura,vt maximè cõgruentibus vti quiſpiã poſſit: déinde opus eſt,vt inter extendendum vnum ex his ſubiiciamus, ita
C vt inferiore ſui parte depreſſiori oſſis parti ſubiectum, ſuperiore eminentiori innixum moliatur. Atque,vt ſemel dicam,nõ ſecus,ac ſi quis vel lapidem,vel lignum validè moliretur. Sint autem hæc ferramẽta valida,quàm maximè poteſt, ne inflectãtur. Hoc magnum præſidium eſt, ſi & ferramenta idonea ſint, & molitio, vt debet, efficiatur.

Ferramenta hæc forma procul dubio non magnitudine ſimilia eſſe iis inquit, quibus lapicidæ vtuntur. Nam quæ adhibere ad trudenda oſſa,ac mollienda cõſueuimus, non maiora iis ſunt, quæ ad dentium euul-
D ſionem à nobis præparantur. Plura autem habere præparata huiuſmodi ferramenta hìc debemus, quæ inter ſe & magnitudine, & tenuitate, & paruitate differant, in extrema videlicet ſui parte,qua maximè exercere opus ſolemus. Quomodo autem vti ferramentis his debeamus,Hippocrates ipſe manifeſtè declarat:vt ſi quis hominis loquutionẽ nõ percipit,is non explanatione, neq; interpretatione alia videatur indigere, ſed inſpectione: quippe cũ nõnullæ res eiuſmodi ſint,vt niſi eas inſpiciat,neq; credere,neq; intelligere quiſpiã poſsit.

40 Nam quæcunque ab hominibus accommodatè machinamenta excogitãtur, valentiſſima omnium tria hæc ſunt: aſini circumactio, molitio, & diſcuneatio.

Abſque horum autem aut vno,aut omnibus nullum ex validiſsimis operibus homines exequuntur. Hæc igitur molitio ſpernẽda minimè eſt.Nam vel hoc modo, vel nullo alio oſſa in ſuam ſedem compellentur.Quòd ſi pars oſſis,quæ ſurſum euaſit,præacutum quippiam præferat,ineptáque ob id ad ſedem vecti exhibẽdam ſit: interlimandum illud eſt,quo vectis inſidere firmiter queat. Molitione hac vtẽdum, atque intendendum eodem die,aut poſtero,nõ autem tertio: quarto verò aut quinto minimè.His enim diebus ſiue non reponas,ſed moleſtes,ſiue reponas, inflammationem afferes.

Aſinos, & aſellos axes vocat, quos etiam ſucculas dicimus. Horum circumactionẽ eſſe vnum ex valẽtiſſimis inquit: quemadmodum etiam molitionem, quæ vectibus fit, & diſcuneationem. Diſcuneatio autem appellatur lignorum per cuneos adactos, diruptio, ac diſciſsio.

41 Si tamen reponas,conuulſionẽ magis induces, quàm ſi reponere non potueris. Hæc probè ſcienda ſunt. Nam ſi,vbi repoſueris,conuulſio ſuperuenerit,nõ multæ ſalutis ſpes ſunt: quin retro expellendũ os eſt,ſi id fieri ſine moleſtia poſſit.

Cur conuulſiones fiant in omnibus huiuſmodi affectionibus,ſi oſſa reponantur, déinceps omnia ſubiũgit: ſatiſque habet, ſi ſicut de aliis multis ad artem opportunis,ita de his quoque ſemel tantùm dixerit: eandem rationem ad omnia à nobis transferendam eẽſens,quę eiuſdem naturæ fuerint. Iam igitur orationem eius tibi adſcribam, in qua generale hoc, quod multis particularibus commune eſt,docet.

42 Non enim laxioribus,quàm opportunum ſit,conuulſiones ſuperueniunt,& rigores: ſed magis intentis,qua de re igitur nunc ſermo eſt,non oportet vexare in antè dictis his diebus:ſed dare operam vt & minimè inflãmetur hulcus, & ad pus maximè perueniat:vbi autẽ ſeptem dies præterierint, vel paulò plures, ſi febre caruerit,hulcúſque non fuerit inflammatũ,tunc minùs obſtat,quin tentes reponere, ſi obtẽturum te eſſe ſperes.Sin minùs,nulla fruſtrà inferenda,& ſuſcipienda moleſtia eſt. Si oſſa verò in ſedem ſuam repoſueris,traditæ ſunt rationes,quibus curare oporteat: ſiue receſſura oſſa ſperaueris, ſiue non receſſura. Nã ſi ſperes,linteis modo eo,quo

A dixi,in huiuſmodi omnibus facienda deligatio eſt, à medio vt plurimùm incipiendo, ſicut ex duobus initiis faſcia ſubligatur.

Didicimus in libris De muſculorum motu vniuſcuiuſque muſculi operationem fieri,cùm ad propriam originem retrahitur. Hoc autem cùm inuitis nobis fit ex inflammationis magnitudine,conuulſiones efficiũtur. Quod cur contingat,ſi oſſa alternata tam in fracturis, quàm in luxationibus fuerint repoſita,illud eſt,(in hoc enim quęſtionis huius ſolutio maximè cõſiſtit,) quod in fracturis,& luxationibus breuius, quàm erat, membrum euadit,cùm pars oſſium aliqua cutem perforauit:vbi verò oſſa in naturalem ſedem redierunt, priſtinam longitudinem recipit. Quare etiam inflammati muſculi ſimul cum toto membro coguntur extendi,atque ita duplici extenſione afficiuntur, & ea, quam ex inflammatione habebant, & ea,quam tunc inſuper ex-
B tenti accipiunt.

43 Coniectandum autem ad formam hulceris eſt,vt minimè hians, & digrediẽs inter deligandum ſit.

Per translationem vtriſque his verbis vſus eſt. Nã & hians,quod eſt σεσηρὸς, id eſt, ringens,de labiis oris dicitur.digrediẽs,id eſt,ἐκπεπλιγμένον, de cruribus gradum facientibus,atque inter ſe diſtantibus. Crurum enim diductio,id eſt,digreſſio appellatur,πλιχὰς id eſt, greſſura,ſicut dictum eſt: quemadmodum hiare,ſeu ringere,id eſt,σεσηρέναι,labra aperire dicimus abſque vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter ſe coniuncti appareant.Cauendum igitur inquit, ne in deligatione labra hulceris expanſa faciamus. Vult enim,vt ea partibus cutis ſitum ſuum recipientibus,inter ſe contrahamus,& cogamus:eò quòd ſi ita fecerimus,locus minùs
C comprimetur,& ſubiectum hulcus in muſculis ſuis maximè conſeruabitur. Sciendum enim tibi eſt, omnia, quæ ſub cute ſunt, cute admodum gaudere, nihilque, quod ſubiectum ipſi eſt, ea denudari abſque detrimẽto poſſe. Sed quid mirum,ſi ea,quæ proprium,& cognatum ex cute tegumentum habent, eo ſemper delectentur:ab aliis verò omnibus malè,& moleſtè afficiantur? Vnde ego ſæpe cùm partes cutis minimè præciderim, ſed quod detractum fuerat, extrinſecus ſuperimpoſuerim,glutinari id animaduerti: quódque magis mirandũ eſt,cũ ſtatim ex ictu nigrefactus locus eſſet. Quinetiam maiore admiratione dignum illud eſt,quòd non in adoleſcentibus tantummodo,ſed in ſenibus quoque non paucis,cùm detractas huiuſmodi cutis partes plagæ iam nigrefactæ applicuiſſemus,adhærere ac conglutinari eas vidimus. Si verò excoriata caro ita nuda re-
D linquatur,difficulter ſaneſcit. Vt omittã quòd morſionibus prorſus afficitur,& ſordeſcit. Nam medicamenta inflammationes ſedantia, & mitigantia, cuiuſmodi eſt id,quod liquidum,hoc eſt, ὑγρὸν nominatur, & quatuor medicamentorum compoſitio, quam τετραφάρμακον appellãt, abſque inflammatione quidem affectam partem ſeruant: ſordidum tamen hulcus reddũt. At quæ hulcus purgant, vtpote extergendi vi prædita ſenſum morſionis afferunt, cùm vero à cute contecta eſt excoriatio,nihil horum patitur. Huic ſimile eſt id, quod in puſtulis fit, quæ multis de cauſis exoriri conſueuerunt,in tumorémque exurgere,magnúmque dolorem interdum afferre. Eas eodem modo curo. Acuta

acu

acu pustulam pungo, expressóque inde sensim humore, cutem adiacentem relinquo: & cùm euenit vt rursus foramine occluso repleatur, iterum eodem modo pungitur, expressóque humore cutis carni applicatur, ac deprimitur: seruatúrque ita, quoad quod sub ipsa carne hulceratum est, consolidetur. Hæc dicta à me sunt, vt manifestè perspiciamus, omne hulcus indigere, vt cognata cute contegatur. Hulcus verò, de quo nunc agitur, non quodlibet est, & leue, sed in quo tota caro per totam altitudinem diuisa ossibus est. Non enim per cutem ossa eminere extrà potuissent, nisi priùs tota caro fuisset dissecta: quam sanè operiri sua cute longè melius est. Si enim nuda relinquatur, substantias ipsas impositorum medicamentorum attingens ab oleo confectis, & mitigantibus sordescit: purgantibus, quæ extergunt, mordetur. Sin autem facultates medicamentorũ, quæ imponuntur, absque substantia in affectam carnẽ per cutem penetrauerint: sicut ipsi proderunt, ita nullũ huiusmodi malum afferent. Meritò igitur Hippocrates in id præcipuè dandam operam censet, vt talium hulcerum labra inter se cogantur. Id autem rectè efficies, si formam ipsorum exactè contemplatus fueris. Nam si alterum ex labris inuersum in latus inspexeris, inde deligatione orsa in contrariam partem conuertes. Si vtraque eodem modo hient, ea fascia ex duobus initiis iniecta inter se applicabis, ac coges.

44 Aliis enim coalitum est, vt ad dexteram, aliis vt ad sinistram, aliis vt ex duobus initiis deligentur. Quæcunque autem ossa frustrata repositione fuerint, ea scire licet recessura esse, & quæcunque penitus carnibus nudata sunt. Nudatur autem nõnullorum superior pars: nonnullorum circumcirca carnes emoriuntur.

Coalitum est, id est, cõnutritum, & accommodatum est, & congruum dixit, translatione nullam vtilitatem afferente vsus. Vnde etiam notatum à me est. Translatione siquidem alii quoque omnes in dicendo periti ad euidentiorem rei explicationem vti consueuerunt.

45 Aliorũ ex veteri vulnere ossa quædam emarcuerunt, aliorum minimé. Atq; aliorum magis, aliorum minús. Atque horum ipsorum quædam parua, quædam item magna. Ac propterea vno nomine dici non possunt, quãdo recessura ossa sint. Alia enim ex paruitate, alia ex eo quòd in extremo sunt, citiùs recedunt. Alia verò ob hoc non recedunt, sed arefacta, & marcida effecta desquammantur. Ad hæc autem curatio etiam curatione differt. In totum tamẽ ossa eorum citissimè recedunt, quorum citissimæ suppurationes, citissimæ item, & pulcherrimæ carnis excrescentiæ fiunt. Subnascentes enim carnes in noxa ipsa ossa plurimùm eleuant, totus tamen testæ ossis circulus, si in quadraginta die-

A bus recesserit, bene recedet. Nonnulla enim ad sexaginta vsque dies perueniunt. Quæ enim sunt rariora, maturiùs: quæ sunt solidiora, tardius: reliqua, quæ minora sunt, multùm intra hoc spatium, alia aliter recedunt.

Emarcuerunt, id est, σεσάπρισαι, à marcido, quod est ζαπρὸν dicitur. Dictum autem est, quòd corrupta vocant marcida. Verùm quidã non rectè dixerunt, omnia vetusta, ac diuturna, appellari marcida.

46 Os autem, quod extrà eminet his prætextibus præcidendum est: si redire in B sedem non possit, parúmque quid abesse videatur, quin promoueatur, possítque detrahi: si præterea nocuum sit, aliquídque ex carnibus rumpat, sensúsque molestiã repræsentet: si item nudũ carne sit, auferri debet. Reliqua recidãtur nécne, nõ multùm refert. Certò enim sciendum est, ossa quæcunque carnibus prorsus priuantur, atque arefiunt: ea penitus quoque esse recessura. Quæ autem eò ventura sunt, vt desquammentur, præcidenda non sunt. Quæ penitus fuerint recessura, notis præstitutis coniectandum: plagulísq;, & vino, C sicut etiam superiùs scriptum est de recessuris ossibus, curatio adhibẽda. Cauendũque est, ne frigidis primo tempore attingamus: quippe cùm horrorũ febrilium, necnon conuulsionum periculum impendeat. Frigida enim cõuulsionem semper prouocant: & insuper quoq; exhulcerant. Scire autẽ oportet necessariò breuiora ibi corpora fieri, vbi vtraque ossa fracta, & alternata curantur: quibúsque totus testæ ossis circulus recessit.

D Nunc quoque Hippocratem non falsas causas, sed veras, prætextus dixisse perspicuum est. Tota hæc de marcidis ossibus oratio satis clara est. Iubet enim vt quæ repositiones impediunt, resecentur: quæque tangentes carnes pungunt, &, sicut ipse inquit, molestiam sensus repræsentant, id est, grauem sensum doloris afferũt. Ostendit etiã ossa, quę carnibus denudata sunt, & non statim fuerunt reposita, quæque aruerunt, decidua esse.

47 Quibuscunq; os brachii, aut femoris extrà eminet, hi non admodũ euadũt. Nam tum ossa magna sunt, & medullosa: tum multa ea sunt, & peropportuna, quæ vulnerantur, nerui, musculi, venæ: vt si ea reponas, cõuulsiones soleant superuenire:

ſi non reponas, febres acutæ, & bilioſæ, & ſingultuoſæ cõtingant: atq; inſuper nigreſiant. Illi magis euadunt, quibus neque repoſita fuerint, neq; tentatũ, vt reponantur: magis verò ii, quibus in ferior oſsis pars, quã quibus ſuperior extrà eminet. Superſunt etiam, quibus repoſita fuerunt, ſed rarò tamen. Curæ enim curis, & naturæ corporũ naturis ad faciliùs tolerandũ longè præſtãt. Multùm itẽ refert in interiorémne brachii, aut femoris partem oſſa extrà emineant. Multæ enim, & opportunæ venarũ productiones in interiore parte ſunt, B quarum nonullæ, ſi vulnerentur, iugulant. Sunt etiam in exteriore parte, ſed minus. In huiuſmodi igitur vulneribus qualia pericula impendeãt, ignorandum nõ eſt: prædicendúmque in occaſionibus. Et ſi reponere oſſa cogaris, ſperéſque te id exequuturum eſſe, nec multa oſsis alternatio ſit, muſculíque nõ concurrerint: ſolent enim cõcurrere: molitio cũ extenſione his quoque bene ferre opem poterit.

Nam tam oſſium magnitudo, quæ nudata ſunt, quã muſculorum, & neruorum, & venarum, & arteriarũ vulnus, periculũ affert. Atq; inſuper quòd id prope origi- C nem muſculorũ, & neruorum eſt. Dictum autem eſt in tractatione de ipſis, ſolere muſculos, cùm oſſa alternãtur, in ſe ipſos cõcurrere: id, quod ſæpe his in libris repetitum iam eſt. Reliqua, ſi quis animum aduertat, clara ſunt.

48 Cùm reponis autẽ, veratri mollis potionẽ exhibere debes eodem die, ſi eodẽ die repoſueris: ſin minùs, ne tentandum quidem eſt. Hulcus verò eodẽ modo, quo oſſa capitis fracta, curandum tibi eſt: nihílque frigidi admouendũ, cibíque penitus circuncidendi.

Quid molle hîc ſignificet, in dubio eſt. Nã vel qua- D litatem, vel quantitatem potionis eius indicare non eſt obſcurum. Sed neq; quod paucum quantitate eſt, molle rectè dici exiſtimaret quiſpiã. Neq; modum aliquẽ, quo confici molliter queat, facile eſt intelligere. Nos ſanè raphanos ex aceto mulſo interdum damus, in quibus die ac nocte veratri ramuſculus infixus fuerit. Sed huiuſmodi veratro facta purgatio imbecilla eſſet: inuenire tamen verum non licet, propterea quòd ab ipſo, quomodo veratrum exhibeat, ſcriptum minimè eſt. Complures enim exhibendi eius modos à multis tum veteribus, tum recentibus, tum mediis ætate medicis ſcriptis traditos eſſe non ignoramus.

49 Et ſi amara bile naturâ præditus ſit, mellæ odoratæ parum in aquã deſtillandum: eóque victu ſuſtinendus æger eſt: ſin A autem amara bile nõ abundet, aquæ potu eſt vtendũ: ſiq; febri cõtinua laboret, quatuordecim diebus ad minimũ: ſin febri careat, ſeptẽ diebus idẽ victus exhibẽdus eſt.

Hanc lectionem Artemidorus, qui Capito cognominatus eſt, contrario modo ſcribebat: cùm amarè bilioſis exhiberi mellam, non amarè biloſis aquã, nollet. Ita igitur legebat: Et ſi amara bile naturâ præditus non ſit, mellæ odoratæ parum in aquam inſtillandum: eáque alendus æger eſt. Sin autem amara bile abundet, aquæ potu eſt vtendũ. Quam ſanè lectionẽ multi alii vnà cũ Artemidoro priori antepoſuerũt, & quidem cũ idem Artemidorus illã orationẽ in libro De victu in acutis, in qua de aquæ potu agit Hippocrates, in hunc modũ legendam cenſeat: Præterea neq; ſitim ſedat, ſed inſu- B per amareſcit. Naturæ enim bilioſæ bilioſa eſt, & præcordiis mala: ſed cùm in inanitatem ingreſſa fuerit, tũc verò peſſima, & bilioſiſſima eſt: imbecillitatémq; maximè inducit. Cũ enim nonnulli ſcribant: Natura enim bilioſa eſt, & præcordiis mala: ipſe Artemidorus priorem lectionem admittit, in qua ſcribitur: Naturæ enim bilioſæ bilioſa eſt. nõ abſolutè cuilibet naturæ, & cunctis: ſed ſoli bilioſæ bilioſam eſſe aquã aſſerens. Quî fit igitur, vt eam nunc amara bile redundãtibus præbeat? niſi ſcilicet amara bile præditos alios eſſe, quã bilioſos exiſtimet. Sed in quibus plurimũ amaræ bilis gignitur, eos hîc amarè bilioſos, id eſt, πικροχόλους vocari, nemo eſt qui neſciat. Nam altera bilis, quæ atra viſu eſt, acida: quę verò pallida, & flaua cõſpicitur, amara eſt. Patet itaq; in propoſita hac oratione ob affectiones, quibus æger opprimitur, abſtinẽdũ omnino à vino eſſe. Sed ſi quis naturâ amara bile præditus ſit, quia ei aquæ potio C læſionẽ nõ mediocrẽ affert: ſicut in libro etiã De victu in acutis dictũ eſt: parum mellę tãtũmodo ipſi exhiberi cõcedit: quod ὀξύγλυκυ dicitur, quod etiã ἀπόμελι, id eſt, mella, ſeu mellis decoctũ nũcupari ſolet. Nã ne neruoſas partes attẽtet, hoc eligit, quod dulcius eſt: quippe cũ minùs noxiũ ſit, quã quod eſt acidius, præſertim ſi ex melle & aceto fuerit cõfectũ: & nõ, ſicut dixi, ex maceratis fauis. In Græcia enim, & pręcipuè in Elide, ita cõfici ſolet: nos id cõficimus aceto cũ melle cõmiſto: tãtiſper tamen ſimul decocto, quoad & vtrorunque qualitates inter ſe vniantur, & aceti vis retundatur.

50 Déinde ex additione pro ratione vulgaris victus inducẽdus. Quibus autem oſſa nõ repoſita fuerint, iis eandẽ purgatio D nẽ, & hulcerũ curationem, & victum ſimili modo exhibendũ: & ſuſpenſa pars corporis nõ extendenda, ſed cõtrahenda potiùs, atque adducenda: vt laxior circa hulcus pars efficiatur. At ſi oſsium receſsio, quẽadmodum etiã ſuperiùs diximus, longinqua eſt: quare talia, ſi quis modò facere id honeſtè poteſt, precipuè fugiẽda ſunt: cùm & ſpes paucæ ſubſint, & pericula multa impẽdeãt: & ſi nõ reponas, imperitus artis exiſtimeris: ſi reponas, propiùs ad mortem, quàm ad ſalutem hominẽ deducturus ſis.

Vulga

Vulgarem victum, id est, φαῦλον appellari ab Hippocrate eum, qui tenui, & exquisito est contrarius, dictum etiam superiùs à me est.

51 Prolapsiones, & dimotiones ossium in genu, quàm in cubiti articulo, benigniores multò sunt.

Prolapsiones ossium integras alterationes: dimotiones, non integras vocat. Benigniores verò dixit, id est, εὐηθέστερα, in proprio significato sumpto vocabulo. Significat enim eum, qui bonis moribus præditus est. Cùm enim benignus, seu simplex, qui εὐήθης dicitur, pro stulto accipitur, impropriè sumi consueuit: non secus ac dulce, & pulchrum: cùm & lucum, qui diis dicatus fuerit, bene auspicandi causa dulcem: & simiam pulchram appellamus. Nam etiam hoc dicere solemus: quemadmodum etiam Callimachus inquit,

Bestia nanque vnam ante horam non dicitur esse.

52 Nam femoris articulus pro magnitudine, quàm brachii, expeditior est.

Genu ipsius iunctura duobus ossibus inter se connexis constat, femoris, & tibiæ: in quibus cùm sicut in aliis omnibus, sinum quendam esse oporteat, qui prominens alterius caput excipiat: capútque hoc rotundum ita esse debeat, vt aptè, & sine vlla molestia in cauitatem eam inferatur: femoris extremitas inferitur: tibiæ caput insertam excipit. Tibia enim, cùm femori subiecta sit, duo eius capita duobus finibus suis, qui nerueo, & chartilagineo discrimine aptè distinguũtur, admittit. Idcirco meritò hîc Hippocrates inter se iunctorum ossium articulum appellans, non eius ossis esse inquit, quod eminentiam alterius suscipit, sed eius, quod in alterius sinu insertum firmatur, etiam nunc inquit, femoris articulus expeditior est, quoniam femoris tibiæ innexi articulus, id est, inferior femoris extremitas expeditior, quàm brachii est. Quod périnde est, ac si magnitudine minor dixisset. Non tamen absolutè minor hæc est, quàm brachii extremitas, quæ cubito innectitur, sed magnitudinis vtrorunque habita ratione. Nam si inferius caput femoris magnitudini eius corresponderet, longè maius id esset dicendum, quàm brachii: sed nõ ita res est. Multò maius siquidem est femur, quàm brachium. Quocirca fit, vt minor femoris extremitas, quæ ad genu est, quàm brachii, quæ est ad cubitum, rectè esse dicatur.

53 Et iustam naturam solùm habet, atque eam rotundam.

Iustum apud Hippocratem, vt sæpe dictum est, æquum, seu æquale significat: sed quo modo solum hunc articulum æqualem naturam, & formam habere dicat, consideremus. Inueniemus enim ob id, quia partes in eo non abundant: quòd partes eius omnes inter sese similes sunt: quòd totus vnam dearticulationem habet. Nam cùm in duo rotunda capitula hac parte desinat femur, ea in duos æquales tibiæ sinus inserit. Atque ita æquali & magnitudine, & figura dearticulatione connectitur. Accedit quòd vtrunque, & femoris, & tibiæ extremum, è directo sui situm obtinet. Vnde meritò articulum hunc iustam, atque æqualem naturam habere dicere quispiam posset. Pars enim superior femoris ad coxam caput neque è directo femoris constitutum, (abire enim id in interiorem partem videtur) neq; pro ratione magnitudinis habet: quippe cùm lõgè crassius

Galen.

femur ipsum sit, quàm caput. Caput igitur brachii
A magis, quàm femoris, habita ratione censetur, licet mole minus eo sit, neque è directo brachii procedit. Verùm si reliquas quoque articulorũ iuncturas inspicias, quæ omnes has æqualitates, quas in genu esse diximus, habeat, reperies nullam. Agè enim inferior tibiæ extremitas, quã sura cum talo dearticulatur, neque appendices, neque sinus pro ratione ossium habet. Nam si ita esset, sicut tibia longè crassior, quã sura est, sic quoque maiorem eius appendicem esse, & in interiore sinu, vbi innectitur, & in exteriore gibbositate, oporteret: sed hoc non ita se habet. Adde quòd in talo quoque ipso, quà dearticulatur, simplex figura non est, sed varia, atque in partibus longè diuersa. Similia in articulo etiam manus, & cubiti, & radii inuenies: quæ omnia si velim cõmemorare, in nimiam prolixitatem incidam: & multò magis, si omnium aliarum dearticulationum naturam
B cogar explicare: puta maxillæ, vertebrarum, & ossis eius, quod latum appellatur. Quapropter melius mihi videtur esse, vt oratione hac tota in breuem summam collecta, ad alia pertranseam. Breuis summa hæc est. De ossium omnium natura vnus à me conscriptus est liber, vbi vniuscuiusque magnitudo, & forma, & dearticulatio explicata est. Si librum eum legeris, verum esse in omnibus articulis hoc depræhendes, quod in præsenti hac oratione asseritur: solum hunc videlicet in genu esse articulum, qui iusta, & æquali prorsus dearticulatione iungatur.

54 At brachii articulus & magnus est, & sinus plures habet.

Cùm iuncturam genu, & cubiti inter se comparare proposuisset, affectionésq; ossium in genu ostendere,
C quàm in cubito mitiores contingere, dixissétque articulum femoris pro ratione magnitudinis quàm brachii expeditiorem esse, satis erat, si iustam naturam habere eum subiunxisset: & quidem quum solam circa cubitũ dearticulationem conferat. Sed quia solum quoque ex omnibus ita esse eum dixit, effecit, vt aliorum quoque articulorum mentionẽ facere necesse ipsi fuisset, quorum nullus reperitur, qui simplici natura præditus sit: sed omnes & figura, & magnitudine inęquales, & dissimiles in partibus conspiciantur. Nunc igitur cùm ad brachii dearticulationem venerit, eiúsque partes inæquales, ac dissimiles esse declaret, orationem eius sequuti, singula, quæ dicuntur, iam explicemus. Maius esse inquit caput brachii, quod cubito innectitur, quàm femoris, non iniuria. Latius siquidem ea parte euadit, in pluráque capita discinditur inæqualia, quæ κονδύλους,
D id est, tubercula vocant. Concauitas verò nullum horum excipit, vt in genu, sed trochlearem tantum rotunditatem, quæ in medio eorum existit, ex ipsis verò condylis, & tuberculis, id, quod in interiore parte est, nullum obiectum os habet, quo cum dearticuletur: alterũ, quod in exteriorem partem vergit, cum radio connectitur ab eius sinuata extremitate compræhẽsum. Atq; ita fit, vt cubitus, & radius brachium excipiant. Alio modo brachium contrà cubiti vertices intra se admittit. Duos enim vtrinque accommodatos sinus, alterum minus desidẽtem in anteriore parte in posteriore profundiorem alterum habet. Vnde etiam cubiti vertices, quos κορώνας fœminino, & κόρωνα neutro genere, id est, cornices vocant, qui in sinus inferuntur, inæquales etiam ipsi sunt: maiórque est, qui in posteriore parte prominet. Quare articulatione, quæ ad gibbum cubiti est, variam, & inæqualem, & dissimilem partibus esse,

iam patet: vt rectè dictum ab Hippocrate sit, articulum ad genu iustam habere naturam, brachii non ita. Plures autem hunc sinus habere dixit, si ad genu comparetur. Duo enim soli tibiæ sinus sunt, & femoris tubercula itē duo, quæ eò inferuntur. At in cubiti iunctura vnus est cubiti magnus sinus, quē duæ cornices, quas diximus, disterminãt: tres brachii: duo excauati, quasi fossulæ, in quos cornices cubiti infiguntur: vnus in medio instar trochleæ rotundatur.

55 Præterea tibiæ ossa similia inter se longitudine sunt: & paululum quid, quòd momenti tamen nullius sit, exterius os excedit: idq; nullius magnæ rei impedimentum affert: vnde exterior tendo poplitis exoritur.

Paululò maius exterius os, quam suram vocant, esse inquit: id, quod superius etiam dixit, vbi De curatione simplicium tibiæ fracturarum loquebatur. Nos verò sicut illhic, ita quoque hîc dicimus, in inferiore parte suram excedere: in superiore ad genu supereminere tibiam magis dici posse. Femur enim cum sura dearticulatione non connectitur, sed, vt modò diximus, exterius ipsius caput, in cauitatem tibiæ, quæ ea parte est, insinuatur. Quod autem inquit, nullius id magnæ rei impedimentum afferre, iis, qui libros De vsu partium legerint, esse manifestum potest: in quibus demonstratũ est, omnium articulorum iuncturarum fabricam ad duo hæc spectare, vt & operationes non impediat, & excidentiis, sicut nuper appellauit Hippocrates, id est, luxationibus, impedimentum afferat. Sinus superficie tenus, & non altè desidentes, & laxæ copulæ, operationes ne impediantur, præstant: vt verò luxationes prohibeantur, sinus & excauati, & magna supercilia habentes, copulæ validæ, sed longitudine breues, tum qui extrinsecus circumiecti sunt, tendones validi, & solidi efficiunt. Nihil igitur est, quod in iunctura suræ ad genu impedimentum hoc faciat prȩter parũ quid, quod ipse etiã indicauit, dum dicit, Vnde exterior tēdo poplitis exoritur: sed opus nõ est vt exactioris cognitionis causa dissectionem in quibuslibet expectes, quæ euidenter etiam ante dissectionem apparent. Tendones autem, id est, τένοντας, proneruationes, id est, neruosas musculorum partes vocari, sæpe à me dictum est. Tendo hic in exteriore parte genu cùm iuncturam adstringat, præsidio cuidam est, & impedimēto, ne in eam partem prolabi femur queat.

56 Cubiti verò ossa inæqualia sunt: & breuius, lōgè plenius est: tenuius verò multò supereminet, & excedit articulum.

Cùm cubiti ossa inæqualia esse hîc dicat, id non ad tibiæ comparationem ita dictum est, vt ea inæqualia nõ habere ossa intelligatur: quippe cùm in ea quoque os exterius longius modo esse dixerit: sed quia quod in ea exterius os est, exiguo admodum excessu exuperat, cubitus multò excedit. Nam si diligenter animum aduertas, suram in superiori parte parum quid deficere à tibia depræhendes: vt licet in inferiori capite manifestè sit longior, quia tamen in superiori deficit, parum admodum excedat. At cubitus toto gibbo, qui ἀγκὼν dicitur, radium exuperat. Ac propterea inquit, Articulum excedit. vel dearticulationem, & iuncturam totũ articulum appellans, vel finem brachii, qui cum sinu cubiti sigmatoide, id est, sigma C literæ figuram imitante
A connectitur.

57 Atque hoc tamen neruis in communi ossium coniunctione annexum est.

Neruos hîc, quemadmodum vbique solet, copulas ipsas appellat. Copulas enim latas, & membraneas dearticulationis huius neruos hîc nuncupari ex iis etiam, quæ deinceps subiungit, apertum est. Verùm illud etiã constat, nullum ex iis, qui nerui propriè nominantur, in os aliquod desinere, quippe cùm id copularum proprium sit: sicut per ipsas etiam tendonum, quod mistam substantiam ex copulis, & neruis habent. Sed de huiusmodi omnibus in libris De motione musculorum satis dictum est. Nunc quod in oratione hac inquit, explicandum est. Annexam esse inquit partem excedentem cubiti, id est, gibbum copulis, quæ articulationem
B hanc continent, ea parte, qua ossa, id est, cubitus, & radius, communem habent coniunctionem. Inquit autem hoc propterea quòd quicquid inde retro procedit nudum carnea substantia, nullam cum copulis iuncturæ huius connexionem habet. Ipsi enim innectitur iuxta ligamina dilatatus tendo musculi, qui iuncturam gibbi extendit.

58 Maiorémque partem annexionis horum neruorũ in brachio tenue os, quàm crassum habet. Atque horum quidem articulorum, ossiúmque cubiti natura huiusmodi est.

Hæc oratio est, qua dixi manifestum fieri, totius dearticulationis copulas neruos ab ipso vocari, quæ ex
C inferiori brachii extremitate exortæ, cubiti, & radii capitibus, quæ hac parte sunt, innectuntur. In omni enim iunctura hoc est. Adeò vero latæ hæ copulæ communes dearticulatis ossibus circumiectæ conspiciuntur, vt crassæ membranæ quædam esse videãtur. Atque hæ quidem licet radii capiti quoque innexæ sint, maiorem tamen partem cubiti occupant. Propterea, inquit, maiorem partem annexionis horum neruorum in brachio tenue os, quàm crassum, id est, cubitus, quàm radius habet. Nam annexi quidem sunt vtrique copulis, quæ è brachio exoriuntur, quos neruos appellare eum dixi: maiorem tamen annexionis partem cubitus habet.

59 Atque ideo ex naturæ modo ossa genu sæpe cùm elabãtur, facilè redire con-
D sueuerunt.

Ossium enim, quę vtranque iuncturam constituunt, adstricta in cubito, in genu laxior coaptatio est. Nam cùm ibi multæ prominentiæ, ac multi sinus inter se inferantur, iuncturam cubiti vndique adstringunt. In genu verò cùm tubercula femoris in sinus tibiæ supinos, neque altè excauatos ineant, meritò fit, vt iunctura ea, sicut ad lapsum procliuior, ita ad redeundum in sedem facilior sit.

60 Et neque inflammatio magna, neque vinculum articuli euenit.

Cùm ex violentia, & luxationis, & repositionis inflãmationes oriantur, meritò in genu, quia facilè vtraque hæc efficiuntur, nulla inflammatio superuenit. Et cùm inflammatio non fiat, neque vinculũ articuli contingit: cùm videlicet articulus post curationē ægrè mouetur,

uetur, vt neque extendi, neque inflecti facilè queat. Id quod euenire consueuit, cùm ex magna inflammatione reliquiæ aliquę affectionum in neruis, & copulis super-sunt. Inde enim articulus motionem admodum difficilem consequitur, vt vinctus esse videatur. Nã cùm tendones, & copulæ neque in extensiõne, neque in conflexione sequi mouentes musculos posſint, sed ex duritie, quam contraxerunt, renitantur, vinculo perquàm similis affectio euadit. Adde quòd in cubiti iunctura, si ex prætenuibus cornicum cubiti capitulis aliquid tũ in luxatione, tum in repositione refringatur, multa ibi ex retrimento cõgestio difficilius, & molestius articuli vinculum efficit.

61 In interiorem partem plerunque, interdum in exteriorem, quandoq; etiam in poplitem prolabuntur: quorum omniũ repositiones difficiles non sunt. Sed cùm extrorsum, & introrsum lapsus est factus, hominem in humili aliquo sedili collocatum altius crus, non tamen multò habere oportet.

Qua parte magis constricta est iunctura, eam in partem minùs labitur. Firmiſsimè autẽ constricta est in anteriore parte, vbi est patella: quã nonnulli medici, quia supra totum genu incumbit, supergenualẽ vocant. Nã hanc extrinsecus tendo quidam latus constringit, qui cùm originem ex anterioribus femoris copulis habeat, transcendátq; patellam totã, tibiæ capiti innectitur: atque ita fit, vt anterior genu pars, tum patella, tum hoc, quem dixi, tendone in tibiæ vsque caput innexo firmiter coarctetur: posteriorem verò partem, quæ non admodum rotũda est, caput musculi, qui tibiam inflectit, coercet. Musculus is, paruus cùm sit, ac proptereà in iunctura ipsa occultetur, diſsectionis studiosos latuit: caput tamen craſsiſsimum ex validiſsimis copulis constitutum habet. Reliqui duo iuncturæ huius loci sunt, exterior, & interior: qui nulla huiusmodi, vt anterior, & posterior, tutela muniuntur. Quocirca in has partes, atque in interiorem magis, quæ minore constrictione firmatur, prolabi femur consueuit.

62 Extensio verò vt plurimùm mediocris sufficit, vt altera parte tibiam, altera femur in diuersa extendas.

Cùm de extensione dixerit, de repositione nihil expreſsit: quasi clarum nobis id satis sit, in vnaquaque repositione in contrariã partem articulum elapsum esse propellendum. Vbi autem eminentia aliqua oſsis oblonga suspendi, ósq;, quod reponendum est, è directo statui debet: quid agere oporteat, non omittit. Sicut in iunctura cubiti fecit. Sed de genu, & poplitis luxatione nihil prorsus dixit: cùm eadẽ repositionis ratione vtendum sit, quam adhibemus, cùm vel in exteriorem, vel interiorem partem articulus prolabitur. Post extẽsionem enim, quæ simili modo fit, articulus in anteriorem partem retrudendus est.

63 Ossa verò flexuræ cubiti turbulentiora, quàm genu, repositúque difficiliora, etiam, ob inflammationẽ: nisi statim quispiã

A ea reponat. Minùs quidem quàm illa prolabuntur, sed restituuntur, & reponũtur difficiliùs: magísq; inflammationẽ insuper patiuntur, & superoccalescunt. Contingúntq; plerunque etiã horum paruæ declinationes: cùm aliàs in partem ad costas, aliàs in exteriorẽ dimouentur, non tamen ita, vt totus articulus excidat, sed subsistit aliquid in cauitate ossis brachii, qua cubiti partem supereminentẽ habet. Huiusmodi lapsus siue hac, siue illhac fiat, reponi facilè potest: satísq; est, si extensio è directo brachii efficia-

B tur: vt dũ alter ad articulũ manus intendit, alter circumiectis sub alã manibus retrahit: medicus altera manu ad articulũ egressum palma applicata trudat, altera iuxta articulum retrudat. Quippe cùm huiusmodi prolapsiones obtẽperare repositioni nõ tardè soleãt, si quis priùs, quàm inflãmentur, eas reponat. Luxantur autẽ vt plurimùm in interiorẽ partem magis: sed etiam in exteriorẽ prolabuntur. Id quod figura facilè innotescit. Sæpéq; hæc sine etiã valida aliqua extensione in sedẽ restituuntur. Opor-

C tet autẽ vt cùm in interiorẽ partem facta prolapsio est, articulũ in naturam suã repellamus: cubitũ in pronam partem magis circumagamus: ac prolapsiones quidẽ cubiti pleræq; huiusmodi sunt. Si verò articulus vel hac, vel illhac trãsgressus fuerit supra os cubiti, quod in cauum brachii prominet, quod quidẽ raro cõtingit: si tamen fiat, extensio, quæ per directũ fit, nõ ampliùs simili modo est accõmodata. In huiusmodi enim extensione os cubiti prominẽs brachii trãsgressionem prohibet. Quocirca his, qui ita

D luxati sunt, talẽ extensionẽ adhibere debemus, qualẽ superiùs descripsimus, cùm fracta brachii ossa erant deligãda: vt ab ala videlicet in superiorẽ partem intendamus, à cubiti ipsius gibbo deorsum vrgeamus. Ita enim maximè brachium supra suum sinũ suspendetur. Quod vbi factum fuerit, palmis manuum constitutio effici facilè poterit, si altera egressam brachii partẽ trudamus, altera os cubiti iuxta articulũ retrudamus. Eodem modo vtraque, sed minùs tamen. Extensio hæc huiusmodi prolapsionis in

nis iuſtiſſima eſt.Reponi etiã extenſione in
directũ poſſet,ſed minùs tamen,quàm hoc
modo.At ſi in anteriorem partẽ prolabitur
brachium,rariſſimè autẽ id fit, ſed quidnã
repentina eluctatio nõ eiiceret?Multa enim
præter etiam naturã ſuam excidunt,etiã ſi
magnum aliquod obſtet impedimentum.
Huic autẽ eluctationi magnũ quoddã ob-
ſtaculũ eſt,& os craſſius, quod ſuperiacet,
& multa neruorum intenſio: nihilò minùs
tamen quidã eluctantur.Signũ huiuſmodi
eluctationis eſt,quòd nulla ratione inflecte-
re cubitũ queunt,& articulus,ſi attrectetur,
patet.Si igitur nõ ſtatim repoſuerimus,ve-
hementes,& violentæ inflãmationes, nec-
non febriles oriuntur.Sin autem ſtatim oc-
currat aliquis , facilè reponitur. Oportet
enim vt duro aliquo linteo nõ magno con
uoluto,ac per tranſuerſum in flexuram cu
biti coniecto,cubitũ repentè cõflectamus,
ac manum quàm maximè ad humerũ ad-
ducamus.His ita luxatis ſatis quidem hæc
repoſitio eſt: verùm etiam extenſio in dire-
ctum bene coaptare hunc modum repoſi-
tionis poteſt.Palmis tamẽ manus alter bra
chii extantem partem ad flexurã in poſte-
riorem partem detrudere : alter ab infe-
riori ſurſum cubiti gibbum ex directo cu-
biti protrudere debet.Poteſt etiã huic mo-
do prolapſionis illa extenſio adhiberi ſupe
riùs ſcripta,qua oſſa brachii fracta,cùm de-
liganda ſunt, extenduntur. Atque vbi ita
extenſum fuit , ſic palmis conformandum
eſt,vt priùs eſt dictũ. At ſi in poſteriorem
partem brachiũ exciderit, quod raro eue-
nit, maximóſq; omnium dolores, febréſq;
continuas,meréq; bilioſas,& lethales,pau-
cíſque diebus conficientes affert:quibus id
euenit,ii extendere , atque explicare bra-
chium nequeunt. Si his à principio acceſ-
ſeris,vim afferre debes, vt cubitũ proten-
das:& ſponte articulus reſtituetur.Si verò
febris præoccuparit , reponendũ ampliùs
non eſt. Dolor enim,ſi cogere quicquã vo
lueris,augetur. Vt autẽ in vniuerſum dicã,
neque alius quiſpiam articulus,cùm febris
adeſt, & minimè omniũ cubitus tentandus
eſt. Aliæ quoque noxæ circa cubiti gib-
A bum moleſtæ , ac turbulentæ contingunt.
Hic enim quandoq; os craſſius ab altero di
mouetur,ita vt neque conflecti brachium,
neq; extendi ſimiliter queat.Id autẽ mani-
feſtũ fit,ſi in flexura cubiti iuxta venæ di-
ſciſſionem,quæ ſupra muſculũ fertur,con-
trectemus.Quibus hoc accidit,id in ſuam
naturã reſtituere facile nõ eſt:quippe cùm
neque alia vlla duorũ oſſium cõmunis co-
hærentia,quã συμφυάδα appellant,vbi diuiſa
eſt,in priſtinam naturam reduci valeat:ſed
neceſſe eſt,vt ea pars,qua diſſidentia facta
B eſt,turgidior appareat.Quomodo verò in
articulo facienda deligatio ſit,in deligatio-
ne circa malleolũ dictum eſt.At enim nõ-
nullis os cubiti,quod brachio ſubiectũ eſt,
frãgitur:quandoq; chartilaginea eius pars,
vnde tendo poſterior brachii exoritur.
Quod cùm fit,febrile, ac malignũ euadit.
Articulus quidẽ in ſua ſede manet:æquali-
ter enim baſis eius ea parte ſuperexcedit.
Quando verò is abductus eſt ea parte,qua
caput brachii ſuperſtat,erraticus magis,ac
vagus articulus euadit,quàm ſi prorſus ab-
C rũpatur.Minùs noxia enim, vt ſummatim
dicam, ſunt cuncta oſſa, quæ franguntur,
quàm ſi non oſſa frangantur, ſed venæ, &
nerui opportuni his in locis cõtundantur.
Hæc ſiquidẽ propiùs, quàm illa,ad mortẽ
accedunt:præſertim ſi continua febris oc-
cuparit.Sed huiuſmodi tamen fracturæ ra-
rò euenire conſueuerunt. Quandoque ve-
rò hoc caput brachii circa appendicẽ frã-
gitur:idque multò magis noxium videtur,
cùm tamen multò benignius ſit,quàm quæ
D in cubito accidunt. Quomodo igitur ſin-
gula luxata,& reponi maximè conueniat,
& curari , ſcriptum eſt. Confert enim vt
articulus ſtatim ob celeritatem inflamma-
tionis neruorum reponatur. Nam ſi etiam
ſtatim , poſtquam exciderunt , repoſitio
fiat , ſolent nerui contendi , & aliquandiu
extenſionem,quam facere cõſueuerunt,&
inflexionem impedire.Omnia autem hæc
ſimili modo curari conuenit,ſiue frangan-
tur,ſiue diſſideant,ſiue prolabantur.Cũcta
ſiquidem hæc ex linteis multis,& plagulis,
& cerato,non ſecus,atq; aliæ fracturæ, cu-

randa

randa ſunt. Figuratio verò cubiti in his etiã prorſus facienda eiuſmodi eſt, vt in iis fiebat, quibus brachium fractum aut cubitus deligabatur. Communis enim maximè omnibus luxationibus, dimotionibus, & fracturis figuratio hæc eſt: necnon ad diſtentionem, quæ poſteà facienda eſt, & ad ſingula extendenda, & inflectẽda. Hinc enim viæ ad vtraque ſimiles ſunt. Facillima prætereà ægrotanti hæc figuratio eſt, vt & geſtetur, & appendatur. Adde quòd ſi callus occuparet extentum brachium, melius eſſet ſi non adeſſet: quippe cùm multo impedimento, & paruo adiumento ſit. Sin inflexum, eſſe magis vſui poſſet. At ſi mediam figurationẽ obtinens callo obducatur, illud verò multò melius, vſuíq; accommodatius eſt. Atque hæc de figuratione. Deligandum autem eſt initio primi lintei ſupra læſam partem iniecto, ſiue fracta, ſiue luxata ſit, ſiue diſſideat: conuolutionibúſq; primis ſupra hanc eandem factis, ita vt maximè ibi, minùs hinc & inde conſtringamus. Deligatio verò cõmunis & brachio, & cubito facienda eſt, quæ multò maiorẽ partẽ vtriuſq; occupet, quàm plerique faciũt, vt A quàm lõgiſſimè à noxa hinc & inde tumor exprimatur. Acuta inſuper cubiti pars circundanda eſt, ſiue in ea noxa fuerit, ſiue nõ fuerit: vt ne ibi circa ipſam intumeſcentia colligatur. Cauendum autem in deligatione eſt, ne multum lintei in flexura cubiti collectũ ſit, quatenus fieri poteſt. Comprimendúmq; maximè iuxta noxam eſt. Cætera de cõpreſſione, & laxatione iiſdẽ temporibus ſingula obſeruanda, ſicut ſuperiùs in oſſium fractorũ curatione ſcriptum eſt. Religationes itẽ tertio pòſt die fiant. B Tertio item die laxum eſſe videatur, ſicut tũc. Ferulæ etiam conueniente tẽpore circundentur. Nihil enim ab re eſt, tam quibus fracta oſſa ſunt, quàm quibus minimè: niſi febriant. Quàm laxiſſimæ tamen aliæ à brachio aliæ à cubito collocatæ, quæ nõ craſſæ ſint. Inæquales verò eſſe eas neceſſe eſt, vt inter ſeſe alternentur, quatenus cõferat, coniectura à conflexione ſumpta. Plagularum quoq; appoſitio talis faciẽda eſt, ſicut ferularum. Craſſiores enim paulò circa noxam C applicãdæ ſunt. Tempora autẽ ab inflammatione, & ab iis, quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, coniectare oportet. *Explanatio deeſt.*

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis de Articulis, Commentariorum Liber Primus.

Ioanne Bernardo Feliciano Interprete.

PROLOGVS.

LIBRVM hunc ſequi ſuperiorem De fracturis licet in ſuperioribus commentariis dictum à nobis iam ſit, nunc tamen breuibus etiam declarabimus. Hoc primum ex principio vtriuſque libri cognoſci facilè poteſt. Ibi enim ita exorditur: D Medicum oportet luxationum, & fracturarum quàm directiſsimas extenſiones efficere: manifeſtè declarans De fracturis, & luxationibus ſibi eſſe futuram diſſertationẽ. Nunc verò in ipſa ſtatim huius libri fronte, Autem, coniunctionem poſuit: quæ orationem nunquam omnino incipit, ſed antè dictis aliis ſubiungi conſueuit. Tametſi nonnulli ſunt, eò ſapientiæ prouecti, vt libri Xenophontis De re familiari faciant mentionem, eiúſque teſtimonio confirmare exiſtiment, morem veterum ſcriptorum eſſe, vt Autem, coniunctionem in principio etiam orationis conſtituant. Aiunt enim Xenophontem librum eum in hunc modum auſpica

ſpicari, Audiui autem ex eo, cùm etiam de re familiari talia apud me diſſereret: non aduertentes librum eum à ſuperioribus dependere, atque eſſe vltimum eorum, quos De Socraticis commemorationibus anteà conſcripſit. Sed rerum prætereà ipſarum doctrina librum De articulis ſubſequi ad eum De fracturis indicat. Nã cùm in ſuperiore De luxationibus, & fracturis dicere fuiſſet pollicitus, quæcunque ibi prætermiſit, hîc adiungit, ne doctrinæ quicquam deeſſet. Vnde etiam dixi nonnullos aſſerere totam hanc tractationem in duos libros ab Hippocrate ipſo minimè fuiſſe diſtinctam, ſed vno tantùm libro compræhenſam, qui de iis, quæ in medicatrina fiunt, ab ipſo fuerit inſcriptus: déinde ob magnitudinem ab aliquo alio in duos libros fuiſſe diuiſam. Nam in his nullum neque luxationis, neque fractionis genus fuiſſe omiſſum, præter eas, quæ in capite contingunt, propterea quòd alium peculiarem de illis librum conſcripſerit: clarum tibi eſſe poterit, ſi ea, quæ in libro De fracturis docuit, & quæ in hoc eſt pertractaturus, conſideraris. In illo enim primùm de cubiti, & brachii, tibiæ, & femoris fracturis ſcripſit: deinde de iis, quæ in pede, & manu accidunt: tum de iis, quę cum vulnere contingunt, in quibúſque oſſa aliqua denudantur: poſtremò de omnibus, quæ ad genu, & cubiti gibbum euenire conſueuerunt. Reſtabant ex articulis, humerus, coxa, maxilla, & ſpina dorſi: ex fracturis, quæ in coſtis, maxillis, naribus, auribus fiunt: de quibus omnibus hoc in libro diſſeruit. Quinetiam De diſsidentia oſsium, & contuſionibus circa articulos in vtriſque libris cùm dicat: ſi quid in libro De fracturis prætermiſit, hîc adiungit: vt nullum amplius neque fracturæ, neque luxationis, neque oſsium diſsidentiæ genus reliquum omnino ſit. Accedit quod De contuſionibus quoque dictum eſt, quæ circa muſculos, & venas, & neruos contingunt. Quę ſanè omnia, licet ſatis idonea ſint, vt conſequutionem libri huius ad ſuperiorem declarent: illud tamen non leue quoque huiuſce rei argumentum eſt, quòd cùm eo in libro conſuluerit præparandam eſſe machinam iis, qui in magna aliqua vrbe curaturi ſunt: hîc fabricam eius vniuerſam deſcribit, ac ſimul ſuperiùs ſe de ea mentionem feciſſe refert. Eam poſteriores medici ſcamnum Hippocraticum vocant. Sed ad demonſtrandam libri huius conſequutionem ſatis hæc ſint: nunc ad explanationem verborum eius veniemus, ſi tantùm hoc, ſicut in libro quoque De fracturis fecimus, præmonuerimus. Loquutionem Hippocratis hîc adeò planam, ac claram eſſe, vt parua explanatione apud eum præcipuè indigeat, qui primis diſciplinis fuerit imbutus, veteríſque alicuius authoris loquutioni aſſueuerit. Quòd ſi quis ita inſtructus in hominis, aut ſaltem ſimiæ oſsibus, articulorum quoque compoſitiones inſpexerit, ei multò clariora omnia futura ſunt: nam ſi muſculorum etiam diſſectionem calluerit, atque alioqui ingenioſus ſit, haud dubito, quin multa, quæ his in commentariis noſtris ſcripta fuerint, ſuperuacua eſſe arbitretur: cùm priùs ſcriptoris huius loquutioné intelligat, quàm meis explanationibus edoceatur. Quia tamen non huiuſmodi ſolis ſcribimus, melius mihi videtur, vt, aliorum quoque ratione habita, ſi vel parua aliqua obſcuritas occurrat, non prætereamus.

1 Humeri autem articulum vno modo prolabi, in alam videlicet, noui.

Dearticulatione inter ſe iunctorum oſsium appellare articulum ſolere, non ſinum, qui alterius oſsis caput in ſe excipit, ſed ipſum, quod inſeritur, caput, in
A ſuperiori libro dictum à nobis iam eſt: nunc illud etiam commemorandum, brachium, cùm ſatis magnum caput habeat, in non admodum profundam, ac deſidentem cauitatem extremæ ceruicis ſcapulæ partis, quæ ipſi incumbit, innecti. Ab Hippocrate prætereà iuncturas huiuſmodi interdum hoc modo explicari ſolere, quò hîc fecit, cùm inquit, Humeri articulum. interdum non ita, ſed, Articulum, qui ad humerum eſt. quemadmodum ſuperiùs in libro De fracturis, Articulum, qui ad genu eſt. ſæpius dixit. Vnum autem modum, id eſt, differentiam vnam tantùm luxationis huius articuli agnouiſſe ſe inquit: quod an rectè ab eo dictum ſit, poſteà conſiderabimus.

B 2 Surſum verò, aut in exteriorem partem, nunquám.

In humeri dearticulatione ſinus, quem in extrema ſcapulæ ceruicis parte eſſe dixi, in anteriorem partem vergit, ita vt cùm brachium attollit quiſpiam, caput ipſius totam penitus ſinus cauitatem occupet. Cùm autem ſex circumcirca omnem dearticulationem ſint loca, ſuprà & infrà, antè & retro, extra & intra: huius articuli pars interior, quà planè ſurſum vergit, carnem muſculi ſuperiectam habet, qui deltoides à Δ literæ ſimilitudine à quibuſdam vocatur: quà verò ad collum verſus declinat, ſcapulæ dorſum, vbi ex iuguli coniunctione ſummus humerus efficitur, qui ἀκρώμιον appellatur: quà intrinſecus ſpectat, proceſſus ille ſcapulæ occurrit, quem ob formam, anchoralem alii, quidem coruicularem nuncupant: qui profectò vetat, quò minùs
C eam in partem excidere articulus queat. Vt autem in poſteriorem partem prolabatur, cùm inde ſcapula ipſa incumbat, quis noſtrûm eſt, qui vel concipere animo poſsit? Reliquæ igitur quatuor partes ſunt, quæ tutela carent: in quas elabi poſſe articulum veriſimile eſt, quarum omnium ipſe mentionem facit. Inferioris, in principio, cùm inquit, Humeri autem articulum vno modo prolabi, in alam videlicet noui. trium reliquarum nominatim déinceps: ſurſum enim primùm, déinde in exteriorem partem, poſteà in anteriorem ait. Aduertamus igitur animum, quænam de duobus hiſce modis dicat, quos in oratione hac protulit.

3 Non tamen prolabatur, nécne, confirmaturio: licet de eo habeam quid dicã.
D Verùm neque in anteriorem partem excidiſſe mihi viſus eſt. Medicis tamen valde in anteriorem partem prolabi videtur. Atque in iis maximè decipiuntur, quorũ carnes circa articulum, & brachiũ tabes confecit. In huiuſmodi enim caput brachii prorſus eminere in anteriorem partẽ conſpicitur. Atque ego quidem cùm huiuſmodi articulum negarim excidiſſe, eam ob rem & apud medicos, & apud populares malè audiui. Solus enim ego videbar illis ignorare, cùm alii omnes cognoſcerent.

Neque

Neque hoc ita se habere persuadere ipsis, nisi difficulter potui.

Cùm duos luxationis modos dixerit sursum, & extrorsum, ac se neutrũ ex ipsis vidisse asseruerit: posteà quasi de vtrisque his adhuc loquatur, ita subiungit: Non tamen prolabatur, necne, confirmaturio: licet de eo habeam quid dicam. Cùm tamen dicat, Licet de eo habeam qui dicam, apertè videtur de altero tantùm ipsorum loqui. Si enim de vtrisque intelligere voluisset, non dixisset singulari numero De eo, sed De ipsis. Nunquid igitur de sola differentia in exteriorem partem hoc dicatur, considerandum est: quippe cùm illi statim hoc subiunxerit. Potest etiam, vt nonnulli intelligunt, veteri loquendi forma de vtrisque ita dictum esse: perinde ac si in hunc modum scripsisset: Licet de ea re habeam quid dicam. Alii sunt, qui fieri posse affirment, vt error hoc loco ex librario, qui primùm non rectè descripsit, inoluerit: qui propterea quòd nemo emendare eum ausus sit, hucusque fuerit reseruatus. Verumtamen ego in quodam exemplari ita scriptum deprehendi. Licet de ipsis habeam quid dicam. In quo ausus est profectò aliquis in contrarium modum immutare lectionem, quàm in aliis reperiatur. Cæterùm siue de vtrisque modis, siue de altero tantùm se non posse confirmare dicat, operæpretium est, vt de vtrisque nos consideremus, vbi hoc tantùm de loquutione ipsa adhuc addiderimus, Confirmaturio, inquit, pro Ad confirmandum paratus sum, & confirmare appeto, non secus, atque inspecturio: quod etiam ipsum ad inspiciendum paratum esse, & appetenter inspicere significat. Vnde Homerus inspecturientes dixit, explicare hoc idem volens, cùm inquit, Vnde illi se ipsos, hostésque inspecturientes. Sed cur cùm posset aliquid dicere, nolle se id facere inquiat, considerémus: priúsque quænam sint ea, quæ dicere potuisset, excogitemus. Perspicuum sanè est, inuentionem eorum, quæ fuisset dicturus, si sibi esse dicendum censuisset, ex ipsa partium natura existere. Partium autem ipsarum structura exactè à nobis tum in libro De ossibus, tum in Musculorum dissectione, quin etiam in Dissectoriis tractationibus demonstrata est. Nam arteriarum, & venarum, & neruorum natura nullam ad præsens negotium vtilitatem affert. Propterea quòd omnia, quæ in articulorum luxationibus accidunt, ex ipsis ossium articulis, &, qui ipsos continent, musculis, & fiunt, & prohibentur: nihílque ad ea vel inferenda, vel impedienda arteriæ, aut nerui, aut venæ faciunt. Agè enim, humeri articulus reliquis omnibus promptiùs excidit, tum quia vniformis est, & simplex, non quemadmodum qui in genu est, duplex, aut qui in cubito, varius, & nullo modo simplex: tum quia caput brachii, magnum cùm sit, & sine vlla oblonga ceruice, in sinũ altitudine carentem inferitur. Nam femur, cùm caput habeat paruum, & ceruicem oblongam, acetabulo etiam profundo excipitur: quod superciliis satis magnis circundatum est: præter quàm quòd copula validissima quoque ex summo capite in intimam acetabuli sedem innectitur. Quocircà non iniuria fit, vt femur rarò, sæpe brachium excidat: quippe quod neque copulam habeat, neque in profundum sinum descendat. Principium igitur luxationis in eam partem fieri necesse est, in quam figurationis violentia impellit. In ea tamen manere non potest & ob naturalem inclinationem, qua deorsum fertur, & ob angustiam interdum loci, quæ vel ex ossium eminentiis, vel ex musculorum validitate existit. Superior igitur huius

A articuli pars summum humerum habet superiectum. Vnde si eò aliquando excedat, fit, vt ab ossibus, quæ ibi sunt, non admissus statim pondere suo deorsum relabatur. Exterior autẽ pars etiam ipsa magnis quidem musculis munita est, & deorsum simili modo est procliuis: fieri tamen potest aliquando, vt violentus aliquis brachii habitus adeò sit, vt musculis inter se impetu disiunctis in medium inter ipsos locum articulum protrudat, vbi interclusus à musculis strictim cohibeatur. Propterea igitur Hippocrates an excidat has in partes humeri articulus, nécne, confirmare se nolle inquit. Nam cùm deorsum naturâ tendat, permanere neque in anteriore loco potest. Cùm autem, sicut dictum est, disiecti violentia aliqua musculi interclusum eum coarctare, ac continere queant, permanere posse ibidem videtur. Habebat itaque hæc atque huiusmodi Hippocrates, quæ de luxatione in alias

B partes, quàm in alam diceret: quia tamen nunquàm id viderat, caussas sibi ex commentatione scribendas non censuit: probabilius ratus quod euidenter appareret, quàm quæ rationibus tantùm innituntur. Sic quoque in curationibus rationes suas experientia priùs confirmat, quàm nos eas doceat. Non sicut quidam posteriores, qui in libris De curatione, ea, quæ nunquàm ipsi priùs fecerunt, facienda nobis esse scribunt. Adde quòd in hoc quoque libro Hippocrates ipse, vbi agit de iis, quæ in spina accidunt, cùm excogitationem suam ex ratione refelli ab experimento dixisset, ita subiungit: Pulchræ enim earum quoque rerum disciplinæ sunt, quæ ad experimentum perductæ frustratæ apparuerunt: & cur frustratæ fuerunt, apparet.

C 4. Si quis in brachio superhumeralem carnibus nudaret, quáque musculus intenditur: tendonem item nudaret, qui ad alã est, & iugulum ad pectus: caput brachii etiam si non excidisset, in anteriorem partem prominere multùm conspiceretur. Naturâ enim ita comparatum est, vt caput brachii in anteriorem partem prociduum, reliquum os in exteriorem incuruum sit.

Brachium appellatur, quod inter duas iuncturas humeri & cubiti intercedit, totius brachii pars. Superhumeralis verò, id est, ἐπωμὶς, superior humeri pars, quæ

D ad collum vergit. Nam humerus totum id, quod in dearticulatione hac apparet, vocatur. Nam quod non apparet, à posteriori parte est os scapulæ: ab inferiori est id, quod, dum totũ brachium attollitur, manifestum fit, quæ ala nuncupatur. Cùm igitur superiùs dixerit Hippocrates, caput brachii in illis prominens apparere, ita vt videatur excidisse, quibus carnes circa humerum emaciatæ contabuerunt: naturam eius ex dissectione totam nunc docet, si quis inspicere id euidenter velit. Iubet enim, vt superhumeralis carnibus denudetur: hoc est, carnes scalpello eatenus detrahantur, quoad ossa dearticulationis huius denudentur, atque extent. Nudetur item tendo ad alam. Tres enim musculi hic sunt: primus, qui à scapula, & iugulo proficiscitur, quem deltoidem vocant, huius musculi carnosa pars totam dearticulationem operit. Tendo verò in os brachii per longitudinem innectitur: cui quidem

dem tendo alius inhæret muſculi ſatis magni, qui à pectore exoritur, & cum prædicto iuxta humeralis venæ poſituram defertur: cuius nunc meminit, cùm inquit, Tendonem item nudaret, qui ad alam eſt. Dum autem ait, quáque muſculus intenditur. id poteſt de deltoide intelligi, cuius totum articulum carnoſa pars operit. Poteſt item de anteriore, qui iuxta ceruicem eſt, dictum eſſe, qui in duobus capitibus robuſtas copulas habet: alteram ex anchorali proceſſu: alteram ex edito ceruicis ſcapulæ ſupercilio prodeuntes.

5 Conuerſatur autem brachium cum cauo ſcapulæ in latus, cùm ad coſtas porrigitur: cùm verò in anteriorem partem totum brachium extenditur, tunc caput brachii è directo ſcapulæ cauum init: neque prominere in anteriorem partem videtur. Sed, de quo nunc eſt ſermo, neque in anteriorem partẽ vnquam vidi ipſum excidiſſe: neq; de hoc tamen excidátne ita nécne, confirmaturio. Quando igitur in alã exciderit, vtpote cùm multis cõtingat, reponere multi id ſciunt. Cognoſcere autẽ omnes modos, quibus medici reponere conſueuerunt, quóq; pacto vti his ipſis quiſpiã optimè poſſit, eruditum eſt: horum tamen optimo ſi validiſſimam neceſſitatem videris, vtendũ tibi eſſe ducas. Optimus verò eſt, qui poſtremò deſcribetur.

Cõuerſari, id eſt, ὁμιλεῖν, veteres in vniuerſum nõ pro colloquendo, quemadmodũ plerique nunc ſolent, ſed pro conueniendo, & conſueſcendo ſimul ſumebãt: verbúmq; hoc ab eo deducebãt, quòd ὁμοῦ ἀλεῖντο, id eſt, ſimul voluerentur, & verſarẽtur inter ſe homines. Homerus quoq; de iis, qui iis, qui in clypeo Achillis à Vulcano effícti fuerant, ita inquit: Nõ ſecus, ac viui, conuerſabantur. Brachiũ igitur cũ cauo ſcapulę in latus conuerſari inquit, quando ad coſtas brachiũ fuerit prætentũ: hoc verbo Conuerſari ſimul eſſe, & attingere ipſum ſignificans. Cùm verò totũ brachium extenditur, tunc è directo brachiũ in ſcapulę cauũ inſeri, ac non ampliùs in anteriorem partem ob erectionem prominere.

6 Quibuſcunque frequenter humerus excidit, ii ad reponendum id ſibi ipſis vt plurimùm ſufficiunt.

Dictum à me in libro quoque De fracturis eſt, duas eſſe cauſas, quæ efficiant, vt frequenter, & ex leui occaſione articulus excidat, & luxetur. Nam vel quia ſinus altè non deſcendit, ſupináque, ac retuſa habet ſupercilia, id euenit: vel ex partium, quę iuncturam circundãt, humiditate, qua fit, vt & laxæ ſint, & facilè extendãtur. Ob has etiã eaſdem cauſas adeò faciles huiuſmodi articulorum repoſitiones eſſe diximus, vt abſque etiam medicorum opera fieri ab ipſis illis, qui id patiuntur, poſsint.

7 Iniectis enim condylis alterius manus ſub alam articulum ſurſum propellũt: gibbum verò cubiti ad pectus adducunt.

Primus repoſitionis modus hic eſt, cùm vel ipſe æger, vel medicus aliquis condylos, ac nodos digitorum manus ſub caput brachii ſubiicit, non ita abſolutè, ſed ex interiore parte: vt priùs in anteriorem infrà à coſtis diductum, ſurſum poſteà retrudatur, & è regione ad ſinum, qui id excepturus eſt, conſtituatur. Hic enim profectò & muſculi etiã, qui iuncturę huic circumiecti ſunt, opitulantur. Dictum ſiquidem ab ipſo eſt in libro De fracturis, ſicut etiam à nobis in libris De motione muſculorum, proprium, naturáque inſitum muſculis eſſe, vt in ſe ipſos contrahantur. A ſe ipſis enim non extenduntur. Sed muſculi alii ſunt, qui in contrariam partem porrecti, quieſcentes illos, & otiantes moueant. Huiuſmodi hic muſculorum motus brachii quoque caput in alam delapſum ibi manere non ſinit, ſed retrahit ad coſtas, quoad ſcapulæ ceruici ſubiiciatur: vnde etiam repoſitio hæc ex tribus operationibus compoſita eſt: vna, cùm in anteriorem partẽ: altera, cùm in ſuperiorem: tertia, cùm retro à nobis propellitur. Hęc ſiquidem neceſſaria eſt, quocunque modo quiſpiã reponere voluerit. Vbi igitur humida, & laxa ſunt corpora circũ circa iuncturam, parua manus contentione brachii caput in anteriorem partem reducitur: vbi dura, & valida, vehementiore opus eſt. Propterea multi reponendi modi inuenti ſunt, quorum omnium vnum propoſitum eſt, quod in tres, quos dixi, ſcopos reducitur. Hos autem ſcopos ex maximè communi, maximéque generali omnium inuenimus: quod & ab Hippocrate dictum, & à nobis in libris De curandi ratione demonſtratum eſt: & nunc quoque quàm breuiſsimè fieri poterit, commemorabitur. Nihil ex iis, quæ ſecundum naturam ſeſe habent, emendatione indiget. Conſeruare enim id, non remouere propoſuimus. Sed quæ pręter naturam ſunt, ea in naturalem ſtatum reducere nitimur. Neceſſe autem eſt, vt qui in priſtinum ſtatum rediturus eſt, is eadem via vnde eſt digreſſus, reuertatur: quod périnde eſt, ac ſi dicamus, vt contrarium iter faciat. Iis autem, qui Athenis Eleuſinem proficiſcuntur, nullam aliam contrariam viam reperire poſſumus, quàm ſi Athenas Eleuſine reuertantur: ea viæ parte, quæ prima fuerat, dum Athenas proficiſcerentur, vltima effecta. Conſidera igitur in vnaquaque luxatione vndénam articuli exceſſus incœperit, quomodo progreſſus fuerit, quò finem fecerit. Oportet enim vt finem exceſſus principium reditus facias, atque inde retro ad principium vſque luxationis progrediaris. Agè enim in propoſita hac luxatione rem perſpiciamus. Cùm è propria ſede caput brachii in anteriorem lapſum, pondere ſuo déorſum deciderit, ac poſteà retro ad coſtas à muſculis eam in partem ſe contrahentibus abductum fuerit, reſtitutionem in naturalem ſitum à poſteriore parte exordiamur, neceſſe eſt. Atque inde in anteriorem partem primùm, déinde in ſuperiorem promoueamus. Vbi verò iam è regione ſinus, in quem ingreſſurum eſt, conſtiterit, alterum ex duobus faciendum eſt. Nam vel muſculis totum negotium committendum: vel ſimul etiam compellendum. Illud tamen aduertere debes, ſi muſculis rem commiſeris, ne inferiorem locum immunitum deſtituas. Innitatur enim ſupra aliquid brachium ea parte opus eſt: ne ſi aliquo modo muſculi imbecilliter trahant, déorſum priùs delabatur, quàm reductum in propriam ſedem fuerit. Cùm tres igitur hæ progreſſiones ſint, optimum eſt vt in rectam lineam ſingulas, primam in anteriorem partem, ſecundam in ſuperiorem,

rem, tertiam in posteriorem faciamus. Sæpe tamen non ita facimus, sed circumuersato brachii capite ad A scapulæ ceruicem repositionem moliri cõsueuimus. Ac primus quidem modus, qui ab ipso ægrotante, aut medico, digitorum coniectione fit, ex hoc genere est: ab ipsóque Hippocrate κατὰ περίσφαλσιν, hoc est, ex circumuagatione nuncupatur, qui sanè absq; læsione vlla in humeri dearticulatione proficit, in qua eminentia nulla oblonga extat, neque in capite brachii, quod planè rotũdum est, neq; in superciliis cauitatis, quæ est exceptura. Quibus igitur frequenter excidit, iis necesse est, dearticulationem laxam esse, cauitatémq; breuibus proiecturis, ac superciliis esse circũdatam. Ac propterea fit, vt facilè ipsi sibi reponere articulum valeant, condylis, & nodis digitorum alterius manus sub alam iniectis, ita vt in medium locũ inter brachii caput, & costas inferantur. Vice enim vectis digiti funguntur, cùm condyli ipsorum in acutũ, tanquam metæ verticem desinant: quo immisso facilè B reliqua eorum pars in eum medium locum sese insinuet: in quem quidem locum vbi semel fuerunt recepti, ob humiditatem corporum, qui circa iuncturã eam sunt, repositio facilè subsequitur. Digiti enim statim admissi articulum in anteriorem partem à costis adducunt. Gibbus verò cubiti ad pectus adductus brachium sursum attollit: cúmq; interim digiti simul impellunt, & ab inferioribus, anterioribúsque dearticulationis partibus cõuoluuntur, caput brachii ad marginem cauitatis, in quam ingressurum est, ascendit. Quò simul ac peruenit, leui momento in eam restituitur: atq; hic repositionis finis est.

8 Eodem quoque hoc modo medicus reponet, si ipse ab interiore parte articuli, C qui excidit, sub alam coniectis digitis à costis diducat: capitéque renitendi causa ad summum humerum obiecto, genibus ad brachium iuxta gibbum cubiti appulsi ad costas retrudat. Qua in re confert, si manus robustas habeat, qui reponit. Vel ipse manibus, & capite ita faciat, alter verò aliquis cubiti gibbum ad pectus adducat.


Medici, dum articulum luxatum reponunt, quædam, quæ communia cum vulgarium operationibus sunt, facere consueuerunt: quædam propria ipsi adiungunt: quemadmodum in hac, quam nunc tradit, repositione videre licet. Communia cum imperitis sunt, digitis hęc adhibita molitio, & brachii sublatio. D Propria, quæ addita sunt, reluctatio, quę capite fit, ad summum ægrotãtis humerum, & genibus ad inferiorem partem brachii obfirmatis retrusio. Ac reluctatio quidem ad summum humerum ea causa fit, ne homo ad brachium dum in anteriorem partem manuũ molitione impellitur, consequatur. Hæc enim primò facienda sunt: posteà tertio loco adhiberi debet retrusio genibus accommodatè sub id tempus totius operationis, quo caput brachii cùm prorsus à costis recesserit, nondum ceruici scapulæ occurrit: tunc enim neq; omnino in anteriorem partẽ impellendum est, sed sursum trudendum. Id autem rectè efficietur, si inferiorem extremitatem brachii ad costas quispiam compellat. Cùm enim hæc in interiorem, & inferiorem partem tendit, ea, quæ ipsi opposita est, in con-

Galen.

trarium abit. Vbi verò in superiorem & anteriorem partem caput brachii eductum est, facilè in sedem suã redit. Quòd si quis genibus impellere inferius brachii caput nolit, alteri adducere id ad pectus iubeat. Id quod vulgares facere superiùs demonstratum est, quid agendum hac in re sit ex frequenti luxatione edoctos. At cui primùm luxatio contigit, is agere id minimè potest, nisi admodum fortis, atq; interritus quidam sit. Nam si huiusmodi fuerit, iussus à medico ceruicem per se ipse attollet.

9 Repositio quoq; humeri est, si retro ad spinam dorsi reducto cubito, altera manu appræhenso eius gibbo, sursum retorqueat, altera à posteriore parte iuxta articulum innitatur.

Modus hic responsionis per circumuagationem magis, quàm superior fit. Estque etiam ipse ex tribus operationibus necessariò compositus: ita tamen, vt singulæ ipsarum propriis terminis non circũscribantur, neq; in transitu angulos, sed flexuras circulares efficiant: non secus, ac si quadrangulæ figuræ anguli retusi, ac refracti fuerint. Quid enim in huiusmodi operationibus per circũuolutionẽ, & circumuagationem contingat, & ex figura huius descriptionis euidenter intelliges. Finge brachii capitis, quem humeri articulum vocat, progresionem in prima operatione, qua à costis in priorem partem impellitur in c--d linea esse constitutam: inde verò sursum in d--b: posteà cùm illhinc in cauitatem propellitur, in b--a. cùm huiusmodi fit impulsio, nulla circũuagatio consequitur. Sed cùm angulis in d & b retusis non in tres rectas lineas, sed in vnam tantùm conflexam progresio efficitur, tunc euenit, vt conuolutum brachium ad marginem dearticulationis descendat: in quam cùm deuenit, paruo momento accedente intrò in sedem suam circumuagando illabitur. Atque hoc commune omnibus est, quæ ex circũuagatione reponuntur. Quàm verò nunc refert, repositio huic cognata est. Nam cùm retro ad spinam dorsi cubito reducto eò necessariò brachium quoq; sequatur, caput ipsius antè & sursum promotum circumuoluetur primùm inferiore dearticulationis parte, déinde anteriore, quousq; ad marginẽ, & supercilium sinus ipsius ascenderit: vnde in cauitatem deuolutum in sede sua stabiliatur. Hic enim repositionis terminus est. Quẽadmodum verò in ea, quam ante hanc tradidit, ne homo in anteriorem partem sequeretur, capite medici vrgeri retro summum humerum iussit: ita nunc ne retro sequatur, econtrario faciendum censet: vt obiecta manu in posteriore dearticulationis parte in anteriorem retrudamus.



10 Hæc repositio, & antè dicta, licet secundum naturam non sint, circumuagando tamen articulum ingredi cogunt.

Non secundum naturam has esse inquit, propterea quòd non per rectas lineas, sed per circumuolutionem, sicut dictum est, articuli motio fit. Qua in re quidem periculum est, ne eminentia aliqua defringatur. Cogunt, autem dixit, vt violentiam earum significaret.

11 Qui autem calce reponere conan-

tur, ii propè ad naturalem repositionem accedunt.

Cur hanc repositionem propè ad naturalem modum accedere dixerit, manifestè cognosces, si priùs totam ipsam audiueris. Id autem fiet, si verbis ipsius attendas.

12 Homine supino humi collocato, is, qui reponit, vtram in partem articulus exciderit, ea sedere humi debet: deinde manu læsa manibus suis appræhensa ad se brachium attrahere: calce verò in alam ægro tantis coniećto, dextro videlicet in dextrã, sinistro in sinistram, retrudere. In sinum tamen alæ rotundũ aliquid, quod congruat, subiiciendum est. Ad quem vsum accommodatissimæ sunt paruæ admodum pilæ, ac duræ, quales multæ à sutoribus conficiuntur. Si enim tale quid iniectum priùs non sit, calx attingere ad caput brachii nõ potest. Nam dum extenditur brachium, ala sinuatur: quippe cùm tẽdones, qui hinc & inde alam constringunt, contrarii inter se sint. Oportet autem aliquem ex altera parte considentem in integrum humerum cõtinere: ne corpus, dum brachium læsum in diuersam partem extenditur, circumagatur. Præterea alius debet supra ægroti caput sedens habenæ mollis, atq; idoneæ latitudinis, quæ pilæ sub alam circumiecta fuerit, eámque detineat, duobus capitibus appræhensis sursum retrahere, pede ad os summi humeri apposito. Pila autem interiorem in partem, atq; ad costas maximè, non ad caput brachii collocata sit.

Si quis ea, quæ in hunc modum exponuntur, non intelligit, is non explanatione, quæ verbis fiat, sed cõmonstratione rei in operationibus ipsis videtur indigere. Propterea sæpe, quemadmodum etiam priùs dixi, consulo, vt qui librum Hippocratis legunt, diligẽter ei animum aduertant: atq; ea, quæ dicuntur, intelligere conentur. Ego igitur quasi iam sententiam horum verborum per te ipse perceperis, causam afferã, cur hanc repositionem, aliis damnatis, quòd secundũ naturam non fiant, prope ad naturalem modum accedere dixerit. Primum itaq; ob id, quia hæc brachium extendit, cùm aliæ id minimè faciant: vt meritò laudanda huiusmodi repositio sit. Dictum enim à nobis est in libris De fracturis, quæ'nam vtilitas extensionis sit: deberéq; eam ante omnem repositionem, & conformationem præcedere. Secundum in hac repositione est, quòd calce retro homo impellitur, ne ad brachium, dum trahitur, sequatur. Duabus igitur his operationibus distentio in diuersum efficitur. Verùm aliis duabus alia, dum habena circumiecta alæ in posteriorem partem æger attrahitur, pede obiecto repellitur: quarum vtranque in diuersum extensionem vnus exequitur. Atq; hæc quidem secũdum naturam in hac reponendi ratione fiunt: molitio tamen deficit, cùm parua pila nequaquam in mediã partem inter costas, & caput brachii ingredi, ac multò minùs calx possit. Nam si eò nihil inferatur, quo pacto molitio efficietur? Si verò ea non effecta sit, neq; repositio secundum naturam prorsus erit.

13 Alia item repositio est, cùm ægro alter subhumerat. Maior tamen esse debet, qui subhumerat, & comprehensa manu humerum suum acutum in alam subiicere.

Primus repositionis modus commemoratus est, qui digitis aut ægroti, aut medici fit. Secundus, qui calce efficitur. Tertium hîc refert per subhumerationem: ita enim vocant. Propterea quòd ipse inquit, cũ ægro alter subhumerat: id est, humero suo subiecto in alam ægrum sustollit. Quod quo modo fiat, manifestè ipse edocet. Iubet enim, vt qui subhumeraturus ægro est, brachium luxatum eius manibus apprehẽdat, suúmque humerum in acutum porrectum sub alam ipsius subiiciat, ita vt in cauitatis eius sedem prominentia humeri insinuetur, ac firmetur.

14 Et deinde subuersare, vt sedi inaptetur: ea coniectura habita, vt circa humerũ suum hominem ex ala suspendat: ipse verò se ipsum altiorem in eum humerum, quàm in alterum reddat: brachiúmq; suspẽsi ad suum ipsius pectus quàm citissimè cõpellat: in eáq; figuratione concutiat, cùm suspendet hominem, vt contra brachium, quod continetur, reliquum corpus propẽdeat. Si verò admodum leuis homo sit, aliquis puer ei à tergo insuper appendatur. Hæ repositiones omnes in palæstra vsitatæ sunt: propterea quòd aliis instrumentis minimè indigent. Sed alibi tamen etiam vti ipsis vnusquisq; potest.

Subuersare inquit, de humero eius, qui sustulit, intelligens: quemadmodum fieri solet, vbi primùm in sellam considemus. circumuersamur enim paululùm, vt desidere in ea, ac firmari cõmodè valeamus. Cùm autem ex sustollentis humero homo post terga suspẽditur, proculdubio protracta in priorem partem manu distentionem facit. At si leuis nimis sit, ei appendi puerum iubet, quo pondus ad distendendum maius reddatur. Concuti verò humerum ægrotantis ab eo, qui sustentat, ea causa vult, vt brachium è directo ad propriam sedem redigatur. Nam, sicut dictum sæpe iã est, vbi eò deductus articulus est, etiam si nos ampliùs non compellamus, cùm musculi in officio sint, facilè reuertitur.

15 Quin & qui pistillis cõpellunt, propè ad naturalem modum reponũt. Debet autem pistillum fascia aliqua molli inuolui, quo sublabi minùs queat: atq; inter costas & caput brachii subintrudi. Si verò pistillum

ſtillum breue ſit, collocandus in ſedili aliquo homo eſt, ſic vt piſtillo circunducere brachium vix queat:ſed longius præcipuè ſit,ita vt ſtans homo ferè circa lignum ſuſpendatur. Déinde de brachio, & cubito circa ipſum porrecto aliquis ex altera parte corporis ad ceruicem circumiectis manibus iuxta iugulum deórſum compellat.

Hi quoq; quatenus diſtétione in contrarias partes vtuntur,eatenus ſecundum naturam reponunt. Quatenus autem circa piſtilli caput circumuagatur articulus,in eo verò à naturali modo aberrant.Cætera,quæ particulatim exponit,plana ſunt.

16 Repoſitio hæc ſecundum naturam modeſtè eſt:& proficere, ſi quis eam bene tractauerit,poteſt.

Mediocriter ſecundum naturam eſſe hanc inquit. Id enim ſignificat,cùm ἐπιεικῶς,id eſt, modeſtè dicit: quemadmodũ etiam homo modeſtus,id eſt, ἐπιεικὴς, mediocris, & moderatus à Græcis nuncupari ſolet. Nonnulli tamen ſunt, qui ἐπιεικῶς non pro modeſtè, & mediocriter,ſed pro admodum, & maximè ſumũt: ac propter eà,vt puto, in principio quoq; huius orationis particulam hanc,Prope,abſtulerunt,atq; ita legunt:Quin & qui piſtillis compellunt, ad naturalem modum reponunt. Veruntamen debebant ii,etiam ſi nihil ab Hippocrate ipſo dictũ fuiſſet,in ſequenti oratione ex iis,quæ huic repoſitioni vitio vertit,intelligere.Repræhendit enim,cùm inquit: Circa enim piſtilli caput,etiam ſi humerus fixus permaneret,periculum eſt,ne corpus circumuagetur. Atque idcirco ea, quæ per ſcalam fit,vt inquit,melior eſt.Non eſt igitur hæc ad ſummum laudanda, vt maximè dici naturalis poſsit. Nam magis ea,quæ per ſcalam fit,approbatur.

17 Sed enim alia quædam huiuſmodi eſt,quæ fieri per ſcalam conſueuit,atq; etiã melior:propter eà quòd ſuſpẽſum corpus hinc & illhinc librari ſtabiliùs poteſt. Circa enim piſtilli caput,etiam ſi humerus fixus permaneret,periculum eſt, ne corpus hac,vel illhac circumuagetur.

Quintus hic repoſitionis modus eſt,qui cur ſuperiore, qui piſtillo fit, ſit melior, ipſe manifeſtiſsimè declarat.

18 Oportet autem vt ſupra gradum ſcalæ rotundum aliquid alligetur,quod in cauum alæ inſinuetur : atq; ita caput brachii reuerti in naturam cogat.

Ex eodem gradus ipſius ligno eminentia huiuſmodi in machinaria hac ſcala ſtatim à principio efficitur : qua nos etiam vti conſueuimus. Rotunda autem hæc in gradu eminentia ligno, quod déinceps deſcribit,ſimilis eſt:quod in ſuperiori extrema parte crepidinem habet,à qua poſteriores mẽdici omnes crepidinem,id eſt,ἄμβην ipſum appellant. Adiungi hoc poteſt ſtatariis quoque inſtrũmentis, cuiuſmodi eſt Andreæ inſtrumentum, & Tectonis, quorum nullius fabricam referre mihi nunc neceſſe eſt:cùm à multis re-

A centioribus, qui de inſtrumentis ſcripſerunt, dictum de eis ſatis ſit. Nobis enim Hippocratem explanare propoſitum eſt,qui ad omnia,quæ vehementiore diſtentione,& molitione indigent,eo, quod ſcamnum vocant, vtitur.

19 Optima tamen repoſitionum omniũ hæc eſt:Lignum ſumendum eſt, quod latitudine circiter quinque, aut quatuor digitorũ ſit,craſsitudine duorum,aut etiam tenuius:longitudine verò bicubitali,vel paulò minus, cuius ſummitas ex altera parte rotunda,& anguſtiſsima , & tenuiſsima ſit: habeátque in extremo paulò ſuperemi- nentem crepidinem , quæ non ad coſtas, ſed ad caput brachii vergat:vt alæ ad coſtas ſub caput brachii ſubiecta inferatur.

B Linteo autẽ, aut mitella aliqua molli ſumma pars ligni,quò lenior ſit, eſt inuoluenda: eáque ſub alam ſic eſt impellenda , vt inter coſtas,& caput brachii interiorẽ maximè in partem collocetur: brachiúmque ei totum in longitudinem porrectum paululùm infra caput brachii, & ad cubitum, & ad articulum manus alligandum eſt, vt quàm maximè firmum permaneat.In primíſque id curandum,vt ſumma ligni pars ſuperato capite brachii,in quam intimum

C alæ ſinum ingrediatur.

Sextum modum repoſitionis, quem maximè approbauit,nunc docet:ligni cuiuſdam apparatum manifeſtè deſcribens,cui cùm in ſumma extremitate ſupercilium quoddam ad crepidinum ſimilitudinem promineat:crepidinem,vt dixi, totum ipſum medici vocant. Eiuſmodi autem eſt ſupercilium, qualis in ſumma extremitate patinarum crepido eſt in interiorem cauitatem conuerſa. Vnde etiam comicus quidã carpens patinarum crepidines,circumlingere quendam dixit: ἄμβωνας maſculino genere more Attico eas appellãs: Nam Iones fœmineo ἄμβας huiuſmodi proiecturarum,& ſuperciliorum figuras vocant: quo verbo hîc Hippocrates vtitur. Hac autem crepidine lignum hoc,vt inter caput brachii, & coſtas adapte-

D tur,commodiſsimum ſit: quinetiam moliri volentibus vtiliſsimum, cùm rotunditatem capitis brachii in ſe firmiter recipiat,ac compræhendat.Reliqua omnia in hac oratione aperta ſunt.

20 Poſteà inter duas pilas canterius tranſuerſus conſtituendus eſt, eíſque bene deligandus: ſupráque eum brachium vnà cum ligno tranſmittendum ita eſt, vt in alteram partem brachio,in alteram corpore propendente ſub alam canterius ſubeat. Quod vbi factum fuerit, hinc brachium, inde corpus circum canterium deórſum

detrahendum eſt.In eam altitudinem autem deligari canterius debet,vt corpus ſuſpenſum ſummis digitis inſiſtat.Hæc reponendi humeri ratio,longè optima eſt. Iuſtiſsimè enim molitur, ſi vel tantùm interiorem in partē penitiùs,quàm caput brachii,lignum iniectum ſit:iuſtiſsimæ item in vtranq; partem librationes,ac ſtabiles oſsi brachii ſunt. Ac recentia quidem citiùs, quàm opinaretur quiſpiam, redeunt, ac priùs,quàm extenta eſſe videantur.

Pilas appellare hîc Hippocratem columnas, canterium verò trabem, quæ ab altera columna ad alteram pertingit,perſpicuum eſt.

21 Quin etiam vetera reſtituere ſola hæc repoſitio poteſt: niſi iam ob vetuſtatem & caro in acetabulum ingreſſa fuerit, & caput brachii in loco, in quem excidit, moram ſibi fecerit. Quanquam ita quoq; inueteratum brachii lapſum reponere mihi videtur poſſe. Quid enim iuſta molitio non moueret? Sed manſurum tamen in ſede ſua id non puto, ſed relapſurum nihilò minùs,ad cõſuetudinem.Idem facit, ſi hoc modo præparatum brachium ſupra ſcalam traiiciamus.

Attritam, & callo obduratam ſedem, moram, id eſt, τρίβον, ſiue attritionem dixeris, appellat: quæ ex diuturna capitis brachii immoratione efficitur,in ea carnis circumiectæ parte, in quam id prima prolapſione incubuerit. Acetabulum verò vocat cauitatē, quæ in dearticulatione eſt,in extrema, vt dictum eſt, ceruicis ſcapulæ parte. Plerunque tamen profundos ſinus magnis ſuperciliis circumdatos tũ ipſe, tum alii nuncupare acetabula conſueuerunt. Nunc verò cauitatem eam hoc nomine appellat, in quam circumiectæ carnes, cùm luxatio fit,priori ſede,quam brachii caput deſeruit,occupata,ineũt. Efficitur igitur ex eo quòd & propria capitis brachii ſedes eſt intercluſa, & locus,qui ipſum excepit, callo obducto vicem acetabuli exhibet,vt ſi etiam aliquando fuerit repoſitus articulus,reſiſtere non poſsit.Cùm carnes præter naturam acetabulum obſtruxerint,& quæ os exceperunt, callo induratæ cauitatem dearticulationi ſimilem adeptæ ſint.

22 Idoneum quoq; admodum eſt,ſi recens ſit lapſus,circa magnum ſedile Theſſalicum compulſionem facere. Præparatũ tamen eſſe lignum oportet, ſicut dictũ eſt: deinde in ſedili homine in latus collocato, brachium ligno alligatum ſupra reclinatorium traducitur: & in alteram partem corpus, in alteram brachium cum ligno deorſum trahitur.

Sedis cuiuſdam talis quædam erat forma, qua in Theſſalia antiquitus vtebantur,quæ à tergo ad rectas lineas porrectum in altum reclinatorium habebant: circa quod diſtentionem faciendam cenſet,quemadmodum ſuperiùs de canterio edocuit. Quo pacto autem collocãdus in ſede homo ſit,manifeſtè declarat.

23 Idem facit,ſi ſupra biforem ianuam compellamus. Iis autem,quæ fortè affuerint,vtendum eſt.

Illud idem effici ait,ſi ſuper bifidas fores diſtentio adhibeatur. Sunt nonnullæ huiuſmodi ianuæ,quæ in medio tranſuerſum lignum validũ habent,cuiuſmodi erat canterius, quem inter duas columnas protendendum eſſe anteà dixit, infra quod quidem lignum altera valua, ſupra item altera aperitur. Vnde biforē ianuam dixit,eò quòd binas fores,bináſque valuas in ſe contineret. Iubet igitur vt luxatum brachium ſupra lignum, quod inter duas valuas ſitum eſt, diſtentionis cauſa tranſmittamus.

De luxationibus ab Hippocrate non viſis.

Hippocrates in alam vidiſſe ſe tantùm brachii delapſionem inquit. Nõnulli verò ex poſterioribus medicis alias quoque luxationes articuli huius, vtpote quæ fieri poſsint,ſcriptis tradiderunt. Et nos quoq; quinquies ad hunc vſq; diem vidimus:in Aſia ſemel, Romæ quater:quoties videlicet in vrbe alicui huiuſmodi affectio contingebat. Propterea quòd medici omnes abſurda,atq; admirabilia conſultandi cauſa oſtendere mihi conſueuerant. Quatuor igitur luxationes contigerunt,omnes quidem in anteriorem partē: eatenus tamen à ſe mutuò differentes, quatenus per membri longitudinem, & latitudinem vel propiùs, vel longiùs à dearticulatione efficiebantur. Mirabantur itaq;,cùm hic nunquàm,alii poſt ipſum aut ſemel, aut bis vidiſſe ſe id atteſtarentur:toties tamē,vt nos, huc vſq; viderat nemo. Quanquam fortaſſe poſthac etiam aliàs tale aliquid videbimus. Non enim ſorte quadam, ſed probabili cauſa rem hanc mihi occurriſſe arbitror,de qua deinceps nunc dicã. In noſtra Aſia huiuſmodi luxationem primùm inſpexi, cùm adhuc illhic ſub præceptorum diſciplina Smyrnæ erudirer. Vrbs autem hæc magnitudine ampla eſt,de qua Hippocrates frequenter meminit: quippe cùm in ea plerunq; fuiſſet verſatus. Ego verò poſt ſecundum & trigeſimum annum Romam me contuli, vrbem tanta hominum frequentia celebratam, vt Polemo orator breuiarium,ac compendium orbis terrarum eam appellarit.In qua, vt dixi, quatuor huiuſmodi luxationes hucuſq; extitiſſe manifeſtum eſt. Nã quia omnes medici de iis,quæ præter opinionem incidebãt, mecum communicare conſueuerant, non modò ſi quid Romæ huiuſmodi contigiſſet,latere me poterat, ſed quicquid etiam ad Portum, & in vicina vrbe, quam Hoſtiam vocant,eueniebat, mihi non erat ignotum: propterea quòd qui illis in oppidis medebãtur, ſatis frequentibus etiam ipſis,cuncti mihi erant amici. Vrbes verò,quarum Hippocrates fecit mentionem, vtpote in eis diutiùs commoratus,non pluribus habitatoribus,quàm vicus vnus Romæ,incolebãtur. Nihil mirum igitur, ſi in vrbe multitudine hominum frequentata plures ſimili modo pati contigerit. Adde quòd illud quoq; ab experiētia edoctus, ad cauſæ inuentionem deductus ſum. Nonnulli ſiquidem in palæſtris hoc modo luxabantur, alii praua medicorum curatione. Duo enim ex iis,qui à me viſi ſunt, prola-

pſum

pſum ſibi fuiſſe articulum in alam dicebant: poſteà verò cùm imperitè medici molitionem adhiberent, impulſum articulum inter muſculorum commiſſuras,ſicut conſpiciebatur,fuiſſe conſtrictum. Quare ſi multitudini, quæ in Romanorum ciuitate eſt, duas has quoq; cauſas adiunxeris, requires non cur tot viderim,ſed cur plures non viderim,quibus in hũc modum brachium exciderit. Hippocratis enim tempeſtate qui medebantur,legitimè didicerant, & præcipuè in hac manuum opera erant exercitati:nunc verò vel nihil prorſus, vel breui admodum tempore didicerunt. Præterea luctandi peritia mirum dictu eſt quàm creuerit,quámque varias,ac multiformes magiſtri diſtortiones membrorum, luxationéſque inuenerint. Quæres igitur,vt dixi,non cur tot, ſed cur non plures viderim,in tot millibus hominum,quià multis aliptis, multíſque imperitis medicis in tales luxationes inducuntur. Cæterùm talium quoq; luxationum repoſitio iiſdem efficitur ſcopis,diſtentione,molitione,& depoſitione. Oportet autem hîc non ita moliri,ſicut cùm in alam exciderat, faciebamus. Tunc enim in anteriorem partem primùm, deinde ſurſum articulus erat impellendus, quoad è regione ad ſinum, in quem erat ingreſſurus,fuiſſet deductus. Nunc verò quia in anterioribus dearticulationis partibus eſt, ſiue ad exteriorem,ſiue ad interiorem partem muſculis diductis intercluſus,in contrarium eſt agendus,vt à muſculis attractus in alam deferatur. Ac maximè quidem efficere hoc poteſt vel ſola diſtentio, in qua melius eſt,vt locus ſub ala ſtabiliatur,ſicut nos Smyrnæ in luxatione, quæ hoc modo contigerat, egimus. Nam cùm in palæſtra cuidam explicatum à colluctante brachium fuiſſet,qui modus in anteriorem partem propellere è ſede articulum præcipuè poteſt: eo humi ſupino collocato, diſtentionem ſimilem ei, quæ calce fit, adhibuimus: à tergo enim alterum cõſtituimus,qui lorum latum alæ circumiectum retraheret, quodam tamẽ priùs indito, quod ſinum alæ expleret. Nos verò,vt dixi,ex circunſtringentibus muſculis articulum expulſum remiſſa extenſione permiſimus à muſculis in ſe ipſos concurrentibus attrahi,in cauitatémque compelli. Atq; hic quidem facilè reuerſus eſt. Statim enim in ipſa palæſtra curationem fuimus aggreſsi. Satíſque fuit affecti brachii extenſio à nobis ipſis facta,ſicut in modo repoſitionis,qui calce adminiſtratur. Quandoq; verò etiam laqueo extenſionem fecimus. Validus tamen eſſe laqueus debet:cuiuſmodi eſt duplex carcheſius, & qui ex duobus aduerſariis loris,ac perpetuis cõſtat. Aliàs quoq; inueterata iam luxatione Hippocratico ſcamno indiguimus: de quo ipſe procedẽte oratiõe poſteà verba facturus eſt. Nũc de luxationibus huiuſmodi hæc ſufficiant. Sed iam ipſi deinceps de corporum ipſorum differentia, in quibus magis, vel minùs articuli excidunt, docenti attendamus.

24 Sciendum tamen eſt,naturas à naturis in eo multùm diſtare,vt quæ excidunt, facilè reuertantur. Acetabulum quoq; ab acetabulo diſtat,cùm aliud facilè tranſcẽdatur, aliud minús. Plurimam item & ex neruis copula habet differentiam, cùm quibuſdam laxior,quibuſdam intenta ſit.

Cùm orationem de repoſitionibus abſoluerit,cauſas nunc ſubiungere incipit,cur quibus facilè excidit A articulus quilibet, iis abſq; magno negotio reponatur:quibus verò rarò id contingit, iis difficulter fiat reſtitutio. Dictum etiam à nobis hac de re ſuperiùs eſt,cùm & oſsium dearticulationi, & ſuperiectorum muſculorum vel laxitudini, vel intentioni id adſcriberemus.

25 Nam humiditas hominibus fit in articulis ob neruorum annexionem, ſi laxi naturâ fuerint, intentionéſque facilè ferãt. Multos enim videres,qui adeò ſunt humidi,vt iis,cùm voluerint,& abſq; dolore,articuli excidant, & abſque dolore reuertantur.

Per contrarium mihi hoc videtur enuntiaſſe. Nam cùm ob naturæ hominis humiditatem nerui laxi red B dantur,non ob neruorum laxitatem humiditas in articulis exoriatur: ipſe cõtrarium oratione hac dicit. Sed cùm vellet exprimere promptiſsimam neruorum extenſionem ex humiditate hominum exiſtere, id non mihi videtur fuiſſe aſſequutus. Nam præpoſitione Ob, impropriè vſus, ad cauſæ intelligentiam legentes inducit.

26 Habitudo præterea quædam corporis differentiam affert. Quibus enim bene ſe habet membrum, carnoſúmque eſt, iis ſicut minùs excidit,ita difficiliùs reaptatur. Cùm verò attenuatiores ſe ipſis ſunt homines,& macilentiores, tunc fit,vt iis & magis exeat,& faciliùs redeat. Quod ita C eſſe illud eſt argumento, quòd bobus femora tunc magis ex acetabulis elabũtur, cùm ſunt macilentiſsimi. Macilentiſsimi autem boues fiunt ſub finem hyemis:vnde etiam eo tempore luxantur maximè. Si modò tale aliquid ſcribendum in medicina eſt:ſed eſt ſanè.

Naturæ,& differentiæ articulorum, quibus fit, vt vel facilè,vel difficulter, & luxationes, & repoſitiones efficiantur,duæ ſunt, quas & ego ſæpe, & ipſe in oratione ſupra hanc explicauit. Accedit verò his quãdoq; & tertia,de qua nunc ait,quæ ex plenitudine, & tenuitate corporis exiſtit,quam habitudinem vocãt. D Quantò enim carnoſiores ſe ipſis homines fuerint, tantò iis & luxationes,& repoſitiones articulorũ difficiliores euadunt:proptereà quòd multitudine carnium vndiq; conſtringuntur. At econtrario,ſi attenuati fuerint, cutis carnium dearticulationibus circumiectarum laxior effecta neutrũ vetat. Nam ſi gracilis naturâ quiſpiã ſit, obeſiore nihilò erit inferior. Sicut enim in libris De temperaturis demonſtratum eſt,qui gracilior eſt naturâ,ſiccior:qui eſt obeſior, humidior temperatura eſt. Quare graciliũ intenta muſculorum ſubſtantia,dearticulationem coarctat: obeſiorum verò carnes, quatenus ampliores ſunt, eatenus locum circa articulum obſtruunt: quatenus ſunt humidiores,& molliores,faciliùs cedũt,& capita excidentium rotundorum oſsium admittunt, vt par in

luxationibus vtriſq; his facultas exiſtat. At ſi quis carnoſus naturâ cùm ſit, quodam tempore gracilior euaſerit, ei faciliùs tunc, quàm priùs, articulus & elabitur & reuertitur. Eodem modo ſi gracilis naturâ pinguefactus ſit, eo tempore difficulter luxationes patitur: & quæ luxata ſunt, ægrè ei reſtituantur. In huiuſce rei teſtimonium ea adducit, quæ in bobus fieri conſpiciuntur. Planéque omnia declarat, vt nulla indigeant explanatione: niſi verbum aliquod vnum, aut alterum inciderit, de quo annotandum aliquid eſſe videatur.

27 Rectè enim Homerus ex omnibus pecudibus boues eo tempore maximè laborare nouit, & ex bobus aratores: propterea quòd hyeme operantur. His igitur articuli excidunt maximè: quippe cùm maximè attenuentur. Alia enim pecora breuem herbam depaſci queunt: boues nõ ita, niſi priùs alta euaſerit: quippe cùm aliis gracilis labri prominentia, gracilis item ſuperior maxilla ſit: boui econtrario obeſa labri prominentia, & maxilla obeſa, ac retuſa, vt breuibus herbis ſubiicere eam non valeat.

Pecudes, id eſt, πρόβατα, quod verbum oues propriè ſignificat, nunc dixit pecora omnia: ſicut in libro De ſacro morbo ita ad verbum ſcriptum eſt: Nulla alia pecus eſt, præterquam boues, & capræ. & apud Homerum etiam, vbi inquit:

Multæ illi pecudes adſunt.

Cùm greges pecorum velit ſignificare. Alii quoq; veteres hoc nomine ita vſi ſunt.

28 Solipeda ſiquidem animalia, vtpote ambidentia, frendere ſanè poſſunt, & breui herbæ dentes ſubiicere: delectantúrque eiuſmodi herba magis, quàm cùm eſt alta. Breuis enim in totum melior, ac ſolidior, quàm alta herba eſt: & prætereà etiam alta priùs fatiſcit in frugem. Ideo igitur in hunc modum canit:

Ceu bobus veris iucunda ſuperuenit hora.

Quia iucundiſsima alta herba ipſis apparet. Sed alioqui etiam bos laxiorem, quàm cætera animalia, articulum habet: idcirco aliis quoq; magis eſt volupes, & præſertim cùm macer eſt, & conſenuit. His omnibus de cauſis boui etiam excidit maximè. De quo plura à nobis nunc ſunt ſcripta, quia antè dictorum omnium teſtimonia ſunt. Cæterùm de quo nunc ſermo eſt, carne expertibus citiùs & excidit, & reponitur, quàm carne præditis: minórq; inflammatio humidis, & macilentis, quàm ſiccis, & carne oppletis, ſuperuenit.

Frendere, id eſt, ζαρκάζειν, nonnulli ſignificare dicũt labra inter ſe ita vehemẽter committere, vt auellere, atq; abſcindere partem aliquam graminis valeãt. Alii dẽtibus inferioribus, & ſuperiore labro idem efficere, ζαρκάζειν dici aſſerunt: propterea quòd frendentes homines, atq; indignantes, quod ζαρκάζειν dicimus, mordere dentibus labrum cõſueuerũt. Sed illos quidem dentibus ſuperioribus labrum inferius mordere aiunt: quæ verò ruminant animalia, cùm inferiore tãtùm dentium ordine prædita ſint, eo ad mordendum vti. Alii frendere inquiunt nihil aliud eſſe, quàm dentibus inter ſe ex vtraq; parte commiſsis ſcindere. Vnde etiam dictum eſſe hîc aſſerunt ζαρκάζειν, quaſi carnificare dixeris: propterea quòd carniuora animalia vtriſq; dentium ordinibus vtuntur. Atq; his quidem ea, quæ hîc dicuntur, videntur atteſtari: cùm Hippocrates non ruminantia animalia frendere, id eſt, ζαρκάζειν, dixerit: ſed vtroſq; dentium ordines habentia, quæ ambidentia, ſeu vtrinq; dentata appellant. Hæc depaſci etiam breues herbas poſſunt: vt equi, aſini, & muli. Ex illis verò, quæ vno tantùm ordine dentium inſtructa ſunt, ea ſola valent idem facere, quibus tenuis, ac gracilis labri prominentia eſt. Ideo boues ſoli animalium, quæ herbis veſcuntur, per hyemem alimenti penuria laborãt, eo quòd neq; frendere, id eſt, dentibus abſcindere, neq; labris appręhendere, ac detondere, ſicut capræ, & oues, breuem herbam queunt. Hęc quidem tria animalium genera biſulcas vngulas habẽt. Ambidẽtata autẽ ſolipeda ſunt, hoc eſt, ſolidis vngulis prædita, nomine ita per contractionẽ facto, pro ſolidipeda: μώνυχα Gręcè, pro μονώνυχα, quaſi ſolunguia, & ſolidumguia dicas, eò quòd ſolũ habeant vnguem. Talem enim in huiuſmodi animalibus ſolida vngula obtinet locum, qualem in hominibus vnguis, id eſt, ſummum pedem. Minor autem inflammatio his exoritur: quia cùm facilè excidat articulus, facilè etiam reponitur: vt meritò vel parua inflãmatio, vel nulla prorſus ſubſequatur. In violentis enim luxationibus, & repoſitionibus dolores muſculi contrahunt, ex quibus inflammationes oriuntur.

29 Vincitúrque minùs in poſteriore tempore. Quin & mucus ſubeſt amplior, quàm par ſit, ſi non adſit inflammatio: atque ita lubricum locum reddit. Articuli enim ſunt omnino macilentis, quàm obeſis mucoſiores.

De toto tempore, quod ſubſequitur, intelligere poteſt: quod duplex eſt. Alterum poſt repoſitionem, ſtatim, cùm inflammatæ partes curantur: alterum poſt curationem, cùm in tranquillo ſtatu membrum iam conſtitutum eſt. Nam ſtatim poſt repoſitionem cùm inflammatio adeſt, ea ipſa, vt ipſe etiam dixit, articulum conſtringit. Poſt curationem verò, quia in talibus hominibus muſculorum ſubſtantia intenta eſt, & ex magnis inflammationibus, quæ ſuperuenerunt, reſtat durities quædam in muſculis contracta: fit vt articulus quaſi vinculo quodam coarctetur.

30 Nam ipſæ etiam carnes eorum, qui non rectè ex arte inedia confecti fuerint, ſi graciles ſint, quàm ſi obeſi, ſunt mucoſiores.

res. Quibus tamen cum inflãmatione mucus subest, iis, cùm articulus ab inflammatione vinciatur, non admodum ex mucositate elabitur: elapsurus quidem, si nihil neq; amplius, neq; minus inflammationis contigisset. At quibus articulus rediit, & partibus circũiectis inflammatio nulla superuenit, ii vti absq; dolore humero queũt: nullámque ob id curam sui habendam sibi amplius opinãtur. Contra quorum opinionem vaticinari medici partium est: huiusmodi hominibus & rursus magis excidit, quàm quibus nerui fuerint inflammati. In omnibus in homine ita res se habet, & præcipuè in humero, & genu. Quippe cũ hæc maximè etiam luxentur. Quibuscunq; verò nerui inflammati fuerint, vti humero, cùm & dolor, & inflammationis intentio prohibeat, non possunt: iis cerato, & plagulis, & linteis multis deligando succurrendũ est: sub alámq; munda, ac mollis lana cõuoluta, quæ sinum expleat, subiicienda: vt & firmamentum deligationi exhibeat, & articulum sustentet. Brachium autem ita vt in superiorem partem vergat, detinendum vt plurimùm est. Sic enim fiet, vt caput humeri procul à loco, in quem lapsum fuerat, absit. Vbi autem humerum deligaris, posteà brachium ad costas mitella aliqua corpori circunducta alligandum.

Quicunq; vel ob famem, vel ob iracũdiam vel ob luctum, vel ob dolorem, vel ob stomachi fastidiũ minori alimento sumpto, quàm conueniebat, extenuantur, iis non statim carnes siccæ efficiuntur: quemadmodum illis, qui rectè ab arte inedia confecti fuerint: sed humidiores in omnibus in totũ habitibus euadũt, cùm ob defectum alimenti colliquationes quædã, & contabescentiæ in ipsis fiant. Illi verò etiam magis cõtabescunt, quibus dolor accesſit. Vnde etiam poëtæ dolores, & curas μελεδόνας vocant, quasi τὰ μέλη ἔδουσας, id est, membredias, & coruras dicas, quòd membra e- D dant, & consumant, & cor vrant. Colliquescit autem in ipsis carnibus adeps omnis, & quicquid molle, & recẽter coactũ est. Quãdo verò medicus dedita opera attenuare, ac gracile reddere corpus aliquod vult, primùm id inedia coercet: posteà frictionibus adhibitis, & exercitationibus accõmodatis, si aliqua colliquatio contigit, eam vel per sudorem, qui sensui patet, vel per sensui obscuram, sed ratione perceptibilẽ difflationem digerendam curat. Neq; ex cibis, aut potibus quicquam sibi esse negligendum ducit. Sed iis, ipsis etiam faciles reddere excretiones omnes studet, tam quæ per aluum, quàm quæ per vrinas fiunt. Ita enim efficitur vt maximè vndecunq;, si qua est in corpore ex colliquatione humiditas, educatur. Quę si intus maneat, mucosas mora temporis carnes efficit. A Nam quicquid subtile, ac serosum in colliquatione inest, per difflationem, si ea sola procuretur, abit, ac digeritur: quod crassius est, tantum remanet, quod tempore, lentore quodam contracto, muco simile euadit.

31 Refricandus item humerus est sensim, & leniter. Ac multorum quidem peritũ medicum esse oportet, sed certè etiam refrictionis: quippe cùm ex eodem nomine nõ idem eueniat. Refrictio enim articulum laxiorẽ iusto vincire, duriorem, quàm cõueniat, soluere consueuit. Sed de refrictione alio in libro à nobis definietur. Talis igitur articulus mollibus manibus, (cõfert enim) & præterea leniter refricandus est.

B Ne duritia aliqua ex inflammatione relinquatur, accommodata frictio est, si sensim, & leniter adhibeatur. Ea autem multiformi manuum traductione faciẽda est, à superiori parte déorsum, & sursum ab inferiore: & déinde non tantùm sursum ab inferiore, sed à superiore etiam déorsum: quin etiam orbiculariter, & quasi per transuersum à dextris ad sinistra, & èconrario à sinistris ad dextra: ea causa, vt fibræ musculorum omnes emolliantur. Nam refrictionis nomen, id est, ἀνατρίψεως, pro frictione à veteribus dicebatur. Quocirca ne existimes id, quod opinati nõnulli sunt cùm dicit refricandum humerum esse, velle eum in fricando ab inferiori parte ductum manuum esse faciendum. Refricare enim vniuersum frictionum genus, non vnam tantummodo eius differentiam ab inferiore parte sursum significat. Id quod ipse quoq; C manifestat, cùm inquit: Sed de refrictione alio in libro à nobis definietur. Nõ enim profectò de vna tãtùm differentia eius, omisſis reliquis, dicturum se esse pollicetur. Quin & in libro De iis, quæ in medicatrina fiunt, ipsas omnes declarauit, toto genere etiam ibi nominato. Refrictio, inquit, soluendi, carnem augendi, minuendi vim habet. & quæ sequũtur. De quibus cùm in commẽtariis eiusdem libri, tum in libris De salubribus, absolutisſimè à nobis dictum est.

32 Articulus autem mouendus est non violenter, sed adeò vt sine dolore moueatur. Constituuntur verò omnia, alia longiore tempore, alia breuiore.

Nihil in deficientibus inflammationibus huiusmodi motione vtilius est. Reliquias enim omnes D ipsarum absoluit. Quibus neglectis, amentari, ac vinciri articuli consueuerunt. Vtroq; enim modo affectionem hanc appellant.

33 Exciderítne brachium, hisce notis cognoscendum est.

In libro etiam De fracturis, priùs in peccantes inuectus est: hîc quoq; cùm ita fecisset, ac déinde redargutioni eorum de repositione subiunxisset ea, quę nõ modò ex antè dictis consequebantur, sed etiam illis attestabantur: nunc déinceps luxationis humeri notas tradit, quæ sanè licet in operibus artis antecedãt, necesse sit, in docendi tamen ratione non est necesse. Sequantúrne autem aliqua, aut præcedãt necessariò, nécne, illud tibi argumento sit, si videlicet vel agi

opus, vel intelligi diſciplina rectè antè non poſsit, quàm quod præcedit, cognitum fuerit. Repoſitio igitur luxatorum antè, quàm in quem locum articulus exceſſerit, intellexerimus, tradi clarè non poteſt: priùs tamen, quàm ſigna luxationum perſpexerimus, poteſt. Nam modò in alam fieri luxationem antè diximus, repoſitionem & nos ipſi excogitare, & ab aliis traditam cognoſcere poſteà ſatis poſſumus: fieri tamen in alam luxationem, niſi priùs totam dearticulationis naturam nouerimus, perſpicuè intelligere non valemus. Si quis igitur loquutus de repoſitione, poſteà qualis luxationis repoſitionem docuerit, ſubiungeret, iis ordinem neceſſarium immutaret. Quēadmodum ſi etiam differentiam prolapſionis priùs perſequutus, de natura poſteà dearticulationis quiſpiam pertractet. Nam qui bene nouit quomodo in alā excidat articulus, ei de natura dearticulationis diſcere ſuperuacaneum eſt. Sed ſi priùs qualis natura iuncturæ ſit, deinde prolapſionem norit, nihil ei deeſt, quin repoſitionem optimè percipere valeat. Sicut etiam nunc ſignorum ignoratio nulli impedimento nobis fuit ad repoſitionem intelligendam. Atq; hoc fieri in omni doctrina curationis poteſt. Quid enim vetat, quin inflammationis iecoris, aut ventriculi, aut renum, aut coli curationem priùs docere quiſpiā poſſit, quàm eiuſmodi morborum dignotionem perceperit? Curare tamen antè, quàm dignoſcat, non poterit. Ex ratione itidē & docendi via non eſt, ſi vel inuenire curationem, vel doceri ab altero velis priùs, quàm exactè naturā membri cognoueris, quod curandū eſt.

34 Nam cùm iuſtum habeant corpus homines, & manus, & crura: ſano membro vti debemus ad non ſani, & non ſano ad ſani exemplum: neque alieni articuli inſpiciendi.

Quod prorſus ex vtraq; parte & à dextris, & à ſiniſtris æquale eſt, iuſtum appellauit. Nam quia formæ membrorum longorum, id eſt, crurum, & brachiorū diuerſæ hominibus ſunt, membrum coniugatum, & compar eius ipſius, qui affectus eſt, comparandum alteri cenſet: éxque eo quantum à naturali ſtatu abierit, coniectandum.

35 Alii enim aliis exarticulati magis naturâ ſunt: ſed ipſa eius, qui laborat, membra attendenda, ſanúmne ægrotanti diſsimile ſit.

Eos, qui proiectos, atque eminentes articulos habent, dum in naturali ſtatu ſunt, exarticulatos vocat.

36 Atq; hoc quidem rectè dictum eſt, admodum multam tamen propterea obintelligentiam habet: neq; ſatis eſt, ſi tātùm ratione artem hanc cognouerimus, ſed cōſuetudine verſandum eſt.

Non omnem abſolutè ignorantiam obintelligentiam nuncupat, ſed eam tantùm, quæ adiuncta eſt, & vicina cognitioni, qua fallimur, & obintelligimus, id eſt, præter id, quod verum eſt, intelligimus. Quomodo verò contingat vt decipiamur comparando etiam ſanam partem ægrotanti, ipſe déinceps oſtendit, cùm ita inquit:

A 37 Multi enim ſunt, qui præ dolore, vel alia cauſa, licet non exciderint articuli, in figuram tamē ſimilem illi, in quam ſanum corpus formatur, redigi non poſsint. Inſuper igitur aduertenda, atq; intelligenda huiuſmodi figura eſt. Quin & in alam caput brachii magis incumbere in luxato, quàm in ſano videtur. Deſuper verò in ſuperhumerali concauus locus apparet: óſq; ſummi humeri, vtpote cùm in inferiorem partem ſubierit articulus, extare conſpicitur.

Vnam hîc obintelligentiam, vt ipſe vocat, oſtendit, quę circa figurationem contingit: quippe cùm interdum in quaſdam figurationes affecta membra redi gi non valeant: & tamen homines, quibus id euenit, non ex luxatione, ſed ex dolore, aut muſculi contentione ita affecti ſint. Alteram déinceps ignorationem ſubiungit.

B 38 Cæterùm obintelligentiā quoq; hoc quandam exhibet: ſed poſteà de hoc, cùm res digna ſcriptu ſit, nonnulla ſcribemus.

Cùm ſinuatus locus apparet in ſuperhumerali, quā ἐπωμίδα dicimus, id fruſtrationem quandam, & deceptionem afferre ait. De qua poſteà ſcripturū ſe pollicetur. Error autem hic interdum euenit, cùm iugulum à ſcapula fuerit diuulſum.

39 In luxato prætereà cubiti gibbus vi detur à coſtis magis, quàm alter diſtare. Si

C tamen vim attulerit quiſpiam, admouebit quidem, ſed cum dolore.

Signum hoc errorem adiunctum habet: niſi etiam tumor ſub ala appareat, occurrente ibi, ſi quis contrectet, brachii capite: quo fit, vt ad coſtas admoueri gibbus cubiti ſine magno dolore non poſsit.

40 Surſum idem rectam manum ad aurem cubito extento attollere, aut hac, & illhac périnde, ac ſanum traducere non poterit.

Hæc nota eſt, quam paulò anteà obintelligentiam, & deceptionem habere dixit. Perſpicuum enim eſt

D ex iis, quæ priùs dixit, Multi enim ſunt, qui præ dolore, vel alia cauſa, licet non exciderint articuli, in figuram tamen ſimilem illi, in quam ſanum corpus formatur, redigi nō poſsint. Nam ſi manus ad coſtas admouere promptè aliquis poteſt, articulum quidem è ſede naturali non eſſe dimotum, certum indiciū eſt. Sed ſi aliqua ex parte tamen impediatur, cùm vel ex dolore, vel ex muſculi contentione accidere impedimentum id queat, dubia luxationis indicatio euadit.

41 Ac notæ quidē luxati humeri hæ ſunt: repoſitiones itē, quas ſuperiùs ſcripſimus, & curationes hæ ſunt. Operæpretium autem eſt diſcere quomodo iis, quibus frequēter excidūt humeri, mederi valeamus:

quippe

quippe cùm multi, licet in aliis omnibus idonei admodũ ſint, hac calamitate à certaminibus fuerint prohibiti, multi item inepti ad res bellicas euaſerint, corruptíque fuerint. Operæpretium quoq; ob illud erit, quòd qui iis rectè medeatur, nouerim neminem, ſed alios ne aggredi quidem rem, alios contraria, quàm conferat, & ſentire, & facere videam. Multi enim medici luxatis humeris, & in ſuperhumerali, & in anteriore parte, qua brachii caput extuberat, & in poſteriore quoq; paululùm à ſuperhumerali aduſtiones adhibuerunt. Quæ quidem aduſtiones, ſi brachium vel in ſuperiorem, vel anteriorem, vel poſteriorẽ partem excidiſſet, rectè fuiſſent adminiſtratæ. Cùm verò in inferiorem partẽ exciderit, eiiciunt magis, quàm prohibeant. Caput enim brachii omnes à ſuperiore inani laxitate excludunt. Sed ita hæc adurenda ſunt. Cutem ſub ala digitis interceptam contra maximè eum locum, in quem brachii caput excidit, attrahere debemus.

In hac quoq; oratione clara omnia ſunt. Quocirca, niſi vbi obſcuritas aliqua occurrerit, à nobis ſunt prætereunda.

42 Déinde ita attractam in vlteriorem vſq; partem deurere.

Nullam partem cutis attractæ abſq; deuſtione relinqui vult: ſed candens ferramentum à dextris in ſiniſtras alę partes, & à ſiniſtris in dextras traiiciendum cenſet.

43 Ferramentis autem adurendum eſt nõ craſsis, neq; admodum caluatis, ſed oblongis: quippe cùm penetrabiliora ſint, aptioráque vt manu imprimantur.

Caluata, id eſt, φαλακρὰ, ferramenta appellat, quæ rotunditatem quandam læuem in extremis partibus habent: cuiuſmodi ſunt ſpecillorum capitula, & quæ nucleata appellantur, & ſpathularia. Oblonga verò his contraria nuncupat, quorum extrema minimè ſunt rotunda, ſed mucronata, ad ſuffuſionum interpunctiones accommodatis inſtrumentis quodam modo ſimilia.

44 Adurendúmque eſt tranſlucidis, vt quàm celerrimè, quatenus fieri poteſt, penetrent. Craſſa enim, cùm tardè penetret, latiores cruſtarum caſus efficiunt: periculúmque afferunt, ne cicatrices perrumpantur. Quod quamuis peius nihilò ſit, eſt tamen deformius, & inartificioſius. Cùm verò in vlteriorem partem deuris, ſatis erit in pleriſq;, ſi in inferiore parte aduſtiones has ſolas adhibeas.

Ignita eſſe ferramenta ad alam deurendam vult. Admodum enim ignita, & candentia tranſlucida appellat.

45 Quòd ſi periculum minimè eſſe videatur, vt cicatrices perrũpantur, ſed multum in medio ſpacium interſit, tenue aliquod linitoriũ ſpecillum per aduſtionum foramina traiiciendum eſt, cute adhuc ſuſpenſa, ac retracta: alioqui enim traiici non poſſet. Vbi verò traiectum fuerit, cutis dimittenda: déinde inter duas aduſtiones, alia tenui ferramento iniicienda, eatenúſq; deurendum, quoad in ſubiectum ſpecillum inciderimus.

Cicatrices, id eſt, ὠτειλὰς, hulcera ipſa hîc appellat. Quemadmodum poëta, qui de recenti vulnere loquens ita canit:

Donec adhuc calidum ſanguen fert ipſa cicatrix. Poſteaquàm attractam cutem per tranſuerſum à dextris in ſiniſtra deuſſeris, alteram ſecundam tibi faciendam cenſet, non tranſuerſam illam quidem ferramẽto impreſſo, & in medio altè adacto. Oportet autem medium inter aduſtiones ſpatium idoneæ eſſe magnitudinis. Si enim paruum admodum eſſet, in diſcrimẽ res veniret, ne perruptis hulcerationibus magna vna plaga efficeretur: ex qua quidem licet quantũ ad partem illam exiccandam, & ſtringendam ſpectat, nihil peius euenturum ſit. Neceſſe tamen non eſt, vt magna cicatrice effecta, turpiorem locum illum reddamus: cùm ex paruis perforationibus comparari æquale pręſidium queat.

46 Quantum autem ex cute alæ intercipiendũ ſit, ex his coniicere debemus. Sub ala ſubſunt glandulæ, ſed multis etiam aliis in corporis partibus. Cæterùm alio in libro De glandularum ſolimembria ſcribetur: quídque ſint, & quæ in qualibus ſignificent, quámque vim habeant. Glandulæ igitur appræhendendæ non ſunt, nec quæ interiùs ſubſunt: magnum enim periculum impendet.

Solidam, atq; integram eſſentiæ glandularum naturam ſolimembriam, id eſt, ὁλομελίην vocat, de qua alibi doctorum ſe eſſe hîc pollicetur. Non tamen vllus de glandurarum ſolimembria Hippocratis liber nũc extat. Tametſi quidam ex recentioribus Hippocratis ſectatoribus paruum quendam librum edidit De glãdularum ſolimembria inſcriptum: qui & dicendi forma, & ſententiis longè à germanis Hippocratis operibus abeſt, vt omittã quòd neq; ex ſuperioribus

medicis quiſpiam mentionē eius facit: neq; qui indices librorū Hippocratis condidere, eum agnoſcunt.

47 Quippe cùm opportuniſsimis tenoribus vicina ſint. Sed quicquid extra glandulas eſt, quàm plurimùm appræhendendum: innocuum enim eſt.

Subeſſe glandulis, quæ ſub ala ſunt, tenores, id eſt, τόνους, opportunos inquit, neruos intentos ita appellans. Ridiculum igitur eſt, quod quidam recentiores medici opinantur, qui tenores appellari ab Hippocrate eos neruos tantùm aſſerunt, qui coniugati, & pares à cerebro exoriuntur: proptereà quòd in libro ſecundo Vulgarium morborum ita ſcribit: Duo verò tenores à cerebro iuxta os magnæ vertebræ. & quæ ſequũtur. Nam qui ad manus, & brachia feruntur, nerui ab omnibus diſſectionis profeſſoribus à dorſi medulla exoriri circa collum, quà thoraci appropinquat, cōceduntur: quos & nunc appellare tenores in præſenti hac oratione videtur Hippocrates: & deinceps bis, & inferiùs etiam iterum, vbi de ſpina dorſi agit, tenores neruos nominat.

48 Sciendum tamen eſt, ſi valde brachium ſublatum attollas: nihil ex cute ſub ala, quod alicuius momenti ſit, compræhenſurum te eſſe. Reſimatur enim in ſublatione. Neque tenores vllo modo feriendi ſunt, qui in promptu & intenti ea figuratione extāt. Sed ſi paululùm attollas, & multum cutis appræhendere poteris, & tenores, quibus cauendum eſt, intus citra compræhenſionem ſubſident.

Cutem ſub ala ex nimia totius brachii ſublatione abſumi inquit: quia cùm laxa anteà eſſet, vt ſupereffluere videretur, in hac figuratione ita ſubiectis partibus ſuperextenditur, vt redundatio illa pereat, atq; abſumatur.

49 Nónne igitur in tota arte ante omnia curandum eſt, vt iuſtas figurationes in ſingulis inueniamus?

Iuſta ea vocat, quæ pro facultate æqualia ſunt: hoc eſt, pro dignitate vniuſcuiuſq; rei, & conuenientia. Nunc enim res propoſita eſt aduſtio cutis ſub ala, quę brachio accommodatè figurato facienda eſt. Si igitur brachiū adeò demiſſum ſit, vt vel coſtas attingat, vel parum admodum ab eis diſtet, ne inſpicere quidē in intimum alæ ſinum licebit, nedum iniectis digitis cutem appræhendere, atq; inurere poterimus. Si verò contrà maximè ſublatum ſit brachium, nihil ex cute erit, quod alicuius momenti ſit, quod attrahi digitis queat: quippe cùm in eiuſmodi figuratione ſubiectis corporibus ſuperintendatur, ita vt nerui quoque in promptu extent. Quocirca tantum diducendum, atq; abſtrahendum brachiū ab ala eſt, vt & locus viſui pateat, & digitis facilè ſubiectis cutem attrahere, ac deurere valeamus. Hæc figuratio enim iuſta erit ad operationem exercendam: neq; amplius erit attollendū. Nulla ſiquidem alia de cauſa brachiū eleuamus, quàm vt attrahere cutem ſub ala poſsimus, ac deurere, quēadmodū ipſe dixit. Nam ſi etiā operari hæc poſſemus demiſſo brachio, figuratione ea opus eſt, quæ laxiorē cutem reddat. Nam ita & plurimum ex ea trahitur, & A operis adminiſtratio periculo omni prorſus vacat.

50 Atq; hæc circa alam: ſatiſque hæ compræhenſiones ſunt, ſi aduſtiones rectè adhibeantur.

Compræhenſiones de cute hîc intelliguntur.

51 Extra autem alam duo ſola loca ſunt, vbi aduſtiones affectionem vindicantes iniicere quiſpiam poſſet.

Extra, hîc ad loci differentiam referri videtur, nō, ſicut apud Demoſthenem, alióſq; oratores dici conſueuit, cùm extra rem à ſe aliquid dictum fuiſſe aiūt, id eſt, præter rem. Quod igitur hîc ab Hippocrate B dictum eſt, tale eſt, Et citra hanc, quam diximus, alæ aduſtionem, duæ aliæ ſunt, quæ affectioni opitulātur. Quod enim inquit, affectionem vindicantes opem ferentes, & liberātes ſignificare perſpicuum eſt, quemadmodum etiam apud Euripidem, cùm Oreſtem ita dicentem inducit:

Ego quidem ſum matre iugulata impius,
Pius ſed alio nomine patrem vindicans.

Hoc eſt liberans à contumelia, eíque auxiliū ferens. Differt autem τιμωρῶν cū datiuo, quo hîc vtitur Hippocrates, & τιμωρούμενος cum accuſatiuo. Illud enim auxilians, hoc vlciſcens, & puniens, & crucians ſignificat: vnde ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id eſt, ſe ipſum cruciās, Menandri fabula inſcribitur.

52 Vnam in anteriore parte inter caput brachii, & tendonem, qui ad alam ſpectat.

C Hoc in loco à nobis quoq; articulus prolapſus prominere viſus eſt, qui quidem totius anterioris regionis pars vna eſt. Cùm enim anterior regio tota lata ſit, vnam partem planè mediam, duas vtrinq; habet: alteram verſus interiorem, cuius nunc mentionem facit: alteram extrinſecus, de qua poſteà aget. Qua in re admirandus proculdubio Hippocrates eſt, quòd cùm nunquàm aliam in partem, quàm in alam excidere articulum vidiſſet, ſatis ſibi eſſe non putauit, ſi aduſtionem ei accommodatam tantùm tradidiſſet: ſed duas alias etiam adiungens, loca ea exquiſitè cōiectura eſt aſſequutus, in quibus nos quoq; firmatum caput brachii inſpeximus. Ex quibus quidem humeralis venæ ſedes, qua muſculi duo inter ſe committuntur, alter à pectore magnus, & qui deltoides nominatur, quater, altera extrinſecus, de qua deinceps dicturus eſt, ſemel à nobis viſa eſt brachii prolapſionem excepiſſe.

D 53 Vbi quidem cutis penitus deurenda, ita tamen vt altiùs non procedamus: vena enim craſſa prope eſt, & nerui, quorum neutra ſunt calfacienda.

Venam, quæ humeralis appellatur, craſſam nūc vocat quaſi magnam, & latam, cui commiſsio illa antè dictorum muſculorum ſuperiacet, neruo adiuncto, ex quo tota, quæ circumcirca venam eſt cutis, fibrarū diſtributiones accipit. Cauendū quidem eſſe, ne in aduſtione cutis neruum, aut venam tangamus, manifeſtè expoſuit. Sed in primiſne venæ partibus, an in interioribus, an iuxta ipſam exactè vrendum ſit, non planè declarauit. Poſſumus enim hoc facere, primùm attractam cutem eo modo, quo de ala dictum eſt, per trāſuerſum deurere: deinde traiecto linitorio ſpecillo

in or

in orbem fecundam cauterii imprefsionem facere. Sicut enim in ala, licet nerui maximi, & vnà cũ ipfis arteria, & vena latifsima fubeffet, inurendam tamen cutem præcepit, fubiectis partibus ex fpecilli lati tra iectione tutela præparata: ita nunc in propofita hac aduftione nihil mirum effe debet, fi cutem, quæ venæ fuperiacet, adurendam cenfeat. Neruos fanè illos fub ala tenores opportunifsimos appellauit, eo nomine vti folitus de magnam vim habentibus, ficut illi: de iifque, qui & prope dorfi medullam, & crafsifsimi fubftantia funt. Hunc verò neruum, qui iuxta venam humeralem eft, nerui fimplici nomine nuncupauit, neq; opportunum vocauit: quippe cùm & longifsimè à dorfi medulla abfit, & magnitudine paruus fit.

54 In pofteriore verò parte altera aduftio iniici poteft, tendone, qui ad alam eft, multò fuperius, brachii autem capite inferius paulò: cutífque penitus adurenda eft. Sed neque hîc alta imprefsio eft facienda, propterea quòd ignis neruis eft inimicus.

Ad reliquam partem, quæ humeri articulum elapfum excipit, deuenit: quæ in exterioribus partibus anterioris regionis eft. In quam quoq; ipfam excidiffe brachium femel confpeximus. Non rectè autem in plerifq; exemplaribus ita fcriptum eft: In pofteriore verò parte altera aduftio iniici poteft. Non enim in pofteriore parte dearticulationis locus hic eft, fed in exteriore. Nam fi quis loca iunc̃turæ humeri circunfita, quæ latitudine contineantur, diftinguere exquifitè velit, perfpicuũ fanè eft, eum, fi omnes aduertat, in anteriore parte lineam quandam latitudine caren tem planè mediam animo concepturum effe, quę defuper per longitudinem brachii porrecta latitudine vtrinq; adiacente anteriorem partem definiat intrinfecus humerali vena, extrinfecus altero quodam tanto interuallo, quanto vena hæc à linea illa latitudine carẽte abeft: atq; hi anterioris regionis termini funt. Vtrinq; verò duo funt alia loca, in quibus alæ tendones exiftunt: interiorem alter, alter exteriorem termi nans regionem. Iunc̃turæ enim huius interior regio ex interioris tendonis inter venam & alam circunfcriptione confideranda eft, exterior ex tendone exteriore, & linea eius interualli, quantò à linea illa anteriore exquifitè media diftare venam humeralem di xi. Pofterior locus dearticulationis huius fima fcapulæ pars eft: quemadmodum inferior, ala ipfa: fuperior verò, quicquid inter fummum humerum & caput bra chii intercedit.

55 Hulcera autem omni medela curanda funt. In quo aduertendum, ne vehemẽter brachium attollatur, fed mediocriter, quãtum ad hulcerum curam fufficiat. Ita enim minùs refrigerarentur. Confert fiquidem, vt omnes vftiones tegantur, quò curari conuenienter queant. Minùs item digrederentur: & fanguinis eruptione infeftarentur minùs: minúfque eis conuulfio fuperueniret.

Caufas ipfas fubiicit, cur non effe vehementer attollendum brachium iubeat. Primùm, quia confert

vt vftiones omnes contegantur, quò curari queant: A tum ne refrigerentur. Alioqui enim, vt ipfe dixit, hulceribus frigus mordax eft: cutem circa indurat: dolorem irreparabilem creat. Sed multò magis iis, quæ ex calida caufa extiterũt: quemadmodum nunc ex igne. Minùs præterea, inquit, digrederentur, id eft, hiarẽt, & oras expanderent. Quod cùm fit, & magis frigefiunt, & feriùs confolidantur, & cicatrices maiores contrahunt. Quod verò deinceps dicit, & fanguinis eruptione infeftarentur minùs, ad omnium hulcerum vniuerfalem rationem fpectans, fubiunxit: non ad ea, de quibus nunc loquitur. Nam fi, vt iufsit, cutem deufferit quifpiam, nullum fubfequuturũ fanguinis eruptionis timorem, dubitat nemo. Fortaffe tamen ex eo, quòd denudata cute nerui refrixerunt, conuulfionis folius periculum impenderet: cuius etiam in fine ipfe huius orationis mentionem facit.

B 56 At vbi iam pura effecta hulcera funt, ad cicatricéfque deueniunt, tunc profectò omnino brachium ad coftas alligatum & die, & nocte femper detinendum eft.

Cicatrices hîc propriè pro inductione confolidationis hulcerum, non ficut fuperiùs fecerat, pro hulceribus ipfis pofuit. Maximam igitur habendam curam cenfet, ne brachium à coftis diducatur, nifi parum admodum: atque id eo tantùm tempore, quo hulceribus curatio adhibetur. Maximè enim puris hulceribus ea omnia accidere confpiciuntur, quæ mo dò commemorauit: & præcipuè ab externis caufis. Nam dum fordida hulcera adhuc funt, & inflamma- C ta, fordem, & humorum præternaturalium redundantiam pro obftaculo, ac tegumento habent. Calor verò inflammationis frigori extrinfecus aduenienti refiftit. Vbi autem & inflammatione carẽt, & pura, ex crementitiífque fordibus mundata iã funt, magis, quàm priùs, ea, quibus afficiuntur, perfentiunt: ac propterea facilè ab externis caufis, & præcipuè frigidis, moleftantur: & ob exquifitum fenfum dolore, cæterífque moleftiis vehementiùs affligantur.

57 Quin etiam vbi confanuerunt, fimili modo in multum tempus brachium ad coftas eft alligandum. Ita enim maximè fieri poffet, vt cicatrice obduceretur: & intercluderetur laxitas ea, in quam maximè brachium prolabitur.

D Et hîc finem aduftionis, quem propofuit, declarat, cùm inquit: Ita enim maximè fieri poffet, vt cicatrice obduceretur, & intercluderetur laxitas ea, in quã maximè brachium prolabitur. Perinde, ac fi ita dixiffet: Quantò enim cicatrix contractior, ac breuior euadit, tantò in anguftius fpatium cutis circa alam cogitur. Id quod maximum remedium eft, ne eò excidere facilè brachium queat.

58 Quibufcunq; verò humerus repofitione fuerit fruftratus, fi adhuc in auctione fint, os brachii læfi non fimili modo, vt fani, augeri confueuit: fed augetur quidem aliquantulùm: breuius tamen, quàm alterum euadit.

Ea, quæ neceſſariò illis eueniunt, qui exarticulatum humerum habent, nunc commemorat. Primùm igitur, ac maximè commune, ex quo etiam reliqua omnia conſequuntur, illud eſt, quòd minus alimentū brachium percipit. Ex hoc enim poſteà fit, vt in iam adultis tenue, ac macilentum, in adhuc creſcentibus breuius euadat. Hæc autem alimenti inopia, & ex venarum, & muſculorum membri diſtortione cōtingit: & ex eo quoque, quòd totus articulus non mouetur. Nam ſi ſanum quoq; membrum diutiùs prorſus abſq; motione permaneat, manifeſtè macilentius fieri conſpicitur.

59 Qui etiam ab ortu anci vocantur, ob duplices has calamitates huiuſmodi efficiuntur, ſi videlicet talis aliqua luxatio in vtero eos præoccuparit: alteram item ob calamitatem, de qua poſteà aliquando à nobis ſcribetur.

Anci γαλιάγκωνοι à Græcis appellantur, qui an à ſimilitudine τῶν γαλῶν, id eſt, muſtellarū, quaſi muſtellanci ita dicti ſint, an aliqua alia de cauſa, illi viderint, qui diligenter hęc inquirere ſtudēt. Medico verò vtile eſt, ſi ſciat nonnullos eſſe, qui vtriſque humeris, & dextro, & ſiniſtro, luxatis naſcantur: ac propterea vtraq; brachia contracta, ac breuia habeāt. Siendúmq; ei eſt, alteram quoq; cauſam eſſe, quæ huiuſmodi affectionem inducat: de qua aliàs dicturum ſe eſſe pollicetur. Difficile tamen eſt, alteram reperire, quæ diuerſa ab ea ſit, quam déinceps ipſe contingere infantibus ait, in hunc modum.

60 Adde quòd quibuſcunque adhuc infantibus circa caput brachii altæ, & in imo deſidentes, ſuppurationes fiunt, ii quoque omnes anci euadunt: & ſiue incidantur, ſiue adurantur, ſiue ſponte erumpant, ita ſe habere hæc ſciendum eſt. At qui ab ortu anci ſunt, licet vti manu aptiſsimè poſsint, neq; ipſi tamen attollere brachium ad aurem, extento cubiti gibbo, valent: ſed multò minùs læſa, quàm ſana, manu id faciunt.

Hoc quoq; fœtibus in vtero accidere poteſt. Nam calamitatem ab hac diuerſam, quæ in vtero fœtificatis luxationis cauſa ſit, inuenire, difficile eſt: vtraſque verò has contingere, ex iis non eſt, quæ fieri nequeāt: quippe cùm fieri poſsit, vt & ſuppuratio fœtui oriatur, & erumpat, & à natura conſolidetur: & multò magis, ſi in humeri articulo luxatio fiat, tum ob humiditatem naturæ infantis, tum ob id, quòd acetabulum iuncturæ labilem exitum præbet.

61 At quibuſcunq; iam viris humerus exciderit, & repoſitus non fuerit, ſuperhumeralis carne magis expers efficitur, habitúſq; gracilis hac in parte euadit: cùm tamen dolor iis ceſſauit, quæcunq; abducendo à coſtis gibbo cubiti in latus operandū eſt, ea nō omnia exercere ſimili modo poſ-

A ſunt. Ea autem poſſunt, quæ traducendo brachio præter coſtas vel ante, vel retro tractantur. Nam ſcobinam, & ſerrā trahere queunt, & ſecuri item dolare, & ſarrire, modò ne nimis ſurſum attollere cubiti gibbum cogantur: & cætera operantur, quæcunq; huiuſmodi figurationes requirunt.

Superhumeralis iis, qui ita ſunt affecti, non modò ſtatim vbi caput brachii humerum deſerit, attenuatior, & gracilior apparet, verùm etiam poſteà adhuc magis eiuſmodi fieri cōſpicitur: propterea quod procedēte tempore muſculi deltoidis partes debiliores, atq; ad alimentum capiendum ineptiores redduntur, B dum intentus déorſum violenter brachii caput in alam conſequitur: & quia nō mouetur, neq; propriam operationem exercet, quà brachium attollebat, frigidior, & imbecillior, ac propterea macilentior euadit: quippe cùm motio corroboret, otium tabefaciat.

De Summo Humero.

62 Iis autem, quibus ſummus humerus auulſus fuit, os, quod auulſum eſt, eminere conſpicitur. Eſt autem is iuguli, & ſcapulæ nexus: quippe cùm hac in parte diuerſa hominis ab aliorum animalium natura ſit. Medici igitur in hoc vulnere maximè decipi conſueuerunt. Cùm enim os auulſum C emineat, ſuperhumeralis humilis, & concaua apparet: vt ab illis, quaſi humerus prolapſus ſit, cura adhibeatur. Multos quidem ego noui medicos, in aliis ſanè non malos, qui dum huiuſmodi humeros conantur reponere, excidiſſe eos rati, multa damna vexādo attulerūt: neq; priùs deſtitere, quàm vel ſententiam mutarint, vel repoſuiſſe ſe articulum exiſtimantes, fruſtrati ea re tamen fuerint. His curatio ea eſt, quæ aliis huiuſmodi: ceratum, plagulæ, lintea. Et deligatio in eundem modum facta. Vrgendum tamen déorſum os eminens eſt: eáq; D in parte plagulæ quàm plurimæ imponendæ, ac deprimendæ quàm maximè ſunt: brachiúmq; ad coſtas in ſuperiorem partē annectēdum, atq; ita detinendū. Hoc enim modo maximè fit, vt accedere, ac coire auulſum os poſsit. Sciendū tamen probè eſt, & prædicendum etiam tuta hæc eſſe, ſi aliter facere volueris: propterea quòd nullū neq; paruum, neq; magnum nocumētum ex hoc vulnere humero euenit: ſed locus tātùm deformior euadit. Quippe cùm neque hoc os in priſtinā ſedem ſimili modo,

vt naturâ erat, reſtitui queat:ſed neceſſe omnino ſit, vt vel paulò, vel multò turgidius in ſuperiore parte efficiatur. Neq; aliud aliquod in eundem planè ſtatum redeat, quod communicans cum altero, ac cohærens à priſtina cohærentia auulſum fuerit: paucis diebus dolor in ſummo humero ſedatur, ſi rectè deligetur.

Coniunctionem, ac cohærentiam ipſam ſummum humerum eſſe hîc oſtendit: dicítque ipſum eſſe os, & nectere vtraq;. Summum humerum ſanè eſſe chartilagineum os coniunctioni iuguli, & ſcapulæ impoſitũ, manifeſtum eſt: è quo membranæ quædam exortæ capita oſsium inter ſe colligãt: vnde fit, vt, ſi id auulſum ſit, iugulum quoq; eòdem conſequatur: ac propterea emendatio eſt, ſi iugulum deórſum vrgeatur, ac deprimatur ſic, vt circulares quoſdam flexus efficiat. Sed depreſsio hæc in adoleſcentibus magis ſuccedit, eò quòd quantò magis ætas progreditur, tantò corpora noſtra ſicciora euadunt. Sicut igitur ſicca ligna ad flexuras idonea minimè ſunt, ſed humida, & viridia facilè eas tolerant: eodem modo eorum, qui adhuc augeſcunt, oſſa, ſi vis afferatur, inflecti poſſunt: ac multò magis, ſi caſſa ſint, ac fiſtuloſa, vt iugulum eſt. Atq; ego quidem in me ipſo expertus ſum: ſenſiq; mihi inflecti iugulũ: palpitabat enim profundè, cùm ex violenta deligatione vehementer deprimeretur: ídq; ad quadraginta vſq; dies ſuſtinui: quorum ſpatio capiti brachii ita admotum iugulum eſt, atq; adhæſit, vt & qui id nunc vident, auulſum aliquando fuiſſe nõ eredant: & qui quando auulſum eſt, diſtantia trium digitorum viderunt receſsiſſe, rem ſupra modum admirentur. Contigit tamen vt per id tempus brachium penitus alimento deſtitueretur, ſic vt gracile prorſus effectum fuerit: & vnà cum ipſo cubitus etiam non aleretur. Sed hæc ſanè vno tantũ deligationis ſubſidio fuerunt emendata: totúmque membrum non multo pòſt tempore, quàm ſolutæ faſciæ ſunt, alimento fuit reſtauratum. In adoleſcentulis verò, ac pueris, etiam magis deprimere os deligatio facilè poteſt. Nam mihi quidem quintum & trigeſimum annum agenti pati hoc modo in palæſtra contigit. Non tamẽ aliquem alium tam adultum, cùm ferre violentiam deligationis non valeret, curare ita vnquam potui. Ego verò etiam ipſe frigidum adeò locum ſentiebam, vt toto die, ac nocte calido oleo fouere eum cogerer, ſubiecto toti corpori corio quodam, ſupra quod nudus, vtpote Caniculę æſtibus infeſtantibus, cubabam. Suppoſita igitur ad pedes vacua pelui corium ea parte accõmodatè figuratum fuit, vt inde in peluim deflueret liquor poſſet: atq; ita, quod in pelui collectum fuerat, iterum in lebetem transfuſum, atq; ad ignem calefactum ſupra affectum locum totum perfundebatur. Et ſi paululum alíquando, qui id miniſtrabant, intermiſiſſent, ſtatim muſculorum circa collum intẽtionem ſentiebam: vt perſpicuum inde eſſet, ſi in perfundendo negligentiùs ſe geſsiſſent, conſequuturam facilè fuiſſe conuulſionem. Sed mihi muſculorum afflictationis alia quædam nõ parua cauſa acceſſerat, quam commemorare nõ ab re erit, vt exiſtimare vnuſquiſq; poſsit, ex ſola iuguli depreſsione nihil eiuſmodi muſculos fuiſſe paſſuros. Cùm enim mihi auulſus ſummus humerus fuiſſet in palæſtra, alipta depreſsiorem

A ſuperhumeralẽ intuitus, atq; humiliorẽ, brachiúmq; in alam elapſum eſſe opinatus, brachium mihi extendebat, moliríq; id aggrediebatur: rémque artificioſè tractabat. Cùm verò opus minimè procederet, & fruſtrà tempus tereretur, errare ego hominem in molitione exiſtimans, alii vnà cum ipſe & brachium déorſum, & ſurſum humerum diſtenderent, iuſsi: ipſe verò digitis integræ manus in alam brachii, quod excidiſſe videbatur, cõiectis, vt inter coſtas, & caput brachii inſerti moliendo paululum ipſum retruderent: nulóque ibi tumore præter naturam inuento, ſtatim deſiſtere ab intentione eos, qui vnà cum alipta diſtendebant, monui: non enim excidiſſe articulum, vt opinabantur. At illi, quaſi ego dolore iam fractus id dicerẽ, hortabantur, vt me ipſis obtemperantem exhiberem, non mihi: neq; intentionem quicquam remittebant. Ac fortaſſe muſculum diuulſiſſent, (id quod nonnul

B lis etiam aliis contigit) niſi fortè quidam alius ſuperueniſſet: qui, cùm ſciret me nequaquam ex mollitie intentionem fuiſſe prohibiturum, vt remiſerint, effecit: à méque quid eueniſſet, quídque facere iuberem, requiſiuit. At ego cùm auulſum eſſe ſummum humerum, oleóque, & linteis, & lanis eſſe opus dixiſſem, in balneum profectus ſum: ibíque copioſo circunfuſo oleo in ſolio, quoad potui, ſum immoratus: donec quæ ad curationem ſpectabant, fuerunt comportata. Qua re effectum eſt, vt mihi ex vexatione ea muſculi aſsidua fotione indigerent. Pleriq; verò licet eis hoc non contingat, deligationem ipſam non tolerant. Sed difficultatem ex affectione in poſterum tempus malunt habere, quàm ad quadrageſimum vſque diem laborem eum ſuſtinere. Citiùs enim iuguli os exactè inflecti poſſe non exiſtimo. Reliqua in oratione hac

C Hippocratis patent.

De Iugulo.

63 Iugulum fractum, ſi verè abſciſſum fuerit, curatu facilius eſt: ſi per longitudinem difficiliùs ſanatur, contrariúmque in hoc euenit, quàm quiſpiã opinaretur. Nã quod verè abruptum eſt, cogi magis, vt in naturalem ſtatum redeat, poteſt: vt ſi curã adhibeat aliquis, quod ſuperius abiit, déorſum compellere figurationibus idoneis, & accommodatis deligationibus non difficulter queat. Nam etiam ſi non prorſus coaptatum ſit, os certè, quod ſupereminet,

D non admodum acutum efficitur. At ſi per longitudinem confractum os fuerit, ſimilis vt in oſsibus auulſis, de quibus ſuperiùs modò ſcripſimus, calamitas euenit: quippe cùm & cohærere inter ſe non admodum partes hæ fractæ ſoleant, & oſsis fragmentum, quod eminet, valde acutum euadat. In vniuerſum igitur ſciendum illud eſt, ex iuguli fractione nullum neq; humero, neq; reliquo corpori timeri nocumentum, niſi ſideretur: ſed hoc tamen raro contingit.

Verè abſciſſum inquit, caulatim abruptum, ſic, vt nulla

nulla in parte contineatur: cuius oppositum est non vere abscessum. Quod vno modo fieri ipse declarauit, cùm dixit: Si per longitudinem, difficiliùs sanatur. Simúlque ostēdit, quod exquisitè abrumpitur, per transuersum: quod non exquisitè, per longitudinem fractionem pati. Quādo igitur penitus abscissum est, alternari ita partes ossis cōsueuerunt, vt cùm vel sursum altera, altera déorsum, vel introrsum altera, altera extrorsum abeant, fractura propterea magna esse, atq; incurabilis videatur. At altero modo, cùm per longitudinem fractio accidit, licet minor læsio esse appareat, eius tamen difficilior sanatio est. Quippe cùm iugulum fasciæ circumuolutionē, sicut brachia, & crura non admittat: quæ sola complanare, atq; adstringere quod in longitudinem scissum est, potest. Si hæc, quæ nunc dixi, memoria teneas, nihil ex iis, quæ déinceps subiungit, tibi esse obscurum videbitur.

64 Deformitas tamē circa fracturam euenit: atq; id primùm turpissimum, déinde verò minùs turpe fit.

Melius erat, si dixisset, minùs turpe apparet. Inter initia enim rei nouitate turpe id esse maxime videtur: posteà verò temporis processu assueti homines, sicut in aliis omnibus, ita in hoc quoq; deformitatem negligere consueuerunt.

65 Iugulum porrò non secus, atq; ossa alia cassa, citò conglutinatur. Quæ enim huiusmodi sunt, callum celeriter obducūt. Quando igitur recenter est fractum, & qui vulnerati sunt, maius malum, quàm sit, esse opinantes, satagunt: & medici diligentiam, ac studium adhibent, vt rectè medeātur. Procedente verò tempore & vulnerati, quippe cùm dolore non afficiantur, neque aut ambulatione, aut comestione prohibeantur, rem negligunt, & medici, quia locum eum restituere in pristinum decorem nequeunt, refugiunt: neq; incuriam laborantium ægrè ferunt. Interim verò calli inductio acceleratur. Deligationis autem modus similis, vt plerisq; aliis est. Nam & cerato, & plagulis, & linteis mollibus medendum est: & hæc insuper curanda sunt. Insupérque animaduertendum in hac tractatione & plagulas plurimas supra eminentem partem imponi debere, & fasciis plurimis ea maximè in parte comprimi oportere. Sunt autem nonnulli, qui comprobarunt iam plumbum quoddam graue superalligari, quo superextātem partem déorsum cogerent. Intelligunt quidem fortasse neq; illi, qui simpliciter deligant. Sed neque hic modus fracturæ iuguli est accommodatus, quippe cùm fieri non possit, vt quod eminet, deprimatur, quod alicuius momenti sit. Alii verò quidam sunt, qui cùm cognouerint huiusmodi deligationes erraticas esse, & non secundum naturam eminentia déorsum cogere, deligant quidem etiam ipsi plagulis, & linteis vtentes, non secus, atq; alii, sed mitella quadam cincto homine ea parte, qua cingi aptissimè potest, cùm plagulas supra eminētiam fracturæ imposuere, ita vt extuberēt, initium fasciæ ex anteriore parte cinctui alligant: atq; ita eam è directo iuguli productam in posteriorem partem conuoluunt, atq; ibi cinctui circumiectam in anteriorem partē rursus, ac rursus in posteriorem reducunt. Alii autem non cinctui circumiiciunt linteum, sed interfemineo, atq; inde per sedē, & spinam traducendo, ac circumuoluendo fracturam comprimunt. Sed hæc quidem non experto dum audiuntur, propè ad naturalem modum accedere vidētur: vtenti verò inutilia euadunt. Non enim sunt stabilia vllo tempore, etiam si iaceat quispiam. Licet enim ita quàm maximè sint, si quis tamen iacens vel crus inflectat, vel ipse inflectatur, fasciationes omnes mouentur: & alioqui molesta deligatio est.

Cùm causam dixerit cur citò huiusmodi ossa conglutinētur, cur inductio calli celeriter efficiatur, propterea non explicauit, quia ex ipsorum ossium natura, de quibus est sermo, intelligi potest. Quæ enim cassa sunt, plus humiditatis in se habent: qua effusa, vt superiùs diximus, & à facultate, quæ in osse est, coagulata, callus circa fracti ossis oras concrescit. Quod vbi satis effectum est, oræ ipsæ constringūtur, ac colliguntur, non ex intima parte, atq; altè osse conglutinato, quemadmodum carnes solent: sed, sicut dictū est, in exteriore tantùm superficie, quasi vinculo quodam conferruminato. Cætera omnia, si quis animum aduertat, patent.

66 Nam & sedes intercluditur, & lintea vniuersa in hac angustitate colliguntur: cingula præterea nō ita firmiter accincta sunt, vt ea, quæ ipsis circumiiciuntur, nō elabi sursum cogant: atq; ita necesse sit, vt fasciationes omnes laxētur. Quàm proximè verò aliquis facere videretur, licet magna nō faceret, si aliquibus linteis circa cinctum datis, plerisq; aliis ad priorem illā deligationem vteretur. Sic enim maximè fasciæ, & stabiles sunt, & sese mutuò tuētur. Pleraq; quidē, quæ iis, quibus iugulū fractū

est

eſt,contingunt, dicta iam ſunt. Sed illud quoq; aduertendum eſt, iugulum ita plerunq; frangi ſolere,vt os, quod à pectore eſt,in ſuperiorem partem emineat, quod eſt à ſummo humero,in inferiore ſubſidat. Cuius ea ratio eſt, quòd pectus neq; inferiùs multò abire,neq; ſuperiùs poteſt.

Quod inquit In anguſtitate,id eſt, ϛενυγροχωρίῃ,quaſi locanguſthumiditatem dixeris,compoſitum nomen non eſt,vt quidam opinantur,ex loco, & anguſtia, & humido,ſed ex ϛενυγρῷ,id eſt,anguſthumido,quod tamen nihil amplius,quàm anguſtum ſignificat,per paragogen vetuſto more ita producto vocabulo: Atque inde ϛενυγροχωρίᾳ nihil amplius, quàm loci anguſtiā
B notat. Perſpicuum hoc eſſe ex Simonidis etiam carminibus poteſt,quæ in hunc modum ſe habent:

Non ſic opacis quiſpiam vnquam in montibus
Pauiſſe fertur ſæuæ occurſu pardalis,
Anguſthumida iter ſolus iniens ſemita:

Στενυγρῷ enim hîc quoq; pro ϛενῷ,id eſt,anguſthumida,pro anguſta tantùm poſitum eſſe,manifeſtum eſt.

67 Articuli enim, qui eſt in pectore, paruus criſſatus eſt.

Leuem quandam motionem criſſatum,id eſt, κιγκλισμὸν vocat. Siue autem à Criſſa aui,quam motacillam dicunt,& Græcè κίγκλον, nomen hoc deductum ſit,quæ pennas in cauda aſsiduè motat,atq; agitat, ſiue ab alia aliqua re,conſiderare ad præſens propoſitū minimè ſpectat:ſed magis conuenit,vt cauſam inquiramus,cur iuguli dearticulatio,quæ ad pectus eſt,cùm
C ex minimis nequaquā ſit,ſicut aliæ aliquæ,motionem tamen nullam habeat, quæ digna exiſtimatione ſit. Quam rationē huiuſce rei afferat Hippocrates ipſe, audiamus. Sed aduertendum,pectus hîc non pro tota anteriore thoracis parte ſumptum videri,ſed pro medio tantùm oſſe,quo cum coſtæ dearticulantur: quod poſteriores medici proprio vocabulo ϛέρνον,quaſi ſtratum appellant. Ita enim inquit.

68 Ipſum enim pectus & ſibiipſi, & ſpinæ dorſi eſt commiſſum.

Sibi ipſi commiſſum eſſe pectus, quod ſtratum dicunt,manifeſtè apparet. Spinæ dorſi verò etiam eſſe coaptatum apertè intelliges,ſi in arefacto animalis cadauere coſtas à poſteriore parte ſpinæ dorſi, ab anteriore ſtrato huic innixas euidenter inſpexeris.

69 Proximè quidem iugulum ad hu-
D meri articulum natabile eſt: cogitur enim frequentem motionem habere ex ſummi humeri connexione. Præctereà cùm vulneratum fuerit,pars,quæ pectori inhæret, in ſuperiorem partem elabitur: neq; admodum in inferiorem deprimi poteſt:quippe cum naturâ leue ſit,& ſuprà ipſi,quàm infrà,inanitas laxior pateat. At humerus, & brachium,& quæ his annexa ſunt,facilè à coſtis, & pectore abſolui queunt: ac proptereà & longè ſuperius, & inferius abire

A poſſunt. Quando igitur fractum eſt iugulum,os,quod ad humerū eſt, deorſum inclinatur. Procliuius enim ei eſt ſimul cum humero, & brachio deorſum defluere, quàm ſurſum ferri. Cùm igitur hæc huiuſmodi ſint,deſipiunt ſanè illi, qui ſuperemimentem oſsis partem deorſum depelli poſſe exiſtimant. Nam id,quod infra eſt, ad ſuperius applicādum eſſe,perſpicuum eſt: quippe cùm id ſit,quod moueatur,quódq; à naturali ſede exceſſerit. Patet itaq; cogi id nullo alio modo poſſe. Deligationes ſi-
B quidem nihilò magis appellunt,quàm repellunt. Si verò quis brachiū coſtis quàm maximè adhærens ſurſum protrudat,ſic vt quàm acutiſsimus humerus eſſe videatur,ita planè fiet,vt ad os, quod à pectore eſt vnde fuerat auulſum,coaptetur.

Tranſlatis,& vetuſtis linguarum nominibus,quanuis ciuili locutione vtatur, vti Hippocrates conſueuit. Tale quid Xenophon etiam facit. Nam ille quoque licet ciuiliter,ſicut quiſq; alius, eloquatur,vetuſta tamen ſæpenumero, & tranſlata verba interſerit. At rariùs quidem in eo, frequentiùs in Hippocrate hoc reperitur:quemadmodum in ſuperiore oratione criſſatum dixit,in hac,natabile:quod verbum idē eſt,
C atq; infirmum, & ſtabilimento carens. Quemadmodum etiam quod infertur,declarat,cùm inquit:Cogitur enim frequentem motionem habere ex ſummi humeri connexione. Summus verò humerus ex articulo humeri frequenti motione præditus eſt: quippe cùm minimè intētus ſit,motúſq; maximos habeat. Quod verò in principio dixit,Proximè,ambiguum eſt, vtrū ad locum,an ad rem ipſam referendum ſit. Nam vel proximè ad articulum mobile eſſe iugulum intelligemus,quod mihi eſſe rectius videtur: vel, vt aliis magis placet,aduerbiū hoc Proximè,ad natabile,& mobile erit coniungendum : vt talis oratio euadat: Quàm proximè natabile iugulum iuxta humeri articulum eſt:hoc eſt,quàm proximè ad frequentem motionem,agitationémq; accedit.

70 Si igitur aliquis legitima deligatio-
D ne vſus, vt celeriter conſolidetur, reliqua omnia excepta antè dicta figuratione vana eſſe exiſtimet,is & rectè intelliget,& citiſsimè,atq; optimè curabit. Si homo tamē cubet,multū refert:& dies,ſi quieſcat,quatuordecim ſatis: viginti quàm plurimi ſunt.

Legitimam deligationem vocat ab omnibus vſitatam,quæ quaſi lex quædam non ſcripta iam ſit. Ita enim & in vitę communione conſuetudines quædam, & inſtitutiones, quæ ab omnibus obſeruantur, legibus ſimiles euadunt:& νόμιμα,id eſt,legitima, ſeu inſtituta appellantur. Fracturis enim accōmodatam deligationem non omnes,vt par erat, conficiebant: ac proptereà plura de ea in primo libro De fracturis

con

conſcripſit. Hìc verò nulla huiuſmodi affectioni alicui deligatio adhibetur. Nam ſicut & priùs in commentariis in eum librum editis demonſtratum à me eſt, & nunc etiam fuit repetitum, omnes affectiones, quæ modo deligationis fracturis accommodatæ ſubiiciuntur, in eo libro ab Hippocrate fuerunt commemoratæ: quæ verò alteram deligationem requirunt, in hoc exponuntur. Fit ſiquidem fracturis apta deligatio, cùm lintea ſoli fracto membro in ſpiram circunducimus: altera autem, cùm in alias quoq; partes, & plerunq; eas, quæ membro affecto oppoſitæ ſunt faſciȩ conuoluuntur. quemadmodum in libro De iis, quæ in medicatrina fiunt, etiam dicit. Humeri deligationi ea, quæ per alteram alàm fit, circunductio conſentit.

71 Quòd ſi alicui contrario modo iugulum fractum ſit, id, quod non ſæpe euenit, ſic vt os, quod eſt à pectore, ſubeat, quod eſt à ſummo humero, ſupereminęat, ſuperſtétque alteri: nullo magno negotio in curando opus eſt. Ipſe enim humerus dimiſſus, & brachium oſſa committere inter ſe poteſt: & quælibet vel vulgaris deligatio eſt ſatis: paucíque ad callum contrahendum dies ſufficiunt.

Superiùs dixit, plerunq; fieri, vt cùm iugulum totum per tranſuerſum abrumpitur, pars oſsis, quæ à pectore eſt, in ſuperiorem locum elabatur: altera verò, quæ eſt ab humero, inclinetur inferius. Nunc de altero modo ſcripſit, qui rariùs contingit, cùm eminentius à parte humeri, depreſsius à pectore os euadit: quod facilius curatu eſſe inquit. Humero ſiquidem ipſo demiſſo fit, vt iuguli quoq; pars, quæ ſummo humero eſt annexa, ſimul cum ipſo déorſum ſequatur, alteríque ita æqualis effecta deligationem, & curationem idoneam admittat.

72 Sin autem ita fractum non ſit, ſed in latus vel hac, vel illhac fuerit elapſum, reſtituere in naturalem ſitum oportebit, humero vnà cum brachio ſublato, ſicut etiã anteà dictum eſt. Vbi verò in priſtinam naturam redierit, reliqua medicina celerrima erit. Pleraq; quidem alternata ſurſum compulſum brachium dirigit.

Intelligẽdum tibi eſt de oſsium in interiorem vel exteriorem partem receſſu dictum hìc ab Hippocrate eſſe. Sed ex me illud cognoſcas, intus in corporis profunditatem, extra ad cutem eſſe accipiendum.

73 Quæcunque verò ex ſuperioribus vel in latus elabuntur, vel déorſum, iis directio præparatur, ſi homine ſupino collocato, medio inter ſcapulas dorſo paulò ſublimius aliquid ſubiiciatur, ſic vt pectus anfractum quàm maximè ſit: brachiúmq; ei ob coſtas porrectum aliquis attollat: medicus verò altera manu in caput brachii impreſſa vola repellat: altera fracta oſſa componat. Ita enim quàm maximè in naturam reſtituitur. Cæterùm id, quod dictũ iam eſt, ſuperius os in inferiorem partem ſubire facilè admodum ſolet. Pleriſq; igitur, vbi deligati fuerint, figuratio ipſa opitulatur, cùm ad coſtas gibbo cubiti detento, ſurſum humerus propellitur.

Quando pars iuguli pectori commiſſa, vel in latus, vel déorſum elapſa eſt, tunc inquit pręparari directionem, ſi quis ſupino homine collocato, inter ſcapulas ſub ipſa dorſi ſpina videlicet ceruical, aut puluinum, aut tale aliquid ſupponat: vt ea parte totus thorax recuruatus, ac circunflexus efficiatur. Anfractum enim circumcirca inflexum appellat. Qua voce etiam poëta vtitur, cùm inquit:

Anfractum menſis ſuper incidit.

in hunc modum igitur figurato homine vult, vt medicus altera manu caput brachii coſtis prætenti ac diducti in exteriorem partem repellat. ita enim fiet, vt fractæ oſsis partes maximè diſiungantur: cum ad id etiam circunflexa illa figuratio non parum conferat: altera verò, iuguli partes inter ſe conformet, ac componat. in ſequenti oratione melius aliquando inquit eſſe, ſi ad pectus cubiti gibbus adducatur.

74 Nonnullis verò humerus in ſuperiorem partem propellendus eſt, vt eſt dictum: gibbus autem cubiti ad pectus adducendus, ita vt manus ad ſummum humerum ſani brachii detineatur. Et, ſi cubare tolerat, opponendum aliquid eſt, quod obfirmet, vt humerus in ſuprema parte permaneat: ſi deambulare vult, funda ex mitella facta circa acutam partem gibbi inſerenda, ac collo appendenda eſt.

Huiuſmodi figuratio in exteriorem partem caput brachii abducit: vt pars quoq; iuguli, quæ ſummo humero coniuncta eſt, ſimul cum eo abducatur. Sed vt plurimùm huiuſmodi figuratione opus non eſſe inquit. Satis enim priorem eſſe ad directionem faciendam, cùm ad coſtas gibbo cubiti detento, non, vt nunc, ad pectus adducto, brachium ſuppellebatur. Ad pectus itaque adducere, non velut inutile ſolùm, nobis fugiendum eſt, ſed veluti etiam ſuperuacuum, quum pleraq; prior operatio corrigere poſsit. Si verò prior ea in agendo non ſucceſſerit, ad ſecundam tranſire poſteà poterimus.

CLAVD.

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis de Articulis, Commentariorum Liber Secundus.

De Gibbo cubiti.

1 CVM gibbi cubiti articulus dimotus, aut ſubluxatus ad coſtas, aut exteriorẽ in partem eſt, acuta eius parte in concaua brachii ſubſiſtente, in rectum extendendus: quódq; eminet, retro, & in latus repellendum eſt. Cùm verò perfectè exceſſit vel hac, vel illhac, extẽſio ea adhibenda, qua brachium fractũ deligatur. Ita enim incurua gibbi pars minimè prohibebit. Excidit autẽ maximè verſus coſtas: directio verò eius eſt, ſi quàm plurimum abducendo, ne caput brachii cornicẽ cubiti attingat, ſuſpenſum ita circumagamus, & circumflectamus, & non in rectum extendamus: ſimúlq; in contrarium in vtranque partẽ impellamus, in ſedémq; ita compellamus. In his confert, etiã ſi gibbus partim in ſupinam, partim in pronam contorqueatur. Curatio poſteà ex figuratione ea eſt, vt paulò ſuperiorem manũ gibbo cubiti, brachium verò ad coſtas habeant. Sic & appenſio, & poſitio, & geſtandi facilitas, & natura, & vſus in communi ſunt: ſi modò prauè callus non increuerit. Increſcit autẽ celeriter. Linteis verò curatio fit lege articulari, vt & acuta etiam pars inſuper deligetur. Rebellaciſſimus autem gibbus cubiti hic eſt, febréſque, ac dolores, & meræ bilis vomitus mouet: atque id maximè, ſi in poſteriorem partem, ob torporem: ſecundò, ſi in anteriorem prolapſus ſit. Eadem vtriſque curatio: ſed repoſitiones, ſi retro abiit, vt extremum totum brachium intendamus. Signum autem eſt quòd ita exceſſerit, cùm extendere totum brachium ne-

A queunt. Cùm verò conflectere id non valent, quòd in anteriorem partem exciderit cubitus, indicium eſt. Vnde his conuolutum aliquid durum ab anteriore parte imponendum, ac ſuper id, vbi extenderis, repentè cubitus inflectendus eſt. Diſſidentiæ autem oſſium nota eſt, ſi iuxta venam, quæ ad brachium diſcinditur, attrectaris. Sed hæc citò callo circundantur. Ab ortu ſanè oſſa, quæ infra noxam ſunt, breuiora euadunt: plurimùm iuxta cubitum: ſecundò iuxta manũ: tertiò iuxta digitos. Brachium quippe, & humerus ob verſio-
B nem potiora, at altera manus ob opera adhuc potior eſt. Si extrà excidit articulus, in interiore parte caro imminuitur. Sin minùs, in contraria parte, quàm exciderit. Si extrà vel intrò exceſſerit, extenſio in communi figuratione brachii ad cubitum facienda eſt. Alæ enim habena ſubiecta retrahendum eſt, ſummo verò gibbo iuxta articulum pondus aliquod appẽdendum, vel manibus depellendum. Atque ita ſuſpenſo articulo palmis coaptationes fiunt, vt in manibus. Deligatio in hac figuratio-
C ne, & appenſio, & poſitio. At cùm in poſteriorem partẽ excidit, repentè extento brachio palmis dirigendum: ſimul autem & in directione, aliis opus eſt. Cùm in anteriorem, ſupra linteum in tumorem conuolutum cõflectendum, ac ſimul dirigendum: ſed ſi in alterã partẽ inclinetur, in directione ſimul vtraque facere oportet. Medelæ verò communis figuratio, & deligatio eſt. Poſſunt etiam ex diſtentione communiter omnia coaptari. Repoſitiones autem aliæ ex ſuſpenſione, aliæ ex extenſione, aliæ ex

circumuagatione reponuntur: atque hæc ex excessibus figurationum vel hac, vel illhac celeriter fiunt.

De Manu

2 Manus articulus vel intrò, vel extrà prolabitur: sed plerũque intró. Signa aperta sunt. Si enim intró excidit, conflectere: si extrà, extendere digitos nequeunt. Repositio fit, si digitis supra mensam positis in diuersas partes extensio efficiatur: os verò eminens vel palma, vel calce simul retrudatur, & in anteriorem partem, & inferiorem trudatur. Ab inferiori autem parte ad alterum os inuolucrum aliquod molle, si suprà est, pronæ manui, si infrà, supinæ est subiiciendum. Curationem posteà linteis peragimus. At tota manus vel intrò, vel extrà, vel hac, vel illhac, potissimùm tamen intrò luxatur. Interdum etiã appendix ipsa dimouetur, interdum alterum ex ossibus dissidet. His valida extensio adhibenda est. Tum quod eminet, trudatur: alterum verò os duobus modis simul in posteriorem partem, & in latus, vel manibus supra mensam, vel calce retrudatur. Quæ rebellant, deformia euadũt: tempore tamen ad vsum corroborãtur. Curatio his quoque linteis adhibetur, cum manu, & cubito: ferulæque vsque ad digitos apponuntur. Hæc in ferulis deligata frequentiùs, quàm fracturæ, resoluẽda, & perfusione copiosiore fouenda sunt. Ab ortu breuior manus euadit, carniúmque imminutio contraria in parte, quàm qua est prolapsio effecta, maximè contingit: at adulto iam ossa permanent.

De Digitis.

3 Digiti articulus cùm prolapsus est, facilè patet. Reponitur verò, si in rectum extendatur, quódque eminet trudatur, & contrarium retrudatur. Curatio verò mitellis, & linteis fit. Si non reuersus fuerit, extra callum obducit. Quæ autem ab ortu, aut in auctione luxata sunt ossa, infra prolapsionem breuiora efficiuntur: minuuntúrq; carnes contraria præcipuè in parte, quàm in quam exciderũt. Ei verò, qui iam est adultus, ossa permanent.

Explanatio desideratur.

De Mala.

4 At mala paucis iam perfectè luxata est.

Malam, id est, γνάθον, quæ bucca etiam dicitur, dissectionis professores partem illam vocant, quæ sub ea est, quæ mala propriè nuncupatur. Mala enim propriè est id, quod sub oculis leniter rotundum ad mali similitudinem prominet. Hippocrates verò, sicut superiùs humeri articulum dixit pro articulo, qui in humero est, ita hîc quoque de articulo malæ loquens, inferiorem maxillam malam nuncupauit. Poeta etiam malas pro-pro maxillis ponit, vbi inquit:

Ambabus feriens manibus sic verbere cunctos
Ceu suis, excuterem è malis per gramina dentes.

Malas hîc maxillas manifestè appellat. Quinetiam ipse Hippocrates malas déinceps in sequentibus eas vocat. Sed de appellatione hactenus. Cur verò paucis luxari maxillam dixerit, ipse iis, quæ subiungit, declarat, quibus animum aduertito.

5 Os enim, quod à superiore mala procedit, cum eo subiugatur, quod sub aurem innectitur, quod capita malæ inferioris intercludit: cùm altero capite superius, altero inferius sit. Extremæ verò inferioris malæ partes altera ob longitudinem non facilè exsinuari potest: altera est cornix, quæ super iugamentum excedit.

Dictum à me etiam superiùs est, & in explanatione de cubito, & in primo commentario, si quis ea, quæ ita ab Hippocrate dicuntur, planè non intelligit, ei ossa, præcipuè hominum, sin minùs, simiarũ ostendenda esse: neque id faciendum nunc, quando librum hunc legit, sed anteà per otium. Diximus item à nobis librũ quoque De ossibus ad eos, qui introducuntur, fuisse cõscriptum: & qui percipere vult quid in his libris Hippocrates dicat, melius esse, vt priùs in illis sit exercitatus. Sicut igitur superiùs etiam scripsi, nũc mediã quandã docendi rationem seruabo, tam eorũ qui viderunt, quàm qui non viderunt, habita ratione. Ita enim fiet, vt & qui viderunt, longitudine orationis non molestentur: & qui non viderunt, exactæ disciplinæ, quæ absque ossiũ inspectione fieri non potest, quasi descriptionem quandam habeant. Intellige igitur, partem oris, quæ ad dentes mouetur, inferiorem maxillam, quæ motu caret, superiorem esse: ab hísq; ossibus dentes pro magnitudine, & multitudine contineri. E superiore autem mala tenue quoddam os procedere, coaptaríq; tenui alteri, quod ex osse eo promittitur, quod auditorium meatũ continet. Quà verò vtraque hæc ossa inter se committuntur, similem suturæ esse articularem coaptationem. Os itaque hoc tenue, quod superiorem maxillam capiti coniungit, à dissectionis peritis iugamentum, seu iugale os nuncupatur: quandoquidem etiam ipse Hippocrates, cùm dicat subiugari, ostẽdit duo ea ossa ab hoc, quasi iugo subiecto, inter se cogi. Sub hoc iugamento satis magna cauitas est, quam alter ex inferioris maxillæ processibus occupauit, quem κορώνην, id est, cornicem, & κόρωνον neutro genere vocant. Alter enim processus

ceſſus eſt, quo maxilla cum oſſe capitis iuxta aurẽ dearticulatur: ſed hic breuis longitudine, alter longior multò eſt. Vtroſque hos medium porrectum iugale os diſtinguit, ita vt breuiore ſuperius, longiore inferius ſit. Hos inferioris maxillę proceſſus capita hîc nominauit Hippocrates, cùm inquit, iugamentum eſſe, quod capita intercludat, id eſt, diſtinguat inter ſe hos proceſſus, ac ſeparet: alteri ſuperpoſitum, & alteri ſubiectum. Perſpicuum igitur ex his eſt, fieri non poſſe vt à propria dearticulatione inferior maxilla excidat, niſi cornix eius infra iugamentum elabatur. Sed neque ſi id contingat tantùm, luxationẽ efficit. Aperto enim ore in propriam ſedem rurſus reuertitur. Vnde ſi luxatio fieri debet, oportet vt prohibeatur, quò minùs redeat: id quod fit, ſi in latus diſtorqueatur. Rectè igitur déinceps inquit, niſi quis maximè hiando maxillam in latus diſtorqueat, fieri, vt excidat minimè poteſt. Nam neque ipſa cornix abire infra iugamentum valet, niſi inferior maxilla à ſuperiore quàm plurimùm diſtet: id quod in maximè hiando euenit, neque ſine diſtortione in latus reditus in propriam ſedem prohibetur. Et ob hęc igitur difficulter excidit, & quia validi muſculi ſũt, qui ipſam ſuſtinent: de quibus dicentem ipſum audi.

6 Prætereà ex vtriſq; his extremis neruoſi tendones exoriuntur: ex quibus annexi muſculi ſunt, qui temporales, & manducatorii appellantur.

Quæ priùs capita inferioris maxillæ dixerat, nunc extrema appellat: ex vtriſque his neruoſos tendones exoriri aſſerens. Vocare autem ſolet tendones, id eſt, τένοντας, fines eos muſculorum, quos diſſectionis profeſſores proneruationes, id eſt, ἀπονευρώσεις nuncupãt: **C** qui quidem mediis partibus ſunt neruoſiores: inter ſe tamen in eo differunt, quòd alíquando plus, alíquando minùs vel carnoſæ, vel neruoſæ ſubſtantiæ in ſe habent. Quando ſanè carnis ſubſtantia amplior ineſt, carnoſam proneruationem, quando paucior, neruoſam appellant. Nũc igitur quia in his neruea ſubſtantia, quàm carnea, amplior eſt, meritò neruoſos tendones è capitibus maxillæ exiſtere inquit. Ex altioribus ſiquidem partibus infernæ maxillæ annexos eſſe muſculos inquit, qui temporales, & manducatorii, ſeu manſorii vocantur. Vtrum autem eoſdem muſculos vtriſq; his nominibus appellet, an alios temporales, alios manducatorios eſſe velit, incertum eſt. Nam poſteriores diſſectores eos temporales, ſeu malis, tẽporinos nominant, qui ex oſsibus temporum capitis exoriuntur: quos, dũ intenduntur, cõmittere, ac claudere os manifeſtè conſpicimus. Alios verò, qui latis inferioris maxillæ partibus ſuperiecti ſunt, vtrinque alter proptereà quòd in manducando maxillam circumagunt, manducatorios vocant: cùm illi, qui è ſuperiore parte deferuntur, efficere id minimè valeant. Attrahunt enim eam ſurſum tantummodo, non traducere etiam hac illhac queunt. Vnde in committẽdo quoque ore ipſorum auxilio indigemus, quando videlicet vel anterioribus dentibus mordendo, vel caninis, qui appellantur, abſcindere aliquid volumus. Nam cùm molaribus ſubiectum cibum confringere, ac conterere ſtudemus, manducatio opus id vocatur, à muſculiſq; efficitur, qui latis maxillę partibus ſuperiecti in latus hac illhac maxillam traducũt. Conſentaneum igitur eſt, vt hi manducatorii appellentur, illi verò temporales, qui à temporum oſsibus deſcendentes neruoſos tendones compræhendunt, cornicémq; maxillæ circumcirca totam circundant. **A** Quin etiam aliud quoddam muſculorum par eſt, intra os conſtitutum, qui ſuperiorem exortum ex alaribus oſsibus, quæ πτερυγοειδῆ appellant, & ex tota ipſis adiacente cauitate habentes inferiori maxillæ ea maximè parte innectuntur, vnde proceſſus ad dearticulationem aſcendit. Hi muſculi ita ad manducatorios pertingũt, quos extrinſecus ſupra latas maxillæ partes intentos eſſe dixi: vt intrinſecus vtrinque alter latum id maxillæ occupent. Cùm igitur Hippocrates inquit, Prætereà ex vtriſque his extremis neruoſi tendones exoriuntur, ex quibus annexi muſculi ſunt, qui temporales, & manducatorii appellantur. nullam hîc feciſſe de illis mentionem manifeſtè videtur, qui extrinſecus maxillæ ſuperiiciuntur: ſed ad duo ea paria intelligenda nos inducit, quorum alterum ex extremis maxillæ partibus, alterum ex cauitate, quæ iuxta alaria oſſa ſunt, euiden- **B** ter exoriuntur. Nam hi alterum maxillæ caput, quod dearticulatur, attollunt: aliud verò illud par, quod cornices circundare vndequaque dixi, eadem hęc extrema ad caput attrahunt.

7 Ob hoc autem vocantur, & ob hoc mouentur, qũia inde annexi ſunt.

Cùm manducatorios vocari dixerit antè dictos muſculos, appellationis huius cauſam ſubiũgit. Nam quia inde annexi ſunt, id eſt, ex maxillæ extremis partibus, proptereà & mouẽtur, dum mandimus, & manducatorii vocantur.

8 Nam & in comeſtione, & in loquutione, & in alio oris vſu, ſuperior mala quieſcit.

C Inferior maxilla ſola eſt, quæ mouetur, cùm duo anteriores circa collum muſculi ipſam à ſuperiore abducant: manducatorii verò adducant, atque admoueant. Qui meritò euidentem motionem habent, quia maximo oſsis motui inſeruiunt: ob eũmque motum manducatorii à vehementiſsima inferioris maxillæ operatione nuncupati ſunt. Nam motio, quæ in loquutione fit, imbecilla eſt.

9 Connexa enim capiti eſt, non dearticulata. Inferior autẽ mala mouetur, quippe cùm & à ſuperiore mala, & à capite abarticulata ſit.

Nonnulli non συνήρτηται, id eſt, connexa eſt, ſed συνήρθρωται, id eſt, coarticulata eſt, legunt: proptereà **D** quòd coarticulationem quoque oſsium commiſsionẽ naturalem eſſe vult: quæ exiguum, & obſcurum alíquando, alíquando nullum motum præ ſe feret. Sicut dearticulationem eam coniunctionem naturalem oſsium vocat, quæ euidentem motum habẽt. In hac autem oratione, cùm abarticulatam eam eſſe dicat, abarticulationem, id eſt, ἀπάρθρωσιν, idem eſſe cum dearticulatione oſtendit.

10 Cur autem in conuulſionibus, & rigoribus hic primùm articulus contentus ſignificationem faciat: cur itẽ ictus in tempora inflicti lethales, & ſopientes ſint, alibi dicetur.

Cùm poſſet breuibus rem explicare, & dicere: quia quę circa hunc articulum ſunt, propè ad neruorum ori

ginem accedunt: idcirco fieri: vt articulus hic in cõuulsionibus primùm incipere conspiciatur, ictúsque sopientes patiatur: cur id distulerit, nescio, nisi fortasse cum demonstratione id sibi faciendum censebat: ostendendúmque sibi esse, neruos à cerebro exorientes eò innecti. Id quod planè commemorare præsenti doctrinæ nõ erat necessarium: vt propterea integram de hoc tractationem alibi scribendam distulerit.

11 Quòd igitur non admodum luxetur, hæc in causa sunt.

Quænam hæc sunt? Prædicta nimirum, quæ duobus capitibus continentur, & natura ossium, quam commemoraui, & robore musculorum.

12 Sed in causa quoque illud est, quòd nõn admodum fit, vt tales necessitates ciborum inuadant, vt hiare homo supra, quàm possit, cogatur. Excidere verò ex nulla alia figuratione potest, nisi hiando quàm maximè maxillam in alteram partem quispiam traducat.

Ad duas causas, quas antè exposuit, cur maxilla raró excidat, tertiam nunc adiungit: quòd fieri nequit, vt luxatio contingat, nisi quàm maxima oris apertio efficiatur. Aperire autem id quàm plurimùm sæpe non est opus. Duæ enim talis operationis necessitates sunt, cùm vel maximam rei alicuius molem ore excipere quispiam vult: vel oscitando, quàm maximè potest, os diducit: quorum primum raró contingit: secundum euenire dementibus tantùm potest. Nam diuiti Placino euenire id aliquando cõspexi, cùm, quàm plurimùm posset, os apertum in latus traduceret. Frequenter enim in eam figurationem formare os consueuerat. Et quasi egregium quid esset, sponte magis semper, quàm anteà fecerat, hiare nitebatur.

13 Ad excidendũ tamen id facit, quòd quicunq; nerui, & musculi sunt iuxta articulos, vel ab articulis, à quibus colligantur, si in vsu sæpe moueantur, idonei quàm maximè fiunt, vt ad extensiones cedãt: quemadmodum etiam pelles, quæ optimè maceratæ sunt, quàm plurimam distentionem admittunt.

Quantum ad antè dictas causas spectat, vel nunquàm, vel admodum raró maxilla erat prolapsura. Non tamen ita est: sed raró quidem excidit, non tamen, vt quàm plurimi nostrûm non viderint, sicut ea sunt, quæ rarissimè contingunt. Ex frequenti enim dearticulationis motu fit, vt musculi, & nerui intendantur: promptioréśque ad extensionem multò sint, quàm ea, quæ raró ad motionis necessitatem deueniunt. Non secus, inquit, ac pelles optimè maceratæ, id est, optimè emollitæ, quàm plurimum extensionem admittunt. Nam etiam Poeta τῷ δεψᾶν, id est, macerandi verbo, vtitur pro mollire, cum ait: Nam flaua cera macerata, &c.

14 Sed de quo est sermo, mala quidẽ raró excidit: sæpe tamen in oris hiationibus decutitur: sicut aliæ musculorum, & neruorum alternationes hoc faciunt.

A Decutitur, id est, σχᾶται, quid significet, intelligemus, si iis, quę dicuntur, attendamus. Inquit enim, sicut aliæ musculorum, & neruorum alternationes hoc faciunt: vt decussio hæc, de qua loquitur, musculorum quoque, & neruorum absque vlla articulatione affectio esse cognoscatur, quæ cuiusmodi sit, ex eo patet, quòd alternationes inquit. Significat enim ex naturali situ in alterum transmutari, atque id repenté. Nam paulò etiam post hoc significare ostendit, cùm inquit: Déinde studium adhibendum est, vt tribus figurationibus simul repentè decutiamus, id est, repentè priorem figurationem mutemus. Quinetiam nunc & in Coo, & in omnibus ferè Græcanicis vrbibus σχαστήριαν vocant, quasi decussorium dixeris, prætentum funem in curriculis, quo carceres statuũt, vbi, qui cursuri sunt, omnes

B astant: eò quòd quando emittuntur, repentè decutitur, & decidit. Et in palęstra quoque decutere manum, id est, σχάζαι, nihil aliud est, quàm è priore statu in alterum confestim ferre, ac mouere. Decutere igitur maxillam cùm dixeris, id ad musculorum affectionem referendum est, cùm in repentinis agitationibus immutantur, & alternantur: sic, vt pristino situ minimè seruato, aliqua ex parte distorqueantur, aliqua intendantur.

15 Quando verò excidit, his præcipuè indiciis manifestum fit: Prominet inferior mala in anteriorem partem: in contrariúmque, quàm lapsus contigit, promota conspicitur: ossísque cornix ad superiorem ma-

C lam turgidior apparet: quíque hoc patiuntur, committere malas ægrè possunt.

Dictum à me etiam priùs est, os illud, quod vocatur iugale, seu iugamentum, superiori parti esse obiectum, vbi cornix maxillæ est: quæ nisi in alteràm partem præterferatur, ad propriam sedem maxillam esse redituram. Necesse igitur est, vt cum maxilla aliquando excidit, cornix extra iugamentum feratur: quippe cùm nullam aliam, quò delabatur, sedem habeat. Quare meritò ad superiorem malam, vbi iugamentum est, eminentior apparet. Quod quidem iugamentum vbínam maximè constitutum sit, cognoscere manifestè poteris, si in macilentis hominibus inter temporalem musculum, & malam inspexeris. Quod enim in medio horum prominet, iugamentum est. Huius igitur situ obseruato, vbi aliquem videris, qui clau-

D dere os nequeat, maxillámque in anteriorem partem prominentem, atque in obliquum versam habeat: da operam, vt & oculis, & digitis diligenter scruteris, an iuxta malam, & iugamentum eminere cornicem depręhendas. Nam si id inueneris, maxillam lapsam esse certò dignosces.

16 Repositio his qualis sit accommodata, perspicuum est. Debet enim alter caput vulnerati continere: alter inferiorem malam, hiante homine quantum moderatè potest, ad mentum, & intus, & extra digitis appræhensam, priùs aliquantisper, hac illhac agitare: & tũ ipse manu in latus promouere, tum ægro iubere vt laxam malã

tenens

tenens promoueat, & promouenti obsequatur quàm maximè.

Iis, qui structuram horum membrorum, quæ commemorauit, ex dissectione diligenter inspexerunt, manifesta hæc repositio est. Ad quos etiam ipse spectans ita dixit. Quę etiam déinceps de repositione dicuntur, clara omnia sunt: nisi vbi vnum, aut duo incidunt verba, quæ annotabo.

17 Déinde studium adhibendum est, vt tribus figurationibus simul repentè decutiamus. Nam & à distortione in naturalem sitũ promouenda, & simul retro agenda inferior mala est. Aeger verò his obsequendo committere os, non hiare amplius debet. Ac repositio quidem hæc est, quæ ne aliis quidẽ figurationibus fieri potest. Medicina verò póstmodum breuis sufficiet. Plagula enim cerata imposita laxam deligationem adhibemus. Tutiùs tamen administrationem hanc exercemus, si homo supinus reclinetur, capútque obfirmet subiecto scorteo puluino bene farcto, vt quàm minimùm cedat.

Postea quam tracta déorsum maxilla, atque à superiore, quantum fieri potest, abducta, musculos, & neruos priùs agitauerimus, ac mollierimus, quod ipse iubet, faciendum est: & repentè decutiendum, id est, repentè & simul articulus in directum ad naturalem sedem propellendus: quod, vbi factum est, statim rursus retroagendus: atque vt committat os æger, iubendum est. Anteà enim ipsum hiare volebat, laxámque malam exhibere, id est, nullũ ex musculis intendere: eo quòd id & ad agitandos musculos, & neruos, & ad distortam maxillam in naturalem sedem repentè promouendam, & ad eandem retroagendam, opportunissimum fit. Vbi verò vtraque maxillæ extremitas è directo ad proprias sedes redacta iam est, vult vt temporales musculi cooperando ad se totã ipsam attrahant. Operabuntur autem, si æger committere, ac claudere os studeat.

18 Atque aliquis caput vulnerati insuper contineat.

Dum hac illhac maxilla agitatur, & in inferiorem partem abducitur, vult vt caput ægri, ne ad maxilllam consequatur, minister contineat. Hoc autem in omnibus, quæ in diuersas partes fiunt, extensionibus perpetuum præceptum est. Cùm verò vulnerati dicit, idem est, ac si læsi, & affecti dixisset. Ionibus enim peculiare id est, vt læsiones omnes vulnera, hoc est, τρώματα, communi nomine appellent.

19 At si vtræque luxatæ malæ fuerint, curatio eadem adhibetur. Committere autem os isti minùs possunt. Maxillæ enim magis prociderunt, sed indistortæ tamen sunt. Indistortum in his ex terminis dentiũ superiorum & inferiorum è directo correspondentium maximè deprehenditur.

A Hîc malas, id est, γνάθους, non totam maxillam, sed vtranque ipsius partem, qua dilatatur: qua verò in ima eius ora nudum, ac carnis expers os extat, id maxillas, id est, γένυας videtur appellare, cùm inquit: maxillæ enim magis prociderunt. Sed tamen pauló póst totam inferiorem maxillam malam nuncupauit, vbi ait: Si verò inferior mala circa compagem ad mentum diuulsa fuerit. Sola autem hæc compago in inferiore mala est, in superiore multæ. Vnde significata malæ, & maxillæ apud ipsum confunduntur. Quod igitur in oratione hac inquit, huiusmodi est: Si in vtrisque dearticulationibus luxatio fit, magis quidem in anteriorem partem inferior maxilla prosilit, quàm cùm in altera tantùm parte luxatur: magísque distare à superiore apparet: nõ tamen in alteram partem retrahitur, neque distorquetur, sed indistorta permanet. Id autẽ ex directione dentium cognoscere poteris. hoc est, cùm è regione sectores sectoribus, canini caninis, molares molaribus correspondent.

B

20 His confert, vt quàm celerrimè reponantur. Repositionis autem modus dictus superiùs est.

Confert vt quàm citissimè reponantur, priùs videlicet, quàm ex musculorum intentione ad cerebrum contagio perueniat. Modus autem repositionis, quo in alterius tantùm partis luxatione vtendum dixit, non ex toto idem mihi in hac videtur conuenire. Tũc enim in latus, & in obliquum maxilla paululum promota fuerat: nunc æqualiter præponderat: vt satis sit, si vbi agitauerimus, atque in inferiorem partem eatenus traxerimus, vt cornicis vertex inferior iugamento efficiatur: ita demum in interiorem partem totam maxillam propellamus: ægróque vt os claudat, iubeamus.

C

21 Si autem non redierint, ex febribus continuis, & segni sopore vitæ periculum impendet.

Exarticulatio, quæ altera tantùm parte fit, neque ipsa periculo vacat. Quæ autem vtrinque contingit, cùm omnes, qui inferiorem maxillam continent, musculos extendat, longè infensior est. Sunt autem, vt dictum est, quatuor. Duo ex temporibus: duo ex cauitatibus iuxta alaria ossa originem habentes: qui cùm à cerebro neruos accipiant, & ferè ipsum cerebrum contingant, citò fit vt his affectis cerebrum quoque simul afficiatur. Hi quidem quatuor musculi in luxationibus maximè laborant: quippe cùm principales maximè omnium sint: vt pote qui à tertio pari è cerebro neruos habeant, quod non procul à principio ipso abest. Fit tamen, vt qui etiam maxillę extrinsecus iniecti sunt ex vtraque parte exorientes, in huiusmodi luxationibus præter naturam extendantur: qui quidem non simili modo vt quatuor illi, pręcipui sunt. Lõgius enim absunt à cerebro: & origo nerui è longinqui ore spatio neque ex eodem pari neruorum, ad hos pertingit: non paruam tamen etiam ipsi vim habent: quemadmodum reliqui quoque musculi, qui per totum corpus sunt, licèt his longe ignobiliores. Quocirca ex omnibus his vita in discrimen vertitur, cùm præter naturam intenduntur. Dolore enim affecti, & flammati in simile malum cerebrum quoque inducunt. Cerebrò verò affecto febres acutæ consequuntur: omnésque animæ operationes lęduntur. Nam sopor, qui κάρος dicitur, facit, vt neque sentiat, neque moueatur homo, neque intelli-

D

gat:sed & rationem,& memoriam,& sensum,& motum quoque,qui per appetitionem fit,corrumpit.

22 Musculi enim hi cùm præter naturam alterantur, & intenduntur, soporiferi sunt.

Satis alterutrum ex his est ad soporem inducẽdum: alteratio scilicet, vel intentio musculorum, cùm ex vtrisque his caro patiatur. Intentio siquidem fit, cùm fibræ, quæ priùs laxæ erant, omnes in rectam lineam protendũtur:alteratio,cùm vel calefacti,vel frigefacti, humefacti item,aut arefacti immoderatè sunt: necnon si in flammatione, aut erysipelate, aut putredine corripiuntur. In huiusmodi enim omnibus fit,vt in substantia ipsa diuersificentur. Intenti verò per fibras porriguntur tantummodo,& distenduntur absque vlla substantiæ alteratione.

23 Solet item his aluus biliosa mera, ac pauca deiicere:& si vomunt, meræ etiam sunt vomitiones.

In acutissimis febribus mera biliosa gigni in corpore mirum nihil esse debet: quippe cùm adeps, & caro, quæ tenera est, recentérque concreta ab huiusmodi febribus tabefiat,& colliquescat:sanguis verò torreatur. Nam ad ventrem, & intestina huiusmodi colliquationum confluxio,propria eorum est,qui in neruosis partibus dolorem patiuntur: propterea quòd os ventriculi,quod est neruosissimum, cum his simul afficitur. Dictum autem rectè ab ipso est,quæ sunt proxima,& communia,primùm & maximè affligi: & quia pati id dolores, licet parui sint, non sustinet. Qui enim circa os ventriculi laborant,iis animę defectus euenire consueuerunt. In animæ defectibus verò tenuia omnia excrementa in ventrem confluunt. Quinetiam si id non eueniat, in vehementibus doloribus, & tristitiis talia excrementa in ventriculum, & intestina confluere conspiciuntur. Vnde ea,quæ in ventriculum defluxere, vomitu,quæ in intestina descenderunt, deiectione exinaniuntur.

24 Hi sanè etiam decimo die maximè moriuntur.

Apud alios quoque veteres authores tale huius aduerbii,Maximè,significatum interdum reperitur,quali nunc vsus Hippocrates videtur: vt proximam quantitatem rei, quæ numero explicatur, indicet. Périnde,ac si ita dixisset: Qui ita affecti sunt,plerunque decimo die moriuntur. Vt si nono etiam, vel vndecimo decedant,verè dictum hoc nihilò minus sit. Maxime, verò in hoc significato sumi solere his exemplis perspicuum tibi esse poterit. Thucydides in primo ita inquit: Hæc autem vniuersa, quæ & inter se, & aduersus Barbarum Græci gessere, annis quinquaginta maximè gesta sunt, id est, ferè, & circiter. Et in eodem quoque: Abest sexaginta stadiis maximé. Et Andocides in oratione De mysteriis canens,inquit, Homines numero quidem maximè trecentos. Sed apud omnes Græcos multum huius aduerbii in hac significatione vsum inuenies.

25 Cùm verò fracta inferior mala est, si non est prorsus decaulata, sed os adhuc cohæret,confractum tamen est, per transuersum linguæ subiectis digitis dirigendũ est: extrinsecúsque sicut confert, renitendum. Et si distorti dentes sint iuxta fracturam,ac dimoti,vbi ossa in sedem suam fuerint collocata, non duo tantùm proximi dentes, sed vlteriores quoque, præcipuè quidem auro,sin minùs,lineo filo alligandi inter se sunt,quoad os corroboretur: deinde cerato,& plagulis paucis,paucísque linteis non nimis compressis,sed laxis deligatio est adhibenda.

Quando fracti ossis nihil illæsum subsistit, sed absolutæ à se mutuo vtræque partes sunt,sic vt nullibi cohæreant inter se, & contineantur: fracturæ hanc speciẽ recentiores medici caulatim factã appellant:propterea quòd Hippocrates quoque hîc dixit, Si non est prorsus decaulata,id est,abscissa,atque abrupta. Reliqua & huius orationis, & sequentium manifesta sunt: si quid inciderit tamen,explicabimus.

26 Sciendum tamen deligationẽ, quæ linteis fit,malæ fractæ, si rectè adhibeatur, parum prodesse: si prauè, magnam læsionem afferre.

Commune omnibus fracturis est, prauam deligationem multùm obesse: non multùm verò prodesse,si rectè adhibeatur in maxillæ fracturis, id non omnibus ossibus commune est, sed illis tantùm conuenit, quæ circumuolutionem fasciarum non admittunt:si quis nõ os affectum ita seruarit, vt à medico compositum fuit, ac conformatum. In maxilla verò etiam illud accedit, quòd deligatio molestiam parit:vtpote quę semper nuda,atque intecta manere consueuerit.

27 Frequenter verò iuxta linguam intrectandum est: diúq; digitis renitendum, dum os confractum dirigatur. Optimúmque esset,si id semper posset: sed non licet. At si decaulatum prorsus os sit (quod rarò quidem cõtingit)eo modo,quo dictum est, dirigi debet. Quod vbi factum fuerit, dentes iungendi, sicut anteà etiã diximus. Id enim vt quietè permaneat,multum confert:præsertim, si quis, sicuti debet, futuris iniectis eos coniunxerit. At enim facile nõ est, vt tota manuum operatio scriptis exquisitè tradatur:sed ex iis,quæ scripta sunt imaginanda est.

Tractare, id est, ψάῤῥεσθαι, palpare, ac palpando, & contrectando explorare significat: intrectare verò intus,& in ima parte tractando digitis perscrutari : sicut hîc ab Hippocrate vsurpatur. Vult enim vt iniectis in os digitis nunquid partes fracti ossis alternatæ sint,diligenter exploretur : atque ita in sedem suam redigantur,ad quodcunque conferre visum fuerit, si in exteriorem

riorem partem inclinetur, manu obiecta. Non debere autem medicum semper id facere, sed ægrotãtem etiã, hîc doceri manifestum est.

28 Deínde aluta Carthaginiensi opus est. Sed si adolescentior sit is, qui vulneratus est, si tergore eius vtamur, est satis. In prouectioribus autem ipsa aluta vtendum est. Ex ea habenam latitudine circiter triũ digitorum, vel quomodocunque congrue rit, secamus: ac sublita priùs gummi maxilla (ita enim permanet magis) ad abscissam partem glutino extremum eius agglutinamus, sic vt quasi digitũ, aut paulò amplius à vulnere absit: atque id in inferiore parte. Habena verò è processione mẽti incisa sit, vt acutam eius partem vtrinque complectatur. Tum altera habena huiusmodi, aut paulò latior superiori malæ parti agglutinanda: quæ etiam ipsa tantum à fractura absit, quantum altera: discissáq; etiam ipsa sit, vt circumcirca excipere aurem possit.

Mollem esse vult alutam, cuiusmodi tunc fortasse Carthagine aduehebatur: huius enim nominatim exempli causa mentionem fecit: quemadmodum etiam superiùs in libro De fracturis Aegyptiam alutam commemorauit. Tergus autem, id est, λοπὸν, partem eam, quæ extima est, atque ob id durior, & densior, appellari hîc ab Hippocrate perspicuum est. Quo pacto verò extensione fractarum partium maxillę in diuersa vtatur, ipse declarabit, si proposito huiusce rei attendamus. Vult enim vt superior pars fracti osis ad mentum, inferior sursum ad caput intendatur.

29 Deacuminatæ autem circa connexionem habenæ esse debent: vbi connectenda, & alliganda capita earum sunt.

Angustiores esse habenas quodam modo iubet sic, vt sensim latitudo earum imminuatur, quò deligatio effici firmior queat. Latiora enim extrema, quanuis diligenter vinciantur, stabilitatem tamen non habent.

30 In agglutinatione id obseruandum, vt caro alutæ ad cutẽ aduertatur. Ita enim agglutinabilior est.

Aluta è corio animalis conficitur: duplicémque habet naturam. Quæ enim eius pars extrinsecus est, cùm ambiẽti aeri exposita sit, dẽsior, & neruosior: quæ intus est, mollior, & rarior euadit. Huius etiã ipsius interioris partis id, quod exteriori appropinquat, minùs molle est, ac minùs rarum: quod verò quæ cuti subiacent, iam attingit, id magis molle, & rarum, & carnosum est: & propterea nunc caro alutæ ab Hippocrate vocatur, vtque ea parte fiat agglutinatio, præcipit. Cùm enim mollior, & rarior sit, ad hunc vsum quoque esse accommodatiorem inquit.

31 Posteà intenta etiam hæc habena, magis tamen ea, quæ est ad mentũ, quàm

Galen.

A maximè ne mala exacuetur, supra verticẽ connectendæ vtræque sunt, deínde linteo circunducenda deligatio fronti est.

Reductis ad caput ægrotantis vtrisque habenæ extremis ibi supra verticem faciendam deligationem censet. Inferiorem verò magis intentam esse ea causa vult, ne maxilla, vt ipse inquit, exacuetur, id est, ἀποσμιλάνῃ, hoc est, ne in acutum procidat.

32 Et superiectamentum adhibendum, sicut de more consueuit: vt deligatio firma permaneat. Decubitus posteà in sanam malam homini faciendus est: sic tamen, vt non mala, sed capite innitatur, corpúsque

B ei vsque ad decimum diem attenuandum: deínde non tardè nutriendum est. Nam si primis diebus inflammatio non infestarit, viginti diebus mala conferitur. Penitus enim callo obducitur, quemadmodum cætera etiam rara ossa: nisi sideretur. Sed de siderationibus vniuersorũ ossium alia longa restat tractatio. Hæc distentio glutinamentis facta satis perdurat, & reseruari facilè potest: & ad multas sæpe directiones perquàm vtilis est. At medici, qui non cum prudentia prompti manibus sunt, cùm in

C aliis vulneribus, tum in malarum fractionibus sunt tales. Fractam enim malam variè tam bene, quàm prauè deligant.

Quod supra omnia extrinsecus iniicitur ligamentũ, superiectamentum nominat: siue ex iis, quæ fimbriæ appellantur, siue ex aliis similibus constet. Vocat autem fimbrias, id est, παράρματα, sicut etiam nunc appellare consueuerunt, segmenta ea, quæ indumentis ab iis, qui ea consuunt, detrahuntur, & resecantur, vtpote texturarum exordia: quæ sanè ob mollitiem ad hunc vsum maximè sunt accommodata. Si quis tamen his careat, similibus aliis vti potest.

33 Omnis siquidem malæ ita fractæ deligatio ossa in fracturam inclinat magis,

D quàm in naturalem situm reducat.

Ita fractæ inquit maxillæ, id est, caulatim, & per transuersum deligatio ossa magis in fracturã inclinat, quàm dirigat: propterea quòd lintea circum affectam partem nequeunt circunduci, sed ab exteriore tantùm parte iniiciuntur.

34 Si verò inferior mala circa compagem ad mentum diuulsa fuerit. Sola autem hæc compago in inferiore mala est, in superiore multæ. Sed nolo aberrare à proposito. In aliis enim morborũ generibus, de his dicendum erit. Si igitur compago ad mẽtum diffideat, reponere os cuius-

libet hominis est. Quod enim eminet, admotis digitis ab exteriore parte introrsum propellendum: quod intrò inclinatur, iniectis digitis repellendum extrorsum est: id autem distentione priùs adhibita sic, vt distent ossa, faciendum.

Maxilla inferior ex duobus ossibus composita est ad summum mentum exactè inter se compaginatis. At superior ex multis constat, quæ coarticulatione inter se iuncta sunt. Huiusmodi tamen nominum subtilis obseruatio apud veteres non erat. Vnde etiam hic Hippocrates iuncturas ossium, quæ superiorem maxillam constituunt, sub compaginationis, seu cohærentiæ genus redegit, vni illi notæ attendens, quòd nulla, quæ sensui pateat, motio, in huiusmodi ossium compositionibus existit.

35 Faciliùs siquidem ita in naturalem situm redibunt, quàm si oppacta inter se ossa compellere quispiam conetur. Vbi autem in sedem collocata ossa fuerint, dentes hinc & inde, sicut dictum etiam priùs est, inter se sunt alligandi, tum cerato, & plagulis paucis, & linteis medendum est.

Hoc in omnibus his commentariis scitu dignum est, Hippocratis morem esse, vt quęcunque communia multis particularibus præcepta sunt, ea, vbi in vno tradidit, vim rei posteà declaret, quæ similibus omnibus cōmunis sit: quemadmodum nunc quoque, posteaquàm priùs extendendam inferiorem maxillam monuit, atque ita conformandam, subiungit: Faciliùs siquidem ita in naturalem situm redibūt, quàm si oppacta inter se ossa compellere quispiam conetur. Ita enim dicendo commune esse hoc omnibus ossibus, quæ confirmanda sunt, significauit.

36 Deligationem verò breuē potiùs, quàm variam, maximè sedes hæc recipit: quippe cùm licet æquilibris non sit, propè ad æquilibrium accedat.

Planè æquilibre membrum id est, quod forma est cylindro quàm simillimum. Voco autem cylindrum, non quo pueri ludunt, sed figuram eam, qua columnarum scapi præditi sunt, cuiusmodi sanè exquisitè in nullo osse, in femore, & brachio magis, quàm in aliis reperitur. Inferioris enim maxillæ, non esse talem figuram perspicuum est. Vnde neq; æquilibrem eam esse inquit, sed propè accedere ad æquilibrium: propterea quòd dextra eius pars sinistræ in omnibus similis, atq; ęqualis est: vt quod ex vtrisque ossibus est compositum, æquilibre efficiatur, cùm in neutram partem magis propendeat. Maxilla autem varias deligationes admittit: sicut in deligationum exercitatione, quæ prima omniū est, iam didicistis.

37 At lintei circumuolutio facienda, si dexterior mala excessit, in dextram: in dextram enim tunc fieri censetur, cùm dextra manus deligationi præit. Sin altera, altero modo agēda fascia est. Ac si rectè quidem

A repositа fuerit, & insuper, vt debet, quieuerit: & citò consanescit, & dentes illæsos habet: sin minùs, & tardiùs coit, & distortè: vt dentes læsi, & inutiles efficiantur.

Dictum etiam superiùs est, in hulceribus, quæ labrū alterum hians, atque expansum habent, initio fasciæ post labrum illud iniecto circa id conuolutionem faciendam, sic vt labra vtraque inter se applicentur. Hoc enim commune omnibus est, quæ in pristinum statum sunt restituenda. Ita igitur etiam nunc in maxilla seruandum hoc commune est, quod excedentem partem ad alteram constringat, ac compellat. Id quod efficietur, si lintea alteri eam applicabunt. Applicabūt verò, si cùm dextra pars excesſit, inde initio facto in sinistram: si cùm sinistra est affecta, ab ea exorsi in dextram fasciam B deduxerimus. Hippocrates verò cùm à dextra parte exordio sumpto in alteram linteorum deuolutionem facimus, huiusmodi deligationem in dextram vocat, non fasciæ deuolutione, sed manus ipsius ductione considerata. Nam si medicum ex aduerso ægrotanti stare consideres, quæ à dextra mala in sinistram fertur deligatio, dextræ manus: quæ à sinistra in dextram, sinistræ ductione incipitur.

De naribus.

38 Si nares verò frangantur, fractionis modus vnus non est.

Ipse deinceps varios hos modos explicabit. Vel enim pars aliqua earum frangitur, ita tamen vt, continuitate seruata, neque deorsum desidant, neque in alte- C ram partem distorqueantur. Vel sic, vt alterum horum contingat. Atque hæc vel in chartilagine, quæ in anteriore parte est, vel in reliqua ossea parte accidunt.

39 Sed enim qui pulchras deligationes absque intellectione sectantur, cùm in aliis multis, tum in naribus vel maximè aberrant.

Per dissimulationem pulchras deligationes appellat, non quæ re vera sint bonæ, & pulchræ, (quæ enim huiusmodi verè sunt, id student, vt in naturalem sedem affectam partem restituant) sed ita eas vocat, quæ speciosæ visum intuentium oblectāt. Quæ cuiusmodi sint, ex sequenti eius oratione perspicies.

40 Ex deligationibus enim hæc varia D maximè est. quippe quæ plurimas ascias, interruptionésque, & interceptiones cutis rhombales maximè varias admittat. Sicut igitur dixi, qui stultam illam manuum promptitudinem ostentare student, fractas nares libenter curandas suscipiunt, ea causa vt deligent. Sed vno tamen, aut altero die & medicus, & æger lætatur: deinde citò (molesta enim gestatio est) qui deligatus est, fastidit: & satis medico est, quòd se variam deligationem narium scire ostentarit. Huiusmodi verò deligatio contraria omnia, quàm cōueniebat, efficit. Nam siue

ex fractione desederint nares, cùm desuper magis quispiam comprimit, magis residuantur. Siue vel hac, vel illhac distortæ fuerint, aut circa chartilaginem, aut superius, nullam ex huiusmodi deligatione vtilitatem consequuntur: imò magis lædi cōsueuerunt.

Asciam, id est, σκέπαρνον, deligationem vocari, quæ à trāsuersa iniectione paululùm declinat, superiùs diximus. Interruptiones verò distantias, & interualla, quæ inter lintea sunt, vocat. At rhombales, quæ figura sunt æquilatera, sed nō rectāgula (ita enim rhombus ab Euclide definitur) didicisti autem inter fasciationes primam ferè omnium rhombum appellari, ex eo quòd tales præcipuè figuras efficiat.

41 Non ita enim ex altera nariū parte imponere plagulas congruet: tametsi neq; hoc, qui deligant, faciunt.

Nihil prodesse naribus ex fractione in latus distortis deligationem inquit. Nam quod alicui videri posset huic rei esse accommodatum, præstaréq; auxilium, neque id quicquam valet: præstare enim auxilium videtur, si à latere, in quod inclinatæ fuerint, linteis obstruētur. Tamē neq; hoc posse prodesse admodū asserit.

42 Proximè verò resistere mihi deligatio videtur, si vel in mediis naribus circa acutam partem circumtusa caro supra os fuerit: vel os quoque non multùm, sed paululùm offensum sit. In his enim nares callum superinducunt, ex eóque asperiores aliquātulò euadunt. Sed neque his tamē multo negotio indiget deligatio: si modò quippiam deligandum est.

Proximè eò accedere vt vtilitatē afferat, cōmunis narium deligatio videri posset, cùm in medio vel contusio carnis cōtigit, vel os quoq; ipsum affectū aliquātulùm est. Quippe cùm ex calli obductione eminentia quædā nisi comprimatur, cōsequi soleat: deligatio verò id prohibeat, atq; affectam partē cōprimat. Sed neque his tamē deligatio necessaria est. Studēdū enim vt contusiones præcipuè quidem absque inflammatione conseruemus: & si inflammētur, quàm citissimè inflammationem finiamus. Nam increscens callus nihil his deligationibus indiget.

43 Sed satis est, si supra contusionem plagella cerato illita superimposita, deinde, sicut ex duobus initiis deligatio fit, ita linteo semel circumuoluamus.

Media lintei parte supra mediā nariū partē iniecta non violēter alterutrū ipsius initiū post caput adductū, atque indé ad frontem reductum ibi deligandum est.

44 Optima tamen medicina est, vt farinæ hornotinæ, elotæ, tenacis, aqua subactæ modico, huiusmodi vitia oblinamus.

Qui verba Hippocratis explanare optimè vidētur, hornotinum triticum, id est, σητάνιον, dictum esse ab eo Galen. inquiūt, quòd horno quasi hoc anno, id est, σῆτες, quod A Attici per τ vtrasque syllabas pronunciantes τῆτες dicunt, quasi ὡ ἔτει, id est, hoc anno, satum est: hoc est, veris tempore: quod & trimestre, & à quadraginta dierum numero, quadragenarium nuncupatur. Sed ego tamen hornum, seu hornotinū, id est, σητάνιον & in Coo, & apud omnes Asiæ Græcanicas nationes genus tritici esse noui: quod sicut paucos furfures habet, ita lentum, ac tenax farinæ subactum efficit. Id quod maximè hîc Hippocrates requirit: quemadmodū déinceps subiungit, Vt si id non adsit, mannam, aut gummi lentoris causa immisceri iubeat. Seritur sanè hoc vere ineunte, non secus, atque illud, quod bimestre, & ex hora anni præcipua hornum appellatur. Cuius farinæ subactum tenax maximè euadit, si, vbi molitum triticum est, furfuracea omnis pars detrahatur. Id autem fit cùm B tenuibus cribris, tū si ante moliturā prælauatur. Quēadmodum enim hordeum, quod decorticatur, corticem magis remittit, si rigatum fuerit: sic triticum. Sed quo pacto idem est rigare, & eluere? non est sanè idem. Nam apud omnes triticum in moletrinis antè, quàm molatur, rigari consueuit: elui verò non apud omnes, sed in plerisque tantùm Asiæ vrbibus solet. Magnos enim fiscos tenuibus viminibus intextos habent, exiguis adeò foraminibus, vt puluerem, & arenam transmittere possint, triticum contineant. In quos, cùm iniecerūt triticum, priùs excutiunt: déinde in aquam demittunt, sic vt totum demergatur. Atq; ita fit, vt triticum & eluatur, & moderatè etiam rigetur. Cùm enim ex aqua extrahitur fiscus, maiore humoris parte decolata tantum tritico adhæret, quantum ad moliturā sufficit. Nā si exterior eius cortex extrinsecus rigatus nō C fit, ac madefactus, adeò granis inoluit, vt sub mola tusus in minuta ramenta conteratur. Atque ita fieri non potest, quin, dum cribro excutitur, ex minutis illis furfuribus aliquid vnà cum farina egrediatur. At si rigatio præoccupet, fit vt cùm furfuraceum omne excrementum grandiusculū remaneat, simul cum farina excuti nequeat. Atque ita ex tritici madefactione farina purgatior euadit. Atque ideo ait, Elotæ, & tenacis. Huius igitur horni tritici interior, quæ sub cortice est, pars, quę quasi caro eius est, in farinam, vt dixi, redacta, ac subacta, satis tenax efficitur. Quod autem inquit, elotæ farinæ, id ita intelligendum existimarim, vt lotā farinam Hippocratem appellasse dicamus, quæ expurgato hoc modo, ac priùs madefacto tritico effecta est. Nā si nō ita intelligere quispiā velit, restat, vt lotam farinam eam vocemus, quā aqua insperſam, ac perfusam, D atq; in ea multifariè agitatā, déinde tātisper depositam quoad quicquid supernatabat, desederit: tum aqua desuper dempta decoquimus. Id quod facere in farre consueuimus, sed repugnat hoc ei, quod subiūgit. Subigere enim aqua hanc farinā iubet. Quod sanè elixare, ac decoquere dixisset, si ita faciendum censuisset. Quæ enim illo modo eluitur farina, non subigitur, sed tantùm elixatur. Vndè etiam hoc, quod dicit, ex eo, quod in hac ipsa suprà posita oratione inquit, aqua subactæ, id est, πεφυρμένης intelligi magis potest.

45 Sique ex bono tritico est farina, ac ductilis, ea ad huiusmodi omnes vsus adhibenda. Sin autem ductilis non admodū est, paululo mānæ quàm tenuissimè tritæ, atque aqua dilutæ, subigenda est: aut gummi parū iniiciendum. Quibuscunque au-

tem fractæ ſic nares ſunt,vt deórſum, atq; in ſinum inclinentur: ſi ex anteriore parte circa chartilaginem deſidant, fieri poteſt, vt quod dirigat aliquid intus adiiciatur. Sin minùs,digitis iniectis,ſi licet , excitanda omnia huiuſmodi ſunt.

Bonum triticum, hoc eſt, ἀγαθὸν, id, quod optimum eſt,vocat. Hanc enim appellationem veteres de omni re dicere cõſueuerũt, quæ in proprio genere prima ſit. Quin nunc etiam omnes , qui circa panificium verſantur,optimum eſſe triticum aſſerunt, quod denſum ſubſtantia eſt. Rarum enim, & caſſum ſicut multum furfuris in ſe habet,ita ſubactam farinam lentam,ac tenacem non facit. Ductilem autem tenacẽ ex eo quod accidit, vocat:propterea quòd videlicet,ſi intendamus in contrarias partes, ac diſtrahamus ex farina ſubactum non diuellitur,ſed ducitur. Quod verò lentum non eſt,ac tenax,in huiuſmodi operationibus diuelli,ac diſrumpi conſueuit. Si enim diuellitur,quomodo ſequi id manus intendentes,ac ducentes aſſerere poſſumus? At ſi non ſequitur,quî fieri poteſt,vt ductile eſſe demonſtretur? Nam quod diuelli nequit, ſed continuum in longum ducitur , meritò ductile appellari poteſt: périnde ac viſcum,quod cùm in contrarias partes manibus noſtris diſtrahitur,quàm longiſſimè ducitur, ac diſtenditur. Adde quòd inde etiam tenax eſſe hoc ſubactum farinæ velle Hippocratem,manifeſtum eſt:quòd ſi huiuſmodi non ſit,mãnam ipſi,aut gummi immiſceri iubet. Manna autem thuris ſuccuſſio , ac pollen nuncupatur: quæ ſi nõ affuerit,thus ipſum,quod pinguius ſit, ſumptum terere ad hunc vſum poteris. Ego porrò cùm neque thus,neq; gummi ſuppeterer, liquidam reſinam, quæ fortè aderat,adhibui. Sed ſi hæc quoq; deſit,melle vtendum eſt. Satius tamen eſt,ſi mannam,aut gummi imponamus:quippe cùm & mel, & reſina quodam modo calefaciant. Id quod inter initia inutile eſt. Cùm verò tempus iam proceſſit,inflammationíſq; reliquiæ adhuc ſunt,hæc aliis vtiliora euadunt. Sicut igitur anteà exẽpli cauſa alutæ Aegyptiæ primùm,déinde Carthaginienſis mentionem fecit, ita etiam nunc hornotinum frumentum appellauit:périnde ac ſi dixiſſet, Farina ea eſt vtendum,quæ ſubactum tenax, ſicut hornotinum triticum efficiat. Fortaſſe etiam hornotinum,id eſt, σητάνιον, triticum omne appellat,cui accidit,vt & denſum ſit, & ſubactum ex farina tenax, ac lentum reddat:vt ex accidẽti potiùs quàm ex aliqua peculiari ſpecie nomen hoc habeat.

46 Si nõ licet,craſſum ſublinitoriũ nõ in anteriorem narium partẽ,ſed qua deſidunt,ſubiiciendum. Extrinſecus verò hinc & inde cõpræhendendũ digitis, ſimúlque comprimendum, ac compellendum ſurſum eſt. Quod ſi in anteriorem admodũ partem ſit fractura , potéſtq; aliquid,ſicut iam dictum eſt,intra nares indi,concerpta ex ſudariolo linamẽta, aut tale aliquid linteo cinctum,aut potiùs Carthaginienſi pellicula circunſutum in accommodatã formam figurandum: vt inſeri aptè in locum

A queat. Si verò fractura vlteriùs ſit,nihil adiici intus poteſt. Nam ſi in anteriore parte moleſta eſt geſtatio,quomodo interius nõ erit? Primum igitur & intrinſecus conformandum,& extrinſecus,in ſedémq; priſtinam reſtituendum,& dirigendũ nihil parcendo eſt. Valde enim nares fractæ præcipuè quidem eodem die : ſin minùs paulò pòſt reformari queunt. Sed ignauè agunt medici,& leuius primũ,quàm oporteat,rẽ aggrediuntur. Oportet enim vt ſubiectis hinc & inde digitis pro nariũ natura quã
B infimè ab inferiori cõpellat,atq; ita maximè ſimul extrinſecus dirigẽdo excitet: deinde nullus alius medicus ad hæc eiuſmodi eſt,ſi ſtudere,ac tolerare vult , vt digiti ipſius indices. Hi enim naturali nariũ ſinui præcipuè ſunt accommodati. Debet enim vtriſq; his digitis ſubiectis per totas nares, atque in eas firmatis, quietè ita ſe habere, maximè quidẽ,ſi fieri poteſt,ſemper,quoad os confirmetur : ſin minùs,diutiſſimè,ſicut dictum eſt: ſed ſi ipſe nequit,vel puer, vel mulier (molles enim manus eſſe de-
C bent)id præſtent. Ita enim nares,ſi non diſtortæ,ſed in inferiorem partem depreſſæ æquabiliter ſint , quàm optimè curantur. Et ego quidem nullas vnquam nares vidi hoc modo fractas,quæ ſi quis rectè mederi velit,& ſtatim antè, quã callus increuerit,cõpellat,reſtitui non potuerint. Verũ homines ſi deformes fiant,magni quidem pendunt , ſtudere tamen , ac laborare,niſi aut dolore afficiãtur, aut mortem timeãt, neque ſciunt , neque patiuntur:cùm tamẽ nares breui tempore occaleſcant. Decem
D enim diebus,niſi ſiderẽtur,cõfirmari ſolẽt. Quibuſcũq; autẽ os à latere frãgitur, medela eadem adhibetur : directio verò non æquabiliter vtrinq; facienda eſt: ſed quod inclinatum eſt,in naturalem ſtatũ extrinſecus compellendum:& quod intrò incidit, atque illapſum eſt in nares coniectis digitis in tergendo , atque intrectãdo celeriter dirigendum , quoad bene reſtituatur. Certóque id ſciendum , niſi maturè ſuccurramus , fieri non poſſe quin diſtortus naſus remaneat. Vbi in naturalem ſitum

omnia

omnia redacta fuerint, in locum quò pro-
minentia excesserat, vel pluribus, vel vno
tantùm digito applicato cohibere vel ipſe,
vel aliquis alius debet, quoad fractura fue
rit corroborata. Quin & paruo digito in-
tus adiecto aliàs, atq; aliàs repellēdo, quæ
inclinata ſunt, dirigere oportet. Quicquid
verò inflammationis ſubeſt, id farinæ ſub-
acto curandum eſt. Nihilò minùs tamen li
cet id impoſitum ſit, digitis pari modo eſt
applicandū. Quòd ſi ad chartilaginem in
latus fractæ ſint nares, ſummū naſum de-
tortū effici neceſſe eſt: debétq; his in ſum-
mam narem directorium aliquod ex antè
dictis, vel quod conuenire videatur, inſeri.
Multa etenim ad hunc vſum inuenire ido-
nea quiſpiam poterit, quæ neque odorem
habeant, neq; alioqui mitia ſint. Ego ſanè
pulmonis ouilli fruſtulum quoddam reſe-
ctum (id enim fortè aderat) immiſi. Nam
ſpōgiæ inditæ humectationes excipere cō-
ſueuerunt.

Si fieri non poſſet, inquit, vt digiti iniicerētur, ſub-
linitorio vtendum eſt. Ita autem appellat, vt ſuperiùs
dixi, inſtrumenta omnia ad ſublinendum idonea: cu-
iuſmodi ſunt ſpecilla, & ſpathularia, & nucleata, quæ
in ſummo rotunda capitula habent. Sed ſicut in deu-
renda ala tenuiſſimis ſublinitoriis erat opus, ita nunc
craſſa ſint, neceſſe eſt: quippe cùm digitos ad eundem
vſum, quando licet, intra nares iniicere cōſueuerimus:
quibus fractas narium partes conformamus, & com-
ponimus. Quomodo verò vti ſublinitorio debeamus,
manifeſtè ipſe docet, cùm non in anteriorem partem
narium, ſed quà maximè delapſa eſt fractio, eò ſubii-
ciendum eſſe moneat. Id ſiquidem eſt, quod molitio-
ne maximè indiget, vt ſublatum in naturalem ſedem
reſtituatur. Neque enim conformare, & componere
quippiā aliud poſſumus, niſi propriā vnicuiq; ſedē re-
ſtituerimus. Reliqua huius orationis perſpicua ſunt.

47 Poſteà ex Carthaginiēſis alutæ ter-
gore pollicaris latitudinis habena inciſa
extrinſecus ad narem inclinatam aggluti-
nanda eſt: déinde quatenus conueniat, in-
tendenda. Imò paulò ampliùs intendi de-
bet, quoad videlicet erectus, & abſtractus
naſus ſit. Infra præterea aurē traducta (lon
ga enim ſit neceſſe eſt) & circa caput redu
cta ad frōtem quidem agglutinari fine ſuo
poteſt. Poteſt etiam longius duci, ſic vt ca-
piti circumacta deligetur. Id quod ſimul
& iuſtam deligationem affert, & reſerua-
bile prætereà eſt, vt maiorē ſi velit quiſpiā,

vel minorem narium repenſionem facere
A poſſit. Nam quibus in latus nares frangun
tur, reliqua medicina, ſicut dictum eſt, ad-
hiberi debet. Plerunque tamen opus eſt,
vt habena hac repenſionis & retractionis
cauſa ſummæ nari agglutinetur. At ſi fra-
ctioni vulnus quoque cutis acceſſit, turba-
ri ob id nihil debemus: ſed picatum cera-
tum imponendum, vel aliquod, quod cru-
entis vulneribus eſt accommodatum. Cō-
ſonabilia enim hæc ſunt. Simili modo ſi
oſſa receſſura ſunt, & directio prima illa
B celeriter nihil omittendo facienda eſt, &
digitis poſteà laxiùs quidē, ſed tamen di-
rigēdum. Nihil enim ex toto corpore eſt,
quod facilius confingi, quàm nares, queat.
Habenarum verò agglutinatione, & in cō
trarium inclinatione nihil obſtat, quò mi-
nùs vti valeamus, ſiue hulcus, ſiue inflam-
matio adſit: moleſtiam enim nullam affe-
runt.

Dum inquit abſtractum, id eſt, ἀπαρτῆ, totam illam
intelligit in diuerſa extenſionem, & quaſi directionem
naſi diſtorti, quæ per agglutinamenta fit, cùm in con-
trariam partem retrahitur: ſed hoc ſanè mihi experi-
C enti, imbecillum viſum eſt. Nam quod agglutinatur,
ſi vehementiùs intendas, reſoluitur: ſi mediocriter, ni-
hil, quod alicuius momenti ſit, efficit.

De aure.

48 At verò auri fractæ deligatio o-
mnis inimica eſt. Nō enim ita laxè circui-
re quiſpiam poteſt: & ſi magis cōprimas,
maius malum efficies, quippe cùm ſanæ
quoque auri dolorem, & pulſationem, &
febrem compreſſa deligatio afferat.

Solutio, ac diuiſio cōtinui in carne quidem hulcus,
in oſſe fractura nuncupatur: in cartilagine verò, quia
proprium nomen non habet, Hippocrates fracturæ ap
pellatione quoque vtitur.

49 Quin & cataplaſmata peſſima
D quidem ea ſunt, quæ ſunt grauiſſima: ſed
& pleraque alia praua ſunt, & abſceſſum
prouocant: & tum mucoſitatem amplio-
rem, tum ſuppurationes moleſtas mouēt:
quibus ſanè ad aurem fractam minimè
eſt opus.

Iis, quę in libris De curādi ratione demōſtrauimus,
particularia omnia cōſentiūt. Nā etiā nūc cataplaſma-
tis offendi aurē, inquit Hippocrates: quēadmodū expe-
rimēto etiā depręhēditur. Exiccari enim admodū eā
vult, cū & ſicciſſima natura prædita ſit, & ex cute con-
ſtet. Quodcunq; autē membrū quātò eſt ſiccius, tantò
magis exiccantē curationem poſtulare manifeſtū eſt.

Proxi

50 Proximè tamen, si modo imponi quippiam debet, lentum ex farina subactū accedit: sed neque id pondus habere oportet. Tāgere verò quàm minimum cōfert. Bonum siquidem interdum medicamentum est, si & auri, & aliis multis medicamē tum non adhibeamus. Vellicatio prætereà cauenda: corpúsque attenuandum, atque id ei magis, cui, ne suppuret auris, periculum est, meliúsque est vt aluus molliatur.

Proximè inquit, eò accedit ne noceat farina subacta tenax, eo quòd aliis exiccat magis. Dictum à nobis superiùs est, quale sit hoc tenax farinæ subactum, quod inquit, vbi de illinendis, atque inducendis naribus loquebatur. Simillimum huic cataplasma, qui in palæstra versantur, ex farre conficere consueuerunt. Far enim aceto maceratum quoad intumescat, posteà terunt.

51 Quòd si facilis ad vomendum sit, vomitus ciendus ex tractu est.

Tractus, id est, συρμαῖσμὸς mediocres purgationes siue per aluum, siue per vomitū fierent, à veteribus vocabantur: ex his nunc aliquam adhibendam censet: sed multa sunt, quæ id efficiant. Mel per se copiosius sumptum: aqua mulsa meracior: succus ptisanæ ex aqua decoctus, & per se, & cum melle: atq; his magis raphanorum, & bulbi narcissi vomitus. Quod autem maiorē omnibus his vim habet, neque tamen lentum est, est cū surculis veratri albi in raphanos infixis raphanos ipsos postero die, vel solos, vel ex aceto mulso comedendos exhibemus.

53 Si ad pus deuenerit, citò quidem aperiri nō debet: quippe cùm multa sint, quæ licet suppurare videantur, etiam si cataplasma aliquod nondum imposuerit quispiam, resorbeantur.

Cautio hæc auri ob subiectam chartilaginem adhibetur. Nam si incisa citò non coeat, & conglutinetur, periculum est, ne chartilago corrumpatur. Resorbetur autem, inquit, id est, absumitur, & discutitur, quod colligitur ibi pus, aliquando simplicibus, & leuibus medicamentis extrinsecus impositis, quæ siccandi absque morsione vim habent: cuiusmodi est cochleæ mucositas cum thure: siq; opus vehementiore exiccatione est, cum aloe, aut myrrha, aut vtrisque: mel itē illitum. Sed vnumquodq; quidem ex his diligēter detritum, atque impositum exiccat: thus verò, & aloe, & myrrha morsione carent.

53 Si verò aperire quis cogatur, citissimè quidem consanescit, si in vlteriorem partem deusserit. Sciendum tamen certò, est si in vlteriorem partē deuratur auris, mancam eam, atque altera minorem futuram.

Cùm in deustione non parua, & chartilaginis, & quæ ipsam circumit, cutis pars absumpta sit, vt manca, & cō tracta, & minor altera auris euadat, necessariò fit. Ad hoc tamen difficultate sanescendi in chartilagine formidata aliquando deueniendum esse consulit. Chartilago enim si denudata sit, cicatricem non obducit, prę cipuè cùm paucis aliquibus diebus inueterauit: neque posteaquam incisa est, statim cutis coiit, & conglutinata est.

54 Si non in vlteriorem partem adustio fiat, incidendum non admodum parua incisione, qua parte tumor eleuatus est.

Ne quicquam puris remaneat, lædatúrque chartilago, fieri satis magnam incisionem iubet.

55 Sub crassiore enim loco pus reperitur, quàm quispiam opinaretur.

In dignotione puris quod sub cute subest, quædam deceptio iis, qui incidunt, occurrit: vt & multum esse id, & attenuatam esse cutem opinentur. Qui quomodo hoc errore inuoluantur, sequentibus verbis declarat Hippocrates.

56 Atque, vt summatim dicam, cætera quoque omnia mucosa, mucósque gignentia, quippe cùm lēta sint, si contrectē tur, celeriter sub digitis hac, & illhac illabū tur: ac propterea medici sub crassiore loco talia inueniunt, quàm existiment.

In dignoscendis partibus, quæ suppurant, cùm moderatè tractui affectus locus cedit, in eo, si diuidatur, pus subesse depræhenditur. Quandocunque igitur in qualibet alia parte eandem cessionem inuenerint, eodem modo vt ea, quæ priùs viderant, suppurasse existimantes, ad incidendum deueniunt, atque aberrant. Interdúmque dupliciter peccant: sic vt & nullum omnino pus inueniant, & sub multò crassiore loco, quàm opinabantur, talia sint. Sæpe enim fit, vt quæ mucosum humorem in se habent, medicis propterea suppurasse videantur: quia huiusmodi humores, vt ipse inquit, cùm attrectantur, citò è digitis sublabuntur, & circunfluūt. Colligi autem circa chartilagines, tendones, neruos, copulas solent, quemadmodum ipse déinceps declarat.

57 Nam & gangiliosa quæcunq; fluida sunt, & mucosam carnem habent, aperiunt nonnulli inuenturos se intus humorem opinati. Atque ita quidē medici sententia fallitur: sed nullum tamen ex apertione nocumentum euenit. Quæcunque verò aquosa loca sint, aut mucis repleta, qualibus item in locis singula, si aperiantur, vel mortem, vel læsiones diuersas afferant: alibi à nobis scribetur.

Circa chartilagines enim, & neruos huiusmodi gangilia, concretiones quædam, & contortiones sunt, quę ex lento, & mucoso humore existunt: cuiusmodi proprium neruorum alimentum est.

58 Cùm igitur aurem incideris, omni cataplasmate, omníque linamento abstinendum est: sed vel iis medicamentis, quæ cruen

cruentis accommodata sunt, vel aliquo alio est curandum: quæ neque pondus, neque dolorem exhibeant.

Quia siccum membrum est auris, propterea exiccātibus medicamentis indiget: non tamen supra modum exiccantia esse debent, cùm statim post incisionem imponuntur. Dolorem enim absque vlla mitigatione afferunt. Sed neque multitudine eorum, quæ imponuntur, grauāda auris est. Nam præterquam quòd pondere eo dolore afficiūtur aures, simul etiam nocuum est. Optimum igitur est, vt posteaquā cutem aperuerimus, medicamenta mediocriter exiccantia adhibeamus: cuiusmodi sunt, quæ cruenta appellantur. Cataplasmata enim humores superuacuos, præcipuè eos, qui lenti, & crassi sunt, includunt, & prohibent.

59 Nam si chartilago denudari incœperit, subsidentiáque habuerit purulenta,

A & mucosa, molestum est.

Addendum orationi huic est, Humorum, quod verbum nonnulli etiam adscribunt, vt lectio huiusmodi euadat: Nam si chartilago denudari incœperit, subsidētiáque humorum habuerit, &c. Vocat autem hîc subsidentia, cùm videlicet humores, qui excernendi erāt, hoc est pus, & mucosus succus, substant, ac resident. Molestum, inquit, est, id est, dolorem affert. id quod cū chartilago læditur, euenire conspicimus.

60 At hoc etiam ex illis curationibus euenit. Omnibus verò recrudescentibus deustio in vlteriorem partem præsentissimum remedium est.

Quas curationes damnat? Eas sanè, de quibus paulò superiùs mentionem fecit. Cum abstinendum à cataplasmatis, & linamentis, pondúsq;, & dolorem afferentibus moneret.

CLAVD. GALENI IN Librum Hippocratis de Articulis, Commentariorum Liber Tertius.

1 Vertebræ autem spinæ.

Nō quòd in alia corporis parte vertebræ sint, idcirco dixit Vertebræ spinæ: omnium enim vertebrarum, quas σφονδύλους vocāt, structura, spina appellatur. Sed quasi ita dixisset: vertebræ autem, quibus proprium est, vt in spina existant. Nonnulli tamen ex recentioribus medicis non totam vertebrarum structionem spinam appellandā censent, sed circa thoracem tantùm, & lumbos. Ad quorum sententiam videtur nunc Hippocrates de vertebris loqui, quæ ad lūbos, & dorsum, non ad collum sunt. A nobis autem exactè tota vertebrarum constructio in introductione de ossibus explicata est: in quibus eum exercere constitui, qui commentariis his, studium esset adhibiturus: cùm singillatim quale vnumquodque os esset, præcipuè quidem in ipsis hominum aridis cadaueribus, quæ σκελετὰ appellant: sin minùs, in simiis certè diligenter inspexissem.

2 Quibuscunque ex morbis in gibberum trahuntur.

Distortio spinæ in posteriorem partem gibberositas, in anteriorem repanditas, in latus obstipitas appellatur: primam κύφωσιν, alteram λόρδωσιν, tertiam σκολίωσιν Græci vocant. Eam sanè, quæ in posteriorē partem fit, quam etiam κύρτωσιν, id est, incuruationem no-

B minant, ex panis, & tuberculis immaturis in spina exortis magnis, & duris, & diuturnis existere nōnulli opināntur, à quibus in posteriorē partē vertebræ propellantur: neque intelligunt, fieri nullo modo posse, vt pani sibi subiectas vertebras grauēt, siue supini iaceamus, siue recti stemus, siue sedeamus, siue in latus recūbamus. Absurdum præterea est, vt in tātam grauitatem, aut duritiem venisse panos existimemus, vt ossibus grauiores, & duriores euaserint. Nam ex immaturis panis, & tuberculis spinæ distortionē in anteriorem partem fieri, ipse paulo pòst Hippocrates dicet. Sed neque hoc tātùm aduertendum eis est, qui librum hunc explanant, verùm etiam illud, quod in proposita hac oratione dicit, In gibberum trahuntur. cùm impellūtur dicere potuisset, si, sicut isti volunt, intelligendum censuisset. Dicere enim vertebras, quæ in posteriorem partem promouentur, à morbis trahi in priorem, absurdū est.

C Id siquidem de repandis, non de gibberosis fuerat dicendum. Quid igitur & verum sit, & Hippocrati cōsentaneum, conabor explicare. Ipsa porrò vertebrarū ossa propria sua ratione neq; à panis subuertuntur, neque trahuntur: sed corporum, quæ ipsas inter se colligant, prima hæc affectio est. Nam cùm panus in vertebris natus in interiorem, aut anteriorē partem (vtroque enim modo vocāt) sustollitur, & augetur, necesse est, vt copulæ vertebrarū panos, copulas vertebræ ipsæ cōsequantur. Si igitur in vnà tantū spinæ parte ortus sit panus, cùm ea pars subsidat, atque introsum trahatur, spinæ vertebræ repādæ euadunt. Sin duas partes spinæ pani occu

occuparint, ſicut medium aliquod ſpatium integrum, atque illæſum intercipiatur, gibberoſitas. Nam cùm vterq; panus ad ſe adhærentem vertebram trahat, mediæ interceptæ in poſteriorem partem incuruantur: id, quod euenire manifeſtè conſpicere in omnibus potes, quæcunq; inflecti mediocriter queunt: cuiuſmodi ſunt & virides virgæ, & calami ſcriptorii pleriq;. Si enim altero horum extremo capite manus dextræ, altero ſiniſtræ manus digitis apprẹhẽſo inter ſe in contrarium contrahas, cõflecti, & incuruari mediam partem videbis. Sed neq; obſtipitas alia cauſa exiſtit. Nam ea quoque cùm durus aliquis, & incoctus panus in aliqua parte à latere ſpinæ cõcreuerit, fieri conſueuit. Tria enim hæc vitia ex vertebrarũ exturbatione cõtingunt: gibberoſitas, repanditas, & obſtipitas. Cùm retro abeunt, gibberoſitas: cùm intrò, repanditas: cùm in latus torquentur, obſtipitas. Præter hæc quartum vertebrarum vitium accedit, cùm dimotæ quidem iuncturæ, ac compages ſunt: ſed vertebræ tamen in ſede ſua permanent, quaſſationem hanc appellant.

3 Pleraque quidem fieri non poteſt vt ſoluantur: ſed illa prætereà quæcunque ſupra ſepti annexionem curuantur in gibberum.

Reliqua etiam, inquit, circa ſpinam vitia ſolui difficulter queunt: ſed præcipuè illa, quæ ſupra ſepti annexionem curuantur in gibberum, id eſt, in vertebra ad thoracem. Nam vti Hippocratẽ ſolere hac voce, Prætereà, quod Græcè ποτὶ dicit, pro præcipuè, & maximè, ſtatim in principio huiuſce libri manifeſtũ eſt, vbi inquit: Breuis enim in totum melior, ac ſolidior, quã alta herba eſt: & prætereà etiã alta priùs fatiſcit in frugem. Cur autem pani, qui circa thoracis partem oriuntur, diſſolui præcipuè nequeant, ex ſequenti oratione cognoſces.

4 Quæ verò infra ſunt, nonnulla ſuperuenientes in cruribus varices ſoluunt, magíſq; illæ, quæ in vena poplitis exiſtũt, ſoluunt gibberum quibuſcunque contigit: ſed & in vena inguinis varices exiſtũt.

Nonnulla, inquit, mala, quæ infra thoracem exorta ſunt, ad lumbos videlicet, à varicibus, & dyſenteria ſoluuntur: cùm videlicet humores, quę ipſa efficiebant, primùm in maximam venam, quæ ſpinæ adhæret: déinde in ramos eius in cruribus deſcendunt. Circa thoracẽ verò nulla huiuſmodi vena eſt, quæ humores prauos excipere valeat. Vna enim eſt, quæ ex vtraq; parte ad coſtas octo fertur. Duæ item aliæ paruæ ad reliquas tendunt, vtrinque altera. Cùm igitur omnes hæ in thoracem diſcindantur, & diſpergantur, ſi ex panis humor aliquis in eas transferatur, exinaniri non poteſt: quin etiam vt excipiatur difficile eſt: quippe cùm qui dura, & cruda gignunt humores, lenti & craſſi ſint, vt non facilè in anguſtas, & paruas venas tranſire valeant. At quæ ad lumbum eſt vena, cùm latiſſima ſit, omnibúſque inferioribus ſanguinem ſuppeditet, craſſos hos, ac lentos humores vbi excepit, ſi valida in affectis mẽbris ad expellenda excremẽta vis ſupereſt, in alias huc pertinentes venas eos deponit. Ex quibus ſi craſſi admodum ſint, ſtatim quæ in inguine eſt, ſi mediocres, quæ in poplite, dilatatur, ac varicatur. Vbi primum enim ex craſſitudine, & lentore obſtructi conſiſtunt, ibi venã dilatant, ac diſtendunt. Nam qui abſque huiuſmodi cauſa in cruribus varices habent, iis videre licet venas pro ratione craſſitudinis humoris dilatari: in craſſiſſimis, latiſſimas: cuiuſmodi ſunt venę inguinis: in minùs craſſis minùs latas, ſicut venæ poplitis ſunt. Alíquando enim maioribus, atque amplioribus alimentis refertæ, atque obſtructæ in malum id incidunt, alíquãdo in inferiores, quæ anguſtiores ſunt, delabuntur: in varicibus autem craſſus prorſus ſanguis eſt, cùm ex melancholicis ſæpe, ex aliis interdũ crudis, & craſſis humoribus affectio hæc exiſtat.

5 Quibuſdam etiam dyſenteria diuturna vitium hoc iam diſſoluit.

Cùm in inteſtina horum præter naturam humorum tranſitus fit, inteſtinorum difficultas, quam δυσεντερίαν vocant, contingit: cum acrimonia humorum confluentium radantur inteſtina, ſuppurantibus iam panis: non enim aliter erumpere ob craſſitudinem in inteſtina potuiſſent. Suppurationes ſiquidem ſicut craſſos humores attenuant, ita etiam naturam in affectis membris ad humores, qui continentur, iam moleſtantes excernendos excitant.

6 At quibus, dum adhuc pueri ſunt, priùs, quàm corpus integrè adoleuerit, ſpina in gibberum incuruatur, iis corpus ad ſpinam augeri non ſolet: ſed cùm crura, & brachia ad perfectam auctionem deueniant, illa exiliora euadunt.

Nihil mirum eſſe debet, ſi ſpina in huiuſmodi affectionibus auctione priuetur: ſicut de luxationibus anteà audiuimus, cùm de iis, quibus fieri non potuerit repoſitio, loquebatur. Nã & ex diſtortione receptaculorum, & ex motione, quæ difficulter fit, & ex labore, quẽ in talibus morbis ſubit natura, minùs, quàm anteà, huiuſmodi membra alantur, neceſſe eſt. Hoc autem in auctis, ac perfectis corporibus, membra fortius facere ſolent. At iis, qui adhuc adoleſcunt, auctio ipſa circa ſpinam impeditur. Nam quæ longiùs ab affecta parte abſunt, vt brachia, & crura, nullam læſionem prorſus ſentiunt: quippe cùm non totum corpus, ſed viciniores tantùm partes contagione mali huius afficiantur.

7 Quibuſcunque etiam ſupra ſeptum gibber contigit, iis & coſtæ in latitudinem augeri non conſueuerunt, ſed in anteriorem partem: & pectus non latum eſt, ſed in acutum prodit: ipſíque & difficulter ſpirant, & ſtridulam faucium aſperitatem habent: eò quòd ventriculi, qui ſpiritum & excipiunt, & reddunt, minori amplitudine præditi ſunt.

De iis adhuc loquitur, qui in adoleſcente ętate ſunt: de quibus dixit, Quæ circa ſpinam ſunt, non ſolere augeri. Cũ igitur in vertebris ad thoracẽ gibber extitit, partes eæ in longitudinẽ maximè non augentur: atque ob id, cùm in gibbere in poſteriorem partem vertebræ receſſerint, anguſtum iis, & acutum thoracem fieri neceſſe eſt: interioréſque in eo ventriculos, qui ſpiritum excipiũt, minores euadere: vt corpus, cũ fit reſpiratio,

tio,pauciore ſpiritu,quàm par erat,refocilletur. Dictũ autem in tractatione De reſpirationis difficultate eſt, neceſſe eſſe,vt cùm minor,quàm opus eſſet,inſpiratio fit,ſecunda breuiori temporis mora pòſt ſubſequatur, quàm ſi prior naturali modo fuiſſet producta. Breuior verò temporis mora frequentem ſpiritum facit: atque inde ea difficultatis ſpirandi ſpecies efficitur, quæ paucitate,& frequentia conſtat: ſtridulam verò faucium aſperitatem habent,ex anguſtia partium, quæ circa fauces,& aſperam arteriam ſunt, quam quidem anguſtiam illud quoque magis coarctat:de quo in ſequẽti oratione nunc docet.

8 Coguntur etiam ceruicem ad magnam vertebram repandam habere: vt caput his prociduum minimè fit. Id quod multam quoque anguſtiam faucibus præbet, cùm in interiorem partem inclinetur. Nam etiam iis,qui naturâ recti ſunt, hoc os, ſi in interiorem partem vergat, ſpirandi difficultatem eouſq; facit, quoad fuerit repreſſum. Ex huiuſmodi igitur figuratione homines hi magis, quàm qui ſani ſunt,gutturoſi apparent.

Cùm vertebræ circa thoracem in gibberoſitatibus in poſteriorem partem excedant,totum collum à contrario in anteriorem partem proclinari neceſſe eſt, & cum ipſo caput quoque,quod ſuperiacet:vt gibberoſis eo habitu deambulandum eſſet,quo nos ſolemus, cùm nutando toto collo vnà cum ſpina conflexo, & in poſteriorem partem incuruato deorſum in terram deſpicimus: ſed ne ita ipſis eueniat, collum retro coguntur recuruare:qua in re parum vertebræ eius, vtpote mini ma motione præditæ conferunt. Vnde vbi motum alicuius momenti naнciſcuntur,ibi quàm plurimum reclinantur. Nanciſcuntur autem eum in priorum duarum vertebrarum dearticulatione, qua inter ſe, & cum capite connectuntur. Quæ igitur figuratio in ſanis,& illæſis in capitis dearticulatione exiſtit,cùm caput retro flectunt,eadem in gibberoſis cernitur, cùm eriguntur. Et ſanè quemadmodum,qui naturaliter affecti ſunt,retro caput reſupinando,ita gibberoſi in rectum id intendendo,gutturoſi efficiuntur. Gutturoſos autem,id eſt, ἐξεχεβρόγχους,quaſi guttureminulos dicas,eos vocat,qui prominentia in anteriorẽ partem guttura habent. Guttur enim,id eſt,βρόγχον,vel totam aſperam arteriam nominat,vel fauces dũtaxat. Atque hoc eſt,quod ſtridulæ aſperitatis reſpirationem maximè facit:quippe cùm ſi quis etiã huiuſmodi figuratione dormiat, ſtertere ei maximè cõtingat. Idcirco enim dixit,nã etiam iis,qui naturâ recti ſunt, hoc os, ſi in interiorem partem vergat, ſpirandi difficultatem eòuſque facit, quoad fuerit repreſſum. Hoc os,inquiẽs,dum ad id videlicet refert, quod in principio horum verborum ait, in hunc modum. Coguntur etiam ad magnam vertebram ceruicẽ repandam habere. Ex quo coniicere poteſt quiſpiam, magnam vertebram ſecundam ab eo appellari, quæ & in priorem partem procedere, & retro rurſus reprimi poteſt. Nam eandem partem & priorem, & interiorem appellare,manifeſtum eſt. Prior enim eſt,cùm à poſteriore parte eò vertebra deferatur:interior,cùm in profunditatem corporis tendat:ſiue ad eam, quæ intrinſecus eſt,ſiue ad poſteriorem ſuperficiem ſpectemus.

A 9 Panis duris,& crudis obnoxii vt plurimùm circa pulmonem huiuſmodi ſunt. Nam gibberoſitatis occaſio, & contentio pleriſque ex talibus contortionibus exiſtit: quarum vicini tenores participes fiunt.

Quibus ſupra ſeptum eſt gibberoſitas, iis circa pulmonem panos,& tubercula plerunque fieri inquit. Nã quibus ad lumbos eſt gibber,ibidem quoque eſſe tuberculа manifeſtum eſt. Dixit autem Vt plurimum,propterea quòd ex caſu quoq;, & percuſſione gibberatur ſpina,non ſecus ac repanditur,& obſtipatur. Cùm verò ait,Nam gibberoſitatis occaſio,& contentio pleriſque ex talibus contortionibus exiſtit. eandem ſententiam ſignificat,quam in principio protulit, cùm dixit:

B Vertebræ ſpinæ quibuſcunque ex morbis in gibberum trahuntur. Quod autem hîc dictum eſt, Quarum vicini tenores participes ſunt. de neruis dorſi,& vertebrarum intelligitur. Ego autem ſuperiùs cauſas retuli in copulas vertebrarũ,quę tractæ ſecum vertebras quoq; ipſas attraherent. Non enim puto neruos,qui à dorſi medulla exoriuntur,dum trahuntur à tuberculis,ſecum trahere vertebras poſſe:cùm ob exiguitatẽ,& mollitudinem longè ſint imbecilliores, quàm habere tales vires queant. Vnde etiam neque ex oſſibus, ſicut copulæ exortum habent. Copulæ enim & validiores, & tenoribus,id eſt,neruis craſſioribus continuatæ ſunt. Hi autem vbi cum tuberculis communicant, attrahere vertebras valent.

10 At quibus infra ſeptum gibber eſt,

C eorum nonnullis morbi renum, & veſicæ ſuperueniunt:quin & abſceſſus ad ſuppurationem circa ilia,& inguina diuturni, & ſanatu difficiles:quorum neutri gibberoſitatem emendant.

Ex cõtagione videlicet huiuſmodi morbi eueniũt. Contagione enim afficiũtur cognata,& proxima, quæ, dum ſuperiùs dixit, Vicini,ſignificauit. & afficiuntur, quæ nimirum maximè communicant. Dyſenterici ſanè fluxus,& varices cùm ex ſeceſſu humorum, qui tuberculа pariebant,gignuntur,gibberoſitatem curant. At morbi,qui ex communicatione, cõtagionéque exiſtũt, priſtina mala non tollunt.

11 Coxæ his graciliores euadunt, quã quibus gibber ſuperiùs contigit.

D Gibberoſi circa lumbum graciliores habent coxas, quàm qui ſuperiori in parte ita affecti ſunt. Ex quo patet,eis quoq;, qui circa thoracem idem patiuntur, coxas,quatenus cum ſpina communicationem habẽt,mediocriter graciles euadere.

12 Vniuerſa tamen ſpina, quàm illis longior.

Illis, qui nondum ætate integri, & adulti ſunt, præterquam quòd non alũtur, & gracileſcunt affectæ partes,etiã abſq; auctione,ſicut ſuperiùs dictum eſt, remanent. Nunc verò differentiam aliam, non ab ætate illã quidem,ſed ab affectis membris ſumptã tradit. Quãtò enim ſuperiùs iuxta originem ſuam ſpina patitur, tantò minùs augeſcit,eo quòd à ſuperiori parte & exortum,& augmentum accipit.

Pubes

13 Pubes verò, & barba, & tardior,& imperfectior. Adde quòd infœcundiores quoque hi efficiuntur, quàm qui ſuperiùs gibberum habent.

Ad communem contagionis rationem ex locorum natura differentia accedit. Communis ratio ſiquidem eſt, vt affectis partibus vicina contagione afficiantur: propria verò illa, vt ſi contingat malum, vbi reſpiratio nis membra ſunt, qui id patiuntur, difficilem reſpirationem, ac ſtridulam faucium aſperitatem habeant: ſi infra ſeptum accidat, tardior iis pubes oriatur. Ex hoc etiam nocumentum circa barbam conſequi ſolet.

14 At qui corpore iam adulto ſunt, iis, ſi gibber contingit, gibberoſitas propalàm morbi, qui tunc adeſt, iudicationem facit. Per tempus tamen aliquod eadem, quæ & in aliis, vel magis, vel minùs præ ſe fert: Minùs verò malignè in totum talia exiſtunt.

Propalàm, id Græcè eſt ἀπαντικρὺ, quod apud alios contra, & è regione ſignificat: hîc verò pro ex aperto, & palàm poſitum eſt: quod nonnulli alii veteres ἄντικρυς dicere conſueuerunt. Ex aperto igitur, inquit, & ita ferè vt ſenſu percipiatur, iudicationem, id eſt, ſolutionem, & liberationem morbi antecedentis affert gibberoſitas: videtúrq; prorſus ſublata fuiſſe affectio: ſubſtant tamen paucæ quædam reliquiæ & ex erroribus in victu, & ex externarum rerum occurſu contractæ.

15 Ac multi quidem ſunt, qui facilè, & ſalubriter gibberoſitatem vſq; ad ſenectutem iam tulerunt: atq; ii præcipuè, quibus in carnoſum, & pingue conuerſum corpus fuerit. Pauci tamen etiã ex huiuſmodi ſupra ſexaginta annos vixerunt: pleriq; breuioris vitæ ſunt.

Ob naturæ robur, malíque mediocritatem, quin etiam ob totam victus rationem, qua ille, qui affectus eſt, vtitur, gibberoſitatem vſque ad ſenectutem nonnulli ſalubriter tulerunt.

16 Nonnullis etiam in latus vel hac, vel illhac vertebræ obliquãtur, ſed omnia, aut pleraq; huiuſmodi ex contortionibus in interiorem partem ſpinæ contingunt.

De obſtipitate ſuperiùs iam dixi, quòd fiat, cùm à latere ex altera parte conſiſtit panus, & vertebrarum copulas ad ſe attrahit. Hoc etiam Hippocrates per neruos, quos tenores vocat, fieri aſſerit.

17 Quibuſdam verò vnà cum morbo figurationes quoque ad hoc cõducunt, in quas cubare conſueuerint.

Partim quia in humiliorem locum magis confluũt humores: partim quia pars ea, in quam cubat aliquis, magis comprimitur: fit, vt ad gibberi generationem figuratio faciat. Prima tamen, & præcipua panorũ, aliorúmque morborum cauſa membri imbecillitas eſt: quippe cùm in huiuſmodi membra confluere excremẽta demonſtratum ſit.

A 18 Sed de his in diuturnis pulmonis morbis dicetur: ibi enim de iis, quæ ſunt euentura, pulcherrimæ prænotiones ſunt.

Multa quoque alia, quæ nunc non extant, hoc in libro ſcripturũ ſe eſſe promiſit, quæ fortaſſe vel omnino non ſcripſit, vel, ſi ſcripſit, ſeruata hucuſque non ſunt: quemadmodum multi alii etiam veterum libri perierunt: de quorum interitu à pleriſque ſcriptis traditum eſt. De longinquis quidem pulmonis morbis dicta ſanè multa ſunt tum in maiori libro De affectionibus, cuius principium hoc eſt, Si pulmonis arteria hulcerata ſit. tum in primo De morbis, qui non rectè eſt inſcriptus, qui ita incipit, Qui de curatione vult & interrogare, & ſi interrogetur, reſpondere. in neutro tamen horum ea, quæ nunc pollicitus eſt, perfectè definita reperiuntur.

B 19 At enim quibus ex caſu ſpina gibberatur, iis pauca fuerunt corroborata ſic, vt directa fuerint.

Hactenus de ſpinæ abſque externa cauſa diſtortione ſcripſit. Quæcunque hinc ſequuntur, omnia de iis agunt, qui ex caſu aliquo, aut ictu, læſionem in vertebris patiuntur: ſuntque pleraque manifeſta, niſi vbi præter-miſſam cauſam adiungere opus eſt: quemadmodum nunc, cur videlicet paucæ ſpinæ ſubluxationes dirigi, atque emendari queant. Cùm enim poſſet id nunc explicare, in ſequentibus declarat: quia ſcilicet cardinatim vertebræ ſtructæ inter ſe ſunt: vt quando vna ex ipſis quocũque modo ex dearticulatione exciderit, reponere difficillimum ſit: C cùm multi proceſſus, multæq; cauitates in vnaquaque ſint. Hoc enim vel viſu ipſo in oſſibus didiciſtis.

20 Nam quæ per ſcalam fiunt extenſiones, nihil, quod ego quidem nouerim, direxerunt. Ea enim maximè medici iſti vtuntur, qui vulgi imperiti auram affectant. Apud eiuſmodi enim homines admiratione digna hæc ſunt, ſi pendere aliquem, aut deiici, aut ſimile aliquid viderint: hæc ſemper celebrant. Quicquid verò ex aggreſſione hac euaſerit, ſiue id bo- D num, ſiue malum ſit, nihil curant: medici tamen, qui hæc tractant, rudes ſunt, & imperiti, quos ego quidem noui: nam commentum vetus eſt. Ac laudo ego ſanè vehemẽter eum, qui primũ excogitauit, tum hoc, tum aliud quodlibet machinamentum, quod ſecundum naturam inuentũ ſit. Nihil enim deſpero, quin ſi rectè id quiſpiã præpararit, ac dequaſſarit, reſtitui in directum nonnulla queant. Sed ipſe tamen huiuſmodi omnia curare ita propterea erubui, quia impoſtorum magis tales modi ſunt.

Quoniam vnicuique articulorum repoſitioni antecedere, vt oſtendimus, extenſiones debent, in oſſibus etiam ſpinæ idem facere neceſſe eſt, in quibus quomodo intendendũ vtiliter ſit, poſteà docebit: nunc de extenſionibus prauè adhibitis priùs agit: ita enim ſolet, ſicut ex ſuperioribus demonſtratum iam eſt: quippe cũ redarguere ea priùs oporteat, quæ nonnulli medici praué agunt: déinde ità ad docenda meliora deſcendere. Cùm igitur multi ſpinæ ſubluxationes per ſcalam déorſum trahunt, præcipuè quidem nihil proficere commẽtum id aſſerit: ſi tamen eo vti quis velit, modos docet, quibus vti optimè valeamus. In extenſione enim id propoſitum eſt, vt intentio ſpinæ ad ſuperiora, laqueis iuxta affectam partem circumiectis, ad inferiora pondere ipſius corporis efficiatur. Si ad hoc ſpectes, cætera, quæ ab ipſo déinceps dicuntur, facilè percipies. Plaraque enim patent.

21 Quibuſcunque autem iuxta ceruicem gibberoſitas cõtigit, iis par eſt, vt extenſiones hæ in caput minus proſint. Caput enim, & ſummi humeri propendentes paruum pondus afferunt: videntúrque ii, ſi in pedes dequaſſentur, directionem magis conſequuturi: quippe cùm ita maior propenſio futura ſit. At qui inferius gibberum habent, ii in caput dequaſſandi magis videntur. Si quis igitur dequaſſare vult, recté in hunc modum præparabit. Scala per ſcorteos, vel laneos puluinos in obliquum ſubiectos conſternenda eſt: puluini verò bene alligati ſint, & in longitudinẽ & hinc, & inde paulò ampliori ſpatio, quàm quod hominis corpus occupet.

Quoniam ſpina aut propè ſuperius principium ſuũ, aut prope finem, aut in media parte inter vtrunque patitur: de ea læſione primùm agit, quæ iuxta collum contingit: quæ cùm accidit, ſi quis in ſcala affectum hominem ex pedibus ſuſpendat, ſicut eius tempeſtatis medici nonnulli facere conſueuerant: nulla déorſum extenſio, quæ alicuius momenti ſit, efficietur: quippe cùm paruum pondus ceruicis tantùm, & capitis futurum ſit. At ſi infra prope ſacrum os ſit affectio, maximè ſperare poſſet quiſpiam extenſionem eſſe ſucceſſuram: quæ quomodo poſteà optimè efficiatur, oſtendit.

22 Déinde ſupino homine ſupra ſcalã collocato pedes eius non digredientes iuxta malleolos vinculo geſtabili quidẽ, ſed molli, tum & infra, & ſupra vtrunque genu, necnon circa coxam deligandi ad ſcalam ſunt. Ilibus verò, & pectori laxæ mitellæ circumiiciendæ, ſic vt dequaſſationem minimè impediant, manus autem ad coſtas reductæ corpori ipſi, non ſcalæ applicandæ ſunt.

Galen.

Cùm apertè omnia exponat, geſtabile, id eſt, ἀνόχον
A vinculum vocat, quod bene geſtat, & ſuſtinet: hoc eſt, firmiter, & ſine vlla compreſſione continet.

23 Quod poſteaquam præparatũ fuerit, ſcala, vel ad arcem aliquam altam, vel ad tecti teſtudinatum attrahenda eſt.

Arx, id eſt, τύρσις, nihil aliud, quàm turris intelligenda eſt: teſtudinatum verò tecti, quod ipſe ἀέτωμα vocat, quaſi dixeris aquilatum, ſuprema domus pars eſt. Ita enim in altum ſublata triangulari forma domorũ culmina appellant. Nam ſi ſolarium quiſpiam facere velit, loco tegularum planam cõtignationem, quæ teporem non arceat, conſtituet. At ſi imponit tegulas, ea forma tectum erigit, qua facilè pluuialis aqua defluere queat. Vnde in altum medio columine à poſteriore in
B anteriorem partem per longitudinem porrecto hinc & inde ſupra laterales parietes tectum humiliter deducitur: vt geminarum demiſſarum alarum ſpeciem præferat. Ex qua ſimilitudine veteres huiuſmodi tecto aquilati nomen indidere. Vinctum etiam, id eſt, ἀετὸν tecti, hoc eſt, lacunar appellant: quemadmodum Pindarus in Pleiadibus:

Aureæ tectorum vincti famæ celebrant.

Euripides item in Hypſiphyle:

Ad æthera ecce tranſeuntes virgines,
Pictas lacunari intuere imagines.

Arcem quoq;, id eſt, τύρσιν, turrim ſignificare Diocles Caryſtius eſſe locuples teſtis poteſt: cùm hanc eandem Hippocratis orationem in libro De faſciationibus paraphraſticè in hunc modum exponat: ſcala vel ad turrim altam, vel ad domus lacunar attrahenda eſt.

24 Locus verò, in quem dequaſſa-
C bis, durus, ac renitens: qui attollunt, periti eſſe debent: vt æqualiter, pulchrè, æquo libramento, & repentè demittant: quo neq; ſcala in alteram partem propendeat, neq; ipſi præcipites ferantur.

In ſublime aliquid ſcalæ ſuperiorem partem ſublatam, alligato, vt dixit, homine déorſum ſupra pauimentum dimittendam cenſet: vt vehementi concuſſione facta ſpina déorſum procumbens elapſam vertebrã in ſedem naturalem recipiat. Qua in re durum, ac renitens eſſe ſolum pauimenti oportet. Nam ſi ita eſſet molle, vt cederet, dequaſſationémque impediret, nihil proficeremus.

25 Ex arce tamen, aut è malo defixo
D carcheſium habente ſi demiſeris, melius præparabis, ſi è trochlea, aut ex aſino demiſſio efficiatur. Sed importunum fortaſſe eſt de his longiore oratione agere. Ex his tamen apparatibus maximè dequaſſari quiſpiam poſſet, quòd ſi valde ſuperius ſit gibber, dequaſſandúmque omnino ſit, in pedes id facere confert, quemadmodum iam dictum eſt: quippe cùm amplior ſit eo modo euaſura propenſio.

Quia ſcala in ſublimem aliquem locum ſubtracta in terram repentè, & æqualiter, & pari præponderatione

demittēda est, melius esse inquit, vt laquei, quibus scalam attrahimus, trochleis subducantur: ita enim fore, vt modo volubilis, æqualis, & æquo libramento propendens euadat. Cùm verò superiùs arcis, & testudinati tecti mentionem dúntaxat fecerit, malum nunc etiā adiungit: quem ἱστὸν, à stando appellant: qui sanè maximum, atque erectum lignum est: cui alterum per transuersum in supremo capite imponitur, ex quo videlicet velum dependet. Nam multum interest, si ἱστὸν duabus syllabis, aut ἱστίον tribus dixerimus. ἱστὸς enim, vt dixi, id est, malus, lignum erectum in naui infixum est. ἱστίον, id est velum, linteum appellatur, quod à ventis inflari consueuit. Rudentes verò, qui de summo malo demittūtur, carchesia nominăt. Quocirca cùm malo vti vis, ad suspendendam scalam, trochleis, & carchesiis id efficias. Adde quòd non ab re quoque esse inquit, si asellis, id est, suculis, & axibus, ita enim vocat, vt dixi, idē faciendum cures.

B

26 Affulciendum autem ita est, vt ad pectus validè, ac firmiter scalæ alligetur, ad ceruicem verò quàm laxissima mitella eatenus circundetur, quatenus dirigatur: quin & caput ipsum ad frontem, scalæ est alligandum. At manus porrectæ ad corpus non ad scalam vinciendæ sunt. Reliquum corpus absque deligatione esse debet, nisi quòd, vt in directione contineatur, alibi, atque alibi mitella laxa ei iniicitur.

Dictum à me etiam superiùs est, fulcimina firmamenta esse, & fulcire firmare: idémque apud Homerū significari, cùm inquit: Fulcimina puppibus abstrahūt.

C

27 Sed ne vincula hæc dequassationē prohibeant, spectandum est. Crura quidē ad scalam non alligentur, sed inter se: quo è directo ad spinam propendeant. Atque hæc quidem, si modò in scala dequassandum omnino est, in hunc modum sunt facienda. Sed turpe tamen cùm in omni arte, tū in medicina maximè est, si cùm multam turbam, multam ostentationem, multúmque rumorem excitaris, nullum deinde adiumentum afferas.

D

Si homo quidem, qui dequassandus est, corpus nullo modo firmatum, atque affulcitum ad scalam habeat, sed tātummodo ex superioribus partibus sit alligatus, facilè in concussione in obliquum deuoluetur: sin contrà validè ita sit deligatus, vt, dum quassatur, immotus permaneat, nullam inde vtilitatem percipiet. Ita enim vtrisque his vtendum censet, vt neque ex firmitate, & cōstrictione vinculorum immobile corpus eius sit, neque adeò laxè vinciatur, vt in latus conuoluatur. Licet autem Hippocrates extensionem huiusmodi non approbet, scripsit tamen quo pacto parari optimè possit: propterea quòd videbat eos, qui ea vtebantur, optimè eam exercere haudquaquam scire. Quin etiam superiùs dixit: Nihil enim despero, quin si rectè id quispiam præpararit, ac dequassarit, restitui in directum

A

nonnulla queant.

28 Cognoscendum igitur primū est, qualis spinæ natura sit. Ad multos enim morbos ea opus erit.

Volo nunc vel semel indicare, commemoraréque id, quod in primo statim libro de Hippocratis dissectione dictum à me est, vbi impudentiam experimentariorum agnosces, qui Hippocratem experimentarium vocare audebant. Experimentarius enim omnium maximè, qui in medicina arte versarentur, erat: maximéq; experimentis animum aduertebat, omniáque eis probanda esse censebat, vt rem tamen assequeretur, multis rationalibus commentis vti consueuerat: dissectioníq; præcipuè studium adhibebat, vtpote quæ multum affer re adiumentum arti posset: id quod nunc quoque manifestè ostendit, cùm naturam spinæ cognoscendā nobis esse censeat, cuius cognitionem, sicut aliarum quoque omnium partium, inutilem esse experimentarii affirmant.

29 Qua parte enim ad ventrem tendit, vertebræ intus pares inter se sunt.

Vertebrarum posterior pars processum acutum in fine chartilaginosum habet, quem propriè ἄκανθαν, id est, spinam appellant. Opposita verò pars, quę in priorem partem pergit, atque interiorē (vtroque enim modo vocant) chartilagine quidem etiam ipsa committitur: rotunda tamen est, ac læuis, nullúmque acutū processum emittit, quia neque omnino prominentia vlla, vel minima asperatur, sicut & in posteriore parte, & à lateribus: quales quidem vnicuique ex vertebris processus alibi sint, & in arefactis cadaueribus videre licet. Quod verò nunc de vertebris inquit, ex dissectione ab interiori parte constabit: quas pares inter se appellat, hoc est, planas, & rectas, & per se vnamquanque, & mutua coaptatione inter se omnes. Nam quia ea parte eminentia nulla extat, & ex toto aptè inter se cohærent, pares ipsas inter se, hoc est, pariter, atq; aptè cohærentes vocat.

30 Vinculóq; inter se vinciuntur mucoso, & neruoso, quod ex chartilaginibus exoritur vsque ad medullam.

Exquisitè admodum vertebrarum commissionis naturam exponit. Non enim, sicut nonnulli opinati sunt, multùm inter se vniuntur, & conferuntur ab interiori parte. Ita enim in vehementioribus spinæ in posteriorem partem retortionibus, vel omnino resisterent, vel diuellerentur: sed inter se commissæ tantùm vinculo quodam mucoso, ac neruoso colligantur, ac propterea breui quodam motu hac etiam ex parte præditæ sunt: eum minimè habituræ, si insertæ mutuò fuissent. Sed neque earum copula vsque ad medullam penetraret. Circuit enim vndequaque crassiorem mēbranam. Nā cum medulla tenui membrana périnde ac cerebrum primùm obducatur, déinde crassiore, extrinsecus supra hanc antè dicto vinculo obuoluitur. Hoc enim operimentum medulla præter cerebrum adepta, obstaculi, ac propugnaculi causa est, ne dum ossa spinæ mouerētur, in vertebras offendēs, laboraret. Vertebris autem copula hæc mucosa, hoc est, lenta, & velut pituitosa effecta est, vt & promptiorē vertebris motionē exhiberet, & ipsa iniuriis minùs esset obnoxia: quippe cùm, quæ

sicca

ficca ſunt, humoréque vacant, abrumpi in motibus facilè ſoleant. Vnde etiam habenas,& lora inſigunt, qui eis ad vehicula,& ſubiugia vtuntur. Eandem ob cauſam huiuſmodi mucoſum humorem in omnibus articulis videre licet.

31 Aliíque quidã tenores neruoſi, aduerſarii, ac perpetui, annexi hinc & inde ab ipſis prætenduntur.

Perpetuos, id eſt, διαντὰς à ſuperiori parte déorſum aliquanta prolixitate pertinẽtes, intelligere debemus. Cur verò neruoſos hos tenores vertebrarum dixerit, haud ſatis ſcio. Non enim neruoſi, ſed nerui erãt dicendi: niſi quia validi ſint, eos neruoſos appellarit. Prætenduntur autem manifeſtè vnicuique vertebræ nerui per totum thoracem, quorum ſuperiorem exortum in diſſectionibus me demõſtrante inſpexiſtis. Circa collum enim, & lumbum vertebris ſuperiecti muſculi ſunt, per quos nerui feruntur.

32 Venarum verò, & arteriarum communicationes, quótque hæ, & quales ſint, & vnde proficiſcantur, quámque in quibus vim habeant, alio in libro declarabimus.

De his quoque in diſſectionibus didiciſtis: quinetiã in commẽtariis ſcriptam venarum, & arteriarum, quẽadmodum quoq; neruorum, diſſectionem habetis: atque accuratiùs omnia in diſſectoriis tractationibus: vt producere ſermonem adhuc quoque hìc ſcribendo nõ debeam: cùm neque ipſe Hippocrates totam ipſorum naturam hoc in libro recenſere voluerit: ſed, ſicut alia multa, ita hoc quoque alibi ſcribendũ diſtulerit. Quãquam hoc, quod hìc promittere videtur de venis & arteriis opus non extat. De neruis autem, qui ad vertebras prætenduntur, in ſecundo De vulgaribus morbis commentationis potiùs in modum, quàm legitimæ cõſcriptionis, nonnulla ab eo dicta ſunt: non ſecus, ac cætera, quæ in eo libro commentaria potiùs quædam eſſe Hippocratis, quàm iuſta opera oſtendimus. Solus ſiquidẽ primus, & tertius De vulgaribus morbis liber, editionis cauſa fuit conſcriptus.

33 Ipſa item medulla quibus vaginis, & vnde exortis, & quo perficientibus, & quibus cum communicantibus, qualémq; vim habentibus inſtructa ſit.

Operimenta, & inuolucra aliquarum rerum vaginas appellant veteres. Vnde etiã hìc Hippocrates ea, quæ paulò ſuperiùs dicta etiam à me ſunt, medullæ tegumẽta vaginas vocat. Quæ duæ quidem intus ſunt: extrinſecus alia cum vertebrarum vinculis communis: illæ à membranis cerebri exortæ: tertia ab oſſe capitis, quo cum prima vertebra dearticulatur. Terminantur verò vincula hæc, non ſecus ac medulla ipſa, vſque ad finem ſpinæ. Hippocrates autem ſimili modo pro terminantibus perficientibus dixit, vt Poeta.:

Si modo perficiant iſthæc, finémque ſequantur.

Quam vim autem habeãt, exactè in Diſſectoriis libris explicatum eſt cum peculiaribus demõſtrationibus, ex illis autem præcipuè is eſt, qui De vſu partium eſt conſcriptus. Vnde nunc ſatis erit, ſi medullę huic dorſi circumiectas membranas eundem exhibere vſum dixerimus, quem cerebro præſtant. Craſſior quidem quaſi

Galen.

A cuſtodia quædam, ac tutela eſt, ne à circumiectis oſſibus offendatur: tenuior vt cerebrum ipſum operiatur. De tertia verò tunica medullæ huius paulò antè dictum eſt.

34 In vlteriore parte in articulis vertebræ inter ſe cardinatæ ſunt.

Cùm naturam ſpinæ dicere propoſuiſſet, atque ab interiori parte ipſius incœpiſſet, vbi inter ſe vertebræ pares, ac planæ inter ſe coaptabantur, qua ad ventrem ſpectant, meritò nunc cùm in vlteriore parte cardinatas vertebras eſſe docet, de poſteriore parte intelligit: neque retro & à poſteriore parte ex aduerſo antè dictę vertebrarum colligationis accipiendus locus is eſt in ſpina, qui exquiſitè poſterior eſt, qui acantha, id eſt, ſpina propriè nuncupatur: ſed vtrinque etiam ab ea, vbi

B dearticulationes vertebrarum ſunt. Quæ ſi quis ad acãtham ſpectet, à latere ſpinæ: ſi ad anteriorem partem cõparet, de qua loquutus eſt, vbi inter ſe vertebræ vinciuntur, à poſteriore parte eſſe videbuntur. Cardinatas autem eſſe vertebras inquit, proptereà quòd cùm proceſſus quatuor habeant, duos alterius finibus ſuis vnaquęque excipit: duobúſque ſuis in alterius cauitates inſeritur: non ſecus, atq; in cardinationibus fit.

35 Tenores verò cõmunes ad omnes tam in exterioribus, quàm in interioribus partibus prætenduntur.

Vertebrarũ partes, quæ colligationi oppoſitæ ſunt, poſteriores, & exteriores: ſicut eas, quæ ſunt ad ipſam colligationem, interiores, & anteriores vocari licet.

C Sed tenores quidem in poſteriore parte prætentos nõ reperies, ſi modò tenores præcipui nerui nominantur. Ad vertebrarum enim commiſſiones foramen quoddã eſt, per quod vnuſquiſque ex neruis, qui à dorſuali medulla prodeunt, ſtatim, vbi egreſſus eſt, diſcinditur: ſic vt alter eius ramus in anteriorem partem deferatur, alter in poſteriorem tendat: ibíque in ſuperiectos muſculos diſtribuatur, qui ſpinales vocantur.

36 Proceſſúſq; vnus oſſis ab vnaquaque ex omnibus vertebris, tam à maioribus, quàm minoribus in exteriorem partẽ eſt, ſupráque hos proceſſus chartilaginum agnatæ appendices ſunt: atque ex illis neruorum progerminatio, quæ cum extimis

D tenoribus fratrat.

In exteriore, ſeu poſteriore parte ſpinæ vniuſcuiuſque vertebræ proceſſus eminet, qui videlicet totam acantham componit, in cuius proceſſus extremo chartilago agnata eſt, quæ neruorum progerminationes copulatiuas habet: quæ cum tenoribus, inquit, fratrant, id eſt, quæ vel illis aſſimilantur, vel eodem tendunt, quò illi, & commiſcentur. Vtrunq; enim verum eſt.

37 Coſtæ in interiorem partem magis, quàm in exteriorem capitibus inclinatis annexæ, ad vnamquanque ex vertebris adarticulantur.

Oſſa thoracis, quæ trãſuerſa poſitura paululum obliquè tamen è ſpina ad pectus pertingunt, non Hippocrates tantùm, verùm etiam poſteriores omnes medi-

ci coſtas vocant. Has vertebris adarticulari inquit, non ſecus, ac ſi dearticulari dicas. Hoc enim verbum magis vſitatum apud recentiores medicos eſt, dearticulationes appellantes oſſium iuncturas, quæ motum aliquem ſenſibilem momenti alicuius pręſe ferant. Capita item coſtarũ extrema ea appellauit, quibus cum vertebris dearticulantur ad radices proceſſuum, qui à latere ipſarum eminent: introrſum autem inclinatas eſſe eas magis dixit: ita enim eas ſeſe habere cognouiſtis. Sed diſcretam quoque, ac diſpartitam eſſe earum dearticulationẽ inſpeximus: id quod prætermiſſum ab Hippocrate eſt: vel quia non exquiſitè tota dearticulationis natura inſpecta hoc eum latuerit: vel quia exactam huiuſmodi explicationem cõuenire præſenti tractationi minimè exiſtimarit.

38 Curuiſſimæq; hominis coſtæ ſunt obtortum in modum.

Curuiſſimas homo ex omnibus animalibus coſtas habet, propterea quòd latiſsimũ etiam omnium pectus ei eſt. Cætera enim omnia alia magis, alia minùs acuto pectore ſunt prædita: Latiſsimum verò homo pectus habet. Simia autem latius quidem cæteris, ſed anguſtius homine. Animalibus tamen omnibus commune eſt, quę thoracem habent, vt coſtas ab exteriore parte, qua attingere ipſas poſſumus, incuruas, & conuexas, ab interiore concauas habeant. Nam ad amplitudinem thoracis efficiendam neceſſarium hominibus hoc fuit. Quia enim ad pectus directæ eſſe debebant, in reliqua tota parte incuruari eas neceſſe fuit, ſi ad ſpinæ vertebras eis erat deueniendum. Ac res quidem ipſa manifeſta nobis euadit, tum ex eo quòd curuiſſimas coſtas eſſe inquit, tum quòd ex ſimili figuratione ita eſſe cognoſcuntur. Sed non in re, ſicut in ſuperioribus, reſtat inquiſitio, at in verbo: cùm euidentiæ, ac diluciditatis cauſa Hippocrates hîc in exemplum ſubiunxerit obtortum in modum, hoc eſt, ῥοιβοειδέα τρόπον, quod maiorem tamen obſcuritatem rei cognitæ, quàm claritatem attulerit. Antea enim fortaſſe in vſu erat hæc vox: alioqui enim eam hîc non poſuiſſet: poſteà cùm ex vſu receſſerit, obſcura euaſit. Nam ſi per κ legatur, id eſt, ῥοικοειδέα τρόπον, quod obtortum, & varum in modum ſignificat, apud Theocritum quoque ſcriptum id reperitur, vbi inquit:

At clauam obtortam ex oleaſtro dextra habebat.

Item apud Archilochum:

Sed paruus is ſit, atque tortus cruribus,
Aptus ſtabiliter, corde plenus, ingredi.

Apud Nicandrum quoq; ſic legitur:

Sunt alii æquales tortis, ſimileſq; paguris.

D Si vero per β legatur ῥοιβοειδέα, quid ſibi velit, haud ſatis ſcio. In nonnullis enim exemplaribus per β ſcriptũ eſt, in approbatioribus tamen per κ inuenitur.

39 Inter verò coſtas, & oſſa, quæ à vertebris procedunt, mediam partem vtrinque muſculi à ceruice incipientes vſque ad ſepti tranſuerſi annexionem replent.

Id, quod ex diſſectione apparet, cum ſententia horum verborum non admodum conſentit. Quæ enim ex diſſectione patent, hæc ſunt: Ad capita coſtarum, quæ in vertebras articulantur, muſculi ſunt à poſteriore parte, qui ſpinales vocantur, per ſpinæ longitudinẽ vſque ad initium crurum porrecti: ab anteriore verò in longitudinem non per totum thoracem tranſuerſi inter coſtas iacent, quos intercoſtales appellant. A Déinde ad paucas ex coſtis tendunt gulæ ſubiecti muſculi, à quibus in anteriorem partem totum collum tractum paululùm inclinatur, abſque capitis dearticulatione. Nam illud dum annuimus, & renuimus, maximam per ſe ipſum motionem habet. Si quis in iis, qui ad primas vertebras ſunt, compararit: qui exigua admodum motione præditi inter ſe ſunt: ſed ex lumbi etiam ſedibus ad thoracem iuxta extremas coſtas vertices muſculorũ eorum aſcendunt, qui ψόαι, id eſt, lumbales dicuntur. Quæ verò in media thoracis parte ſunt, muſculos ſuperiectos minimè habẽt ad laterales vertebrarum proceſſus, qua dearticulari coſtas iam diximus. Sunt prætereà alii duo anguſti, & parui muſculi, qui per totum thoracem extrinſecus ad ſpinales in anterioribus videlicet eorum partibus, non poſterioribus circa acanthã
B porriguntur. Atque hæc eſt poſitura muſculorum, qui circa vertebras ſunt: quę ex diſſectione depręhenditur. Nũc de quibus ex his intelligere hîc Hippocrates poſſit, videamus. De intercoſtalibus ſanè non poſſe intelligere, ex eo perſpicuum eſt, quòd muſculos hos à ceruice incipere ait. Reſtat igitur vt de ſpinalibus mẽtionem facere eum hîc exiſtimemus: quanquàm de neutris ſatis rectè dictum eſſe id poteſt, quod inquit: Muſculos hos mediam partem inter coſtas, & oſſa, quæ à vertebris procedunt, replere. Spinales enim dearticulationibus omnibus antè dictorum oſsium à poſteriore parte ita obiiciuntur, vt nihil intectum relinquant: ſed & radices omnes coſtarum, & proceſſus à latere vertebrarum operiant. Adde quòd illud, quod inquit, Vſque ad annexionem. ſi de anguſtis muſculis hîc loquatur, ita erit interpretandum, vt de ſepti tranſuerſi: ſi
C de ſpinalibus, vt de crurum annexione dictum eſſe intelligamus. niſi fortaſſe annexionem dearticulationem hîc vocet. Sed ego ſanè quomodo ſentẽtiam hanc iis, quæ apparent, accommodare rectè queam, non video, vt ab aliquo, qui eam primò deſcripſerit, non ſecus, atque alia multa fuiſſe deprauatam exiſtimem. Cæterũ cùm ita ſe habeant, ſicut diximus, ea, quæ extant in diſſectionibus, inquiſitio accommodatæ horum verborũ explanationis in medium relinquatur. Vt tamen diſtinctam quãdam, ac probabilem maximè opinionem proferamus, coſtas hîc pro coſtarum ipſarum capitibus, oſſa verò, quæ à vertebris procedunt, pro iis, quæ acantham conſtituunt, accipiemus: muſculos, qui mediam regionem replent, ſpinales: annexionem, ſepti eſſe intelligemus. Præceptor verò noſter Pelops laterales vertebrarum omnium proceſſus coſtas: annexionem, ſepti dictam eſſe hîc ab Hippocrate aſſerebat.

40 Ipſa verò ſpina per longitudinem directè obſtipa eſt.

Obſtipitas, ſeu obliquatio, diſtortio in latus appellatur: nũc tamen non in latus, ſed in poſteriorem, & anteriorem partem diſtortionem ſignificat. Cùm enim recta per longitudinem ſit ſpina, parum & poſteriorem, & anteriorem partem declinat, ac tortuoſa euadit: ſicut ipſe déinceps docet.

41 A ſacro quidem oſſe vſque ad magnam vertebram, ad quam crurum annexio appẽditur, gibberoſa eſt. Nam & ve-

ſica,

sica,& geniturae, & principis intestini laxitas in eo spatio continetur.

Crurum annexio multipliciter intelligi potest: sed potissimùm fortasse à coxae dearticulatione sumenda est: quae fit, cùm femoris caput ossi coxae & per latas eo pulas colligatur, & per teretem: quia intimae acetabuli profunditati cohaeret: quinetiã per musculos, qui dearticulationem mouent: per neruos item, necnon per arterias,& venas meritò crus annecti superioribus dici posset. Sed videtur nunc Hippocrates de annexione per neruos intelligere. Siquidem ad lumbum ad extremam vertebram, quae cum lato & sacro osse dearticulatur, neruorum, qui feruntur ad crura, est exortus. Nam hoc ad ipsam spinam esse, & vesicam, & genituram, & principis intestini laxitatem in eo spatio contineri: id, quod in dissectione apparet, testimonio est. Vnde etiam incurua extrinsecus euasit. Genituram autem membra genitalia appellat: in foeminis vterum: in maribus seminaria vasa, quae nuncupantur. Laxitatem autem principis intestini, eam partem vocat, quae supra musculum constrictorium, quem σφιγκτῆρα appellant, est: quae & sacro ossi adiacet: & verè laxa est, cùm musculos non habeat, qui recti intestini extremum constringunt.

42 At inde vsque ad septi transuersi annexionem directè est repanda.

Nihil hac spinę parte eiusmodi continetur, vt in inferioribus vulua, & vesica, &c. vt ab interiori parte simari, ab exteriori curuari, ac gibbari eam necesse fuerit: sed potius paululùm introrsum vergit: quippe cùm supra eam,& arteriam magnam,& venam firmari opor tuerit.

43 Solúsque hic locus ab interiori parte musculos adnatos habet, quos quidem psoas vocant.

Ex his Hippocratis verbis maximè coniicere quispiam posset, eum vertebras colli spinae non adnumerare: nam si tota spina ex lato osse, & thoracis vertebris struatur, verum est, solũ hunc locum ab interiori parte musculorum agnascentias habere. Si verò colli etiã vertebrae annumerentur, falsum prorsus erit. Nõ enim solus hic locus habet adnatos musculos: sed collo quoque ab interiore parte magni musculi adeò sunt, vt ignorari minimè queant. Verùm neq; si minores multò essent, ignorari potuissent. Particulam autem quandam horum musculorum, qui psoae, id est, lumbales appellantur, supra septi annexionem ferri hic non indicauit, eò quòd nimis ita exquisitè haec recensere pertinere ad praesens propositum non existimabat.

44 Ab hac autem parte vsque ad magnam vertebram, quae supra superhumerales est, directè gibberosa est: magísque huiusmodi apparet, quã sit. Acantha enim in medio eminentissimos, hinc & inde minores ossium processus habet.

Vertebrae paululùm circa thoracem ossa ab interiori parte videntur simari, ita vt in posteriorem partem ex acanthae prominentia satis gibbosae appareant. Quod autem de magna vertebra inquit, quae supra superhumerales est, id ad commentarii memoriam reuocandum

A est, in quo De ossibus conscripsi. Accommodanda siquidem illa iis, quae dicuntur, subinde sunt. Neq; enim mea explanatione indigent, nisi vbi aliquid inciderit, quod perspicuitatem desideret: cuius causa huiusmodi commentaria conscribuntur.

45 Ipse verò ceruicis articulus repandus est. Quibuscunque igitur gibberositas in vertebris contingit, non admodum multis, sed paucis expulsio magna aliqua euenit, quae vel vnã, vel plures vertebras à cohaerentia abrumpat. Neque enim facile est vt vulnera talia efficiantur, neque in exteriorem partem expelli facilè possunt, nisi aut ab interiore vehementi aliqua re per ventrem vulneratio fiat. Sed B moreretur hoc pacto homo: aut ex alto aliquo loco delapsus in coxas, aut humeros impingat. Id quod etiam lethale esset, licet non illico mortem afferret. A posteriore verò parte in interiorem huiusmodi prolapsio fieri, nisi perquã graue aliquod pondus ingruat, non facilè potest. Ex ossibus enim, quae extrà prominent, talis vnũquodque est naturae, vt priùs frangeretur, quàm introrsum inclinationem aliquam magnam admitteret, & copulis violenter abductis.

C Repandus est, id est, in anteriorem partem inclinatus: ita enim apparet. Duae autem sunt primae vertebrę, quibus ceruicis articulus cõstat. Ex quo deinceps tres sunt, quę quo situ collocatae sint, mentionem non fecit. Sũt autem inter secundam, & sextã, tertia videlicet, & quarta, & quinta, quae quidem maximè rectam habere posituram videntur, cùm duabus alioqui minores sint, & praesertim tertia. Nam quarta maior, quàm ea, est, sicut his quinta: sexta verò non solùm his, sed septima quoque est maior. Omnes autem, quae sequuntur vsque ad spinae terminum, proportione sunt altera, quàm altera sùbinde maiores. Primùm, si in homine res considеretur: secundum hominem si in simiis, atque iis praesertim, quae & faciem similiorem homini habent, & magis, quàm aliae, erectae ingrediuntur. Hae enim cùm in aliis, tum in situ ossium hominibus assimilantur. In spina tamen commune quoddam ipsis est cum caeteris quadrupedibus, quod homini non adest. Lumbũ enim D longiorem pro reliquarum partium magnitudine, quã homines habent. Nam homini quinque dúntaxat, simiis, sicut caeteris quoque quadrupedibus, plures vertebrae lumbum obtinent. Aduertendum autem in hac oratione, Hippocratẽ, cùm de spinae figura loqui proposuisset, atque ita incoepisset, Ipsa verò spina per longitudinem directè obstipa est, ac tortuosa, in fine hic subiungere, Ipse verò ceruicis articulus repandus est. vt in hoc rursus ipsum quoq; collum attribuere spinae videatur.

46 Et articulis, qui alternati inter ſe ſunt. Dorſualis prætereà medulla laboraret, ſi ex paruo ſpatio inflexionem haberet tali elapſu egreſſa vertebra,tum vertebra,quæ exiliiſſet, medullam comprimeret,niſi etiam abrumperet. At ea compreſſa,& interclufa multis magnis,& opportunis partibus torporem induceret: vt cùm multa,& vrgentia alia mala infeſtent,medico,quomodo vertebram dirigat,curare non liceat: quin neque fieri poſſe vt reponatur,neque dequaſſando, neq; alia quapiam ratione,perſpicuum eſt.

Articulos vertebrarū intelligit,quibus per laterales proceſſus inter ſe committuntur:quos alternatos propterea vocat,quia cùm duos ſublimiores proceſſus vnaquæque habeat,quibus cum ſuperiecta, duóſque itē humiliores,quibus cum ſubiecta dearticulatur,aliis ex ipſis eminentias alterius excipit, aliis in alteram inſeritur. Sed de his in commentario De oſſibus ſcriptum exactè eſt.

47 Niſi quis diſſecto homine, atque in ventrem manu iniecta intrectando ab interiori parte ad exteriorem retrudat. At hoc mortuo quidem fieri poteſt,viuo non poteſt. Sed quorſum hæc ſcribo?vt intelligamus nonnullos eſſe, qui curaſſe ſe eos homines arbitrantur, quibus ab interiore parte vertebræ prolapſæ articulos omnino trāſilierint.Quin & diſtortionem hanc curatu facillimam, nulláque indigere repoſitione,ſed ſponte ſanari opinantur. Ignorant quidem multi,atque ex eo,quod ignorant,lucrātur. Suadent enim aliis hoc ipſum, & ipſi falluntur hac de cauſa:acantham,quæ hac in parte ſpinæ eminet,vertebras ipſas eſſe autumāt: propterea quòd rotunda,ac teres attrectanti apparet.Neq; aduertunt oſſicula eſſe illa à vertebris procedētia,de quibus paulò antè dictum eſt. At vertebræ multò anteriùs abeunt. Anguſtiſſimū enim ex omnibus animalibus homo pro magnitudine ventrem habet è poſteriore in anteriorem partem, præſertim ad pectus. Cùm igitur aliquod ex his eminentibus oſſibus validè confractū fuerit,ſiue vnū,ſiue plura,ea in parte depreſſior locus efficitur, quàm hinc & inde videatur. Ac propterea iſti vertebras intrò abiiſſe exiſtimant,ac decipiuntur. Figurationes quoque vulneratorum eos inſuper fallunt.Si enim inflectere dorſum tentent,dolore afficiuntur, cùm ea parte,qua vulneratio contigit, cutis diſtendatur, ſimúlque oſſa fracta ita magis carnem pungant: ſi repandantur,& recuruentur,faciliùs ferunt. Nam & cutis laxior circa vulnus fit,& oſſa minùs pungunt. Quin & ſi quis attrectet,ea parte cedunt recuruati: locúſque vacuus, & mollis attrectanti apparet. Hæc omnia inſuper ſunt,quæ medicos decipiant:ſani autem citò,& ſine noxa ſpōte ſua,qui ita affecti ſunt,fiunt:quippe cùm omnia huiuſmodi oſſa, quæ caſſa ſunt,celeriter occaleſcant.

Intrectando, id eſt,intrudendo in imam partem digitos,vt aliquid,quod ibi ſit,tētemus,ac perſcrutemur.

48 Obſtipatur igitur, & obliquatur ſpina,etiam in ſanis,multis modis.Nam & in natura,& in vſu ita res ſe habet. Quin & à ſenectute, & doloribus: contrahendi enim vim habent, gibberoſitates autē caſu plerunque efficiuntur, ſi aut in coxas, aut in humeros quiſpiam cadendo impingat. Neceſſe ſiquidē eſt,vt in gibbere vna aliqua vertebra alta emineat, alia verò hinc & inde deſidere videantur.Neque tamen multū ab aliis ea exilit, ſed paululū, cùm ſingulæ in vniuerſum concedant. Inde etiā fit,vt medulla dorſualis huiuſmodi diſtortiones, quia circulares,non angulares euadunt,facilè ferat.

Diſtortionem ſpinæ in poſteriorem partem gibberoſitatem,in anteriorem repanditatem, in latus obſtipitatem appellari diximus. Nomine tamen hoc obſtipitatis,ſeu obliquitatis, id eſt, σκολιώσεως, de omni ſpinæ diſtortione vtitur,vt oſtēdat generalius quoddam, quàm aliorum,eius eſſe ſignificatum. Ita nunc quoque obſtipari ſpinam dixit, pro quocunque modo diſtorqueri. Et ſuperiùs etiam,Ipſa verò ſpina,inquit,per longitudinem directè obſtipa eſt: diſtortionem eius in poſteriorem & anteriorem partem ſignificans.

49 Fabrica autem huiuſmodi ad detrudendum inſtruēda eſt. Poſſumus lignū aliquod validum, & latum, quod prælongam inciſionem habeat, in terra defodere.Poſſumus etiam loco ligni huius in pariete excauationem hanc canalicularem facere:quæ vel cubiti altitudine à ſolo diſtet,vel quantum congruum erit. Quod vbi factum fuerit, columna querna qua-

dran

drangula in latus admouenda ad parietẽ eſt,ea diſtantia,vt pertranſire aliquis, ſi opus ſit,queat:tum vel tunicis inſternenda, vel aliqua alia re, quæ ſicut mollis ſit,ita non multùm cedat. Homo prætereà fotus, ac,ſi admiſerit, multa etiam aqua calida lotus, pronus collocandus ſupra columnã eſt, ita vt porrectas manus ſecundum naturalem figurationem alligatas ad corpus habeat: tum habena mollis,idonea,lata,& longa ex duobus perpetuis, atque aduerſariis loris conſtans media parte medio pectori quã proximè ad alas bis circundanda eſt,atque inde quod ſupereſt,ex vtriſq; capitibus per alam vtrinq; circa humeros conuoluendum:tum capita ad piſtillarem fuſtem deliganda ea longitudine,quæ ſuppoſito ligno congruat: vt ad id ima fuſtis parte obiecta retorquendo extendamus: poſteà tali altero vinculo tũ ſupra genua, tum ſupra calces iniecto ſimili modo capita ad eiuſmodi aliquem fuſtem deligamus. Alia prætereà habena lata, & molli,& validа ad mitellæ formam,latitudine,& longitudine idonea validè ilia quã proximè ad coxas circũligamus: deinde capitibus vtriſque ad fuſtem ad pedes deligatis, in hac figuratione & hinc & illhinc æqua præpõderatione,& in directũ extẽdimus. Nullũ enim magnũ malũ huiuſmodi extẽſio afferre,ſi rectè adminiſtretur,poteſt, niſi videlicet dedita opera extendi quiſpiã velit. Debet verò medicus, vel quiſpiã alius præualẽs,ac minimè imperitus impoſita manus vola ſupra gibberũ, atq; altera ſupra alterã manum inſuper iniecta deprimere:aduertens an in directũ deorſum,an ad caput,an ad pedes deprimendũ ſit. Atque hæc innoxia maximè neceſſitas eſt. Si quoq; ſuper inſideat aliquis ſupra gibberũ dũ extẽditur,atq; ſuſpẽdendo ſe incutiat, innoxiũ eſt. Quinetiã quò minùs cõſiſtamus pedibus ſupra gibberũ, ac geſtemur, ſẽſimq; incutiamus,nihil vetat:id autẽ moderatẽ efficere aliquis ex iis põt, qui in palæſtra aſſueti ſunt. Efficaciſſima autẽ neceſſitas eſt, ſi vel paries, qui inciſionẽ habet, vel lignũ defoſſum, tantò inferiorẽ ſpina

A hominis excauationem habeat,quãtò conuenire videatur,in quã aſſis tiliacea, aut alterius alicuius ligni, non tenuis illa quidẽ inſerta,ſupra gibberum imponatur, multiplici aliquo panniculo, aut paruo aliquo ſcorteo puluillo ſubiecto: quod quãtò minus ſit,tantò vtilius eſt: modò caueamus, dũtaxat, ne aſſis duritie ſua dolorem aliquem importunè afferat. Gibber autem è regione quã maximè eſſe debet ad excauationẽ,quæ in pariete eſt, vt aſſis ea parte,qua maximè ſpina extat, impoſita maximè deprimat.

B Vbi enim impoſita fuerit,alii ſiue vnus, ſiue duo extremam partem aſſeris depellere, alii corpus per longitudinem tum hinc,tum illhinc extendere,ſicut dictum eſt,debent. Licet etiam aſellis extenſionem hanc facere, ſiue iuxta lignum hoc defigamus,ſiue in eodem hoc ligno,vel vtrinque erectos paulò eminentes,vel ad ligni capita hinc & illhinc poſtes aſellorum extruamus. Hæ quidem neceſſitates reſeruabiles ſunt, vt & valentiſſimè,& mediocriùs intendant:talémque

C vim habent, vt ſi quis etiam ad damnum, non ad curationem eis vti velit, tũc quoque plurimũ poſſint. Nam ſiue in longitudinem tantũ extendas hinc & illhinc, nullámq; aliam neceſſitatem adhibeas,extendere ſatis poteris:ſiue non extendas,ſed aſſere dũtaxat comprimas, ita quoq; ſatis depelles. Bonæ igitur huiuſmodi violẽtiæ ſunt,quibus & validioribus, & imbecillioribus pro occaſione reſeruatis vti quilibet poteſt, quæq; ſecundum naturam cõpel-

D lunt. Quæ enim exceſſerunt,in ſedem ſuã redire vel depreſſio cogit. Quæ verò præter naturam coierunt, extenſiones ſecundum naturam extendunt. Ego quidẽ neque pulchriores,neq; iuſtiores his neceſſitates habeo.

Adeò clarè hæc, & ſequentia omnia exponit, vt ſi quis ea non intelligit,is explanatione non indigeat, ſed monſtratione: quippe cùm commentaria quoque non niſi iis, qui huiuſmodi operationes viderunt, ſcribi cõſueuerint. Dictum à me etiam ſuperiùs eſt,ſi quis primo intuitu ita apertè ſcripta non percipiat,eum bis,& ter,& ſæpius animum adhibendo debere lectitare. Nã ſi ita fecerit, non eſſe dubitandum, quin planè omnia intellecturus ſit.

50 Nam extenſio,que per directū acāthæ fit,ab inferiore parte,& ab oſſe, quod ſacrum vocant,appræhenſionē nullam habet:deſuper verò ad ceruicē,& caput habet quidem: ſed ſpecie tamen indecorum eſt. Quin & hac parte facta extenſio,ſi nimia ſit, alias quoque læſiones afferre poteſt. Tentaui verò olim ego hominem ſupinum extendere. Vtrem minimè inflatū gibbero ſubiiciebam: ac deinde immiſſo folle ex fabri officina inflabā. Sed nō ſucceſſit. Nam cùm bene hominem extendebam,cedebat vter:neque vim inferre vllā inflatio poterat. Adde quòd prōptus vter ad circumlabendum erat: vtpote cùm in idē & hominis gibber, & vtris repleti tumor vrgeretur. Si verò nō admodum vehementer extendebam, vter quidē ex inflatione inſurgebat: ſed homo magis,quā vtile eſſet,recuruabatur. Atq; hæc ſtudioſe ſcripſi:pulchræ enim earum quoq; rerū diſciplinæ ſunt,quæ ad experimentū perductæ,fruſtratæ apparuerunt. Et cur fruſtratæ fuerint,apparet.

Appræhenſionem, pro repræhenſionem, & anſam dixit,cùm circumiecti laquei eminētium aliquarū partium obiectu firmātur,vt ne elabantur: cuiuſmodi nihil ad os ſacrum eſt. Deſuper verò licet ad collum,& ad caput aliquid ſit,ſi tamen hac parte laqueos circumiiciat quiſpiam,ſtrangulari homo videretur: atq; ob id indecora extenſio euaderet:quinetiam læſiones poſſet afferre,ſi laqueus ad guttur ſuum elaberetur.

51 Quibuſcunque autem in interiorē partem vertebræ ex caſu, aut ex pondere aliquo ingruente obliquantur, nulla iis vertebra vt plurimùm admodum multū extra alias excedit. Quòd ſi multùm exceſſerit,aut vna,aut plures,mortem maturant:quemadmodū ſcilicet etiā anteà dictum eſt. Circularis quoq; hæc,& nō angularis dimotio eſt. Iis vrinæ, & deiectiones alui magis,quā illis, qui in exteriorē partem gibberoſi ſunt,ſupprimuntur. Pedes item,& tota crura frigeſcunt magis.lethaliáq; hæc magis,quā illa,quæ dixi.Et ſi ſuperſtites ſint,fluidi magis in vrina hi euadunt,crurúmq; incontinētiores,ac torpidi magis. Quòd ſi in ſuperiore parte magis repanditas cōtigerit,totius corporis incon-

A tinentes,& torpidi fiūt. Neq; machinationem vllam ego habeo, qua reponi in ſedē ſuam hæc queāt,niſi dequaſſatio per ſcalā afferre his præſidiū aliquod poſſit,aut aliqua alia huiuſmodi medela, aut extenſio, qualis paulò antè fuit commemorata. Depulſionē verò,quæ vnà cum extenſione afferri queat,nullā habeo: quemadmodum in gibbero detruſio per aſſerem efficiebatur. Quo pacto enim ex anteriore parte per ventrē compellere quiſpiā poſſet? Nō enim licet. Quin neq; tuſſes,neq; ſternutamenta vllam vim habēt, vt diſtentione opem aliquam ferāt. Neq; item quicquam B prodeſt,ſi in ventrem inflatio aliqua ſubiiciatur. Adde quòd magnæ cucurbitæ,quæ admouentur, attrahendarum vertebrarū cauſa,quæ intrò inclinatæ ſunt, in magno opinionis errore verſantur. Deprimunt ſiquidem magis,quā attrahant. Neq; id aduertunt,qui eas admouent. Quantò enim quis eas magis imprimit,tātò repandiores ægri euadunt,cū cutis ſurſum cōtrahatur. Alios modos dequaſſationum diuerſos ab iis,quos ſuperiùs dixi, poſſē referre, quos accommodatos eſſe affectioni huic exiſtimaret quiſpiā,quos propterea nolo adſcri- C bere,quia fidē ipſis non adhibeo. In vniuerſum igitur de his,de quibus ſummatim dictum eſt,ſciendū,quæ in repandum declinant,pernicioſa,& noxia eſſe:quæ in gibberum abeunt,eſſe innoxia in totum,quātum vel ad mortem,vel ad vrinæ ſuppreſſionem,& torporem attinet.

De vertebrarum dimotione in interiorem partem hæc ſcribit,quam grauiorem eſſe inquit,quàm quæ extrorſum fit. Cuius rei cauſa in aperto eſt:nam nerui omnes, quià medulla dorſi exoriuntur, introrſum tendunt. Vnde contingit, vt in talibus exceſſibus magis comprimantur,quàm in iis,qui gibberum efficiunt. Simúlque cum neruis omnis ſpinæ adiacentes partes, atque ita ſuperior quoque veſicæ extremitas compreſ- D ſionem ſentiat:quin omnia ex cōtagione in inflammationem incidant. Quocirca neque vrinam veſica, neq; excrementa alui inteſtina reddunt. Cùm enim vrina,& deiectio ſupprimitur,excernentis facultatis, quæ vna eſt ex naturalibus,affectio eſt. Cū verò ſtupida,ac torpida membra euadunt, id ex neruorum læſione exiſtit, Ex læſione igitur circa inteſtina, & veſicā quoad inflammatio finiatur, periculum imminet, ne æger pereat:cùm qui ſtringit veſicā muſculus non ex arte operantis, exitum vrinæ non exhibeat: quíque in ſede eſt,

quem

quem constrictorium vocant, vt verisimile est, eadem debilitate afficiatur.

52 Non enim gibberositas in exteriorē partem riuos in ventre intendit: neq; prohibet quò minùs bene fluere valeant. Repanditas verò & vtraque hæc facit, & ad alia multa hæc accedunt.

Cùm superiùs dixisset, iis vrinæ, & deiectiones alui magis, quàm illis, qui in exteriorem partem gibberosi fiunt, supprimuntur: nunc causam subiungit, cùm inquit: Non enim riuos in ventre intendit, hoc est, effluuia, & exitus, & circa vesicam, & sedem. Partes enim eas, quibus excrementa effluunt, intendi & ex compressione, quæ ex recessu vertebrarum in interiorem partem fit, & ex contagione cum neruis, verisimile est.

53 Nam multò plures crurum, & manuum incontinentes euadunt, & corpore torpescunt, vrinæque suppressionem patiuntur: qui licet curuamen, neque extrorsum, neque introrsum vllum ipsis excesserit, quassati tamen per directum spinæ vehementer fuerūt. Quibus verò curuamen excessit, ii minùs patiuntur.

Hîc curuamen, id est, ὕβωμα, vt generale nomen de omni vertebrarum distortione præter naturam posuit. Tota sententia clara est. Ad quartam enim differentiā affectionum spinæ deuenit, quam quassationem appellant. Cùm videlicet compages vniuersæ vertebrarum spinæ dimotæ sunt: & discussa ea vehementer ita est, vt in diuulsionis, contusionísque periculum venerit. Id quod longè peius esse inquit, quàm quæ absque quassatione distortiones spinæ contigerunt. Déinceps costis quoque fractis tale quid euenire commemorat.

De costarum fractione.

54 Multa quoque alia in medicina videre quispiam posset, quorum grauiora innoxia sunt, cùm totam iudicationem morbi per se ipsa suscipiant: imbecilliora verò noxia, atque eiusmodi, vt & diuturnos morborum exortus efficiant, & cum reliquo corpore communicationem ampliorem habeant.

Cùm de spinæ affectione, quam quassationem vocant, antè dixerit, quæ fit absque vllo vertebrarum excessu: hîc multa esse inquit in medicina, quæ licet grauiora esse videantur, mitiora tamen re vera sint. Grauiora enim sunt ea, in quibus contagiones maiores contingunt. Nam quæ nullam principalium membrorum contagionem afferunt, sed per se ipsa iudicationem faciunt, minùs perniciosa sunt, licet vehementiora esse videantur. Déinceps igitur quasi exempli loco, affectionum, quæ costis contingunt, mentionem facit: ostendítque in his alia specie tantùm, alia vi grauia esse, atque infesta.

55 Nam & costarū fractioni tale quid

Galen.

A contingit. Quibus enim fractæ costæ fuerint, aut vna, aut plures, sicut plerisque euenit, ita vt ossa in interiorem partem nō penetrarint, neque denudata fuerint, pauci febre correpti iam sunt: quin neque sanguinem multi expuerunt, neque suppurati sunt, neque linamentarii, neque ossium siderationes contigerunt: hísque vulgaris victus sufficit.

Mediocrem, ac moderatam orationem diluciditatem efficere vel ex hac, quæ longa est, cognoscere possumus: cuius ego priorem partem modò superiùs exposueram, quam Hippocrates longiùs protrahens obscuram reddidit: breuibus tamen in hunc modum exponi potuisset: Fracturæ costarum, cùm simplices, & solæ sunt, speciem quidem grauiorem, quàm contusiones, præ se ferunt, vi tamen sunt mitiores, curantúrque absque periculo citissimé. At si sine fractura circa costas contusæ carnes fuerint, maximum interdum periculum afferunt. Atque hæc summa horum verborum sententia est. Reliqua particulatim videamus. Si in prima parte huius orationis breuibus, quemadmodum ego, cùm simplices, & solæ fracturæ costarum sunt, Hippocrates dixisset, clariùs rem explicasset: sed ipse quasi interpretans rem, circunloquendo ait, Ita vt ossa in interiorem partem non penetrarint. de inanitate thoracis intelligens, in quam fieri non potest vt os penetret, nisi & ipsum omni circumiecta carne denudatum, & membrana, quæ subcingens vocatur, diuisa fuerit, per hæc simplicem fracturam significauit. Sequentibus verò mali mansuetudinem declarat, cùm inquit paucos febricitasse, raróque sanguinem expuisse aliquos, & suppurasse, aut linimentarios euasisse, quos ἐμμότους vocat: hoc est, hulcus cauum, & exesum contraxisse, quod curationem per linamenta desideraret: rarò item ossi costæ siderationem contigisse: propterea his vulgarem victum sufficere. Didicisti autem semper solere vulgarem appellare, id est, φαῦλον victum Hippocratem, eum, qui tenui, & exquisito contrarius est. In proposita igitur hac oratione tota sententia hæc est. Reliqua, quæ sequuntur, videamus.

56 Si enim febris continua eos nō corripuerit, exinanire hos peius est, quàm non exinanire, dolorémq;, & febrem, & tussim maiorem affert: repletio enim mediocris ventris directio costarū efficitur: exinanitio autem costis suspensionem præbet: suspensio dolorem parit.

Ventris tumor firmamentum costis efficitur. Vnde etiam qui maiores ventres habent, iis, si costa frangatur, minore dolore vexari consueuerunt. Quibus verò graciles, & contracti ventres sunt, grauiùs dolent, cùm infirmatas, ac suspensas costas sentiant. Si igitur continua febri corripiantur, exinaniendum est, id est, inedia macerandum. Quādoquidem maius nocumentum ex esione, quàm ex suspensione existat. Sin febris absit, melius est vt tantum comedant, quantum in tumorem adeò ventrem attollat, vt absque compressione affectæ partis sedes, ac sustentaculum costis fiat.

57 Extrinſecus verò vulgaris deligatio talibus ſufficit cũ cerato, & plagulis,& linteis leniter cõprimendo planã deligationem facimus, vel laneo etiam aliquo ſuperimpoſito. Viginti diebus autem coſta confirmatur. Celeriter enim oſſibus his callus inducitur.

Vulgarem deligationem appellat, ſicuti ſuperiùs victum, quamlibet, & quomodocunque adhibitam: quæ ei, quæ accuratè fit, contraria eſt.

58 At ſi circa coſtas caro aut ictu, aut caſu, aut renitentia, aut aliqua alia cauſa huiuſmodi contuſa fuerit, multi iam ſanguinem multum expuerunt.

Hæc oratio memoria tenenda vobis ob eos eſt, qui in lateralibus morbis aliquam neceſſariò ex pulmonis fibris pati opinantur. Pulmonem enim cùm inflammatam coſtam attingat, aliquid ex inflammationis ſanie contrahere inquiunt. At Hippocrates nihil pulmone patiente, ſed ſola affectione in coſtis exiſtente, ſpuere nonnullos ſanguinem afferit: quod quo pacto fiat, inquirere per otium licet: præſertim cùm nos quæſtionẽ hanc, in libro Eraſiſtrati de ſanguinis excreatione, perpendamus. Satíſque eſt nunc, ſi illud cognoſcamus, fieri interdum, vt abſque vlla pulmonis affectione ex coſtarum læſione aliqui ſanguinis ſputum educant. Quin & in aliis ſæpe inſpexiſtis, cùm è cute non vulnerata, ſed integra, in fracturis cruentus humor emanat, ſic, vt faſcias omnes imbuat: cùm tamen multò denſior cutis circa membra longa, quæ κῶλα appellantur, ſit, quàm quæ ſubcingit coſtas membrana. Vt nihil mirum eſſe debeat, ſi per eam quippiam in interiorem partem ex affecta coſta effluat: quod ſtatim poſteà in gutturales cauitates pulmonis in expirationibus excipiatur. Quẽ admodum in iis videre licet, quibus vulnerata membrana hæc fuerit. Quicquid enim per vulnus in thoracem infuderis, ſtatim ad os aſcendere conſpicitur. Id quod Eraſiſtratus non aduertens in abſurdas rationes inductus eſt in libro, quem De ſanguinis excreatione inſcripſit: quæ quàm prauæ ſint, ex me ſæpe ſuper ipſo opere differente audiuiſtis.

59 Riui enim in caſſa parte vnicuique coſtæ obtenta, & tenores ab opportuniſſimis partibus corporis exortus habent. Vnde multi & tuſſiculoſi, & vomicoſi, & ſuppurati, & linamentarii effecti ſunt, in coſtæque ſiderationem inciderunt: quòd ſi etiã nihil huiuſmodi contigerit, tardiùs tamen dolore deſtituuntur, quibus contuſa caro circa coſtam, quàm quibus fracta coſta fuerit: magíſque his dolorum recidiuas patitur locus: magíſque tales noxas negligunt nonnulli, ſi coſta fracta ipſis ſit.

Riuos appellat arterias, ac venas: caſſam coſtarum partem, quæ inter oſſa intercedit, vbi intercoſtales muſculi ſunt: tenores, neruos. Hæc autem omnia ob opportuniſsimis corporis partibus exoriri ait, proptereà

A quòd venarum harum origo, non ſecus, atque arteriarum, iuxta cor eſt. Nerui verò à dorſualibus, qui circa thoracem ſunt, ortum habent: quadámque communicatione cum reliquo neruorũ pari iunguntur, qui à cerebro deſcendunt. Quæ deinceps ſcribunt, ſi quis memoria teneat omnia, quæ ſuperiùs in his commentariis dicta ſunt, patent.

60 Quin & exactiore curatione indigent hi, ſi ſapiunt. De victu enim detrahendum, & quieſcendum corpore quàm maximè: à veneréque abſtinendum eſt.

Exactiorem, exquiſitiorem, accuratiorémq; vocat, vulgari, & vili contrariam.

61 A cibíſq; omnibus pinguibus, aſpre
B dinoſis, & validis.

Quicunque cibi fauces exaſperant, tuſsiculámque prouocant, aſpredinoſi hîc ab aſpredine, quã afferunt, vocantur: id quod pinguibus, & acidis, & acribus accidit. Validos autem appellat, qui difficilis concoctionis ſunt. Verbum autem hoc, Aſpredinoſum, in accuratis exẽplaribus κερχνῶδες per ν in ſecunda ſyllaba ſcriptũ reperitur, quod à κέρχνον fit: Κέρχνον enim Iones κέγχρον, id eſt, miliũ nuncupant, quando videlicet ſenſus in faucibus, & gutture exiguarum aſpredinum ſpeciẽ, périnde ac milii præfert: quaſi milioſos dixeris. Quod verò ſuperiùs de iis, qui circa pulmonẽ tuberculis diuturnis, & immaturis affecti ſunt, dixit, quòd difficulter ſpirãt, & ſtridulam faucium aſperitatẽ habent, id abſq; ν, κερχῶδες legitur: ídq; à κέρχειν deducitur, quod ſonũ & ſibilũ facere ſignificat: quaſi ſibiloſos dicas, cùm vel
C anguſtia aliqua, vel humiditas amplior, vel, quod plerũque cõtingit, vtraq; hæc ſpirandi meatus occuparunt, ita vt ſine ſono euadere ſpiritus nequeat: cuiuſmodi ſpirationem denſam nonnulli appellant. Cur autem à tuſſim mouentibus cibis abſtinere iubeat, apertum eſt, cùm quieſcere omnia affecta membra debeant. Vnde etiam poſteà tacendum eſſe cẽſet. Alia quoque omnia, quæ vehementem motionem toti corpori afferunt, manifeſta cauſa eſt, cur cauenda eſſe moneat: quippe cùm vnà cum toto pars etiam agitetur.

62 Tum vena ad cubitum ſecanda: tacendúmque quàm maximè eſt. Plagulis verò locus contuſus non multiplicibus, ſed multis, longéque latioribus, quàm contu-
D ſio ſit, tegendus: ceratóque ſublinendum: tum linteis latis, latis mitellis, & mollibus deligandum, mediocritérque adſtringendum, ita vt neque valde ſe compreſſum eſſe dicat, qui deligatur, neque laxè. Incipere autem ſupra colliſionem debet, qui deligat, ibíque adſtringere maximé.

Memoria tenendum hoc vobis quoque eſt, aduerſus eos, qui ob ſolum plenitudinis, vt vocant, concurſum admittendam venæ ſectionem opinantur: è quorum numero quoque eſt Menodotus experimentarius. Sed eorum ſententia & in libro De ſanguinis miſſione per venas, & in libro De plenitudine, falſa eſſe demonſtrata eſt, cùm aliis, tum eo redarguta, quòd ob hu

ob huiuſmodi percuſsiones in quibuſdam corporis partibus illatas ad venam ſecandam deuenimus: licet qui id patiuntur, pleni habitu non ſint: quódque niſi vena inciſa ſanguis detrahatur, maximè inflammationes oriuntur, ex quibus mala proculdubio accidentia conſequantur.

63 Deligationémque ex duobus initiis facere, ne cutis, quæ circa coſtas eſt, in alterutram partem inclinetur, ſed æqualiter præponderet: deligandúmque vel ſingulis, vel alternis diebus. Meliúſque eſt, vt leni aliquo aluus ducatur: quantū videlicet ad exinaniendum cibum ſufficiat. Et decē quidem diebus extenuemus: deinde alamus corpus, & obeſemus.

Laxa ſupra coſtas cutis pleriſque eſt, & præcipuè ſi pingues non ſint: vel ſi eo tempore non fuerint, quo læſionem paſsi ſunt. Hos igitur inquit, ex duobus initiis, id eſt, à medio orſa faſcia eſſe deligandos: proptereà quòd ſi ex vno initio faſciantur, in alterutram partem iis cutis ſoleat inclinari. Sed ſi ex ſuperabundanti cautione pingues quoque ita deligaris, nihil lædes: præſertim ſi iuxta alam (ibi enim laxior eſt cutis) contuſio ſit.

64 Sed cùm extenuamus adſtrictiore, cùm ad obeſitatē deducimus, laxiore vtendū deligatione eſt. Et ſi inter initia ſanguis expuitur, cura ad quadrageſimum vſque diem adhibenda eſt, & deligatio facienda: ſi non expuitur, ſatis, vt plurimum, viginti dies erunt. Ex vi autem vulneris tempus coniectandum.

Hoc commune omnibus fracturis eſt. Dictáque à me etiam ſuperiùs multa alia ſunt ex iis, quæ nunc ab Hippocrate dicuntur, cùm librum De fracturis explanabamus. Inde ea repetenda vobis memoria ſunt, non mihi ſcribendo iteranda.

65 Nam qui tales contuſiones neglexerint, etiam ſi nihil aliud mali patiantur, illud certè non euitabunt, quin locus affectus mucoſiorem carnem cōtrahat, quàm priùs habebat. Vbi verò tale quippiam relinquitur, & curatione non probè exprimitur, deterius quidem eſt, ſi iuxta os mucoſum id relinquatur: quippe cùm neque amplius caro ſimili modo os attingat, & os ipſum morboſius efficiatur: quin ſiderationes quoque oſſis diuturnæ ex his occaſionibus multis iam contigerunt.

Mucoſum humorem eum conſueuit appellare, qui lentore quodam, & albedine præditus eſt: qui ad exangues partes, hoc eſt, oſſa, & chartilagines cogi cōſueuit: cùm imbecilla ita natura eſt, vt bene conficere alimentum in ipſis nequeat, ſed quaſi ſemicoctum quid relin-

A quat: non ſecus, atque in oculis membranæ relinquunt, cùm lippitudine ea laborant, quam à ſordibus his λήμην vocant. Imbecillior autem natura euadit, aut propria imtemperatura, aut ex multitudine humoris, qui illhuc confluxit: quemadmodum in præternaturalibus tumoribus euenit. Reliqua orationis huius aperta ſunt.

66 Verùm ſi etiam iuxta os minimè ſit, ſed ipſa caro ſit mucoſa, ſic quoque recidiuæ, & dolores interdum fiunt, ſi quis fortè corpore laborarit. Proptereà deligatione vtendum eſt tum bona, tum conuenienter: quoad exiccata, atq; abſorpta hæc exuc

B catio fuerit, quæ in contuſione extiterat: carnéque ſana oppletus locus fuerit, caróque oſſis augeatur.

Caro non propria ſui ratione fit mucoſa, aut quæcunque alia pars, quæ ſanguine prędita eſt. Proprium enim eius excrementum eiuſmodi eſt, cuiuſmodi in fluxionum affectionibus, & iecinorariis deiectionibus apparet. Vnde frequenter in oſsibus, aut chartilaginibus, aut membranis, raró in carnibus mucoſus hic humor colligitur: aut ex communicatione, quam cum illis partibus habet, aut ex copia ſucci, qui illhuc cōfluit, quando pituitoſus, & mucoſus collectus ibi humor eſt: qui ſanè exinaniri difficulter poteſt: cùm neque perfuſionibus, neque cataplaſmatis, neque medicamentis aut attrahi, aut diſcuti valeat, neque alia aliqua re, niſi priùs

C attenuatus, atque in vaporem diſſolutus fuerit. Quoniam verò lentus humor diſſolui in vaporem non facilè poteſt, idcirco difficulter euacuatur. Vbi igitur huiuſmodi aliquid excrementi relinquitur, leui de cauſa fit vt pars ea vexetur, cùm ob imbecilitatem prompta ad excipienda excrementa omnia reddita ſit, quæ in reliquo corpore vel qualitate, vel quantitate aggregantur.

67 Quibus autem neglectum hoc malum inueterauit, ita vt & dolore locus infeſtetur, & caro ſubmucoſa ſit, iis optimum in aduſtione præſidium eſt. Et ſi caro ipſa ſit mucoſa, vſque ad os adurendum eſt: ſic tamen vt os minimè calefiat. Si inter coſtas

D ſit malum, neque ita in ſummo aduſtio facienda eſt: modò caueas, ne in vlteriorem partem deurendo penetres. At ſi ad os contuſio eſſe videatur, ſitque adhuc recens, nondúmque ſideratum fuerit os, ſi parum quidem occupet loci, ita adurendum eſt, ſicut dictum eſt: ſi prælonga ſuſpenſio circa os ſit, plures vſtiones iniiciendæ. De ſideratione autem coſtæ ſimul cùm linamentariorum medicina dicetur.

Cùm lentum humorem medicamentis abſumere nō poſſumus, reliquū eſt vt aduſtione ſuccurramus. Quæ quomodo facienda ſit, manifeſtè declarauit.

De ſe

De femoris luxatione.

68 Cùm femoris articulus è coxa excidit, quatuor modis promoueri cõsueuit: in interiorem partem sæpiſſime: ſæpe in exteriorem: in poſteriorem, & anteriorem interdum, ſed raró.

Qui coxæ acetabulum inſpexit, ei opus non eſt vt à me cur in interiorem partem femur ſæpiſsime, déinde in exteriorem excidat, cauſam intelligat. Acetabuli enim profunditas omnibus in partibus æqualis non eſt. Vnde fit, vt qua humilius ſupercilium eminet, inde articulus faciliùs exiliat.

69 Quibuſcunque igitur intrò exceſſerit, crus iis ſi alteri comparetur, longius duabus de cauſis meritò apparet. Nam & oſſi, quod à coxa procedit, ſuperiúſque ad pectinem fertur, caput femoris inſidet: articuli verò ceruix in acetabulo vehitur. Ab exteriore autem parte, vtpote cùm in interiorem caput brachii profluxerit, clunis ſinuata conſpicitur.

Ferè omnia ipſe à principio exorſus ita apertè ſcripſit, vt explicare clariùs queat nemo. Quin & cauſas etiam eorum, quæ dicit, manifeſtiſsimè ſubiũgit. Quare id, quod ſæpe à me dictum eſt, nunc etiam repetam. Si quis iis, quæ dicuntur, animum aduertat, ſi nõ ſemel, at certè iterum, ac tertiò relecta facilè intelliget.

70 Extrema femoris pars ad genu, tibia item, & pes ſimili modo ſpectare in exteriorem partem coguntur. Vnde fit, vt quia pes extrà vergit, medici ob imperitiam ſanum pedem ad hunc, non hunc ad ſanum applicent: propterea multò longius læſum crus quàm ſanum apparet.

Hoc quoque commune eſſe omnibus, quæ receſſerunt, vt alterum extremum in oppoſitum locum, quàm id, quod exceſsit, abeat; ſuperiùs demonſtratum eſt. Nunc igitur etiam cùm caput femoris introceſſerit, meritò alterum extremum, quod eſt ad genu, in exteriorem partem vergit.

71 Multis quoque aliis modis obintelligentiam hæc habent.

Ob intelligentiam, non deceptionem abſolutè, ſed eam, quæ veritati adiacet, atque ob id probabilis videtur, appellare Hippocratem ſolere, dictum etiam à me ſuperiùs eſt, cùm præter id, quod verum eſt, intelligamus, atque aberramus. Hæc autem deceptio, de qua nunc loquitur, fit cùm in comparando affectum membrum ſano, à naturali figuratione mẽbri aberrant nonnulli. Cùm enim deberent protendendo rectà ad ſanũ crus affectum comparare, econtrario faciunt, ſanum affecto applicant.

72 Sed neq; conflecti ad inguen, quemadmodum ſanum poteſt. Quin & ſi contrectemus, caput femoris in interfemineo euidenter extuberare ſentitur. Atque hæ notæ quidem eorum ſunt, quibus intrò femur exciderit.

A Conflectitur quidem, ſed cum dolore, & non prorſus: cuius rei in cauſa ſũt muſculi à poſteriore parte iis, qui in flectunt femur, oppoſiti, qui vſque ad integram conflexionem ſine dolore non conſequuntur: quoniã cùm ita femur luxatum eſt, ampliùs, quàm naturaliter conueniat, ſinguli in ſummis inflexionibus ſubſiſtunt.

73 At quibus elapſus articulus reuerſus non fuerit vel fruſtratione, vel neglectu, iis circumuolutim, non ſecus, ac bobus ambulatio fit: & in ſano crure vexatio plurima contingit.

B Cùm longius alterum crus in luxatione euadat, neceſſe eſt, vt qui ita ſunt affecti, ingreſsionem, non ſecus, ac boues, faciant: propterea quòd, quemadmodum in principio huius libri ipſe quoque dixit, illi etiam laxum articulum coxæ habent: ſed fortaſſe cauſa huiuſce rei non tantùm in laxitatem dearticulationis, verùm etiam in muſculorum, qui ipſum mouent, debilitatem erat referenda. Non enim ſi robuſti eſſent, difficulter dearticulationem inflecterent. Ea verò inflexa, circun ferre in exteriorem partem crus minimè eſſet neceſſe. Crurum ſiquidem ingreſsio fit, dum alterutrum per vices & firmatur, & mouetur. Quando enim ſiniſtrum fit matur, tunc dextrum à poſteriore parte in anteriorem

C traducimus: eóque ibi antè collocato, ac firmato, ſiniſtrum rurſus à poſteriore parte ſimili modo prorſum mouemus, ſicque eo in anteriore parte firmato rurſus ad dextrum promouendum redimus: atque ita ſubinde facimus: ſempérque alterum erectum in terra firmamus, alterum, quod mouemus, attollimus. Si enim natura eſſet comparatum, vt neque ad genu, neque ad coxam inflecti crura poſſent, tranſferre crura tanquam ligna quædam prorſus cogeremur, ſic, vt in altum aliquatenus alterutrum ipſorum ſublatum, in orbem poſteà circumuolueremus. Sed quia vtriſque his dearticulationibus contrario quidem inter ſe, ac toti cruri perquàm vtili modo inflecti poſſunt, idcirco abſque eo vt in orbem circunferamus, vel attollamus crura tanquam ligna, commodè ingredimur. Nam dearticulatio, quæ eſt ad inguen, in priorem partem femur, quæ

D eſt ad genu, in poſteriorem tibiam attolit. Vt etiam ſi crus, quod traducimus, longius eo ſit, quod in terra firmatum eſt, non opus ſit tamen, vt in exteriorem partem circumuoluatur: ſi modò muſculos validos habeat, qui citò inflectere vtranque dearticulationem queant. Cùm verò promptè inflectere ob imbecillitatem non poſſunt, dolorémque auerſantur, circunferre id in orbem coguntur. Nihil enim ne attolere quidem rigidum ſicut lignum muſculis licet, qui imbecilli ſint, aut dolore afficiantur. Atque ob hæc potiùs, quàm ob longitudinem, quæ cruri acceſsit, ingreſsionem circumuolutim fieri, ex eo, quod ipſe Hippocrates ſubiungit, exemplo manifeſtè cognoſces. Inquit enim: Nam & quicunque in pede, aut tibia hulcus habent, ingredi crure non admodum poſſunt: & infantes ita ambulant. His ſiquidem ita ingredi contingit, licet crus longius ipſis non euaſerit, ex dolore, quo attentan

tentantur,cùm dearticulationes infle&unt, ad inguen, & genu præcipuè, tum etiam ad malleolum. Hac enim dearticulatione ſummum crus reſimari neceſſe eſt,cùm naturali ingreſsione ambulamus,ſurſumque attolli totum pedem. Alioqui enim præſertim inæquali in ſolo offenderet.

74 Coguntúrque hi circa ile, & circa articulum luxatum manci,& obſtipi eſſe.

Non cùm firmato ſano crure alterum luxatum mouent,& tranſferunt,hoc modo figurare ſe ipſos coguntur:ſed cùm affectum firmantes,ſanum traducunt. Non enim læſum ſuperiecto corpori erectum ſubſtat, quemadmodum cùm naturali in ſtatu erat, ad rectam lineam in ſolo firmatum:ſed obliquum ſic,vt ab inguine in exteriorem partem promoueatur.In quam etiam corporis partem, quæ è directo ad crus affectum ſita eſt, inclinare conſueuerunt: quippe cùm in periculum veniant, ne in contrariam partem ſubuertantur. Atque ita fit, vt ad ile corpus contrahant,ac recipiant. Κενεῶνα enim, id eſt, ile, locum eum vocat, qui inter iliorum oſſa, & adulterinas coſtas intercedit: propterea quòd κενός, id eſt, vacuus, & caſſus oſsibus eſt: quaſi caſſum dixeris. Sed cùm neque hoc modo læſum crus geſtare corpus tum ob imbecillitatem, tum ob figurationem queat, ſubſidio indiget:quod qui id patiuntur,ab ipſa re edocti manu ſuffulciendo afferunt:atque id vbi maximè eſt opus, extrinſecus ad femur. Id quod cùm ad partem eam affecti cruris inclinari eos cogat, ipſorum obſtipitatem, atque obliquitatem circa ile auget. Nam ſi quis etiam abſque cruris in exteriorem partem porrectione hac figuratione conſtituatur, ile ipſi ſubſiſtit, ac ſinuatur.

75 In ſano verò crure in exteriorẽ partem clunis rotunda extare cogitur.Nam ſi quis pede ſani cruris extrà ingrederetur, reliquum corpus in læſum crus geſtandum reiiceret.Sed geſtare id læſum crus non poteſt: quomodo enim poſſet? Quare cogitur pede ſani cruris intus,non extrà ingredi.Ita enim fit,vt ſanum crus maximè partem corporis, quæ ſibi,& cruri læſo imminet,ſuſtineat.

Immutata loquutione obſcuritatem quandam induxit:ita enim erat dicendum, vt ego nunc ſubiungam. In ſano verò clunis in exteriorem partem rotunda extare propterea cogitur, quia intus crure hoc ingreditur. Si enim quis extrà ingrederetur, reliquum corpus in læſum crus geſtandum reiiceret: id quod fieri non poteſt. Ita enim fit, vt ſanum crus maximè corpus ſuſtineat, &c. hoc eſt, hoc modo, quando videlicet ſani cruris pede ingredimur: tunc enim totum corpus firmari optimè poteſt, vt ſubuerti difficulter queat.

76 Cùm autem excauentur & ad ile, & ad articulum puſilli videntur:coguntúrque baculo à latere ſani cruris reniti. Ea parte enim baculi cõtatione eſt opus:quippe cùm in eam & clunes vergant, & pondus corporis ingruat.

A Quia affectum crus ſuperpoſitam ſibi corporis partem geſtare non poteſt, propterea & totum crus ſanum,quàm intimam in partem ſubiiciunt, & ipſi ſupra id toto corpore incumbunt. Fit enim vt cùm in alteram partem propendeant, periculum ſit, ne in contrarium à crure affecto ſubuertantur. Quemadmodum igitur cùm tranſferre in anteriorem partem ſanum volebant,manu affectum ſuffulciebant,ne ſublaberetur,ita ſanum baculo firmant,eiúſque auxilio ſubnituntur.

77 Coguntur etiam inclinari: quippe cùm manũ læſo cruri à latere femoris obfirmare compellantur.In crurũ enim viciſſitudine corpus geſtare læſum crus nequit, niſi ad terram compreſſum detineatur.

B Hîc quoque obſcuritatem quandam creauit, cùm non dixerit ſe ad reliquam partẽ ingreſsionis tranſire. Hucuſque enim de parte ea ingreſsionis loquutus eſt, in qua crure, quod naturali in ſtatu eſt, in terra firmato, alterum affectum in anteriorem partem traducitur: nunc verò de altera ingreſſus parte agit, cùm affecto crure firmati, ac ſubnixi ſanum traducunt. Sed paulò antè de hac ingreſsionis parte dictum iam eſt.

78 His igitur figurationibus vti coguntur ii, quibus in interiorem partem prolapſus articulus non redierit:nihilque homo præmeditatur, vt quàm facillimè figuretur:ſed caſus ipſe ex præſentibus facillima eligere edocet.Nam & quicũque in pede,

C aut tibia hulcus habent,inſiſtere crure non admodum poſſunt: & infantes ita ambulant:læſo enim crure extrà ingrediuntur.

Cùm duabus figurationibus,non vna,vtantur in deambulationibus illi, qui hoc modo affecti ſunt, meritò His,dixit. Altera enim eſt,cùm manu crus læſum ſuffulciunt:altera,cùm in ſanum toti incumbũt. Vnde etiam conti, & baculi ſubnixione indigent. Quare fit, vt in contraria his corpus diuergat, modò in dextram partem inclinatis cùm dextro pede, modò in ſiniſtram, cùm ſiniſtro firmantur. Híſque præterea deformiore vti figuratione in ingreſsione contingit,quam iis,quibus coxa in exteriorem partem luxata eſt, de quibus déinceps dicet.

D 79 Ac duplex lucrum conſequuntur: duplici enim indigent. Nam & corpus nõ ſimiliter ſupra crus extrà ingrediens geſtatur,ſicut ſupra id,quod intus eſt. Non enim è directo ad ipſum eſt pondus: ſed multò magis ad id,quod ſubingreditur.Ipſi ſiquidem & in ipſa ambulatione, & in crurum tranſmutatione è directo incumbit põdus. In hac figuratione ſanum crus citiſſimè ſupponere poterit,ſi eo,quod læſum eſt, exteriùs,ſano interiùs ingrediatur. De quo igitur eſt ſermo,bonũ eſt vt ſibi ipſi corpus eas figurationes reperiat,quæ facillimæ ſint.

Dum

Dum extra affectum crus circunducunt, intus verò sano firmantur, duplex lucrum consequuntur: quòd neque læsum crus grauatur toti corpori subnixum, neque ministerium diutiùs subit, cùm sanum per breuissimum interuallum moueatur. Nam si diligenter aduertere volueris, atque obseruare tempus, quo vtrunque crus ambulationi ministerium exhibet, non modò duplo, sed triplo amplius esse alterum altero reperies. Per paucissimam enim distantiam etiam celeri delatione sanum mouetur, ægrum verò per longissimam, & tardè. Quantò autem maior sit ingressio, quæ circulo ducitur, quàm quæ in rectum fit, patet, etiã si vtriusque termini iidem essent.

80 At cùm iis, qui nondum ad integrũ incrementum peruenere, elapsus articulus non est reuersus, decurtatur eis femur, tibia, & pes. Neque enim ossa in longitudinem similiter augescunt, sed breuiora efficiuntur, & præcipuè femur.

Totum crus, inquit, minus efficitur, & breuius, quibus femur, cùm nondum ad integram longitudinem excreuisset, luxatum est. Id quod commune cæteris quoque articulis est, quemadmodum etiam priùs dixi, cuius quidem rei communis causam ipse subiunxit, sicut mos ei est, vt in particulari aliquo, quod commune est, semel commemoret. Ob id enim inquit, absque auctione, atque alimento crus relinqui, partim quia sede sua caret articulus: partim quia ad vsum ineptũ euasit. Ego verò superiùs gracilitatis, & exiguitatis membrorum causam esse etiam otium dixi. Vtraque autem ex luxatione eueniunt. Vnde nescio quo pacto Hippocrates cùm dixerit luxationem esse in causa, déinceps otium, & vacationem membri subiungat. Luxatio enim non est, quæ primò inducere innutricationem queat: sed media instrumentorum distortio, & vacatio intercedit.

81 Carne item vacuum, & demusculatum, & effœminatum, & tenuius totũ crus fit: partim quia sede sua caret articulus, partim quia cùm in naturali situ non maneat, ad vsum ineptum euasit.

Totius musculorum substantiæ partes sunt carnes, vt sæpe in musculorum dissectione inspexistis: dum ostenderem ego duo esse sensus ipsorum elemẽta, quæ sensu perciperentur, neruosas videlicet fibras, & quæ extrinsecus ipsis accrescunt carnes. Cùm igitur aliquis exercitationibus, & frictionibus robustior, quàm erat, euadit, is fibrarum substantiam pleniorem, carnis verò tenuiorem quidem, sed validiorem tamen etiam ipsam habet. At iis, qui exercitati non sunt, econtrario euenit. Cùm enim fibras graciles habeant, carne multa, sed molli ob humiditatem præditi sunt: horum siquidem caro caseis, qui coagulantur, illorum, qui exercitati sunt, iam bene, atque integrè coagulatis persimilis est. Vnde fit vt exercitatorum musculi duri, & neruosi sint, tororúmque delineationes euidentes præ se ferant: inexercitatorum molles, & carnosi appareant: nec nisi obscuras, & exiles circunscriptiones ostendant. Propterea Hippocrates cùm his crus carne vacuum fieri dixisset, animaduerterétque plerisque exercitatis hominibus idem euenire, subiunxit. Et demusculatum. quod idem est, ac si dixisset, quod nullas musculorum circunscriptiones habet, quæ sensu percipi queant. Nõ

A enim aliquos his musculos interire credendum est: sed sicut deuenatum, & venis carens corpus appellamus, quod venas nullas extantes, atque apparentes præfert: ita demusculatum dicimus, in quo musculorum delineationes obscuræ sunt. Adde quòd declarare apertiùs volens, qualis huiusmodi hominibus: cruris species euadat, infert, Effœminatum. hoc est, humidum, & molle, & non adstrinctum, sed fluidum: cuiusmodi in mulieribus videre licet. Omnia enim hæc de mulierum carne dici conuenienter possunt: à quibus per translationem Effœminatum, dixit. Tenuius, verò post omnia adiungit, vt omnium partium, quæ in eo sunt, diminutionem ostendat, declarétque quod priùs dixerat, Decurtatur, hoc est, γυιοῦται, quasi deartuatur, & demembratur dicas. Carne enim vacuum, de sola carnis detractione: decurtatum verò, de omnibus cruris par-

B tibus diminutis dicitur.

82 Vsus enim quidam à nimia effœminatione liberat: & nonnihil etiã ab exolescentia in longitudinem. Quibuscunque cùm in ventre sunt, luxatus hic articulus fuerit, ii maximè læduntur. Déinde quibus in prima infantia idem contigit, minimè omnium, qui luxationem sunt passi, cùm adulti integrè iam sunt: quibus qualis ingressio fiat, dictum iam est.

Ex Herodoto maximè licet cognoscere vocem hanc, Quidam, hoc est, μετεξέτερος, qua hîc vtitur Hip-

C pocrates, nihil aliud significare apud Ionas, quàm ἕτερος, id est, alius. Sæpe enim Historicus ille in hunc modum nomen hoc vsurpat. Sed ex hac lectione non solùm pro ἑτέρου, id est, alio, sed pro τινός, id est, aliquo, & quodam sumi posse perspicuum est. Cùm enim antè dixerit ex otio, & vacatione crus huiusmodi luxatis decurtari, & debilitari: ne aliquis perperàm hoc interpretaretur, putarétque omnem vsum huiusce membri esse interdictum: non omnem inquit: nam quendam, hoc est, moderatum esse eum, qui non modò non noceat, verùm etiam profit: non secus, atque omnia cætera in toto salubri victu. Id quod cùm alibi, tum vno capite in sexto Vulgarium morborum in hũc modum ab eo dictum est, cùm inquit: Labores, cibi, potus, somni, venerea, moderata omnia sint.

D 83 At quibus in infantia casus hic apparet, plerique corporis directionem ignauiter habent, maléque conuoluuntur ad sanum crus, manu id ad terram suffulciẽtes. Quin & nõnulli iam adulti, quibus calamitas hæc cõtigit, ignauiter etiam ipsi deambulationem in rectum curant. Sed infantes hoc malo affecti si rectè educentur, & regantur, sano crure in rectum vtuntur: subiecto alæ eisdem sanæ partis scipione, id circunducunt. Quidam etiam vtrisque alis idem officium præstant: læsum autem crus suspensum tenent.

Iis,quibus membra ætate confirmata iam ſunt,cùm accidit hæc calamitas,crure quanuis claudicante vti licet. Infantibus verò admodum paruis, cùm idem euenit:& ſi etiam ipſi,ſi bene gubernarentur,vti eo ſecundùm naturam poſſent,deſidia quędam ſurrepit:ac propterea ignauiter erectam ingreſsionem habent, id eſt, negligunt,& præ deſidia non curant. Sed quid mirum? cùm illi quoque, qui adulti ſunt, idem quandoque faciant,dum recti claudicare non tolerant, ſed vt inquit, ad ſanum crus conuoluuntur. Quo conuolutionis verbo deambulationis modus cuiuſmodi in his fiat,manifeſtè declarauit.

84 Tantóque faciliùs ſe habent,quantò breuius læſum crus ipſis fuerit.

Faciliùs ſe habere inquit,promptiùs,atque expeditiùs incedentes:id quod ipſis euenit,cùm breuius crus læſum ipſis eſt. Non enim eſt opus, vt conuoluentes in orbem ipſum tranſferant: quemadmodum cùm integre adultis luxatio contigit. Illi ſiquidem cùm longius ex luxatione effectum crus ſit,circulo ipſum traducere coguntur:vtique ea ingreſsione, quam circunuolutim in exteriorem partem fieri ſuperiùs dixit.

85 Sanum verò crus nihilò minùs valens ipſis eſt,quàm ſi ſana vtraque eſſent.

Meritò hoc inquit. Sano enim périnde vtuntur, ac ſi vtraque eſſent ſana. Cùm igitur eius vſus idem ſit,qui eſſet,ſi vtraque in naturali ſitu eſſent conſtituta, efficitur,vt id & alimento plenum,& robuſtum nihilò minùs habeant.

86 Omnibus tamen huiuſmodi carnes cruris effœminantur, atque vt plurimùm ab exteriore parte magis, quàm ab interiore. Fabulantur nonnulli Amazonas maſculam ſuam prolem ſtatim ab infantia exarticulare conſueuiſſe, partim ad genua, partim ad coxas:vt claudi videlicet efficerentur, neque inſurgere mares contra fœminas poſſent,eíſque vti ad manualia opera ſolitas, cuiuſmodi ſutoria, aut fabrilia ſunt,aut quoduis aliud ſedentarium. Quod quidem ſicut an verum ſit, nécne, ignoro, ita illud ſcio,ſi quis ſtatim ab infantia puerulos exarticulet,tales eſſe euaſuros.

Omnibus, inquit, carnes magis extra articulum, quàm intus,effœminantur, cùm in interiorem partem exceſsit: atque hoc fit propterea quòd exterior pars magis eſt otioſa. Nam in interiore licet præter naturam,nonnulli tamen ad caput femoris fieri motus conſueuerunt.

87 In coxis quidem intúſne, an extrà facta ſit luxatio,multùm intereſt. In genibus intereſt etiam nonnihil, ſed minùs tamen. Vtriuſque verò clauditatis modus proprius eſt. Nam quod in exteriorẽ partem luxatum fuerit,magis decurtatur. Minùs verò recti ſtant, quibus in interiorem

A luxatio contigit. Simili modo ſi ad malleolum luxentur, cùm in exteriorem partem excedit,manci quidem fiunt,ſed ſtare poſſunt:cùm in interiorem, valgi efficiuntur, & ſtare minùs queunt.

Mancum,hoc eſt, κυλλὸν, nonnulli de omni membrorum longorum diſtortione intelligendum cenſent,generaléque ei attribuunt ſignificatum. Alii eam tantummodo diſtortionem ſignificare aſſerunt, in qua in exteriorem partem membrum inclinatur. Quod cùm accidit, neceſſe eſt vt ſummum eius, id eſt, pes, intrò contortus,quaſi mutilus,& mancus appareat: id quod tamen ad ſtationis firmitatem non parum confert. Nã illi etiam, qui ex naturali conſtitutione vari, & obtorti
B appellantur,ſtabiliùs ſtare,ac firmiùs ſolent, quàm qui penitus recta crura habent: quemadmodum etiam declarat Archilochus his verſibus:

Magnum ducem,& diuaricantem haud diligo:
Sed paruus is ſit,atque tortus cruribus,
Aptus ſtabiliter,corde plenus,ingredi.

Accurata tamen hæc nominis huius κυλλοῦ ſignificationis diſquiſitio parum ad præſens propoſitum facere videtur: cùm ex oratione ipſa Hippocratis res ſatis pateat. Cùm enim in exteriorem partem prolabitur articulus, vt inquit, ſtare homines magis poſſunt, quàm ſi intus prorumpat. Eſtque pes è directo magis ad totum corpus iis,quibus coxę articulus extrorſum,magíſque à directione recedit,quibus introrſum eſt eiectus. Scimus præterea eos, qui naturâ valgiores ſunt, & infirmiùs ſtare,& neque currere celeriter poſſe, ſed prom-
C ptos ad ſubuerſionem, & lapſum leuibus de cauſis eſſe. Hæc igitur rei differentia in coxa maximam, in genu ſecundam, tertiam in malleolo vim habet: quippe cùm ex dearticulationis magnitudine magnitudo quoque nocumenti conſequatur. Ex his ergo ſatis conſtat meliùs & ſtare, & ingredi poſſe, quibus caput femoris in exteriorem partem luxatum eſt: de quo paulò pòſt dicturus eſt.

88 Coauctio tamen oſſiũ talis fit: Quibus ad malleolos tibiæ os exceſſerit,iis pedis oſſa minimè coaugeſcunt:quippe cùm quàm proximè ea ad læſionem ſint. Oſſa verò tibiæ augentur non multò minùs illa
D quidem, ſed carnes tamen minuuntur. At cùm ad malleolum in naturali ſede manet articulus,ad genu verò excidit,tibiæ os nõ ſimili modo ſolet augeri,ſed breuius fit:eſt enim proximum malo. Pedis autem oſſa minuuntur quidem, ſed non ſimili modo, ſicut paulò antè dictũ eſt: propterea quòd articulus iuxta pedem eſt ſaluus,quòd ſi eo etiam vti poſſent vt manco, minùs adhuc pedis oſſa diminuerentur. Quibus verò ad noxam luxatio eſt, iis os femoris, cùm proximum læſioni ſit,non ſimili modo augetur,ſed breuius ſano euadit. Oſſa autem

tibiæ,

tibiæ,& pedis etiam non eodem modo diminuuntur:id quod ob id euenit,quia & femoris articulus,qui ad tibiam eſt, & tibiæ, qui eſt ad pedem, in natura ſua perſiſtit. Carnes tamen totius cruris minuuntur.Nā ſi vti crure poſſent,magis augerentur oſſa, ſicut dictum eſt, excepto femore: minúſque carne vacarent, quanuis carne multò magis carerent, quàm ſana. Cui rei argumento illud eſt, quòd quicunque brachio ab ortu luxato anci euaſerunt, vel in auctione priùs, quàm adulti plenè fuerint, ii cùm brachii os breuius habeant,cubitum, & ſummam manum paulò exiliorem ſanis ob antè dictas has cauſas habent: quia brachium articulo luxato proximum eſt, vt ob id breuius euaſerit. Cubitus verò propterea nō ſimili modo calamitati ſuccumbit,quia brachii articulus, qui ad cubitum eſt,in priſtino ſtatu naturali ſitus eſt.Manus verò longiùs quoque,quàm cubitus,à malo hoc abeſt.idcirco fit,vt his de cauſis oſſa, & quæ coaugentur, augeantur, & quæ non augentur,abſque auctione remaneāt. Nam ad carnulentiam totius brachii manus laboratio multùm proderit. Ad pleraque enim manus opera exercenda anci ea manu parati ſunt, quæ altera exequi poſſunt:atque id nihilò peiùs,quàm illæſa.Nō enim ſupra manus,ſicut ſupra crura geſtari corpus neceſſe eſt: ſed leuia ipſis opera ſunt. Quocirca fit,vt ob vſum carnes neque in manu,neque in cubito ancis imminuantur. Quinetiam brachium ipſum ad carnis plenitudinem ex hoc nonnullam vtilitatem conſequitur. Nam cùm coxa etiam in interiorem partem extruſa fuerit vel ab ortu,vel adhuc infanti homini, carnes ob id imminuuntur magis, quàm in brachio: quia vti crure non poſſunt.

Clara hæc omnino & déinceps ſubſequens oratio eſt:cuius hæc doctrinæ capita ſunt: ea, quæ articulis è propria ſede prolapſis ſunt viciniora, incremento, & alimento magis deſtitui: quæ abſunt longiùs,minús.In luxationibus verò femoris,quæ intus fiūt,magis,quàm quæ extrà,& augmento, & alimento carens crus euadere:propterea quòd & deteriùs mouentur,& magis impediuntur. Ancos verò,ita autem vocat,vt in luxatione brachii in alam declarauimus, id eſt, γαλιάγκωνας, eos, quibus cùm adhuc augerentur eorum corpora, ex

A huiuſmodi luxatione os brachii breuius euaſit. Illos igitur ancos minorem læſionem in toto brachio ſentire,quàm in toto crure hi,quibus extruſus coxæ articulus fuerit: ea videlicet cauſa, quia cùm illi in pleriſque vitæ operibus laborare ſatis poſsint,hi ſimili modo vti crure nequeant.

89 Atque hæc quidem in hunc modum ſe habere ex illis ſumere teſtimonium quoddam licebit, quæ paulò poſteriùs dicentur.

Teſtimonium dictorum ſe eſſe pollicetur, hæc in hunc modum ſe habere: hoc eſt, licet præter naturam aliqua ſeſe habeant,ea,quæ minùs mouentur, magis & incremento,& alimento deſtitui ſolere. Promittit ſanè ipſe Hippocrates ſe id in iis, quæ paulò inferiùs dicentur,demonſtraturum. Quocirca ego quoque cùm B ad ea verba,vbi hoc exiſtit,deueniam,hoc ſignificabo.

90 At enim quibus in exteriorem partem caput femoris excidit, iis crus affectū ſi alteri obtendatur,breuius apparet:meritò quidem.Non enim ſuper oſſe,ſicut cùm intrò excidebat,caput femoris incidet:ſed præter os inclinatum in carne humida, & cedente firmatur: vnde breuius apparet. Ab interiori verò parte ad greſſuram,quæ ϖλιχὰς vocatur,mancius femur,& macilentius:extrinſecus incuruatior clunis conſpi- C citur:vtpote cùm in exteriorem partem femoris caput prolapſum ſit. Quin & ſuperius clunis apparet,eo quòd hac parte caro capiti femoris conceſſit. Extrema autē pars femoris ad genu,& tibia,& pes introrſum tendere conſpiciuntur.

De ſecunda coxæ luxationum differentia nunc ſermo ipſi inſtituitur:ſignáque,quę apparent,commemorat, & cauſas ſubiungit,ſicut in aliis omnibus fecit, ab experimētaria doctrina nihil recedens.Sed tota quoque hæc oratio perſpicua eſt.

D 91 Sed neque conflectere quemadmodum ſanum crus poſſunt: atque extrà quidem prolapſi femoris notæ hæ ſunt.

Atque hoc fit, quia muſculi à poſteriori parte flexioni reſiſtunt, cùm in tali figuratione extenſionem tolerare diutiùs nequeant.

92 Quibus verò iam integrè adultis elapſus articulus non rediit,iis totum crus breuius apparet. In ambulatione autem calce contingere terram non poſſunt, ſed pedis pectore in terra inſiſtunt: paululúmque in interiorem partem ſummis digitis vergunt. Magíſque multò his geſtare cor-

pus læ

pus læſum crus poteſt,quàm quibus in interiorem partem luxatio contigit: partim quia caput femoris,& ceruix articuli,cùm in latus tendat, maiori parti coxæ ſubſtat: partim quia ſummus pes non extrorſum cogitur prominere:ſed propè ad directionem totius corporis , & interiùs etiam tendit.

Pectus pedis vocat,quod à diſſectionis profeſſoribus ſolum pedis nuncupatur,ſeu planta,quæ ad initiũ digitorum ſita eſt. Quibus enim naturalem in formã figuratus eſt pes,ii mediam partem cauam habẽt,quæ à poſteriore parte ima calcis extremitate,à priore initio ſoli terminatur:vt iis & calce, & ſolo , & vltimo digitorũ carnoſo apice in terra firmatis,reliqua , quæ inter hæc ſinuantur,præter exteriorem partem , quæ tota terram contingit,ſuſpenſa habeantur. Prauè tamen nonnullis pedes formati ſunt:quemadmodũ qui planci,ſeu planipedes nominantur,qui mediam partem non cauam, ſed eminentem , ac planam ab interiori parte habent : quorum formatio valgis cùm ſit perſimilis,in hac oratione ab Hippocrate prætermiſſa eſt. Conſidera igitur quę déinceps dicuntur,in formatis ſecundum naturam ſingula perpendens. Hi ſiquidem cùm moderatè progrediũtur,totum calcẽ,& ſolũ,& carnoſos digitorũ vertices in terra firmant. At ſi maxima digreſsione conẽtur incedere,inter initia quidẽ calce,déinde quando iã in priorem partẽ alterũ crus traducunt,tunc ſolo quoq; terrã cõtingunt: poſtremò quãdo ſimili modo altero pede in longiſsimũ interuallũ progredi volunt,in terra firmare calcẽ incipiũt:tũ firmati priùs pedis calce ſublato,ſummis digitis terræ obnituntur:atq; hæc eorum,qui naturaliter cõſtituti ſunt,ambulatio eſt. Eorum verò,qui ex affectione aliqua aut lõgius,aut breuius habent crus, duplex vtrorũq; cauſa eſt. Aut enim humiditas multa neruoſarum partium,aut luxationis genus: de quo nunc propoſitum eſt. Modus verò ingreſsionis priorum eiuſmodi eſt,qualis paulò antè dictus eſt: ſecundorum,qualis nunc commemoratur. Nam cùm,vt ſuperiùs dixit,caput femoris carnoſa ſedes excipiat,nõ os,quemadmodum in altera luxatione,fit , vt ibi cedẽte carne,& vnoquoq; muſculo ad proprium caput ſuum retracto,ſimul totum femur contrahatur. Atq; idcirco minus crus totum altero apparet. Neq; ſimili modo terram cõtingere,ſicut cùm in naturali ſtatu erat crus,poſſunt. Quando igitur ingredi cogũtur,qui ita affecti ſunt,contrarium in modum pedẽ figurant, quàm illi,qui anteà dicti ſunt,quibus longius crus lęſum,quàm ſanum eſſe videbatur. Illi enim ad tali dearticulationem pede reſimato ſurſum digitos attollebant:hi contrà inclinant , & deflectunt in terram pedem,ac ſummis digitis eam attingere conantur. Proptereà fit,vt circa coxam affectam ſeſe demittãt,quo non ſolùm ſummos digitos in terra firment , verùm etiam multò amplius ex pede,quàm digitos : hoc eſt, eam quoq; partem , quam à diſſectionis peritis ſolũ, & plantam appellari dixi,pectus Hippocrates nuncupauit. Quòd ſi calce etiam in terra velint deſidere, adeò demittere,ac deprimere coxam affectam cogũtur,vt cùm in alteram partem toti propendeant, periclitentur ne cadant. Hac de cauſa ne tentant quidem in ingreſsione vti calce.

Galen.

93 Cùm tamen in carne,in quam prolapſus eſt articulus,moram inuenit,& caro lentorem contraxit,dolore vacans tempo ris proceſſu euadit. Cùm verò dolore vacat,abſq; baculo,ſi alioqui voluerint, poſſunt ambulare,poſſúntq; corpus læſo crure ſuſtentare. Atq; ob vſum his fit , vt minùs carnes effœminentur,quàm illis,de quibus paulò antè dictum eſt. Effœminantur verò vel magis,vel minùs,magíſque ab interio re parte,quàm ab exteriore plerunq; effœminantur. Ac nonnulli quidem horũ calceum ſibi inducere ob rigiditatem cruris non poſſunt:nonnulli etiã id poſſunt. Quibus verò cùm in vtero ſunt,luxatus hic articulus,aut cùm adhuc adoleſcunt, vi eiectus non redierit, aut etiam ex morbo exceſſerit , extruſúſq; fuerit (multa enim huiuſmodi contingunt)horum,inquam,nonnullis , ſi inſuper ſideratum femur fuerit, ſuppurationes diuturnæ,& quæ linamenta deſiderent,exhulcerationes eueniunt , oſſiúmq; nonnullis denudationes. Simili modo verò tam quibus ſideratur , quàm quibus non ſideratur , os femoris multò breuius altero euadit, & augeri ſimul cum ſano non ſolet. Oſſa itẽ tibiæ læſi cruris breuiora quidem etiam ipſa,quàm ſani efficiũtur : ſed paulò tamen , ob eaſdem cauſas, quæ ſuperiùs etiam commemoratæ ſunt. Poſſúntq; hi ambulare:alii eodem modo, vt iam integrè adulti, quibus elapſus articulus repoſitus non fuerit:quidam ſic , vt toto etiam pede inſiſtant.

Per tranſlationem moram dixit à locis diuturna immoratione attritis,atq; aſſuefactis. Eiuſmodi autẽ oratio eius hæc eſt: Cùm caput femoris è propria ſede elapſum in exteriorem partem in carne firmatum fuerit,inter initia,qui id patiuntur, ex compreſsione dolore afficiuntur:poſteà verò temporis proceſſu caro ibi,non ſecus,ac foſſorũ manus,occalleſcit. Quod cùm fit,locus dearticulationi ſimilis euadit:cùm mora illa , quemadmodum anteà acetabulo coxæ caput femoris vtatur. Nam præter alia etiam humor quidã ibi coaleſcit , à principio ex inflammatione amplior quidem collectus,poſteà parte eius tenuiore,& aquoſa medicamentis extrinſecus impoſitis diſſoluta,lentus,ac mucoſus relictus:id quod ad motionem capiti femoris commodiſsimum eſt. Ob hanc enim humiditatem mora illa tanquam articulo vtuntur,magíſq; in exteriorem,quàm in interiorem partem inclinantur. Oppoſitas verò partes iis,quæ articulũ elapſum excepere,macilentiores,& molliores fieri proptereà, dictum quoq; ſuperiùs eſt,quia ab operatione magis

vacant. Nam illhinc vbi firmatus articulus est, licet praeter naturam, nonnullae tamen motiones existunt magis, quàm vnde discesit, primae quaedam, & ex accidenti nonnullae leues, quae ex primis illis consequũtur, quanuis partes illae effoeminentur. Atq; hoc testimonium illud est, quod in sequentibus dictũrum se esse pollicitus est, de iis partibus, quae magis vel minùs alimento destituuntur, & attenuantur.

94 Sed diuergũt tamen in ambulationibus à breuitate cruris coacti. Hæc autem huiusmodi eueniunt, si diligenter in figurationibus, & rectè, in quibus oportet, fuerint instructi: & priùs, quàm ad ambulationem confirmentur, & postquàm confirmati fuerint, nihilò minùs, diligenter, & rectè. Plurimam diligentiam requirunt, quibus à prima infantia malum hoc contigerit. Nam si in infãtia neglecti fuerint, iis inutile prorsus, caréntque augmento totum crus euadit, carnésque totius cruris magis, quàm sani diminuuntur: multò tamẽ minùs, quàm quibus intrò exciderit articulus, ob vsum, & laborem, vt statim vti crure valeant: quẽadmodum paulò antè de ancis dictum est. Sunt verò nonnulli, quibus partim ab ortu statim, partim ex morbo vtrorumq; crurũ articuli in exteriorem partem excesserunt. Iis ossa quidem iisdem noxis afficiuntur: at carnes minimè effoeminantur. Satísq; carnosa etiam, nisi quid ab interiore parte paululùm deficiat, crura ipsa euadunt. Ob id autem sunt satis carnosa, quia vtrisq; cruribus simili modo vtuntur.

Quídnam significet, diuergunt, id est, διαρέπουσι, hoc est, in vtranq; partem propendent, & inclinãtur, licet superiùs etiam dictum sit, nunc tamen etiam dicetur. Cùm femur in exteriorem partem luxatur, attrahitur à musculis, qui hac parte sunt, vt paulò antè diximus: atq; vnà cum eo totum crus contractũ breuius efficitur: vt vix attingere terram queat. Hac de causa solo pedis pectore, dum ingrediuntur, vti cogũtur: ac toto corpore ad affectum crus dum eo insistũt, inclinantur. Necesse igitur ipsis est, vt cùm sano operari voluerint, in vlteriorem partem id traducendo, in id rursus femore erecto vergant: atq; ita in ambulatione in duas has figurationes alternatim subinde immutentur, dum eo tempore, quo naturaliter affecto crure firmantur, corpus attollunt, atq; erigũt: quo verò in laesum crus incumbunt, in eam partem demittunt, atq; inflectunt. Transmutare igitur corpus modò ab erecto, & arduo statu in humilem, & flexum, modò ab humili, & deflexo in erectum, & celsum, diuergere appellauit: vno hoc verbo hãc figurationum vicissitudinem significans.

95 Simili enim modo in ambulatione hac & illhac iactantur: maximéq; clunemi nuli ob articulorum excessum videntur.

A Quibus vtriq; articuli luxati sunt, cùm vtraq; crura in exteriorem partem promineant, mutatio figurationum totius corporis in ambulando similis in vtroq; crure fit: sicut in altero tãtùm exarticulato fiebat, cùm eo in terra impresso, deprimebantur ad ile, & excauabantur. Nam cùm affecto crure firmabãtur, hoc modo figurari consueuerant: cùm altero sano insistebant, arduum attollebant corpus, directúmq; ile efficiebant. Nunc verò vtrisq; cruribus, tam dextro, quàm sinistro simili modo inclinantur: ac nihilò minùs hac, quàm illhac diuergunt in pedum firmãtium vicissitudine: id quod iactari in ambulatione dixit. Diuergere enim, & iactari, id est, διαῤῥέπειν, & σαλεύειν, idem ferè hîc significant. Communius tamen est iactari, quàm diuergere. Hîc enim euenit vt similiter vtrisq; corporis partibus figurentur, dum per vices alterutrum crus in terra sistunt. Priùs verò non ita erat, sicut demonstratum est.

B

96 Quòd si non siderata ossa ipsis fuerint, nec gibber supra coxam contigerit, (nonnullos enim talia quaedam etiam occupant) si igitur huiusmodi aliquid non euenerit, satis salubres in reliquis degunt.

Ex crurum luxatione per contagionem gibberosos nonnullos fieri perspicuum est: inflammatione primùm in vertebrarum copulis exorta, déinde duratione quadam ibidem relicta: quippe cùm fieri hoc etiam in locis extrinsecus conspiciatur, in poplite videlicet, & in cubiti dearticulatione: quin etiam in digitis non raró. Quod ἀγκύλην, id est, amentum vocãt. Fit enim in huiusmodi dearticulationibus amentalis haec extuberatio, non nisi ex duratione, quam σκίῤῥον dicunt, cùm extendentibus membrum musculis tendo non obsequitur: quemadmodum si extendentes obdurati inflectentibus non cedant: circa huiusmodi dearticulationẽ forma rigida existit, quam ὀρθόκυλλον, id est, erectimancam appellant. Potest igitur fieri, vt vel ex huiusmodi aliqua duratione spina distorqueatur, vel ex contagione tuberculo aliquo immaturo, & maligno exorto, & adstrictionem inducente. Quomodo verò ex talibus affectionibus spinae distortio consequatur, superiùs in propria eius tractatione explicatum est.

C

D

97 Magis tamen hi inepti euadunt, vt toto reliquo corpore excepto capite augeantur.

Si in exteriorem partem coxae articulus exciderit, melius, qui id patiuntur, quàm quibus intus luxatio contigit, ingrediuntur: modò ex inflammatione, & contagione pericula opportunarum partium euaserint. Sed his tamen magis, quàm illi obnoxii sunt. Secessio enim articuli in anteriorem partem super osse saltem insessionem habet: quod neque comprimi ob duritiem, neq; inflammari potest. At cùm locus exterior femoris maximis musculis sit occupatus, fit, vt ii, si luxatio eam in partem contingat, vehementi dolore afficiãtur. Contunduntur siquidẽ musculi cùm supra eos articulus prolabitur. Colliduntur, & tumore praeter

præternaturali illhuc prorumpēte,id eft, capite femoris diftenduntur:ex fenfúq; horum omnium dolorem contrahunt. Atq; ita cùm ex contufione,& collifione inflammatio his in mufculis exoriatur, qui articulum prolapfum excipiunt, cùm cætera vicina membra, tū partes circa fpinam contagione afficiuntur. Quæ vbi femel ægrotarint, iis, qui in auctione adhuc funt, tum hæc inepta magis vt augeantur, & minora,quàm cætera omnia deteriora euadunt. Meminiffe enim te oportet, id quod & fæpe à me dictum eft,& pauló fuperiùs dictis atteftatur, Sicut in iis,qui in auctione patiuntur, membra minùs augeri,ita iam adultis hominibus macilentiora fieri,& molliora. Cùm autem fpina augmēto deftituitur, confentaneum eft, vt totum corpus iis, qui hoc modo luxati funt,exilius efficiatur. Nam infra crura ex contagione minuuntur: fupra crura vfque ad caput fpina occupat. Quocirca fi & fpina breuior, & totum crus redditur:meritò de huiufmodi hominibus dici poteft,magis ineptos fieri, vt toto reliquo corpore,excepto capite,augeantur.

98 At verò quibus pofteriorē in partem caput femoris excidit, (paucis autem excidit) ii neq; ad articulum, qui excidit, neque admodum ad poplitem extendere crus poffunt. Atque id minùs,quàm quibus ex vetufto idem contigit. Hi enim magis & ad inguen, & ad poplitem articulū extendunt.

Paucis in hunc modum caput femoris luxatur ob eam,quā fuperiùs diximus,caufam:quia videlicet acetabuli profunditas inæqualis eft. Proptereà enim fit, vt vbi parum excauatum os eft, frequentiùs excidat articulus:atq; idcirco in interiorem partem magis id contingit. Vbi verò altiùs defcendit,rariùs. Vnde paucis in pofteriorem partem luxatio hæc fit. Euenit autem in hoc luxationis modo, vt ad inguen nullo pacto, ad genu non perfectè crus extendatur. Cuius vtriufq; caufa mufculorum pofitura eft, quorum totam naturā exactè & in Mufculorū diffectione, & in fecundo Diffectoriarū tractationum licet defcriptam habeatis,pauca quædam tamen hìc quoque afferam, vt in memoriam vobis ea reuocē,quæ dum fimiam diffecarem, fæpe infpexiftis. Id enim animal in plerifq; homini corporis ftructura correfpondet. Memoria igitur repetite primum mufculum ex lumbo ad proceffum eum femoris pertingere, quem paruū trochanterem, quafi rotatorē dixeris, vocant:fecundum ex offe pubis huic continentem,qui ad eundem proceffum connectitur. Hi mufculi quando caput femoris retro excidit, cùm illhuc circumuoluantur,& circumtorqueātur circa acetabulum, vehementer intenduntur: fique is,qui hoc patitur, extēdere articulum hunc vellet, opus effet, vt totum femur ei retro conuolueretur:atque ita prædicti duo mufculi tracti, atque intenti maiorem in modum affligerentur. Nam cùm fint maiores effecti,quàm priùs effent,maiorem diftentionem tolerare abfque dolore nō poffunt. Quin neq; omnino id poffet,proptereà quòd caput femoris,quod ex acetabulo excidit,à pofteriore parte offis,quod ipfum cōtinet,collocatum eft. Quòd fi penitus inflexo inguine extremum femoris, quod ad genu eft,effet multum attollendum,neceffe effet, vt caput femoris ad interiorem partē conftitueretur. Quod fanè fieri nequit, nifi mufculus, qui ipfum excepit, diuulfus fuerit, in quem id naturali fua dearticulatione prorupit. Adde quòd neq; alterum id,quod priùs,quā extenderetur articulus in dearticulatione inguinis fiebat,exiftere ampliùs valet. Nā neq; extendi, neq; infle cti integrè ampliùs poteft. Cæterū cur Hippocrates alterius tantūmodo, id eft, extenfionis mentionem fecit? Ob id fanè, quia ftatim poft luxationem inflexū femur apparet: quippe cùm extremitas eius iuxta genu tantū in priorem partem proceffèrit, quantum caput in pofteriorem abiit,quantùmque ad inguen crus inflexum confpicitur. Ad poplitem prætereà mufculi omnes pofteriores, cùm in pofteriorem partem hoc modo fecedit femur, in originibus fuis defuper intenduntur:quibus partibus intentis totum quoque reliquum eorum corpus extendatur neceffe eft, vfque ad tendones, qui ad tibiam pertingunt. tendonum verò extenfio tibiam inflectit: quapropter qui ita luxati fūt,nō iniuria vtraf que dearticulationes inflexas habere confpiciuntur: quas cùm extendere conentur, in ea maximè, quæ ad inguen eft,laborant,impotentéfq; funt. Vnde Hippocrates hos tantū dixit dearticulationes has extendere non poffe: fed in coxæ articulo abfolutè dixit: in genu adiunxit, Admodum: quod valde, & multùm fignificat, quafi ibi extendi quidem crus poffit,non tamen multū, & perfectè. Quod enim perfectè fit,nihil ab eo,quod naturale eft,deficere confueuit. Hoc autem euenit eandem ob caufam,ob quam fit, vt poft exarticulationē, poplitis articulus confeftim inflectatur. Sciendum ete nim tibi illud eft, quod in omnibus diftortionibus eft commune,cùm intēduntur partes aliquæ ex proximarum confequutione inclinationes in eas fieri. Nihil enim eft ex iis, quæ dimouentur, quod ita propria quadam affectione fedem fuam deftituat. Sed cùm à continente trahatur,continens etiam ipfum & proximū trahit. Atque ita vna quidem communi ratione intenditur:cùm tamen vna caufa id non patiatur. Nam & humefacto fupra quàm par fit,& exiccato, & inflammato item,& durato,& è fede fua exturbato commune eft, vt affectio cōtingat: idcirco de omnibus huiufmodi diffufiùs Hippocrates déinceps docuit: & nos quoq; fermones eius fequuti omnia explanauimus.

99 Aduertendum tamen illud quoque eft,quòd ficut vtile eft,& magnificiē dum,ita latet plerofque,neque eos,qui fani funt,poffe poplitis articulum extendere,nifi etiam articulū inguinis fimul extēdant: nifi velint valde furfum pedē fuftollere. Ita enim poffunt. Hi igitur neque cō flectere poplitis articulum fimili modo, fed multò difficiliùs queunt, nifi inguinis quoque articulum conflexerint.

Quam dixi effe mēbrorum, & partium communicationem,cùm aliquo motu priuantur,& non propriā quandam affectionem, in naturaliter conftitutis mufculis nunc declarat. Nullus enim ex ipfis,licet multi fint, ex femore dependet: fed alii ex offe ilium defcendunt: alii ex coxa exoriuntur: vnus folus ex offe pubis deuenit: vt neceffe ob id fit, vt dearticulationes mutua agitatione moueantur: ficut modò in pedis, & poplitis articulo demōftratum eft: in quibus fimul ad inguen etiā

ineſſe communicationem quandam apparebat. Sicut
enim oſtendimus eos, qui poſteriorem ipſorum par- A
tem mouent, ab inferioribus femoris extremitatibus
ad condylorum, & tuberculorum radices exoriri, ita
nunc alios intellige anteriore parte ſupra pedem in ti
biam à prędictis initiis pertingere. Cùm igitur poples
extẽditur, poſteriores, cùm inflectitur, anteriores ex-
tendi neceſſe eſt: cùm alteri ex his ampliùs, quàm na-
turale ipſis ſit, intenduntur, oppoſiti retrahunt, & nõ
ſequuntur. Oppoſitos autem voco extendentes infle-
ctentibus: hoc eſt, poſterioribus anteriores. Satis erit,
puto, ſi perſpicuitatis cauſa duorum muſculorum exẽ
plo rem hanc explicauero. Nam qui omnes crurum
muſculos in diſſectionibus contemplati ſunt, ex his
duobus de aliis quoque eadem poterunt conſiderare:
qui non viderunt, iis ne de duobus his quidem ſatis
clara oratio erit. Hi igitur muſculi ex iliorum oſſe ex- B
orti deferũtur, ac primùm femoris dearticulationem
ad inguen, déinde totum femur, tum alteram dearti-
culationem ad genu tranſgreſsi, alter, qui anguſtior
eſt, ad vnum femoris tuberculum delatus paulò infe-
riùs, ac poſteà rurſus reflexus in priorem tibiæ partẽ,
quam ἀντικνήμιον vocant, ibi in interiore eius ſede in-
nectitur: alter magnus validiſsimum producit tendo-
nem, qui cum altero tendone commiſcetur à maxi-
mo muſculo ex anterioribus exortum habente, qui à
clune deſcendit: primùm hic patellæ inhæreſcit, po-
ſteà in tibiam innectitur. Quando igitur ad inguen
crus inflectitur, minor hic muſculorum longitudo,
quando extenditur, maior efficitur: genu verò, & po-
plitis dearticulatione inflexa, qui patellę inhęret, bre
uior: qui ab interiore parte fertur, lõgior euadit. Qua
re anterior ſumma extenſione diſtendetur, ſi ad inguẽ C
extento crure, poplitem conemur inflectere. Si con-
trà extento poplite inguen inflectamus, poſterior idẽ
patietur. Deſcendens enim ex alto loco per priorem
partem femoris inflectitur: atq; inde obliquè conuer
ſus ad tibiæ anteriorem partem, quæ vocatur, reflecti
tur. Meritò igitur hic cùm longior efficitur, primas
partes & femoris, & tibiæ longiores reddit. Extremã
verò muſculorum contractionem, extremámque ex-
tenſionem dolorem afferre, in libris De muſculorum
motu demonſtratum eſt. Ac contractionem quidem
ipſi operantur: extenſionem ab oppoſitis tracti patiun
tur. Cùm itaq; muſculis ad contractionem operanti-
bus oppoſiti dolore non affecti coextenduntur, natu
rali quidem modo in communicationibus iam dictis
dearticulationum, præter naturam verò in iis, quæ
déinceps dicentur, tunc fit, vt multi medici decipian
tur, puténtq; muſculos eos eſſe affectos, quorum im-
pediri operationem vident. Sed hoc ex ſequentibus D
etiam manifeſtiùs patebit.

100 Multa item alia in corpore fratra-
tiones huiuſmodi habent, & circa neruo-
rum contractiones, & circa muſculorum
figuras, & cognitu digniora, quàm quiſpiã
opinetur: in natura etiam inteſtinorum, &
vniuerſi ventris, & vteri erroribus, & con-
tractionibus. Sed de his alibi tractatio cum
his, quæ dicuntur, conſentiens, habebitur.
Nunc verò de quo eſt ſermo, neq; exten-
dere crus poſſunt, ſicut iam dictum eſt: bre
uiúſq; id duabus de cauſis apparet: partim
quòd non extenditur, partim quòd ad car
nes natium prolapſus articulus eſt.

Dictum à me etiam ſuperiùs eſt, communitates, &
cognationes partium ἀδελφίξιας, id eſt, fratrationes
ſolere Hippocratem nominare, quaſi fraternitates, &
congermaneſcentias dixeris. Sententia autem eius
hæc eſt: Cùm altera pars affecta eſt, in altera vel opera
tionis, vel poſituræ, vel figuræ, vel magnitudinis læ-
ſionem exiſtere, communémque in omnibus cauſam
eſſe intentionem, quæ in oppoſitum locum fit, vtputa
ex poſitura, vt ab euidentiſsimis exordiar: multos vi-
di, ex iis, qui in artem ſeſe ingerunt, licet legitimè eã
non didicerint, cùm repentè contrahitur aliquod mẽ
brum, ita vt & magnitudine breuius appareat, & pri-
B ſtinum ſitum non exquiſitè ſeruet, ad remedia ſtatim
ei adhibenda confugere: cùm tamẽ id nulla affectio-
ne eiuſmodi præditum ſit, quæ curationem aliquam
requirat. Nam ſi alterius buccæ muſculi reſoluantur,
fit, vt altera oppoſita breuior, & quaſi conuulſa appa-
reat: ea verò, quæ affecta eſt, ſanam conſequens exten
datur. Propterea enim quòd muſculi omnes vnã ha-
bent propriam operationem, vt ad ſua capita ſinguli
attrahantur: cùm qui in ſiniſtra bucca ſunt, ſuam ope-
rationem amiſerunt: alteri, qui ſunt in dextra, valen-
tes, & naturaliter affecti, operando totam in ſe buccã
dextram, & labra attrahunt, atq; ita efficitur, vt ſini-
ſtrum labrum extentum, & longius ſe ipſo, dextrum
breuius, & cõtractius appareat: atq; hîc quidem quod
ſanum eſt, atq; illæſum, cùm alterã partem buccæ re-
ſolutã ad ſe attrahat, breuius euadit. Aliàs verò quod
C affectione caret, ab affecto trahi, ac conuelli cõſueuit:
quemadmodum cùm aut tendo, aut muſculus duratus
extendi vnà cum oppoſitis nõ valet. Cuiuſmodi mul
ta & in manus digitis, & in cubito, & poplite contin-
gere conſpiciuntur, dum vel amentantur, & incuruã
tur, muſculis, aut tendonibus ab interiore parte affe-
ctis: vel ex læſionibus huiuſmodi extrinſecus rigidi,
& erectimanci euadunt. Ita enim medicis appellare
mos eſt, id eſt, ὀρθόκυλλον, cùm extentum aliquid ita
fit, vt conflecti nequeat. Idem ex magnis, & duris ci-
catricibus euenire conſueuit. Nam cùm ab interiore
parte concreſcunt, amentãt, & contrahunt membrũ:
cùm ab exteriore, vitium, quod erectimancum, vt di
xi, vocatur, inducunt. Ex ſiccitate item, & ex multa
humorum influxione, aut ventoſo, & flatuoſo ſpiritu
idem contingit. Nam dum in ſe coguntur quę ita af-
fecta ſunt membra, conſentaneum eſt, vt oppoſiti mu
ſculi imbecilles reddantur ad operandum: cùm qui
D contracti ſunt, membra ad ſe retrahant. Sic etiam cõ-
uulſiones fiunt, cùm muſculi ipſi à ſeſe primò, ac prę
cipuè ad propriam originem trahantur, déinde per
ipſos membra quoq;, in quæ pertingunt. Simili mo-
do & vterus modò ſurſum abit, modò in latus promo
uetur: nec ipſe quidem propria ſua operatione, ſed ab
altero tractus è ſede propria recedit. Nam quæ tra-
hunt, multa ſunt. Nexus enim, nerui, arteriæ, venæ,
quæ in ipſum pertinent, omnia hæc efficere id ido-
nea ſunt: cùm in tumorem exurgentia tantum demũt
de longitudine, quantum in latitudinem creuerit.
Commune ſiquidẽ hoc corporibus omnibus eſt, quæ
diſtentiones, & contractiones admittunt, non viuen-
tibus tantummodo, verùm etiam vita carentibus, atq;
inanimatis: cuiuſmodi vtres, & ſacculi, & cirri ſunt.
Vterus igitur hac de cauſa & attrahitur, & detrahitur:
&non

& nonnulla quoque ex inteftinis: & mufculi multi, & per mufculos membra, & maxillæ. Huic rei confenta neum quoddam etiam vbi de affectibus fpinæ ageba-tur, in gibberofitate, & repanditate, & obftipitate fu-periùs demonftratum eft.

101 Natura enim ofsis coxæ ea parte eft, qua & caput, & ceruix femoris ineft. Quando verò luxatum fuerit, pronum in exteriorem partem natium defertur. Con flectere tamen hi, fi dolor non prohibeat, poffunt.

Natura, & forma ofsis coxæ tenuis eft, vbi eft ace-tabulum. Cõftat enim feceffum capitis femoris in po-fteriorem partem non nifi in pofteriore acetabuli fe-de firmari: ita vt inter cauitatem, & caput femoris os id intercedat, quod à pofteriore parte acetabulum cir cundat: quæ profectò non nifi pars coxæ ipfius eft: de quo nunc loquens, pronum in exteriorem partem na-tiũm deferri inquit. Perfpicuum fiquidem iis eft, qui diffecari hæc loca alíquando viderunt, caput femoris cum tota ceruice in mufculum magnum natium incu buiffe, qui extenfionem dearticulationis huius effi-cit: à quo quidem mufculo tendo quidam membra-neus exoritur, cum eo vnitus, quem pauló antè dixi-mus ex duobus anterioribus femoris mufculis origi-nem habere, patellámq; tranfgreffum in caput tibiæ innecti. Hic igitur mufculus, qui caput femoris prola pfum excipit, maximè omnium dolore afficitur, cùm ab eo comprimatur, & diftendatur: quare neceffe eft vt etiam inflammetur: eúmque, quem modò dixi, mẽ braneum tendonem ad fe trahat. Quod cùm euenit, vt doleat æger, cùm poplitem inflectit, cõfentaneum eft. Quoad enim poples inflectitur, diftendatur à pa-tella tendo, & contundatur neceffe eft. Diftentus ve-rò hic furfum ad mufculum illum magnum, vnde exo ritur, in quem caput femoris incubuit, intentionem remittit. Proceffu tamen temporis fit, vt vbi finita inflammatio mufculi huius fuerit, párfque eius, quæ articulum attingit, humorem aliquem lentum colle-gerit, callúmque contraxerit, inflexio poplitis abfq; dolore efficiatur. Ad hoc quoq; conducunt & cętera, quæ anteà de cruris mufculis dicta funt.

102 Et tibia, & pes, modeftè recta ap-parent: & neq; hac, neq; illhac multùm in-clinata.

Modeftè, quod ἐπιεικῶς, dixit, neq; perfectè, neq; ve hementer, neq; prorfus hic fignificare, fed mediocri-ter, ex ipfa eius oratione perfpicuum eft: quippe cùm ipfe Hippocrates fubiungens, Neque hac, neq; illhac multùm inclinata. velit fignificare non multum di-ftortionis cruri adeffe, fed parum id inuerfum effe, ac diftortum. Propterea enim inquit, Et tibia, & pes mo deftè recta apparẽt. périnde ac fi mediocriter, ac pau lulùm recta apparere dixiffet.

103 Ad inguen verò crafsior effe caro videtur, prætereà etiam fi attrectetur: quip pe cùm in alteram partem articulus fuerit prolapfus. Ad nates autem femoris caput attrectatum extuberare magis etiam con-fpicitur. Atq; hæ quidem notæ funt, cùm in

Galen.

A pofteriorem partem femur excidit. Porrò cuicunq; adulto iam prolapfum hoc mo-do femur non rediit, vbi tempus aliquod intercefsit, & dolor iam fuit fedatus, articu lúfque in carne verfari affueuit, ambulare is quidem poteft, vehementer tamen con-flecti ad inguina ambulando duabus de caufis cogitur: quia videlicet multò bre-uius ob antè dicta crus efficitur, multúmq; abeft, vt terram calce attingat: fiq; tẽtaret vel paululùm, nullo alio obfirmatus pede, eo fuftẽtari, retro decideret. Multùm enim

B in pofteriorem partem coxæ vltra pedis ingreffum propenderent: tum fpina in co-xas incumberet. Vix igitur pedis pectore infiftit. Sed neq; id facit, nifi fe ipfum ad in-guina inflexerit, & alterius cruris poplitẽ incuruarit. Ita enim fit, vt manu obiecta fu periori parti femoris læfi cruris in fingulis grefsionibus firmetur: id quod vt ad ingui-na inflectatur, aliquantulùm cogit. In cru-rum enim vicifsitudine in ambulatione fu ftineri læfo crure corpus nõ poteft: nifi ma nu admota crus affectum terræ obfirma-

C rit: quippe cùm articulus corpori non fub-ftet, fed ad coxam in partem pofteriorem extet. Hi tamen abfq; baculo ambulare, fi affuefcant, poffunt: propterea quòd incef-fus pedis priftinam directionem obferuat, non in exteriorem partem inclinatur. Vn-de nullo indigent baculi renixu, quo obfir-mentur. Quanquàm fi loco appræhenfio-nis femoris, fcipione fub ala, quæ fupra crus affectum eft, fubiecto vti velint, qui longiorem fcipionem adhibent, rectiores quidem ingrediuntur: pede tamen in ter-

D ra nequeunt firmari. Quod fi firmari ve-lint, breuior iis baculus faciendus eft, ad inguináque inflectantur, neceffe eft. At e-nim carnium imminutiones his quoq; pro ratione, ficut fuperiùs etiam dictum eft, ef-ficiuntur. Qui enim fufpenfum habẽt crus, nihílque laborant, iis vel maximè immi-nuuntur: qui verò ingrefsione plurimùm vtuntur, minimum quidem iis carnis im-minutio fit, fed fanum tamen crus vtilita-tem non modò non cõfequitur, fi læfo cru-re in terra infiftendo vtantur, verùm etiam

deformius euadit: cùm illi inſeruiendo & promittere coxam,& poplitem inflectere cogantur. At ſi affecto crure in terra quiſpiam non vtatur,ſed ſuſpenſum id habeat, ſcipionéque obnitatur,ita fiet,vt ſanum robuſtum euadat:cùm & naturali in ſtatu incedat,& exercitatione inſuper corroboretur. Cæterùm hæc extra medicinam eſſe diceret fortaſſe quiſpiam. Nã quid de iis, quæ incurabilia iam euaſerunt, ſcire amplius nobis opus eſt. Nam & hæc intelligere eiuſdem ſententiæ eſt. Non enim fieri poteſt,vt à ſe mutuò abalienentur. Dare ſiquidem operam debemus, vt quæ curabilia ſunt,incurabilia non euadant: intelligendo quo pacto ne ad incurabile deueniant,prohibenda ſint. Incurabilia verò intelligenda etiam ſunt,vt ne maximè offendant. Prædictiones autem ſplendidæ,& glorioſæ ex eo exiſtunt, quòd dignoſcimus, quo,& qualiter, & quãdo deſinere aliquid debeat,ſiue in curabilem,ſiue in incurabilem affectionẽ conuertatur. Iam verò quibus ab ortu,vel alioqui in auctione adhuc conſtitutis,ita retro elapſus articulus eſt,& non eſt reuerſus,ſiue per vim,ſiue per morbum exceſſerit:(multæ enim huiuſmodi luxationes in morbis contingunt:quínam autem morbi ſint,in quibus articuli prolabãtur,poſteriùs ſcribetur) ſi igitur luxatus nõ redierit, femoris primùm os breue efficitur:tum nocumentum patitur totum crus: ac multò magis & augmento,& carne,propterea quòd nihil eo vtuntur, deſtitui conſueuit.

Dictum à me etiam ſuperiùs eſt,ſolere Hippocratem modo hoc loquendi vti ποτὶ καὶ, id eſt, præterea etiã,cùm augere rem voluerit. Talis enim oratio eius eſt: Ad inguen craſsior eſſe caro inſpicientibus videtur,præterea etiam,id eſt,præcipuè etiam,& multò magis, ſi locum quiſpiam attrectet. Cætera omnia, ſi quis memoria teneat ea,quæ iam dicta ſunt,patent.

104. Nocumentum enim his etiam poplitis articulus patitur:nerui ob ea,quæ dicta anteà ſunt,intenduntur. Vnde quibus hoc modo coxa exciderit,ii extendere poplitis articulum nequeunt. Vt enim ſummatim dicam,cuncta, quæ in corpore ad vſum facta ſunt,ſi quis ea moderatè vtendo exerceat his laboribus, quibus ſingula ſunt aſſueta,ſalubria euadunt,benéq; augẽtur,& bene ſenium ferunt. Si contrà,non vtatur eis quiſpiam,ſed quieſcat,morboſa, & incremento carentia efficiuntur, celeritérque conſeneſcunt. Inter quæ articuli nõ minimè idẽ patiuntur,& nerui,niſi eis quiſpiam vtatur. Ob has igitur cauſas nocumentum maius accipiũt in hoc luxationis modo, quàm in aliis: quippe cùm totum crus,quantum & ad oſſa, & ad carnes attinet,incremento deſtituatur. Hi igitur quãdo in viros iam euaſerunt, ſuſpenſum, & conflexum crus detinentes altero ſuſtinentur,ac geſtantur,baculo aut vno, aut duobus innixi.

Coxam excidere,pro articulum coxæ dixit. Sæpe enim iam diximus veteres omnes nondum hanc,quę poſteà diligenter eſt exercitata,exquiſitam, ac minutam in nominibus obſeruandis curioſitatem nouiſſe: ſed ſatis habuiſſe,ſi in exponendis rebus ſolum id ſpectarent, vt audientes intelligerent. Quod igitur inquit,huiuſmodi eſt: Quibuſcunq; in poſteriorem partem femur excidit,iis nõ ſolùm articulus, qui luxatus eſt, nocumento afficitur,verùm etiam inſuper poplitis articulus patitur. Propterea enim addit, Etiam, coniunctionem,& non abſolutè dixit, Nocumentum enim his poplitis articulus patitur. Quo autem nocumento afficiatur,ipſe manifeſtè declarat, cùm ait, Nerui intenduntur. An autem neruos appellet eos, qui propriè ita nominantur,qui à dorſi medulla exoriuntur, an muſculorum proneruationes, quæ in tibiam pertingunt,nihil ad præſens propoſitum refert: quippe cùm vtraq; teſtimonia nobis eſſe poſsint,ſi antè dicta in ſuperiore oratione rectè explanemus, vbi dicebat,quibus ita excidiſſet coxa, eos articulum ad poplitem extendere non poſſe:communémque quandam rationem adiungebat, multas inquiens læſiones membris quibuſdam contingere quantum ad formas, & magnitudines, & ſitus, & motus ſpectat: cùm tamẽ membra illa nullo proprio morbo afficerẽtur:ſed alia quædam,quæ cum illis communicationẽ haberent,eſſent ea,quæ paterentur:& præcipuè intentiones eſſe harum contagionum cauſam afferebat: de quibus ego ſuperiùs diſſerens,tribus modis eſſe poſſe huiuſmodi cauſas docui. Vno, cùm reſolutus muſculus aliquis fuiſſet: nam in eo caſu alius, qui ſanus eſt,contractus,cõuulſúſq; apparet. Altero modo,cùm aduerſarius extentus fuerit. Alio,ac tertio,cùm quod ſanum eſt,à continente,& proximo attrahitur: ſicut in vteri ſeceſsionibus contingit. Nunc igitur cùm poſterioribus neruis,& muſculis, & tendonibus intentis poples inflexus ſit,extendentibus muſculis nõ obtemperat. Superiùs De tendonum,& muſculorum intentione dixit:nunc De neruis ait,qui à dorſi medulla exorti ad crura deferuntur,quorum quidem tres origines ſunt. Vna,in prioribus partibus ad magnũ foramen oſsis pubis. Secunda,ad inguẽ, qua & vnà cum magna vena, & extra ipſam in anterioribus femoris partibus neruus defertur. Sed hæ paruę ſunt. Illud maximum

ximum neruorum initium est, quod in totum crus pertinet à posteriore parte, primúmque ab eo loco egreditur, quod inter latum os est, & id, quod κόκκυγα, hoc est, cuculum vocant. Hoc igitur initium prolapso in posteriorem partem articulo colliditur, atq; intenditur. Ac propterea dixi posse nihilò minùs hîc Hippocratem de iis, qui propriè nerui appellantur, intelligere.

105 Cùm autem in anteriorem partem caput femoris prolabitur, id quod paucis contingit, extendere quidem integrè crus ægri possunt, sed conflecti ad inguen minimum queunt. Si item poplitem cogantur inflectere, laborant, longitudo verò cruris ad calcem quidem vel prorsus similis apparet.

Profunditatem acetabuli, quæ omnibus in partibus æqua non est, esse in causa vt alibi raró, alibi frequenter articulus excidat, superiùs iam dictum à me est. Nunc eùm de luxatione femoris in anteriorem partē facta agat, contraria pati eos, qui ita affecti sunt, inquit, illis, quæ in posteriorem partem luxatis eueniebant. Illi enim extendere crus, hi inflectere nequeunt: ad inguen quidem propterea quòd in ipso flexu caput femoris vnà cum ceruice tunc est: ad genu, ob anteriorem musculū, qui ab osse ilium defertur: qui cùm à capite femoris in eum prolapso incuruetur, colliditur, ac distenditur. Is enim cùm extendi am pliùs non posit, si quis inflectere poplitem conetur, resistit: longitudo verò cruris similis apparet. De luxatione in interiorem partē ipse superiùs dixit his verbis, Nam ossi, quod à coxa procedit, superiúsque ad pectinem fertur, caput femoris insidet, articuli verò ceruix in acetabulo vehitur. cùm priori tempore nō in ipso tota, sed maiore sui parte in acetabuli profunditate veheretur. De hac verò luxatione nunc ita scribit, Atq; ad inguen quidem extuberantur: & contentus locus is apparet. vt in hac luxatione secus, quàm in illa, ad femur in anteriorem partem, & pauló etiā inferiorem recesserit. Propterea enim fit, vt affectum crus sano equale videatur: atq; id maximè ad calcem. Nam summus pes inclinari in terram minùs potest. Cuius rei causa & superiùs à nobis dicta est, & deinceps etiam summatim referetur.

106 Sed summus pes in anteriorem partem prominere minùs vult. Totum tamen crus cum neq; hac, neq; illhac inclinetur, directionem naturalem obtinet.

Velle, hic pro posse positum est, quemadmodum apud Homerum, cùm inquit: Nec profluere ipse volebat. id est, poterat. Summum pedem autem, partem eam pedis vocat, quę à planta, & solo, vsq; ad digitos, & vngues porrigitur. Euenit enim, sicut anteà dictum est, vt extento poplite non rectè in posteriorem partem tali articulus inflecti queat. Hæc igitur nunc quo que exponere cùm velit, inquit: Sed summus pes in anteriorem partem prominere minùs vult. significans digitos, qui est summus pes, non posse facilè protendi, & inclinari, neq; in terram deferri.

107 Dolore verò hi statim præcipuè afficiuntur: vrináque his inter initia magis,

Galen.

A quàm aliis in luxationibus supprimitur.

Causam ipse, cur hæc contingant, subiungit.

108 His enim caput femoris proximè ad opportunos tenores eiectum est: atq; ad inguen quidem extuberantur: & contētus locus is apparet, ad nates verò, rugosior, & macilentior. Atq; hæc sanè, eorum, quibus hoc modo femur excesserit, indicia sunt.

Tenores, id est, τόνους, hic nominat neruos, qui vnà cum arteria, & vena per inguen deferuntur: quos opportunos appellat, propterea quòd, sicut etiam anteà didicimus, qui magnam habent vim, eos ita vocare consueuit. Hi autem magnam vim habent, cùm proximè ad dorsualem medullam siti sint, & iis in partibus exortum habeant, vnde nerui ad vesicam deueniunt. Idcirco enim fit, vt in his luxationibus contagio vesicæ consequatur, cùm inflammatione oborta ad vrinam excernendam ea impotens redditur. Fortasse etiam ob magnitudinem inflammationis in collo vesicæ existentis, vbi adstringens musculus est, vrina supprimitur: cùm inflammatæ partes meatum occuparint, atq; obstruxerint.

109 At quibuscunq; in viris iam adultis articulus hic luxatus non rediit, ii, vbi dolor iam cessauit, & articulus eo in loco, in quem prolapsus est, versari assueuit, ambulare statim ferè erecti absq; baculo possunt, sed admodum directi: quippe cùm in læso crure neq; ad inguen, neq; ad poplitem flecti facilè queant. Ex inguinis enim inflexibilitate directiore toto crure, quàm cùm sani erant, in ambulatione vtuntur.

Statim à principio, cùm luxatio hęc cōtigit, dolorem accidere his, vrinámq; supprimi dixit. Vbi tamē tempus processit, & hæc iam cessarunt, ingredi possunt. Sed cur hæc cessant, si in eodem loco caput femoris permanet, & nihilò minùs neruos comprimit, atq; intendit? Te ipse hoc docet, cùm adiungit, Et articulus eo in loco, in quem prolapsus est, versari, atq; agitari assueuit. In assuetudinem enim referre huiusce rei causam videtur. Nam quæ comprimuntur ab aliquibus, cùm tempore callum contrahunt, facilè postea ea tolerant: simili modo quæ extenduntur, cùm eodem tempore pati id assueuerint, dolore non ampliùs afficiuntur. Cur verò absq; baculo recti ingredi queant, ipse sequendo declarat. Summa orationis eius est, quòd crus his in directione ad corpus seruetur, & neuter articulus neq; ad inguen, neq; ad genu inflectatur.

110 Trahúntque hi interdum per terram pedem: quippe cùm & superiores articulos non facilè inflectant, & toto pede ingrediantur. Nihilò enim minùs hi calce, quàm anteriore pedis parte insistunt.

Superiores articulos, qui est ad inguen, & qui est ad poplitem vocat. Articuli autem, qui ingressioni inseruiunt, quatuor sunt: ad inguen, ad poplitem, ad talum, ad digitos. Hunc vltimum licet multi sint, ob vsus ta-

men, & operationis communionem, loco vnius connumero: qui ſanè parum quid confert. Nam vt pedem in terra firmemus, ex eo maximè euenit, cùm parum quid ipſi digitorum articuli adiuuant. Tota tamē crurum operatio & in ingrediendo, & in currēdo etiam multò magis ex inguinis, & poplitis articulis procuratur. Cùm enim hi inflectūtur, ſublatum à terra crus facilè demittitur. Meritò igitur nunc cùm neuter inflectatur, trahere ipſos per terrā pedem dixit. Interdum, verò adiunxit, tum ad ſolorum terræ differentiam, tum ad læſionis quantitatem ſpectans. Nam qui in plano ſolo, & decliui ingrediuntur, etiam ſi parum crus inflectant, ſuperioribus articulis, pedem nequaquam trahunt. Qui verò contrà, in inæquali loco, & accliui incedunt, quanuis multùm inflectant, tantum abeſt, vt pedem non trahant, vt etiam in eminentias ſoli aliquando offendant, atq; impingant. Toto autē pede ingrediuntur, qui & calce, & planta, & digitis ſummis in terra innituntur. Non enim illi, quibus in poſteriorem partem receſſerat articulus, atque ob id breuius crus habebant, calce in ambulando vtebātur: ſed ſatis ipſis erat pedis pectore in terra firmari: quod à diſſectionis profeſſoribus ſolum, & plantam appellari dixi. At cùm in priorem partem excidit, calcem ii in terra priùs firmant, propterea quòd tunc digitorum parte inſiſtere nequeunt: qua tamen poſteà vtuntur, cùm iam crure affecto innixi transferre alterum aggrediuntur.

111 Quòd ſi poſſent magnis greſsibus progredi, vel admodum calcigradi eſſent: nam valentes quoq; quantò magis progrediendo ambulant, tantò magis calcigradi ſunt: dum pedem alterum ponunt, & contrarium attollunt.

Eos, qui multùm progrediuntur, in terra calcem firmare, & dictum à me ſuperiùs eſt, & euidenter apparet. Nihilominùs item conſtat non multùm omnino progredi eos poſſe, qui ſuperiores articulos qualibet de cauſa inflectere nequeūt. Hoc autem ipſis euenit, propterea quòd laborem non ferunt, quem in transferendo extentum crus ſuſcipere coguntur. Nihil enim aliud impedimento ipſis eſt, ne longè progrediātur. Nā ſi ſano crure firmato velint id facere, poſſunt quidem, ſed non ſine labore, & defatigatione. Quare meliùs fortaſſe oratio hæc in hunc modum enuntiari potuiſſet: Quibus in anteriorem partem coxæ articulus excidit, ii in ambulationibus nihilò minus, quàm planta, & digitis calce vti queunt. Et ſi ſuſtinerent, & paterentur magnis greſsibus progredi, vel admodum calcigradi eſſent. Sed non tolerant, propterea quòd dum rigidum crus difficulter transferunt, labore afflictantur.

112 Quocirca quibus ita excidit, & adhuc magis calce oppangunt, quàm anteriore pedis parte.

Oppangere, id eſt, ἐγχρίμπτειν, de iis conſueuit dicere, quæ inter ſe connituntur, & ſeſe contingendo allidunt. Hoc ſignificato etiam eſt vſus, cùm conformare fracturas conſulebat. Diducenda enim priùs oſſa fracta, ac diſtrahenda à ſe mutuò extenſione eſſe affirmabat. Ita enim faciliùs repoſitionem fieri, quàm ſi quis oppacta ea inter ſeſe committeret. Apertè verò hic explicauit, quod paulò ſuperiùs dixerat. Nihilò

A enim minùs hi calce, quàm anteriore pedis parte incedunt. Quod clariùs quoq;, & meliùs dictum fuiſſet, ſi quis hoc modo enuntiaſſet: Nihilò enim minùs calce hi, quàm anteriore pedis parte, ingrediuntur, verùm etiam magis. Sed, Adhuc etiam magis. ſuperiùs non addiderat.

113 Anterior enim pedis pars, cùm reliquum crus extentum eſt, in priorem partem flexari non poteſt, ſicut cùm inflexum crus eſt: neq; contrà ſimari pes poteſt, conflexo crure, ſicut cùm extentum eſt. Ac ſana quidem natura ita conſtituta eſt, ſicut dictum eſt, cúmque luxatus articulus non
B redierit, ſic ambulant, vt diximus, ob antè dictas cauſas. Macilētius tamē crus, quàm alterum fit, & ad nates, & ad poſteriorem tibiæ carnoſam partem, & in poſteriore proceſsione. Quibus verò infantibus adhuc prolapſus articulus, non repoſitus fuerit, vel etiam ab ortu, iis quoq; femoris magis, quàm tibiæ, & pedis os imminuitur.

Pars pedis circa plantam & digitos, quam anteriorem vocat, inclinari poplite extento in terram nō poteſt. In quem modum pedē figurare flexari, id eſt, καμπύλεσθαι, nominauit: propterea quòd in tali articulo ſicut neq; extenſio, ita neq; inflexio appellari con
C ſueuerit: Quemadmodū in poplite, & inguine. Quando igitur anteriores muſculi primam plantę partem, quem ταρσὸν dicunt, attollunt, in vſu eſt, vt ſimari tūc pedem dicant: cùm verò à poſterioribus calx, & tarſus trahitur, huiuſmodi figurationis nullum nomen vſitatum reperitur. Idcirco Hippocrates, vt dixi, huiuſce rei, quam explicare volebat, propriam quandam vocem excogitauit, flexaríque pedem dixit. Neq; igitur ſimari inflexo crure pes poteſt, ſicut cùm extentū eſt: hoc eſt, ab anterioribus muſculis attolli, id enim ſimari ſignificat: neq; flexari, niſi crus etiam fuerit inflexum. Pauliſper enim, & violenter vtrunq; hoc quidē fit: ſed multùm & abſq; violentia non poteſt. Cùm igitur, ſicut dicebam, à ſura, non à tibia exorti muſculi calcem, & totum pedem in poſteriorem partem trahunt: alii extenſionem, alii flexionē, pedis nominant. Cùm item oppoſitus motus ab interioribus muſculis fit, eodem modo extenſionem alii, alii flexionem vo-
D cant. Sed in hac quidem motione conſuetum eſt, vt ſimari pes dicatur: in contraria nullum, quod inter omnes conſtet, verbum habemus. Veruntamē nullam propterea ex nominum diſcrepātia rerum cognitio iacturam facit. Nos enim nunc ſatis clarè, vt puto, & perſpicuè vtranq; hanc rem abſq; etiam diſcrepantibus nominibus oratione hac explicauimus.

114 Minimum quidem in hoc modo luxationis femur minuitur, carnes tamen vbiq; minuuntur: maximè verò ex poſteriore proceſsione, quemadmodum iam ſuperiùs dictum eſt. Quicunq; verò rectè educati fuerint, ii, dum augentur, vti crure poſſunt, quod quidem aliquantulò breuius

altero

altero eſt:ſed tamen innixi baculo ea parte,qua læſum crus eſt.Non enim abſq; calce pedis pectore vti admodum poſſunt,id iniicientes, vt in aliis clauditatibus nonnulli poſſunt. Cauſa, cur hi nequeant,ea eſt, quam paulò priùs diximus. Ob id igitur baculo indigent. Atqui neglecti ſunt,nihilque crure in terra vtuntur,ſed ſuſpenſum id habent,iis oſſa magis, quàm vtentibus, imminuuntur. Sed & carnes multò magis his,quàm vtentibus minuuntur: in articulis verò quoad directionem crus magis

A debilitatur, quàm quibus alio modo luxatio contigerit.

Nonnulli ex iis,qui hæc explanant,adeò periti harum loquutionum videntur,vt Minimum,nullo modo ſignificare exiſtiment, Non minimum,verò maximè. Sed hi dictũ hîc ab Hippocrate eſſe opinarẽtur, ita affectis nullo modo femur imminui. quod tamen verum non eſt. Imminui enim conſpicitur aliquantulùm,non adeò tamen vt in aliis luxationibus: propterea quòd minores hæc, quàm illæ, imminuentes cauſas habet:quas duas eſſe dictum iam eſt,inſtrumentorum naturalium diſtortionem videlicet, & operationum impedimentum , quo fit vt crure parum vti queant. Sed in hac affectione, præterquàm quòd non magnopere diſtortum crus eſt, neq; operationis nocumentum valde multùm accedit.

CLAVDII GALENI in Librum Hippocratis, De Articulis, Commentariorum Liber Quartus.

1 Vt igitur ſummatim dicam, articuli,qui excidunt, & elabuntur , inæqualiter ipſi ſibiipſi & excidunt , & elabuntur: multò ampliùs interdum,quandoq; multò minùs, quibúſq; multò ampliùs prolapſi fuerint, & exciderint,difficiliores repoſitu omnino ſunt.Et ſi repoſiti non fuerint,maiores & manifeſtiores debilitationes,& læſiones in oſsibus, & carnibus , & figurationibus præ ſe ferunt. Cùm verò minùs exciderint,& elapſi fuerint,facilem repoſitionem admittunt. At ſi vel per fruſtrationem,vel per negligentiã non reuerſi ſint,minores, magíſq; innoxiæ debilitationes his cõtingunt, quàm quibus paulò antè dictum eſt. Atq; alii quidem articuli quatenus prolapſio eis interdum minor,interdum maior contingit,admodum multum inter ſe differunt:ſed femoris , & brachii capita quàm ſimillimè inter ſe vtraq; elabuntur. Cùm enim rotunda ſint, ſimplicem rotunditatem, ac caluatam habent. B Sinus verò,qui ipſa excipiunt,orbiculares ſunt , capitibúſque ipſis adaptantur. Quapropter in his vt dimidium articuli excedat,fieri non poteſt. Nam ob rotunditatem, vel in exteriorem, vel in interiorem partem prolaberetur.Sed de quo nunc ſermo eſt,integrè excidunt,alioqui non excidunt. Tamen hi quoq; ſic aliàs magis, aliàs minùs à naturali ſtatu exiliunt : magíſque id femur,quàm brachium patitur.

Non ſolius huius orationis , ſed & ſequentium o- C mnium vna communis ſumma hæc eſt: luxationes nõ parua differentia inter ſe diſcrepare, dum magis , & minùs contingunt : quippe cùm aliæ multùm præter naturam, aliæ parum recedant: magíſque, & minùs alterutræ id patiantur. Atque in aliis quidem articulis, cubiti videlicet, manus, tibiæ, pedis, & digitorum res perſpicua eſt. In humeri verò & coxæ articulo non poſſe ſubluxationem, quæ vocatur, contingere, oſtendit : propterea quòd capita articulorum globoſa , ac rotunda in cauitates orbicularibus ſuperciliis circundatas inſeruntur:in quibus, cùm luxatio fit , ſubſtare capita nullo modo poſſunt. Neceſſe enim eſt, vt ſtatim vbi è cauitatibus aliquo modo excidunt,

extra ipsas elabantur. Sed tamen, inquit, in his quoq; fit, vt modò multum, modò parum præter naturam articuli excedant: quod verò inter plurimum & paucissimum intercedit, non paucas habere differentias in eo, quod magis, & minùs cōtingit, manifestum est. A

2 Nam nonnullæ quoq; ex iis, quæ ab ortu contigerunt, luxationes, si parum elapsæ fuerint, in naturalem statum reduci queunt, præcipuè ad pedis articulos.

Ab ortu, alii de iis, qui fœtificantur, dictum esse affirmant: alii de iam natis, non multo tamen pòst tempore, quàm geniti fuerint, intelligendum cēsent. His ea, quæ déinceps dicuntur, videntur atteſtari, illíque manifestè errant, qui de solis fœtificatis intelligunt. Melius enim esset vt de vtrisq; dictum hoc esse existimarent. Aliis autem, quę déinceps dicuntur, atteſtari, paulò pòst, vbi ad ea verba explananda deuenerimus, ostendemus. B

3 Quicunq; ab ortu manci fiunt.

Distortionem cruris in exteriorem partem mancitatem, id est, κύλλωσιν priùs ipse appellauit: in qua dixit contingere, vt pes intrò conuersus, atq; inclinatus mutilationē præ se ferret. Articulos autem pedis dixit, propterea quòd plures numero sunt, ad tali dearticulationes omnes existentes: neq; vno osse constant. Suræ enim os ab exteriore parte, tibia ab interiore magnis quibusdam processibus talum complectuntur, cuius quidem tali anterior pars rotunda cùm sit, quasi caput quoddam supra ceruicem prominens habet, quod sinu ossis comprehenditur, quod nauiculare nuncupatur: qua præcipuè dearticulatione fit, vt pes, & simatus attollatur, & retro abducatur: talus prę tereà ab inferiore parte, eo, quo in commentario De ossibus dictum est, modo, cū calce dearticulatur: quo in libro exercitatum esse debere vnumquenque monui, qui explanationes has esset lecturus. Mancitates autem pedis præcipuè cōtingunt, cùm in exteriorem partem tibia luxatur: sic vt surę processus, qui extrinsecus talum complectitur, sine stabilimento vllo suspensus relinquatur. C

4 Pleræq; ex his curabiles sunt, nisi admodū magna declinatio extiterit, aut prouectis iam infantibus contigerint. Quàm celerrimè igitur his curationem adhibere optimum est priùs, quàm valde magnus ossium pedis defectus fiat: priùs item, quàm carnes in tibia admodū multùm deficiant. D

Prouectos vocat, qui paulò ampliùs creuerunt. quorum non simili modo, vt tenellis infantibus, ossium natura formari, ac fingi potest. Hinc de iā natis Hippocratem loqui perspicuum est. An autem de iis, quæ adhuc fœtificantur, in vteróque gestantur, etiam intelligat, non ita liquet: sæpe tamen in superioribus infantibus quoq;, dum adhuc in vtero gestantur, luxationes contingere commemorauit.

5 Modus verò mancitatis vnus non est, sed plures. Pleraq; enim luxata prorsus non sunt: sed ex figurationis consuetudine in quadā pedis interceptione demancata.

Plerunq; cùm de aliquo ex iis, quę singillatim differunt, quispiam loquitur, Modi nomine vti consueuit: nunc tamen de mancitatum generatione dicere videtur, quòd multis modis fiat. Nam quod subiungit, vtrisq; atteſtatur. Inquit enim, Pleraque enim luxata prorsus non sunt, sed ex figurationis consuetudine in quadam pedis interceptione demancata. Ex eo enim quod ait, Luxata prorsus non sunt. vnū quendam modum affectionis huius ostendit. Ex eo quod infert, Ex figurationis consuetudine. alios quosdam significat, cùm tenera, & quasi cerea infantium ossa prauè à nutricibus figurata distorquentur, dum in incunabulis obtorta quodam modo, aut pluribus inuolucris intercepta collocant, ita vt à quibusdam etiam contundantur: quibus omnibus fieri distortiones consueuerunt.

6 Attendendum autem in curatione horum est, vt os tibiæ ad malleolum, quod extrinsecus est, in interiorem partem detrudamus, & reponamus: retrudamus verò contrà in exteriorem os calcis, quod ex processione correspondet: vt inter se ossa, quæ eminent, sibi occurrant & in medio, & à latere pedis. Digiti verò vniuersi vnà cum pollice intrò inclinandi, & circumagendi ita sunt.

Ipse in libro De fracturis ita inquit, Iam verò in tibia duo ossa sunt: quorum quidem partim multò tenuius alterum altero, partim non multò tenuius est. Horum alterum, quod extrinsecus est, posteriores suram appellare consueuerunt. Hoc depellendum intrò monet, simúlq; calcem extra repellendum: præcipuè ea parte, qua ex processione, id est, ex directione ad tibiam correspondet, sibi naturali situ impositam. Sæpe autem de hoc reponendi modo cùm omnibus sit communis, superiùs iam dixit. Quod enim præter naturam eminet, in pristinam sedem reducēdum est, vt sibi occurrant, aptentúrq; inter se ossa. Quæ de cōformatione déinceps dicūtur, satis sunt aperta, si quis meminerit eorum, quæ tum superiùs hunc librum explanantes, tum ante hunc, in librum De fracturis diximus. Si quid tamen inciderit, quod obscuriùs paulò dictum esse videatur, id tantùm explicabimus.

7 Tum cerato bene resinato, & plagulis, & linteis mollibus non paucis, neq; nimis compressis deligandum est.

Conformatis partibus ceratum, quod resinam habeat, accommodatum est, propterea quòd & continētur magis lintea, cutíq; adhærent, & partes ipsæ corporis magis exiccantur. Ex adhæsione verò fit, vt conformatio immota conseruetur: ex deficcatione, vt cōpingantur partes, & corroborentur: atq; hoc quoque ipsum stabilem, ac firmam conformationem seruat: linteis vti iubet mollibus ob partium mollitudinem, qua ex ætate præditi infantes sunt. Quæ leniter quidem circumiici vult: cauens ne vehementi circumiectione compressio efficiatur: præsertim vbi mollia corpora deligantur. Quia verò præcipit vt minùs comprimamus, ideo pluribus linteis esse vtendum censet. Deligationis enim firmitatem, ac tutelam dixit, vel compressione, vel linteorum multitudine procurari.

Atq;

8 Atque ita faſciæ circunductiones fa- ciendæ, quemadmodum manibus etiam pedis correctio fiebat: ſic videlicet vt pes paulò magis in valgum tendere videatur.

Hoc quoq; omni articulorum,& fracturarum cor- rectioni, & reſtitutioni cōmune,ac perpetuum præ- ceptum eſt,ſæpe ab ipſo traditum. Non vult enim,vt in directionibus,& reſtitutionibus conformatas par- tes ad naturalem ſtatum exquiſitè reductas, ibi relin- quamus:ſed paulò vlteriùs circunducendas cenſet:vt hoc modo diuturnam earum inclinationē ad diſtor- tionem contrariam retrahendo in medium reſtitua- mus:qui exquiſitè naturalis earum ſtatus eſt. Nam ſi in hoc à principio relinquerentur partes,ad diuturnā ſuam diſtortionem facilè relaberētur. Hoc autē præ- ceptum illi maximè generali curandi ſcopo ſubiectū eſſe manifeſtū eſt, quo contraria cōtrariorum eſſe re- media dicebat:cùm neq; perfrigerata mediocri calefa ctione calfaciamus, neq; calefacta mediocriter per- frigeremus:ſed adeò in contrarium vltra mediocrita tem progrediamur,quantum à mediocritate affectio in alteram partem receſſerat. Nunc igitur quoq; quia affectio membri eſt mancitas, quæ valgitati contra- ria eſt, in valgum conuertendum pedem Hippocra- tes cenſet: quod videlicet vltra exquiſitè naturalem ſtatum excedit.

9 Solea prætereà vel ex pelle non ad- modum dura, vel è plumbo facienda eſt.

Hanc etiam ſtabilitatis deligationis cauſa machi- natur. Vnde etiam alligandam eam faſciæ poſtremā omnium eſſe iubet:vt & deligationem totam conti- neat,& carnem non comprimat. Hoc autē ſignificat cùm verbis his déinceps ſubiungit in hunc modum.

10 Alligandáq; ea non ſuprà carne qui dem poſita, ſed vbi iā poſtremis linteis es deligaturus. Cùm autem deligatū fuerit, vnius ex linteis,quibus deligatio fit,caput ad faſcias, quæ in inferiore parte pedis ſunt, è directo parui digiti aſſuendum eſt: déinde ſurſum intendendum:vt ſi medio- criter ſe habere videatur,ſupra carnoſam tibiæ poſteriorem partem circumiiciatur, vt ita collocatum ſtabile maneat. Vt autē in vniuerſum dicam, oportet vt quaſi ce- ram fingendo, ita ad naturam iuſtam ad- ducamus,ita vt & inclinata,& diſtenta præ ter naturam,& manibus ſic dirigamus, & ſimiliter deligatione: adducamúſque non violenter,ſed leniter.

E regione parui digiti, hoc eſt, ab exteriore pedis parte ad carnoſam tibiæ poſteriorem partem appen- ſionem facit, propterea quòd maneum pedem curat. Nam ſi deualgato mederetur, ecōtrario feciſſet:quip pe cùm in contrariam partem inclinare pedem opor teat,quàm diſtortio contigerit. Nam in exteriorem partem diſtorta,intrò contorquentur: quæ intrò ſe- ceſſerunt,in contrarium abducuntur.

A 11 Aſſuenda verò lintea ita ſunt quem- admodum confert, vt exceptiones afficiā- tur. Aliæ enim aliam exceptionem claudi- tatis requirunt.

Id quod modò ego dicebam,ipſe hîc explicat, a- lias aliam exceptionem, & appenſionem clauditates requirere inquiens. Demancata enim appenſionem proculdubio requirunt,quæ ſicut extremum tibiæ ſi- nem intrò,ita extra pedem adducat. Deualgata con- trà,ea exceptione indigent, quæ intro pedem, extra tibiam trahat. Quæ item parum vtroq; hoc modo af- fecta ſunt,mediocriter in contrariam partem retra- henda ſunt:quę multùm receſſerunt, vehemēter ſunt reducenda. Propterea etiam clauditatis,hoc eſt, χωλώματος,nomine eſt vſus, quod commune omnibus diſtortionibus eſt.

B 12 Calceus prætereà plumbeus facien- dus eſt, qui ſupra deligationem extrinſe- cus inducatur:qualem Chiæ crepidæ mo- dulum habebant. Sed nihil eo eſt opus,ſi quis rectè & manibus direxerit, & linteis deligarit,& appenſiones fecerit:ac curatio quidem hæc eſt,quæ neq; inciſione,neque aduſtione,neq; varietate alia indiget. Ci- tiùs enim medicinæ hæc obtemperant, quàm quiſpiam opinaretur. Euincendum tamen tempore eſt,quoad in iuſtis figura-

C tionibus auctum corpus fuerit.

Qualem modulum haberent Chiæ crepidæ cogno ſcere non licet. Neq; enim tempeſtate Hippocratis adhuc ſeruabatur:quod ſignificat,cùm inquit, Habe- bant:cum alioqui,Habent,dicere potuiſſet. Conſtat tamen,calceum eum,qui exactè pedem continet,neq; carnem infantibus cùm conformantur, comprimit, huic rei eſſe accommodatiſsimum. Quare ad hoc ſpe ctans quiſpiam ſatis vtilem facere calceum poterit,e- tiam ſi quales eſſent Chiæ crepidæ minimè inqui- ſierit.

13 Cùm ad rationem calcei ventum e- rit,ſocci,qui lutigradi appellantur,ſunt ac- commodatiſsimi.

Ad rationem calcei venient, qui curantur pueri, cùm & directum membrum ſanum fuerit, & aliquan-

D tulùm iam creuerit,vt tenera ei oſsium ſubſtantia nō ampliùs ſit. Neq; priùs vt ingrediantur,permittendū eſt,ne rurſus in priorem diſtortionem membrum re- labatur. Sed cùm iam tutò ingredi poteſt, conuenit, vt ſoccis calceetur,id eſt,arbylis. Eſt autem hoc con- cauum,& toti pedi vſq; ad malleolos admodum ad- ſtrictum calceamentum. Tale enim eſſe Hippocrates ex eo,quod ſubiungit,declarat:lutigrados ſoccos ap- pellari inquiens,id eſt,πηλοβάτιδας. Nam ſi per β ſcri- batur, ex eo dicentur, quòd ingredi per lutum tutò poſſunt,qui ipſis his fuerint calceati,ſi per π,πηλοπάτι- δας,quaſi luticalcas dicas, ex eo quòd lutum aptè cal- cari ipſis queat.

14 Hic enim ex calceis minimùm à pe de cohibetur:ſed cohibet magis.

Naturà

Naturâ, & assuetudine comparatum est, vt alii aliter homines ingrediantur. Alius siquidem rectè prorsus insistens, alius intus, alius extrà pede inclinato, Nonnulli ipso pectore pedis, quidam calce magis, quidam toto pede æqualiter innituntur: quocirca fit, vt modo incessus sui quisq; calceos eos similes reddat, qui neq; profundi, neq; adstricti admodum pedi fuerint. Quin si huiusmodi aliquos calceos inspicias, quo pacto, qui eis vtitur, ingrediatur, facilè tibi licebit coniicere. Qui enim rectus est, & neutram in partem vergit, sed qualis à sutore est effectus, talis permanet. Rectum deponi pedem ingrediētis significat, qui vel intrò, vel extrà inclinatur. Eodem vergere pedē eo vtentis hominis in deambulatione indicat: non secus etiam qui in priorem, vel posteriorem partē depresior apparet, & vel ad calcem, vel ad pectus pedis detritos magis, quàm vel ab exteriore, vel interiore parte clauos habet, in eas partes magis deferri pedem in ingressu ostendit. Huiusmodi igitur calceum cohiberi inquit Hippocrates, id est vinci, & superari à pede: qui verò contrà rectus permanet, in neutrámque partem pendet, cohibere pedem asserit, & cogere, vt rectus, neutrámq; in partem vergens in terra collocetur. Cuius rei summa ea est, vt adstrictus planè circa totū pedem sit, profunditatémq; admodum multā habeat. Adstrictus verò esse nullo modo potest, nisi multifidus fiat, scisionémq; longam habeat. Huiusmodi calceis venatores quoq; vti consueuerūt, dum aliquando per inæqualia loca currere coguntur: vbi nisi maximè coaptata pedi calceamenta habuerint, tortiones, & vellicationes circa malleolos, & pedes eis contingunt.

15 Cretensis quoq; calceamentorum modus accommodatus est.

Ad hunc vsque diem & in nostra Asia, & in Creta præcipuè huiusmodi calcei vsurpantur, qui vsq; ad tibiam ascendunt: vbi & à sinistra, & à dextra parte multifida quædam pellis vtrinq; æqualiter intenta est, atque in oris perforata: ita vt per foramina traiecta ligula, ac contracta vtraq; pellis segmenta inter se mutuò coeant, ac constringantur. Huiusmodi calceus sine dubio pedem vnà cum tota naturali dearticulatione exquisitè continet, ac constringit. Hoc venatores præcipuè apud nos vtuntur, dum feras insectantur: quippe cùm in asperis, & inæqualibus locis sæpe non modò currere, verùm etiam salire ipsis opus sit. Eadem causa ob montium vastitates, & asperitates, qui in Creta sunt, ad gestanda huiusmodi calceamenta Cretenses induxit.

De denudatis ossibus cum luxatione.

16 At enim quibuscunq; ossa tibiæ luxata vulnere facto penitus è pedis articulis eminent, siue intrò, siue extrà vergant, reponenda non sunt: sed permittendum vt qui velit medicus ea reponat. Scire enim licet hos, si reposita permanserint, esse morituros: paucorúmque dierum vitam ipsorum futuram. Pauci enim ex ipsis sunt, qui septem dies pertranseant. Quæ nanq; ipsos perimit, conuulsio est.

Ossa tibiæ appellat os suræ, & quod communi totius membri nomine tibia nuncupatur. Hæc nudata extra cutem in vtraq; tibiæ dearticulatione eminent quādoq;, tam quà pedi, quàm quà femori cōiungitur. De dearticulatione ad pedē primùm nunc agit, monétque vt quandocunque os tibię hac parte luxatum cutem exierit, repositioni sit supersedendum, ob cōuulsionem, quæ superuenire consueuit. Dictum etiam superiùs in libro De fracturis est, contingere in huiusmodi affectionibus, vt aliquis ex musculis diuellatur, aliquis vnionem quidem seruet, sed contrahatur, quibus ad initium suum retractis totum membrum sequutum musculos, simúlq; cùm ipsis contractum breuius euadat. Quod si quis extentione adhibita os, quod eminet, reposuerit, & extensio ipsa nocumentū non paruum musculis afferet, & membri longitudo, cùm ipsos simul extendat, dolore vehementi eosdem afficiet: atq; ita si magni sint musculi, conuulsio necessariò consequetur: sin parui, cuiusmodi circa digitos sunt, neq; ita res periculo vacabit. Plerique tamen ex his, si diligentia multa in tota curatione adhibeatur, salutem adipiscuntur. Sed quod ad curationem vtile est, iam dixi. Nunc rationalis quædam quæstio restat considerāda, quæ nihil curationi vel prodesse, vel nocere potest. Inquirūt enim nonnulli cur de osibus tibiæ loquens hîc Hippocrates, luxata, id est, exarticulata dixerit: cùm luxationem, & exarticulationem eorum osium esse affectionem asserat, quæ in cauitates ingrediuntur, non quæ eminentiis suis circumplectūtur: quanuis non articulos hos, sicut superiùs sępe demonstratū est, vocet. Non igitur oportebat, inquiūt, eum exarticulari tibiā dicere, sed talum. Ad hos, qui ita inquirunt, respondendum illud est, quod à me sæpe anteà quoq; est dictum: solum id curare Hippocratem, vt rem, de qua loquitur, exponat. Quemadmodum etiam Plato nobis faciendum hoc censet, primúmque ipse facit. Demonstratúmque alibi à nobis est, veteres omnes ad nihil aliud, quàm ad hoc spectare consueuisse. Solus enim Prodicus videtur minutā istam in nominibus obseruandis curiositatem affectasse: quam exactam loquendi diligentiam appellare, qui Prodicum sectantur, solent. Cæterùm perspicuitatem narrationis nihil lædi ex ipsis his Hippocratis verbis patet, cùm inquit. Quibuscunq; tibiæ ossa luxata penitus è pedis articulis eminent. Nam si etiam verbū illud Luxata, & Exarticulata. sustuleris, nihilò minùs, quod dicitur, manifestum est. Quod Hippocrates adiunxit nulla minutæ istius nominum curiositatis habita ratione, quam qui affectant, ferè inepti ad dicendum sunt. Qui enim enuntiandi, & eloquendi facultate sunt præditi, ad vim enuntiationis ipsius spectantes singula verba minimè consectātur, sed iis, quæ ipsis affluunt ex Græcorum vsu, & consuetudine vtuntur. Hippocrates igitur cùm animo concepisset, ossa tibiæ è dearticulatione penetrata cute eminere, ita videtur eloquutus. Propterea quòd si quis quod eminet, ac multùm extra dearticulationem extat, luxatum esse, atq; exarticulatum diceret, rem euidentiùs explicaret, auditorémq; ad rei speciem mente contemplandam facilè induceret.

17 Adde quod euenit etiam, vt & tibia, & pes gangræna corripiatur. Hæc ita esse euentura sciendum certò est.

Gangrænæ quoque malum his contingere inquit, ex magnitudine videlicet inflammationis, si eminen-

tia

tia extra cutem ossa reposita fuerint: cùm videlicet in inflammatis membris liuida carne iam suboriente rubor inflammationis euanescit: dolórque ex corpore sensus videtur imminutus. Nam si penitus stupida, sensuque carentia membra euadant, malum id non ampliùs gangrænam, sed siderationem nuncupant. Inter siderationem enim, & magnam inflammationem gangræna media est, tantò peior inflammatione, quantò sideratione est leuior. Sideratio siquidem totius substantiæ membri corruptio est: quæ, vbi iam tenet, curari à nullo potest: sed inter initia tantummodo, quando videlicet nondum verè est sideratio, sed gangręna magna, quę propè ad siderationem accessit. Verùm vicinarum affectionum nominibus abuti interdum consueuimus, de illis, quæ ad ipsas quidem deueniunt, nondum tamen integrè ipsarum formam, & naturam consequuta sunt. Ita fit, vt maxima inflammatio, cùm neq; colorem suum seruarit, neq; dolorem, gangrænam quandoq; appellemus, cùm nondum prorsus gangræna sit: sed si negligatur tamē, paulò pòst fit futura.

B 18 Sed neq; veratrum mihi videtur & eodem die exhibitum, & rursus epotum præsidio futurum. Proximè quidem, si quicquam huiusmodi facit, sed neq; tamen id puto. At si neq; effecta, neq; tentata repositio fuerit, plerique ex his euadunt.

De vsu veratri in huiusmodi affectionibus in commentariis in librum De fracturis dictum à me est.

19 Affulcienda verò tibia, & pes ita est, vt ipse vult.

Affulciri tibiam, & pedem, firmiter stabiliri, ac firmari significat: quod cùm facis, illud tibi attendendum monet, vt figurationem eligas, quæ minimum ægrotanti dolorem afferat. Quod enim inquit, Vt ipse vult, qui ægrotat scilicet, nihil aliud quàm hoc ostendit.

C 20 Tantū, ne aut suspensa, aut mota sint.

Quod inquit, Ne mota sint. idem est, quod modò dixit, Affulciēda sunt. Affulcire enim ita omni ex parte firmari membrum significat, vt moueri nullo modo queat. Suspensa verò ne sint. bene addidit. Cùm enim dixisset eam figurationem esse eligendam, quæ facillima ægrotanti esset: decliuē & suspensam vitandam esse censet, propterea quòd cùm affectæ partes defluxionem patiuntur, causam inflammationis admittunt. Meminimus sanè in superioribus de cruris figuratione dictum ab eo esse, summum pedem paulò sublimiorem exquisita rectitudine tenendum: nunc verò concedere ægrotantibus videtur, vt recta pedis collocatione vti possint. Nam cùm tres sint huiusmodi collocationes, decliuis, accliuis, & æqualis, seu recta, concedit vt excepta decliui, quocunque modo æger voluerit, crus collocetur. Priùs verò iussit vt sola accliui depositione vterentur. Perspicuum igitur est in huiusmodi affectionibus conuulsionis timore maximam curam eum adhibere, vt dolore ne attententur. Dolor siquidem in neruosis membris conuulsionem maximè parit. Quare si ita affecta neq; perfrigerentur, neq; dolore afficiantur, vt conuulsio ipsis superueniat, fieri nullo modo potest.

D 21 Medendúmque est cerato picato, & vino imbutis plagulis paucis non admodum frigidis. Frigus enim in huiusmodi affectionibus conuulsionem prouocat.

A De his quoq; superiùs dictum à me est, hoc est, de cerato picato hulceribus curandis accommodato, & vino, præsertim, vt ipse docuit, nigro, & austero, quod absq; inflammatione affectas partes conseruat. De eo verò quòd fugiēdum esse frigus inquit, vtpote quod conuulsiones inducat, in carnosis partibus explanatione aliqua fortasse indigeret: in neruis verò prorsus clarū est. Neruis enim vtrunq; inest, vt & facilè perfrigerētur, cùm natura frigidi sint, & exangues, & vbi patiuntur, in conuulsionem deueniant. Quin neq; alia quæpiam pars absq; neruorum cōtagione incidere in conuulsionem potest. Neruosiores verò reliquis partibus esse dearticulationes constat: vbi videlicet musculi, deposita carne, quā in reliquis suis partibus habent, in tendonem desinunt. Quapropter magis illud quæstione dignum esse videretur, cur vino mediocriter frigido vtendum censeat. Non enim mediocriter frigidum, sed calidum adhibendum esse vnusquisq; existimaret. Huiusce rei ratio huiusmodi est: Medicinæ hulceratarum partium scopus in eo cōsistit, vt ne inflammētur. Id autem fit, si prohibeatur, ne vlla humiditas in affectam partem influat. Nō influet autem, si perfrigeremus. Nam quæ calfaciunt, & humectant, si corpori applicentur, id confestim rubicundius reddunt: paulò pòst etiam in tumorem subducunt: aliásque ei similes inflammationi affectiones afferunt. Quæ verò perfrigerant, econtrario omnia faciunt: nō modò nullam è superioribus locis superuacuam humiditatem ad affectam partem attrahunt, verùm eas etiam, quæ in ea continentur, ad vicina membra expellunt, atq; exprimunt. Perfrigerantium autem duplex genus est: alia recēti qualitate ad tactū: alia insita qualitate id faciunt. Nam quæ adstringūt, frigida sunt: sicut in libris De simplicibus medicamētis ostenditur, & reliquum perfrigerantium genus, ab his distinctum est: vt papaueris succus, mandragoræ succus, cicuta, & alia quæcūq; cum humiditate frigefaciunt. Austera enim omnia terrestrem perfrigerationem afferre demonstratum est. Dicta etiam nō pauca sunt de vsu huiusmodi medicamentorum in libris De curandi ratione, quemadmodum quoq; in commentariis De hulceribus Hippocratis. Sed ad pręsentem rem satis est, si illud tantùm cognoscamus, humidorum, & frigidorum medicamentorum facultatem in totam corporis altitudinem penetrare, cui applicātur: citóq; ipsum refrigerare ampliùs, quàm opus sit, ita vt corpus regentem facultatem stupefaciant. At quæ terrestrem refrigerationem afferunt, ea in libris, quos dixi, accommodatissima esse demonstrata sunt ad influētes humores reprimendos. Propterea igitur ipsa hæc adhibemus. Quia verò calidum attrahere quoq; ad se humores consueuit, ideò recenti quoq; qualitate frigida adhibemus, neque ea calefacimus. Nunc igitur Hippocrates, quantum ad affectionem hulceratarum partium spectat, eis frigidis quidem vteretur, sicut in aliis vulneribus facit: quia tamen conuulsionem timet, quæ ex refrigeratione superuenire consueuit, prorsus frigida adhibere non audet: atque idcirco non admodum frigidis vtendum monet.

22 Accommodata quoq; sunt betæ folia, aut tussilaginis, aut alicuius alterius huiusmodi in vino nigro austero semicocta,

cocta, atque imposita: medendúmque est & supra hulcus, & supra adiacentia.

Herba quædam est tussilago, idonea ad præsentem rem, propterea quòd mediocriter exiccat: qua re indigere hulcera omnia demonstratum est. De vino autem nigro austero dictum à me quoque est in commentariis De fracturis ipsum cùm reprimendi vim non secus, atque alia vina habeat, crassius tamen cæteris esse: atque ideo hulcerata membra non mordere: quam ob causam eligendum cæteris magis est.

23 Ceratóque tepido illinendum ipsum hulcus est.

Demonstratum à me est, dum librum De hulceribus explanarem, sumere nunc ceratum Hippocratem, taliáque medicamenta adhibere, quæ conglutinationem prohibeant: non quòd hulceri conueniant, sed quia nunc non absolutè tanquam hulcus, hulcus curat. Vnde neque glutinare id studet, sicut alia recentia consueuit: sed primum id in hac curatione sibi proponit, vt ne conuulsione homo corripiatur. Ob id enim neque reponendum articulum censet, sed potiùs permittendum vt crus turpiter claudum euadat. Neque absolutè mollia medicamenta adhibet, quæ μαλθακώδη, id est, mollitudinosa ipse in libro De hulceribus vocat: licet vim mitigandæ inflammationis habeant. Inter initia nanque nondum exorta inflammatione, vt ne exoriatur, cauet: ac propterea reprimentia imponit: neque tamen ea sola, sicut in aliis ob conuulsionis timorem, sed mixto curationis modo vtitur: medicamentis facultate contrariis mensura conuenienti inter sese iunctis: id quod ex sequentibus maximè spectare conspicies, quibus iam animum aduerte.

24 Quòd si hybernum tempus sit, lanæ sordidæ ex oleo & vino tepido imponendæ sunt, ac desuper irrigandum.

Neque tepidis vteretur medicamentis, neque prorsus immisceret oleum, si tanquam hulceratum tantummodo membrũ curaret. Sed, sicut priùs dixi, quia conuulsionem timet, & oleũ immiscet, & tepida omnia adhibenda censet. Verùm neque ad conuulsionem tãtùm spectat, sic vt à medela hulceris prorsus recedat. Nam in mixtis, & coniunctis affectionibus curatio quoque mista adhibenda est. Propterea imponi etiam lanas sordidas iubet, id est, succidas: ita enim à succo sordium appellare consueuerunt: quia hoc quoque medicamentũ non simplicis est facultatis, vt in libris De medicamentis ostendimus, sed mistæ ex contrariis qualitatibus, & facultatibus, adstringente videlicet, & leniter, ac tepidè calefaciente. Irrigãdas verò, hoc est, perfundendas, ac madefaciendas huiusmodi affectiones vult, non tam de hyeme, quàm de æstate quoque intelligens. Commune enim hoc toti curationi est, Nam quòd si hybernum tempus sit, subiunxit, non quòd per hyemem tantùm huiusmodi affectiones assidua humectatione indigeát, sed quia æstate magis id requirant: quippe cùm magis per id tempus lanæ ita affectis partibus circumiectæ soleant exiccari. Semper igitur madefacienda, ac perfundenda assiduè huiusmodi omnia esse censet. Quod autem infunditur, ac madefacit, tale esse debet, quale in prima statim curatione præcepit adhiberi: vel vinum solũ, si sit æstas: vel adiecto oleo per hyemem. Ac quantitas quidem caloris ex ambientis nos aeris cõstitutione reperietur. Nam quando admodum frigidus aer fuerit,

A calorem humidorum, quibus perfundes, augebis: quando calidus, diminues: non enim omnino vti calido decreuit. Atque ita quantitatem caliditatis pro aeris temperatura subinde immutabis. Memoria autem tenenda sunt in huiusmodi omnibus ea quoque, quę ab ipso in vniuersum dicta sunt, & non cupiendum, omnia in omnibus audire, ac dici. Sed quæ ea sunt? quæ videlicet, tum in commentariis in definitiones eius, quos Aphorismos dicunt, tum in aliis multis memoria tenenda esse censui. Quorum cùm vnum dictum fuerit, reliqua quoque omnia, quæ eandem vim habent, intelligenda sunt: ac de omnibus dictum id esse quasi commune, est existimandum. Ita igitur etiam nũc cùm ipse tempus tantùm hybernum commemorarit, tu & regionem, & ætatem, & consuetudines, & naturalem corporum constitutionem intellige: regionem scilicet frigi-

B dam, ætatem senilem, consuetudines, quæ corpus perfrigerant, naturalem constitutionem frigidam: quippe cùm omnia hæc cum tempore hyberno ab Hippocrate scripto eandem indicationem indicent. Cæterùm sicut in hyeme in calidiorem modum curationem immutas, ita per æstatem econtrario in frigidiorem immutabis. Aestati autem simili modo ætates, & regiones, & consuetudines, & corporum cõstitutiones calidæ correspondent. Quæ si omnia calefacere præ se ferant, in frigiditate, si frigefacere, in caliditate totam curationẽ augebis. Quòd si alia ad calefaciendum, alia ad frigefaciendum tendant, ad numerum ipsorum, & facultatem spectans, ita pro rata cuiusque portione & caloris, & frigoris conuenientiam moderaberis.

25 Nihil autem vlla re deligãdum est,

C neque circumplectendũ. Scire enim oportet compressionem, & pondus talibus affectionibus omne malum afferre.

Non solùm in his subligaminum circumuolutionem, qua in omnibus & fracturis, & luxationibus vtitur, auferendam esse censet, verùm etiam deligationes omnes, quibus ad lanas continendas, circumiici solent: causámque ipse addit, cùm inquit, Compressionem & pondus omne malum huiusmodi affectionibus afferre. Satis enim ipsi sunt solæ lanæ, cùm ob mollitudinem, & leuitatem neque comprimere, neque grauare quicquam possint. Atque hæc non vt hulcus curans euitat, sed cauens ne denudati, & contusi tendones, & nerui conuellantur.

26 Accommodata his etiam sunt non-

D nulla ex cruentis: quibuscunque ex ipsis confert, vt lanæ impositæ vino irrigatæ multo tempore relinquantur.

Cruenta, id est, ἔναιμα, appellat medicamenta & his in libris, & in libro De hulceribus, quæ cruentis vulneribus statim imponuntur. Ex his inquit ea præcipuè esse admittenda, quæ cùm post longius tempus soluantur, irrigari inter solutiones queunt. Vult enim vt sicut reliqua omnia in curatione hac in leniorem modum referantur, ita quoque neque deligatio ægrotanti adhibeatur, neque frequens fiat resolutio. Ex cruentis autem medicamentis post multum tempus resolui ea possunt, quæ maximè exiccandi vim habent: si tamen in ipsis id cauerimus, nec ex vehementia contrahant. Exempli causa, duorum medicamentorum quæ

quæ noſtis, mentionem faciam, quæ in omnibus libris deſcripta ſunt, qui De medicamentorum compoſitione tradũt: cuiuſmodi ſunt Andromachi duo, Heræ vnus, & aliorum quàm plurimi. Ex bitumine hæc componuntur medicamenta: quorum alterum barbarum, alterumCyzicenum appellatur. Hoc cùm magis, quàm cruenta exiccet, nocet magis, quàm proſit, cùm cõtrahat membra, atq; in dolorem inducat. Alterum accommodatum eſt, ſi tamen etiam ipſum moderatè fuerit contemperatum. Nonnulla enim ex his & immoderatiùs exiccant, & conſtitutione dura ſunt. Sed de differentia huiuſmodi medicamentorum in libris de eorum compoſitione dictum latiùs eſt. Pleraq; verò, quæ ab Hippocrate déinceps dicuntur, clara ſunt, ſi quis memoria teneat ea, quæ anteà & librum hunc De articulis, & alterum ſuperiùs De fracturis explanans commemoraui.

27 At quæ paucíſsimorum dierũ ſunt cruenta, quæq; reſina comprærhenduntur, non ſimili modo, vt illa, idonea ſunt. Diuturna enim hulcerum purgatio his fit: quippe cùm multo tempore madore abundẽt. Aliquos autem horum deligare bonum eſt. Sciendum tamen certò eſt, neceſſe omnino eſſe, vt homo turpiter claudus euadat. Nam & pes in ſuperiorem partem attractus eſt, & oſſa prolapſa extra eminentia apparent. Neq; enim vllum ex talibus oſsibus plerunq;, niſi parum aliquid carne deſtituitur, neq; recedit, ſed tenuibus, & imbecillibus cicatricibus circunducitur: atq; id, ſi multum tempus quieuerint: ſin minus, periculum eſt, ne inſanabile aliquod hulcuſculum relinquatur. Veruntamen de quo eſt ſermo, qui ita curantur, ſalutem conſequuntur: quibus repoſitus articulus permanet, moriuntur.

Quæ'nam paucíſsimorum dierum cruenta medicamenta appellet, ſi meminiſti quæ in ſuperiore oratione explananda expoſuimus, non difficulter reperies. Ea enim ita vocaſſe eum conſtat, quæ poſt paucos dies reſoluuntur. Reſolui autem poſt paucos dies debent, quæ ex antè dictis ſunt imbecilliora. Nã quia non ſatis exiccant, ſinunt, vt ſanies ampliores circa hulcera colligantur. Hæc nonnulli ex veteribus, neſcio quo cõſilio, (multa enim dici poſſunt) reſina extrinſecus compræhendebant. Sed cùm Hippocrates omnia huiuſmodi medicamenta cauenda eſſe cẽſeat, protrahere longiùs orationem, ſuperuacaneum exiſtimo: præſertim cùm in libris De medicamentis quæcunq; de his ſcienda ſint, cuncta fuerint definita. Nũc igitur de propoſitis dictum ſit ſatis. Cætera, quæ ſubſequuntur, ſi quis priùs explanata memoria teneat, perſpicua ſunt: atq; idcirco prætereunda.

28 Eadem ratio eſt, ſi oſſa quoq; cubiti ad articulum manus hulcere facto ſiue in interiorem, ſiue in exteriorem partem ma- A nus emineant. Certò enim ſciendum eſt intra paucos dies ea morte, qua ſuperiùs dictum eſt, eum eſſe moriturum, cui repoſita oſſa permanſerint. Quibus verò neq; repoſita fuerint, neq; tentata, ii multò plures euadunt. His talis curatio competit, qualis dicta iam eſt. Neceſſe verò eſt, vt clauditatis, diſtortioníſque figura deformis efficiatur, digitíque manus & imbecilli, & inutiles reddantur.

Sicut totum id, quod inter genu, & talum eſt, ex duobus oſsibus conſtans, tibiam appellat: ita quoque quod inter brachium, & primam partem palmæ in- B tercedit, cubitum vocat: quod neque ipſum vno oſſe, ſed duobus compoſitum eſt: quorum alterum radius, alterum cubitus propriè nuncupatur: non ſecus atque in tibia. Articulúſque ad manum, cum tali articulo: qui verò ad brachium eſt, cum eo, qui eſt ad genu, conuenientiam habet. Maiorum tamen partium affectiones, ſiue fractum, ſiue luxatum aliquid ſit, difficiliores ſemper ſunt. Quod ſi quis meminerit, ad reliqua, quæ dicenda ſunt, pauca explanatione indigebit.

29 Nam ſi in interiorem partem lapſa fuerint oſſa, inflectere digitos, ſin in exteriorem, extendere non poteſt.

Cur verbo Labendi vtatur, ſuperiùs declaratũ eſt, vbi tibię oſſa ad pedem cum hulcere luxari dixit. Nũc C referre cauſam volo, cur quando in interiorẽ partem cum hulcere cubitus exceſſerit, inflecti digiti nequeant. In hac affectione fit, vt cubiti oſſa ab interiori parte, oſsibus primæ partis palmę, quem καρπὸν vocant, incumbant, vnà cum tendonibus, qui extrinſecus eò pertingunt ad ſuperiorem locum ab brachiũ, ita vt digitos in exteriorem partem attolli neceſſe ſit: id quod nihil aliud ipſis eſt, quàm extendi. Propterea igitur inflecti prorſus non poſſunt, cùm muſculi, & tendones muſculis ab interiori parte ipſos inflectẽtibus extrinſecus renitantur. Sæpe enim dictum eſt, niſi muſculis operari conantibus alii oppoſiti obſequantur, fieri non poſſe vt operatio vllo pacto expleatur. Eadem ratio eſt, quòd extendi nequeant digiti, cùm in exteriorem partem cubiti oſſa exceſſerunt. Nam cùm interiores muſculi, & tendones vehemen- D ter intendantur, ac propterea obſequi exterioribus nequeant, pereat illorum operatio neſſe eſt. Quinetiam ipſa oſsium poſitione, cùm videlicet cubitus ab interiore parte oſsibus primæ partis palmæ inſidet, flexura: cùm ab exteriore, extenſio admodum prohibetur

30 At ſi tibiæ os cum hulcere ad genu emineat, ſiue in interiorem, ſiue in exteriorem partem id contigerit, quibus repoſitum fuerit, magis in præcipiti mors eſt, quàm ſuperioribus: licet etiam illis in prõptu ſit. Si oſſe non repoſito medearis, ſpes ſalutis ita tantummodo habetur. Periculoſiora tamen oſſa hæc ſunt, quò ſunt

ſupe

ſuperiora,ac validiora, à validioríq; prolapſa.Si verò os femoris ad genu facto hulcere prolapſum ſit,repoſitum,ac ſubſiſtẽs, violentiorem mortem maturiùs afferet, quàm ſuperiùs dicta:non repoſitum,multò quidem periculoſiùs,quàm priora:ſola tamen ſpes ſalutis hæc ſubeſt.

Teſtimonium non paruum hoc, quod hîc inquit, eorum eſt, quæ paulò ſuperiùs de oſsibus, quæ & in dearticulatione ad malleolos, & ad primam partem palmæ eminent,atq; extant,iam diximus. Nam neq; talus in dearticulatione ad pedem, neque prima pars palmæ,quem καρπὸν appellant,ad cubitum extra cutẽ prominet:ſed in crure tibia,in brachio cubitus. Meritò igitur hæc & luxari,ſeu dearticulari,& prolabi dixit, quippe quæ extra dearticulationem exceſſerint. Tibiam enim in dearticulatione ad malleolos interdum eminere modò in exteriorem,modò in interiorem partem dixerat. Nunc verò non tibiam ſolùm, verùm etiam femur extare inquit:non iniuria id quidem. Nam in dearticulatione ad genu interdum tibia,interdum femur extare conſpicitur. Ad pedem verò tibia ſemper: quemadmodum ad primam partem palmæ cubitus. Cætera aperta ſunt,ſi antè dictorum oblitus non fueris.

31 De articulis ad gibbum cubiti,& cubiti item,& brachii eadem ratio eſt.Quæcũq; enim ex his luxata cum hulcere extiterint,omnia ſi reponantur,mortem:ſi nõ reponantur,ſpem ſalutis afferunt.Qui euadunt,clauditate debilitantur. Articuli quidem,qui ſuperiùs ſunt,repoſiti lethaliores: ſed & non repoſiti periculoſiores. Si verò alicui ſuperiores articuli luxati hulcere facto emineãt,hi,ſi reponãtur,citiſsima morte cõficiunt:ſi nõ reponantur, periculoſiores cæteris ſunt.Quæ medela accommodatiſsima his mihi eſſe videatur,dictum iã eſt.Iam verò quibus digitorum, vel pedis, vel manus articuli luxati vulnere facto exierint,non oſſe quidem fracto,ſed in ipſa cohærentia auulſo, iis, ſi repoſiti permaneant,conuulſionis quidem periculum impendet,niſi rectè curentur. At operæpretium tamen eſt, vbi prædixeris rem cautione,& cura multa indigere,ita repoſitionem aggredi.Facillimum autem,& efficaciſsimum,& artificioſiſsimum eſt, ſi vectiulo reponamus: quemadmodum de fractis oſsibus,atq; extãtibus dictum ſuperiùs eſt. Deinde quieſcendum quàm maximè eſt,& cubandum, & inedia pugnandum: meliúſque eſt,vt deſuper leui aliquo medicamento hominem purgemus.

A Meritò hîc inquit Articulos,numero plurali,ſicut de genu. Nam de dearticulatione ad primam partem palmæ, & ad malleolos loquens,non dixit in multitudinis numero articulos. Plures autem articulos hoc in loco eſſe,de quo nunc ſermo ipſi propoſitus eſt,in tertio commentario in librum De fracturis declaratum eſt. Eandem rationem itaq; eſſe inquit in propoſita hac cubiti dearticulatione,ſicut in genu. Sicut enim illhic aliquando tibia,aliquando femur extare dictum eſt:ita nunc modò cubitus, modò brachium in eiuſmodi affectionem incidit. Quæ deinceps commemorat,perſpicua omnia ſunt.

32 Hulcus verò vel cruentis medicamẽtis irrigatis curandum eſt,vel multioculis, vel iis,quibus in capite oſſa fracta curãtur:

B nihílq;,quod admodum frigidum ſit,adhibendum.Primi articuli minimùm quidem ſunt periculoſi: ſuperiores maius periculũ afferunt.Repoſitio autem vel eodem die, vel poſtero molienda eſt:tertio,aut quarto minimè. Quarto enim die rebellationes maximè attentantur.Quocirca quibus nõ ſtatim facta repoſitio fuerit,iis antè dicti hi dies ſunt prætereundi. Quodcunq; enim intra decem dies reponitur, omne id continetur. At ſi poſt repoſitionem conuulſio ſuperuenerit, ſtatim eiiciendus articulus

C eſt:ac calida aqua quàm ſæpiſsime fouendum:curandúmq; eſt, vt cùm totum corpus,tum præcipuè circa articulos calidũ, lene,ac molle cuſtodiatur.

Quæ'nam ſint cruenta medicamenta irrigata, ſuperiùs dictum eſt. Multioculi autem herbæ, quæ etiam βούφθαλμος,hoc eſt,bouis oculus nuncupatur,folio hic vtendum cenſet,ſicut priùs tuſsilaginis:cùm eandem vim,quam illa habeat. Huius herbæ Diocles quoq; in libro De holeribus meminit. Tale autem eſſe totius curationis propoſitum debere inquit, quale in fracturis capitis declarauit. Eo in libro nobis quoq; illius curationis modus ſicior eſſe eſt demonſtratus,quàm qui in libro De hulceribus traditus eſt, & præcipuè circa articulos.

D 33 Debétq; inflexum magis,quàm extentum totum corpus eſſe. Expectandum tamen receſsionem paſſuros eſſe digitorũ articulos,qui reponentur.Pleriſq; enim ita contingit, ſi vel quælibet inflammationis particula ſubſit:vt niſi ex vulgarium imperitia in crimen medicus incideret, nihil omnino reponi oporteret: atq; oſſa quidem ad articulos extantia ſi reponantur, ita ſunt periculoſa,ſicut dictum eſt.

Non idem eſt,ſi dicamus extentum eſſe,& extendi, ſicut neq; inflexum eſſe,& inflecti:qui enim extẽtum eſſe

eſſe membrum dicit, vnam eius ſolam figurationem ſignificat, quæ in directum tendit, quæ neque maiorem, neque minorem ſuſcipere directionem poteſt. Qui verò eſſe inflexum inquit, omnes poſt extenſionem figurationes indicat, quæ magis, & minùs inter ſe differentes vſque ad vltimam flexuram procedunt. Extendi autem, & inflecti motiones ipſas notat, quæ in tranſfigurandis membris fieri conſueuerunt. Extendi ſiquidem omnes eos motus in ſe continet, qui inter extremam flexuram, & exquiſitam extenſionem intercedunt: ſicut inflecti à ſumma extenſione vſque ad ſummam flexionem motiones complectitur. Nunc igitur Hippocrates cùm dixit Extentum eſſe, extenſionem vltimã, quæ per directum planè eſt, ſignificauit, quam ſolam reprobat. Cùm dixit Inflexum eſſe, omnes habitus indicauit, qui inter hanc, & vltimam flexionem ſunt: è quibus qui accommodatiſsimus ſubinde fuerit, eligendus eſt: modò qui paulùm, modò qui multum à ſumma extenſione receſſerit. Quãdo autem alterutrum ex his eligendum ſit, ex antè dictis coniicere poteris.

De oſsibus excidendis.

34 Quæ verò ad articulos digitorum penitus exciduntur, innoxia pleraque ſunt: niſi quis in ipſa vulneratione ex animæ defectu læſione afficiatur.

De excidendis oſsibus docere hinc incipit, ita clarè omnia differens, vt nulla noſtra explanatione opus ſit. Sed ſatis eſt, ſi illud tantùm præmoneamus, te omnia percepturũ eſſe quæ dicit, ſi id tibi propoſueris, quod de extantibus oſsibus docuit: quæ recentiores medici ἐκβυρσώματα, id eſt, excutationes, hoc eſt, extra cutem eiectiones, appellare conſueuerunt. Pro magnitudine enim articulorum magnitudo periculi impendet. Sicut igitur in illis, ita in oſsibus, quæ exciduntur, contingit. Si quid autem obſcurè eſſe dictum videbitur, id explanabo.

35 Medeláque vulgaris talibus hulceribus ſufficit: quinetiam quæcunque non ad articulos, ſed ad aliam aliquam oſſium directionem præciduntur, innoxia ſunt: aliíſq; etiam ſanabiliora. Quæcunque item in digitis oſſa fracta extiterint, non ad articulos, ea ſi reponantur, innoxia ſunt. Exciſiones verò integræ oſſium ad articulos, & in manu, & pede, & in tibia ad malleolos, & in cubito ad primam partẽ palmæ, pleriſque læſione vacant, ſi non ſtatim animæ defectio occuparit, aut quarto die continua febris ſuperuenerit. Siderationes tamen carnium contingunt, & in vulneribus cruorem erumpentibus, & validis conſtrictionibus, & oſſium fracturis compreſſis magis, quàm par erat, quæque aliis vinculis violentis intercepta fuerint, pleriſque decidunt: ac plerique ex his euadunt. Nec-

Galen.

A non quibus pars femoris aliqua & carniũ, & oſſis deciderit: quibus etiã brachii pars. Minùs tamen id euenit, ſi cubitus, aut tibia decidat: hi facilè etiam euadunt. Quibus igitur fractis oſſibus ſiderationes, & denigrationes ſtatim obortæ ſunt, iis citò carnes circũabrumpuntur, ac reſoluuntur: vt quæ decidere debent, oſſibus iam concedentibus, celeriter decidant. At quibus ſanis oſſibus denigrationes fiunt, carnes iis ſtatim emoriuntur: oſſa autem ſerò decidunt: qua parte denigrationis fines, & nudatio oſſis extiterit.

B Sæpe iam dictum eſt, vulgarem medelam eum appellare illam, quæ accuratæ, & exquiſitæ oppoſita eſt.

36 Quæcunque partes inferiores finibus denigrationis fuerint, ſi prorſus iam emortuæ ſint, & dolore careant, ad articulum detrahendæ ſunt: cauendúmque ne vulneratio inferatur. Nam ſi, qui exciditur, doleat, nondúmque ea parte emortuum corpus habuerit, periculum admodum eſt, ne præ dolore anima deficiat: huiuſmodi

C autem animæ defectus multos illico iam peremerunt. Ac femoris quidem os hoc modo nudatum octogeſimo die recedere vidi: ſed tibia tamen huic homini vigeſimo die ad genu fuerat detracta. Videbatur autem mihi etiam propius. Non enim ſimul, ſed ad maiorem cautionem mihi ita facere viſum eſt. Oſſa verò tibiæ ex huiuſmodi denigratione ad mediam tibiam ſexageſimo die mihi deciderunt, quæcunque ex ipſis fuerant nudata. Ad efficiendum enim, vt citiùs, aut tardiùs oſſa, quæ

D denudantur, decidant, curatio curationi ſanè præſtat. Compreſſio item à compreſſione validitate, & imbecillitate differt ad efficiendum, vt nerui, carnes, arteriæ, venæ denigratæ, aut celeriùs, aut ſeriùs emoriantur. Nam quæ non vehementer intercepta moriuntur, nonnulla non ad oſſium nudationes deueniunt, ſed magis in ſummitate decidunt. Ob has igitur cauſas vno numeri nomine tempus, quoto ſingula ex his iudicantur, compræhendi non licet.

Cùm antea dixerit, cum carnes oſsibus circumiectæ denigrantur, & corrumpuntur, neceſſe eſſe vt oſsibus

carne denudatis idem tandem eueniat, ac propterea præcidenda ea esse iusserit: nunc consulit, vt detrahantur sanis minimè cōtactis: ne æger ex dolore adeò vehementi, animæ defectu ita corripiatur, vt recreatio nem ampliùs non admittat. Ad articulum autē, si fieri potest, detractionem esse faciendam monet, celeritatis causa. Nam si in media membrorum parte ossa præciduntur, tempus trahi necesse est. In articulis verò absq; ossium tactu affecta membri pars reciditur.

37 At enim admittendæ maximè huiusmodi curationes sunt: quippe quæ ad inspiciendum, quàm ad medendum, formidabiliores sint. Et medela lenis omnibus huiusmodi sufficit. Ipsa enim se ipsa dúntaxat iudicant. Studendum item est, vt victus facultate febriculosus non sit.

Non ægrotantium tantùm curam habere Hippocrates videtur, verùm etiam medicorum ipsorum: vt cùm semper quidem apud ægrotantes reprehensione vacent, in plerisque laudem consequantur. Propterea enim notat, ac distinguit affectiones, quæ specie magnæ sint, & quæ vi. Atque in vehementibus, & validis vi, quæ specie huiusmodi minimè apparent, detrectādum esse censet: quæ specie verò magna esse videantur, aggredienda: sicut hęc sunt, de quibus nūc loquitur. Vbi nanque pars aliqua penitus emortua fuerit, vt vicinorum nulla admodum magna contagio timeri possit: si eam præcidas, animæ defectus euitato periculo, nihil mali consequuturum est.

38 Tum in iustis figurationibus collocari membrum debet. Iustæ etiam hæ sunt, si neque suspensum sit, neque deorsum inclinetur, sed magis sursum vergat: præterea etiam quoad integrè circumabruptum fuerit. Nam eo tempore sanguinis eruptionem periculum est. Idcirco vulnera non decliuia, sed in contrarium collocanda sunt.

Sæpe à me dictum est, iustum ab Hippocrate dici pro eo, quod potestate est æquale: hoc est, quod pro vniuscuiusque dignitate est. Tale quid esse etiam iustitiam ipsam nouimus. Quantum igitur ad musculos spectat, iusta figuratio ea erit, in qua in neutram partem neque qui inflectunt, neque qui extendunt, intenduntur. Quantum verò ad decliue, aut accliue attinet, ea iusta esse figuratio videri posset, quæ inter accliuitatem, & decliuitatem media est: hoc est, quæ in rectam lineam exquisitè est extenta. Quæ sanè, nisi periculum aliquod eruptionis sanguinis impendeat, si que id ęger faciliùs ferat: eligenda est. De hac paulò antè diximus, vbi de extra cutem eiectis ossibus sermo erat. Nunc verò in præcidendis ossibus, sicut in operatione ipsa periculum est, ne dolore vehementi affectus æger, animæ defectione opprimatur: ita postquam operati fumus, alter metus impendet, ne sanguinis eruptio consequatur. Id quod quando putrefactæ partes deciderint, euenire consueuit. Deorsum igitur vergentem habitum ad eruptiones huiusmodi sanguinis promptissimum esse, perspicuum est. Vnde vt hoc periculum penitus, ac tutò euitaremus, præcisum membrum accliue,
A ac suspensum esset figurandum: nisi dolorem ea figuratio afferret. Quocirca sic vt paulùlum sursum vergat, collocamus. Patet item in hac oratione, Hippocratem, vt rem augeret, dixisse, Præterea etiam. périnde ac si ita scripsisset: Si neque suspensum sit, neque inclinetur deorsum, sed sursum magis vergat: & præcipuè cùm putrefactæ partes circumabruptæ, ac resolutæ fuerint. Nā eo tempore sanguinis eruptionum periculum est.

39 Nam cùm tempus plus processerit, & purgata iam hulcera fuerint, non ampliùs hæ figurationes idoneæ sunt, sed recta collocatio conuenit. Quādoque etiam in decliue tendentes habitus. Temporis
B enim mora nonnullis ex his ossis recessiones contingunt: atque ita fit, vt subligaminibus indigeant.

Sicut cùm sanguinis eruptionem cauebat, rectam collocationem licet mediam, & iustam ad accliuitatem tantisper redigebat, quatenus absque dolore laborantis membrum attolleretur: ita nunc mediocriter decliue interdum figurandum censet, vt sanies excerni commodè queant. Nam si neque sanguinis eruptionis, neque cōtagionis, neque inflammationis periculum sit, & iam purgata hulcera sola consolidatione indigeant: ante omnia illud cauendum est, ne aut pus, aut sanies aliqua tenuis subsistat, curandúmque vt omnia effluant. Sed interdum tamen accidit, vt aliqua pars ibi sinuata
C eo tempore sanie corrosa, quo metu sanguinis eruptionis accliuem figuram elegeramus, subligamina, quibus sinus contrahatur, requirat: cuiusmodi in occasione deligatio contrario modo, quàm cæteræ omnes antè dictæ, fieri debet. Illæ enim ab inferioribus orsæ partibus in superiorem desinunt: hæc, quæ his affectionibus adhibetur, in quibus exprimere pus volumus, incipiens desuper ad inferiora deuolui consueuit: ac paulò supra os sinus ipsius finitur: ea causa, vt quod è fundo ipsis expressum deligatione fuerit, aperto ore effluere statim queat.

40 Expectandum tamen est, hos post tempus aliquod dysenteria esse laboraturos. Nam & plerisque his, quæ denigrantur, & sanguinis eruptionibus ex hulceri-
D bus dysenteria superuenit. Atque id plerunque fit, vbi iam & denigrationes, & eruptiones sanguinis iudicatæ sunt.

Δυσεντερίας vocabulum non pro hulceratione intestinorum, vt plerique medici solent, sed pro cruenta ex intestinis proluuie sumere Hippocrates videtur: vt etiam quando ex iecoris imbecillitate cruenta deiiciuntur, affectio eo dysenteriæ nomine appelletur. Id quod & fieri, & dici à medicis quoque videtur. Quinetiam nostis multos ita affectos curantium inscitia periisse. Nam cùm aliquando ex acrimonia exeuntium vnà cum deiectionibus nescio quid sanguinis inter initia, deinde processu temporis strigmenta quoque intestinorum excernantur: quia plerique ex medicis quasi solam intestinorum exhulcerationem, neglecto iecinore, curare

rare consueuerunt, in causa sunt vt ægri moriantur. Morbus igitur est, & iecinoris imbecillitas, & intestino rum exhulceratio. Commune autem accidens cruenta hæc per sedem deiectio est, quæ non ob antè dictas causas existit. Nam ex copia sanguinis, venarum orificiis in intestina apertis, cruenta hi deiiciunt, vt malum hoc sanguifluis venis in ano, quas αἱμοῤῥοΐδας appellant, perquàm simile sit: eo tantum differens, quòd illæ in ano tantummodo fiunt: in hoc in intestinorum anfractibus, & reuolutionibus, vel in ipso etiam recto intestino, longè tamen ab ano in superiore eius parte, vbi exoritur, venæ aperiuntur. Multos nos vidimus hoc pati, quibus excisum os aliquod fuerat: quíque etiam cùm priori tempore validis exercitationibus essent assueti, repentè eas deseruerunt: cùm alii certaminibus, alii fossionibus, aut tali alicui rei laboriosæ anteà vacarent. Nisi enim hi vnà cum exercitationibus copiam etiam cibi, qua, cùm laborabant, vtebantur, imminuerint, celeriter nonnulli plenitudinis morbis corripiuntur: alii, quibus cum feliciùs agitur, in dysenteriẹ, quod dictum hic ab Hippocrate est, malum incidunt. Ita enim, vt dixi, sanguinis deiectionem appellat. Nonnullos item noui, qui profluuio sanguinis è naribus, alios, qui cholera laborarunt. Omnibúsque his ex circuitu omnino talia accidentia contingunt, æquali ferè tempore intercedente. Nam vniuersis his, ac repentinis exinanitionibus afflicti, ac perfrigerati, victui posteà studium non adhibent: sed rursus incautè, ac liberè eo vsi, copiam rursus sanguinis æqualem priori in æquali tempore contrahunt, ac colligunt. Communem igitur causam omnium, qui ita patiuntur, esse plenitudinem dicemus: quæ per venarum ora vel in naribus, vel in sede, vel in intestinis aperta exinanitur. Quæ quidem plenitudo in hominibus cõtrahitur, qui cùm comedant, vt priùs faciebant, abundè, sanguinem ex alimento procreatum, vt priùs solebant, non digerunt, nec consumunt. Sub hanc communem rationem omnium, qui ita affiiciuntur, ea quoque, quæ ab Hippocrate hîc dicta sunt, referuntur: quippe cùm illis, quibus membrum aliquod præcisum fuit, alimentum, quod priùs ad id deferebatur, in venis collectum copiam sanguinis faciat. Quapropter consulendum huiusmodi omnibus hominibus est, vt pauciora edant, quàm priùs, atque ea, quæ paucum alimentum exhibeant: frequenter aluum ducant: quatenus possint, exerceantur: ampliùs perfricentur: ante cibum sæpe, post nunquàm lauentur: sique vti aquis possint, quæ digerendi vim habeant, id vel maximè faciant. Atque hæc obiter dicta à me sunt: cùm tamen ipsa obiter minimè sint consideranda. Sed enim addendum quoque esse illud videtur, quam ob rem nonnullis, qui vehementem sanguinis eruptionem passi sunt, talis dysenteria post aliquod tempus superueniat. Id itaque fit propterea, quòd vehementibus sanguinis profusionibus frigefacto corpore minùs, quàm priùs, per cutem digeritur. Quod ergo non exinanitur, in corpore subsistens sanguinis copiam auget: ex qua, sicut priùs demonstratum est, & cholera, & sanguinis profluuia per nares, & cruentæ dysenteriæ eueniunt. Ita enim clarioris doctrinæ causa appello. Ex sanguinis autem copia, vt dixi, hæc consequuntur ob robur magis, & vires, quàm ob imbecillitatem: cùm ad exercendum id natura incitetur, econtrario quàm in iecinorariis affectionibus contingat. In illis enim infirmitate, & imbecillitate iecoris fit, vt cruenta ex intestinis deiiciantur. Si igitur vel per hæmorrhoidas, vel per venas, quæ aut ad intestina, aut ad nares pertingunt, quod redundat, natura expellere potuerit, fortunata exinanitio succedit. Sed si locis his copia ea nõ admissa ad pectus, & pulmonem inclinata fuerit, graue iam malum impendet. Alterum enim ex duobus contingit: nam aut in pulmonias, & laterales morbos, aut in sanguinis excreationes incidunt.

Galen.

A

41 Atque incitatur quidem impetuosè, & vehementer: sed neque multos dies perdurat, neque mortifera est: quippe cùm neque ipsi hi, qui hæc patiuntur, cibi abstinentia laborent, neque alioqui exinaniri eos conferat.

Non vt historiam scribat eorum, quæ huiusmodi ægrotis accidunt, hæc subiungit Hippocrates: sicut

B

Thucydides facit, cùm pestilentiam illam describit: sed vtà dysenteriis, quæ aliis de causis eueniunt, hanc, de qua loquitur, distinguat. Nam quanuis propositi huius operis propria hæc consideratio non sit, expedit tamen, vt diligentiùs pertractetur: cùm medici complures sint, qui affectiones, in quibus sanguinis deiectiones contingunt, discernere non valeant. Nonnulli enim longè aberrantes, omnes eas ex intestinorum hulceratione euenire opinantur. Excretio sanè, quæ per hæmorrhoidas fit, neque ipsos ęgrotantes latet. Cruenta verò, quæ desuper ad sedem deferuntur, alia statim à principio veniunt: alia vbi tale aliquid præcesserit. Si repentè sanguis multus deiicitur, scire licet, apertionem orificiorum venarum natura quod grauabat excernente contigisse: cuiusmodi hæc, quæ nunc dicta ab

C

Hippocrate est, dysenteria: quæ cùm impetuosè incitetur, citò desinit: præterquam quòd neque fastidio cibi laborantes afficit: quemadmodum cùm ex iecoris infirmitate huiusmodi deiectiones consequuntur. Tametsi raró iecoraria affectio à tali exinanitione incipit: vt plurimùm enim quasi carnium lotura, & sanies sanguinis tenuis inter initia excerni consueuit. Incipit tamen quandoque etiam cum huiusmodi repentino sanguinis profluuio, cùm visceris huius infirmitati plenitudinis quoque affectio accesserit. Post initia verò vtro modo contigerit, vnà cum summo cibi fastidio sanguis merus, alíquando non multus, alíquando flauæ bili admistus cum intestinorum derasis adipibus deiicitur. Posteà etiam, quando videlicet malè admodum affectum iecur est, quasi sanguinis fæx exit. In huiusmodi autem excretionibus, præsertim cùm aliquid bilis etiam habuerint, ipsorum intestinorum particulæ

D

quoque, quas ξύσματα, id est, strigmenta vocant, simul deiiciuntur, summa intestinorum tunica humoris acrimonia derasa. His tenuissimo victu est opus. At qui redundantem sanguinem excernunt, iis congruus cibus exhibendus est: quippe cùm sanum, ac valens iecur habeant, quod præualere ei posit.

Femoris ad coxam repositio.

42 Femoris ad coxam prolapsio si in interiorem partem prociderit, in hunc modum reponenda est.

Hippocratem, quòd articulum ad coxam reponere aggrediatur, cùm tamen relapsurus statim sit, primus Ctesias Cnidius ipsius cognatus (nam etiam ipse gene-

re erat Asclepiades ab Aesculapio originem ducens) post Ctesiam, alii quoque nonnulli damnant. Cùm igitur duplex omnium huiusmodi rerum iudicium sit, alterum, cùm aliquis ipse inspexerit rem, quæ in dubium venit: alterum, cùm, longo experimento non expectato, demonstratiua ratione ex natura rei sumpta quippiã probatur: nos vtroque in præsentia vtemur. Quod ad naturam rei pertinet, huiusmodi est: In hac dearticulatione validissima copula est, teres, in ipsa occulta, quæ verticem capitis femoris profundissimæ cauitati acetabuli connectit: vt si quis eam etiam non viderit, ex hac oratione consentaneum sit, intelligere eam longitudine esse admodum breuem, qua parte videlicet femur semper versatur: quemadmodum Hippocrates inquit, in coxa versatur nunquàm supercilium acetabuli extra transcendens. Necesse igitur est, vt minima quantum ad longitudinem attinet, copula hæc sit. Quocirca quoad naturali in statu est, prohibet, quò minùs excidere femur queat. Fieri tamen potest, vt non solùm abrupta, verùm etiam ex humiditate multa in sinu acetabuli collecta adeò præter naturam extendatur, vt è naturali sede excidere femur permittat. Si itaque fracta copula femur luxari contingat, licet statim fuerit repositum, in sede tamen persistere non poterit. Cùm enim deuexum acetabulum sit, ac decliue, magnúmque pondus totius cruris insertum habeat, facilè femur rursus à propria sede elabetur, si quis ingrediendo vel paulò citiùs moueatur, vel transcẽdere aliquid, quod ante pedes sit, velit. Nam si paruo motu eius in plano solo vtatur, semper fortasse seruare id in naturali situ poterit. Sed hoc fieri videtur nullo pacto posse. Etenim, etiam si nihil aliud sit, quod impediat, saltem velut in inscensu soliorum in balneis attollere crus prorsus cogetur, atque ita quidem femur repositum in sede sua permanere non posse, si diuulsa copula fuerit, rei ipsius natura nos docet. Quinetiam illud quoque verè adiungere quispiam posset: cùm in dearticulatione ad genu copulæ quædam neruosæ extrinsecus sint, femur solam hanc habere, nullámque aliam huiusmodi extrinsecus, neque musculos, qui dearticulationem constringant. Neque enim musculi paruo cuidam præsidiò sunt, ne articuli facilè excidant, præsertim si robusti, ac contenti fuerint. Propterea enim certatoribus, licet vehementissimos ictus in luctationibus, & casus, & distentiones, & articulorum contortiones sustineant, brachia, & crura non luxantur: quia vndique magnis, & validis musculis constricta sunt. Ipse etiam Hippocrates inter initia huius libri, bobus quoque maximè articulum ad coxam luxari, vbi consenuerint, graciléſque, ac macilenti euaserint. Dirupta igitur hac femoris copula quanuis repositus articulus fuerit, contineri in sede, præcipuè in gracilibus, inquit. Videamus deinceps si ex copiosa humiditate laxata copula excidere femur permiserit, atque id deinde repositum fuerit, quid euenturum esse verisimile sit. Mihi quidem hîc quoque esse manifestum videtur, si manserit ibi ea humiditas, rursus id esse elapsurum: si exiccata fuerit, firmitatem naturalem esse recepturum. Nã ex humiditate quoque effici, vt articulus luxetur, ex ipso etiam Hippocrate potes cognoscere, qui in definitionibus, quos Aphorismos vocant, ita scribit: Quibuscunque à coxendice vexatis coxa luxata rursus redit, iis mucus suboritur. Muco igitur collecto in dearticulatione, id est, lento humore, madefacta copula relaxatur. Nihil autem interfit in præsentia, siue copulam, siue copulatiuum neruum, & colligatiuum vocemus. Quæ enim copulæ teretes in neruorum speciem sunt, copulatiui, seu colligatiui nerui appellari è dissectionis professoribus consueuerunt. Huiusmodi femoris luxationem bis iam nos ita curauimus, vt reliquum tempus non ampliùs exciderit. Diu autem exiccantibus medicamentis circumcirca dearticulatio comprehendenda est, quousque copulatiuus hic neruus satis fuerit exiccatus, vt non amplius ita extendi queat, vt femur supercilium acetabuli transcendens sequatur, sed in naturali situ ipsum intus contineat. Femur enim aliquando manere, si repositum sit, locupletissimus testis Tarentinus Heraclides est, vir profectò, qui neque decreti confirmandi causa mentitus sit, vt plerique ex dogmaticis, & decreta sectantibus consueuerunt, neque in arte inexercitatus, sed, si quisquam alius fuit, ipse operum medicinæ admodum peritus extiterit. Sed orationem eius audiamus, quam in quarto libro De curandorum eorum, quæ extrinsecus sunt, ratione scripsit: quæ ad verbum ita se habet: Qui femur repositum non manere propterea opinantur, quia diuulsus neruus fuerit, qui ad acetabulum coxæ femur continet, ignorant: cùm in vniuersali modo negationem faciant. Nam neque Hippocrates, & Diocles, neque Philotimus, & Euenor, & Neleus, & Molpis, & Nymphodorus, aliique nonnulli repositiones eius tradidissent. Quin nos etiã in duobus puerulis propositum obtinuimus. Sæpe tamen, & magis in adultis articulus rursus relabitur. Non igitur res ratione iudicanda est: sed quia aliquando contingit vt permaneat, non semper auulsionem, sed & relaxationem, & contractionem rursus nerui fieri existimandum est. Quandoquidem quærere vtile quidem est, sed non prorsus commune. In fine orationis huius suæ Tarentinus hoc adiunxit, sectam suam, quæ experimentaria erat, sequutus. Cuius id propositum est, quæcunque apertè ita inspecta sunt, vt ex ipsis vtilitatem, quæ ad artem spectet, discere valeamus, inutilem esse in his causæ inquisitionem. Cæterùm etiam post Heraclidem alii multi recentiores repositum femur à se sempet remansisse memoriæ prodiderunt.

43 Bona autem, & iusta, & secundum naturam repositio hæc est, quæ nescio quid etiam ambitiosæ concertationis in se habet, si quis harum rerum ostentatione delectatur. Homo pedibus ad medianum fortì, sed molli, ac lato vinculo suspendendus est: ita vt pedes quatuor circiter digitos, aut etiam minùs inter se distantes habeat: tum ei supra genua lata, & mollis habena, quæ ad idem medianum attollat, circundanda est.

Scitè, atque vrbanè aliquid iactare, ostentare, id est, κομψεύεσθαι dicere Attici consueuerunt. Id quod etiam nunc Hippocrates significat, cùm inquit, Si quis harum rerum ostentatione delectatur. Nam superiùs etiam de iis, qui extensionem per scalam adhibebant, loquens, dixit, eos imperiti vulgi auram affectantes id facere. Et tamen de ea quoque scripsit, quia tempestatis suæ medicos non bene vti ea videbat. Sic nũc etiam quo pacto extentum per scalam femur reponere quispiam

piam optimè poſſet, docere propoſuit. Qua fortaſſe reponendi ratione, ſi non affuerit ſcamnum, de quo poſteà dicturus eſt, vti etiam nos poterimus. Iubet igitur hominem ſcalæ alligatum ſuſpendere, vinculis ſcala ad medianum ſublata. Medianum autem, id eſt, μεσόδμην, tignum magnum trãſuerſarium appellatur, quod in magnis diuerſoriorũ ſtabulis, vbi manent iumenta, necnon in agris in ruſticis domiciliis ab vno pariete ad alterum pertingit. Vúltque vt pedes ſurſum ad medianum conuerſi ſint, caput verò non longè abſit à terra: ſic vt ille, qui reponit, rectus aſsiſtens manibus vti in reponendo articulo queat: quemadmodum deinceps docebit.

44 Debet autem læſum crus duobus circiter digitis magis, quàm alterum eſſe extentum: caput verò duos ferè cubitos, aut paulò ampliùs, aut minùs à terra abeſſe. Manus autem ad coſtas appoſitæ molli aliquo alligandæ ſunt. Atque hæc omnia ſupino ei iacenti ſunt apparanda: vt quàm minimum tempus dependeat.

Vincula quomodo circumiicièda ſint partibus corporis, quas commemorat, apertè declarauit. Validiora autem eſſe iubet, & mollia, quæ crus affectum attollũt, meritò quidem: quippe cùm tota hæc extenſio cauſa cu rationis illius efficiatur, communi omnium, quæ reponuntur, ratione. Quoniam enim caput femoris ex acetabulo elapſum in interiorem partem abiit, à muſculis, qui illhic ſunt, attractum: conuenit ſanè vt priùs deorſum id vnà cum femore videlicet agatur: deinde ita in exteriorem partem propellatur. Vbi verò è directo ad acetabulum promotum fuerit, vel muſculis inde committendum negotium eſt, vel ſimul etiam impellendum. Muſculos enim omnes ad capita ſua naturali motu attrahi, ſæpenumero dictum iam eſt. Hi igitur ſimul ſecum femur etiam attrahent. Id attractum capite ſuo in acetabulum coxæ ingredietur.

45 Vbi verò ſuſpenſus iam fuerit, vir peritus, & non imbecillis debet traiectum inter femora cubitum ſuum inter caput femoris prolapſum, & interfemineum inſerere, deinde altera manu ad traiectam coniuncta rectus aſſiſtens è corpore ſuſpenſi hominis repentè annexus ſublimis æquabiliſſimè appẽdere. Hæc repoſitio omnia, quæ ſecundum naturam debent, exhibet. Nam & corpus ipſum ſuſpẽſum ſuo ipſius pondere extenſionem facit, & homo appenſus tum extendendo impendere caput femoris ſuper acetabulum cogit: tum oſſe cubiti moliendo relabi id in priſtinum ſitum compellit. Oportet autem quàm optimè vinculis inſtructum hominem eſſe: necnon quàm valentiſſimum eſſe eum, qui appenditur. Sicut autem priùs quoque eſt di-

Galen.

A ctum, multùm inter hominum naturas intereſt, quantum ad id ſpectat, vt vel facilia, vel difficilia repoſitu ſint. Cúrque multùm interſit, ſuperiùs, vbi de humero agebamus, dictum eſt.

Totum id, quod inter inguina vtriuſque cruris eſt, πλιχάδα, id eſt, greſſuram ſolet appellare: cuius mediam partem περίνεον nuncupat, hoc eſt, interfemineum, eo quòd duobus feminibus interiacet: quæ eſt intercapedo, quæ ab exortu pudendi vſque ad anum pertinet: vbi etiam veſicæ collum collocatum eſt. Iubet igitur, vt inter hoc interfemineum, quod per longitudinem in media greſſura porrigitur, & caput femoris cubito inſerto, manúque altera ei coniuncta, quemadmodum

B apertè ipſe deſcripſit: ille appendatur, qui caput femoris deorſum eſt attracturus: id quod non ſolùm efficietur, verùm etiam molitio accedet, quæ articulum in exteriorem partem coget excedere, quo caput femoris directum ſupra acetabulum coxæ conſtituatur.

46 Nonnullis enim ex nullo apparatu femur ingreditur, ſed ex parua extenſione, quatenus dirigere manibus valeamus, leuíque criſſatione reſtituitur.

Sicut ſuperiùs κιγκλισμὸν criſſatum maſculino genere dixit, ita nunc fœminino κίγκλισιν criſſationem à criſſa aui, ſeu motacilla, paruam, & leuem agitationem vocat. Nam agitare hac illhac, de leui quadam motione intelligendum eſſe oſtendit, vbi repoſitionem luxatæ

C maxillæ tradit.

47 Multis item, ſi ad articulum crus inflexerint, id facta circumuagatione in ſedem iam eſt relapſum. Plerunque tamen fit, vt cuilibet apparatui non obtemperet. Quocirca ſcire quidem optima, ac præſtantiſſima de vnaquaque re in omni arte debemus: ſed vti poſteà quibus ſingillatim viſum fuerit. Porrò extendendi rationes etiam in ſuperioribus dictæ à me ſunt: vt vti ex illis ea, quæ obuia fuerit, valeamus. Vehementer enim in diuerſas partes ex-

D tendatur homo neceſſe eſt, vt in alteram crus, in alteram corpus adducatur. Nam ſi bene fuerit extentus, caput femoris priſtinæ ſedi ſuperimpendebit. Si verò ita ſuperimpenderit, neque facile poſtmodum eſt prohibere, quò minùs in ſedem propriam inſideat: vt iam inde omnis molitio, & reaptatio ſufficiat. Sed enim in extẽſione deficiunt. Atque idcirco euenit, vt moleſtiam multam afferat repoſitio.

Dum crus ad inguen inflectitur, ſuſpenſum totum femur efficitur. Quod cùm fit, femoris caput agitatum redire interdum per circumuagationem conſueuit. Per

circumuagationem autem quid significet, id quod & humeri articulo,& coxæ,dum & excidunt,& reponuntur, contingit, ipse superiùs declarauit, vbi edocuit in his dearticulationibus subluxationem fieri non posse, sicut in aliis,quæ ad cubitum,ad manum,ad genu,ad talum sunt. Propter ea enim quòd globosa, & rotunda femorum capita sunt, orbiculare verò, & in circulum conclusum cauitatum, quæ cum ipsis dearticulantur, supercilium eminet, fieri non potest, vt pars aliqua capitum in cauitatibus contineatur, aliqua non contineatur, sed in supercilio ipso acetabuli insideat: verùm statim, vbi deuoluuntur, vel intra dearticulationem, vel extra labantur, necesse est. Quia igitur capitis lapsio in vtrumlibet minimo circumuagationis momento regitur, rem hanc circumuagationem nominauit.

48 Oportet igitur non solùm ad pedem vincula annexa esse,verùm etiam supra genu,vt non magis genu,quàm coxæ articulum deligatio intendat:atque ita debet extensio ad pedem apparari. In alteram autem partem non solùm ex deligatione ad pectus,& alas retractio procuranda est, verùm etiam habena longa, duplicata, valida, leni, interfemineo circumiecta,atque à posteriore parte ad spinam,ab anteriore ad iugulum porrecta vtrinque dextrum distendendum est. Videndum tamen vt habena non supra femoris caput prætenta sit,sed inter caput femoris, & interfemineum. Inter extendendum autem, ad caput femoris pugno offirmato,propellendum est. Quòd si qui trahitur suspendatur, traiecta manu, atque altera ei coniuncta, simul & detrahendum, & in exteriorem partem propellendum est. Quod cum fit,iubendum alteri est,vt partem femoris ad genu interiorem in partem detineat.

Cùm pedibus suspensus homo caput deorsum habeat, omnibus articulis distenditur: sed vnum tantùm eius articulum, qui est ad inguina, extendi volumus. Meritò igitur supra genu iniicienda esse vincula præcipit, quæ femur sursum intendant. Nam si solis tibiæ inuolutis attrahere crus permittamus, nihilò minùs, sed magis quoque,qui ad genu est,quàm, qui est ad coxam, articulus, quippe cùm vicinior vinculis sit, distendetur.

49 Dictum autem priùs etiam est,operæ pretium esse, vt qui in ciuitate aliqua frequenti medetur, lignum quadrãgulum habeat sex circiter cubitorum, aut paulò maius,latitudine bicubitali: crassitudo autem dodrantalis sufficiet.

In libro De fracturis, de machinamento hoc mentionem fecit: quare inde testimonium adducunt nonA nulli,qui asserunt, vnum librum scriptum à principio ab Hippocrate fuisse,quem inscripserat, Quæ in medicatrina fiunt:qui deinde ob magnitudinem in duas partes fuerit diuisus:quarum altera,quæ prior est,De fracturis: secunda, De articulis inscriptionem obtinuerit. Cuiusmodi autem esse machinam hanc velit,iis,qui viderunt quod scamnum Hippocraticum vocatur, perspicuum est. Ita enim ex multo iam tempore appellari à medicis consueuit. Formulásque paruas ad imitationem eius factas plerique habent: eóque sæpissime vtuntur:solúmque id est,quod ad articulorum repositiones sufficiat. Si tamen aliis etiam vti machinis quispiam velit,habet ad itinera quidem accommodatam,quæ diuulsilis appellatur: quod Archimedis ipsius inuentum esse prædicant. Ad vsus verò in vrbibus,statariam quidem, quæ Tectonis, aut Andreæ nuncupatur: sessilem, hoc
B Hippocratis scamnum: quod nonnulli ex recentioribus medicis elegantius,non secus,ac machinariam crepidinem, apparàrunt. Deinceps igitur instrumenti huius fabricam describenti animum aduertite, atque ea, quæ dicit,illis,quæ inspexistis,accõmodate. Sola enim monstratio quemadmodum anteà etiam diximus, est, quæ huiusmodi res declarat. Nam illis, qui apud me librum hunc legunt,promptè equidem hoc officium exhibeo, producto in medium instrumento huiusmodi vel ipso magno, vel paruo aliquo ex eius simulacris, quæ huius tantummodo vsus causa conficimus, vt legentibus ostendere valeamus. Non enim scilicet per ea reponi articulus quispiam potest. Sed nunc sicut hoc facere mihi nullo pacto licet, ita explanare, si quid in verbis Hippocratis obscurius inciderit, licet. Quod & in superioribus hucusque feci, & facturus in sequenti-
C bus sum.

50 Id per longitudinem hinc & inde incisionem prælongam habere debet, ne altior opportunitate machinatio sit.

Cùm inquit Hinc & inde, à sinistra, & dextra parte intelligit. Quod ex eo patet,quòd addidit. Per longitudinem. quinetiam prælonga idem significat. Nam supra caput, & infra pedes incisionem transuersam potiùs, quàm prælongam appellasset. Quod autem inquit,huiusmodi est:melius enim est,vt diluciditatis causa orationem hãc totam paraphrasticè explicemus. Id, inquit,per longitudinem hinc & inde incisionem prælongam sicut lignum est, habere debet: quæ ea sit profunditate, vt ad mollitionem sit accommodata, vt ne
D altior,quàm conueniat,machinatio sit. Quod enim inquit,opportunitate, Græcorum more dictum est, qui καιρὸν, id est, opportunitatem, pro conueniente interdum ponere consueuerunt. Quod etiam δέον, id est, quod debet,& par est,appellant. Sit igitur incisio scamni tanta, vt in ea firmari vectis ad molitionem faciendam queat.

51 Deinde postes breues, validi vtrinque inaptandi,qui asellos habeant.

Asellos, qui & suculæ dicuntur, axes vocat: postes verò,firmamenta,in quibus axes infixi sunt: quæ vtrinque,id est,à superiore parte,& inferiore scamni inaptata esse vult. Ad axes enim hos laqueorum,qui ægro circumiiciuntur,capita,tempore,quo in diuersa extendendum est,innectuntur.

52 Tum satis quidem est, si in dimidia

ligni

ligni parte, nihil vetat tamen quò minùs per totum etiam, quaſi foſſulæ longæ quinque, aut ſex incidantur quatuor digitis inter ſe diſtantes, trium digitorum latitudine, atque eadem profunditate.

Κατέτȣς, id eſt, foſſulas, quo verbo hîc vtitur Hippocrates, non pauci ex veteribus foſſas appellarunt. Quam vocem per tranſlationem hîc poſuit Hippocrates, dum inciſa in ſcamno caua ad vectes firmandos exprimere vult: quæ quidem in dimidia parte ligni, hoc eſt, inferiore præcipuè excauanda cenſet. Nihil vetare tamen inquit, quin in ſuperiore quoque fieri poſſint: quippe cùm inſtrumentum hoc, quod deſcribit, non ſolùm ad coxæ articulum, verùm etiam ad vertebras, & humeros reponendos nobis vtile futurum ſit. Hæc autem caua eſſe plura debent, propterea quòd qui curantur, & ætatibus, & magnitudinibus, & toto corporis habitu inter ſe differunt. Quæ ſanè quanta magnitudine facienda ſint, quantáque inter ſe diſtantia, ipſe manifeſtè expoſuit.

53 Habere præterea in medio lignum hoc debet cauum aliud profundius ad tres circiter digitos quadrata figura, vt in eo, cùm eſſe opus videbitur, lignum infigatur: quod ima ſui parte foramini accommodetur, & quadret: teres ſuperiùs ſit. Infigendúmque id eſt, vbi viſum fuerit, inter caput femoris, & interfemineum. Lignũ hoc erectum ſtans impedit, ne corpus, dum trahitur, ad pedes ſequatur. Interdúmque ſatis ipſum ſolum eſt, vt à ſuperiori parte, qui in contrarium adducat, nõ requiratur. Interdum, dum etiam hinc & inde crus extenditur, laxũ id vel hac, vel illhac incumbéns, in exteriorem partem caput femoris moliendo extrudet. Nam propterea quoque foſſulæ illæ excauatæ ſunt, vt in quibuſcunque ex ipſis conuenerit, ligneus vectis iniectus, & vel iuxta ipſa, vel ad ipſa articulorũ capita prorſus impactus ſimul cum extenſione moliatur: ſiue in exteriorẽ, ſiue in interiorẽ partẽ facere id expedierit.

Scalpi in medio ſcamno cauum quoddam vult, quod ad ſuſcipiendum lignum erectum, quod infigatur inter caput femoris & interfemineum, idoneum ſit. Clarè autem ipſe cur lignum hoc inter extendendum ſtatuendũ ſit, quemadmodum cętera quoque omnia déinceps explicat. Ob eos tamen, qui ingenio ſunt tardiore, orationem hanc planiùs aliquantulò exponere non recuſabo. Lignum hoc inter caput femoris lapſum, & interfemineum, erectum déorſum intendendi obſtaculum fit. Dictum ſiquidem ſæpe iam anteà eſt, niſi quis obſtet, & in contrariam partem reducat, dum membrum extenditur, facilè fieri, vt corpus intendenti cedens, atq; obſequẽs intentionẽ omnem reſoluat. Hoc quidẽ præſtat etiam per laqueos ſuperioribus partibus iniectos facta

Galen.

A intentio: firmitatis tamẽ cauſa ligno hoc quoq; vtitur: quinetiã ipſo aliquãtulùm relaxato, molitionem facit.

54 Siue item teretem, ſiue latum eſſe vectem vtile ſit: alius enim alii ex articulis competit. In omnium autem articulorum cruris repoſitione hæc cũ quaſſatione molitio perquàm vtilis eſt. Sed de quo nunc ſermo eſt, teretem eſſe vectem conuenit. Ex his machinamentis, & neceſſitatibus mihi non videtur fieri poſſe, vt reſtitutione vllus articulus fruſtretur. Tametſi alii quoq; modi reponẽdi huius articuli reperiuntur.

Ipſe déinceps dicet tereti vecte vtendum eſſe, cùm B in exteriorẽ partem femur molimur. Id quod ipſi nunc propoſitũ eſt, cùm intrò prolapſionem factã reponet. Nam ſi extrà exceſſerit, latum vectẽ adhibendum cenſet. Nunc enim vult vt inter prolapſum caput, & interfemineum ingrediatur, ſic vt paulò ſuperiùs capite collocetur. In exceſsione in exteriorem partem, cùm multa amplitudo eo loci ſit, ſtabilius, ac firmius latus vectis obnititur: ſicut paulò pòſt ſuo loco iterum dicetur.

55 Nam ſi lignum hoc magnũ in medio, & à lateribus poſtes duos pedales habeat ea altitudine, quæ conuenire videatur, hinc vnum, & inde alterum, déinde lignum tranſuerſum, tanquam ſcalæ gradus inter poſtes ſit collocatũ, ſano crure inter C poſtes traiecto, læſum ſupra gradum tranſfertur, atque adaptatur: veruntamen facilè aliquid deſuper, & in quam partem excidit articulus, accommodandum eſt: altior enim, quàm moderatum ſit, gradus eſt: & ſtragulum multiplex, prout congruerit, corpori ſubſternendum.

Non ſola axiũ firmamenta poſtes ſe vocare ex hac oratione manifeſtat. In media enim parte per longitudinem totius ſcamni lignum quoddam tranſuerſum, quaſi ſcalę gradus inter duos poſtes à dextra ad ſiniſtrã pertingens conſtituitur, ſupra quod luxatũ crus extenditur: non ita quidem ſimpliciter, ſed cum altero ligno, D quod per longitudinem à ſuperiore vſque ad inferiorẽ cruris partem porrectum ei alligatur: cum hoc enim ſupra gradum crus compellitur. Conſtat enim ſanũ crus infra gradum eſſe debere in medio inter poſtes loco. Poſtes enim gradus huius ſuſtentacula appellat: quorũ vtrinque alterum ſcamno infigendum cenſet. Hos autem à poſtibus ianuarum per tranſlationẽ ita eſſe nuncupatos perſpicuum eſt.

56 Déinde lignum moderata latitudine, & longitudine, vſque ad malleolũ cruri ſubtendendum eſt: quod vltra caput femoris, quatenus fieri poteſt, porrigatur: crurique, quot partibus congruerit, alligetur.

Lignũ toti cruri alligari dictũ à me etiã priùs eſt: ſed nunc ligni ſuperius caput capite femoris altius eſſe fa-

ciendũ cẽſet, adiungẽs, Quatenus fieri poteſt. eò quòd quod faciendũ eſſe dicit, difficile admodũ eſt: niſi quis A partẽ eã capitis ligni huius lõgi, quà ad inguẽ innititur, humiliorẽ: quà verò exteriùs tẽdit, altiorẽ effecerit. Nã ſi ęquale ſit, æqualẽq; altitudinẽ habeat, ꝑdifficile eſt, ſimul caput ipſius & inguine firmare, & ſupra caput femoris impellere, qđ in hac luxatione inguine altius euaſit.

57 Poſteà dum crus extenditur, ſiue piſtillari fuſte, ſiue aliqua alia ex his extẽſionibus, ſimul & crus vnà cum alligato ligno circum gradũ deorſum comprimatur, & aliquis alius hominẽ ſupra articulũ ad coxam detineat, neceſſe eſt. Nam ita fit, vt caput femoris & extenſione eò redigatur, vt ſupra acetabulũ impendeat, & molitione in priſtinam naturã retrudatur. Hæ omnes commemoratæ, neceſſitates validæ ſunt: omnéſq;, ſi quis rectè, & bene exerceat, calamitate ſunt ſuperiores. Quemadmodum enim priùs etiam diximus, ex imbecillioribus extenſionibus, viliorique apparatu luxatio hæc pleriſque reſtituitur.

Femore, cùm ſupra gradũ tranſlatũ eſt, humilior luxatus articulus efficitur: id quod eſt ad repoſitionẽ valde accõmodatũ: cùm acetabuli margo inferior femoris capite etiã fiat. Nã cùm luxatus articulus niſi marginẽ acetabuli tranſcendat, reuerti non queat, ea verò ſuperiùs exceſſerit: ſi depreſsiore, & humiliore eo facto extendamus, optimum eſt. Laquei autem, quibus intentio fit, vel ad piſtillarẽ aliquem fuſtẽ deligãdi ſunt, qui ima ſui parte ſtabili alicui moræ in terra obiectus offirmetur: vel, ſi huiuſmodi fuſte vti nolueris, axi, qui in ſcamno eſt ad pedes, intendentiũ habenarũ capita circumiicies. Hoc enim ſignificauit, cùm inquit, Siue aliqua alia ex his extenſionibus. ex his, videlicet antè dictis, à piſtillari ligno diſtinctis. Quę ſubſequuntur, perſpicua ſunt.

58 At verò ſi in exteriorẽ partẽ caput femoris prolapſum ſit, hinc & illhinc tali quodam modo, ſicut dictũ eſt, extenſiones fiunt. Molitio verò lato vecte ſimul cũ extenſione ab exteriore parte in interiorem impellendo adhibetur: ita vt ad ipſam clunem, vel paulò ſuperiùs vectis ſtatuatur. Alius verò ab altera coxa ad clunem etiã ipſe, ne recedat corpus, vel manibus, vel altero aliquo huiuſmodi vecte accommodatæ alicui foſſulæ offirmato, reniti debet: ac ſimul femoris luxati partem, quæ ad genu eſt, ab interiori parte in exteriorem ſenſim promouere. Suſpenſio huic luxationis modo nõ conuenit. Cubitus enim appenſi hominis femoris caput ex acetabulo extruderet. Molitionem tamẽ cũ ſubiecto ligno, vt huic quoq; luxationis modo cõpeteret, machinari quiſpiã poſſet, ſi extrinſecus id applicaret. Sed quid plura? Nam ſi rectè, & bene extendamus, & rectè moliamur, quis articulus ita prolapſus non reſtituatur?

Si validè quiſpiam crus extenderit, neque vectis molitione opus erit. Manus enim noſtrę ſufficient: quibus totum femoris caput extrinſecus ad clunem appręhenſum propellere eatenus facilè poſſumus, quoad è directo ad acetabulũ deueniat. Teretem autem vectẽ ad huiuſmodi molitionem eſſe ineptũ, manifeſtũ eſt, quippe cùm etiam latus officio deſit: niſi talis ea parte ſit, qua clunẽ cõpræhendit, qualem faciendã eſſe eã iuſsit, quę ἄμβη, id eſt, ſpatularis crepido appellatur. Ipſe enim ita inquit, Ita vt ad ipſam clunem vel paulò ſuperiùs vectis B ſtatuatur. Si itaque paulò ſuperiùs ſtatuendus eſt, reſimus aliquantulùm ad cõpræhendendam partẽ illam nõ prorſus rectus eſſe debet. Cætera clara omnia ſunt.

59 Si verò in poſteriorem partem excidit femur, extenſiones ita, ſicut dictũ eſt, faciendæ ſunt: tantùm ſtragulo multiplici, quo molliſſimũ ſit, lignum inſternendum: homóq; ſupra pronus collocandus eſt. Simul autem cũ extenſione aſſere non ſecus, atque in gibberoſis faciebamus, deprimere debemus: ſic vt aſſis è directo ad natem, & magis inferiorẽ, quàm ſuperiorem coxarum partem cõſtituatur. C Inciſio verò in pariete ad aſſerem excipiendam non recta, ſed paululùm ad pedes inclinata facienda eſt. Hæc repoſitio & ex natura maximè huius luxationis modi, & validiſſima præterea eſt. Loco aſſeris fortaſſe ſatis eſſet, ſi inſideret aliquis, aut manibus cõniteretur, aut inſcendens quoque repentè ſimul dum extenditur, calce impenderet. Alia nulla ex prædictis ex natura huius prolapſionis modi repoſitio eſt.

Hęc quoq;, quæ de modo hoc luxationis tradit, aperta D ſunt omnia, ſi quis quæ anteà dicta ſunt, memoria teneat. Vult enim hũc, nõ vt priores, ſupinũ, ſed in ventrẽ collocari. Ea ſiquidẽ prona figura proculdubio eſt, deinde forti adhibita extẽſione à poſteriore parte in priorem articulũ propelli. Nã poſterior pars deſuper, prior infrà in hac cubatione ſtatuitur. Vnde oportet, eũ, qui reponit, deorſum femoris caput detrudere: id quod oppreſsio per aſſerẽ cumulatiſsimè præſtat. Poſſet tamen id rectè etiã facere quiſpiam, ſi ſupra eminentiã violenter inſideret. Quãquàm niſi ſuæ natis protuberatione ſupra luxatum caput innitatur, ægroto nihil proderit. Hoc igitur opus viri diligentiã, & prudẽtiam requirit.

60 Quòd ſi in anteriorem partẽ promotio contigerit, extenſionum idem modus adhibendus eſt. Vir autem debet, qui

& ma

& manibus quàm validiſſimus, & quã peritiſſimus ſit, vola alterius manus ad inguẽ impreſſa, atq; altera manu ea cõpræhenſa ſimul & prolapſionẽ deorſum cõpellere, & femur ad genu in anterioré partẽ trahere. Hic repoſitionis modus maximè ex natura huius luxationis eſt. Sed & ſuſpẽſio propè ad naturam accedit. In ea tamen oportet hominem, qui appenditur, peritum rei eſſe: vt non cubiti molitione articulum retrudat, ſed ad medium interfemineum, & ad os ſacrum appenſionem faciat.

Cùm ad quartam luxationis coxæ differentiam deuenerit, apertiſſimè omnia de ea commemorat: & præcipuè ſi eorum meminerimus, quæ etiam ſuperiùs comprælienſa ſunt: vt nobis nihil hic præter propoſitum nugandum eſſe videatur.

61 Qui etiã per vtrem reponere hunc articulum tentauit, laudi eſt. Nonnullos tamen vidi, qui ob imperitiã extra & retro factas luxationes per vtrem reponere conarẽtur: neq; aduerterent ſe eo modo eiicere magis articulũ, quã reſtituere. Nam qui id primus commentus eſt, ad ea proculdubio, quæ in interiorem partẽ prolapſa fuerant, repoſitionẽ per vtrem adhibere tentauit. Sciendum tamen eſt, multa alia ad hoc vtre eſſe præſtãtiora. Vter verò flaccidus, & vacuus intra femora coniiciendus, ſic vt quã intimam in partẽ poteſt, ad interfemineũ ingeratur: deinde femoribus à patellis vſq; ad eorum dimidiũ faſcia producta inter ſe colligatis, per partem ſolutam follis ex officina fabri inferẽdus eſt, atq; inflãdus: ſic vt vter violenter diſtendatur. Homo autẽ in latus cubare, læſumque crus habere in ſuperiore parte debet. Atq; apparatus quidem huiuſcemodi eſt. Sed pleriq; peiùs, quã ego nũc dixi, inſtruuntur. Nam neq; ad multam partẽ femora deligant, ſed tantũ genua: neq; inſuper extendunt. Inſuper enim extendendum eſt. Nihilò minùs tamen aliqui hoc etiã pacto facilẽ rem nacti repoſuerunt. At hoc modo compellere non rectè ſe habet. Vter enim, dum inflatur, partes ſuas tumidiores ad caput femoris, quod emoliendũ eſt, minimè habet: ſed infra ipſum, cùm in medio femorũ, vel inferiùs etiã à medio

Gelen.

A collocatus ſit. Adde quòd femora etiã curua natura ſunt: in ſuperiore enim parte carnoſa, & inter ſe coeuntia, in inferiore ſubſiccanea, & tenuiora: ita vt femorũ etiam natura ac forma vtrẽ ab opportuniſſimo loco depellat, ac deiiciat. Quòd ſi paruũ vtrẽ inferas, exigua vis ad compellẽdum articulum erit imbecilla. Quocirca ſi vtre vtendum eſt, ad multam partem femora inter ſe ſunt colliganda: & ſimul cum extẽſione corporis vter inflandus. Vtraq; verò crura in hoc reponendi modo ad finẽ

B ſimul deliganda ſunt.

Hunc quoque per vtrem reponẽdi modum licet nõ probet, docet tamẽ qua ratione eo optimè vti quiſpiã poſſet, planè omnia perſequutus.

62 Cæterũ illud in tota arte in primis ſtudendũ tibi eſt, vt quod ægrotat, ſanum reddas: ſiq; multis modis ad ſanitatẽ reſtituere id liceat, eũ eligas, qui moleſtia magis careat. Hoc enim ſicut ad virũ bonum magis ſpectat, ita quoq; eſt artificioſius, ſi populo gratũ fucũ nõ affectes. De quo igitur eſt ſermo, tales nõnullæ domeſticæ extenſiones corporis eſſe poſſunt: vt ex præ-

C ſentibus facilè omnia expediantur.

Hæc extrema eius oratio eſt, qua monet, vt facilitatem eorum, quæ ad curationem ſpectant, ſectemur: vt etiam ſi neq; ſcamnum, neq; aliud quippiã ex antè dictis affuerit, ſimile aliquid nos ipſi excogitemus: de quibus deinceps adeò apertè omnia expoſuit, vt nulla vel breuiſſima explanatione opus iam ſit. Quod tamen obſcurius paulò eſſe mihi videbitur, adſcribam.

63 Nam ſi vincula lorea mollia, & mitia non adſint, ſed vel ferrea, vel armamẽta, vel funes, priùs faſciis debemus, aut pãnorum laneorum ſegmentis eum locum maximè, quem vincula occupatura ſunt, circũuoluere, & multò etiam ampliùs, de-

D inde vinculis ita deligare.

Nauium funes ὅπλα, id eſt, armamenta appellant: id quod etiam Homerus eo verſu declarat, cùm inquit:

Veliuolæ ſub porticibus tunc fortè iacebat
Armamẽtum illhic. - Nũc igitur Hippocrates nomine armamentorum, nauium rudentes, & funes intelligit. Cæteros funes, quibus in vrbibus, & agris vtuntur, communi funium appellatione comprælendit.

64 Tũ in lecto, qui validiſſimus, & maximus ſit ex præſẽtibus rectè homo extẽdẽdus eſt, hoc pacto: Lecti fulcra, quæ vel ad pedes, vel ad caput ſunt, ad limẽ ianuæ, aut intus, aut foris, put cõtulerit, offirmari debẽt: deinde ad altera fulcra lignũ quadrã-

gulum per transuersum apponendũ,quod à fulcro ad fulcrũ pertingat:siq; id paruũ sit,ad fulcra est alligandum: sin magnum, ita relinquendum.Posteà initia vinculorũ tam à capite,quàm à pedibus vtraq; ad pistillum, aut tale aliquod lignum sunt deliganda:ita vt vincula directè ad corpus respondeant,vel paulò etiam superiùs sint. Pistilla verò erecta, atque alterũ ad limẽ, alterum ad lignum illud appositum obiecta, ac retro adducta, extensionem absoluunt. Tametsi loco & liminis,& ligni appositi,scala lecto subiecta,quæ validos gradus habeat,sufficere potest,vt pistillis hinc & inde ad cõpetentes gradus firmatis, extensionem faciamus. Femoris articulus,si in interiorem, aut anteriorem partem exciderit,reponitur etiam in hunc modum: Supra scalam in terra defixam homo insidens collocandus est: tum sano crure eius leniter porrecto, atq;, quò pertigerit, alligato,ex læso aut testaceum vas aqua plenum,aut sportula lapidibus referta appendenda est. Alter repositionis modus,si interiorem in partem facta luxatio fit. Inter duas colũnas cãterius moderata altitudine hincinde deligatur, præmineat autẽ vna pars cãterii,pro magnitudine natium: déinde supra cãterium ea parte homo pectori stragulo circumuoluto insidens collocatur,pectoréq; eius ad columnã lato aliquo vinculo alligato sanũ crus,ne circũuagetur,ab aliquo detinetur:læso verò põdus aliquod,quod cõgruat,sicut etiã priùs dictũ est,appenditur. Primũ igitur sciendum est,omnium ossium iuncturas plerũque ex capite,& acetabulo cõstare:in quibusdámq; sedẽ acetabularẽ,& oblongam: in nonnullis pupillarẽ esse.Semper autem omnes elapsi articuli maximé quidẽ extẽplo dum adhuc calidi sunt,reponi debent: sin minùs,quã citissimé. Nam & qui reponit,faciliùs, & citiùs reponit: & qui ægrotat,leuiùs repositionẽ priùs, quã intumuerit,tolerat.Priùs autẽ semper vbi reposituרus aliquos articulos es,præmolire,ac præ agitare leniter eos te oportet. Faciliùs enim ita ingredi cõsueuerũt. In omnibúsq; repositionibus articulorũ maximè in maximis, & reposítu difficillimis, in paruis verò, & facilibus minimùm attenuandus homo est.

De digitorum luxatione.

65 Si verò digitorũ articulus excidat, siue primus,qui manus est,siue secũdus,siue tertius:idẽ, & æqualis repositionis modus est. Maximi tamẽ repositu difficiliores sẽper sunt.Luxãtur autẽ hi in quatuor partes,sursum,& deorsum, & alterutrũ in latus. Sursum maximè,in latera minimũ: atq; id,dum vehemẽtiùs mouẽtur.Ex alterutra autem parte, in quam excesserunt, quasi crepido quædã eminet.Si igitur in superiorem, aut inferiorem partem prolapsus articulus sit,quia leuior hac sedes est, quàm à lateribus,paruámque excedẽs articulus transgressionem fecit,facilis repositio est.Eius modus hic est:Digiti summitate aut fasciola,aut alia aliqua huiusmodi re circumuoluta,ne si in extendendo eam appræhẽderis,elabatur : alter manu supra primam partem palmæ,alter summo digito circumuoluto appræhẽso in diuersa ad se vterq; extendant,tum simul prolapsum articulum in sedem repellant. Si in latus excidit, idem quidem extensionis modus adhibetur:in qua vbi iam transcendisse lineam visus articulus fuerit, confestim simul cum extensione in sedem repellendus est.Quod cùm fit, alius aliquis ab altera parte obseruare, ac reniti debet,ne in eam delabatur. Moderatè etiam reponũt digitalia, quæ ex palmis texuntur, quas σαῦρας vocant,si hinc & inde digitum extendendo altera manu digitale, altera primã palmæ partem appræhendas.Posteaquam reposueris, linteis tenuissimis quàm celerrimè deligandum est: quæ cerato neque liquido, & molli, neque nimis duro illita sint. Durum enim à digito absistit: liquidum,cùm digitus calefit,euanescit, & perit. Tertio,aut quarto pòst die resoluendum: frequentiùs, si inflammationem patiatur articulus: sin minùs,rariús. Sed hæc de omnibus articulis dicta sint. Digiti articulus quartodecimo die constituitur: ac digito

digitorum manus, & pedis eadē curationis ratio eſt. In omnibus autem articulorum repoſitionibus attenuatione, & inedia vſque ad ſeptimum diem vtendū eſt: ſique inflammatio adſit, frequentiùs: ſi nō adſit, rariùs reſoluendum. Sempérque affectus articulus & quieſcere, & quàm optima figuratione eſſe collocatus debet.

De genu luxatione.

66 Genu cubiti gibbo ob expeditam, facilémque naturam benignius eſt: vnde etiam faciliùs excidit, atque in interiorem partem ſæpius: ſed & in exteriorem, & poſteriorem aliquando, cuius repoſitiones fiunt, vel ex repentina conflexione, vel ex calcitratione: vel conuolutam faſciæ molem in poplitem ponito, & circum illam corpus ita ad flectēdum genua in terram dimittito. Poteſt etiam, ſi moderatè extendatur, cùm in poſteriorem partem prolapſum eſt, non ſecus ac cubitus, reuerti. Cū verò hac vel illhac exceſſit, ex conflexione, vel ex calcitratione reconditur. Reſtitutio tamen, quæ extenſione moderata fit, communis omnibus eſt. Si non redierit genu, cùm retro quidem exceſſit, cōflecti nequit: ſed neq; admodum id poteſt, cùm alias in partes excidit. Femoris verò, & tibiæ pars anterior imminuitur: ſi interius prolapſum eſt, valgiores euadunt, & exterior pars minuitur: ſi exterius, magis vari, & minùs claudi efficiuntur. Craſſiore oſſe geſtantur: hiſque ab interiore parte imminutio fit. Iis autem, qui ab ortu, aut in auctione luxationem hanc patiuntur, eo modo, quo ſuperiùs diximus, res cedit.

De malleolo.

67 Articuli circa malleolos luxationes valida extenſione vel manu, vel aliis huiuſmodi adhibita indigent, directionéque, quæ ſimul vtraque efficiat. Sed hoc commune omnibus eſt.

De pede.

68 Quæ in pede contingunt, ſicut in manu curantur. Qui verò cum tibia communicationem habent articuli, ſi exciderint, aut ab ortu, aut in auctione, ſicut in manu repoſitionem expetunt. Quicunq; autem deſilientes ex alto vehementer calce innixi ſunt, ſic vt oſſa diſſederint, & venæ humores effuderint, & nerui fuerint cōtuſi, atque hæc grauiter euenerint, periculum iis eſt, ne os ſideratum toto æuo negotia faceſſat. Obtorta enim oſſa euadūt, & nerui inter ſe cōmunicationem habēt. Quibus item ex vulnere, vel in tibia, vel in femore, vel ex abſolutione neruorum, qui communicant cum his, vel ex negligēti cubatione calx denigrata fuerit, iis rebellationes contingunt: & interdum ad ſiderationem febres ſuperueniunt acutæ, ſingultuoſæ, mentem attentantes, & quæ celerem mortem afferant: venarū item ſanguifluarum liuores. Rebellantium, ac recrudentium notæ ſunt, ſi exuccata, & denigrata, vicináque his ſubdura, & ſubrubra ſint. Si enim cum duritia liuida euaſerint, ne nigreſcant, periculum eſt. Si ſubliuida, vel etiam liuida ſugillata fuerint, mollia tamen, & diffuſa, vel ſubuiridia, & mollia, in omnibus huiuſmodi bona ſigna præ ſe ferunt. Curatio horum hæc eſt: ſi abſit febris, veratrum eſt exhibendum: ſi adſit, dādum non eſt: ſed loco potus mella eſt præbenda, ſi opus ſit. Deligatio, quæ articulorum eſt, conuenit: deligandáque omnia magis ſunt. Ad contuſiones ſicut pluribus linteis, & mollioribus vtendum, ita minùs comprimendum eſt: pleraque calci circumuoluenda. Figuratio ea eſt ſeruanda, quam deligatio requirit, ne videlicet in calcem deprimatur: ferulis vtendū non eſt. At quibuſcunque pes vel ipſe exceſſerit, vel cum appēdice, (in interiorem autem partem magis excidit) iis ſi non reuerſus ſit, & coxa, & femur, & ea tibiæ pars temporis proceſſu attenuatur, quæ è regione luxationis eſt. Repoſitio eadē, quæ & primæ partis palmæ: validáque extēſio adhibetur. Curatio, quæ articulis cōuenit, ſi quieſcant, minùs, quàm in manu, recrudeſcit. Quieſcentibus verò tenuior victus exhibendus eſt. Quæ autem ab ortu, aut in auctione contingunt, ſicut ſuperiùs cōpræhenſum eſt.

Deeſt explanatio.

Hippo

GALENI LIBER DE FASCIIS.

A HIPPOCRATES author antiquissimus, vt mihi quidem videtur, ad politiem, quam aliæ artes in agendo requirunt, respiciens, non ab re hæc literis prodidit. Nobis quidem admodum gratum est, vt in vniuersa arte omnis diligentia adhibeatur: vbicunq; enim pulchrè, rectéq; agere possumus, pulchrè, ac rectè agendum est, quæ etiam politè, & expeditè fieri possunt, politè, expeditè præstentur: item vbi caueri dolor potest, admodum iucundè, atque omnia huiusce generis præstantius facere debemus, quàm alii, qui eandem artem exercent. Periti enim artifices, vt interdum in his, quæ efficiuntur, videmus, imperitis, ac artis expertibus in his præstant, quod expeditè, & eleganter operantur. B Quapropter medicus, quò nobiliorem habet subiectam materiam, eò par est, vt præ omnibus aliis artificibus suum præstet officium: vnde siue secet, siue vrat, siue deliget, & tandem quicquid aliud manu efficiat, non solùm vtilitatem spectare debet, verùm & vt mundè & eleganter operetur. Id quod & alibi ipse scriptũ reliquit, vbi ait: Duæ sunt deligationis species: altera, quæ effecta est: altera, quæ hactenus fit. Quæ fit, celeriter, sine dolore, promptè, eleganter. Celeriter quidem, vt opus absoluatur, Sine dolore, vt facilè agatur. Promptitudo autem ea sit, vt ad omnia sit expedita: elegantia verò, vt visu sit iucunda. Morbi nanque, qui aliquas corporis partes occupant, accommodatum deligationis modũ requirunt: sæpissime verò, vt illa politè fiat, homo exposcit. Tenendum ergo est, tum ægrotãtis gratia, cùm C verò omnium, quos ipse ad se videndum admittit, quæ simplices, quęque variæ deligationes singulis partibus congruere possunt. Id etiam nosse oportet, quòd aliquibus vtræque aptãtur, aliquibus alterutræ, variæ videlicet. Aliqui tamen sunt, qui aliter sentiunt. Atque melius erit, vt hoc dissidium primò iudicemus. Reprobant itaque nonnulli vincula varia, non modò quia nõ prosint, sed etiam quia obsunt. Quod nulla ratione firma, sed testimonio veterum authorum probant, primúmque Hippocratis, qui ait, Sed qui elegantes deligationes sine prudentia sectantur, in aliis multis offendunt. Elegantes exponunt, id est, varias. deinde verò & Mantiæ, qui refert oculos cuidam procidisse, cuius capiti, & faciei pharmacopola variam adhibuerat deligationem. Quod non absque ratione illi euenisse contẽdunt, quum vincula ob eam varietatem non æqualiter D comprimant: vnde facilè inflammationes concitant, abscessúsque. Sed præstitisset forsitan vt illi perciperent, id, quod ipsi afferunt, non tam ob deligationis varietatem euenisse, quàm ob eorum, qui deligarũt, ignorantiam, quippe qui validè nimis adstrinxerint. Deligãdum enim périnde erat, vt Hippocrates docuit, vbi sic ait: In his autem pręcipua, quæ ad deligationem pertinent, sunt, cõpressio quidem talis, vt quæ iniecta sunt, neque abscedant, sed aptè, commodéque se habeant, neque nimis adstringant. Debuissent sanè, quum verba Hippocratis adduxere, illud præterea adiunxisse, quod ipse in ea oratione subiungit. Non enim eam tantùm particulam ita absolutè protulit, sed qui elegantes deligationes sectantur. Verùm & id subiunxit, sine prudentia. Sed ex his, quæ déinceps afferam, intelligant, nunquàm ab Hippocrate damnatum fuisse varium vinculum. In libro siquidem de medica officina, dum de deligationibus agit, vbi ea expediuit, quæ pertinent ad deligationem, dum ea fit, ea etiam, quæ illi conueniũt, quum iam facta est, subiicit. Quæ autem iam facta est, vt rectè, vt pulchrè, rectè intelligit factam deligationem, eam, quæ confert. Pulchrè verò ad elegãtiam refertur. Explicans autem quid intelligendum sit per eã particulam Pulchrè, subdit, Pulchrè quidem, vt simpliciter, vt distinctè. Atque simpliciter ipse addit, non quòd vocabulũ id omnino exponat, quod per pulchrè intelligere debemus, sed tãtùm ex parte quadam: & est, ac si dixisset, Deligatio simplex sit, & distincta. Quod ipse sequẽtibus verbis apertiùs explicat, quum ait: Vel similia, vel æqualia, ęqualiter, & similiter: vel inæqualia, & dissimilia, inæqualiter, & dissimiliter. Species verò sunt, simplex, rotunda, ascia sima, oculus, rhombus dimidiata. Accommodandã speciem speciei, & affectioni illius, quod deligatur. Deligationis igitur species, quæ simplex est, necesse est vt sit rotunda. Ascia verò prorsus sima est. Atque eadem ratione quod penitus æquale est, erit sibi vsquequaque simile, quod inæquale dissimile. Desisténtne igitur de sententia hi, qui deligationes varias ab Hippocrate non admitti contendunt: quum fatẽdum sit asciam, oculum, rhombum, dimidiatam, variis connumerari: an etiam hoc illis commemorem, quòd idem Hippocrates in libro de articulis fracto iugulo adhibet deligationem, quam à gruis similitudine γεράνιδα vocat. ea verò in variis est. Sed sciant etiam ipsi aliquibus corporis partibus nullam, nisi variam deligationem accommodari posse, quemadmodum femori, vbi sit restitutum, & humero, & cubito, aliísque multis. De his autem satis sint hæc. Nũc autem ad fasciarum, deligandíque rationem conuertamus orationem nostram, atque primùm id inuestigemus, quo pacto fasciæ inter se differãt, materiæ, figura, longitudine, latitudine, structura. Differunt itaque materia, quia aliæ ex linteis factæ sunt, aliæ ex lana, aliæ ex membranis, quę quoniam non ad vnum, & eundem, similémque vsum, sed ad diuersos potiùs accõmodari possunt, semper eligendæ, quæ morbo magis aptæ sint. Vnde quum aliquid erit adstringendum, linteis deligabimus. Vbi verò nulla sit opus adstrictione, ob id, quia inflammationi hoc aduersetur, sed satis sit vt dúntaxat tegant, aut contineant, laneæ adhibendę erũt. Membraneis verò, si Hippocratem sequamur, in fracturis nasi, aut maxillæ vtemur, nempe agglutinata extrema membrana parti illi, quam deuinciri oportet. Figura autem distant. Aliæ enim glomeratæ sunt, aliæ scissę, aliæ assutæ. Glomeratę ex habena in longitudinem efficiuntur, ac nihil assutum habent.

Eiusmodi eæ sunt, quibus fracta membra deligantur. Scissæ illæ quæ vno constant linteo, & eo vel extremis partibus, vel aliis scisso, quemadmodum illę se habent, quas in capitis vulneribus eligimus, & dicuntur cancri, siue in quatuor partes, siue sex, siue in octo fissæ sint. Assutæ verò ex variis habenis, quæ inter se varia figura connectuntur, constant. Eiusmodi sunt, quæ suspendunt, quæ cingunt, quibus mammæ deligantur, quæque mammis, ac loco prope anum aptari

tari

tari folent. Longitudine difcrepant: quædam namque
A breuiores, quædam longiores funt. Latitudinis quoq;
eadem eft ratio, quum hæ non fecus, atque illæ, deligan
dis partibus congruerę debeant. Structura verò, quo-
niam aliæ contextæ funt, aliæ ex aliqua materia, quæ fit
per fe coacta, vel ordine quodam complicata. Quę in-
textæ funt, aut primùm ad hunc vfum factæ funt: aut
ex tela iam ad alios vfus comparata, ac in fafcias fiffa.
Has nos ad deliganda vulnera adhibemus, illis vena-
tores pro tuendis cruribus vtuntur. Quæ priori quoq;
parti palmæ manus iniiciuntur, quæ ex complicata ma
teria fiunt, aurigis in vfu funt. Sit autem hoc eorum
omnium, qui ligant, perpetuum præceptum, vt abun-
dantem fafciarum copiam habeāt, vt optimè eas, quas
ipfe habet, fciat adhibere: & quum occafio aderit eas
deligendi, tales eligat, quales inftituit Hippocrates, vbi
ait: Fafciæ parentur, leues, tenues, molles, mundæ, latę,
B fine futuris, fine eminentiis, validæ ita, ne abrumpātur,
dum extenduntur, aut paulò ampliús. Mundæ quidem
effe debent, propterea quòd præter id, quòd fordidæ
turpitudinem habent, fi aliquo afpergantur liquore, id
non admittunt, & id, quo perfunduntur, malè afficiūt,
neque alienum colorem habeant: alioquin enim, fi pur-
pura, aut alia quapiam fimili re infectæ fint, eodem mo
do officient, aut coloris fimilitudine fluentis fanguinis
opinionem afferent. Tenues fint, ne conuolutæ tumo-
rem nimium efficiant. Molles verò, ne duritiæ pre-
mant. Leues, ne fuo pondere moleftiam inferant. Ca-
reāt etiam futuris inæqualibus, quibus comprimere
poffint. Careant quoque eminentiis, ita vt nullas oras
habeant à lateribus, aut contextas, aut inuerfas confu-
táfque: nihil etiam, vt fila, feu fibræ extent. Vt enim
quæ eminent, inæqualem reddunt deligationem, ita
C quæ extant, impediunt, ne expeditè circunducatur. Fa-
fciæ autem, quę ex incifo linteo fiunt, eo non tranfuer-
fo, fed in longitudinem fciffo fieri debent, fequēdo vi-
delicet recta ipfum ftagmen: nam fic faciliùs findentur.
Secus eueniet, fi id aggrediaris fubtegmen fequēs. Cui
accedit, quòd in longitudine fciffæ fafciæ, quod vinctū
eft, validiùs tenent. Vinculorum autem, vt & fuperiùs
retulimus, duplex eft differentia. Aliud enim fimplex
eft, aliud varium. Hæc verò tum à parte, quæ deliga-
tur, tum ab his, quæ eueniunt, nomē fortita funt, inter-
dum etiam à fimilitudine quorundam animalium. A
loco quidem, qui deligatur, nomen habuit, oculus, na-
fus, inguen, & reliqua, quæ iftius modi funt. Ab ani-
malium fimilitudine dictus eft cancer, accipiter, aries,
lepus, teftudo: ab his, quæ eueniunt, vallum tam coniun
ctum, quàm disiunctum, operculum, habena, & cætera
id genus. Horum quoque vinculorum nonnulla vincu
D la tantummodo funt, quemadmodum tholus, regium,
fcapha, difcrimen: quædam verò præterea & laqueorū
rationem habēt, ficuti lepus auritus, & quæcunque ifti-
ufmodi funt. Deligationes præterea, quædam ab vno
capite exordium habent, aliquæ à media fafcia, non-
nullæ vtroque modo. Infuper vinculum quoddam eft,
quod ita certis quibufdam locis congruit, vt aliis ne-
queat accommodari: quoddam & aliis conuenire po-
teft. Item aliud à priori tantùm parte confpici poteft.
Priorem enim partem tantùm deligatam oftēdit: aliud
à pofteriori, aliud verò ab vtraque, vtpote quod vtrā-
que pariter, videlicet tam pofteriorem, quàm priorem
partem deligatam repræfentet. Quæ omnia aliquando
pari, alíquando difpari ratione videnda fe offerunt.
At hæc aperta erunt, quum fingillatim ea perfeque-
mur. Sed & hoc confideratione, ac inquifitione dignū
eft, num quomodocunque fafciationem ordiri expe-
A diat. Prifci enim omnes certas quafdam definire cor-
poris partes, à quibus femper fafciatio fit incipienda,
vt, exempli gratia, in capite, femper fafciæ initiū, qua-
cunq; de caufa fiat ea deligatio in occipite conftituūt,
& inde ipfam circunductam annectunt, nihil id refpi-
cientes, an vinculum id morbo, cuius gratia deligant,
præfidio fit, an potius illi fit aduerfarium: ac in aliis
quoque partibus, ignoratione, vt facilè quis credat, du
cti, fedes præfixere. Quemadmodum enim teftatur
Hippocrates, eum, qui rectè eft deligaturus, oportet vt
omnem adhibeat diligentiam, vt non modò deligandę
parti, fed etiam affectui vinculum conducat, & próin-
de nos non vndequunq;, fed qua parte maximè oppor-
tunum eft, incipimus deligationem, ac etiam finem illi
imponimus, quo loco inftituit Hippocrates, vbi ait,
Quæ verò mouentur, ficut articuli, vbi quidem infle-
B ctuntur, quàm minima, & breuiffima funt deliganda, vt
poples. Vbi verò extenduntur, fimpliciter, & latè, ficut
patella, circumponere præterea eorum, quæ circa hæc
funt compræhenfionis gratia, atque totius fafciæ fufpē
fionis in quiefcentibus, & magis cauis partibus totius
corporis, ficùt fupra vel infra genu. Confentit autem
quæ circa alam fit, cum humeri deligatione, & cum il-
la, quæ ad inguen attinet, ea, quæ alteri inguini obuol-
uitur. Quæ item fupra furam obducitur, cum ea, quæ
tibiæ circumiicitur. Quibufcunque furfum quidem la-
bitur, déorfum compræhenfio facienda: quibus verò
déorfum, contrario modo. At quibus nihil eiufmodi
eft, his in parte maximè plana comprehenfiones faci-
endæ funt, nec vinculo vtendum eft: quoniam quod fir
miffimum eft, poftremò obductum, quæ maximè funt
errabunda continet. Ab eo infuper, qui deligandi mu-
nus habet, ea fpectanda funt, quæ deligatio requirit, cu
C ius duas effe fpecies dixit Hippocrates: altera, quæ ha-
ctenus iniicitur: altera, quæ iam iniecta eft. Summè au-
tem vtrobique eft attendendum, vt, dum iniicitur deli-
gatio, celeriter, citra dolorem, expeditè, eleganter. Ce-
leriter quidem, vt res expediatur. Citra dolorem, vt fa
cilè fiat. Expeditè, vt omnia in prōptu fint. Eleganter,
vt vifu grata fit. Quæ verò iniecta eft, vt rectè, & pul-
chrè, & reliqua omnia adfint, quæ fuperiùs adeffe debe
re commemorauimus. Quod verò ad vinculorum v-
fum pertinet, id noffe oportet, quòd aliqua eapropter
iniiciuntur, vt remediis, quæ vim curandi habent, in-
feruiant, ea videlicet continendo: alia non propter hoc
tantùm, fed vt ipfa per fe fuum munus præftent, vt po
te quibus curatio fit commiffa. In his verò maxima ra
tio habenda, vbi fafciatio fit exordienda, qua circundu
cenda, quo loco finienda: quæ fingillatim nequeūt ex-
D quifitę literis explicari. Dare tamen methodum poffu-
mus, qua medicus fingula iudicare poterit, naturæ fin-
gularum partium attendens, nempe quàm facilè deli-
gari, fufpendi, collocaríque poffint: præterea qua fa-
cultate vinculum præditum fit. Ipfum enim præftat,
vt quæ abfceffere, adducantur, quæ expanfa funt, con-
trahantur, quæ diftorta funt, dirigantur. Sed & horū
omnium contraria efficit. Ita autem deligare opor-
tet, vbi aliquid abfcefferit, vt partes, quæ fublimiores
euafere, fedem quidem, id eft, locum, vnde receffere, at-
tingant, non tamen vt premant, exordiúmque deliga-
tionis à parte fana fumendum, ac ad partem, quam hul
cus occupat: definendum: vt quod ibi compræhenfum
eft, effundatur, nec aliud præterea contrahatur. Con-
traria verò omnino ratio eft ea deligandi: quæ ab-
fcedere volumus, illi, qua abfcedentia adducere:
At

At quæ expanſa ſunt, hoc eſt, exteriùs conuerſa, contrahenda ſunt, ſumpto longiùs deligationis exordio, in cæteris eadem erit deligandi ratio, vt tamen aliquid à partibus vlterioribus adducatur, compreſſioníque paulatim addendum, primò quidē minimum, ſubinde verò magis, tandémque maximæ compreſſionis terminus ſit, vbi ea ſe mutuò tangunt: que accommodētur, ſed non premant. In his verò ſeparandis, quæ con iuncta ſunt, ſi inflammatio adſit, differendum eſt: ſi nulla ſit, eadem opus eſt præparatione, ſed deligatio contrario modo inſtituenda. Vbi diſtorta ſint, dirigēdum, cætera verò eodem pacto facienda: quæ receſſere, adducenda, & cōtraria è contrario. Medicus itaque hæc omnia tanquam ſibi impoſitas leges ſpectans, & ſeruās, id eligere debet, quod morbis ſingulis congruat: non autem ad certos locos reſpicere. Quanuis autem admodum difficile ſit, quo loco in vnaquaque occaſione deligationem exordiri expediat, exquiſitè definire, vbi tamen faſciarum rationem explicabimus, vt clarior res euadat, locos etiam indicabimus, à quibus ordiri maximè cōueniat: at medicus dum operabitur, ſemper eum eliget, qui maximè opportunus erit.

Linteum ad ſummum caput, & uicinam illi regionem ſciſſum.

I.

LInteum magnitudinis conuenientis in ſex partes ſindatur, ita tamen vt medium, qua videlicet parte iniicitur vertici, integrum relinquatur, partium verò pendentium vtrinque mediæ è directo aurium ſcindantur, ac ſub mentum adductæ inter ſe nodo nectantur. Quod vbi factum ſit, alia anguſta faſciola occipitio iniecta, ac eius capita ad frontem adducta à latere nodo deuinciantur, reliquæ verò quatuor partes, quas dependentes relinquimus, hoc pacto tractandæ ſunt: poſteriores iuxta nodum anguſtæ faſciolæ ducantur, priores ſupra occipitium, ac ita inter ſe committantur. Poteſt tamen ſine vllo nodo his quidem ſuppoſitis, illis verò ſuperpoſitis, poſtremò adiecta fibula firmari.

Linteum ad frontem ſciſſum, & ad uicinas partes.

II.

SCindendum eſt linteum in partes quatuor, medio, quod fronti adhibendum eſt, ſeruato integro: déinde partes priores ſupra poſteriores, quæ videlicet pendent, ad occipitium ductæ, nectendæ: duæ verò reliquæ ſurſum conuerſæ ad verticem deuinciendæ, quæ poſſunt etiam ſub mentum demiſſæ, nodo ibi deuinciri. Hoc vinculum & ad occipitium adhibere interdum ſolemus, eius partibus à latere nodo firmatis.

Linteum ad totum caput fiſſum III.

LInteum in octo partes ſcindere, relicto medio integro, quatenus caput tegere poſſit, capitíque obuoluere: duas verò ex pendentibus ad aures ſciſſas ſub mentum inter ſe deligare, è reliquis verò, quarum binæ à priori, quaternæ à poſteriori parte ſunt, duas extremas à poſteriori parte ad frontem ſuper alias deducere, ſubiecta altera alteri, vt à ſuperiori inferior detineatur, mox duas priores deferre ad occipitium, ſic, vt altera pariter alteri inſideat. His comprænenduntur quæ fuerant priùs obuolutæ: poſteriores verò, quæ ſuperſunt, ad frontem reducere, eodem modo altera alteri inſidente, extremam verò fibula firmare. Hoc modo deligando id aſſequeris, ne caput vlla nodorum moleſtia afficiatur, quam illi comprimendo ſolent afferre.

Vinculum capitis, cancer dictum, ex linteo ſciſſo in octo partes ad caput. IIII.

A MEdium totum caput comprænendere debet, ita tamen, vt quatuor rectè dependeant è fronte, totidémq; ex occipitio: exteriores autem ex illis retrorſum ad occiput adductæ connectendæ ſunt: & ex his quoque exteriores ad frontem delatæ deuinciantur à latere, atque ex reliquis partibus, quæ à fronte pendent, ad occipitium, quæ ab occipitio ad frontem reducendæ ſunt.

Σκέπαστρα, id eſt, capitis operculum tribus faſciis conſtans, quarum una lata eſt trium capitum: altera, quæ hanc continet, quas à continendo κάτοχος dicitur: tertia, quæ obſtat, ne totū uinculum diſſoluatur, & κατολκεῦς dicitur. V.

IStius munus eſt, vt capiti vniuerſo obuoluatur, vnde B & σκεπάστρα, quaſi operculum, nuncupatur. faſcia verò longa, quæ circūcirca faciei, ac capiti circunuoluitur, vt circumplectatur operculum. Tertia verò faſcia longa eſt, quæ Græcè appellatur κατολκεῦς, & ob id iniicitur, vt vinculum non diducatur. Earum vero diſtributio hæc eſt: Linteum capiti iniiciendum eatenus ſit latum, vt totum caput cōprænendat: longum verò, vt duplicatum capiti circunduci poſſit, ac paulò amplius, eius alterum caput occipitio adhibere oportet, alterū à fronte depēdere, déinde faſcia anguſtior media ſub mentum iniecta, & vtrinque per malas ducta, inter frōtem & verticem, rurſus ſub mentum reducenda. Ab his autem altera anguſtiore faſcia fronti media adhibita, eius capita ad occiput in orbem protracta, tum inter ſe, tum cum alterius anguſtioris faſciæ capitibus alligentur: pars autem lintei, quæ à fronte pendebat, ſecetur in partes duas ad ſupercilia vſque. Hæ verò in fronte, altera ſuper alteram ducta repræſentantes literam X, circuncirca ad occiput producendæ, ibíq; de- C ligandæ. Poteſt vnica faſcia vtraque munia præſtare, nempe & operculum continere, & cauere, ne tota diſſoluatur deligatio, hac videlicet ratione. Initium deligationis fiat ea media inter frontem, & verticem poſita: capita verò rectè per malas ſub mentum deducta, ac ibi altero ſuper alterum dato ad ſimilitudinem literæ X, ſub aures ad occipitium adducantur, vnde rurſum X, literam imitantia aduerſa inter ſe à latere nodo deuinciēda. De ſimplicibus deligationibus hactenus. Reliquum igitur eſt, vt varias proſequamur. Id tamen priùs aperiendum, quòd faſciæ circuitus alius rectus, alius tranſuerſus, alius obliquus dicitur. Quid autem hæc ſignificent, ipſa omnia indicant. Item alius στεφανιαῖος, alius μετωπαῖος, alius παρειὰς, alius γενιάς. Prætereà verò deligationum alia orbicularis eſt, alia in orbem ſerpens appellatur, alia aſcia. Στεφανιαῖος, quæ coronarum more inter frontem, & capitis verticem producitur. Μετωπαῖος, quæ fronti iniicitur. Γενιὰς, quæ D ſub mento ducitur. Παριὰς quoque à malis dicitur, per quas demittitur. Poſtremò aſcia vinculū id nominatur, quod figuram lunæ gerit, éſtque ex altera parte ſima, ex altera gibba. Hæc igitur nomina circuitibus indita ſunt.

Rhombus ſimplex alter, alter Hippocratis, de quo in præſentia ſermo erit. VI.

HOc vinculi genus accommodatiſſimū eſt, vt voluere nonnulli ad ſuturas, quæ diductæ ſunt, vel, vt alii

vt alii putarunt, ad partes, quæ ex vulnere disiunctæ sunt, agglutinandas, & ad humorem exprimendum, vt pote quod vulnus comprimat. Hoc autem pacto circumagi debet. Fascia, sumpto deligationis initio à latere capitis, obliquè ad verticem, & ad alterum tempus porrigenda, mox vtrinque malis circumagenda, obliquè item è contrario partis priùs iniectæ ad imitationem literæ X, ad occipitium deferenda, indéque rursus per malas, ita tamen, vt à priori inuolutione distet, obliqua ad alteras malas protrahẽda, vnde iterum obliqua sursum reuocanda, vt bis literam X, referat, & id, quod in medio est, figuram rhombi repræsentet: quo facto tandem ad occipitium reducẽda, ac fronti circumagenda toties, vt quicquid nudum erat, comprætendatur.

Semirhombus, uel lepus sine auribus.

VII.

VNa, eadémque vis huius est, atque illius, qui tholus appellatur. Iniicitur verò in hunc modum, caput fasciæ occipitio adhibetur, quam obliquè sub aure infima, & inter frõtem, & verticem ad occipitium deducimus: itémque inter frontem, & verticem ex aduerso ad priorem partem, ac sub infimam auriculam ad occipitium deferimus, mõxque fronti circũducimus, eo sanè modo, vt quod in medio est semirhombo assimiletur. Extremum autem fasciæ, tam in hoc, quàm in aliis capitis deligationibus à latere fibula nectendum est. Interdum quoque fascia, si id commodum fuerit, poterit nõ ex inferiori parte sursum, sed contra protrahi.

Vinculum ad caluariam, scapha dictum, uel Tholus Dioclis, uel Glaucij.

VIII.

ADmodum accõmodatur, quãdo summũ caput, ac quod inter id & frõtem intercipitur, deuinciendũ est: quod hoc modo distribues, fasciam directè per verticem, ab occipitio orsus, duces ad frontem, quo loco eam, indice manus sinistræ apposito, tenebis, & inde rursus penes partẽ priorem ad occipitium reuocabis, atque ab eo ad frontem tertiò protrahes prope priorẽ partem, ibíque per eum sinum, quem digito tenebas, eam obuolutam fronti demum circunduces.

Thais, quam alii in Perigenem, alii in Molpicam authorem referunt.

IX.

EAdem de causa ipsa iniicitur, qua etiam tholus: sed præter vsum, aliquam etiam refert venustatẽ. Adhibito tholo, sub eius obuolutione fasciæ alterius angustioris caput subiiciatur, quæ obliqua ad summũ caput ducatur, inter quod, & frontem, atque in frõte sub prioris fasciæ sinum coniiciatur, ac ex eo loco ad verticem per eam partem, quæ inter ipsum, & frõtem intercepta est, adducatur, indéque ad occipitium, posteà sub infima auricula dextra rursus per eam partem, quæ inter frontem, & verticem est, sub sinistra aure iterum ad occipitium reducatur. Vt tamen firmiùs cõtineat, nos præterea & circa frontem obducimus.

Thais alia, incerto authore. X.

OBducto tholo, fasciola digitalis latitudinis, vel etiam anguftior, sumpto initio ab occipite rectà ad verticem, & ad frontem, per id, quod inter hæc situ est, porrigi debet, ac eo loco duplicata, inde ad occipitium iterum reduci debet, vnde mox ad verticem per dextram capitis partem, & inter ipsum & frontẽ procedendo, ad sinistrum tempus deueniendum est, ibíque rursus duplicanda, ac per partem, quæ fuerat priùs obuoluta, ad dextram capitis deuoluenda, à qua item
A duplicata, & tertiò, ad tempus protrahenda. Tres enim replicatæ fasciæ sinus cincinorum speciem repræsentabunt. Postquam autem tertiò ad dextram occipitii partem duxeris, fasciola ad sinistram partem reducenda, vt pariter in altero tempore inspici possit, ac demum fronti circundanda, vt priores cõuolutiones contineat.

Discrimen. XI.

EIsdem idoneum est, quibus & Glaucii tholus. Hoc modo ipsum adminiftrabis: fascia quatenus satis videbitur, à facie pendeat, eius reliquum ad verticem per partem, quæ inter ipsum, & frontem intercipitur, ducatur, indéque ad occipitium, ac ibi ministro detinenda præbeto, mox circa frontem conuertatur, déinde fasciæ caput, quod à fronte pendebat, per partem pri-
B mùm iniectam rectà ad verticẽ reflectatur per id, quod est inter ipsum, & frontem, atque inde ad occipitium, & ibi desinat.

Scapha, uel tholus Diocleus.

XII.

COnuenit vbi, quæ diducta sunt, adducere necesse est, vel propterea quia cutis ob humorum ad oculos diutinam fluxionem cutis fuerit incisa, vel quia frõti fuerit vulnus inflictum. Hoc modo iniicitur: fasciationem ab occipitio orsi, sub infimam auriculam dextram, vel sinistram, quemadmodum magis expedire putabimus, vt hac, vel illhac ducatur, deueniemus, à quo loco ad proximum tempus progrediemur, indéque fasciam transuersam ad alterum tempus inter frontem, & verticem producemus, & ab eo sub infima auricula ad occipitium peruenietes, ibi caput fasciæ primò iniectum adstringemus, déinde super aurem fronti obuol
C uimus, ita vt hic circuitus illi insidat, qui inter frõtem, & summum caput delatum est: vterque tamen è directo alterius resimus sit ab interiori parte: & hoc eodẽ modo, quoties opportunum fuerit, circunducemus.

Obuoluitur præterea & in modum alium, per duos videlicet circuitus circa eam suturã, quæ ad aures per verticem fertur, sic vt primus supra futuram ducatur, alter verò infra, ab interiori verò parte vterque sit resimus, ac inferior sursũ, superior deorsum producatur.

Thais incerti authoris.

XIII.

ILlis accommodari solet, quibus sedes inter frontẽ, & summũ caput, & proximè partes deuinciri debẽt. Eam autem sic adminiftrabis, iniecto semirhõbo, præter quàm quòd fascia frontem non comprætendat, illam obliquam ab occipitio ad verticem, frontémque ducito, & ibi conuertito, vt ea circa frontem lunæ figu-
D ram referat, cornibus sursum spectantibus, parte verò ima inter supercilia collocata: déinde verò ab altera verticis parte ad occipitium protrahito, & ita circa frõtem obuoluito. Id genus vinculi ad id, quod eundem, quem semirhombus vsum præstat, habet & quandã maiorem elegantiam.

Glaucij uinculum additum.

XIIII.

AD eosdem vsus hoc valet, ad quos & vinculum ad caluariam: huic tamen fides maior habẽda est. Iniecto itaq; vinculo ad caluariam, aliud, cui nomen est lepus sine auribus, superiniiciendum, ne rem in longum protraham.

Regium. XV.

EVndem vsum præstat, quem thais incerto authore: deligat enim quod inter frontem est, & illi vicinas partes.

partes. Sic autem adhibetur: fasciæ quantum opportunum videbitur, à facie dependeat, eius verò reliquum A rectè ad occipitium inter frõtem & verticem ducatur, indéque conuersa sub ima aure inter frontem & summum caput obliquè ad occiput, à quo item protrahatur ad contrariam partem inter verticem & frontem, déinde per tempus, & sub ima auricula ad occipitium deferatur. Quo facto, caput, quod à facie depẽdebat, trahatur ad frõtem & ter replicetur, sed ita, vt sinus ad modum graduum se excedant, eos verò postremò fascia complectimur, circa frontem data.

Capistrum dimidiatum, uel ad alteram partem nuncupatum. XVI.

ACcõmodatissimum est, quũ maxillam vulneratã, vel luxatam, vel ob conuulsionem oris, aut alium quempiam morbum deuincire oportet ab altera parte: fascia exordiendo ab occipite, obliqua per verticem, & B inter ipsum, & frõtem per tempus ad malas, & inde sub mẽto, & ima alterius partis auricula ad occipitium ducenda est: mox verò sub imis auribus, ac mento vecta, eodem reuertatur, ac eodem modo quoties expedierit, circũdetur. Commodè verò ita iniicitur, quum deligatio, vt à superiori parte déorsum feratur, requirit. At quum ab inferiori sursum, deligatio initium ab occipitio habeat, ac sub imam aurem, mentúmque progrediatur, atque mox per malas trahatur, obliquáque inter frontem, & verticem ascendens ad occipitium perueniat, & sub mentũ circunducatur, demum fronti obuoluatur.

Capistrum ad partem utranque. XVII.

EIs aptatur, quibus vtrinq; maxilla de sua sede dimota est, vel alicui ex his affectibus, quos in capistro ad C alteram partem commemorauimus, obnoxia est. Adhibenda primùm occipitio fascia est, quæ per verticem, déinde inter ipsum, & frontem obliquè ad malas protrahenda, deductáque sub mentum, maxillam, & malas ex altera parte complectatur, atq; inde inter verticem, & frontem per partem, quæ obuoluta primùm fuerat, figura X, literæ ad occipitium redeat, iterúmq; sub infimis auriculis, ac mento ad occipitium deuecta, postremò frontem circumeat.

Idem ab inferiori parte sursum. XVIII.

FAscia ac occipitio sumpto exordio, sub imã aurẽ, & sub mentũ ducatur, atque ab eo loco per capitis verticem obliquè ad occipitiũ feratur, & inde sub ima altera aure, & sub mento ducta, ad malas ascendat, déinde obliqua inter frontem, & verticem, ad occipitium D delata, postremò fronti circumagatur.

Idem ad partem utranque à superiori déorsum ductum. XIX.

INiecta occipitio media fascia, capita eius per summum caput inter ipsum & frontẽ sic protrahenda, vt similitudinem X, literę referant, indéque per malas sub mentum, & infimas aures, ad occipitium reducenda: posteà verò circa frontem danda, atq; ad occipitiũ deducta sub mentum demittẽda, ac demum ad occipitiũ per frontem circunducenda.

Aliter. XX.

MEdia fascia frõti adhibeatur, eius capita ad occipitiũ deferantur, ibi ad figurã X, literæ obuoluantur, & posteà sub auriculas infimas, mentúmque perducta, ad malas ascendentia, indéque obliqua inter frontem, & verticem ad occipitium progrediantur, déinde sub mentum, ac postremò circum frontem agantur.

Aliter. XXI.

MEdia fascia occipitio aptata, capita sub aures & mẽtum adducta, inde per malas protrahẽda sunt, reliqua verò eo modo facienda, quo in ea, quam nuper exposuimus.

Capistrum ad alteram partem obliquum, quo ea deligãtur, quæ ad aurem, & maxillæ processum pertinent. XXII.

VInculum ab occipitio initium habeat, indéq; sub imam auriculã, & ad tẽpus ducatur, mox inter frõtem, & verticem obliquum ad occipitium feratur, & eo modo sæpius obuoluatur, quo ab inferiori parte sursum ducitur. Si tamen commodius se habeat, si à superiori parte déorsum ducatur, ita iniiciatur, ab occipitio ordiendum est, & inde obliquè per verticem, & inter ipsum, & frontem ad tempus perueniat, à quo sub aurem infimam ad occipitium reuocetur, demum fronti obuoluatur.

Vinculum, quod lepus sine auribus à nonnullis, ab aliis semirhombus, seu nauicula nũcupatur, ad utrãq; partẽ, idoneũ maximè est ad frõtem, tum uerò & ad eas partes, quæ inter frontem, & uerticem sitæ sũt. XXIII.

FAscia primũ occipitio adhibetur, ac inde sub imã aurẽ ad tempus, ac inter frontẽ, & supremum caput defertur. & obliqua ad occipitium deducitur, à quo loco circa frontem datur penes oculi angulum tempori viciniorem, intérque frontem, & verticem obliquè rursus ad occipitium reuocatur, vnde item obliquè inter verticem, & frontem ex aduerso parti priùs adhibitæ ad figuram X, literæ protrahitur, déinde verò sub imã aurem perueniens ad occipitium, tandem fronti obuoluitur.

Idem in utranque partem, à superiori parte déorsum ductum. XXIIII.

MEdia fascia occipitio apposita, eius capita per sũmũ caput inter ipsum, & frontẽ ducatur, ibíque X, literam imitentur, indéque sub imas aures ad occipitium reducãtur, demum circa frontem iniiciantur.

Idem ab inferiori sursum. XXV.

FAscia item media primùm occipitio accommodata, ad oculorũ angulos tẽporibus propinquiores vtrinque sub imis auriculis duci debet, à quibus ad occipitium, & inde ad frontem adducta obuoluatur: quidam tamen volunt sub mentum quoque circunduci.

Vinculum iunctum à superiori parte. XXVI.

CApistrum rectum ad vtrãque partem primò iniicimus, non tamen fasciã sub mẽtum amplius, quemadmodum in illo faciebamus, conducimus, sed illam per medium nasum ad occipitium deducimus, ac super capitis futuram, quæ ab aure per verticem ad aurẽ pertinet, porrigimus.

Vinculum Glaucii ad modum iunctum. XXVII. *

EOdẽ modo, quo id, quod nominatur à superiori parte iunctum, iniicitur, præter quòd etiam sub mẽtum ducitur.

Perigenis Galea gladiatoria. XXVIII.

OPportunissima ea est, vbi caput, & malæ pluribus locis conuulneratæ sunt: iniecto priùs capistro ad vtran

ad vtranque partem, mox scapha Glaucii adhibetur, rursúmque, capistrum ad vtranque. Quidam vt speciosius hoc vinculum præstent, capitis ornamentum illud, quod Græcè κεφαλὸν dicitur, apponũt, & assuũt. Interdum tamẽ etiam alio quoq; modo sine capistro obliquo iniiciunt, nequaquam protracta per malas fascia.

Galea ad eosdem aliter. XXIX.

FAsciæ à fronte, quantum opportunum sit, pendeat. reliquum verò rectè ad occipitium perductum toties obuoluatur, vt facto recto capistro, totas genas, & caput compræhendat caput, quod pendebat à fronte, sursum conuersum rectà per summum caput ad occipitium deducendum, atq; sub imas etiam aures, si ita placeat, producendum.

Lepus auritus. XXX.

SEmirhombum ita nuncupant, quando illi laqueum, quem vocãt aures, adiiciunt, hunc vel gladiatoribus elegantiæ causa iniiciunt, vel vt caput cõtineatur, quando videlicet id propter aliquam faciei affectionem, pertractandum sit: quum elegantiæ gratia adhibetur, breues sint auriculæ, & in fronte medio: quia sic fit, vt animali illi assimiletur, vbi verò continendi occasione, in medio pariter sint, & magnæ, quo digiti illis inseri, ac caput continere valeant.

Alius ad tempora. XXXI.

HOc pacto adhibendus est, ex altera fasciæ parte pastoralis laqueus iniicitur, vel qui duos sinus habens vocatur, hos sæpe in libro de laqueis breui exposuimus sermone, fronti aptatur, & déinde super ipsum semirhombus, vel nauicula deligatur.

Oculus simplex, uel uinculum ocularium tenue. XXXII.

DVcatur fascia ab occipite incipiendo ad verticem, & inter ipsum, & frontẽ, interq; supercilia, ad oculum eatenus, vt ipsum contegat, proferatur déinde sub infimam aurem ad occipitium, demum circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum. XXXIII.

SVmpto deligationis initio ab occipite per verticem, & inter ipsum, & frontem, interq; supercilia ad oculum perueniat, mox sub imam auriculam ad oculum inter frontem, & verticem ducatur, inde ad occipitium, posteà circa frontem.

Oculus duplex à superiori parte. XXXIIII.

ORsus ab occipitio per verticem, & inter ipsum, & frõtem, interq; supercilia ducito ad oculum, déinde sub infimam aurem alterius partis ad alterũ oculum procedito, inter supercilia, & inter frõtem, & verticem ad occipitium accedito, posteà fronti obuoluito. Potest &, si ita opportunum videatur, initio conuerti, atque ab inferiori in superiorem partem circumagi.

Duplex ad utranque partem à superiori déorsum. XXXV.

ORdiendum est media fascia occipitio iniecta, capita verò protrahenda inter frontem, & summum caput, & inter supercilia ad figuram X literæ, déinde ad oculos, à quibus sublimas auriculas ad occiput, & tandem circa frontem ducenda.

Aliter. XXXVI.

FAscia media fronti adhibeatur, capita ad occipitium ferantur, déinde X literam imitantia, périnde vt in superiori vinculo, ducantur.

Oculus rectus ad alteram partem.

A XXXVII.

EXordientes ab occipitio, fasciáq; per verticem deuecta, ac inter ipsum, & frõtem rectà ad oculum ducatur, à quo per partem, vbi mala maxillæ committitur, indéq; sub mentum, & sub auriculam infimam ad occiput, demúmq; circa frontem.

Duplex ex eodem ductus. XXXVIII.

ANteà, quàm fronti obuoluatur, duci ab occipitio ad alterum oculum debet, déinde rectà, vbi cum maxilla committitur mala, sub mentum, atque ab eo loco sub aurem infimam ad occiput, & circumcirca frontem.

Idem ab inferiori parte. XXXIX.

AB occipitio incipiens sub aurem infimam, indéque
B sub mẽtum fasciam deducito, déinde verò per eam partem, qua cum mala coniungitur maxilla, ad oculum, & ab eo inter frontem & verticem ad occipitium protrahito, déinde item sub aurem, & sub mentum, per eam partem vbi malæ maxilla committitur, ad oculum adducito, atque inter supercilia super partem priùs obuolutam ad similitudinem literæ X inter verticem & frontem ad occiput producito, demum circa frontem obuoluito.

Idem ad utranq; partem. XL.

INiecta fascia media occipitio, périnde vt vbi ea obliqua oculus deligabatur, ipsius capita à superiori, aut inferiori parte ducantur. Potest tamen media fascia sub mento quoque incipere.

Linteum ad nasum fissum. XLI.

PAretur fascia eius latitudinis, vt nasum comprælhẽ-
C dat, longitudinis verò, vt à naribus ad occipitiũ pertineat. Ab occipitio itaque exordientes rectà per verticem, & inter ipsum, & frontẽ peruenimus ad medium nasum, quò vbi peruentum est, fasciæ reliquum pendere à facie permittimus, &, quod rectum est, findimus in duas partes, quousque ad superius labrum ventum sit. Quod vbi factum est, fasciolam aliam mediam imo naso adhibitam, super illam, quæ à facie scissa pendet, vtrinque sub aures infimas ad occipitium deuehimus super partẽ anteà obuolutam, ita vt literam X referat, tenendámque ministro damus, mox partes, quæ scissæ à facie pendebant, conuersas ab vtraque parte nasi inter supercilia ad similitudinẽ X literæ obliquas per verticem ad occipitium attrahimus, & cum priori capite iungimus, déinde super has capita fasciolę que ministro fuerant tradita, circa frontem agimus, eáque à latere
D nodo, vel fibula nectimus.

Funda ad nasum, à quatuor capitibus. XLII.

LInteo in quatuor partes scisso, media eius parte integra relicta, quæ imo naso iniicienda est, eius capita, quæ superiora sunt, déorsum pendula sint, inferiora verò per malas primùm ad oculorum angulos, qui viciniores temporibus sunt, deducantur, & inde inter frontem, & verticem, ad modúmque X literæ inter se coniuncta, ministro continenda tradãtur, reliqua duo pendentia ferantur sub imas aures ad occipitium, vbi expressa similitudine X literæ circunducantur fronti, mutuóque inter se cõnectantur, quæ autem ministro continenda fuerant tradita, in occipitio desinant.

Eadem ex tribus fasciolis. XLIII.

PRima imo naso media iniicitur, eius capita per oculorum angulos à parte temporum inter fron-

tem, & ſummum caput protracta, ibi ad ſimilitudinem X literæ cõplicata, à miniſtro teneri debent, altera verò item media imo naſo adhibetur, eius capita vtrinque ad occipitium deferuntur, & ibi nodo cum capitibus à miniſtro detentis committuntur: tertia à fronte orſa capiti obuoluitur, à lateréque deuincitur.

Eadem ex duabus. XLIIII.

ALtera imo naſo media iniecta, eius capita per oculorum angulos ex parte temporum, & inter frontem, & verticem ſunt producenda, & ex aduerſo inter ſe in modum X commiſſa, miniſtro ſunt tradenda: altera & ipſa media imo naſo aptanda, capita verò ſub imas auriculas perducenda ad occipitium, vbi X imitãtia per frontem circunducta à latere ſunt deuincienda.

Naſus ex duabus faſciolis. XLV.

INiicitur altera naſo in longitudinem, ſed dimidia eius pars pendeat à fronte, reliqua rectà per ſummum caput ad occipitium tendat, altera quoque media imo naſo applicetur, capita verò ſub aures infimas delata, ad occipitium procedant, vbi in modum X implicentur, quo facto prioris faſciæ caput quod pendebat, ſurſum reflexum per partẽ priùs iniectam, nempe per verticem rectà ad occipitium deferatur, quo loco capita, quæ ad figuram X complicata fuerant, id compræhendentia, ac fronti circumacta deſinant.

Accipiter ad naſum ex faſciolis tribus. XLVII.

PRima media ſub imo naſo adhibetur, eius capita ab vtraque parte penes nares inter ſupercilia ad modũ X literæ ducta, ad verticem, tãdémque ad occipitiũ perueniunt, & eo loci continentur ab aliquo, altera ſuper infimum naſum media datur, capita verò ſub imas aures tranſeuntia, ad occipitium ducuntur, ibíque & ipſa mutuò inter ſe, atque cum capitibus, quæ tenenda alteri fuerant tradita, connectuntur: tertia fronti iniecta, & vtrinque circunducta capiti, à latere deſinit.

Idem ex faſciolis duabus. XLVI.

PRior iuxta ac altera obuoluenda, iſtius tamen capita occipitio ad ſimilitudinem X literæ complicata, ac inter ſe aduerſa, vbi frontem comprehendere finiuntur, alterius verò ſub his continentur, vel & ipſa ad occipitium deducta, ac ibi inter ſe aduerſa ad figuram X obuoluta, ſub mentúmque protracta, inter ſe deuinciuntur.

Faſcia ad idem glomerata. XLVIII.

PEndeat à facie faſcia eatenus, quatenus poſsit conuerſa à naribus ad occipitium pertingere: quod reliquũ eius eſt, per naſum rectà inter ſupercilia ad frontẽ, verticémque ducatur, ab eo loco ad occipitium per medium caput protrahatur, vbi conuerſa ſub infima auricula ad imum naſum perducatur, & ſuper pendentem detur, ac ab eo ſub ima partis alterius aure, ad occipitium perueniens, tenenda alteri tradatur: tum caput alterum pendens à facie rectà ſuper priorem partem reuolutum, ac occipitio ita abuolutum, vt déinde à faſcia, quæ reliqua eſt, contineatur: ipſa verò demum fronti circumacta, ad occipitium rediens, capiti à latere deligetur.

Funda. XLIX.

AB occipitio orſus faſciã obliquam per verticem, & inter ipſum, & frontem ducito ad angulum oculi à parte tẽporis, & ab eo per genam ad imum naſum, indéque pariter ad genam partis alterius, & angulum A oculi tempori propinquiorem, ac inter frontem, & caput ſummum, exaduerſo priori parti ad occipitium deferto, déinde ſub imis auriculis tranſiens, ad occipitium educito, demum verò fronti circumiicito.

Eadem aliter. L.

FAſcia primùm occipitio adhibita, obliqua per verticem, ad tempus, & ad oculi angulum à parte temporis ducenda eſt, inde verò ſub infimum naſum, déinde ſub infimam aurem ad occipitium rurſus reducenda, & ibi ea conuerſa ex aduerſo priori parti, trahenda eſt obliqua ad tempus, & ſub imum naſum, ad infimam alterius partis auriculam, mox ad occiput, à quo ſubaurem imam, & ſub naſum infimum, ſúbque alterius partis auriculam infimam, ad occipitium deducta, demum circa frontem obuoluenda.

B *Amintæ uallum.* LI.

AB occipitio incipientes obliquè faſciam agimus per verticem, inter quem, & frontem, & inter ſupercilia, ac déinde à latere prope angulum oculi ex parte naſi rectà ad narem priorem ducimus, & ab ea per partem illam, vbi maxilla committitur cum malis, atque ſub mentum protrahimus, & inde ſub auriculam imam, & ad occiput porrigimus, à quo per verticem, & inter ipſum, & frontem obliquè, intérque ſupercilia priori aduerſam ſic, vt figura X exprimatur, ac déinde à latere naſi, poſteà à latere naſi ex aduerſa parte, vbi maxilla iũgitur malis, ſub mentum, ſúbque infimam ex altera parte auriculam ad occipitium protrahimus, & poſteà fronti circunuoluimus: poſtmodum ſub infimam auriculam, C & per naſum medium ad alteram auriculam, tandem ad occipitium. Sed nonnulli mentum inſuper comprehendunt: maximé accommodatur, quando pars inter ſupercilia, vel naſus medius deligationẽ requirit.

Phaleræ, ſeu Vallum. LII.

SVmpto ab occipite deligationis exordio, faſcia per verticem, & inter ipſum & frontem, necnon inter ſupercilia ducatur, inde verò penes angulũ oculi à parte naſi per genam, & ſub imam aurem ad occipitium, & ab occipitio per partem contrariam eo modo, vt inter ſupercilia efficiatur veluti X litera: poſteà inter frõtem, & verticem, per ipſum verticem ad occipitium trahatur. Vnde ſub imam aurem per medium naſum ſub alteram auriculam infimam ad occipitium reuertatur, & demum circa frontem detur. Nonnulli, vt elegantius hoc vinculum redderent, per eam ſuturam, quæ ab aure ad aurem per verticem porrigitur, circun- D duxere. Poteſt prætereà, ſi expedire videatur, faſcia in vtranque partem perduci. Iſtius eadem vis eſt, quæ & præcedentis

Accipiter Menecratis. LIII.

FAſcia primùm occipitio iniecta per verticem rectà inter ſupercilia vehatur penes angulum à parte naſi, ab alteráque nare ſuper imum naſum iuxta alterum angulum ipſum naſum ſpectantem, & inter ſupercilia reddatur figura X literæ, & inde iuxta priùs iniectam partem rectà ad occipitium reuocetur, vbi ſub imam aurem, ac ſuper imum naſum, móxque ſub infimam partis alterius auriculam rurſus ad occipitium trahatur, poſtremò fronti obuoluatur. licet tamen eam per ſuturam ducere, quæ per verticem ad aures pertinet. Quidam, vt ſpecioſius vinculum efficiant, ſemirhombum, de quo ſuperiùs egimus, addunt.

Amintæ uinculum ad nasum in alteram partem distortum. LIIII.

DEligationem ab occipitio incipientes, rectà ad verticem fasciam adducimus, & inter ipsum, & frontem, ac inter supercilia ab altera nare sub imum nasum deducimus, & ab eo sub imam auriculam ex altera parte: supérque imum nasum, ac inde sub aurem imam ad occipitium deuenimus, & ab eo progreßi, circa frontem obuoluimus.

Vinculum Hippocratis adducens. LV.

EAndem vim hoc vinculũ habet, quam & illud, quod proximè expofuimus, hoc autem modo iniicitur, accipitur membrana palmæ longitudinem excedens, eius alterum extremum glutino, aut gummi naso agglutinandum est ab ea parte, in quam vergit, alterum verò sub auriculam imam ad occipitium ductum, indéq; ad frontem, ibi identidem agglutinandum.

Ad aures linteum scissum in quatuor partes. LVI.

MEdium linteum auriculæ aptetur, scissę verò partes, quæ auricula superiores sunt, reddita figura X literæ, vna per frontem, altera per summum caput ad occipitium ducantur: quæ per frontem ducta est, vbi X litera expressa est, trahatur: quæ per verticem, ad frontem deducatur, & ambæ inter se à latere deuinciantur: partes verò infra auriculã, inter se aduersæ protrahantur, altera per posteriorem partem, altera sub mentum ad occipitium, ibíque nodo deuinciantur.

Auris ex fasciaglomerata. LVII.

FAsciæ initium iniiciatur post læsam aurẽ iuxta occipitium, quę per ipsam aurem feratur, ita, vt ex parte illam comprehendat, inde inter frontem, & verticem elata non procul à fronte, posteà per partẽ anteriorem iuxta alteram aurem sub mentum deducatur, & inde ad malè affectam aurem, à qua rursus inter verticẽ, & frontem ad partem post integram aurem, & posteà item sub mentum, súbque imam auriculam, & ad occipitium tandem protrahatur.

Aliter. LVIII.

ORsi ab occipitio, fasciam sub infimã aurem sanam & inter verticem, & frontem, ad anteriorem partem vitiatæ auris ducemus, vnde sub mentum, ac sub aurem imam ad occiput peruenientes, mox obliquè super aurem, & déinde circa frontem obuoluemus.

Linteum in sex partes ad aurem fissum. LIX.

MEdio linteo regioni vinciendæ aptato, partibus aliis pendentibus à ceruice, aliis super caput iniectis, quæ à priori parte sunt, inter se nodo inter frontem, & verticem nectimus, medias verò in capitis vertice, tum inter se, tum cum prioribus deuincimus, postremas ad occipitium ducimus, imitãtes literam X, & frõti circumagimus à latere capitis deligationem finiẽtes.

Vinculum ad malas ex tribus fasciis. LX.

PRima media iniiciatur inter summum caput & verticem, eius verò capita per malas sub mentum deferantur, indéque rursus per malas iuxta priùs obuolutas eius partes inter verticem & frontẽ ducta simul nectãtur. Si verò volueris & oculos deligare, non amplius propè priorem partem duces, sed super oculos, déinde verò inter frontẽ, & verticem ad similitudinem X acta, ad occipitium trahantur. Altera autem fascia, media inter frontem, & verticem adhibeatur, capitáque vtraque

A ducantur penes angulos oculorum tempora respicientes ad mentum, ibíque nodo ligentur, tertia item media ad nasum detur, eius capita sub imis auriculis ad occipitium adducta, ibi imitantia X literam, ad frontem ascendant, ac circa ipsum obuoluta, nodo à latere capitis nectantur.

Longa ad frontem, & locum inter supercilia ex glomerata fascia. LXI.

ACcommodanda est primùm occipitio, déinde rectà ducatur ad frontem inter supercilia, posteà ad occipitium item reducatur, demum fronti obuoluatur.

Funda ad labrum inferius, in partes quatuor partita. LXII.

PArs media, quæ & integra est, dato super inferius labrum, ex scisis verò partibus, superiores ad mentum deducito, & ab eo ad occipitium, vbi altera alteri B ad modum X literę insidente, ad verticẽ ac inter ipsum, & frontem trahito, ibíque ministro tenendas præbeto, reliquas autem duas sub infimis auribus progressus ad occipitium, atque inde ad modum X literæ ad frontem adductas, tum has ipsas, tum quas ministro tradideras, inter se deligato.

Eadem ad supremum labrum. LXIII.

MEdia labro superiori iniicienda est, inferiores partes prope oculorum angulos, qui ad tẽpora vergunt, indéque inter frontem, & verticem agendæ sunt, ibi ad imitationem literæ X ad occipitium ducendæ: partes reliquæ ad occipitium sub imis auriculis, & ab eo aduersæ inter se circa frontem datæ deuinciendæ.

Fasciaglomerata ad labrum inferius. LXIIII.

C INitium in occipitio collocandum, déinde sub ima auricula transeundo, ad labrum infimum perueniendũ, inde sub ima aure ad occipitium redeundum.

Eadem ad utranque partem ducta. LXV.

MEdia labro insideat, eius capita vtrinque sub imis auriculis ducta ad occipitium, indéque ad frontem, circa ipsum dentur.

Alia. LXVI.

AB occipite ordientes fasciam, sub infima aure ad labrum actam, inde sub infima aure ex altera parte ad occipitium reducimus, & eam obliquã inde per verticem, ac inter ipsum, & frontem ad tempus protrahimus, & ab illo per malas sub mẽtum, atque ex altera parte item ad malas, posteà inter frontem, & caput summum, quo modo se habet X litera, vnde mox ad occipitium, demum circa frontem damus.

D *Ad labrum superius.* LXVII.

INcœpta deligatione ab occipitio, obliquè fascia inter verticem, & frontem iuxta angulum oculi ad tempus conuersum ad superius labrum feratur, & inde ad tempus alterum, & angulum oculi ipsum spectantem, mox inter frontem, & verticem, constituta X litera, super partem priùs obuolutam, ad occipitium, déinde circa frontem detur.

Eadem à media fascia. LXVIII.

INiicito mediam fasciam superiori labro, capita verò iuxta tempora, ac oculorum angulos ad tẽpora spectantes ducito, ab illis inter frontem, & verticem ad modum X literæ protrahẽs, ad occipitium deferto, déindéque per frontem, rursúsque ad occipitium.

Funda ad occipitium scissa in quatuor partes.

LXIX.

MEdium occipitio aptato, partes verò, quæ inferiores sunt, per malas proximè oculorum angulis, qui à parte temporum sunt, ducito, & inter frontem, & verticem, ibique eas inter se deuincito, reliquas sub auriculas imas, ad occipitiúmque protrahito, vbi altera super alteram ad modum X literæ incumbat: si tamen hæ fuerint breuiores, cum prioribus in occipitio deuinciantur, si longiores, ad frontem deferantur.

Satis hactenus de his deligationibus tam compositis, quàm simplicibus, quæ ad caput, & faciem attinent, loquuti sumus, superest modò, vt ad alias transeamus.

Ex Soranos uinculum ad mentum.

LXX.

FAscia vtrinque scindenda, ita tamen, vt eius medium, quod mento iniicitur, integrum seruetur: partes verò inferiores rectà per malas ad locum, qui inter frontem & summum caput: superiores transuersæ per mentum ad occipitium ducendæ, & inter se nodo nectendæ. Valet vbi mentum deligandum sit.

Spica Glautij. LXXI.

NOmen habuit à spica, cui suis circuitibus similis est. Præsertim verò conducit ad fractum iugulũ, aut luxatum humerum. Ea hoc modo adhibetur: Hapso lanæ mollis, ex parte, quæ est deliganda, alæ subiecta, quatenus eius cauum repleatur, parata sit conuoluta fascia longa, latáque quantum requirere videtur is, qui deligari debet: ea ab altera ala orsa, obliqua per dorsum agatur, qua parte iugulum cum humero iungitur, & ab ea sub ala ex parte malè affecti humeri ad partem vbi iugulum cum humero committitur, redeat, atque ibi literam X imitetur, inde verò per pectus obliqua ad alam partis sanæ deferatur, & ab ea rursus per dorsum ad iugulum ita ducatur, vt aliquatenus parti priùs iniectę incumbat, atque iterum voluatur sub ala, & ad iugulum trahatur, iterum expressa figura X literæ: demum verò ad alam integram adducatur, ad quam eadem circunducitur ratione.

Eadem à media fascia incipiens.

LXXII.

PRimùm spica iniiciatur, posteà brachio ad angulũ rectum figurato, altera media fascia illi adhibeatur, eius verò capita ducantur rectà, quà iugulum committitur cum humero, & inter se aduersa ibi imaginẽ X literæ constituant, ad alámque partis sanæ deducantur, ac déinde per latera, & per brachiũ læsum circumagantur, ita vt omnia comprǽhendantur, tandémque finis sub ala partis integræ imponatur.

Eadem in utranq; partem.

LXXIII.

MEdia fascia alæ malè habẽtis brachij iniicito, extrema verò vtrinque ad summum humerum ducta X literam imitentur, eáque inde deducta obliquè alterum per dorsum, alterum per pectus ad alam alteram adducito, & hac ratione, quoties expedire videbitur, obuoluatur.

Geranis, sic à gruis similitudine ducta, Hippocratis, uel Perigenis, ut alij sensere.

LXXIIII.

ILlis eisdem idonea est, quibus & spica. Hac autem ratione ducitur, iniecta spica, fascia semel circa humerum voluenda, mox ad iugulum deferenda, inde ad alteram alam obliquè, ibíque finienda.

Funda brachium compræhendens, quæ ad idem ualet quod Geranis.

LXXV.

SPica primùm obuoluta, fascia à summo humero semel obliqua ad cubitum ad rectum angulũ collocatum protrahenda est, & inde ad summũ item humerum, & ab eo ad alam partis sanæ, & posteà brachio, lateribúsque obuoluenda, ac sub ala nodo deuincienda.

Eadem aliter. LXXVI.

INiecta fascia media capiti brachii læsi, eius capita vtraque demittantur rectà ad cubitum prope ipsius gibbum, & prope priùs adhibitas partes, iterum vbi iugulum cum humero cõmittitur, reducantur, inde verò ad alam partis sanæ, posteà in orbem obuoluatur.

Aliter. LXXVII.

APtato mediam fasciam alæ partis bene valentis, capita autem eius circum latera, & brachium obuoluito, déinde protrahito sub alam partis integræ, indéq; obliquam ad eam partem perducito, vbi iugulum cum læso humero committitur, vnde rectà per brachium ad cubiti gibbum demittito, à quo iterum eò adducito, vbi cum humero coniungitur iugulum, & ab eo loco ad alam integræ partis porrectam, in orbem circa brachium dato.

Spica duplex, quæ & quadriga dicitur à quibusdam.

LXXVIII.

APtissima est, quando vtrunque brachij caput læsum est. Ea hoc modo iniicitur, adhibita spica simplici, fasciámque déinde sub ala brachii deligati primũ subiicientes, ad alterum brachium obliquam ducimus, & ad eam partem, vbi iugulum cum humero committitur, ea ratione, vt reddatur similitudo X literæ, & inde ad alteram alam, & eodem pacto eam ibi obuoluimus.

Cataphracta. LXXIX.

INditum est illi nomen hoc à similitudine Romani thoracis, qui cataphracta nuncupatur. Illis verò conuenit, in quibus iugulum prope humerũ deligari oportet, pectus, dorsum laterâve, & aliquatenus vinculũ hoc videtur spicæ duplici assimilari: eius verò iniectio hac ratione efficitur, datur primùm circa alam, mox per pectus obliqua ducitur iuxta locũ illũ, vbi iugulũ committitur cũ osse pectoris, & inde per ceruices ad humerum contrarium, necnon ad alam ei subiectam, itémque ab ea ad ceruices alteri parti priùs iniectæ sic incumbens, vt referat prope ceruices similitudinem X literæ. Déinde verò obliqua ad humerum ex altera parte porrigitur, inde ad alam, à qua item ad ceruices, ita vt in vertebra colli rursus similitudinem X habeat, atq; iuxta ceruicem, & super humerum, & sub ala, vti tandem X literam quater imitatur: videlicet in anteriori parte semel, à posteriori item semel, bis prope iugulum. Sed eodem modo, quoties opportunum fuerit, circunducitur, posteà verò circa pectus, & latera obuoluitur eatenus, vt totum vinculum thoraci simile euadat.

Eadem ad utranque partem.

LXXX.

FAscia media sub ala iniicienda, capita vtrinque ad proximum iugulum ducenda ea ratione, vt figuram X literæ constituant, inde obliqua ad alam contrariam protrahenda, & ab ea ad iugulum proximum, itémque ibi prope ceruices ad similitudinem X literæ se habeât, & ab eo loco obliquè ad alteram, postremò circa pectus in orbem agenda.

Sostrati

Sostrati uinculum rectum ad alam, & pectus.

LXXXI.

Appositissimum est, si quando pectus medium, vel thorax sint deliganda, duæ fasciolæ longitudinis conuenientis parentur, & mediæ brachiorum capitibus iniiciantur, capita earum rectà pendere sinantur: mox verò fascia conuoluta circumcirca totum thoracem & latera, ita vt tegantur, adhibeatur, eius pars extrema nodo firmanda: capita fasciolarum ab anteriori, & posteriori parte pendentia obuolutionibus fasciæ assuimus, quæ si adhuc fuerint longiora, sursum ad humerum adducta, mutuò colligentur.

Vinculum ad modum literæ X ad alam, & pectus datum. LXXXII.

Iniiciantur fasciolę, quas nuper exposui, sic vt non rectæ, sed in obliquum pendeant, ea ratione, vt tam ex parte pectoris, quàm dorsi figuram X literæ constituãt, cætera verò eadem sint, quæ quando rectæ pendebant.

Amintæ thorax. LXXXIII.

Idem hoc vinculum præstat, ac id quod ad alam positum est. Datur autem hoc modo. Adhibita cataphracta, quæ ad vtranque partem ducitur, vbi fasciam eò vsque circunduxeris, vt omnia ad vsque vmbilicum fuerint ab ea compræhensa, eius capita debent ea ratione deuinciri, vt laqueus, qui lupus dicitur, conficiatur, ex his verò, quod superest, præter laqueum, ad ilia protractum, inferi ita prioribus obuolutionibus debet, vt extra eius extremum longitudine digitorum quatuor pẽdeat. Inde enim fit, vt fimbrias thoracis imitetur.

Thorax, qui eandem uim habet, quam referens X literam. LXXXIIII.

Ilibus in primis fascia ex parte dextra danda est, indéque obliqua per latus, & medium pectus promouenda ad caput brachii, à quoad alam, rursúsque ad brachii caput super priorem ad similitudinem X literę, & obliquè déinde per dorsum ad ilia super caput primò obuolutum ducenda, mox per ventrem ad ilia sinistra in orbem circundanda, ex aduerso déinde ad priorem partem, vt eò loci X literam referat, & ad dextri brachii caput, & inde sud alam protrahenda, itémque ad brachii caput circunducenda, vbi etiam X literam imitabitur, hinc etiam obliquè per medium pectus, ac latus ad sinistra ilia, postremò circumcirca in orbem voluẽda, quod eatenus repetendum, quoad omnia liganda compræhendantur.

Stella. LXXXV.

Iniice primum vinculum, cui nomen thorax est, referens autem literam X, ac aliam angustam fasciolam circa pectus, & dorsum semel, ac iterum obuolue, fibula verò eius extremum caput necte.

Geranis ad similitudinem fiscellæ.

LXXXVI.

Ad eadem valet, ad quæ cataphracta. Hoc autem modo adhibetur: Fasciationem exorsus à dorso, obliquè per scapulas eò peruenias, vbi humerus cum iugulo committitur: inde sub ala transiens, eòdem reuertaris, vt super eãdem coniuncturam efficiatur figura similis X literæ, déinde verò per mammam obliquè ad vmbilicum descende, fasciàque ibi sursum conuersa, obliquè ad alteram mammam ascende, ac ad locum, vbi iugulum cum humero committitur, vt ibi etiam exprimatur figura X literæ, déinde déorsum reuertaris per dorsum, fasciámque, circa latera obuoluendo circue secundum eandem rationem.

Galen.

Stella, quæ à parte posteriori inspicitur.

A LXXXVII.

Accommodatur quibus dorsum deligandum sit, atque hoc pacto obuoluitur. Sumpto deligationis initio ab ilibus, verbi gratia, sinistræ partis, fascia per dorsum ducatur ad caput brachii dextri, hinc verò ad alam, à qua per humerum sinistrum, ad alam ac ad caput brachii, & ab eo obliquè per dorsum à parte priori aduersa, déinde verò circumagatur semel aut iterum circa ilia, & hoc circuitu pars extrema contineatur. Poteris eandem circundare vt ab anteriori parte se videndam offerat, si non ab anteriori, sed à posteriori pariter circumagatur.

Vinculum à fulmine κεραυνὸς nuncupatum.

LXXXVIII.

B Eadem, quæ id, quod nuper exposuimus, præstat: fascia iustæ longitudinis, & latitudinis, sic paratur, vt media in longum sit fissa, quatenus caput possit admittere, extremas verò partes alteram à ventre, alteram à dorso pendere sinimus, déinde vinculum, quod thorax referens X literam appellatur, iniicimus, & extrema capita prioris fascię permittimus, vt in plures partes scissa pendeant.

Vinculum simplex ad ceruicem.

LXXXIX.

Maximè illis conuenit, in quibus alteram ceruicum partem deligari opus est. Exordium habet à latere medio, ad ceruicem autem, & pectus latum, ac super caput fasciæ primùm iniectum transiens, in orbem per

C thoracem obuoluitur.

Duplex. XC.

Fascia primùm alæ circumacta, obliquè ad ceruicem adducenda, & hinc ad pectus obliquè, alámq;, & alã etiam alterã, inde verò per pectus obliquè ad ceruicem, ita vt tibi repræsentetur figura X literæ, atque ab eo loco obliquè item per dorsum ad alam, móxque in orbem obuoluta, eodem modo circuire debet.

Cuspis, uel hamus. XCI.

Duæ fasciolæ iustæ longitudinis, latitudinis autem duorum digitorum mediæ brachiorum capitibus iniectæ, pendeant extremis capitibus, déinde à dorso, paritérque ab vmbilico adducantur ad imitationẽ X literæ, & fibula inter se nectantur, postmodum addatur Geranis similitudinem fiscellæ habens.

Rhombus simplex. XCII.

Eisdem vtiliter adhibetur, quibus & vinculum nuper relatum. Constat autem duplici vinculo ad ceruices,

D & ex antè dicta Geranide.

Rhombus duplex. XCIII.

Fasciam ilibus primùm iniicito, eámque obliquam ad humerum ferto, & ab eo ad alam, indéque ad iugulum, ita vt qua parte iugulum cum humero committitur, habeat figuram X literæ: tum verò per colum trãsuersam ad alterum iugulum ductam sub alam deducito, ac ad iugulum reducito, quo etiam loco similitudinem X assequatur, ac inde obliquè per mammam ad ilia cõtraria sic producito, vt eandem literam in pectore referat, postmodum detur in orbẽ circa ilia, ac obliquè per dorsum illam eò protrahito, vbi cum humero iugulum committitur, & hinc ad alam demissam eòdem reducito, déinde transuersam per anteriorem partem, vbi iugulum cum osse pectoris, & vbi cum humero iungitur, trahitó: indéque obliquè per dorsum ad ilia, & demum

in orbem circunducito. Cum hoc vinculo interdum duplex geranis iniicitur, interdum ſimplex, vel etiam duplex vinculum ad ceruicem.

Sorani κεραύνιος, hoc eſt, fulmineus.

XCIIII.

VTile eſt, quando medium pectus, & dorſum deligari requirunt. In hunc autem modum datur: Duo vincula præcedere debēt, cuſpis videlicet, & ſtella, prę-terquam quòd capita, quæ in ſtella fibula inter ſe coniungebantur, ad ilia ducuntur, ac ita pendere permittuntur.

Apollonii iunioris ἡμικεραύνιος, id eſt, ſemifulmineus. XCV.

FAſciolas, quibus in cuſpide vſi ſumus, capitibus brachiorum iniicimus, ac vinculum duplex ad ceruicem déinde adhibemus, poſteà geranida, quæ fiſcellam repræſentat.

Soſtrati ara parua. XCVI.

ELegans eſt, vtpote quę, vbi iniecta eſt, ſimilitudinem angulorum aræ gerere videtur. Primùm vinculum ad ceruices dandum eſt, déinde Geranis, quæ fiſcellam imitatur, tertiò vinculum Soſtrati ad pectus adhibitis ſuſpendentibus faſciolis.

Eiuſdem templum paruum. XCVII.

HOc etiam non inelegans eſt, quod idem etiam munus præſtat: primùm iniiciendum eſt Soſtrati vinculum rectum, mox verò quod nuncupatur quadriga.

Apollonii Tyrij paruum templum.

XCVIII.

ADhibitis ad dorſum duabus faſciolis, quo modo adhibebantur ad pectus in recto Soſtrati vinculo, ſimplex rhombus circunducatur.

Geranis fiſcellam imitans à priori parte uidenda ſe offerens.

XCIX.

ORdientes à latere, faſciam obliquam ad coniunctu ram humeri cum iugulo ducimus, indéque ſub alā, à qua eòdem adducimus, ac tranſuerſam per collum ad commiſſuram ex altera parte iuguli cum humero, atque à priori parte ſub alam verſus poſteriorem trahimus, ad eandem commiſſuram redeuntes, déinde per pectus obliquam, demúmque in orbem circa ilia damus. Sed & à poſteriori parte hoc idem vinculum conſpicietur, ſi eius ambitus, qui ab anteriori parte poſiti fuere, à poſteriori ponantur, & eos à poſteriori, qui à priori.

Auriga. C.

COnfert vbi deuinciri latera expedit. Modus adminiſtrandi is eſt, faſcia media collum complectatur, eius capita obliquè per pectus ducantur, vbi inter ſe mutuò complicata ſub alas ducenda ſunt ad dorſum, itémque ibi complicanda, ídque eatenus faciendum, donec deligatio huiuſmodi vniuerſum thoracem comprehendat, implicatis videlicet capitibus tum ab anteriori, tum à poſteriori parte: tandem extrema inter ſe connectantur. Hoc vinculum ad latera continenda aurigæ adhibent.

Expoſitis deligationibus thoraci accommodatis opportunum vtiq; erit tranſire ad alias.

Ex Heliodoro. Faſcia aſſuta ad mammam. CI.

FAſcia, quæ longa, latáq; ſit pro ratione hominis deligandi, duplicanda eſt, déinde ſuēda, incœpta ſutura à medio partis illius, quæ duplicata eſt, ac ſuēdo obliquè déorſum procedendum: quo facto, ea pars, quę ſupra ſuturam eſt, excidēda ita, vt quaſi pilei ſinus efficiatur, qui mammam, & partem ea ſuperiorem admittat, déinde capita vtraque faſciæ huius bipartienda, ex altera verò parte ſinus huic ſuturæ aduerſa, quæ veluti ora lintei eſt, faſciola latitudinis circiter duorum digitorum à latere ita aſſuenda eſt, vt caput alterum longius, alterum breuius euadat: hanc verò faſciolam cingulum appellant. Sic autem deuincitur: Sinus mammæ accommodatur, qui eam contineat: cinguli autem caput longius per dorſum ad mammam ſanam ducatur, nodóque cum breuiori deuinciatur: ex ſciſsis autē lintei capitibus priora duo ſurſum ad ceruices ducta, ſic vt dextrū ſiniſtrorſum, ſiniſtrū dextrorſum tēdat, ſic pendere permittantur, déinde cum reliquis duobus connectenda ſunt.

Faſcia conuoluta ad mammam. CII.

PAretur faſcia longior eius latitudinis, quam res expoſcere videtur, eiúſque caput in partes duas findatur, ac propè mammam integram iniiciatur: déinde faſcia obliqua per dorſum ad læſam mammam ducatur, & ab ea ad alteram, déinde per dorſum feratur ad affectam mammam, à parte ſuperiori déorſum, & inter vtranque mammam ſimilitudinem X literæ referat, eodémq; modo ſæpius obuoluatur, adeò, vt quæ nuda ſunt, omnia contegantur: ſciſſa verò extrema faſcia partes inter ſe deuinciantur, conſtituto altero nodo ſub, altero verò ſupra integram mammam.

Ex Sorano. Duplex in utranque partem, à ſuperiori parte déorſum.

CIII.

MEdiæ faſciæ, qua tranſuerſa pectus deligandū eſt, alia eatenus aſſuenda, vt vtranque mammam excedat, quæ ſuis capitibus collo ſuſpendenda eſt: altera verò vtrinque ad dorſum ducenda, vbi vtriuſque capita inter ſe connectenda, vt ita mamillis deuinciendis aptentur.

Deligatio ſuſpendens à ſex capitibus.

CIIII.

LInteo ſuſpendenti ex quatuor capitibus, alia faſcia trāſuerſa circa mediam ſuturam aſſuatur, atq; ipſius capita vbi, vt expoſitum eſt, deligaueris, ſic in dorſo inter ſe nectenda, vt neque reſolui, neque in rugas cōtrahi poſsit vinculum. Ad eundem vſum hæc valet, vt ea, quæ nuper deſcripta eſt.

Nunc Galenus. Deligatio ad alterum inguen. CV.

ACcommodatur, vbi ſit deligandum inguen. Cuius iniectio hoc modo fit: Incœpta ab ilibus deligatione, faſcia ad clunes obliquè ducenda eſt à parte affecti inguinis, & inter anum, & teſtes, ac inde ad inguen, mox circumcirca per coxam ad ilia per eam partē, quæ fuerat priùs iniecta, atque ab inferiori parte ſurſum afferenda.

Ad utrunque inguen. CVI.

AB abdomine orſus, faſciam obliquam per coxam, & inter anum, & teſtes producito ad inguen ab inferiori parte ſurſum, poſteà inde ſecundum primo adhibitum caput item ad coxam, intérque anum, & teſtes ad inguen, alterum à parte inferiori ſurſum, déinde ſupra vmbilicum, atque ſic eatenus circunducito, quòd vtrunque inguen compræhendatur.

Eadem ad utranque partem. CVII.

INiecta inguini media faſcia, ipſius capita ad coxam ducta imitentur X literā, vnúmque ad inguen, reliquum à parte exteriori feratur, déinde vtraque in vnum conueniant, & poſteà eodem modo circumagantur.

Altera ad alterum inguen. CVIII.

PErmittatur alterum faſciæ caput, quod etiam breuius, nec longius duobus, aut tribus digitis ſit, ab inguine

inguine pendere, alterum sit conuolutum, & per ilia ad coxam, & abdomen ductum, ac inde obliquè ad coxam, & inguen delatum, ab inferiori parte sursum circumagatur, deinde ad ilia, & coxam, à qua per ilia aduersæ partis ad abdomen, quo peracto, dependens caput sursum cõuersum, & facto sinu ibi à capite altero, quod obuoluitur, contineatur, ac rursus procedens per inguen, & coxam ad abdomen adducatur, vbi iterum caput primum, quod pendebat, replicetur à superiori parte deorsum, ac ab altero, quod conuolutum iniicitur, compræhendatur, & quoad fasciatio finiatur, alterũ duplicetur, alterum illi superducatur, demum fibula firmetur.

Altera ad utrunque inguen.

CIX.

FAsciola media lumbis iniiciatur, eius capita ab inguine eodem modo, atq; in deligatione ad alterum inguen pendere permittantur: altera verò fascia orsa à ventre périnde obuoluatur, ac in deligatione ad vtrunque inguen: primæ verò fasciolæ capita pendula duplicentur, sicut ostendimus in simplici.

Pecten, seu deligatio ad colem suspendens. CX.

FAsciolæ, quæ media lumbis iniecta sit, capita super ventrem delata inter se nodo deuincimus, alteram verò fasciam conuolutam in promptu habentes, eius caput zonæ subiicimus, reliquam verò partem ad colem ductam, & inde rursus ad zonam à superiori parte deorsum illi inferimus, mox sub colem, itémque ad zonam, demum testiculos complexam zonæ committimus.

Aliter. CXI.

ZOna adhibeatur, capite verò fasciæ super colem iniecto illi fascia obuoluatur quoad illum totum cõplectatur, ac posteà ad zonam ducatur, indéque ad colem, à quo item ad zonam, rursúsque ad colem, postremò zonæ committatur.

Aliter ex scisso linteo, & zona.

CXII.

SCindito linteum accõmodatæ magnitudinis in partes quatuor, relicto eo integro in medio, quo coles est excipiendus, sed ex altero capite partes scissæ prope colem findendæ sunt, vt admittant alterius capitis partes: quæ mox ad zonam adductæ, illíque insitæ nodo connectendæ.

Ex Heliodoro.

Vinculum ad alterum inguen, id quidam Cancrum ad inguen appellauere. CXIII.

ORsus deligationem ab ilibus ex aduersa parte obliquè ad lumbos progrediaris, mox ad inguen deligandum, indéque ad summam coxam, déinde verò reuersus ad idem inguen, obuolue parti, quæ est sub vmbilico, ita vt reddatur figura X literę: inde autem ad ilia partis contrariæ, atque sic circuire debet, donec omnia, quæ nuda sunt, compræhendat, tunc verò commodè semel circa lumbos datur. Proficit quibus inguen deligari requirit.

Ad inguen utrunque. CXIIII.

INiecto vinculo ad alterum inguen, fascia non datur in orbem in vinculo ad inguen vtrunque, sed à lumbis ad alterum inguen ducitur, deindéque ad summam coxam, & inde ad idem inguen, vt videlicet in altero referat similitudinem X literæ, posteà ad lumbos attrahitur, ibi vero hoc modo toties circumagitur, vt nuda omnia compræhendantur. Accommodatur vbi vtraque inguina deligare expedit, vtiliter etiam præter prædictas obuolutiones, fascia potest in orbem circunduci.

Galen.

Vinculum ad custodiendum inguen.

A CXV.

EX altero capite fasciæ conuolutę, interposito interuallo duodecim digitorum, alia fasciola duorum cubitorum longitudinem æquans assuenda, quod caput illis contrariæ partis iniiciendum: fasciola verò assuta à posteriori parte per lumbos rectà, & clunes, & inter anum, & testes ducenda, circuénsque læsum inguen sursum attrahenda, at conuoluta fascia bis vel ter circundanda, vt per hos circuitus fasciola veluti per nodum trahatur: atq; vbi inguen fuerit his circuitibus in orbem adstrictum, ad summam coxam fasciola adduci debet, ac inde rursus ad idem inguen, & ad partem, quæ vmbilico subiacet: his autem peractis, ex fascia conuoluta fit deligatio ad alterum inguen, nodus sub vmbilico collocatur. Vinculum ad eos idoneum est, qui manuum opera curantur propter varices replentes inguen.

B

Fasciatio assuta ad anum.

CXVI.

FAscia parari debet longa, latáque, quatenus satis esse possit huic deligationi faciendæ: huic verò ab altero capite alia latitudinis circiter trium digitorum trãsuersa assuatur, quæ zonæ munus præstet, eidem quoque fasciæ nouem digitorum intercapedine relicta, alia fascia æquè vt zona lata pariter assuenda, istius capita vtrinq; addita crura vocantur: at caput alterum rectæ fasciæ, quod ex aduerso futuram respicit, in duo etiam crura diuidendum. Cingatur itaque, qui deligandus est, zona illa explicata, posteà fascia rectè per lumbos delata ad anum, & per partem, quæ inter anum, & testes intercipitur, ducatur: eius verò crura ad inguina adducta zonæ subiiciantur: posteà crura addita coarctata immittantur

C in zonam, atque ibi cũ aliis cruribus deuinciantur. Hoc vinculo quidam ad calculosos vtuntur: nobis tamen id, ob nodorum inæqualitatem, non probatur, ne pars ea abdominis, quæ infra vmbilicum est, prematur. Quum enim vesica non æqualiter vrgetur, inflammationi exposita redditur. Sed quibus calculus extractus, deligationem adhibemus ex fascia ad inguen nuper à nobis exposita, cui in hoc casu aliam fasciolam rectam, breuiorem tamen assuimus, & eam extremam in duas partes findimus. Huiusmodi verò vinculum longè magis accommodatur istis, quàm illud, quod ani causa adhibetur. Nam fascia illa conuoluta in orbem circuens tam lumbos, quàm vniuersam eam partem, quæ infra vmbilicum est, compræhẽdit, extrema verò prioribus assuitur circuitibus, pars eius, quæ integra est, ducitur ad anũ, & inter ipsum, & testes traiicitur: partes, quæ scissę

D fuere, circuitibus prioribus inferuntur. Commodisimè hoc modo calculosi post sectionem deligantur.

Vinculum scissum ad scrotum.

CXVII.

PArandum ad hanc deligationem linteum est longũ, & latum, & vtrinq; in partes quatuor scindatur, quæ ab vno capite breuiores, ab altero sint longiores, in medio verò tanta fiat excisio, vt ea colem, quo tempore adhibetur, possit admittere. Primùm itaque zona homini iniicienda est, déinde ex breuioribus lintei partibus mediæ duæ in zonam immittendæ, ac inter se deuinciendæ, duæ aliæ item in zonam immittendæ, sinendæque vt pendeant, posteà cole ea fissura excepto, scrotum cõpræhendendum est, reliquo integro linteo, ex partibus verò ipsius longioribus, duæ exteriores scroto inuoluendæ ea ratione, vt dextra in sinistram partem tendat, sinistra in dextram, quæ mox in zonam demissæ pende-

re permittēdæ, quemadmodum & priores: duæ aliæ mediæ scroto pariter adhibitæ, vt videlicet dextra in sinistram partem, sinistra in dextrā per summas coxas procedens, cum prioribus pendentibus deuinciatur.

Ex Sorano.

Vinculum ex tribus capitibus ad scrotum.

CXVIII.

ASsuatur altera fascia extrema alteri mediæ, ita vt assutæ referant imaginem T literæ: transuersa homo cingatur, recta verò ad scrotum ducatur, vbi incidatur quatenus coles excipiatur, extremum eius caput zonæ committatur. Affectibus scroti idoneū vinculū est.

Ex Heliodoro.

Fascia glomerata ad cubitum.

CXIX.

ORsus ab imo brachio prope cubitum fasciā in orbem circūducito, déinde illam obliquam per priorem cubiti partem circumagito, vbi pertundi venæ solent, ibíque cubito obuolutam rursum obliquam ad brachium adducito, sic vt in priori cubiti parte X literam imitetur: eam verò hoc modo toties circundato, vt nudæ partes vndique tectæ euadant: nodum verò à latere collocato. Hæc verò ratio communis est tam brachii, & cubiti, quàm cuiuscunque membri longi deligandi, quòd fasciæ in orbem circuire debent, interdum tamen & obliquæ feruntur, nimirum vt deligatio firmior reddatur. At istius fasciæ extremum vel inferioribus circuitibus assuendum est, vel fasciola alia angustiori deuinciendum, vel bipartiendum, vt ex altera mēbri parte capita ea inter se nodo nectantur.

Vinculum in orbem, hoc nonnulli in Hippocratem authorem referunt.

CXX.

HAec istiusmodi vinculi ratio: Fascia membrum aliquod pluribus obuolutionibus circumeat in orbē: idoneum verò est ad membrum continendum, quod repositum sit, accommodatius tamen est, quando adducēda, & glutinanda corpora sunt, quæ abscessere, dummodo ea seruentur, quæ ad rectam fasciandi rationem pertinent: videlicet si labrum abscedentis corporis inferius constitutum sit, fascia à superiori parte deórsum ducenda, tum vt humores excernantur, tum vt quæ abscessere, alterum ad alterum adducta agglutinentur. Quod si hulcus sit in superiori parte, sursum ducta materia à vinculo excernatur: si verò quæ abscessere corpora transuersa sint, fascia versus os circundetur, vt materia excernatur.

Menecratis uinculum ad extrema membra.

CXXI.

INcipe fasciationem ab extremo cubito prope manum, ibíque semel in orbem obductam fasciam obliquè ad primam partem palmæ adducito, indéque item obliquè per palmam illam deferēs circunducito aduersam parti priori, ita, vt ad primam palmę partem redeat, priùs tamen prope ipsam, figuram X literæ constituat, atque sic quoad quæ nuda sunt contegantur, circumagito. Commodissimè adhibetur, quando prima palmæ pars, ac ipsa etiam palma, egent deligatione.

Cancer. CXXII.

CApur angustioris fasciolæ, digitalis exempli causa latitudinis super primam partem palmæ collocandum, ac ipsa déinde per palmam ducenda, nempe ab interiori parte versus exteriorem obliqua ad pollicem, ac

A circa ipsum data ab exteriori parte, obliquè ex aduerso priori parte ad primam palmæ partem adducatur, ita vt referat imaginem X literæ, & eodem pacto obuoluatur, quoad dum omnia comprehendat, postremò inuoluēda circa primam partem palmæ, vt ibi desinat deligatio. Vtiliter adhibetur, quum pollex deligari exposcit.

Ex Sorano.

Vinculum ad priorem palmæ partem.

CXXIII.

INitio deligationis à prima palmæ manus parte sumpto, fasciam obliquè versus palmam, ac déinde per palmam transuersam ducito, ac demum in orbem circa primam palmæ partem circumagito: hoc enim vinculo eam partem deligare proponimus.

Vinculum oppositum.

B CXXIIII.

ORsi à prima palmæ parte, fasciā déinde proiici circunducimus, indéque à priori parte manus ad primam palmæ partem protrahimus, ibíque in orbem damus, ac pollici accommodamus.

Vinculum ut in palæstra.

CXXV.

INiice appositum vinculum, prætereà verò fasciam obliquam iuxta primam partem palmæ versus digitos circūducito, déinde in orbem circa indicem, mox eam obliquam ex aduerso parti priùs iniectæ iuxta primam partem palmæ ducas, atque eodem pacto circa digitos

C alios obuolue. Vinculum hoc accommodatum est, vbi pariter tam pares primæ parti palmæ pertinētes versus digitos deligandæ sunt, quàm illæ, quæ post articulos digitorum.

Rhombus ad medium membrum.

CXXVI.

INiecto capite fasciæ membro, illam obliquè super id extēdimus, ac posteà in orbem damus, déinde iterum obliquè priùs adhibitæ parti aduersam obuoluimus, & ex altera parte, item in orbem circumagimus. Ad eas fracturas valet, quibus accessit vulnus in carne.

Rhombus multiplex ad unum membrum.

CXXVII.

CApite fasciæ super extremam partē membri cuiuspiam adhibito, ea illi ad aliam vsque illius membri extremitatem in modum cochleæ paribus interuallis circumagenda est, ibíque in orbem circa eam data, obli-

D què iterum aduersa parti priùs adhibitæ per certa interualla circumcirca obuoluenda, ita vt aptetur deligandis partibus.

Palmæ habena. CXXVIII.

INitium ponatur super summum membrum, indéque fascia ad imam illius partem per medium obliqua circumeundo deferatur, déinde verò ad summum aduersa adducatur, & iuxta priores circuitus obuoluatur. Adhibetur autem vt partes recenti callo conglutinatas firmiter contineat.

Ex Heliodoro.

Rhombus parium crurum.

CXXIX.

VInculum hoc adhiberi solet cruri, quando illato vulnere, partes abscedūt. Hoc autem modo datur: Fasciam ab inferiori vulneris parte ducimus in orbem,

ac

ac déinde eam obliquã ab eiusdem vulneris latere iniici mus, posteà iterum in orbem à superiori illius parte agimus posteà illam obliquam déorsum ad similitudinem X literæ deferimus: mox verò accommodato interrual lo bis iuxta vulnus obliquam obuoluimus, semel ab inferiori parte sursum, itémque à superiori déorsum, ita vt bis referat X literam, in medio verò rhombus super vulnus constituatur, vt humores possint per id, quod in medio illius est, excerni. Eadem prætereà ratione obuolui debet, quatenus reliquæ partes omnes nudę cõprehendãtur. Hoc vinculo pręterea fit, vt partes, quæ abscessere, à vinculo adductæ spõte ferè ad conglutinationẽ veniant, ac contractus humor à nudato hulcere effundatur.

Rhombus crurum inequalium.

CXXX.

INiecto vinculo, quod proxime tradidimus, debet fascia per vulnus etiam obliqua ferri: quod illis in vsu est, qui volunt vulnus quoque tegere.

Ascia. CXXXI.

TRadunt qui istius vinculi authores fuere, illud conferre, vbi in femore, quod vulnus accepit partes dissfeparantur. Eius autẽ iniiciendi ratio hæc est: Fascia sub vulnere obuoluenda in modum asciæ, videlicet vt pars gibba déorsum, sima sursum sit conuersa: posteà verò iterum super hulcus ad similitudinẽ asciæ priori aduersæ circumagenda: eatenus autem hac ratione circundãda, quatenus nuda omnia à superiori parte déorsum, & ab inferiori sursum cooperiãtur: nonnunquam & per hulcus, vt & ipsum tegatur, ducenda.

Vinculum à latere, quod X literæ aßimilatur. CXXXII.

FAscia in orbem circũeat imũ femur, inde verò obliqua ducatur, posteà aduersa patri primum adhibitæ redeat ita vt à latere genu figuram representet X literę, déinde eadem ratione obuoluatur. Illis præsertim accommodatur, quibus repositum est genu, quod in alteram partem exciderat: in ea tamen parte ad modum X literæ fascia iniicienda est, in quam id prolapsum est.

Testudo. CXXXIII.

DAnda fascia in orbem est supra genu, posteà obliqua déorsum per patellam ad poplitem ducenda, iterúmque sub poplite in orbem obuoluẽda, déinde item

Galen.

A per patellam aduersa priori parti adducenda, sicvt videatur literam X imitari, déinceps circa poplitem, & patellam circumagenda est in orbem, & hac ratione fasciandą, commoda est ad patellam, quæ fuerit quomodocunque de sua sede dimota.

Ad Calcem. CXXXIIII.

FAscia circa talos dari in orbem debet, & ab eo loco ex posteriori parte ex altero nerui lati latere obliqua ad alterum latus duci, mox circa calcem obuolui, indéque ad partes superiores pedis attrahi, atque eadem ratione circumagenda déinde est. Aptatur ad deligandum calcem.

Ad talos CXXXV.

TAlis obuoluenda fascia est, & obliqua déinde ad pedis superiores partes adducenda, indéque sub plantam deducenda ea ratione, vt ad partem superiorem rediens, figuram similem X literæ habeat: mox deligata planta in orbem circumagenda est. Deligandis talis vtiliter adhibetur. B

Spica ad plantam. CXXXVI.

FAscia circa pollicem iniiciatur in orbem, indéque ad talos perducta, eos circumeat, & ab illis obliqua ad plantam regrediatur ita, vt non procul à minimo digito se habeat ad modum X literę, demum ad partem pedis superiorem adducta eadem rationẽ obuoluatur. Prisci quidem huiusmodi vinculum ad deligandum digitũ maiorem probarunt: at nobis id videtur superuacuum, nempe digitum ad plantam, talósve alligare. Satis enim esse credimus, si cum digito & planta pars superior pedis, périnde & in digitis manus docuimus, deligetur.

Ex Sorano.

Calceus. CXXXVII.

C ADhibita fascia primùm talis, eam obliquè ducito ad plantam, indéque item obliquè ad alteram talorum partem, demum in orbem circa crus iniicito. Illis si quidem commodè datur, in quibus talos deligare expedit.

Ad calcem. CXXXVIII.

COllocato fasciæ capite sub talis, ea circa ipsos obuoluẽda, móxque obliqua ad plantam descendens, circa calcem quoque obliqua danda, & circa talos in orbem circũagenda. Ad calcem enim deligandũ aptatur.

ORIBASII LIBER
De Laqueis Ex Heracle.

Laqueus attollens quomodo paretur. I.

AD laqueum attollētem paratur duplicata habena, eiúsque caput vtrunque manu sinistra appræhēsum continetur, sinus verò dextra capitibus superiniicitur ea ratione, vt capita in medio sinu sint collocata. Sic enim euenit, vt ab vna parte sit laquei nexus, ex altera eius capita. Is verò laqueus vim habet vt æqualiter extendat, nec modò accommodatus est ad membra extendenda, verùm & ad ea continenda, vbi in suam sedem restituantur, ac ad corpora figuranda, quando manuum opera egent. Partes siquidem corporis, quæ constant ex duobus ossibus, rectè continet. Nam si eorum alterum sit læsum, super id iniectis finibus, capita super alterũ collocantur, quod sanum est. Sinus enim partem labefactatã compræhendentes, validè distendunt, capita verò, quum corpori minimè inhæreant, partem integram aut nihil, aut parum admodum extendunt. Reponendis quoque membris appositissimus est, quemadmodum cubito in aliquam triũ illarum partiũ prolapso, in quas, quum luxatur, incuruatur brachium vt extendi nequeat: nempe in posteriorem, interiorémque, tunc autem ossibus cubiti prope manus coniuncturam iniiciendus est, capita verò sublimiora ferri debent, quæ vt retinacula alliganda sunt rei alicui, quæ non moueatur. Eius insuper vsus commodissimus est ad figuranda corpora, quibus manus opera medendum sit. Hi enim, qui prope anum laborant, quum manus illis adhibendæ sunt, ligandi sunt, brachiis subiectis poplitibus, habenæ verò eiusmodi brachiis dentur prope manum, capitibus eorum ad ceruices adductis, ac inter se deuinctis. Attollēs enim laqueus non solùm implicitus adhibetur, verùm & circa membrum agi potest, quando videlicet suspensa fascia membro supponitur sinus, traiectis capitibus per medium sinum, atque ita fit laqueus circumpositus.

Ratio Nautici laquei iniiciendi.

II.

HAbenæ à medio sinu duplicatæ duos quoque sinus faciant, qui ita inter se commutati sunt iniiciendi, vt interior exteriorem, exterior verò interiorem partem occupet. Sic enim fit, vt nexus laquei ab vna parte, ab altera capita sint. Conuenit sanè, vbi aliqua inæqualiter sunt extendenda: sed & vtiliter adhibetur ad ferulas, quæ fracturis imponuntur, continēdas. Deligatione enim iniecta, alterum habenæ caput sinistra manu est tenendum, alterum autem sic per morbosam partem ducendum, vt duo sinus efficiantur, per quos reliquum habenæ caput est traiiciendum, & ab ea parte, quæ ad nos vergit, versus contrariam protractum item sinistra continendum, déinde verò ferulæ in eos sinus coniectæ, super membrum læsum collocandæ: capita posteà adducta inter se sunt connectanda, vt ferulæ detineantur, sed nihilo secius idoneus est ad cubitum tenendum, quàm sit ad extendendum, aut ad continendas ferulas. Vbi enim fascia lata non est, is iniicitur, & complicatur, vt cubitus suspendatur. Sed tunc sinus ita abducendi, vt alter

A cubitum prope eius gibbum complectatur, alter prope manum, capita ad ceruicem danda, vbi nodo sunt deuincienda.

Laqueus χιαςὸς, à figura X literæ dictus, quomodo dandus. III.

AD huiusmodi laqueum duplicari debet habena, eiúsque caput vtrunque teneri manu sinistra, sinus verò dextra appræhensus ita conuertendus est, vt capita inter se aduersa X literæ similitudinem referant. Inde enim illi nomen fuit inditum: déinde verò capitibus ad similitudinem X iniectis superdari debet: caput verò, quod alteri subiectum est, traiici per medium sinum: vnde euenit, vt nexus medius videatur: à lateribus verò, à parte altera sinus vnus, ab altera duo capita appareant. Vtiliter adhibetur, vbi inæqualis requiratur extensio.

Laqueus Pastoralis, qui & Sandalius nuncupatur, quo modo. IIII.

B PAstoralis, quem nonnulli appellant Sandalium, cum eo complicatur, quem nuper χιαςὸν nominari diximus. Primùm enim ille implicandus est, vt sandalius possit adhiberi: illo autem iniecto, ipsius sinum, qui dependet, ab inferiori parte sursum trahere oportet per illius sinus medium, qui ex aduerso capita respicit. Ita enim fit, vt ab vna parte laquei sinus situs sit, ab altera eius capita: at in nexu tres apparent sinus, duo à lateribus, tertius in medio. Aptissimus est ad talũ luxatũ, postquam fuerit restitutus. Nam vnus eius sinus collocatur super latũ neruum à posteriori parte tali: alter verò super partem pedis superiorem: medius, tertius, videlicet, sub pedis planta. Déinde verò capita alliganda sunt ad id, quo extensionē moliri volumus. Nec modò talo, sed etiam maxillæ, quæ exciderit, accommodatur, vbi reposita fuerit. Vnus enim ipsius sinus frōti iniicitur, alius occipiti,
C medius vtrinque sub malis datur per os deductus: capita verò per tempora ad caput feruntur, ibíque inter se nectuntur, siue vt retinendi munus habitura sint, siue extendendi in superiorem partem.

Ratio adhibendi laqueum, qui Draco dicitur.

V.

REquirit Draco laqueus, vt iniecta primum media habena à posteriori parte tali prope latũ neruũ, capita versus priorem partem lata ad superiorem adducantur, vbi ad similitudinem X literæ ducta, ad plantam deferantur, ibíque rursus inter se concurrentia, eiusdem literæ figuram repræsentet. Posteà circa talum vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori déorsum agantur, demum deuincienda ad id, quo ad extendendum vsuri sumus. Vtiliter laqueus hic talo de sua sede dimoto, ac déinde reposito, adhibetur.

D *Laqueus, qui simplex nodus appellatur, quo iniiciendus sit modo.* VI.

LAqueus hic à nonnullis nodus simplex, ab alijs Perineos nuncupatur. Sed quomodocunque appelletur, hoc pacto adhibendus est: Habena primùm implicata simplex fiat nodus, eius verò sinum atrahito, capita pendere sinito, membrum autem, quod restituendum est inter superiores sinus ponendum, déinde alter sinus per alterum traiectus ad capita trahendus, ac cum illis nodo communi ad id alligandus, quo extendere volumus. Vim habet vt inæqualiter extendat.

Lupus

Lupus, laqueus quomodo dandus.

V I I.

A DVas conuenientis longitudinis habenas, & eas duplicatas in promptu habeto, quæ ita complicentur, vt finus inter se sint aduersi, capita verò inferiora, sursum trahito, superiora verò, deorsum. Ita verò hæc se habeant, vt nexus in medio appareant, capita ex vtraque parte. Eius facultas est, vt extendat æqualiter. Adhibetur autem non solùm ossibus, quę reponũtur, extendendis, verùm & in quibus manuum opere hernia curatur, ad membranam abdominis constringendam, & ad deliganda venarũ capita, ex quibus sanguis emanat. Nobis in more est, vt lina simplicia iniiciamus in finus, quæ medici Græcè communi appellatione σχαστηρίας, vocant. Hæc autem non in cassum coniiciuntur. Vbi enim quæ adstricta sunt, volumus laxare, id per lina, non per capita agimus.

B *Modus, quo Herculeus nodus fit.*

V I I I.

FIt nodus Herculeus, vbi habena duos nodos inter se distãtes habeat. Sic enim ex vtraq; parte Herculeus nodus se oculis videndũ offeret, hinc nanq; finus illhinc autem duo capita. Eius officium est extendere æqualiter inciso tamen finu medio, qui contra capita est, à lupo laqueo nihil alioqui differret.

Charchesius simplex qua ratione fiat.

I X.

SI simplicem charchesium velis facere, habena duplicanda est, & eius capita manu sinistra continẽda, finus autem sursum conuersus capitibus imponẽdus: ea verò inter se aduersa ad modum X literæ collocanda: quo peracto finus capitibus superpositus, à superiori parte deorsum ducendus per mediam partem eam, quæ ad similitudinẽ X literæ fuerat ducta. Hac enim ratione fit, C vt laquei nexus in medio cõspiciatur, ab vna parte finus vnus, ab alia duo capita.

Duplex Charchesius. X.

AEqualiter quidem extendit charchesius duplex: estque simplici longè valentior, in hunc autem modum implicatur: Habena duplicata fit, eius verò capita sinistra manu apprehendãtur, finus dependere sinantur, atque ex capitibus, quæ sunt contra finum, alterum duplicetur eo modo, vt paruus constituatur finus, & manu sinistra accipiatur, alterum verò per hunc finum traiiciatur, posteà nexus per finum conuersus ponitur item in manu sinistra: quo peracto, rursus ex capite, quod cõtra finum est, alter finus efficiatur, qui addendus est ad nexum, & finus pendens per medium nexum trahatur à parte inferiori sursum. Ita enim fit vt ex latere altero duo habeantur capita, ex altero vnus finus, & illis ne- D xus medius debet interponi.

Quo modo duplex charchesius ex simplici nodo constituatur. X I.

VAria est charchesium laqueum complicandi ratio: nonnunquam enim per se fit, nonnunquam ex simplici, interdum etiam circumponendo. Suprà quidem monstrauimus quomodo per se implicetur, in præsentia quomodo ex simplici ostendemus. Itaque primùm simplex charchesius iniiciẽdus est, eius verò finus abducendi alter ab altero sunt, posteà ille, qui subiectus est, alteri superiori inferendus: quo facto, item vterq; abducẽdus, deinde per illud spatium, quod inter vtrunque est, finus qui est contra capita, sursum adducendus. Ita enim fiet, vt nexus laquei medius conspiciatur, & ex vna parte finus, ex altera duo capita.

Quomodo duplex charchesius fiat circumponendo.

X I I.

DIrumpuntur sæpe laquei capita ex vna parte ob validorum corporũ nimiam intentionẽ, antè, quàm facta sit perfecta extensio, & propterea charchesium adhibemus, ne videlicet cogamur capita laquei, dum fit ad huc extensio, relaxare. Igitur detento capite, quod circa membrum est restituendum, sinistra manu, tres finus ita inter se distantes efficimus, vt ex his quantum sit satis dependeat: deinde verò eorum primũ in postremum imponimus, semélque, aut etiam iterum, conuertimus, atque per eos mediũ item finum attrahimus, vnde mox euenit vt nexus laquei circa ipsum membrum, à lateribus autem hinc quidem vnus finus, inde verò capita se vi sui repræsentent.

Plinthium, quod & quadruplex circulus vocatur, qua ratione iniiciatur.

X I I I.

PLinthii adhibendi ratio hęc est, Habena paranda est quæ circulo sit similis, quippe quæ capitibus careat: ea ab interiori manu pollicibus, & minimis digitis circũducatur, & indici ex vtraq; parte, ita, vt in vtraque manu terni finus habeantur: circa minimum digitum vnus, circa indicem alter, tertius circa pollicem: quibus sic factis, finus, in quos inditi sunt pollices, ad eos transferantur, qui minimis proximi sunt: qui verò sunt circa minimos dati, ad indices: posteà verò finus, quibus postremò fuerant pollices inserti, à pollice à superiori parte medii deorsum trahantur. Inde enim fiet, vt duo ex vno latere finus sint, duo item ex altero, nexus autem laquei, qui medius est, rhombi figuram oculis repręsentabit. Ea laqueus hic facultate est præditus, vt æqualem intentionem præstet, videtúrque non solùm ad intentionem accommodari, sed ad mentum quoque fractum, vbi compositum fuerit. Interdum enim fractum mentum, & præ factura distortum, ab exteriori parte in nexum laquei inseritur: finus verò per malas, & partes superiores ad verticem adducti, ibi inter se vinciuntur.

Quo pacto laqueus, qui propterea quòd finus supra num coniicitur, Epangylotus fi uocatus est.

X I I I I.

FIt epangylotus hoc modo: Caput alterum habenæ inter pollicem, & indicem tenendum est, ipsa verò extrinsecus protrahenda est vltra primam partem palmæ, & inde per palmã, & inter pollicem, & indicem manus vtriusque ducenda, posteà inter minimum digitum, & alium illi proximum iniicienda: post hæc caput habenæ sursum dextra manu adducendus, & eius pars extrema continenda est inter minimum, & alium ipsi proximum digitũ. Sic enim duo finus implicantur, inter quos conspicitur attractus nodus. Cõfert conformandis corporibus, vbi manuum operam requirunt: vtraque enim brachia hominis à finibus compræhensa, reliquum corpus firmiter sub habenis continetur.

Ratio complicandi laqueum, quem appellant auriculas.

X V.

VT is laqueus fiat, qui dicitur auriculæ, primùm adhibendus epangylotus, agendum tamen vt finus alter altero maior sit, quo modo chiastos laqueus implicandus est: nempe vt duo finus in conspectum veniant, habena verò, quæ inter eos dependet, duplicata inspiciatur. Conuenit restituta maxil-

la

la, quæ exciderat, ſed & vbi cõtineri oportet, capitis proceſſus: ſinus enim temporibus malè affecti hominis iniiciuntur: ea verò habenæ pars, quæ inter ipſos duplicata apparet, frõti: poſteà addunt vinculũ, quẽ auritũ leporem nominant, demum auriculæ ſuper caput ægrotantis dantur, aut continendi gratia, aut extendẽdi à ſuperiori parte.

Quomodo implicandus laqueus ſit duos habens ſinus, qui ab aliquibus non ita propriè dicitur ſtrangulans.

XVI.

Laqueus, quem vocant conſtantem duobus ſinibus, ex duobus chiaſtis fit, qui inter ſe diſtantes ſunt. Ac commodatiſsimus eſt adſiguranda corpora, quando ani affectus curare volumus: brachia enim poplitibus ſubiecta his laqueis adſtricta firmãtur: pars verò habenæ, quę media inter ſinus duplicata pendet, ad ceruicem, & hac ratione homo figuratur.

A

Laquei, quem propriè uocant ſtrangulantem, implicandi ratio.

XVII.

Laqueus propriè ſtrangulans appellatus, fit ex ſimplici charcheſio: primùm enim ille adhibetur, ſed ita vt ſinus diſtent, alter videlicet ab altero. Eiſdem vtilis eſt, quibus & ille, quem nuper propoſuimus: itidem enim ſtringuntur brachia in ſinus indita, duplicata verò habenæ pars & in medio conſtituta, ad ceruices adducitur.

Quo pacto laqueus ὑπέρβατος quaſi ſuperlatus, ſic dictus.

XVIII.

Ex nautico laqueo fit hyperbatus: brachia enim primùm in hunc iniiciẽda ſunt, diductis inter ſe ſinibus, capita verò ad ceruices danda.

Huiuſcemodi itaque laquei ſunt, quorum promptiſſima eſt implicatio.

CLAVDII GALENI IN APHORISMOS Hippocratis Libri ſeptem,

Nicolao Leoniceno Interprete, à Martiano Rota, & à Iano Cornario diligentiſsimè recogniti.

LIBER PRIMVS.

VITA Breuis, ars longa, occaſio præceps: experimentum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolùm ſe ipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſsidentes, & exteriora.

Hanc orationem, ſiue vnus ſit Aphoriſmus, ſiue plures, eſſe proœmium totius operis, pro confeſſo habetur apud omnes ferè eius expoſitores. Quid verò ſibi Hippocrates volens, tali vtendum proœmio cenſuerit, non parum ſententię ambigunt. Fortè verò id ipſum inueniemus, ſi ſingulas orationis partes priùs diligẽter conſiderauerimus. Quòd quidem igitur vitam dixerit breuem artis comparatione, omnibus libri expoſitoribus eſt manifeſtum. Artem verò ipſam hac ratione arbitror longam exiſtimare, quoniam omniũ ferè operationum particularium occaſionem habeat momentaneam, & ob id difficulter compræhenſibilem, vt nemo eam poſsit agnoſcere, niſi qui diu in hac fuerit exercitatus. At cùm

B duo ſint inſtrumenta ad artes inueniendas neceſſaria, experimentum, & ex ratione iudicium, illud quidem periculoſum eſt, hoc autem haudquaquam facile exiſtit, imò, ſi quid aliud, maximam habet difficultatem. Eſt igitur occaſio præceps, quia materia, circa quam verſatur ars continuè fluit. Corpus ſiquidem noſtrum valde mutationibus obnoxium eſt, neque à cauſis externis tantùm, ſed ab internis etiam faciliter alteratur. Experimentum verò periculoſum eſt, propter materiæ dignitatem, non propter tranſmutationis facilitatem: hæc enim in momentanea occaſione continetur. Iudicium verò ſi quis (vt ego aſſero) pro ratione accipiat, liquet ipſam eſſe difficillimam, cùm ad hoc vſque æui ambigua permanſerit. Si verò (vt nonnulli, qui ſe ab experientia Empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat eorum, quę ex experientia eueniũt, diiudicationẽ: ſic quoque non eſt obſcura eius rectitudinis difficultas. Sed authorem libri eſſe Dogmaticum in tota oſtendetur commentatione. Prima itaque proœmii particula ad hunc vſque locum terminatur. Secundam autem ſcribit, non pronuntianti ſimilis, ſed conſulenti: Nec ſolùm ſe ipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſsidẽtes, & exteriora. Quorum verborum vis

talis exiſtit, Si debes exquirere, & examinare veritatem eorum, quæ in hoc libro ſcribuntur, non modò teipſum medicum oportet omnia, quæ conuenit, agere, ſed & ægrum, & miniſtros: atq; inſuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc vnum caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quę ſequuntur, artem eſſe longam demonſtrant. Poſt hanc ſecunda pars, quoddam veluti conſilium, ſiue pactum affert illis, qui librum lecturi ſunt, ac diiudicaturi. Sed quidnã ſibi vult ſtatim in libri principio hoc ſcribens, breuem eſſe vitam, ſi ad artis magnitudinem conferatur? Nam hoc ipſum indagare, ab initio propoſueramus. Sunt itaq; nonnulli, qui volunt id egiſſe Hippocratem, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercẽdam. Nonnulli contrà, dehortandi cauſa. Quidam ad hunc finem, vt experiretur, atque diſcerneret eos, qui gnauiter, & eos, qui ſecus, artem eſſent exercitaturi. Alii volunt ipſum cauſam attuliſſe, ob quam oportuit ſcribere commentationes. Alii adiiciũt aphoriſticas. Quidam hoc ſermone putant ipſum cauſas aſsignaſſe, propter quas hæc ars ſit coniecturalis. Alii, ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur, vt à poſtremis primùm incipiam, mihi omnino videntur nihil conſonum dicere. Quam enim præ ſe ferret ſapientiam, aut quid Hippocratis ſententia dignum, ſtatim circa initia operis docere vel quòd ars quædam coniecturalis ſit medicina, vel quòd eius fruſtramur fine, ſiue hoc fiat ex nobiſipſis, ſiue ex magnitudine artis? Sed & verba illa: Nec ſolùm oportet præſtare ſe ipſum opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſsidentes, & exteriora. contrarium omnino demonſtrant. Hæc enim omnia illi magis ſcribere conuenit, qui profiteatur omnia, quæ in libro continentur, eſſe vera, quã qui fateatur ob plurimas cauſas non ſortiri finẽ. Neque enim dixiſſet, Oportet autem: ſed poſt illa verba, Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile: hæc alia ſubiunxiſſet, Et medicus ipſe etiã delinquit, & ægri, & eorum miniſtri. Sed neq; illi, qui aiunt voluiſſe ipſum auertere lectores à ſtudio medicinę, cùm dicat vitam eſſe breuem, artem verò longam, videntur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia, ſimul ſcribere cõmentationes, quæ poſteritati vtile quidpiam tradant, ſimul ab initio ſtatim non ſolùm à legendo ea, quæ ſcripſeris, dehortari, ſed etiam ab arte vniuerſa, cuius doctrinam profitearis, abalienare. Qui verò aiunt voluiſſe ipſum homines ad artem impenſiori ſtudio capeſſendam excitare (neque enim aliter poteſt tota tẽpore breui, cùm ſit longa, perdiſci) ij etſi aliquid veri dicunt, non tamen mihi videntur vel viri ſententia dignum, vel ijs, quæ hoc in libro ſcribuntur, congruens ſatis procœmium oſtendere: ſicuti neq; quicũque arbitrãtur hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate vſurpatum, tentãdi gratia illos, qui ad artẽ accedunt. Verũ enim eſt, quod etiã à Platone dicitur, hac maximè via periculum fieri illorum animi, qui quãuis artem ſunt percepturi, ſi magnam, atq; difficilem eſſe eius perceptionem oſtendamus. Atqui hoc neq; per librum aliquem, ſed per mutuos ſermones agitur, neq; mihi congruens videtur præſenti cõmentationi: ſiquidem procœmium oportet ijs, quæ ſunt in libro ſcribenda, cohærere. Niſi forte quis ſentiat, omnium librorum primos legendos eſſe Aphoriſmos, atq; ideo Hippocratem in procœmio commentationis communem feciſſe vniuerſę arti ſermonem: volentem per hunc oſtendere, non poſſe vnunquenq; ſuo arbitrio artem diſcere medicinalem, longa cùm ſit, ſed illos tantùm, quibus ſuppe-

A tat tempus ad diſcendum, & naturâ ſint ad hoc aptiores. Quod ſi probabile prorſus appareat, hanc totius artis communem eſſe præfationem, neq; illi ſunt repræhendendi, qui aiunt, Hippocratem cauſam aſsignaſſe, ob quam commentationes ſcribere oporteat. Fecit autem & in libro, qui de officina medici inſcribitur, omnium lectionũ commune procœmium, quemadmodum in eiuſdem libri expoſitione fuit à nobis oſtenſum. Illorũ itaq; ſententia, qui vel doctrinæ modi, vel certè commentationum vtilitatis cauſam volunt in procœmio aſſignari, mihi præferenda videtur. Nam & forma doctrinæ aphoriſtica, quæ omnes rei proprietates breuiſsimis verbis circunſcribit, eſt illis vtiliſsima, qui volunt breui tempore longam artem docere, & conſcribere commentationes ob id, quòd vita ſit breuis, ſi ad artis magnitudinem conferatur, ſummam habet præ omnibus aliis rationem. Nemo enim noſtrûm ſatis eſſe poteſt ad
B artem ſimul & conſtituendam, & abſoluendam: ſed ſatis, ſupérque videri debet, ſi quæ multorum annorum ſpatio priores inuenerint, poſteri accipientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando compleant, atque perficiant. Vel enim propter iſtorum alterum, vel propter vtrunque, mihi videtur tali eſſe vſus procœmio, ac ſi ita ſcripſiſſet: Quoniam artis magnitudo vitam excedit hominis, adeò vt ab homine quantumuis diligenti, ac laborioſo, non poſsit & inchoari, & ad finem vſque perduci: proptereà operæpretium eſt, quæ quiſque cognouit, ea mandare literis, & tradere poſteritati commentationes quæ rerum docendarum naturam omnem diligenter, breuiter, & dilucidè interpretentur. Quòd verò ars longa ſit, verba hæc, quæ ſubſequuntur, oſtendunt: Occaſio præceps, experimentum verò periculoſum, iudicium difficile. Quaſi ita dixerit: Vita breuis, ars longa: quo-
C niam & occaſio præceps, & experimentum periculoſum, & iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occaſio agendorum in ipſa eſt admodum præceps, hoc eſt, anguſtiſsima, & ferè momentanea. Prętereà cùm ſint duo inſtrumenta, per quæ remedia inueniuntur, ratio, & experientia: hæc quidẽ eſt periculoſa, ratio verò difficilis, hoc eſt, non facilis cognitu. Vera autem eſſe, quæ dicuntur, non eſt difficile paucis oſtendere. Occaſio enim præceps eſt, propter materiæ fluxum: dico autem corpus, quod continuè fluit, & momento temporis tranſmutatur. Experimentum autem periculoſum eſt & ipſum, materiæ ratione. Neq; enim lateres lutum, ligna, lapides, tegulæ, coria, artis medicinalis, vt aliarum, materia ſunt, in quibus experiri, & exercitari, multis modis impunè licet illi, qui ſe circa materiam exerceat, & artis theoremata meditetur: id, quod in lignis
D carpentarii, in coriis coriarii faciunt. Ligna ſiquidem, & corium malè tractantem corrumpere, nullum periculum eſt: at in corpore humano illa experiri, quæ nõ ſunt experientia comprobata, non eſt citra periculum, cùm mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam verò & iudicium, (eſt autem ratio ipſa iudicium, quoniam per eam quæ ſunt facienda, iudicantur) difficile eſt, nec inuentu facile, (de vero autem iudicio loquor) atque hoc ſectarum multitudo in arte medicinali oſtendunt. Neque enim ſi veritas eſſet iuuentu facilis, tot, ac tanti viri, qui illam perquiſierunt, vnquam in tam repugnantes ſententias deueniſſent. Empiricis verò non videtur ratio dici iudicium, ſed quæ per experientiam inuenta fuere, auxiliorum diiudicatio. Nam, vt verum fateamur, & hæc difficilis eſt, nec exploratu facilis: quando multis remediis ægrotanti adhibitis, aliquod vnum illorum in cauſa fuiſſe

se diiudicat ,vt æger vel meliùs se habeat, vel deteriùs:
quem si fortè contigerit, primò dormisse, déinde vn-
ctum fuisse , posteà emplastrum adhibuisse, déinde cly
sterem, vel spontaneam ventris deiectionem habuisse,
déinde tales cibos assumpsisse,& post hæc omnia sensis-
se iuuamentum , vel detrimentum : non facile dictu est,
quídnam eorum,quæ circa ipsum facta sunt, aut iuue-
rit, aut nocuerit. His igitur ex causis omnibus iudicium
est difficile.Sed iam sermonem totum vno capite colli
gamus. Ars quidem est longa, si eam vnius homi-
nis vita metiamur. Expedit autem relinquere posteris
commentationes, præsertim compendiosas, atque a-
phoristicas. Nam talis doctrinæ modus, & ad primam
disciplinam, & ad illa,quæ quis didicit,retinenda,quæ
que oblitus posteà fuerit, in memoriam reuocanda,
vtilissimus est. Consonant autem his & verba sequen-
tia. Nam tanquam proœmium fecerit & ipsi commen-
tario ,& his, quæ in eo scribenda fuerunt, conuenien-
ter subintulit:Nec solùm oportet præstare se ipsum op
portuna facientem,sed & ægrum,& asidentes, & exte-
riora. Si quis(inquit)alíquando diiudicaturus est, quæ
in hoc libro scribũtur,quantum habeant veritatis, non
solùm se ipsum præstare debet opportuna facientem,&
nihil, quod ægro posit conducere, prætermittentem,
sed & ipse æger parere medico debet, & in nullo pro-
priȩ indulgere voluptati:ministri etiam idonei asideãt
oportet,& exteriora omnia adsint apparata. Nam pro-
pter illa plerunque vel præcognitionem, vel curatio-
nem, vel vtraque interrumpi contingit. Exteriora au-
tem sunt habitationes idoneæ, vel turbarum plenæ, vel
turba vacãtes, prætereà que nuntiantur,& agũtur quȩ-
qúe irã aut tristitiã, aut aliquem aliũ affectũ ægrotanti
infligunt,adhæc illa,quæ noctu somnũ abrumpunt, quȩ
propè infinita sunt. Si igitur(inquit)hæc omnia bene, &
rectè se habuerint,nihil eorũ,quæ in hoc libro scribun-
tur,falsum esse inuenietur.

2 In perturbationibus ventris ,& vo-
mitibus spontinis,si talia purgentur, qua-
lia purgari oportet,confert, & leuiter fe-
runt. Sin minùs, contrá.Sic & vasorum in-
anitio si talis fiat,qualis fieri debet, cõfert,
& bene tolerant:sin minùs,cõtrá.Inspicere
itaque oportet & regionem, & tempus, &
ætatem,& morbos in quibus conueniant,
aut non.

Non de quantitate eorum,quæ euacuantur, sermo ip
si est,(vt nonnulli sunt arbitrati) sed de qualitate tantùm
vt manifestant duo verba, qualia,& qualis. Nam in iis,
quæ spõte fiunt,euacuationibus,ita dixit: Si qualia opor
tet purgari,purgentur,confert,& leuiter ferunt. In aliis
verò,quæ à medico: Si qualis fieri debet, ita fiat. Atqui
potuisset dicere, Si quantum purgari oportet,purgetur.
& rursus,Si tanta fiat,quanta debet fieri. Hoc idẽ osten
ditur & ex verbo purgari. Neque enim simpliciter dixit,
Si qualia oportet euacuari: sed, Si qualia oportet purga-
ri. Est autem purgatio,humorum,qui sua qualitate mo-
lestant,euacuatio. In his itaque multi delinquunt exposi
tores,qui neq; verba, neq; hominis mentem rectè per-
cipiunt. Adhuc autem magis peccant, cùm vasorum ina
nitionem alii pro inedia accipiunt, alii pro venæ sectio-
ne. Hippocrates siquidem omnem euacuationem solet
A ab euentu nominare vasorum inanitionem, quoniam in
omnibus euacuationibus contingit vasa inaniri. Sermo
quippe nunc ipsi est de qualitate eorum, quæ euacuan-
tur. Sicuti autem semper adhortatur, vt quæ rectè à na-
tura fiunt,medicus imitetur: sic & nũc idem agit, à spon
tinis euacuationibus suam exorsus orationem, in qui-
bus si qualia oportet purgari,purgẽtur,(hoc est,ea, quæ
corpus infestant)confert,& leuiter ferunt. Quòd si a-
liorum fiat euacuatio,& non eorum,quæ corpora nostra
molestant,contrarium euenit:neq; enim confert, & gra
uiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo, si medi-
cus moliatur aliquam facere euacuationem,eorum esto,
quæ corpora nostra molestant, quemadmodum & in
aliis locis humorem noxium præcipit euacuari, neq; al
terum illi in euacuatione præferri. Si igitur pituita su-
perabundet,hanc omnino oportet euacuari: flaua autem
B bile,vel atra infestante,abstinendum est à pituita, & bi-
lem infestantem euacuandum. Sic & si humor sangui-
neus in corpore modum excesserit, sanguinem euacuari
oportet,itidem & serosam eius partem, si hæc fuerit su-
perabundans. Humorem autem superabundantem ex
colore debemus coniectari, nisi aliqui fortè in profun-
dum recesserint. Color enim similis efflorescit humori-
bus,si non regurgitauerint. In ijs ergo præcipuè, qui re-
trocesserunt,& non sunt æqua portione per totum cor-
pus diffusi,oportet inspicere tempus anni, & regionem,
& ætatem,& morbos,in quibus conueniat, aut non:hoc
est,in quibus conueniat,aut non, talis vel talis humoris
facere euacuationem. Habet enim & vnusquisq; humor
in corpore superexcedens indicia propria, de quibus
déinceps pleniùs dicemus. Perfectæ tamen gratia co-
gnitionis,inspicere oportet tempus anni, quod præsens
C est,& regionem,in qua degunt ægrotantes,& eorum æta
tem,& speciem ægritudinis. Sint enim, si ita contigerit,
flauæ bilis in corpore abundanti indicia, simul cum ip-
sis inspiciendum erit: si tempus æstiuum, si regio calida,
si æger in ætatis vigore consistit. Eodem modo & in pi
tuita considerandum est, si adsit hyems, si regio frigida,
si homo senex. Et præter hæc omnia, ipsam morbi spe-
ciem inspicere oportet: veluti quòd tertiana (si ita con-
tigerit) fit à flaua bile modum excedente, quartana ab
atra,quotidiana à pituita,cancer ab atra bile, erysipelas
à flaua,atq; singulæ aliæ morborũ species. Si enim hæc
omnia distinxerimus,firmiùs, atq; stabiliùs ad noxii hu-
moris euacuationem perueniemus. Illi autem exposito-
res præ aliis(veluti absurda dicentes)repudiandi,qui pu
tant ipsum de sola inedia, quæ adhibetur in febribus,
sermonem habere,cùm tamen febres non nominauerit,
D & sermo fiat de omnibus,quæ sunt prȩter naturã,quo-
rũ nos docet intentiones,ad quas respicientes nos opor
tet inuenire non quantitatem, sed qualitatem euacua-
tionis. Nam de quantitate, sequens disserit Aphoris-
mus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat eua-
cuationem, & quomodo ipsa sit facienda, in aliis déin-
ceps dicet Aphorismis: quare neq; nunc mihi de his di-
cere est necessarium. Sic enim nostra doctrina non foret
sapientior,& commentationes ad immodicã,miniméq;
necessariam prolixitatem peruenirent.

3 Habitus exercitatorum,qui ad sum
mũ bonitatis attingunt,periculosi, si in ex
tremo cõstiterint. Neq; enim possunt in eo
dẽ permanere,neq; quiescere. Cũ verò nõ
quiescant,

quiescant, neque possunt proficere in melius, reliquum est igitur vt decidant in deterius. His de causis, bonum habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat. Neque cõpresiones, ad extremum ducendæ: (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosæ. Et rursus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ.

Illum, qui antecedit, sermonem esse de eorũ, quæ euacuantur, qualitate docuimus. In hoc autem, & sequenti-bus vult de quantitate docere: & ab immoderata repletione, atque euacuatione initium sumit, in hoc quoque Aphorismo proposito, sicuti in alio præcedẽte, quoddam exemplum supponens, & ad ipsum, vt consueuit, suum sermonem dirigens. Exemplum autem ipsi est, exercitatorum bonus habitus. Vocat autem bonum habitum exercitatorum, illorum, quibus hoc est totius vitæ institutum, assiduè operam dare exercitationibus, vt alios deiiciant, qui mos est athletarum. Qui enim simpliciter bonus habitus nominatur, quem plurimi agricolæ habent in fodienda terra, metendis segetibus, & aliis ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionem non attingit. Athletarum autem bonus habitus, non paruã culpam habet, studere magnam corpori molem adiicere, & (vt liquere potest) humorum multitudinem. Hi enim apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi præstò non adsint, fieri non potest vt corpora ad molem immodicam perducantur. Quare necessarium est huiuscemodi dispositionem esse periculosam. Cùm enim vasa cibis, ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum est, ne aut ipsa disrumpantur, aut calor natiuus suffocetur, extinguatúrve: sicuti olim & athletæ quidam, qui ad summam repletionem venissent, subita morte interierunt. Qui autem ad Naturæ opera vtilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia nunquàm ad extremam peruenit repletionem: quare neque ipsum soluere oportet, sicuti habitum athletarum, quum ad extremum peruenit. Hunc enim soluere oportet, haudquaquam morantes, sed anticipantes solutione periculum. Causam verò, ob quam soluere oporteat, talem ipse subiecit, dicens: Neq; enim possunt in eodem permanere, neque quiescere. Nam cùm semper natura coctionem, distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atque assimilationem operetur, quando nihil adiici soli dis corporis partibus potest, neque venæ ampliùs habent conceptaculum, in quod alimentum distributum recipiatur, tunc necessariò periculum imminet, ne aut vas aliquod disrumpatur, aut subita mors obueniat. Vt igitur corpus rursus habeat locũ quo nutriatur, bonum habitum oportet sine mora soluere. Eius autẽ solutio est euacuatio, vt liquet. Et hanc quoq; oportet nõ vltra modum facere: cùm sit immodica euacuatio, non minùs immoderata repletione periculosa. Intentio autẽ quantitatis euacuationis, non solum humorem superabundantem respicit, sed & vires hominis qui debet euacuari. Alii enim aliis magis minúsve perferunt euacuationes. Hæc itaque ab ipso de bono habitu ath-

A letarum dicta fuere: quæ quidem ipsa per se ipsa possunt conducere iis, qui tale vitæ institutum elegerunt: medicis autem sunt veluti exemplum sermonis posteà subiungendi. Inquit enim: Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducũt, periculosæ. Et rursus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ. In quo toto sermone summa sententiæ hæc est, quòd neque euacuare, neq; replere supra modũ oporteat: cuius rei documẽto esse potest bonus habitus athletarum, qui alioqui inculpabilis existens (nam & bonis abundant humoribus, & vires robustas athletæ habent) hoc solum malũ permaximum continet, quòd ad extremã venit repletionem, quapropter statim eum soluere oportet. Et siccuti rursus qui sunt tali habitu præditi, non sunt ad extremam euacuationem perducendi: sic & qui alia quauis egent euacuatione, non sunt supra modum euacuan-

B di. Nam, vt in vniuersum dicamus, in omni euacuatione vires ægroti oportet attendere: & donec tolerat, nec laborat, tentandũ est, humorem exuperantem educere: cùm verò dissoluuntur vires, etiã si restent superfluitates, cauere oportet earum euacuationem. Quod autem ait: Et rursus refectiones cùm extremę fuerint, periculosæ: si quis debeat sermonem hunc ad exemplum referre ne sit decurtatus, de vltima dictus repletione videbitur, quam iubet caueri, & non vsqueadeò reficere corpora, vt ad extremam veniant repletionem. Si verò sermonis figuram attenderis, vt nonnulli expositores fecere, de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter, atque aliter, cogitabis. Cùm igitur ita dixerit: Sic & euacuationes, quæ ad extremum perducunt, periculosæ: hoc solum putabis præcipere, fugiendas esse immodi-

C cas euacuationes, quoniam sint admodum periculosæ. Cùm verò posteà subiungens dixerit: Et rursus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ: ob hoc vetare immodicas euacuationes, quoniam & refectiones post ipsas, haudquaquam securæ existunt, cùm sit natura iam facta imbecillis, & neque iam possit sufficienter coquere, neque distribuere alimentum, neque assimilare. Verùm si quis ita sermonem acciperet, altera doctrinæ pars de superflua repletione relinquetur, & frustrà exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum. Quid? quò & hoc ipsum verbum. Rursum, in tota adiectum oratione, sententiam, quam diximus, videtur manifestare, cùm ita dicat, Et rursus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ. Vt enim qui de altera re sermonẽ faciat, ita verbum Rursus, apposuit.

4 Victus tenuis, atque exquisitus, in

D morbis quidem longis semper, in acutis verò, in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.

Cùm in superiori Aphorismo de qualibet immodica repletione, atque euacuatione locutus fuerit, in hoc de ægrotantium victu sermonem habet, præcipiens nobis, in morbis longis semper victum cauere tenuem, in acutis verò non semper: plurimi enim horum victũ tenuẽ exigere videntur: quidã verò eorũ & illum, qui ad extremũ tenuitatis deuenit. Esset autẽ victus tenuis in extremo, qui per solã inediã, vel melicratũ, vsq; ad iudicationẽ procedit. Tenuis verò qui per pauca, aut parũ nutriẽtia edulia, qualis est ptisanæ succus. Eius autẽ termi

terminus est virium deiectio, quarum gratia nutrimus. In sanis itaque corporibus semper oportet robur seruare naturæ, vel augere alimentis, non demoliri. Ac augens quidem alimentum est, quod plenum vocatur: conseruans autem, quod moderatum existit: deiiciens verò, quod tenue dicitur. Hoc igitur semper fugere oportet, duobus aliis, vt præsentia exigunt, vti. In ægrotantibus autem, raro quidem, interdum tamen robur corporis maius reddere, quàm acceperimus, studemus, studemúsque magna ex parte in longis quidem morbis fouere vires, in acutis autem moderatè debilitatas cõseruare. Nã si eas in istis tales, quales accepimus, vel seruare, vel augere semper voluerimus, morbus excrescet. Qui verò morbi acuti victum exigan, tenuissimum in extremo, quiq; tenuissimum quidem non tamen in extremo, & qui tenuem, in libro De victu acutorum (qui de ptisana à nonnullis inscribitur) pleniùs Hippocrates docuit: & nos nostris in eundem librum expositionibus, totum sermonem absoluimus. Nunc verò tantũ hoc dixisse sufficiat, in omnibus morbis, in quibus maximus vigor, & iudicatio primis quatuor diebus futura est, modò natura sit fortior, integram inediam seruandam esse, quæ est in extremo tenuissimus victus. In quibus verò non vltra primam septimanam protrahentur, forti existente natura, solo vtendum est melicrato. Solus autem hic victus tenuissimus esset, nõ tamen in extremo. Quòd si naturæ robori non satis fidamus, ptisanæ vtemur succo. Rationabilitérque huiuscemodi victus tenuis diceretur, sicuti qui per ptisanam hordeaceam, non est quidem tenuis exquisitè, nisi omnino pauca assumpta fuerit: non tamen propterea plenus, qualis qui fit per oua, & alicam, & pisces, atq; alia huiuscemodi. Quod igitur adiectum est sermoni de acutis, in quibus non cõuenit, haudquaquam dicitur propter peracutos, de his enim ipse mox inquiet: Vbi igitur morbus peracutus est statim, & extremos labores habet, & victu extremè tenuissimo vtendum est.

5 In tenui victu ægri delinquentes magis læduntur. Quicunque enim error committitur, maior in hoc fit, quàm in paulò pleniori victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis constitutus, & exquisitus victus, quoniam errores grauiùs ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus, atque admodum exquisitus, eo, qui sit paulò plenior, magis periculosus.

Huius initium Aphorismi etiam aliter scriptum inuenitur, hoc modo: In tenui victu magna ex parte peccant qui ægrotant, quo fit vt magis lædantur. Et hanc scripturam plerique magis altera probant, hoc putantes Hippocratem voluisse dicere, quòd in tenui victu vt plurimum ægri delinquunt, atq; ideo magis læduntur. Nam insciis medicis ob hoc ipsum cogũtur cibum assumere, quoniam tenui victu ab ipsis reguntur: & hinc maius detrimentum suscipiunt, quàm si victu tenuiore non regerentur. Quòd autem delinquant, manifestum est, quoniam vires habent imbecilles, vt quæ anteà alimenti inopia afflictæ sunt. Mihi autem videtur prior scriptura melior, vt quæ hanc quoque complectitur, & sermonem facit generaliorem, cùm de omni delicto doceat, siue volentibus, siue inuitis ægrotantibus accidat: vt talis sit sermo: Quicunque error accidit

A ægrotantibus, qui tenui victu reguntur, hic maius affert periculum, quia & natura à tali victu debilis facta est, & ad eum transitus est insuetus. Confirmant antè dictã scripturam ea, quæ de sanis dicuntur, in quibus tenuem ait victum esse periculosum, quoniam errores grauiùs ferunt, non quia propter victus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ verò de Aphorismo sequuntur, sunt manifesta.

6 Extremis morbis, extrema exquisitè remedia optima sunt.

Extremos morbos nominauit Hippocrates summos, vltra quos non sunt alii. Quare præcipit in ipsis tota curatione exquisitissima nos vti, ac proculdubio victũ quoque adhibere tenuissimum: tales autem prorsus sunt morbi peracuti. Vnde sequentem subiungens

B Aphorismum ait:

7 Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores: & extremè tenuissimo victu vtendum est. Vbi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior.

Sicut priùs extremos morbos, summos nominauit, ita & nunc extremos labores, summos appellat: labores autem, vel accessiones, vel simpliciter casus vniuersos. Etenim accessiones, atq; omnes simpliciter casus summos possidet morbus peracutus statim in primis mor-

C bi diebus: nam in ipsos statim morbi incidit vigor: qui nihil aliud est, quàm morbi quantum ad casus attinet summum. Iam verò morbus ille est peracutus, qui statim in summo vigore consistit. Statim autem est intelligendũ, circa primos quatuor dies, vel paulò vlteriús. Idcirco autẽ extremè tenuẽ victũ adhibere conuenit, si modò victus tenuissimus morbis cõsistentibus est necessarius: quemadmodũ docuit in libro De victu acutorum, & in hoc ipso Aphorismo. Consistit autem morbus peracutus statim in primis diebus. Quòd autem sit rationi consonũ, in morbi vigore tenuissimo vti victu, alibi est à nobis pleniùs ostensum. Nunc id tantum dixisse sat erit, quot si propter inflãmationes, vel febres (quæ à morbis acutis sunt inseparabiles) quispiam veretur effatu dignum afferre alimentum, hoc ipsum morbo in suo vigore consistente magis verebitur facere.

D Tũc enim phlegmasiæ, vt appellat ipse in libro De victu acutorum, maximè existunt, siue quis per phlegmasias velit intelligere illas, quæ propriè dicuntut inflãmationes, siue etiam libeat febres vnà cõplecti, secundum antiquam vocabuli acceptionem. Accedit ad hæc, quòd melius est naturam permittere vacare circa morbi coctionem, morbo in suo vigore consistente, neque distrahere ipsam ad cibos recenter assumptos conficiendos. His rationibus itaque, cùm morbus consistit, victu tenuissimo oportet vti. Hoc supposito, in aliis morbis, qui suum vigorem sunt posteriùs accepturi, non licet afferre statim ab initio tenuissimum victũ. Nam priùs homo morietur, quàm morbus in vigore cõsistat. In quibus verò morbi vigor statim futurus est, hoc est, in primis quatuor diebus, in iis possumus victu extremè tenuissimo vti: cùm vires tolerent & ediã omnimodam, & solius melicrati exhibitionem, & ptisanæ suc-

cum

cum paucũ omnino, talis ſiquidem tenuiſsimus eſt victus. Qui verò hoc minùs tenuis exiſtit, quẽ etiam pleniorẽ nominauit, illis conuenit morbis, qui poſteriùs in ſuo debent vigore conſiſtere: in quibus præcipit tantum à victus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit, hoc eſt, à vigore ſummo. Hoc enim proximo exiſtente, minùs plenè victum afferemus: longiùs verò diſtante, magis plenum: & quantò tardiorẽ fore ſummum morbi vigorem expectabimus, tãtum & victus figuram commutabimus.

8 Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſsimo vtendũ eſt.

Hic pariter ſermo pars quædam eſt artis, quæ docet victum conuenientem adhibere, qui à nonnullis ſeorſum ſcribitur per verba nuper dicta: ab aliis verò antecedenti annectitur Aphoriſmo, eo modo, quo anteà ſcriptus eſt. Docet autem nos, vtcunque ſcribatur, vnam & eandem ſpeculationem, antiquo magiſtro præcipiente: vt cùm morbus in ſuo vigore conſiſtit, victu tenuiſsimo vtamur, tum propter caſuum magnitudinẽ, tum propter morbi coctionem. Neque enim diſtrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cùm eo tempore humorũ noxiorũ coctioni fortiter, vacet, & haud ita multò poſt ipſos ſit euictura. Sic enim oſtendimus & in tractatione De criſibus. Nũc verò de iis tantũ morbis ſermo tranſigitur, in quibus omnino & curationem, & victus intendimus rationem. Ii verò ſunt, in quibus poſt vigorem ſequitur declinatio. Nam quorum ſummum vigorem excipit mors, in his parte artis vtimur, quæ prognoſtica nominatur, id quod futurum ſit prænuntiantes, ne euentus rerum noſtro adſcribatur errori. Hæc igitur tibi ſit vna indicatio, ſumpta ex morbi temporibus ad victus rationem, altera verò à viribus ægrotantis, quam in ſequenti docet Aphoriſmo.

9 Coniectari autem oportet, an æger cũ victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: & nũquid priùs ille deficiat, nec poſsit cum victu perdurare: vel morbus anteà deficiat, atque hebeteſcat.

Quia in ſuperiori Aphoriſmo tam diu iuſsit ab eo, qui extremè tenuis victus nominatur, declinare, quandiu morbus mollior extiterit ſuo vigore, hoc in loco nunc alteram adiicit intentionem, vt quantitatem declinationis exquiſitè noſcamus. Eſt autem hæc intentio, vis ipſa ægrotantis, cuius gratia nutrimus, neque enim morbi cauſa. Cùm enim vis ita robuſta fuerit, vt ſperemus ipſam poſſe perdurare totum tempus intermedium vſque ad ſummum morbi vigorem, cum tali victus forma, tunc exquiſitam habebimus declinationis, quam diximus, quantitatẽ. Quòd ſi imbecillior extiterit, adiiciendum eſt aliquid victui, & plenior eſt adhibendus, tantum, quantum virium imbecillitas expoſtulat. Quocirca aliquando in ipſo etiam morbi vigore, vbi caſus aliquis interuenerit robur naturæ diſſoluens, nutrire cogimur. Eſt autem hic quoque ſermo pars totius offerẽdi alimenti rationis. Vnde ſi quis & hunc, & priorem, atque ſequentem Aphoriſmũ vnũ fecerit, non aberrabit. Ego verò, quoad fieri poteſt, in partes ſecans expono, doctrinæ gratia clarioris.

10 Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, iis ſtatim tenuis victus adhibẽdus eſt: quibus verò poſteriùs debet conſiſtere, iis & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus: priùs vero vberiùs agendum, vt æger ſufficiat.

Hic pariter ſermo eandem ſentẽtiã habet cũ priore, niſi quòd eſt illo vniuerſalior. Priùs enim in peracutis morbis dicebat quòd ſtatim in ipſis tenuiſsimo victu vti oporteret. Hîc verò ſimpliciter de omnibus morbis pronuntiat, quibus ſtatim conſiſtendi tempus futurum eſt, hoc eſt, non multò poſt primam acceſsionem, iubens ob id tenuem adhibere victum. Quæ verò ſequuntur, manifeſta, cùm eidem hæreant ſententiæ.

11 In acceſsionibus abſtinere oportet: nam cibũ dare, nocuum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet.

Totius quidem victus rationem in vnoquoque morbo à duabus intentionibus iuſsit abſumere, ex futuro totius morbi vigore, & ex viribus ægrotãtis. Quomodo verò quiſpiam particulatim cibum offerat conuenienter, in hoc docet ſermone, caueri iubens morborũ acceſsiones. Ipſe verò manifeſtiùs in libro De victu acutorum dixit, quod neque cũ iam adſunt, neque cùm haud ita multò pòſt affuturæ ſunt acceſsiones, cibus dãdus eſt, ſed cùm declinant, aut ceſſant.

12 Acceſsiones verò, & conſtitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora & circuituum ſucceſsiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Sed ex iis, quæ mox apparent, indicia ſumuntur: quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi verò poſteà appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & ſudores, quæcunque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem, vel malam, vel breues, aut longos fore morbos oſtendunt.

Si quæ priùs dicta fuerunt ab eo de victus ratione, ad memoriam reuocemus, eorum, quæ nunc dicuntur, vtilitas fiet nobis manifeſtior. Quæ autem priùs dicta fuerunt, hæc ſunt: Totius victus figuram ad duas reſpiciens intentiones faciebat, quarum altera erat vis ęgrotantis, altera conſtitutio morbi. Nam conſiderare an morbus ſit acutus, vel peracutus, vel longus, & quando maximè in vigore conſiſtet, morbi conſtitutionem eſt conſiderare. Particulares autem ciborum oblationes, ex acceſsionibus particularibus coniecturabatur. Cùm igitur tres eſſent intentiones ad perfectam & abſolutã victus rationẽ, primáque ex viribus ægrotantis, ſecunda ex morbi conſtitutione, tertia præter has ex particularibus acceſsionibus ſumerentur: vires quidem ſub primo ſtatim ingreſſu comprehendere medicus poteſt, ex pulſibus ſcilicet & aliis, quæ ipſe in libro Prognoſtico latiùs ſcriptitauit: quanuis fortè quis dixerit virium magnitudinem eſſe incompræhenſibilem. At ſi non poſſu

mus earum quantitatem exquiſitè cognoſcere, poſſe
tamen nos artificioſa quadam coniectura ad veritatem
proximè accedere, nemo inficiabitur. Morbi verò con
ſtitutionẽ, qualíſnã ſit, & particulares acceſsiones, mul
ti medici exiſtimarũt non poſſe dignoſci: nõ tamẽ idẽ
ſenſit Hippocrates, ſed & in hac parte, ſicuti & in aliis
omnibus ſæpe quidẽ exquiſitè, &, vt quiſpiam dixerit,
peritè, atque ſciẽter, ſæpe verò coniecturaliter quidẽ,
nõ tamẽ inartificioſè, neque longè à veritate, ſed pro-
pinquè, ac proximè perueniemus ad cognoſcendũ fu
turum conſiſtendi tempus, & acceſsionum ſucceſsiuas
reciprocationes. Verũ hæc omnia latiùs & in libris,
qui Prognoſtica, & in aliis, qui Epidemiorum inſcribũ
tur, Hippocrates docuit, nóſque iuxta antiqui magiſtri
ſententiam, ipſius verba cum decenti expoſitione ap-
poſuimus in primo libro De criſibus, in quo oſtendi-
mus quomodo quiſpiam futurum morbi vigorem poſ
ſit præcognoſcere. Nunc verò ſunt omnia ab Hippo-
crate per capita tradita, nóſque ipſa, quàm breuiſsimè
fieri poterit, dilucidabimus. Quibus verò curæ eſt, o-
mnem de his diſciplinã diligenter perdiſcere, ad librũ
De criſibus à nobis conſcriptum, legendum accedant.
Ipſi quoque morbi, & acceſsionum proportiones, &
ſuas etiam conſtitutiones nihilò minùs oſtendent: velu
ti in intermittentibus, quòd tertiana citò terminatur,
quotidiana verò longa erit, quartana autem etiam hac
longior exiſtet. In continuis, quòd ardentes quidem a-
cutæ ſunt: quæ verò typhodes, id eſt, fumoſæ nominã-
tur longiores: mediæ verò inter has, ſemitertianæ.
Quomodo verò quiſpiã has omnes febres ſtatim in-
uadentes dignoſcat, ſecundo libro De criſibus pleniùs
edocuimus: quare non oportet huc transferre, quæ in
aliis bene iam explicauimus: neque enim ſæpius eadem
in pluribus libris ſunt repetenda, ſed ſolùm ad memo-
riam reuocandum, quomodo ſi poſsibile fuerit tertia-
nam inuadentẽ ſtatim ab initio cognoſcere, ex ea com-
præhendere queamus, quòd & citò terminabitur, &
quòd per tertium diem fient acceſsiones, & hoc eſt,
quod ab Hippocrate dicitur: Acceſsiones autem, &
conſtitutiones morbi indicabunt, &c. Nos quidẽ cùm
ſtatim prima die febrium quartanarum initia ſæpe co-
gnouiſsemus, nõ expectata ſecũda acceſsione, formã
victus ab initio conſtituimus, tanquam ad morbum, qui
longo pòſt tempore ad ſuum vigorem foret peruen-
turus. Idem in quotidiana & tertiana fecimus, tempus
futuri vigoris in vtriſque ſecundum proprium termi-
num metientes. Sicuti autem in febribus, itidem in
aliis morbis eſt faciendum. Morbus enim lateralis, &
qui peripneumonia, & qui phrenitis à Græcis nomi-
natur, morbi acuti ſunt. Angina autem, iuxtangina, &
cholera, & diſtentio neruorum, peracuti. Aqua inter
cutem, atra bilis, ſuppuratio, & tabes diutini. Ac mor-
bo quidem laterali, & phrenitidi, magna ex parte
per tertium diem acceſsiones fiunt: quæ autem ven-
tri eueniunt, aut hepati, ſuppurationibúſque, & tabi,
quotidie, & magis ad noctẽ: his verò, qui ex liene labo
rant, & omnino ex atra bile, per quartum. Quod autem
ſubinde dicitur de anni temporibus, ad ea, quæ anteà di
cta ſunt, habet relationem. Nam & morbi conſtitutio-
nes, & acceſsiones poſſunt ab anni temporibus vnà
cum morbo indicari. Neque enim ſufficit hoc tantùm
ſciſſe, quòd quartana inuaſit hoc die, vt ab initio præ-
cognoſcamus inſtituendam eſſe victus rationem, vt ad
morbum futurum diutinum, ſed etiam ſi hyeme, aut ve
re, vel æſtate, vel autumno ſuum fecit initiũ, proſpice-
re oportet: id cognoſcentes, quòd æſtate quartanæ ma
gna ex parte breues ſunt, autumnales longæ, & quæ ma
A gis hyemem attingunt. Nam hæc eadem ipſe nos in ſe-
quentibus edocebit: ſiquidem & tertiana febris, cùm
alioqui citò terminetur, citiùs tamen æſtate, quàm hye
me finietur. Atque aliis ſingulis morbis æſtas addit ce-
leritatem, hyems verò tarditatẽ. Sed & acceſsiones,
per tertium quidem magna ex parte æſtate fiunt, per
quartum verò autumno, ſingulis verò diebus, aut nocti
bus hyeme. Sicuti autem in anni temporibus, ſic & in
temperaturis ex proportione res ſe habet: de quibus &
ipſe Hippocrates ſæpe diſſeruit, nõ tamen hîc quic-
quam dixit, vt qui ex vno alia nobis ad memoriam re-
uocanda reliquerit. Quæ enim tempus æſtiuũ, eadem
& ægri temperatura, ſi fuerit calidior, & ſiccior: & ætas
ſi in ſuo vigore cõſtiterit, & locus, ſi calidus & ſiccus,
vnà indicabunt. Liquet autem, quòd & induſtria vitæ,
& aſſuetudo eodem modo habent, & præſens aeris nos
B ambiẽtis conſtitutio, de quibus poſteà docebit. Sic &
quæcunque de tempore autumnali ad morbi conſtitu-
tionem, & acceſsionum reciprocationem aſſumeban-
tur: hæc eadem & de ætate ægrotantis, atque natura, &
vitæ induſtria, & aſſuetudinibus, & regione, in qua æ-
grotat, & aeris ambientis, quæ tunc vagatur, temperatu
ra, aſſumere licet. Ex his quidem iam conſtare poteſt
quòd & morbi conſtitutionem, & acceſsiones cogno-
ſcemus. Conſtitutionem quidem, ſi morbus fuerit per
acutus, vel diutinus: quod & ad conſiſtendi tempus
prænoſcendum eſt neceſſarium. Acceſsiones verò, an
per tertium, vel per quartum, vel ſingulis diebus, ſiue
qua hora diei, aut noctis ſint inuaſuræ. Quod verò cir-
ca finem Aphoriſmi ſcribit, deinceps videamus ſi ad
eorum, quæ nos diximus, faciat declarationem. Sic e-
nim Hippocrates inquit: Et circuituum ſucceſsiua in-
C crementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per
maiora interualla fiant. Clarum eſt autem, ipſum intel-
ligere per circuituum incrementa, acceſsionum, quę in
ipſis eueniunt, augmenta, quæ & tempus, quo morbus
augetur oſtendunt, & futuri vigoris tempus præfinitũ
præcipuè hinc diſcere licet. Secundæ verò acceſsionis
ad primam accrementum, in hiſce tribus conſpicitur,
in hora, qua fit acceſsio, in longitudine acceſsionis, &
in magnitudine. Nihil aũt differt ſi in vehemẽtia dixe
ris, quia hæc duo nomina ſunt apud medicos vſitata,
ipſáq; ſæpius de re eadẽ pronũtiant, cũ alíquãdo di-
cũt maiorẽ fuiſſe febrẽ ea, quæ præceſsit, alíquãdo ve
hementiorem. Contingit autem hanc febrem vehe-
mẽtem vel æquales horas cum præcedente obtinere,
vel pauciores, vel plures, quod ad magnitudinem ſiue
vehementiam acceſsionis non pertinet, ſed ad proli-
xitatem acceſsionis. Per acceſsionem autem te nunc
D oportet intelligere deterius tempus totius circuitus,
quod eſt à primo inſultu vſque ad tempus conſiſten-
di, ſicuti reliquũ tempus declinationis eſt melius. Cùm
itaque acceſsio, ſiue per tertium, ſiue per quartum, ſiue
quotidie fiat, anticipauerit proportione, atque ita an-
ticipando ad longius extenditur tempus, atque inſu-
per vehementiùs afflixerit, tunc manifeſtum eſt mor-
bi augmẽtum. Quantũ autem augeatur, vnumquodq;
ex dictis ſua qualitate monſtrabit: ſiquidem acceſsio
pluri tempore anticipans, & longiùs, atque vehemen-
tiùs affligens, effatu dignum indicabit augmentum, &
velocem eſſe morbi motum, atque haud ita multò pòſt
in ſuo vigore futurum. Neque enim fieri poteſt vt ma
gna incrementa ſuſcipientibus acceſsionibus, nõ pro-
xima ſit morbi conſiſtentia. Contraria autem acceſsio,
quæ ſcilicet parua faciat incrementa omnium eorum,
quæ

quæ diximus, quantum ad hoc attinet, longiùs distare futurum morbi vigorem oſtendit. Hoc igitur A ipſum per circuituum incrementa diſcemus, coniectura ſcilicet aſſequi, poſt quãtum tempus morbus in ſuo vigore conſiſtet, ac prætereà horam præfinitam, qua acceſsio inuaſura ſit. Conducit autem prima cognitio ad formam totius victus conſtituendam: ſecunda verò ad cibum dandum in particularibus temporibus, quorum intẽtiones ipſe ab initio docere propoſuit. Quod autem circuitum vocet ſimilem ad idem reditum, neminem puto dubitare. Sed & ex iis, quæ mox apparent, ait coniecturandum eſſe de acceſsione, & totius morbi conſtitutione. Siue autem caſus, ſiue ſigna velit quiſpiã illa, quæ mox apparent, nominare, nihil retulerit. Illud autem de omnibus caſibus, ſigniſve eſt cognoſcendum quòd nonnulla quidem eorum ſignificant paſsionem, aliqua aſsident, aliqua decernunt, ac iudicant, aliqua coctionem, aliqua cruditatem, aliqua ſalutem, aliqua B perniciem oſtendunt. Paſsionis ſignificatiua ſunt, quæ vnà cum morbo inuadunt. Quæ vero aſsident, aliquando ſimul inuadunt, aliquando ſuperueniunt, nonnunquam verò neque omnino veniunt, neque enim ſunt à morbo inſeparabilia, neque eius velut ſubſtantiã conſtituunt, ſed proprias faciunt differentias. Quæ verò ab Hippocrate decernentia, ſiue iudicantia vocantur, cum primo quidem exquiſitè morborum principio non ſunt apta inuadere: cum duobus aliis autem apta ſunt, de quibus paulò poſteà dicemus. Aliquando verò neque in his, ſed cum morbi augentur, aut iam conſiſtunt, apparent. Signa verò coctionis inuadunt quidẽ, & iſta nunquàm in primo ſtatim morbi principio: terminant autem illud principium, quod eſt pars totius morbi. Signa verò cruditatis, cum primo morbi principio ſtatim inuadunt, & nonnunquam poſteriùs apparent, ſicuti & mortis ſigna. Nam & horum generatio, C morbi principium ſubſequitur. Morbi autem principium intelligi volumus (vt in commentariis De criſibus manifeſtauimus) & primum eius inſultum, quod nullam habere latitudinem dicitur, & id, quod eſt ſicuti pars totius morbi, quando in principium diuiditur, augmentum, & tempus conſiſtendi, & declinationem, & aliud, quod vſque ad tertium extenditur diem. Sed & in eadem tractatione docuimus omnium caſuum poteſtates: & ſimul quæ expoſitione indigere videbantur verba Hippocratis ad hoc pertinentia, expoſuimus. Sed & nunc per modum compendii de ipſis à nobis dicetur. Qui verò voluerit totam Hippocratis artem circa iſta perdiſcere, ad illam vadat tractationem. Ex mox apparentibus igitur totam iubet morbi conſtitutionem cõiectari, déinde quandam morbi ſpeciem in medium adducens, ita inquit: Veluti in laterali morbo, ſi circa D initia ſtatim ſputum appareat, morbum inchoantẽ breuiat, ſi verò poſteà appareat, producit. Perſpicuè verò quod docet aſſequeris, ſi ex tertio libro Epidemiarum apponam quæ ipſe de Anaxione ſcribit morbum laterale patiente: quem etiam ægrotum ego in primo libro De criſibus, mea expoſitione pateféci. Verba autem Hippocratis hæc ſunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias decumbebat, febris acuta inuaſit, lateris dextri dolor continuus, tuſsis ſicca: neq; primis diebus expuebat aliquid: ſitibundus, peruigil: vrinæ bene coloratæ, multæ, tenues. Sexto die delirauit, neque calefacientia aliquid proficiebant. Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tuſſeſq; infeſtabant, & difficulter ſpirabat. Octaua venam in cubito ſecui; ſanguis plurimus fluxit, qualem oportuit: dolores ceſſarunt, verũ tuſſes ſiccæ ſubſequebantur. Vndecimo die febres decreuerunt: parum circa caput ſudauit: tuſſes adhuc, & quæ à pulmone prodibant, humidiora erant. Die decimoſeptimo cœpit paucum quid coctum expuere, leuatus eſt. Vigeſimo die ſudauit, & deſiit febricitare. Poſt criſin leuatus eſt. Sed ſiti premebatur, & ex pulmone purgationes non erant bonæ. Vigeſimoſeptimo die febris rediit, tuſsiit, multa concocta educebat, vrinis inerat plurimum ſedimen album: ſitis ceſſauit, & bene ſpirabat. Trigeſimoquarto die ſudauit totus, & poſt criſin omnino ex febre conualuit. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, non tamen ab initio expuebat, ſed & octauo die adhuc tuſſes ſiccæ ſubſequebantur, vt inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi ſolutio ad trigeſimumquartum diem extenta eſt, cùm tamen magna ex parte lateralis morbus terminum ſuæ iudicationis habeat quartumdecimum: & ſi non hunc, ſaltem omnino vigeſimum. Quòd ſi ante tertium diem expuiſſet, vel circa ſeptimum, vel nonum, vel vndecimum diem, iudicatio eſſet ſubſecuta: & ſi in ipſo die tertio ſpuere cœpiſſet, quartumdecimum diem non tranſcendiſſet. Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quæ non tegũtur operculo denſiore, vt in iis, quæ exteriorem occupant cutem, quandam ſaniem reſudare, ab initio tenuem, poſteà verò ſi coctionem accipiant, & ad melius proficiant, craſsiorem: & ex hac ipſa craſsiore aliquam eſſe magis concoctam, aliquam verò minùs. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os, vel oculos infeſtant, licet intueri: nec minùs in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior ſimul cum cutis diuiſione patitur inflammationem. Nam ex huiuſcemodi hulceribus ſanies profluit talis, qualem ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cũ tanta meatuũm anguſtatione, vt nihil extra effundatur, neceſſe eſt illã eſſe & coctu difficilem, & longo tempore perdurare. Hac igitur ratione & in morbo laterali (qui & ipſe eſt ex genere inflammationum) attendere oportet ſigna coctionis. Nam crudiſsimus morbus eſt, in quo nihil omnino expuitur: ſecundum ordinem obtinet ille, in quo ſanies tenuis eſt: tertium, in quo craſsior: & quartum, in quo perfectam habet coctionem. Verùm ſi hæc circa tertium, vel quartum diem apparuerit, non contingit morbum tranſcendere ſeptimum diem. In aliis verò ſingulis neceſſe eſt vt pro coctionis modo menſura temporis conſequatur. Sicuti igitur ſputum, perfectæ coctionis ſignum eſt, quando album fuerit, & lene, & æquale conſiſtentia, neque nimis humidum, neque nimis craſſum: eodem modo integram cruditatem oſtendit, quod nullo modo expuitur. Quòd ſi expuatur quidem, ſed tamen adhuc tenue ſit, debilis coctionis eſt ſignum. Quòd ſi impermiſtum fuerit, vel flauũ, vel rufum, haudquaquàm bonum. Quòd ſi liuidum fuerit, aut ærugini ſimile, aut nigrum, pernicioſiſsimum exiſtit. Cùm itaque à nobis diſtincta ſint ſigna coctionis, & cruditatis, & prçter ea tertinm genus exitialium, illud ſcire oportet, quòd ſigna coctionis ſemper ſunt bona, vt quæ morbi ſolutionẽ haud ita multò pòſt futuram oſtendant, ſicuti genus ſignorum exitialiũ mortem ægri citam prænuntiant. At verò ſigna cruditatis diuturnum quidem ex neceſsitate morbum ſignificant: ſed quantum in ipſis eſt, neque moriturum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt. Tibi verò priùs ægroti vires expendenti, etiam ex his illa licet præcognoſcere. Aliud eſt ſignorum genus, quæ criſima, id eſt,

iudicatoria ab ipſo nominantur:ſunt autem hæc, ſudores, ſanguinis fluxus, rigores, multum alui profluuium, & ſimilis vomitus, dolor capitis repentè inuadens, difficultas ſpirandi præter rationem, & vehemens, vel cordis morſus, vel quædam in præcordiis citra dolorem tenſio, vigilæ plurimæ, delirium, & nox abſq; ratione moleſta, & acceſsio anticipans, & lacrymæ inuoluntariæ, nihil patientibus oculis, neque ex tri ſtitia prouenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitatum, lucida, vel obſcura, & tenebroſa quædam ante oculos obuerſantia, & hallucinationes quædam, & ma læ, vel naſus repentè rubeſcentes, parotides, aut omni no materiæ alicuius in articulum decumbentis generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuſcemodi ſecundum propriam eorum ſubſtantiam caſus nominata, quatenus verò ſubitam mutationem oſtendunt, ſigna criſima, id eſt, iudicatoria appellata, duplicem tibi præſtabunt præcognitionem. Si quidem mor bo iam cocto ſuperuenerint, futuram ſtatim ſanitatem denuntiant. Si verò crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ aut ad perniciem agat, aut in longum tempus morbum producat. Quòd verò alia ſit natura horum ſignorum, quæ criſima, id eſt, iudi catoria nominantur, alia verò eorum, quæ coctionem ſignificant, hinc diſcere poſsis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates: Coctiones, iudicationis celeritatem, ſalutiſque ſecuritatem ſignificant. Cruda verò, & incocta, & quæ in abſceſſus malos conuertuntur, iudicationum interceptiones, vel dolores, vel temporis longitudinem, vel mortes, vel recidiuas oſtendunt. Ita hîc in vniuerſum collaudauit morbi coctionem. In libro autem, qui Prognoſtica inſcribitur, particulatim in hunc modum ſimul docens ipſius indicia: Vrina autem optima eſt, quando ſedimentum album, lene, & æquale fuerit per omne tempus, donec morbus terminetur. Significat enim ſalutis ſecuritatem, & mor bum pauco tempore duraturum. Sic rurſus laudauit vrinam monſtrantem coctionem in venoſo genere. Rurſus autem cùm dicit alui excrementum optimum eſſe, quod molle: conſiſtens, & hora excretum, qua ſolet, cùm ſanitas adeſt, atque hîc indicia coctionum ventris ſimul collaudat, & docet. Sic & eam, quæ fit in membris reſpirationi ſeruientibus, coctionem ſimul collaudans, ac docens, in hunc modum ſcribit: Sputum oportet in omnibus doloribus, qui pulmonem, & coſtas infeſtant, celeriter, ac facilè expui, flauitiémque valde ſputo commiſtam apparere. Coctionis ſiquidem ſigna ſemper bona ſunt, iudicationis verò ſigna non ſemper. Sic ergo inquit, ſigna criſima, id eſt, iudicatoria, non iudicantia, aliqua mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Sanéque & cùm ait, quæ ad melius iudicant, non confeſtim apparere: per hæc verba eandem profert ſententiam. Nam coctionis ſigna quocunque tempore apparent, bona ſunt. Semper enim eorum vniuerſum genus optimum exiſtit. Non ergo repugnat illud, quod nunc dictũ eſt, in mor bo laterali ſputum ſtatim apparere: illi alteri quod dicitur, ſigna iudicantia ad melius, non ſtatim apparere. Nam ſigna iudicatoria nonnunquam mala fiunt: ſignũ verò coctionis nullum vnquam prauum fuit, ſed omnia optima ſemper: & tantò citiùs ægrum ſanitatem recuperaturum oſtendunt, quantò citiùs apparuerint. Hæc dixiſſe ſufficiat per modum compendii, quantum ad præſentem attinet locum. Totam verò de iſtis antiqui magiſtri ſententiam in libro De criſibus expoſuimus. Vt autẽ ſermo, quem nuper diuidẽdo poſui, perfectus habeatur, quomodo à dictis differant,

A & quæ paſsionis ſignificatiua, & quæ aſsidentia dicuntur ſigna, hinc volo tranſigere, vnã in mediũ adducens pro exemplo paſsionem, hanc ipſam videlicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris, vnà cum ſpirandi difficultate, & tuſsi, & dolore lateris pungenti, ſigna paſsionis ſignificatiua nominãtur. Quòd autẽ dolor aut ad præcordia, aut ad clauim perueniat, aſsidẽtia dicũtur: ſicuti quòd faciliùs in latus patiens, quã in alterũ decũbat æger, ad idẽ genus aſsidentiũ attinet. Scripſit autem & Nicandri filius Praxagoras duo volumina De aſsidentibus ſignis: de iis autem, quæ ſuperueniunt, vnum alium, ac ſi de mox apparentibus inſcriberetur. Hæc igitur mox apparentia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem, & malam, morbúmque vel longum vel breuem futurum oſtendere. Meminit autem non ſolùm ſputorum, ſed vrinarum, & excremento-

B rum alui, & ſudorum: ea ſcilicet, quæ ſunt in libro Prognoſtico ſcripta, nobis exemplo ſubiiciens, quæ ad hunc locum transferre ſuperuacuum foret, Nam de his in libris De criſibus diximus, & in commentariis in Prognoſtica: in quibus adhuc magis antiqui magiſtri ſententiam explanauimus.

13 Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minùs adoleſcentes, omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores.

Differentia etiam ætatum confert aliquid ad capien

C dam victus rationẽ. Senes ſiquidem facilè ferunt inediam, pueri verò difficulter. Eſt autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali ſuſtinendo. Difficultas autem ex contrariis oritur. Etenim pueri magis appetunt, & plus offenduntur in longis inediis. Mediæ verò ætates inter ſenes & pueros, quantò alteri ipſorum proximiores exiſtunt, tantò aut minùs, aut magis moleſtantur, atque offenduntur ex longis inediis. Huius autem Aphoriſmi cauſam ipſe in ſequenti docet, qui ita incipit: Qui creſcunt, plurimum caloris innati habent. Ita vt ſi quis velit ipſum priori adiungere, & cum Enim cõiunctione proferre, tunc ſermo vnus fieret & manifeſtus, in hunc modum ſe habens: Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minùs adoleſcentes, minimè verò omnium pueri. Qui enim creſcunt, plurimum calo-

D ris innati habent. Appellat autem ætatem habentes conſiſtentem, eos, qui mediã ætatem habent inter iuuenes, ac ſenes, ita vt ab ætate quidem vigente recedãt, nondum tamen ſenſum habeant ſenectæ manifeſtum. Sic autem & Thucydides quoſdam in ætate dixit eſſe cõſiſtente. Verũ inter hanc ætatẽ, & adoleſcẽtiũ, altera quædã eſt, quę ſicuti ætatũ, ita facilitatis & difficultatis mediũ ordinẽ obtinet: ita vt neque tam facilè inediam ferre poſsit, ſicuti qui in ætate ſunt conſiſtente, atque ſenili: neque difficulter, ſicuti adoleſcentes & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cùm poſsit eam vnuſquiſque ex illis quas dixit, intelligere. Nam cùm inquit, Præſertim qui ſunt inter ipſos viuidiores, naturarũ differentias manifeſtat. Pueri enim, qui calo rem innatum plurimum habent, promptiores ſunt ad cibos aſſumẽdos, & ipſos magis poſſunt concoquere:

&ci

& si non assumpserint, plus offenduntur. Talis quidem est sermo Hippocratis. Indiget tamē adhuc parua quadam additione ad perfectionē: de iis enim, qui sunt in principio senilis ætatis rectè dictum est: Senes facillimè ieiunium ferunt. De iis verò, qui ad extremam senectam peruenerunt, non rectè: quia hi non possunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet Aphorismo exiguum quiddam, & hoc modo ipsum pronuntiare: Senes facillimè ieiunium ferunt, præter eos, qui ad extremam senectam peruenerunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Vel verbum ieiunium, in ciborum paucitatem est commutandum, atque ita dicēdum: Senes ciborum paucitatem tolerant: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Nam & qui ad extremam senectam attingunt, inuenientur, etsi non possint longam inediam tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quiddam patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit, quæ & continuam exigunt olei suffectionem, & multam, ac subitam simul nequeunt sustinere. Quandoquidem & his exhibere oportet vniuersam multitudinem paucam: & hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones, neque vna illis longa inedia est iniungenda.

14 **Qui crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioqui corpus absumitur. Senibus verò parum calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.**

Dictum est à nobis pleniùs etiam in commentariis De temperaturis, quomodo visum est nonnullis medicis eos, qui in iuuentę vigore consistunt, nonnullis verò pueros esse calidiores. Habent enim illi quidem calorem acriorem, hi verò abundantiorem. Nunc verò etiam necessarium est dicere, quantum ad præsentem locum conducit, sermones longos, quo ad fieri potest, in pauca coniicientes. Hoc ipsum igitur verbū calidum, aliquando transferimus ad qualitatem, cuius proprium nomē est Caliditas: aliquādo denominatiuè totum corpus dicimus calidum, à caliditate: estq; hic modus loquendi plurimus in omni vita, & fuit apud antiquos, veluti Theophrastus ostendit in eo libro, qui De calido, & frigido inscribitur. Nam cùm substantia corporea contrarias qualitates, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem, vicissim recipiat, secūdùm substantiam quidem recipientem, cùm calidum nominamus, corpus dicimus, multūque vel paucum dicimus esse calidum, ad quantitatem substantiæ referentes. Et hoc dupliciter facimus: vno quidem modo in substantiis impermistis, alio autem in mistis. In impermistis quidem, veluti si duo haberent aquam æqualiter calidam in duobus æqualibus labris contentam, alterū diceremus plus habere calidi, qui maius labrum possideret, alterum minus. In mistis verò, veluti si essent æqualia labra, sed inequali mensura ex vino & aqua temperata, alterum ipsorum plus vini continere, alterum plus aquæ diceremus. Cui modò etiam ille esset persimilis, si duo labra inæqualia supponeremus æqua proportione temperari. Nonnunquam verò non ad substantiæ multitudinem sermonem referentes, sed ad

A qualitatem solam, huic quidem alicui dicimus plus calidi inesse, huic verò minus: sicuti si ex duobus labris parem prorsus magnitudinem habentibus, alterū, quod calidiorem aquam contineret, plus habere calidi diceremus, alterum, quod frigidiorem, minus: non tamen propriè verbo, plus vteremur in hoc loco, cū melius sit dicere, vel magis, & minus, vel vehementius, atque debilius, & similia vocabula, quæ repræsentare qualitatem solent. Nam paucum & multum in sola docet substantiæ quantitate seruare. Verùm non in hoc tantùm huiusmodi fiunt nominum abusiones, sed in pluribus aliis, quæ per vitam sermone vsurpamus, idq; nō minimè fit in arte medicinali. Omnes siquidem morbos, magnos, aut paruos nominant, quāuis substantiæ non si nt: febrem magnam, febrem paruam, apoplexiam magnam, apoplexiam paruam: sic & pleuritidem, & phrenitidem, & peripneumoniam, &

B omnes itidē alios morbos. Aduertere igitur oportet æquiuocationes, & considerare quid sibi velit semper vnaqueque dictio dicentis. Si enim ille in altero significato nomen protulerit, nos verò in alio accipiētes, sermonem redarguimus: nō illum qui protulit, (si verum fateri velimus) sed nostram potiùs existimationem redarguimus. Quod nonnulli proculdubio faciunt hoc in loco, qui Hippocrati student contradicere. Nam ad qualitatem nomen calidi transferentes, conantur ostēdere hanc esse vehementiorem iis, qui in ætatis vigore consistunt. Verùm Hippocrates non ad qualitatem, sed ad substantiam in præsenti sermone refert id nomē. Nam substantia innati caloris aerea est, & aquea, sicuti ex semine licet coniectari, quod paucam omnino terrenam substantiam participat, plurimum autem aeris calidi, humidíque in se ipso continet, quemadmodum

C in commentariis nostris De semine, ostendimus. Iam verò & alterum nostræ generationis principium, sanguis menstruus, humidum natura est. Cùm igitur magis terrestre efficitur animalis corpus, (tale autem quotidie efficitur, dum augetur) tunc licet valde vehementer calidum existat, & igneum, substantiam tamen innati caloris paucissimam habet: alioqui etiam febricitantes diceremus plurimum habere calorem innatum, qui nec æqualem priori, nedum plus habeant. Bene enim temperata est caloris innati substantia, ignea autem, aduentitii. Sed & effluxus, qui è toto corpore fiunt, caloris quidem aduentitii sunt, fumei, fuliginosi, aridi, & acres. Contrà verò vaporosi, suaues, & bene temperati, caloris natiui, hæcq; ipse potes tactu discernere. Nā sanorum calor vaporosus est, atque suauis, & tactui gratus, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præ se fe-

D rens. Eorum verò qui febricitant: & præcipuè hecticas febres, aut eas, quæ ex putredine humorum ortum habent, acris est, & insuauis, ac mordax, & nostrum corrodens tactum. Salubris verò eius qualitas in pueris exquisita habetur: sicuti plures eorum, qui in ætatis vigore consistunt, inuenire contingit calorem habētes mordacem, & non amplius humidum, aut vaporosum, neq; aereum. Neque mirum hoc videri debet. Oportet enim similem esse defluxum subiectæ substantiæ, vt quando humida, atque aerea substantia existit, tunc quod ab ea defluit, vaporosum est, atque suaue. Cùm verò terrestris, atque arida: tunc & quod effluit, fumeum, fuliginosumque est, & acre: quod & in exterioribus euenit. Nam quæ ex aqua dulci, & calida euaporant, optima sunt, & vaporosa: quæ verò ex aliquo corpore solido exusto, fumea sunt, & acria. Cùm igitur duæ substantiæ

fint,& hæc quidem fuauem habeat caliditatem,illa verò moleftam:alteram quidem plurimam habent pueri, alteram verò ii,qui in ætatis vigore confiftunt, vt ad totius videlicet corporis proportionē. Vt autem hęc phyficè magis adhuc pertractem , rem totam ad elementa traducam. Cùm quatuor fint elementa , ex quibus omnia corpora funt temperata , puerile quidem corpus,multum in feipfo continet aereæ, atque aquofæ fubftantiæ, minimum terreftris : contrà verò eorum,qui in ætatis vigore confiftunt,à terreftri ficcitate obtinetur,deficit autem aquofa,atque aerea fubftantia:adeò vt fi quartum in vtrifque elementum , ignem fcilicet,pari portione pofuerimus,atque æqualiter calida corpora effe voluerimus,non tamen fimilem fubftantiam calidam in ipfis effe dixerimus:cùm puerorū quidem fubftantia humida fit:eorum verò,qui in ætatis vigore confiftunt,ficca. Humida fiquidem innati caloris eft maximè affinis,quia ex humido noftra eft generatio:ficca verò,aduentitii caloris. Sic quidem infantes recenter nati,fubftantiam calidam, & aquofam plurimam participantes,plurimum dicerentur habere calorem innatum. Qui verò ætate vigent , & iam declinant,quantum iftæ deficiunt,terreftris verò fuperabundat,tantum habere minorem fubftantiam natiui caloris putarentur. Quòd verò ex aquofa , & aerea fubftantia plus defluere fit neceffarium, quàm terreftri , etiam fi ambæ fint æqualiter calidæ fecundum qualitatem,neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterioribus liquidò licet intueri. Nam ex corporibus,quæ ad fimilem perueniunt caliditatem,non æqua portio videtur defluere,fed ex ficcis quidem minimum,ex humidis verò plurimum. Statim igitur aqua,& oleo mediocriter calefactis,plurimum defluit,atque diffoluitur:ex ferro verò,& ære,atque lapidibus,minimum: adeò vt fi tibi libuerit exponere ad folem calidifsimum aquā, (fi ita contigerit) & ferrum ęqua menfura,déinde trāfacto die ambo perpendere : aquam quidem inuenias multò feipfa minorem effectam,ferrum verò æquale. Sic & fi velis oleum æri:& ferro,& lapidi comparare: illud quidem abfumptum inuenies,hæc verò æqualem fubftantiæ molem retinentia. Hinc verò ad ceram , picem,bitumen, & refinam tranfcendens,& quæcunque alia plurimam fubftantiam humidam obtinent:videbis & hæc fub fole calente multò magis abfumi,atque defluere,quàm lapidem , æs, & ferrum,& alia admodum ficca. Quare fi neceffarium eft alimentum, vt quod effluxit ex corpore,fuppleatur, ex humidioribus verò, & plus aeris participantibus, multo plus effluit: fit vt huiufmodi corpora pluri egeāt alimento . Puerorū verò corpus tale exiftit,plus humidæ,& aereæ fubftantiæ obtinens:non ficuti iuuenum ,& declinantium, ac fenum,ficcæ,atque terreftris. Hippocrates igitur cùm hoc in libro propofuiffet compendiofam,atque aphorifticam doctrinam facere,non ita fermonem amplianit,quemadmodum ego nunc,fed loco illorū verborum, Quæ augentur corpora,etfi æqualem habeāt fubftantiam calidam,atque igneam cum iis , qui in ætatis vigore confiftunt,aquofæ tamen atque aereæ fubftantiæ plus habent. Qui crefcunt,dixit,plurimum habent innatum calorem:fimul memoriæ fubiiciens ipforum fubftantiam , fimul propofitum fuum demonftrans. Quia enim humidam,& calidam habent fubftantiam, quæ augentur,idcirco plurimum ab ipfis defluere neceffarium eft,& plurimo egent alimento:alioqui corpus inquit abfumitur. & rectè. Vbi enim id , quod defluit plurimum eft,quod verò influit,paucum:hîc neceffe eft fubiectam corrumpi fubftantiam. Senibus verò paucum ineft calidum. His enim iuxta vtrunque appellationis fignificatum paucum ineft calidum, fiue quis ad qualitatem fermonem referat,fiue ad fubftantiam. Nam & qualitas debilis,& fubftantia minima eft: fi quidē eorum meminimus , quæ fuprà diximus. Ob hæc igitur inquit,Paucis fomitibus indigent. Nam fomites,alimenta nominauit,fuo & aliorum nobilifsimorum philofophorum dogmati confentaneè , qui eorū, quæ animalia conftituunt , elementorū,ignem maximè vitæ effe caufam exiftimarunt. Nam vt lucernarū flammæ,quanuis oleum prò alimēto habeant,tamen fi quis id totum fimul fuperinfundat , extinguuntur potiùs, quàm nutriantur:eodem modo & in fenibus calidum, fui fomentum quidem habet alimenta: fed fi repentè eorum multitudine,& cumulo fuffocetur , periculum eft ne extinguatur:nō aliter,ac fi paruæ fcintillæ ignis, lignorum multitudinem fuperaceruęs. Quod autem fubinfertur, Et propterea febres fenibus non fimiliter acutæ funt:fignum & hoc ipfum,quòd corpora fenum frigida funt,& quòd ob innati caloris maximè conuerfionem ad igneam naturam,accenditur febris. Verùm tantam euenire fenibus conuerfionem , vt æqua fit ei, quæ iunioribus accidit,vix fieri poteft. Multum enim calidum promptè in immenfum attollitur,paucum verò non facilè,fed maximā exigit caufam, quæ cogat ad hoc. Ob hanc igitur caufam neque fenes magna ex parte febricitant acutas febres,ficuti iuniores:& fi aliquando , quanuis raro,talis his accidat febris , qualis iuuenibus,omnino hæc ad interitum ægrotantis terminatur . Indicio enim eft,immenfam quandam effe caufæ febrem facientis magnitudinem . Hæc fufficere poffunt iis,qui fecundum naturam fe habent ad intellectionem,& fidem eorum,quæ fcripfit Hippocrates. Ad eos verò,qui per calumniam Hippocratem repræhenderunt , è quorum numero vnus fuit Lycus,nos vnum integrum volumen fcripfimus aduerfus ea , quæ contra Aphorifmum perperàm obiiciuntur. Huic autem titulum fecimus, Ad Lycum,quòd nihil erratum fit in Aphorifmo,cui principium eft, Qui crefcunt,plurimum habent innatum calorem. Datus autem eft mihi Lyci liber poft fcriptos à me hofce commentarios: vnde ego poftmodum his hæc verba fubiunxi , quæ non funt in hiis quæ priùs edideram. Séorfum autem in alio volumine defendi Hippocratem in iis,in quibus fuerat repræhenfus.

15 Ventres hyeme,& vere,naturâ calidifsimi funt, & fomni longifsimi : quare per ea tempora alimenta copiofiora funt exhibenda. Etenim tunc calor innatus,plurimus eft,vnde & pluribus egent alimentis:indicio funt ætates,& athletæ.

Non parum etiam tempora anni conducunt ad victus rationem inueniendam . Nam hyberno tempore plus appetunt homines,& cibum faciliùs cōcoquunt: cōtrà in æftate, cuius rei caufam ipfe Hippocrates reddidit,inquiens, Ventres hyeme,& vere, naturâ calidifsimos effe. Quid autē fit quod Natura,dicitur,& quòd non fruftra id verbū adiecerit in hoc Aphorifmo ipfe paulò pòft explanauit inquiens, Etenim tūc calor innatus multus eft,plurimo igitur indiget alimēto. Vētres itaque hyeme & vere calidifsimi funt,non fimpliciter,

fed

sed calido naturali, cuius substantiam antea ostendi. Causam verò, ob quam hic idem calor hyeme augea- A tur, etiam Aristoteles explicuit. Refugit enim propter circunstantem extrinsecus frigiditatem: sicuti rursus æstate ad sibi affinem protenditur. Atque ita contingit dissolui quidem, ac dissipari eius substantiam tempore æstiuo: contineri autem, ac cohiberi, & in profundum secedere hyemali. Ob hoc igitur & coctiones, & sanguificationes, & nutritiones, hisce temporibus sunt meliores. Addidit autē & aliud ipsis contingens, nempe quod somni longissimi fiunt, ob noctium videlicet longitudinem: quod neque ipsum paruum confert ad naturæ opera. Quod verò in fine adiicitur, Indicio sunt ætates & athletæ. pro argumento ponitur quòd plurimum alimentum sit necessarium, vbi calidum superabundat. Pueri siquidem quia calidum plurimum habent, idcirco & pluribus indigent, & plura concoquunt. Athletæ verò quia exercitiis augent calorem B natiuum, ob id multis frui possunt alimentis. Quæ igitur in Aphorismo dicuntur, sufficienter exposuimus. Si quis verò ipsorum veritatem diligentiùs examinet, non ad omnia animalia sermonem extendat, sed ea excipiat, quæ in latebris degunt. Hæc enim cùm se recondunt, non egent plurimo alimento: quandoquidem & sine cibo possunt perdurare. Et si supposuerimus ea tanto vti cibo, quanto antè, quàm reconderentur: malè ipsum concoquerent. Quod enim hominibus contingit aqua frigida lotis, id etiam animalibus accidit hyeme. Contingit autem hominibus, qui aqua frigida perluuntur: si debile corpus habuerint, perfrigerari, atque offendi: si verò robustum, primùm quidē innatum calorem ad interiora refugere, ibíque se ipsum colligere: posteà verò ad exteriora remeantem, multò, quàm priùs erat, fieri fortiorē. Sic & animalium quæ- C cunque sunt naturâ frigidiora, iis calor innatus à frigore hyberno superatur, adeò vt ferè extinguatur: quare plurima ipsorū, similia mortuis cōspiciuntur, cū sine sensu, ac motu in latebris iacent: quædam verò prorsus in hoc ipso affectu moriuntur. Quæ autē plurimo sanguine abundant, atque calore, tale quiddam hyeme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis. Nam calor eorum ad interiora se colligit, non (per Iouem) carnibus ad hæc, prima sede derelicta, refugiētibus, sed spiritu vnà cū sanguine. Tria autem erant corpora, quæ primæ nostræ naturæ substantiam compleuerunt, spiritus, sanguis, & seminalis humiditas, ex qua in primo ortu, veluti in libris De semine diximus, fiunt partes animalis solidiores: mox verò augmentum in istis perficitur. Quòd igitur meliùs hyeme cibum concoquimus, sanguine, ac spiritu D ad profundum corporis retrocedentibus, vnicuique est manifestum. Non modò igitur hoc ipsum dicit Hippocrates, sed quòd plura accipere confert. In hisce enim temporibus inquit, hoc est, hyeme, & vere, plures cibi dandi sunt. Atqui si parum defluit, ac difflatur hyberno tempore ad exteriora, plurimum alimentum non est corporibus necessarium: siquidem nutritio est eius, quod euacuatur, repletio. Oportet igitur alimenti quantitatem esse eius, quod difflatur, quantitati proportionalem. Verum igitur esse quòd quidā hyeme nō modò meliùs concoquunt cibum, sed etiam quòd pauca assumentes refrigerantur, atque ideo offenduntur: si verò plura assumpserint, in nullos plethoricos incidunt morbos: ipse euentus ostendit manifestè. Causæ verò inquisitio, in commune proponatur. Neq; enim adeò Hippocratem, quantùm omnes alios, huiusmodi inquisitio fatigat. Nemo itaque est, qui non consentiat difflari corpora animalium ea, quæ fit per sensui occulta foramina difflatione. Idcirco enim ad hoc deueniunt vt egeant alimento, quoniam euacuantur. Quòd si nihil à corporibus nostris efflueret, sed semper æqua moles substantiæ seruaretur, nulla foret alimēti necessitas. Tu verò animaduerte. nūquid hac in parte aliis quidem omnibus ratio sit inexplicabilis, soli verò Hippocrati, atque eius sectatoribus, explicabilis. Neque enim aliud quicquam animal ab initio efformauit, sicuti neq; rursus adauxit, aut vsq; ad mortem enutriuit, præterquam iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo. Hic igitur cùm sit omnium operum naturalium causa, quia plurimus est hyberno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus sanguinis accumulat, & crassius corpus efficit, & vt superfluitates excernantur, prouidentiā habet. Nam calor circunfusus non modò superfluitates, sed æqualiter omnia euacuat, materiam inutilem, & ea etiam, quæ in corpore secundum naturam continentur, vnà dissoluens per eam, quæ à medicis occulta difflatio nominatur, quam calor innatus operatur. Neque enim aliud quicquam est natura animalium, præter hoc calidum, secundum Hippocratis opinionem. Ostensum autem à nobis est in commentariis De viribus naturalibus, naturam non solū appetere, conficere, agglutinaréque singulis partibus proprium alimentum, sed & huius quoque superfluitates difflare. Ac quantò fortius extiterit calidum innatum, tantò magis difflatio effugit sensum. Et ob hanc causam Diocles inquit, sudores esse præter naturam: quoniam omnibus, quæ ad corpus attinent, rectè administratis, & alimento à natura subacto, nunquàm sensibilis humor per cutem excerneretur. Quæcunque enim in balneis, aut vehementibus exercitiis, vel propter æstiuum calorem exudant homines, ex causis violentis originem habent. Bene igitur omnia tempore hyberno in corpore animalis administrantur, quando hyems mediocritatem seruauerit. Nam immoderatas ipsius intemperaturas & ipse Hippocrates in sequentibus damnat. Quòd autem omnia bene hyberno tempore in corpore animalis administrentur, indicio sunt naturæ opera fortiora. Nam cibi in ventriculo bene concoquuntur, quonā calor innatus plurimus est: & vnà superfluitates somnis longioribus expurgantur, quæ quidem exquisitè extenuatæ sunt per cutē: quæ verò in vapores conuertūtur, per expirationem: quæ verò sufficientem habent crassitudinem, per vrinas. In his enim plus est sedimenti, quàm per æstatem, præter id quòd etiam tota vrinarum multitudo hyeme multùm augetur. Iam verò magis nutriūtur, & carnem augent corpora hyeme, & plus optimi sanguinis cumulant, nisi malo prorsus vtantur victu. Nam si consideraueris vt corpora nostra paucum habentia sanguinem autumni tempore, atque extenuata, suscipiens hyems bonis implet humoribus, & crassiora efficit: percipies, puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ est calor innatus. Verùm nisi hic abundans habeat, quo fruatur alimentum, primus ipse à circunstante frigore superabitur, tam ab eo, qui extrinsecus ingruit, quàm ab illo qui per inspirationem attrahitur: cum ipso verò & coctio ciborum debilitabitur, & optimi sanguinis generatio, & partium animalis enutritio, & superfluitatum expulsio. Si verò tantum habuerit alimentū, quantum potest euincere: & ipse magis augebitur, & omnia, quæ

anteà diximus, circa corpus animalis perficiet. Cæterùm vt ex plurimo alimento oblato, quod non ſolùm bene in ventriculo conficiatur, ſed etiam in venis, & toto animalis corpore, vnumquodque animal multò carnoſius reddatur, & plus ſanguine abundet, habent homines ſatis ipſa experientia compertum, non in ſeipſis tantùm, ſed etiam in iumentis. Nam ante æſtatis initium, circa vltimam veris partem, & ſibi, & illis ſanguinem detrahunt, in memoriam reuocantes, quibus capiantur morbis, quando repentè calor æſtiuus ſuperuenerit. Hic enim adeò ſanguinem extendit, atque diffundit, ac quodam modo efferuere facit, vt qui hactenus moderatus fuerat, non poſsit ampliùs in venis contineri, ſed vel difrumpat ipſas, vel exedat: & quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem aliis debiliorem, in ipſa vel inflammationem, vel eryſipelas, vel aliquod aliud tale morbi genus operetur. Nam multò plures, ac grauiores morbi, quibus plenitudo dedit occaſionem, ex humorum fiunt fuſione. Hæc igitur omnia cum aliis adſtipulantur quæcunque in præſenti Aphoriſmo Hippocrates docuit, tum hoc probant, non ſolùm poſſe calorem per id tempus multos coquere cibos, ſed etiam multis indigere. Semper enim oportet alimenta eſſe innati caloris multitudini proportionalia, niſi fortè aliquando ex aeris ambientis qualitate debilis fiens natura (vt dixi) cogat ſubtrahere. Quam ob rem cùm de vere Hippocrates ſermonem fecerit indiſtinctum, ipſe diſtinguam: ac primùm quidem veris initium hyemi ſimile magis eſſe, quàm æſtati, finem contrà. Deinde quòd nonnunquam talem ver habet frigiditatem, qualem tempus hybernum: aliquando talem, qualem tempus æſtiuum caliditatem. In primis igitur partibus eius, ſi quando frigidum fuerit, hybernæ ſimilem ratione victus adhibebimus: in poſterioribus autem, ſi quando fuerit calidius, æſtiuæ ſimilem. Quòd ſi mediam ſeruauerit temperaturam, victum illi proportionalem inſtituemus. Atque hæc omnia de victus ratione, quam ſanis oportet adhibere dicta ſunt: deinceps autem de illa, quæ ægrotis conuenit, ſermonem faciet.

16 Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & aliis, qui tali victu vti conſueuerunt.

In præcedentibus Aphoriſmis de victus quantitate doctrinam nobis tradidit: nunc verò de qualitate tractat, & multa, quæ in arte conducunt, breuiſsimo ſermone docens: ac primò qualis ſit adhibendus victus febricitantibus. Deinde quòd victuum ſanorum indicationes in iis quidem, quæ præter naturam ſunt, contrarias: in iis autem, quæ ſunt ſecundum naturam, ſimiles facere oporteat. Febri enim quoniam calida & ſicca paſsio eſt, (eſt enim conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam) victum humidum conſulit. Humidioribus verò naturis, ſiue propter ætatem, ſiue propter conſuetudinem, non contrariam, ſed magis affinem ſeruandam ſtatuit. Oportet enim naturam eorum fouere per humida, non eodem, quo morbos, modo demoliri. Qui verò aquam inter cutem, cui febris adiungitur, in medium adducentes, ſermonem Hippocratis ſtudent per cauillum reprehendere, quoniam hic morbus non humidum exigit victum, ſed magis ſiccum, ignorant ii artis curatiuę caput in primis neceſſarium, quod nos vberiùs in illa tractatione

A tranſegimus, id autem eſt ſimplicem quamque ægritudinem propria egere curatione: plures verò inuicem copulatas, tantum habere communem curationis indicationem, quantum copulabuntur: nobis vel ei, quod magis vrget, obuiantibus, non tamen alterius cura omnino poſthabita, vel omnibus pari ſtudio ſuccurrentibus. Quod autem de aqua inter cutem & ſimul febre laborantibus meminere, non eſt abſimile morbo laterali, in quo ſanguis expuitur. Nam & in his contrarias exigunt morbi curationes, eductio ſanguinis, & paſsio lateralis, quæ vbi cuipiam ſimul contigere, ad id, quod magis vrget, obuiare oportet, non omnino poſthabita etiam alterius curatione. Sic itaque ſi quis ſimul febricitet, & ea laboret affectione, quæ aqua inter cutem nominatur, ad ambos affectus reſpicientes, qui

B contrariam exigunt curationem, vtrique eorum probè reſiſtimus, quemadmodum & aliis omnibus pari modo copulatis. Neque igitur ipſi tale quicquam dixerimus, neque alterum talia dicentem admiſerimus: verùm ſi quid per verba ſua Hippocrates in Aphoriſmo non dixit, quod tamen idem habeat iudicium cum iis, quæ ab ipſo dicuntur, hoc quoque fuiſſe dictum potentia, debemus exiſtimare. Nam & ætatis meminit, & cōſuetudinis: tu verò naturalis temperaturæ, & temporis anni, & regionis, non abſque ratione memineris, quæ & ipſe Hippocrates adiicit aliquando. Nonnunquã vero vnius, aut duorum mentione facta, reliqua, quæ ſunt eiuſdem naturæ, atque ordinis, prætermittit. Fiunt autem & ab his indicationes, quemadmodum ſuprà & ab ætate, & à morbo fieri diximus, ſeruantibus nobis quæcunque probari merentur, per victum ſimi-

C lem temperaturæ: quæcunque verò improbanda ſunt, per contraria corrigentibus. Diximus autem pleniùs de omnibus indicationibus in libris, quibus ars curatiua docetur.

17 Et quibus, ſemel, aut bis, & quibus plura, vel pauciora particulatim oporteat afferre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & conſuetudini.

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum, quæ offeruntur ſermonem habuit, mox docere proponit modum eorundem. Neque enim ſufficit hoc ſolum cognoſcere, quòd huic plus, vel minus ſit offerendum, vel quòd victu exiccante, vel humectante vtendum ſit,

D ſed nunquid ſemel: an ſæpius qualibet die, vel nocte cibum offerre oporteat: neceſſarium eſt conſiderare: & ad hæc ipſa ab anni tempore, ab ætate, à conſuetudine, ſumere indicationem, ſicuti in qualitate, & quantitate ſumebatur. Nam & ad hæc primæ erant intentiones, & morbi ipſi, & vires ægrotantis, & prætereà ętas, & anni tempus, & conſuetudo, & quæcunque his ſunt proportionalia, & proptereà ipſe Hippocrates illud adiunxit: Condonandum eſt autem aliquid tempori, ætati, & conſuetudini: liquido oſtendens per verbũ, Condonandum, quòd neque totum, neque maximum à talibus accipit. Nam ſi ſæpius, aut raró, ſiue omnino nutrire oporteat, ab ægritudine: & viribus primùm, & maximè accipitur: poſt hoc autem & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. Si enim vires laborantis debiles fuerint, & ea, quæ in corpore eſt, affectio ſit ex cor-

ruptione

ruptione humorum,vel defectu, parum alimenti sæpius talibus afferemus. Parum quidem, quia virium imbecillitas non poteſt totam ſimul multitudinem alimenti ſuſtinere. Sæpius autem, quoniam multis indiget affectio. Defectus ſiquidem exigit adiectionē, corruptio verò contemperamentum. Si verò cum virium debilitate neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem naturales ſe moderatè habuerint, vel etiam ſuperabundauerint, his rarò, & pauca afferemus, & multò magis iſtud agemus, ſi cum virium robore humores ſuperabundauerint. Si verò cum humorum defectu, vel corruptione, vires validæ fuerint, tunc multos cibos, atq; multoties iis, qui ita laborauerint, dabimus: vtpote multos exigente affectione, & natura robuſta potēte illos ſuperare, ac concoquere. Si verò ac ceſsiones non permiſerint, neque multi alimenti offerendi occaſiones præſtiterint, rarò plura exhibebimus. At ſi vires validæ fuerint cum plethorica affectione, B rarò paucos afferemus. Nam etſi id, quod cibum debet concoquere, robuſtum habeamus, quia tamen affectio multis non indiget, rationabile eſt, vt pauca afferamus. Sic quidem oportet & à morbo, & à viribus ægrotantis ad ea, quæ propoſuimus, ſumere indicationes. A tempore autem, ætate, & conſuetudine, & aliis, quæ his ſunt proportionalia, hoc modo: Aeſtiuo quidē tempore, quantum ad temporis rationem attinet, ſæpius pauca danda ſunt, quoniam & pluri egent adiectione, vt qui ſunt diſſoluti, & vires habeant imbecilles. Hyberno verò tempore multa quidem propter robur virium, ſed rarò: quia non valde multa indigent adiectione laborantes, vt quibus non multa fiat euacuatio. Nā ſanos quidem anteà oſtendimus ſufficienter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris. Vere autem medio, atque adhuc magis æſtati proximo, paucis, C & ex longo interuallo nutriemus. Nam tēpus id periclitatur, ne proximè accedat ad plethoricam affectionem, propter humorum, qui hyberno temporis frigore concreuere, fuſionem. Quemadmodum ergo in plethoricis affectionibus, ſi vires validæ fuerint, paucum cibum, & ex longo temporis interuallo damus, ſic & in vere faciendum eſt, præſertim in febricitantibus, de quibus nunc ſermo habetur ab Hippocrate. Sanorū enim victum anteà docuit. Autumnus verò morbis, qui ex corruptione fiunt, aſsimilatur. Quapropter qui eo febricitant tempore, continua optimi indigent adiectione: &, ſi vires validæ fuerint, ſæpe, & multa ipſis dabimus: ſin imbecilles, pauca, & ſæpius afferemus. Simili modo quiſpiam & ab ætatibus, & à conſuetudine, & à regionibus ſumeret indicationes, ad duas primas D redigens intentiones. Singula enim, quæ diximus, aut fortes, aut debiles vires efficiunt, & corpus reddunt, aut ſuperabundans bonis humoribus, aut ſufficiētibus carens, aut vitio humorum deprauatum.

18 Aeſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè: ſecundum locum ver habet.

Non bis, vt fortè quiſpiam exiſtimauerit, de eiſdem differuit Hippocrates. Cùm ſuperiùs illum ſcripſiſſet Aphoriſmum, cuius principium eſt: Ventres hyeme, & vere calidiſsimi ſunt natura: nunc autem rurſus quòd æſtate & autumno cibos difficillimè ferūt, hyeme facillimè, & ver ſecundum habet locum: verùm quoniam & ad quantitatem victus, & ad modum vſus ciborum tam in ſanis, quā in ægris, quandam accipit à temporibus indicationem, non abſque ratione eorum in vtriſque commeminit, illhic quidē oſtendens cibos plures A ſanis dari hyeme oportere, quoniam plus ineſt innati caloris, quem nutriri oporteret: nūc autem quod ſi ſemel etiam multum illis ciborum attuleris, haudquaquā nocebis. Facilè enim omnes ferunt ciborum multitudinē hyeme, difficulter verò æſtate. Quapropter hyeme quidem rarò, & plurimum cibi afferri cōcedendū: æſtate verò, quia cibos ferunt difficulter, (ſiquidem is, cui eos coquendi, ac conficiendi officium natura tribuit, calor innatus ſcilicet exiguus eſt) cauendum omnino eſt, ne totum ſimul cibum exhibeamus: ſed ſtudere oportet vt frequentiùs pauca afferamus. Nā corporis affectio ſimilis iis, qui ex humorum defectu morbis conſiſtunt, exigit adiectionem. Hyems quidem, atque æſtas talem naturam habent: reliqua verò duo tempora, autumnus quidem æſtatem ſubſequitur, ver autem hyemem. Et cauſa aperta eſt. Nam refrigerari, & cogi in vnum, atque denſari corpora autumno: laxari verò, & rara fieri verno tempore incipiunt. Ob hanc igitur rationem, non idem bis de temporibus enuntiauit: & ob illā etiam, quia in altero Aphoriſmo de ſanis ſermo habebatur.

19 Iis, qui per circuitus acceſsiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adiectioni ante iudicationes.

Cùm tria ſint ea pita, quibus victus ratio compræhēditur, & quod attinet ad quantitatem, & quod ad qualitatem, & tertium, quod ad vſus modum, ad duo quidem propria capita ex acceſsionibus nullam habemus vtilitatem, ad tertium verò ex acceſsionibus aliquid proficere poſſumus. Quare non temere Hippocrates earum in tertio capite meminit. Nam tempora commoda ciborum particularium, præcipuè docēt acceſſiones, in morbis tamē, in quibus ordinatim obueniūt, hoc eſt, per circuitus, atque ideo ipſe quoque Hippocrates inquit: Iis, qui per circuitus acceſsiones habēt, nihil dare oportet. Vt qui nō ignoraret, alios eſſe, quibus fierent in morbis acceſsiones, non tamen per circuitus, hoc eſt, non ordinatim. In hiſce igitur ratio exquiſita inueniendi temporis, quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus verò acceſsionum ordo ſeruatur, principia earum oportet obſeruare, hoc eſt, ne eis iam factis, vel non multò pòſt futuris, nutriamus. Quòd autem dicitur, Ante iudicationes, vel ante acceſsiones quaſcunque ſimpliciter, vel ante morbi vigores, vel ante illas, quæ propriè iudicationes nominantur, eſt intelligendum. Nam hic triplex intellectus, verus eſt. Primus autem magis videtur ad propoſitum pertinere, ſi videlicet ante acceſsiones intelligamus. Nam de morbi vigore conſiſtentis, retro dictum eſt: & ſi de hoc intelligatur, etiam de iudicatione intelligetur, quoniam magna ex parte morbo in ſuo vigore conſiſtente fiunt iudicationes.

20 Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere.

Iam perfecto de victus ratione ſermone, ad alterum caput tranſcendit, in quo docet quando ſit totum

ipſi naturæ permittendum, quod ad regimen pertinet ægrotantis, nihil aliud nobis agentibus, niſi victum cõuenientem inſtituentibus: quando etiam non ſit totum naturæ permittendum, ſed & aliquid nos oportet operari. Vbi igitur (inquit) vel integra iudicatio facta eſt, vel adhuc fit: totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet. Vbi verò non integrè iudicatur, id, quod deficit, ſupplere nos conuenit. Hoc autem & ipſe dicebat in libro De humoribus per hæc verba: Quæ perfectè iudicantur, non mouere, neque medicamentis, neque aliter iritando, nouare quicquam. Nam quod in Aphoriſmis ἀρτίως, id eſt, integrè dixit, hoc in illo libro commutans ἀπαρτὶ, id eſt, perfectè nominauit. Eſt autem huius nominis ἀπαρτὶ apud alios antiquos ſignificatum cumulatè, plenè atque perfectè: quæ omnia etiam hoc loco per ἀρτίως, id eſt, integrè, debemus accipere. Neque enim per id verbum Dies pares oportet intelligere. Eſt enim in propatulo falſum, ſi quis in diebus paribus vel iudicatus eſt, vel iudicatur, nihil in his nouandum eſſe. Neq; etiam hæc dictio ἀρτίως, hoc in loco ſignificat nuper: quod maximè oſtendunt verba ſequentia. Neque enim ſimpliciter dixit nuper iudicata, ſed quæ iudicantur, & iudicata ſunt: quorum alteri quidem, Iudicata, aduerbium Nuper, poſſet cõuenire: alteri verò, Iudicantur, nullo modo. Sed & hoc ipſa rerum euidentia demonſtrat. Neque enim ſi quid paulo anteà ſit iudicatum, hoc nouari nõ debet: ſed ſi perfectè, ſi integrè, ſi plenè, tunc verũ eſt, quod dicitur. Si quid verò deficiat, id, quod deficit, oportet adiungere. Nam quæ poſt iudicationem relinquuntur, faciunt recidiuas. Quenam igitur eſt perfecta, & integra iudicatio? Nempè in qua cuncta bene procedãt, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primùm enim melior eſt iudicatio, quæ fit per euacuationem inferiorem, quàm quæ per abſceſſum: déinde per quam humor noxius & abundans, quàm per quam alter euacuatur: tertio loco quæ recto tramite, quàm quæ non recto tramite procedit: & quarto poſt has, quæ facilè toleratur: déinde quæ cum coctione fit, & in decretorio die. Hęc omnia adeſſe conuenit perfectæ iudicationi: cui, ſi quid deſit, vel plura: neque exquiſita, neque integra fuerit iudicatio.

21 Quæ ducere oportet, quò maximè natura vergit per loca cõferentia, eò ducere conuenit.

Quænam ſunt illa, quæ ducere oporteat, nempe quæ neque iudicantur, neque integrè ſunt iudicata, hæc igitur per quam partem ſint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intentionem, & ipſam partis naturam, & humoris motum. Ad quem enim locum ex accommodatis vergit, eò ducere conuenit. Sunt autẽ euacuationibus accommoda loca, inteſtina, venter: veſica, vterus, cutis vniuerſa: ad hæc palatũ, & nares, quãdo vel cerebrũ expurgamus, vel per profluuium ſanguinis narium fit excretio: præcipuéque ſi recto tramite, hoc eſt, per directum ad locum patientem. Nam quæ contrà fiunt profluuia ſanguinis, mala ſunt. Motus verò humoris noxii ad loca non accommoda ſunt, quando vel aliquem habuerint ſuapte natura principatum, & maius ex ipſis damnum eſt ſubſecuturum, quã morbus, qui iudicatur, expoſtulet: vel nullam habeant effluxionem. Exempli gratia, vbi hepar humores infeſtant, quos oporteat euacuari, duæ ſunt accommodæ motiones. Prima per ventrem: & huius illa, quæ per aluum inferiorem. Altera, quæ per vomitum, melior exiſtit: Secunda per renes atque veſicam. At motus, qui ad pulmonem, thoracem, & cor inclinat, bonus non eſt. Oportet itaque medicum naturæ motum animaduertere: & ſiquidem idoneus fuerit, ſumminiſtrare, & adiuuare: ſin autẽ contrarius, ac noxius, prohibere, transferre, ate diuertere oportet

22 Concocta medicari atque mouere non cruda neque in principiis, modò non turgeant: plurima verò non turgent.

Cõſueuit Hippocrates dicere, medicari pro vti medicamento purgante. Verbum autem Turgere, tranſlatum eſt ab animalibus concubitum appetentibus ad humores. Nam ſicuti alia ſtare loco non poſſunt, quadam titillatione impulſa, eóque affectu concitata, ſic & humores plerunque in motu vehementiore, atque trãſfluxu ab vna parte ad aliam, in morbi principio hominem infeſtant, mouentes, titillantes, & quieſcere non permittentes, cùm & ipſi pariter moueantur, & tranſfluant, & tanto motu de loco ad locum, ægrum moleſtent. Tales itaque humores euacuare conuenit, hoc eſt, qui per corpus diſcurrunt, ab vnóque membro ad aliud feruntur, ac transfluunt. Eos verò, qui iam ſunt in aliqua corporis parte firmati, néque alio vllo auxilio mouere oportet, neque medicamento purgare conuenit ante coctionem. Tunc enim naturam quoque ipſam habebimus euacuationi adminiculantem: conſpicitur ſiquidem & ipſa poſt coctionem, & humores diſcernere, & ſuperfluitates expellere, quo in tempore fiũt etiã iudicationes. Sed cũ perfecte ipſe mouet, medicamento opus non eſt, cùm mediocrius, atq; imbecillius agit, id, quod deficit, oportet ipſos medicantes ſupplere, vt ab vtroque noxii humoris fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento verò attrahente. Oſtenſum enim eſt à nobis in commentariis de Potentiis naturalibus, naturam vniuſcuiuſque particulæ quatuor vti potentiis, attractiua proprii alimenti, & eiuſdem retentiua, prætereà quoque concoctiua, & quarta alienorum, expulſiua. Singula verò medicamenta proprium ſibi attrahunt humorem. Bene autem ſermoni addidit: Plurima verò non turgent, diſceréque oportet hoc ab experientia, rarò contingere vt humores ab vna parte ad aliam transfluant, ſed frequentiùs accidere vt in vna aliqua parte quieſcant, atque conſiſtant, in qua etiam concoquuntur toto morbi tẽpore vſque ad eius ſolutionem. Scire autem oportet, quòd in quibuſdam exemplaribus hic Aphoriſmus ſcriptus non eſt: in libro autem De humoribus paſsim ſcriptus iuuenitur.

23 Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deiiciantur, qualia conueniunt: & ægri facilè tolerant. Atque vbi vſque ad animi defectionem expedit ducere, faciẽdum, ſi æger poſsit tolerare.

Siue à natura, ſiue à nobis euacuatio fiat, omnino metiri oportet, quantum ſit euacuandum. Sicuti enim

qualí

qualitatem eligimus, humorem noxium, atque molestum euacuantes, ita quantitatem oportet eiusdem humoris noxii multitudini facere congruentem. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, vbi illum Aphorismum exposuimus, cuius principium est: In perturbationibus ventris. Quantitatis verò nullum tale habemus indicium. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quātitate iudicandi viā, ex facilitate tolerantiæ. Nam si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum se ipso ægrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quòd si aliquod etiam ex iis, quæ natura constant, excernatur, dissolui, ac debilitari ægri vires, & quandam sentire afflictionem. Quare non promptam eorum, quæ euacuantur, quantitatis phantasiam oportet attendere, sed duas, quæ dictę sunt, significationes, si qualia oportet, euacuantur, & si facilè tolerant. Quod autem posteà ab ipso subiungitur: Atque vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, rectè quidem ab ipso dictum est, sed adiicere oportet vsus significationes, quas, quia ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia, & ratione videmur inuenisse affectiones, in quibus expedit vsque ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primùm vsque ad quam animi defectionem dictum ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neque enim tales dicit animi defectus, qui & expauescentibus aliquando ægris venæ sectionem, vel tale auxilium aliquod, solēt accidere: neque cùm in ore ventriculi humores mordaces aliquando fuerint, vel prius in ipso coaceruati, vel qui in ipso remedii vsu ad ipsum defluxerint, qui causam dederint animæ defectionis. Solent enim & hoc tempore pati animi defectionem: non tamen huiusmodi animi defectio est sufficiens mensura euacuationis, quæ nonnunquam anteà, quàm oportet, contingit: sicuti febricitantes plerique, vel inter surgendum, vel residendum, animo defecerunt, ob quam causam accumbentibus ipsis, secamus venam. Ea igitur, quæ fit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta est esse mensura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in maximè adurentibus febribus, & vehementissimis doloribus. Oportet autem (sicuti & ipse inquit) viribus integris, atque valentibus tantam moliri euacuationem, & nos sæpius huiuscemodi euacuationes prodesse plurimùm, experientia didicimus. Nam & in ardentissimis febribus, si vsque ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, plurimis etiam aluus citatur, & sudores emanant, ac quidam eorūex his sanitati sunt restituti, alii adiuti plurimū, vehemētiā ægritudinis abscideruīt. In maximis vero doloribus nullū maius noui remediū, quàm vsque ad animi defectionem euacuare, adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat vsque ad animi defectionem, quemadmodum in libro De venæ sectione monstrauimus.

24 In acutis pasionibus rarò, & in principiis medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

Paulò anteà dictum erat: concocta medicari, & mouere, non cruda neque in principiis, si non turgeant: plurima verò non turgent. Nunc autem, quod circa principia acutarum ægritudinum tantū contingit quādoque purgare vtiliter, nos docet Hippocrates. Nam in longis morbis semper oportet expectare coctionē, in acutis verò, quū turgent ab initio possumus vti medicamentis purgantibus, & hoc ipsum cum multa cautione & præmeditatione facere. Vnde mihi videtur Hippocrates rectè adiecisse. Et hoc cum præmeditatione faciendum. Siue enim per hoc verbum diligentē intelligat examinationem, siue ægrotum antè præparatum, siue recti iudicii expectationem, siue horum aliquid, siue omnia vnius vocabuli significatione comprēhendat, quantum huiuscemodi vereatur purgationes, manifestat. Neque enim minimum periculum est, in morbo acuto vti purgante medicamento, cùm omnia id genus medicamenta sint potentia calida, febris verò quatenus febris est, & sui ratione, non calefacientibus atque exiccantibus, sed potiùs contrariis, hoc est, humectantibus, & refrigerantibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgationem adhibemus (hanc enim scimus sui ratione nocituram) sed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quàm id, quod necessario consequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum: erit autem vtilitas maior si absque molestia omnis humor noxius, & infestans, euacuetur. Vt verò hoc fiat, primò oportet considerare, nunquid æger idoneè se habeat ad huiusmodi purgationem. Nam qui cruditate laborant, ex multis, aut viscosis, aut crassis cibis, quibus itidem extenta, atque inflata præcordia sunt, aut supra modum calidæ, ac fuluæ vrinæ existunt, & hoc ipso in loco aliqua est viscerum inflammatio: omnes ii haud quaquā sunt apti ad purgationes. Hæc itaque abesse oportet, humores autem, quā maximè fieri potest, esse fluxui paratos, hoc est tenues, & nullum lentorem participantes, & aperta esse foramina, per quæ debet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista anteà paramus cùm quempiā sumus purgaturi. Et hoc est, quod ab ipso Hippocrate dicitur in illo Aphorismo: Corpora vbi quis purgare velit, oportet fluida facere. Verùm in acutis morbis, circa principia statim, vel circa primū diem, vel non vltra secundum, si sumus vsuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas ista præparandi, nisi quis fortè arripiat occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel pulegii, siue quid huiusmodi vim habens humores extenuandi. Quare non sine ratione dixit, rarò circa principia morborum acutorum nobis venire in vsum purgationes, quoniam non sæpius turgeant humores in principiis: neque, si quid istorum adsit, ægro satis ad purgationem parato, neque dante morbo nobis temporis occasionē, quo possimus ex imperato paratum facere.

25 Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & facilè ferunt: si contrà, difficulter.

Non est dubium hunc Aphorismum in illo cōtineri, in quo dicebatur: In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis, si qualia oportet purgari, purgētur, confert, & facilè tolerant: si verò non, contrà. Verùm quia in hac libri parte de purgationibus à medico factis loquebatur, & omnes ferè necessarias distinctiones commemorauit, non piguit ipsum hūc quoq; adiungere Aphorismū, in quo nihil magis nouū edocetur, sed ad memoriā reuocātur ea, quę priùs in alia libri parte enūtiauerat de spōtinis euacuationibus, vt hoc etiā in loco totus sermo de purgationibus esset absolutus.

CLAVD.

CLAVDII GALENI IN Aphoriſmos Hippocratis, Liber Secundus,

Nicolao Leoniceno Inter prete.

1 IN quo morbo ſomnus laborem facit, mortale, ſi verò iuuat, non mortale. A

Quòd quidẽ labor apud ipſum nunc læſionem ſignificet, clarum eſt ex eo, quod opponitur. Inquit enim Si verò ſomnus iuuerit, non mortale. Cùm verò duplex ſit ea, quæ ex ſomno fit læſio, altera communis quando in principiis exacerbationum, quas acceſsiones vocant, ægroti dormiunt: altera propria, in quibuſdam morbis, quando in aliquo alio tempore, de hac ipſum dicere eſt exiſtimandum: illa enim neque mortem, neque aliquod aliud graue ſignificat, cùm naturã temporis conſequatur. In principiis ſiquidem acceſsionum, & calor naturalis totus, & humores in profundum corporis vergunt, (quemadmodum ipſe docuit) præcipuè in quibus horror, vel rigor, vel fortis partiũ B exteriorum refrigeratio contingit. Et propterea, ſi in principiis dormierint, ſymptomata illis protenduntur & vix febres ad vigorem perueniunt. Ac ſi qua inflammatio ſit circa viſcera, rationabile fit ipſam adaugeri: ſiq; humores aliqui ad ventrem confluant, non vt in aliis ſomnis concoquũtur, ſed longè plures fiunt incocti permanentes. Ob hanc itaque cauſam ægrotis vigilias tunc præcipimus, illam, quæ à vigiliis fit, ſpiritus, ſanguinis, & caloris naturalis, ad exteriora motionem, tanquam maximum auxilium opponentes retractioni, quæ fit in acceſsionum principiis, ſanguinis, ſpiritus, & caloris naturalis ad interiora. Quare non ſine ratione dixerit quiſpiam, huiuſcemodi læſiones hoc tempore accidere quidem ex natura acceſsionis, ſed vigilia prohiberi. Cùm verò hac quoque priuati fuerint ægrotantes, tunc damnum ſentiunt manifeſtius, non quia C altera læſio accedat ex ſomno, ſed quia deeſt illa, quæ ex vigilia habetur, vtilitas. Hic itaque ſermo nullã oſtendit fieri in acceſsionũ principiis ex ſomno leſionem, ſed hoc ipſum tantummodo, abſentiam vtilitatis, alter autem ſermo, qui concedit ex ſomnis fieri hoc tempore læſionem, aſſerit nunc Hippocratem docere de iis, qui in aliis temporibus dormiunt, in quibus manifeſta prorſus vtilitas ex ſomno prouenit, præſertim vbi morbo declinante fiat. Nam aliquando vigente morbo ſomnus manifeſtam affert vtilitatem, quandoque etiam in extremis partibus augmenti, quæ ad vigorem copulantur: manifeſtiſsima tamen omnium vtilitas eſt, quæ in declinationibus fit. Sanéque cùm ſomni nocẽt, minùs quidem exitiales ſunt, iam vigente, atque increſcente acceſsione, præcipuè verò ſunt in declinationibus pernicioſi. Nam quo tempore aliquid eſt vtiliſsimum, ſi præter id, quod nihil prodeſt, etiã nocet, mortem non ſine ratione ſignificat. Ex ſomno autem læſiones contrariæ ſunt vtilitatibus, idcirco quia febres vel ab eo non diſſoluuntur, vel etiam exacerbãtur, & quia dolores intenduntur, & fluxiones multiplicãtur, & creſcunt inflammationes. Quidam verò & inter dormiendum delira loquuntur, & vbi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perſeuerant. Quoſdã etiam grauis ſomnus dormientes occupat, punctíque vix excitantur. Hæc autem omnia contingunt, propter humorum prauitatem, quos vbi calor innatus fortior extiterit, per ſomnos concoquit: vbi verò debilior, illis ſuccumbit, ab eíſq; viſcera aggrauantur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipſe etenim Hippocrates vult, hominem vigilantem extrinſecus eſſe calidiorem, dormientem verò contrario modo ſe habere: id nos edocens (quod etiam quibuſdam aliis rerum naturalium ſtudioſis viſum eſt) ſomnum, atque vigilias fieri ſecunnum innati caloris motiones. Non abſque ratione igitur euenit, vt cùm in viſceribus iſte collectus, cauſas morbificas nequeat euincere, perniciem ſignificet. Si tamen euicerit, nondum certæ ſalutis eſt ſignum, niſi quiſpiam dicat, quantum ad talem affectum attinet, ægrotum non periclitaturum, ex alio tamen afaffectu interire poſſe. Nam ſi qua inflammatio ſolutudifficilis aliquam ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita ſe habeat, interire. Quare ſecuriùs pronuntiandum eſt, vbi quidem ex ſomno læſio aliqua aduenit, lethalẽ eſſe notam: vbi verò prodeſt, non lethalem. Quòd verò ex ſomnis aliquæ accidant læſiones, ipſe in libris, quos Epidemias inſcripſit, oſtendit his verbis: Inter hos multi erant graui oppreſsi ſomno, & delirantes: nonnulli verò ex ſomno tales fiebant.

2 Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Si ambos dixerimus Aphoriſmos, & hũc ſcilicet, & antecedentem, inuicem iungi, totus ſermo talis vtique fiet: In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale, ſi verò iuuat, non mortale. Vbi igitur ſomnus delirium ſedat, bonum, vt vnum aliquod veluti exemplum particulare ſubiungat ſermoni antecedẽti vniuerſaliter dicto, tãquam ſi ita dixiſſet: Vbi igitur dolorẽ ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur febrem ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur inflammationem ſedat ſomnus, bonum. Sed ſatius fuit ei tantùm pericloſiorem morbum nominare. Nam veritas ſermonum vniuerſalium, ex huiuſcemodi exemplis magis dilucet.

3 Somnus, atque vigilia, vtraque ſi modum exceſſerint, malum.

Nonul

Nonnulli ex medicinæ profefforibus exiftimarunt vigiliam modum excedentem, malum effe & fignum, & caufam:non tamen fomnum,hunc enim femper bonum effe & fignum,& caufam:& nunquàm fieri fomnũ modum excedentem,plurimos verò decipi,arbitrantes fomnolentas,& graues affectiones incipientes,fomnum effe longum. Verùm hi à nobis difcentes, quòd non priùs fomnus grauis nominatur, quàm difficilem habuerit expergefactionem, concedant fomnum longum rectè nominari, quando folum tempore modum naturæ conuenientem exceſſerit, & nondum habuerit difficilem expergefactionem. Fit autem huiufcemodi fomnus refrigerata primâ parte fenfitiua,hoc eft,cerebro ipfo,quæ refrigeratio cùm fortis fuerit,mifta quidem humiditati,facit lethargicas pafsiones:cũ ficcitate verò,eas,quæ Græco vocabulo κατοχὰς,id eft,ap præhenfiones nominantur. Sic & vigiliæ fiũt quidem propter calorem primæ partis fenfitiuæ. Verum vel ex fola intemperatura,vel ex humoris biliofi abundantia. Horum verò talium omnium demonftrationes in noftris funt fcriptæ tractatibus,nunc autem fufficiat fola eorum capita tetigiffe. Sicuti autem quidam fuere, qui fomnum femper fieri cum modo exiftimarunt, & nunquàm extra modum:fic nonnulli rurfus aiunt vigiliam nunquàm effe moderatam,fed hoc nomen folam immoderantiam fignificare,obliti eius,quæ in vfu vitæ feruatur confuetudinis,quoniam & mala nonnunquam moderata dicimus magnorum comparatione. Sic igitur oportet accipere vigiliam moderatam,ac fi fignificet paruam.

4 Non fatietas,non fames,neq; aliud quicquam,quod modum naturæ exceffe rit,bonum.

Rurfus hic Aphorifmus,ficut alter,qui antecedit, de vna materia,ita ipfe de omnibus enuntiat. Nam quũ fanitas moderantia quædam fit,neceffe eft,omnes immoderantias, quæ plurimùm à modo receſſerunt, iam ægritudines effe:quæ verò nondum id,quod pluri mum eft,obtinent,ægritudinum generationẽ oftẽdere.

5 Spontaneæ lafsitudines morbos prænuntiant.

Non eius, quæ fit ex motionibus. immoderantiæ nomen eft lafsitudo,fed eius,quæ ineft in corporibus animalium affectionis. Neque enim lafsitudinum meminit,quæ ex talibus accidunt motionibus, fed quæ fponte contingunt. Cùm igitur abfque motu huiufmodi euenerit affectio,non fimpliciter lafsitudo,fed lafsitudo fpontanea nominatur. Sed cùm tres fint lafsitudines,quemadmodum in falubribus declarauimus,prima quæ hulcerum,fecunda,quæ tentionis, tertia, quæ inflammationis fenfum habet, ex his compofita prima quidem ex vitiatis humoribus ortum habet, fecunda ex plenitudine,tertia ex vtrifq; fimul iunctis. Sic enim à nobis eft demonftratum in ea,quæ de falubribus infcribitur tractatione. Quare non temere dictum eft, fpontaneas lafsitudines,morbos nuntiare.

6 Quicunque dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non fentiunt, iis mens ægrotat.

Dolores folet nominare nonnunquam affectiones A ipfas,in quibus dolemus:in quem fenfum dicebat in libro Epidemiarum, quòd in Cranone antiqui dolores frigidi,noui autem calidi,haudquaquàm dolores calidos,frigidófve,fed affectiones,ex quibus fiant,ita nominans. Et hoc in loco igitur eodem modo dolores ipfas affectiones nominauit, quæcunque cum dolore fieri funt naturâ aptæ,quæmadmodum eryfipelas,inflammationem, & vulnus,& fractionem, atque rupturam, & cõuulfionem, & quodcunq; tale aliquid:quod fi adfit,& ab ægroto non fentiatur,mentem indicat ægrotare. Siue autem mentem,fiue animum dixeris,nihil in præfentia refert.

7 Quæ longo tempore extenuantur corpora,lentè reficere oportet: quæ verò B breui,breuiter.

Quæ enim pauco tẽpore extenuata funt corpora, ob humorum,& fpirituum euacuationem,nõ ex folidorum colliquatione id perpeffa funt:qui verò longo tempore extenuantur,iis carnes contabefcunt, graciles etiam redduntur aliæ partes,per quas concoctio in animalibus & diftributio,& fanguificatio,atque nutritio perficitur,quare tantum non poterunt conficere alimentum,quanto indiget corpus. Quam ob caufam talia corpora longiori tempore reficere oportet, atq; tenuiter,quod lentè nominauit. In quibus autem foli humores,& fpiritus funt euacuati,in iis celeriter, ac pleniùs licet reficere,cùm fiduciam nobis præftet folidarum partium robur. In fine autem Aphorifmi duplex fcriptura inuenitur,& idem vtraque fignificat,fiue C Breui,cafu ablatiuo, fiue Breuiter, aduerbialiter fcriptum fit.

8 Si quis à morbo cibum affumens nõ corroboratur, pluri alimento corpus vti fignificatur. quòd fi nõ affumente cibum hoc accidat, fcire oportet quòd indiget euacuatione.

Propter breuiloquium,& vfum quendam dictionis qui etiam eft apud nos in multis ciuitatibus Afiæ, hic Aphorifmus habuit obfcuritatem. Confuetum enim eft nobis dicere,non affumere cibũ,illos,qui fine appetitu comedunt:affumere autem, appetentes, ac paftos vfque ad fatietatem. Quicunque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non poffunt robur D fanitatis recuperare,grauantur potiùs,non ab eo nutriuntur. Qui verò neque quod fatis eft,poffunt affumere, vitiofos humores habent:quos nifi euacuarint,fieri non poteft vt robur fanitatis recuperent. Hippocrates verò non hìc tantùm,fed & in aliis fuis commentariis quando proportione inter fe feruata, humores omnes augentur,mifsione fanguinis auxiliatur. Vbi verò vnus aliquis ex ipfis fuperabundat, illi purgatorium exhibet medicamen. Vt igitur ifta cognofcens,& qui fepius in fuis commentariis eadem tradiderit, rectè duos fequentes Aphorifmos fubiungit, in quibus de eadem docet difpofitione,de qua etiam in hoc propofito docuit Aphorifmo, inquiens: Si verò non affumente ægro, hoc fiat ,fcire oportet quòd indiget eucuatione. Sanéque ordinem duorum fequentium Aphorifmorum puto deprauatum in multis exem

exemplaribus: illáque rectiùs se habent, in quibus prior ille Aphorismus sic scribitur: Non pura corpora quantò plus nutries, tātò magis lædes, vt totus sermo talis existat: Quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione: non pura enim corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes. Nos verò sequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus scriptum inuenimus, sic eorum fecimus expositionem.

9 Corpora quocunque quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

Multi quidem volunt corpora fluida fieri, vbi per medicamenta vomitoria euacuatio est facienda, cum iis, quæ ad vomendum iritant: vbi verò per deiicientia, cum iis, quæ continuè aluum subducunt. Atque ob hęc totam affectionem, vtrisque, his quidem ad alui subductionem, his verò ad vomitum habilem faciunt. Ego verò Hippocratem puto non minimum id, sed aliquid maius hoc in loco nos docere voluisse, quod nos longa experiētia didicimus ita se habere. Si quis enim extenuet, & incidat crassos, atque tenaces humores, qui in corpore sunt, & meatus aperiat, per quos isti transmittuntur, atque trahuntur à medicamentis, quæ vim purgatoriā habēt, tūc purgatio rectè in omnibus procedit. Qui verò istud quidem neglexerint, vomitus autem, atque alui subductionem procurauerint, iis difficiles obueniunt purgationes, non sine torminibus interdum, & vertigine quadam, anxietatéque quadam multa, & malo pulsu, ac dissolutione, & difficultate. Nobis autem extenuanti victu (de quo integrum scripsimus librum) vtentibus nihil horum contingere consueuit: & eorum, quæ in corpore præter naturam continentur, euacuationes sine vlla molestia, ac celerrimè fiūt, atq; idcirco Hippocratem dicimus suo adiecisse sermoni: quocūque quis voluerit purgare corpora, oportet fluida facere. ac si ita dixisset: Siue per vomitus, siue per alui subductionem purgare velis, postquàm fluidum totum corpus effeceris, ita demum optimè purgabis. Erit autem fluidum, vt diximus, omnibus meatibus reseratis, & humoribus incisis, atque extenuatis, si quis fuerit humor in corpore crassus, ac glutinosus.

10 Non pura corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes.

Corrumpitur enim simul alimentum, quod insuper in gestū est, vnà cum prauis humoribus, qui priùs sunt in corpore, ita vt per ipsorum quidem quantitas augeatur, qualitas verò seruetur. Hoc præcipuè fit, quando ventriculus quibusdam humoribus vitiosis plenus extiterit, ob quos & symptoma pauló anteà dictū ex morbo conualescentibus accidit, nō posse videlicet cibum assumere.

11 Facilius est impleri potu, quàm cibis.

Cùm sermo ipsi de iis, qui indigēt corporis refectio ne anteà sit habitus, propterea nunc scripsit materierū diuersitates, ex quibus nutriuntur. Scriptum autē est ab ipso & in libro De alimento sic: Qui cita indigent adiectione, iis humidum ad recuperandas vires remedium optimum est: vbi autem adhuc citiùs, per odoratum. Oportet autē non simpliciter intelligere in vtroque libro, vel in illo humidum, vel hîc potum, sed humida, & potus, quę suapte natura apta sunt nutrire corpus. Nam si ita nutriunt, sicuti solidiora, superant nutriendi celeritate, veluti vina crassiora. Nam aquosa (sic autem nominant alba, & tenuia) sicut aquæ similem formam habent, ita etiam vim, quare vrinam ciēt, & minimè nutriunt: quæ verò crassa sunt, & colore rubea, plus alimenti habent, quàm reliqua vina. Inest autē eis & citissimè implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quòd autem humidum alimentum, præcipuè cùm fuerit naturâ calidum, faciliùs nutriat, manifestum iis est, qui norunt quomodo & coctio, & distributio fiant.

12 Quæ relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.

Hic etiam Aphorismus antecedentibus iungitur. Nam cùm Hippocrates dixerit: Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimēto corpus vti significatur: quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione, & ob hanc causam cū deinceps de euacuationibus sermonem habuisset, nunc causam assignat, ob quam oporteat euacuare eos, qui post morbum non appetunt, ac si totus sermo ita ab ipso transigeretur. Quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione: nam quæ relinquuntur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuere. Per ea, quæ relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens, quas necessarium est tempore putrescentes, febrē accēdere: cùm omnis humor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionem: & derelictus necessariò ad putredinem conuertatur. Quando autem & locus calidus erit, in quo fuerit collectus, tunc & maximè & celerrimè putridus fit.

13 Quibuscunque crisis, id est, iudicatio fit, iis nox grauis ante accessionē: quæ verò subsequitur, magna ex parte leuior existit.

Iudicatio est subita in morbo, vel ad sanitatem, vel ad mortem mutatio. Fit autem natura separante à bonis mala, & ad excernendum præparante. Non temere igitur in tali turbatione grauiter se habent, & grauitas hæc noctu fit manifestior: nam hoc tempore dormire consueuimus. Somno igitur à turbatione interrupto, clariùs grauitas illa percipitur: licet similis fiat interdiu turbatio, quando nocte sequente est iudicatio futura. Quod autem in fine Aphorismi scribitur: Quæ verò subsequitur magna ex parte leuior existit: in multis exemplaribus non habetur. Vult autem docere nos, quòd magna ex parte nox subsequens iudicationem facilior præcedente existat, quoniam plures iudicationes bene terminantur. Nouimus enim plures esse ex ægrotis sanatos, quā mortuos, nisi pestilens constitutio sit.

14 In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant: nisi ad mala mutatio fiat.

Mutationes excrementorū, quæ multas humorum formas educunt, exquisitiùs corpus expurgāt, nisi adsint signa colliquationis, aut putredinis, de quibus in Prognosticis ipse transegit, vbi & pinguium, & grauè, ac malè olentium meminit excrementorum.

15 Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere

ſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus vnà ægrotat. Si verò ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.

Duos inuicem ſermones ex aduerſo ponẽs, in vtroque id, quod manifeſtè conſequitur, prętermiſit. Quare ſi vtrique id, quod deeſt, adiungatur, erit vniuerſa oratio huiuſcemodi: Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcũtur in corpore, inſpicere excretiones oportet. Si enim bilioſæ fuerint, corpus vna ægrotat, neque tutum eſt ipſum nutrire. Si verò ſimiles ſanis, corpus vnà non ægrotat, & tutum eſt ipſum nutrire. Ex quibus verò mihi videtur Hippocrates ipſe ſibiipſi perſuadens, in hunc modum ſcripſiſſe, iam dicam: Animalium natura nonnunquàm ex principalibus membris humores malos euacuans, alios per vrinas, vel vomitus, vel aluum inferiorẽ excernit, alios ad cutim extrudit, quos cùm euacuare propter craſsitiem non poſsit, ibi eos deponit, atque hoc modo tubercula naſcuntur in corpore: ſæpe & fauces fluentem ex capite humorem ſuſcipientes infeſtantur. Tunc igitur conſiderandum eſt, ac diſtinguẽdũ, nũquid natura totã in patientibus partibus ſuperfluitatẽ depoſuerit, an adhuc corpus totius animalis vitioſis humoribus abũdet, quod excremẽta indicabunt. Nam ſi omnino natura mota eſt ad expurgandum corpus, bilioſa apparebunt, quoniam & tubercula ſanguine calefacto à bilioſo humore fieri, naturam habent, patétque priùs eſſe purganda, quàm nutrienda huiuſcemodi corpora. Non pura enim corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes. Sinautẽ excretiones ſunt ſimiles ſanis, totum corpus ſanum eſſe indicatur, & ſine vllo periculo nutriri poteſt.

16 Vbi fames, laborandum non eſt.

Fameſcere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremam eſuritionem perueniũt. Sic Hippocrates ipſe ſecũdo libro Epidemiarũ dixit: In oppido Aeno, his, qui ob famem leguminibus veſcebantur, crura debilitata ſunt. Sed & omnem eximiam ciborum abſtinentiam, etiam ſi citra penuriã ex electione, vel iuſſu fiat, famem conſueuit appellare. Quum igitur dicit: Carnes humidas habẽtibus, famem adhibere conuenit. Fames enim exiccat corpora. Et cùm in prognoſticis inquit: Interrogare oportet, nũquid vigilauerit homo, vel aluus fortiter exinanita fuerit, vel fames ipſum obſederit: pro abſtinentia ciborum famem accipit. hoc etiam in loco ſic dixit: Vbi fames, non oportet laborare. ac ſi ita dixiſſet: Qui cibo reficiendi non ſunt, iis eo die labor aliquis iniungendus non eſt. Hic autem per laborem oportet intelligere vehementem motum, quem exercitium nominant. In hanc itaque ſententiam ipſe dicebat: Labores cibum antecedant. Eſt autem ipſi ſermo communis ad ægros, & ſanos. Sanis enim non ſunt prẹcipienda exercitia ſimul cum inedia: nec ægris aliquis vehementior motus adhibendus vnà cum cibi abſtinentia: non ſanguinis miſsio, non alui purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa, non denique vehemens vlla corporis commotio, aut alteratio. In talibus ſiquidem motibus omnibus, vbi cibus defuturus ſit, vires diſſoluuntur, ſiue ægrotent: ſiue ſani ſint homines. Vbique verò Hippocrates magnoperè ſtudet ſeruare fortem eam, quæ regit animalia, potentiam. Siue igitur numero ſingulari Potentiam, dixerimus, ſiue plurali Potentias, nihil refert, hócque in libro De ali-
A mento Hippocrates ipſe dixit, potẽtia vna, & nõ vna: genere quidem oſtendens vnã eſſe potentiam, ſpecies autem plures habere.

17 Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit: oſtendit autem ſanatio.

Quod in altero Aphoriſmo vniuerſaliter dixit, hoc nunc in vna ſpecie docet. Vniuerſalis enim eſt hic ſermo: Non ſatietas, non fames, neque aliud aliquid bonum, quod modum naturæ excedat: verùm propoſitus Aphoriſmus, de vna re, ſcilicet ſatietate pronuntiat. Plus enim cibi, quàm modo naturæ conueniat, repletio nominatur. Semper igitur id, quod plus eſt, ad
B aliquid dicitur. Verùm in noſtris corporibus duobus modis, vno quantum ad vaſorum capacitatem, altero quãtum ad illam, quæ nos gubernat, naturam. De quo nunc Hippocrates docens, cibum excedentem dixit eſſe præter naturam, ne eos, qui ita cibo ſunt repleti, vt venter extendatur, omnino ex hoc arbitremur ſenſuros læſionem: neque eos, quibus aliquid deeſt ad cõceptaculi menſuram pauca aſſumpſiſſe, & omnino illa bene concocturos. Nam & priores contingit, quæ pleno ventriculo continentur, concoquere, ſi eorum natura fortis extiterit: & ſecundos non poſſe concoquere propter imbecillitatem, tunc præſertim cùm priores aſſumpſerint cibos concoctu faciles, ſecundi verò cõcoctu difficiles. Sic & in diſtributione alimenti, potentia ſanguifica illi proportionalis, quæ in ventre cibum concoquit, aliquando ex imbecillitate non alterabit humorem ad venas diſtributum, etiam ſi mediocris vi-
C deatur. Aliquando mediocri multò copioſiorẽ promptè in ſanguinem tranſmutabit, partim ex ſui robore, partim ex humoris natura ad coctionem idonea. Eodem modo & tertiũ alimentum (quod maximè proprium alimentũ nominamus, id dico, quod partibus animalis adiicitur) pro naturæ potentia, vel excedere dicetur, vel nõ, & vel bene cõcoquetur, & nutriet, vel non, & iuxta hoc vel ab ipſa obtinebitur, vel non obtentum corrumpetur, & morbum generabit. Vna igitur expoſitio hæc eſt, illud, quod plus eſt, quantum ad potentiam, à qua animalia reguntur nobis intelligentibus: altera quantum ad qualitatem præter naturam, vera & ipſa. Nutritur ſiquidem pars vnaquæque ex proprio alimento, quod rectè diceremus eſſe illi ſecundum naturam. Cùm igitur aliquando ad ipſam perue-
D nerit aliquis humor, qui alteri quidem parti ſit ſecundum naturam, ipſi verò alienus, & præter naturam: malum quidem hoc exiſtit, non tamen ex neceſsitate ſequetur morbus, vbi exigua portio fuerit. Nam cùm neque illa medicamenta. quæ naturam habent exitialem, ſicuti mandragora, papauer, atque cicuta, poſsint ſine quantitate nocere: multò minùs huiuſcemodi humor, qui præter id, quòd non eſt exitialis, etiam alias partes enutrire poteſt, alioqui ipſum neque alimentum vocaſſet, niſi tali eſſet natura præditus. Sicuti igitur ſi parum aliquid aeris per gulam ad ventriculum deferretur, aut potæ humiditatis pauxillum ad pulmonem per aſperam arteriam dilaberetur, neque ventriculus quo ad hoc ægrotaret, neque pulmo: eodẽ modo ſe res habet, etiã in aliarũ partiũ alimẽto. Iãverò & tertia quę dãexpoſitio eſt à quibuſdam inuecta, qui nos accipere iubent

re iubent,Præter naturam,pro valde, & exuperanter, ac ſi ita diceretur, Vbi cibus exuperanter intrauerit, morbum facit.Nam cibum paululùm mediocritatem excedẽtem,nondum poſſe facere morbum,ſed adhuc ſeruare corpus intra latitudinem ſanitatis,vera quidẽ & hæc eſt ſententia. Oportet ſiquidem cibum,qui morbum facturus ſit,non paruo aliquo excedere exquiſitã mediocritatem. Verùm non eſt mos ob hoc ſermonem diſtinguere.Solent enim ipſum tantummodo genus enuntiare, vel exuſtionem, vel frigefactionẽ,vel laſsitudinem,vel cruditatẽ,vel corruptionem humorum, & quæcunque alia huiuſmodi morbum facere dicentes, eò quòd nos in ſingulis horum effatu dignam quantitatem ſubintelligamus. Eodem igitur modo & cibum excedentem dicunt facere morbum, non adiicientes multò,cùm nos nõ lateat,quòd ſi quintadecima vnius drachmæ parte mediocritatem exceſſerit,nondum poteſt morbum efficere:verùm ſi hic exceſſus multiplicetur,faciet & ipſe aliquando morbum:ex genere enim cauſarum eſt vna,quæ morbos faciendi vim habent. Secundum hæc igitur tertia expoſitio,etſi quàm maximè vera ſit,mihi tamen videtur eſſe curioſior,quàm deceat veterum conſuetudinem,præter id quòd violẽtiùs exponit vocis illius,prçter naturã, ſignificatum. Verba autem,quæ in fine Aphoriſmi ſcribuntur, vbi ait: Oſtendit autem ſanatio:meliùs ſcriberentur cum coniunctione Et,hoc modo:Oſtendit autẽ & ſanatio. Neque enim ſola ſanatio oſtendit cibum,vbi plus moderato ingeritur,facere morbum,ſed & rei natura indicat,conteſtante etiam ſanatione. In omnibus ſiquidem artibus,iis,quæ rectè ſunt excogitata,accedit etiam ex euentu teſtimonium. Quódnam igitur illud eſt in præſenti ſermone?ea,quæ ſequitur ad noxiorum humorũ euacuationes ſanatio,quam etiam Herophilus in tritẽporea ſignificatione vocata cõprehendit. Si quis enim plus cõſueto aſſumpſerit cibi,æquali autem prioribus, aut etiam minori vtatur exercitio,móxque aggrauato corpore cum rubore,atq; tumore venarum incipiat febricitare,non abſque ratione quiſpiam illum ex multitudine febricitare exiſtimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuatur,ſtatim exiſtimatio de multitudine cõfirmabitur,& creſcet audacia in eiſdem ſimili modo euacuãdi,non expectantibus Empiricorum obſeruationem, quam ipſi aiunt eorum eſſe,quæ ſæpius in eiſdem eodẽ modo contigerunt. Fortè igitur in Aphoriſmo adiecta erat coniunctio Et, deinde aliquis tanquã ſuperfluam ipſam abſtulit. Fortè aũt & ipſe Hippocrates ab initio ſimpliciter ſcripſit abſque coniunctione, Oſtendit autẽ ſanatio.ac ſi ita dixiſſet: Iis enim,quæ priùs dicta ſunt, ita ſe habentibus,vt dictum eſt,hoc eſt, plurimo cibo præter naturam compræhenſo in corpore,vbi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur,argumento erit morbum aduenisse ex multitudine cibi. Quòd autem euacuationẽ ſimpliciter Hippocrates dicere conſueuerit, quando humores omnes æqualiter euacuantur,purgationem autem,quando praua affecti qualitate,meminiſſe oportet,& quòd præſens ſanatio,non à purgatione facta,ſed euacuatione,atteſtatur illi,quę fuit de multitudine,exiſtimationi. Euacuatio autem omniũ humorum æqualiter(quæ quidem exquiſitiſsima eſt)fit per venæ ſectionem. Proxima autem huic eſt,quæ per malleorum ſcarificationem,vt nos facere conſueuimus, & quę per exercitia, vel frictiones, vel balnea, & prętereà ex accidenti per inediam. Dixi autem ex accidẽti, quoniam non per ſe ipſam inedia euacuat, vt ſingula anteà dicta, verùm naturali modo per tranſpirationem euacuatio quidem fit,nullo verò accedente alimento,in loco A eius,quod fuit euacuatum, tunc ſenſu manifeſtè deprehenditur,cùm tantum anteà lateret. Hæc igitur ſufficiant ad Aphoriſmi expoſitionem. Qui verò vult ſermonem de multitudine diligentiùs perlegere, vnum habet volumen integrum à nobis conſcriptum,cui titulus eſt, De multitudine. Nunc verò hoc tãtum ſufficiet adiungere iis,quę priùs à nobis ſunt enarrara,quod incipere quidem poteſt ea,quæ ad vires refertur,multitudo,abſque corruptione:verum non poteſt optima permanere. Nam omnino neceſſe eſt,vt ſecundũ qualitatem tranſmutetur,& proceſſu temporis corrumpatur. Verùm & ſi iſtud fiat,interim multitudinem ipſam nominabimus,donec ex ſuperflui euacuatione reſiduũ optimum fieri poſsit. Quod enim in vinis accidit aceſcentibus,tale quiddam & in ſanguinis alteratione cõtingit. Quod autem in vinis accidit,tale eſt: Vbi ex B toto acida facta ſunt,non redeunt rurſum ad vini naturã. Paruo autem in ipſis facto momento,ita vt acidũ quidem habeant ſaporem,nondum tamen acetum ſint,multa ſæpius ex his priſtinam naturam recuperarunt. Hoc idem in ſanguine euenit:nã & ipſe,vbi magna in eo ſit facta corruptio,non redit ampliùs ad habitum naturalem:ſi verò paulatim fiat, vbi id,quod ſuperfluum eſt, fuerit euacuatum,quod reſiduum exiſtit,ad ſuam naturam reſtituitur. Et quidem conſuetum eſt,huiuſcemodi diſpoſitionem, non corruptionem,ſed multitudinẽ nominare:illa(vt dixi)ſola vocata corruptione,quæ tã effatu dignam habet eam,quæ ad naturæ contrarium, euerſionem,vt nõ poſsit iterum ex naturæ coctione ad primam humoris redire bonitatem.

18 Eorum,quæ acceruatim,& velociC ter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones.

Velociter quidem nutrire,accipiendum eſt ab ipſo dici ea,quæ paruo poſt aſſumptionem tempore ſtatim nutriunt,ſuæ naturę ratione:quam in iis exploramus,qui integra ſanitate fruuntur. Aceruatim autem,quæ poſtquam alere cœperunt,exiguo tempore totum ex ſe prę ſtant corpori alimentum. Talia igitur quantum ad hoc ſolum attinet,quòd aceruatim nutriunt,etiam veloces habebunt excretiones. Si verò aliqua adſit acritudo excitans ad excretionem,aut lentor,ob quem magis retineantur:hæc quidem velociùs ad excretionem prorumpent,hæc verò tardiùs. Celerrimè igitur omnium, & aceruatim,maximè vinum alit,tardiùs autem,& paulatim,caro bubula,& cochleæ,& verticilli marini,ſquil- D læ,cammari,atque locuſtæ. Et (vt ſummatim compræhendam)quæcunque dura carne cõſtant,eadem cũ his naturam habent & caſei duri, carnes ſalitæ,lentes, ac bulbi,necnon oua vſquequo indureſcant elixata. Hæc enim omnia multo poſt aſſumptionem tempore,atq; paulatim nutriunt. Indicium autem tibi ſit velocis nutritionis ex aſſumpto cibo, in pulſibus quidẽ fortitudo,ac magnitudo,in motibus autem voluntariis robur nutritis adiectum. Ipſum verò præcipuè oportet explorare in illis,qui ſunt diſſoluti vel propter euacuationem aliquam ſenſu perceptibilẽ, vel propter laborem ſuperfluum, vel propter inediam. In hiſce igitur, quæ anteà diximus,omnibus,tardæ fiunt per ventrem excretiones,hoc eſt,longo poſt aſſumptionem tempore,in contrariis verò veloces. Maximè autem omniũ cõtrarium eſt vinum,celerrimè(vt diximus) nutriens: poſt ipſum verò per ordinẽ alia,de quibus ſermonem

faciam

faciam, sed primùm de vinis ipsis percurram. Etenim aquosa ex eis, exiguum præbent corpori alimentum. Sunt autem hæc colore quidem alba, tenuia verò substantia. Crassa autem, & fulua multò quidem magis corpus alunt: sed tantum vincuntur à nigris in nutriendo plurimùm, quantum superant in præstando aceruatum, & velox alimentum. Quęcunque verò alba quidem sunt, sed crassa, minùs quidem his alunt, plus autem tenuibus, & albis nutriunt, sed neque velociter, neque aceruatim alunt. Quantum verò in hisce differũt, tantum & in excretione. Aquosa enim celerrimè per vrinam excernuntur, quia celerrimè anticipant ferè totam sui assumptionem. Ex aliis verò omnibus quantum aliquid ventrem subierit manifestè, proportionalem nutritionis tempori habet excretionem. Hoc idem in aliis omnibus accidit. Nam succus ptisanæ non multò post assumptionem tempore videtur nutrire, non tamen multũ præbet corpori alimentum, idque breui tempore aceruatum. Alica verò neque paucum, neque aceruatum, sed in multo tẽpore multum prębet alimentum. Oportet autem ea, quę inuicem comparantur, esse secundum substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisitè liquidum, hoc verò extremè siccum. In ptisana igitur, & alica, & huiusce-modi omnibus, quæcunque parantur ex miliis, & fabis, vel aliis fructibus, eodem modo se habeant, quæ comparantur, secundum substantiæ qualitatem. In carnibus autem propria quidem est vniuscuiusque consistentia. Sed comparare ipsas oportet secundum modum quo parãtur, vel vtrisque assis, vel eodem modo elixis. Auferre autem oportet, dum parantur mordaces humores, quemadmodum in brassica, ac in leguminibus, si certam velis habere experientiam eius, quæ in ipsis alit, substãtiæ. Auferuntur autem humores dicti, si, dum elixantur, ab vna aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione, diligentem omniũ feceris inquisitionem, inuenies omnia, quæ quidem in pauco tempore nutriunt, (hoc enim est, aceruatim,) & paruo post assumptionem tempore, (hoc enim est, velociter,) etiã velocem habere excretionem, quando hominibus eodem modo affectis exhibentur: (nam & hoc in talibus omnibus oportet præfinire:) quæ verò contrariam naturam habent, tardè excerni. Causam horum inuenies ex iis, quæ ostẽsa sunt in commentariis de Potentiis naturalibus. In his siquidem ostendebatur ventriculus prior proprium sibi ipsi ex cibis alimẽtum attrahere, & suis apponere tunicis: mox vbi hic fuerit saturatus, tunc ipsos emittere ad excretionem. In hoc autem tempore & hepar ostendebatur ex cibis attrahere, vbi indigeret alimento. Nam si nõ egeat, illo, quod priùs aderat, perfrui: eadem quoque ratione trahere rursus ex hepate totum corpus, quo tempore & ipsum indiget alimento. Vnde in quibus totum corpus est vacuum, quispiam maximè possit experiri, qui cibi sint aceruatim, & velociter nutrientes, quibus & illud inest, celeriter tẽdere ad excretionem, quãtum ad id attinet. Verùm nonnulli dixere eam, quæ fit ex toto corpore, euacuationem, ab ipso excretionem nominari, vt idem sit, quod nunc docetur, ei, quod dixit in libro De alimento, vbi inquit: Cibus, qui difficulter alteratur, difficulter absumitur: qui facilè apponitur, facilè absumitur. Quod dictũ verisimũ quidẽ est, non tamẽ propriè videtur accipi sub appellatione excretionis. Nã magis propriè dicitur de ea, quę solũ fit per ventrẽ: possumus quidem & ipsam intelligere de ea, quæ fit ex toto corpore. Differt enim, excretionem, an subductionem dicas. Subductio igitur solùm de iis dicitur, quę per aluum deiiciuntur, contingit autem excretionis

Galen.

A vocabulum vtrisque esse commune. Carnes itaque fuillæ, & quæcunque lentos, ac crassos humores habent, lõgo tempore faciunt ex toto corpore transpirationem. Olera verò, & pisces saxatiles, & simpliciter quæcunque tenuem habent humorem distribuendum, celeritate quidem distributionis, atque appositionis exuperant, stabilem verò naturam non habent, sed facilè difflantur.

19 Acutorum morborum non omnino sunt certæ prænuntiationes, aut salutis, aut mortis.

Acuti morbi, præter id, quod celeriter iudicantur, statim etiam magnitudinem habent. Nam febres diariæ, quas Græci ἐφημέρας vocant, licet citò finiantur, non tamen acuti morbi nominantur. Duplex autem est acu-
B torum morborum natura. Vel enim ab humoribus calidis solis, qui nullum obsedere locum, sed æqualiter in omnibus animalis partibus sunt, vel loco aliquo patiente fiunt, vt in morbo laterali, pulmonis inflammatione, angina, febréq; vt plurimùm, acutis morbis adiunguntur. Rari enim sunt ex ipsis, quibus febres non adsint, vt morbus attonitus, quem Græci ἀποπληξίαν vocant. Morbi verò longi, ob crassos, lentos, ac frigidos fiunt humores, qui non facilè concoqui possunt, & in patientibus partibus impacti sunt, atque agglutinati, ita vt eorum affectiones magis præduris tumoribus, quàm inflammationibus, assimilentur. Pauci verò ex ipsis fiunt per consensum, & quibusdam absque loco patiente, in quibus venæ omnes æqualiter habent humores putrescentes, vel atram bilem, vel pituitæ naturam præ se ferentes. In his igitur omnibus videtur Hippocrates fi-
C dere præcognitionibus, in acutis verò non omnibus. Sed aliquando falli præcognitionem confitetur. Tale est enim, quod dicit, non omnino, negatio cùm sit. Non omnino enim idem, quod non prorsus, significat, éstque non omnino, périnde, atque non in omnibus: id, quod dicere solemus, quum pauca de omnibus eximimus. Velut quum dicimus, Non omnes homines mali sunt. Qui enim hoc dicit, ostendit paucissimos esse bonos. Hoc igitur & nunc Hippocrates ostendit, inquiens non omnino certas esse in morbis acutis prænuntiationes, nimirum aliquando, quanuis rarò, medicum aberrare. Istud autem fit propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbificorum, & quia nonnunquam humor noxius ex vno loco transfertur ad alterum.

20 Quibus iuuenibus adhuc aluus hu-
D mecta est, iis senescentibus exiccatur. Quibus verò iuuenibus adhuc aluus sicca est, iis senescentibus humectatur.

Quòd quidem hoc ex magna parte fiat, & non semper, ostendit ipse inter sequentes hunc scribens Aphorismum: Quorum aluus humida est, si iuuenes fuerint, meliùs degunt, quàm ii, quibus est sicca: in senectute verò deteriùs: nam magna ex parte senescentibus exiccatur. Oportet autem humidas, & siccas aluos intelligere nõ simpliciter, sed eadem victus seruata ratione. Si quis enim in iuuentute Alexandrinorum victu vteretur, salsis vtens cibis, & porris, zythúmque superbibens, in senectute verò nihil horum assumeret, sed lentem esitaret, & vinum austerum insuper biberet, quomodo di-

cerę queamus huius hominis deiectiones ætatis ratione permutari? Sic & fi quis in iuuentute lentibus,& mefpilis vefceretur, vinúmque aufterum potaret, in fenectute autem victu vteretur Alexandrinorum, atque ita cum victu excretiones mutaret, non rectum iudicium faciemus. Sed quum omnia alia, non folùm quæ ad cibos attinent, paria agentur,& deiectiones commutabũtur, tunc rectum fiet iudicium de iis, quæ ab Hippocrate in hoc Aphorifmo dicuntur. Variantur autem deiectiones ætatum ratione fecundum eas, quæ in corpore mutantur, difpofitiones, ex quibus aluus ficcior, humidiórve fit. Quænam verò fint hæ difpofitiones, vnum eft ex iis, quæ quæruntur, atque adeò longum mihi futurum fuper hoc fermonẽ exiftimo, fi proprias ftudeto adhibere demonftrationes, ita vt vnus integer liber fuerit neceffarius. Sed hoc aliàs fortè à nobis fiet: nunc breuibus capita expediam, iis vtens, quæ in commentariis de Potẽtiis naturalibus, & De caufis fymptomatum demonftraui. Plus quàm conueniat, fit aluus humidior, quando cibus in chylum conuerfus, hepati parciùs diftribuitur. Siccior rurfus, cùm omnis humor in ipfa cõtentus, ad hepar fertur. Caufa verò, ob quam parciùs diftribuitur, eft, quia plus cibi aliquãdo affumimus, quàm hepar indigeat. Interdum quoque citiùs deiicitur, quàm hepar attrahat. Nam cùm cibus modum excedit, eius fuperfluum derelinquitur, vbi hepar tantum ad fe attraxerit, quanto indiguerit. Cùm verò properat ad exeundũ, non præuenit hepar tantum attrahendo, quantum ipfi eft neceffarium. Citiùs autem feftinat ad exitũ id, quod excernitur, nonnunquam ob multitudinem bilis ad aluum fluentis, quæ irritat ad excretionem, nonnunquam verò ipfa alui potentia retentiua facta debiliori, expulfiua verò eius, atque inteftinorum forti exiftente. Plura igitur appetimus, cùm os ventriculi (in hoc enim vis appetendi precipuè confiftit) frigidiorem habuerit temperaturam. Sic verò & hepar minùs attrahit propter frigiditatem. Vim autem retentiuam habet ventriculus imbecilliorem, propter humiditatem, ficuti expulfiuam fortiorem, propter ficcitatem. Senum igitur corpus, cùm frigidum efficiatur, in tantum frigidam fieri contingit in ore ventriculi humiditatem, vt appetitus deficiat, atque ita excrementa exiccentur inopia eorum, quæ affumuntur, vt diftribuantur. Sic & quicunque ob multitudinem, vel naturam humoris biliofi aluum humectam habent, ad contrarium tranfmutantur, cùm hic humor in fenectute deficiat. Quibus verò ob virtutis retentiuæ debilitatem aluus humectatur, non omnibus tranfmutatio aduenit, fed pro quantitate caloris adiuncti. Si enim ftatim ab initio frigidiorem habuerit aluus temperaturam, mox ad immodicam veniens in fenectute intemperiem, fecundum frigiditatem virtutem retẽtiuam æquè habebit imbecillem, quoniam omnis immodica intemperies operationem exoluit. Quòd fi non exquifitè calida fuerit in longo ætatis proceffu, fortem habebit operationem retentiuam, vt quæ neutram habeat exquifitè intemperiem, neque eam, quæ eft fecundum ficcitatem, (fi quidem erat omnino humidior natura, alioqui non habuiffet debilem virtutem retentiuam) neque fecundum caliditatem, hoc enim fupponebatur. Liquet igitur quòd ferè omnibus, qui aluos habent naturâ humidiores, fit ad contraria fenefcentibus tranfmutatio: qui verò ficciores, iis fiẽt in fenectute humidiores, propter contrarias temperaturas: vel enim quia minus affumitur cibi, quàm potentiæ hepatis congruat, vel propter reficcationem, vel quia parum bilis confluit ad aluum, vel propter potentiæ retentiuæ robur excrementa exiccantur. Ex his autem, quòd parum
A appetant, & citiùs impleantur, fit propter partium appetentium caliditatẽ. Quòd verò cibus affumptus exiccetur, contingit vel mediocriter fe habente hepate fecundum temperaturam, vel paulò plus mediocri calidiore. Quòd verò pauca bilis confluat ad aluum, hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob vifceris frigiditatem. Fortis autem iuuenibus ineft retentiua potentia, quoniam ad ficciorem vergunt temperaturam. Non abfque ratione igitur in omnibus, quos diximus, fenibus, fit ad contraria tranfmutatio. Nam qui non appetunt ob caliditatem, in progreffu ætatis plus etiam appetent, quàm pofsit hepar euincere. Quibus autem ob innatam ficcitatem virtus retentiua fortior extiterat, iis fenefcentibus fiet imbecillior ob ficcitatis exceffum, & ea ratione excrementa hume-
B ctabuntur, quoniam ciborum exitus feftinat. Quibus verò propter bilis defectum tardante excretione, ob exitus moram plurimum humiditatis abfumitur, fieri poteft vt eadem difpofitio perfeueret. Contingit etiam vt propter immodicam hepatis frigiditatem, ad fatis magnam perueniente alimenti diftributione imbecillitatem, fiant excrementa humidiora. Hæc in præfenti dicta fufficiant de caufa earum, quæ fiunt in ætatibus, permutationum: de iis autem, quæ propter humiditatem, ac ficcitatem aluum continent, propter breuitatem futura obfcura iis, qui in nuper dictis commentationibus non funt exercitati, poflhac aliquando vno integro volumine clariorem doctrinam faciemus: nam quod ad vfum artis attinet, hoc folum fcire fufficit, quod fuit ab Hippocrate dictum, etiam fi caufa non adiiciatur.

21 Famem θώρηξις, id eft, vini potio,
C foluit.

Vini potionem, θώρηξιν nominare confueuit. In libro fiquidem De natura hominis, & De victus ratione, in hunc modum fcripfit: Liquet enim quòd victus fingulorum nõn funt caufa, vt omnes fùbinde morbo corripiantur, iuniores,& feniores, viri, ac mulieres, fimiliter autem θωρυσσόμενοι, & aquæ potatores. Cùm ergo aquæ potatores thoreffomenis opponat, oftendit fe per θωρυσσομένους vinum potantes intelligere. Quare & hîc thorexis, vini potus ab ipfo dicitur, quem dicit famem foluere: non (per Iouem) quemcunque defectum famem nominans, (ficuti nonnulli arbitrantur) certè non illam, quæ cum appetitu naturali fit, fed eam, quam habent qui hac pafsione laborant, vehementi, & indefinenti ciborum appetentia, quam medici quidam appe-
D tentiam caninam nominant. Talem enim famem vini potio fanat, non eam, quæ vel ex longa inedia, vel alui profluuio, aut fluxu fanguinis, aut aliqua alia facta eft euacuatione. Nam qui ex tali aliqua indigent caufa, non modò non aliquam ex vini potu capiunt vtilitatem, fed etiam plurimùm offenduntur, quoniam & conuulfionibus,& deliriis ftatim corripiuntur, fi antequam cibos affumant, vinum potauerint. Qui verò famem, quam diximus, patiuntur, iis vini potus, non cibi multitudo, remedium eft. Equidem multos ipfe fanaui, qui indefinẽter famefcebant, vinum ipfis abundanter exhibens, ex eorum genere, quę fufficienter calefaciunt. Neque enim acerba vina talem famem fanant, (fiquidem neque calefaciunt) fed quæ colorem fuluum habent, vel rubrum abfque abftringẽte fapore, maximo funt illis remedio, qui canino laborant appetitu. Oportet fiquidem cùm ad prandium accedunt, primùm illis afferre pinguia

edulia,

edulia,atque (vt ita dixerim) oleagina,& alia, quæcunque ex plurimo parantur oleo:maximè verò nihil austerum,aut acerbum offeratur:posteà vnum aliquod ex vinis,quæ diximus, etiam si nondum sitierint, potandum dari præcipiemus. Statim enim fames tali victu mitigatur,atque ita longo tempore faciendo,cessat omnino:& hoc mihi magis videtur in præsenti Aphorismo Hippocrates docere. Cùm enim canini appetitus fieri consueuerint, vel propter solam intemperaturam frigidiorem, vel propter humores acidos, quos exorbuit os ventriculi, & hæc ambo sanare possit vinum, quod diximus, non sine ratione vini potio cessare facit caninos appetitus. Qui verò putant vehementem esuritionem, quàm Græci βούλιμον vocant, fuisse nunc famem ab Hippocrate nominatam, non satis rectè mihi videntur eius sermonem accipere. Primùm, quia ipsum pro generali,atque vniuersali faciunt specialem, ac particularem:deinde quia mentiuntur:nam passio βούλιμος nominata,est casus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam ampliùs adiunctam.

22 Quicunq; morbi ex repletione fiũt, curat euacuatio:& quicunque ex euacuatione,repletio,& aliorum,contrarietas.

Non eum, qui iam factus est à repletione, neque si quis manet, illa non ampliùs existente, eum curat euacuatio.Sed hi, quos eodem tempore fientes, curare aggredimur, euacuatione indigent. Quòd quidem igitur multitudo morbum efficiat, anteà dictum est:quòd autem euacuatio sit eius curatio,non opus est dicere, sicuti neque de omnibus aliis causis, quæ morbos committunt, quòd per contraria curentur. Neque enim aliud quicquam quimus excogitare, præter contrarium causis morbos efficientibus, sic & in morbis ipsis iam factis posteà considerabimus: quemadmodum & in casibus, quę ad eos ex necessitate consequuntur:sed nunc de iis, qui adhuc fiunt,sermo habetur. Liquet igitur quòd vnà cum efficientibus causis necesse sit ipsos simul auferri. Causarum verò facientium abolitio fit à contrariis. Si enim ex perfrigeratione morbus fiat,curatio est per calefactionem:si verò ex calefactione, per perfrigerationem. Sic & si propter repletionem morbus constituatur,tũc oportet multitudinem euacuare:sicuti & si propter euacuationem,reficere protinus conuenit. Etiam si nonnullis videatur nunquàm fieri ab euacuatione morbum. Existimant autem(vt apparet) huiuscemodi homines solam febrem esse morbum. Quòd si didicissent quamlibet lædentem operationis affectionem,morbum esse, & quòd à vehementibus intemperaturis operationes læduntur, haudquaquam dubitarent an fortes euacuationes morbos efficiant. Sanguis enim cùm supra modum aut ex vtero muliebri, aut ex venis, quæ hæmorrhoides appellantur,aut ex hulcere fluxerit,tũc vel omnes, vel plurimas operationes ii, qui ita affecti sunt, offensas habent. Nonnulli verò ipsorum nõ modò hæc patiuntur,verùm etiam aqua inter cutem corripiuntur. Longę autem inediæ iis,qui calorem habent ad igneam naturam propensiorem, præter alia mala, insuper afferunt febrem. Quantum veritas ipsa, atque vtilitas exigebat, à nobis quanuis dictum sit, his tamen addamus aliquid, propter garrulos, quales sunt recentiores quidam medici,qui de nominibus altercantes, putant se de rebus ipsis habere sermonem.Hi igitur sunt, qui aiunt, causarum efficientium morbos abolitionem, non esse curationem, sed præseruationem. Qui primùm quidem A docẽdi sunt,quòd de nomine litigant, déinde quod neque de hoc rectè. Vbi enim causa non adest, quæ morbum efficiat, hîc sola curatio factorum relinquitur. Vbi verò ea,quæ inest corpori,causa, nondum aliquid facit, veluti quæ plenitudo vocatur,hoc ad præseruatiuam artis attinet partem, si huiuscemodi causæ destruantur. Cùm verò iam aliquid agit, mistum quodam modo est huiuscemodi opus ex præseruatione,& curatione. Nam quod facturæ erant causæ illæ, prohibitum est fieri, & hoc ad artem attinet præseruatiuam. Quod verò iam factum est ex morbo, propriam exigit curationem. Quapropter cùm mista sint talia ex præseruatione, ac curatione,proprio caremus nomine,atque idcirco aliàs alia medici vtuntur appellatione,nonnunquam præseruari dicentes, ne morbus, qui iam incipit generari, ad B complementum perducatur:nonnunquam verò curari, quemadmodum in iis,quos canis rabidus momorderit. Quæ enim ipsis adhibentur medicinę,duplicem habent appellationem. Nam nonnunquam rabiei remedia dicuntur, ac si rabiem facientis affectionis dicerentur. Nonnunquam verò non remedia præsentis affectionis appellantur,sed à rabie futura præseruantia.

23 Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

Acuti morbi magni sunt, & ad suum vigorem celeriter properant. Non absque ratione igitur in pauco tempore & magnas faciunt permutationes: quod idem est, quod iudicari. Huiuscemodi enim permutationes C quando repentè in morbo fiunt, Hippocrates crises vocat,id est,iudicationes, in quibus nonnunquam subitò integra sanitas restituitur, aut moritur æger: nonnunquam verò magna fit ad salutem, vel ad mortem permutatio,non tamen aut subitò sanantur,aut moriuntur, ita vt quatuor sint in ipsis subitæ permutationes, quas ipse docuit in primo libro Epidemiarum, inquiens: Ad salutem,aut mortẽ, vel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quòd verò fit necessarium ob morborum magnitudinem,ac casuum vehementiam,vel citò vires prosterni, adeò vt homo moriatur, vel ad noxiorum humorum excretionem excitatas,si modò,quos inuaserint,exuperent,bonam sequi iudicationem, sin autem exuperẽtur, malam,vnicuique manifestum est. Proptereà igitur fieri non potest, vt in longum tempus iudicatio differatur,in morbis acutis. Terminum igitur in hisce omnibus Hippocrates posuit duas septimanas,tanquam nullus eorum vlteriùs progrediatur, verùm ante quartum D decimum diem multi possint iudicari. Etenim vndecimus, nonus, septimus, & quintus,multos visi sunt iudicasse in libris Epidemiarum. Iudicat autem & sextus nonnullos,sed non bene, sicut in libris De iudicatoriis diebus pleniùs ostendimus, in quibus dignum putamus illum exercitatũ esse,qui ea assequi debeat, quæ Hippocrates breui sermone perstrinxit. Quæcunque verò iudicationes sunt, veluti imperfectæ, iis finem imponit aliquis alius ex eorum numero,qui deinceps sequuntur, de quibus,qualésnam sint, in libris Prognosticis Hippocrates docuit: & hîc de ipsis aliquid in sequenti docebit Aphorismo. Est autem & harum imperfectarum iudicationũ terminus quidam vlterior, vltra quem non ampliùs fieri progressus potest, dies quadragesimus. Quicunque igitur morbi intra diem quartumdecimum integrè iudicantur, hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare:quicunque verò imperfectè iudicati,

seruati fuerint in sequentium iudicatoriorum dierum A aliquem vsque ad quadragesimum, hos non solet simpliciter acutos nominare, sed appellatione composita his omnibus verbis, acuti, qui in quadraginta diebus iudicantur. Verùm manifestiùs illi significant, qui eosdem morbos, acutos ex transmutatione vocant. De his igitur in Prognostico scribit in hunc modum: Oportet autem existimare spirandi facilitatem magnam habere vim ad salutem in omnibus acutis morbis, quicunque febres habent adiunctas, & in quadraginta diebus iudicantur. Nunc verò in Aphorismis De acutis simpliciter enuntians, ait eos intra quartumdecimum diem iudicari: non per Iouem, hoc dicens, quod nonnulli existimarunt esse quatuordecim numero dies, qui in his morbis faciant iudicationem. Nam secundum hanc expositionem, etiam illos, qui iudicant morbos acutos, ex transmutatione nominatos, dicemus esse numero quadraginta, cùm idem loquendi modus in vtrisque sit, hic quidem cùm ait morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari, in Prognosticis autem quum dicit: Quicunq; morbi cum febribus sunt, in quadraginta diebus iudicantur. Verùm hi non inuenientes quo modo possint ostendere vtrosque sermones, & hunc qui in Aphorismis scribitur, & illum, qui in Prognostico legitur, sibi inuicem esse cōcordes: hanc absurdam excogitarunt expositionem. Neque enim quatuordecim sunt vsque ad quadragesimum dies iudicatorii, sed cum intercidentibus quidem plures, absque illis verò pauciores, quemadmodum clarè in nostra ostenditur De diebus iudicatoriis tractatione. Sed & ipsa rerum natura suffragatur sermoni, quo dicitur, acutos morbos habere terminum iudicationis quartumdecimum diem. Nullus enim inuentus est vnquam ab initio velociter motus, hunc transgredi terminum, qui non aliquam ex quatuor iam dictis iudiciis vnam acceperit: sicuti quidam leues ac parui circa primos dies existentes, quarto, aut quinto die acuti fieri incipientes, ad decimumseptimum terminarunt. Alii verò sexto, aut septimo die exacui incipientes, ad vigesimum terminarunt: adeò vt morbi continui acuties nunquàm possit plures, quàm quatuordecim, obtinere dies. Ex iis verò, qui motus habent inæquales, multi extenduntur vsque ad aliquod tempus vlteriùs præfinitum. Dico autem inæquales habere motus, eos, qui aliquot diebus vehementiores fuere, posteà sine aliqua significatione torpuerūt, deinde rursus adaucti, continuitatem acceperunt. Si quis igitur, vt dixit, faciat in ægrotantibus obseruationem: omnes inueniet, qui per duas integras septimanas velociter mouentur, nunquàm ad vlteriorem progredi terminum.

24 Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & vndecimus contemplabilis. Ipse enim quartus est secundæ septimanæ. Rursus verò & decimusseptimus contemplabilis: ipse siquidem quartus est à quartodecimo, septimus verò ab vndecimo.

Indices, & contemplabiles solet Hippocrates nominare dies, in quibus aliquod signum apparet futuræ iudicationis indicatiuum, in altero aliquo iudicantium dierum, quos ipse in Prognosticis, vnámquanque septimanam in duas diuidens partes, per quaternarios digessit. Primum itaque quaternarium septimi diei, si quis ab initio numeret, indicem esse ait, vndecimum autem quartidecimi, quoniam & hic secunda septimana in duas partes diuisa, quartus existit. Eadem ratione & decimusseptimus vigesimi est index, ex diuisione tertiæ septimanæ in duas partes. Illud tantùm interest, quòd hæc tertiam septimanam secundæ coniungit, quanuis primam à secunda separauerit, cùm eius initium diem octauum esse dixit, non tamen tertiæ quintumdecimum, quemadmodum nonnulli post ipsum existimarunt, quoniam neque vigesimumprimum, terminum statuit, sed principium quidem tertiæ septimanæ quartumdecimum, finem autem & terminum vigesimum. Cur autem duas primas septimanas à se inuicem disiunxerit, tertiam verò secundæ coniunxerit, in libro De diebus iudicatoriis docuimus: in præsentia verò sufficit etiā sine causa nouisse quod experientia comprobat. Nam ipse Hippocrates plurimos ægros tali ordine dierum iudi- B catoriorum in libris Epidemiarum scripsit fuisse iudicatos. Dixi autem secundum talem ordinem, vt primæ tres septimanæ ad vigesimum, sequentes tres ad quadragesimum perducantur. Sic enim & sexagesimum, & octuagesimum diem iudicatorios habebimus, & ipsos experientia confirmatos, quemadmodum in libris De diebus iudicatoriis ostendimus, illis, qui in libris Epidemiarum notantur iudicati, secundum talem dierum ordinem adscriptis. Sed ægrotos illos, quoniam lōgum esset hoc in loco sermone complecti, sufficiet sola ex Prognosticis verba in hunc modum se habētia subscribere: Febres iudicantur in eisdem numero diebus, in quibus etiam homines liberantur, & pereunt. Nam mitissimæ febres, & quæ tutissimis signis incedunt, quarto die finiuntur, vel anteà: pessimæ autem, & grauissima signa præ se ferētes, quarto die interimunt, aut priùs. Pri- C mus igitur earum insultus ita terminatur. Secundus verò ad septimum ducitur. Tertius ad vndecimum. Quartus ad quartumdecimum. Quintus ad decimumseptimum. Sextus ad vigesimum. Hi igitur per quatuor in acutis ad vigesimum ex adiectione finiunt. Hæc verba ostendunt manifestè, quòd tertiam septimanam per continuitatem secundæ annumerat, & quòd decimamseptimam indicem facit vigesimæ.

25 Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

Non solùm quartanæ breues æstate fiunt, sed & ægritudines aliæ, propterea quòd humores inutiles fun- D duntur, & per totum corpus delati difflantur. In quibus igitur vires validæ sunt, noxiis humoribus euacuatis, morbi cessant, in quibus verò sunt imbecilles, vnà cum ipsis euacuatis & ipsæ dissoluuntur. Quare non absque ratione nulli morbi æstate sunt longi. Hippocrates verò de solo omnium longissimo fecit mētionem, tanquam per exemplum de omnibus aliis ex isto pronuntians. Sicuti autem æstate & discuti humores, & vires dissolui contingit, sic hyeme contraria eueniunt, & humores intus tanquam in latebris remanere, & vires seruari robustas. Neque igitur morbi soluuntur, manentibus iis, qui eos efficiunt, humoribus, neque ægroti moriuntur, viribus interim sufficientibus.

26 Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem.

Ipse Hippocrates in sequentibus dicet cōuulsionem fieri ex repletione,& euacuatione. Cùm igitur aliquem sanum contigerit repentè conuelli, huiuscemodi conuulsionem necessarium est ex repletione fieri. Replentur autem tum nerui à frigidis & glutinosis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur, vnde conuulsionem patiūtur. Hisce igitur febris superueniens, solita est magna ex parte calefacere, extenuare, atque dissoluere. Si verò ex febribus adurentibus, totum corpus exiccetur, & neruis deinde ex siccitate conuulsio accidat, maximum est malum, & penè insanabile: quoniam longum quidem tempus exigitur ad siccitatem neruorum remouendam, acuties autem morbi tempus non expectat, sed citò vires dissoluit, & subitò exitium affert.

27 His, qui non ex ratione leuiùs se habent, non oportet fidere; neque multùm formidare mala, quæ præter ratioṅe eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neque multùm durare, & permanere consueuere.

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris de crisibus, siue iudiciis, dictus est, nunc verò quantum ad propositorum expositionem satis est, à nobis dicetur. Cùm morbus inuadit vehemens, & mox subitò quiescit, non modò per sudorem, aut vomitum, aut alui excretionem, aut profluuium sanguinis corpore non euacuato, sed ne viso quidem signo coctionis, signum infidum existimant talem quietem esse: sicuti etiam si quis præter rationem spiret difficulter, vel deliret, vel febricitet vehementiùs, vel magno rigore corripiatur. Nam & hæc quoque firmitatem non habent, tantúmque abest, vt malum aliquod significent, vt nōnunquam bonum iudicium haud ita multò pòst futurum enuntient. Quomodo autem hæc oporteat dignoscere, & præcognoscere, in libris de Crisibus diximus.

28 Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui, vel etiam plus, quàm ratio postulat, contabescere, malum. Illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem significat.

Hæc verba, Non omnino leuiter. distinctionis gratia apposuit Hippocrates. Si enim simpliciter dixisset: Febricitantium permanere corpus, & nihil minui, malum: sermo careret veritate. Contingit enim in tempestate frigida cuiquam ex repletione ægrotanti, non collabi corpus, neque extenuari, cùm febres paruę fuerint: sed cùm maiores fuerint, multam adesse repletionem significatur. Contabescere autem plus, quàm ratio expostulat, malum: etiam si non adiiciatur, Non omnino leuiter. Siue enim leuiter febricitauerit, siue non, signum imbecillitatis est, ea, quæ fit præter rationem, extenuatio. Neque enim putandum est verbo, Contabescere, in proprio significato nunc Hippocratem vsum fuisse, sed magis abusum. Rectè autem dixit in secunda parte Aphorismi, magis, quàm ratio expostulat: & melius est, hæc quoque verba priori parti Aphorismi adaptare, ita vt totus sermo talis efficiatur: Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus plus, quàm ratio postu-

A lat, vel etiam contabescere magis, quàm ratio expostulat, malum, vt communiter de vtroque prædicetur, Magis quàm postulat ratio. Siue enim permaneant magis, quàm ratio expostulat, siue extenuentur, malum est. Melius autem fuisset, si hoc, quod ait, Magis, quàm ratio postulat, quibus finibus iudicetur, aperuisset. Verùm quia hic doctrinæ modus Aphoristicus est, & summam consectatur breuitatem: nos exponentes verba, secundum rationem, ad febris magnitudinem referemus, ad tempus ægritudinis, ætatem, regionem, tempus anni, & illam, quæ tunc viget, temporis constitutionem, & prætereà ad sensibiles euacuationes, vigilias, curas, inedias, & motus plures. Nam maiores febres magis, & citiùs corpora extenuant ægrotantium, sicuti & diuturnitas morbi, & ex ætatibus puerilis, atque decrepita, sed alia ambæ ratione. In pueris enim propter caliditatem, atq; humiditatem multùm defluit, atque euacuantur corpo-

B ra: in decrepita verò ætate hoc idem patiuntur propter potentiæ imbecillitatem. Ex regionibus autem, & anni temporibus, ac constitutionibus, calidæ quidem, ac siccæ magis euacuant, humidæ verò, ac frigidæ magis adstringunt, ac difflari corpora, atque euacuari non sinūt. De sensibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet? Neminē enim ignorare arbitror, vt meritò ex profluuio sanguinis multo, atque sudoribus plurimis, & vrina superfluente, vel vomitu, vel alui excretione, citò corpus extenuetur. Accedit autem dictis causis & inedia, vigiliæque, & curę sufficienter extenuant, vt & plures motiones: sed hę rarò febricitātibus adsunt: nā magna ex parte iacent quiescentes. Verùm aliquando cōtingit moueri aliquos, qui in itinere cœperint febricitare, vel vrgente necessitate, vel studio domum reuisendi. Sed ex delirio quidam ægroti iugiter se attollentes,

C vel iacentes quidem, sed continuò partem aliquam corporis commouentes, aut etiam delira loquentes, intra paucos dies extenuantur. Hæc quidem omnia ægrotos reddunt macilentos, sicuti & cōtrária his corpus in maiori mole conseruant. Signum autem nullum ex his est virium imbecillium, sed causa tantummodo ipsorum singulûm. Nam sicuti ex eo corpus cum ratione extenuatur, sic & vires destruuntur. Absque his autem corpus præter rationem extenuari, signum esse virium imbecillitatis Hippocrates inquit: quam & in decrepitis pro causa assignantes celerrimè ipsorum corpus extenuari dicebamus. Neque mirum videri debet in iis, qui ita se habent, imbecillitatem quidem causam esse extenuationis, extenuationem verò esse signum imbecillitatis. Hoc enim contingit in omnibus, quæ faciunt, & fiunt. Hæc quidem est sententia Hippocratis, semper existimantis eam, quæ est citra rationem, extenuationem,

D signum esse imbecillitatis. Nos verò adiiciamus ei sermoni & aliam affectionem, quæ causa est in febribus extenuationis. Est autem hæc humorum quidem tenuitas, corporis verò raritas. Cùm enim hæc ambo conuenerint, celerrimè corpora euacuantur per eam, quæ dif flatio insensibilis nominatur, sicuti in affectione cōtraria, crassitudine humorum, & corporis spissitudine, neque fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipsius mole contingit. Hanc itaque affectionem ostendit Hippocrates in prima parte Aphorismi per ea verba, Longitudinem morbi significat. Alteram verò contrariam prætermisit: sed & nos hanc adiicientes, iam totum sermonem integrum proferamus, quantum fieri potest breuissimè dictum: Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil imminui, vel plus, quàm ratio postulat, cōtabescere,

malum. Nam permanere, ex cutis ſpiſsitudine accidit, & craſsitudine humorum: & propterea longitudo morbi ſignificatur. Contabeſcere autem nonnũquam fit ob humorum tenuitatem, & cutis raritatem. Contingit verò & ob ſolam virium imbecillitatem.

29 Cùm morbi inchoant, ſi quid mouendum videtur, moue: cùm verò conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quieſcere.

Cur Hippocrates hoc conſulat, ſequenti indicat Aphoriſmo: quem ſi quis nuper dicto annexuerit, totum ſermonem talem efficiet: Cùm morbi inchoant, ſi quid mouendum videtur, moue: cùm verò conſiſtunt, ac vigent, quieſcere melius eſt. Nam circa principia, ac fines, omnia debiliora ſunt, morbo autem conſiſtente, fortiora. Oportet autem his adiicere verbum, Symptomata, hoc eſt, caſus. Nam de his dictionem attulit omnia. Affectio ſiquidem, ex qua caſus generãtur, quam & morbum nominamus, non omnino, dum morbus cõſiſtit, eſt fortior: verùm in iis, qui ſaluari debent, melior multò, quàm in morbi principio: in quibus etiam Hippocrates nunc conſulit vt quieſcamus, in morborum initiis, ſi quid videtur mouentes. Nam in morbis exitialibus, non modò quando ſunt ſuo vigori vicini, ſed etiam in prioribus temporibus nihil mouere oportet: recordantibus nobis quod deploratos non oportet aggredi curare, ſed relinquere, & morbi finem tantummodo prænuntiare. Circa initia verò illorum morborum, in quibus ſperamus ægrotum conualiturum, tentandum eſt maiora afferre remedia: de quibus Hippocrates dixit, Si quid videtur mouẽdum, moue. Sunt autem hæc, maximè quidem venæ ſectio, nonnunquam verò & purgatio: quorum neutrum oportet morbo iam conſiſtente adhibere. Vt enim in libro De criſibus manifeſtauimus, coctiones morborum tunc maximè fiunt. Vt igitur hæ citiùs eueniant, melius eſt circa principia euacuare, quò minorem iam factam materiam faciliùs natura poſsit concoquere. Morbo autem conſiſtente, ac vigente, cùm iam natura coquit, ſuperfluum eſt euacuare, cùm propter alia, tum quia vis animalis magna ex parte eo tempore eſt fatigata, licet quàm maximè duę aliæ, vitalis, ac naturalis, fortes perſiſtant.

30 Circa initia & fines, omnia imbecilliora: cùm verò conſiſtunt, fortiora.

Caſus omnes circa principia & fines ait eſſe imbecilliores, acceſsiones videlicet febrium, & vigilias, atque dolores, & anxietatem, & ſitim. Quare etiam ipſas affectiones, in quibus hæc fiunt, vbi morbi conſiſtunt, neceſſe eſt eſſe meliores in iis, qui debent ſanitati reſtitui.

31 Eius, qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Oportebat & hunc Aphoriſmũ, & illum, qui ſequitur, adiunctum eſſe illis, qui ſuprà ſcripti ſunt, vbi dicebat: Si quis à morbo cibum aſſumens non corroboratur. In illo igitur Aphoriſmo, pro verbo nunc dicto, Bene cibatur, inquiens cibum aſſumere, de caſu aliquid docuit, ſcilicet non corroborari. Hic verò, cibum aſſumere, commune vtriſque ſeruauit: caſum autem variauit, quoddam illi ſcribens proportionale. Nam illi, Non corroborari, hoc, Nihil proficere corpus, ſimile quodã modo eſt. Illud enim potentiæ noſtrum corpus regentis, hoc verò ipſius corporis affectus eſt. Euenitq; profectò, vt corpus ad bonum cibum nihil proficiat, interdum quidem ex potentiæ, quæ ipſum nutrit, imbecillitate, nonnunquam etiam ex malorum humorum abundantia.

32 Omnes ferè, qui malè ſe habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes, circa finem rurſus cibum non appetunt: qui verò circa initia cibum valde non appetunt, poſteà bene appetentes, ij meliùs euadunt.

Hic etiam Aphoriſmus de iis eſſe dictus videtur, qui ex morbo conualeſcunt. Non proficere enim, de his dicere conſueuerunt cùm alii, tum Hippocrates ipſe. Si quis igitur bene ab initio cibatus non nutriatur, quam ob cauſam hunc ſubit affectum, ob eandem poſteà fit malè appetens cibum. Cauſa verò, propter quam bene ab initio cibati nihil proficiant, eſt totius corporis vitium cum partium appetẽtium vigore. Verùm proceſſu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore vitio, ipſum etiam appetendi inſtrumentum malè ſe habebit: quare inappetentes fient, qui priùs bene appetebãt, quos rectè bene cibatos nominauit. Dixerat autem hoc ipſum in præcedẽtibus Aphoriſmis, hoc modo: Quòd ſi non aſſumente cibum hoc fiat, ſcire oportet quòd indiget euacuatione. Porrò eos, qui ab initio malè appetunt, adeò vt omnino parum aſſumant cibi, poſteà verò ad contrarium tranſeunt, meliùs liberari inquit. Hoc verò ideo euenit, natura eo tempore, quo parum cibi aſſumebant, ipſam, quæ cauſa erat inappetentię, affectionem concoquente.

33 In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrà verò ſe habere, malum.

Neque cùm aliquod bonum dixerit eorum, quæ ad corpus attinent, omnino exiſtimandum eſt ex eo hominem reualiturum, neque cùm malum dixerit, omnino moriturum. Nam fieri poteſt vt bonum ſignum à maiori malo ſuperetur, & malum à maiori bono vincatur. Tales itaque enuntiationes intelligendæ ſunt de eo ſolo, quod dicitur. Dicitur autem ſignum eſſe bonũ, quãtum in ipſo eſt, hoc aliquid, & ſignum malum, quantum in ipſo eſt, hoc aliquid. De morte autem, ac vita oportet omnium ſignorum vires priùs bene perpendentes, ita pronuntiare, quemadmodum & ipſe in Prognoſticis conſuluit. Sic & nunc, Conſtare mente, & appetitum permanere, bonum eſt ſignum in quouis morbo. Quædam enim non in omni bona ſunt, vt ipſe conſueuit nobis ſignificare, inquiens: Spirandi autem facilitatem putare oportet valde magnam habere vim ad ſalutem in omnibus morbis acutis. Quòd autem conſtare mente, bonum ſit ſignum, ex iſto cognoſces, Quæ ad cerebrum attinent, atque membranas, & ſpinalem medullam, necnon & ſeptum tranſuerſum, & omnino partes neruoſas, quæ præſertim ſunt iuxta cerebrum, ſana eſſe omnia ſignificantur ex mentis cõſtantia: ſicuti & quæ ad ventrem

trem attinent,& hepar,& cor ipſum, vbi adeſt promptitudo ad cibos,qui offeruntur.Cùm verò hæc omnia robuſta ſunt, non parua ſpes de ægroti ſalute haberi poteſt.

34 In omnibus minùs periclitantur, quorum naturæ,& ætati, & habitui, & tẽpori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit.

Cùm natura multis dicatur modis,accipienda nunc eſt in eo ſignificato, quo multis in aliis locis vſus eſt, & in toto libro De natura hominis,in quo eam,quæ fit ex primis elementis, temperaturam,naturam nominat:ac ſi ita diceret:In morbis minùs periclitantur, quorum primæ corporis temperaturæ, vel ei, quæ nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis adeſt, magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit. Calidæ enim naturæ,& ætati,& habitui,& tempori,& conſtitutioni,& regioni,morbi calidiores ſunt cõgruentes, frigidioribus verò frigidiores: eadem ratione & ſiccioribus ſicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium autem eſt à Diocle dictum item in libro De ſeptimanis, cuius authores opinantur incitari quidem à ſimilibus morbos, ſolui verò à contrariis: quoniã & ab ipſo Hippocrate ſcriptum eſt, contrariis morbis contraria eſſe remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hyberno tempore, faciliùs poſſe ſanari ea, quæ fit in æſtate, nondum aduertentes quòd maxima affectio cauſa eſt vt febris ardens hyeme fiat. Neque enim ab initio facta fuiſſet,niſi cauſa potentior,temporis cõtrarietatem ſuperaſſet. Cùm igitur anni tempus cohibere non potuerit cauſæ magnitudinem, quanuis habeat ſanitatem ſibi ſuffragantem: multò minùs ipſo morbo iam facto ſuperabit,non aſsiſtente ſanitatis robore. Sed & hoc eſt ipſa compertum experientia. Nam duarum febrium ardentium magnitudine parium, illa, quæ aduenit hyeme, eſt pernicioſior: ſicuti quando in calidiori temporis conſtitutione ortum quidem habuerit, ſubita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate: cùm ipſi vtraque temporis cõſtitutio bona ſit, prima quidem in qua morbus factus eſt, tanquam ſignum: altera verò in qua ſolutus eſt,tanquam cauſa. Hæc igitur omnia magis atteſtantur,& nõ aduerſantur ſententiæ Aphoriſmi: ſicuti neque illud,quòd raucedines in valde ſenibus non concoquuntur: quanquàm hæ paſsiones ſenili ætati maximè congruunt. Primùm etenim non idem eſt, quòd aliquid non concoquatur, & quòd fit periculoſum: deinde quòd nõ ſimpliciter ſenes nominauit, ſed cum adiectione, Valde. Omnia enim in his ſunt periculoſa, ob virium imbecillitatem. Sed neque illud, quod ſcribitur in primo Epidemiarum, Et maximè moriebantur, quibus natura vergebat ad phthiſim: iis, quæ dicta ſunt, aduerſatur. Neque enim eam, quæ fit ex elementis, nunc dixit temperaturam, ſed corporis formam: eſt enim vbi & hanc naturam nominant. Et ſicuti verum eſt, calidam temperaturam minùs in morbis calidis periclitari: ita qui anguſtum pectus habent, non ſolùm magis incidere in phthiſim, ſed etiã vbi incidêre, periclitari. Nonnulli tamen, qui Aphoriſmos expoſuerunt, talibus decepti ſuaſionibus, illum congruere naturæ ægrotantis morbum dixerunt, qui ſit temperatura contrarius, quaſi aptior eſſe diceretur: multùm (vt oſtenſum eſt) & à veritate ipſa, & ab Hippocratis ſententia deuiantes.

A 35 In quouis morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, craſsitudinem habere melius eſt: multùm verò extenuari, ac contabeſcere, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculoſum.

Partes omnes, quæ ad epigaſtrium, id eſt, abdomen attinent, omni vacare affectione, quę ſit pręter naturam, oportere, eſt manifeſtũ. Et hoc in Prognoſtico dictum fuit, vbi his vtitur verbis: Præcordia optimum eſt abſq; dolore eſſe,& mollia,& æqualia. Sed & ex his ipſis quędam ſunt tenuiora, quædam craſsiora, de quibus nunc ſermonem habet: quæcunque quidem craſsiora ſunt, hæc meliora eſſe inquiens: quæcunque verò tenuia, mala,& tanquam ſigna videlicet, & tanquam cauſas. Signa B enim ſunt partium, quæ contabuerunt, imbecillitatis. Cauſæ verò, quòd coctio bona ciborum non fiat in vẽtre, neque ſanguificatio in hepate. Etenim membrum vtrunque à craſsitudine dictorum corporum concalefactum iuuatur. Tantum igitur vbi contabuere, offenduntur eorum operationes, quantum integris ipſis iuuabantur. Quòd autem earum, quas diximus, partium tenuitas ad inferiores purgationes ſit periculoſa, manifeſtum eſt. Oportet enim omnia, quę ſunt infra thoracẽ, eſſe robuſta, vt bene purgationibus ſeruiant: alioqui magna incommoda patiuntur. Cur autem de ſolis inferioribus purgationibus fecerit mentionem, dignum eſt quærere. Superiores etenim, hoc eſt, per vomitum, ſunt iis, C qui ita affecti ſunt, periculoſæ. An has quidem tanquam manifeſtas prætermiſit, illarum verò commeminit, vt de quibus magis poſſet dubitari? Imum autem ventrem propriè nominat,& appellat partem ventris imam, quæ vmbilicum, ac pudenda interiacet: ita vt in hæc tria totum diuidatur, in hypochondrium, id eſt, præcordia, & ad vmbilicum attinentia loca, & ventrem imum.

36 Qui ſalubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati citò exoluuntur,& qui prauo vtuntur cibo.

Qui ſalubritatem corporis habent, non abſque ratione in medicamentorum vſu, citò exoluuntur. Contabeſcunt enim, nõ purgantur. Qui verò vitioſo vtuntur alimento, ob malorum humorum ſuperabundantiam facilè exoluuntur in purgationibus. Siue autem il- D lud, quod exteriùs aſſumitur, ſiue quod in corpore continetur, vitioſum alimentum nominet, vterque ſermo veritatem habet, quoniam cibi vitioſi ſoleãt ſanguinem gignere vitioſum. Sic ergo vitioſi dicuntur per relationem ad ſanguinem, qui debet ex eis generari.

37 Qui bene ſe habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

Non cuiuſcunque medicamenti aſſumptionem ſolet Hippocrates medicationem nominare, ſed tali vocabulo in ſola vtitur purgatione. Verùm is, qui priùs ſcribitur, Aphoriſmus, caſum vnum, qui in ea fit, manifeſtat. Citò enim inquit exolui in purgationibus, qui corporis habent ſalubritatem. In hac autem generaliori dictione de eiſdem pronuntiauit, inquiens hos difficul-

ter ferre medicationem. Nam & vertigines, & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & præterea celeriter exoluuntur. Fiunt autem hæc omnia purgante medicamento proprium quidem attrahere humorem appetente, vel flauam bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquofam fuperfluitatem: quia verò ifti non adfunt, fanguinem colliquat, ac carnes, vt ex ipfis proprium attrahat humorem.

38 Parum deterior potus aut cibus, fuauior autem, melioribus quidem, fed minùs fuauibus, eft præferendus.

Non ob id folum hoc eft faciendum, vt ægro gratificemur, fed etiam quia vtilius ipfi exiftit. Nam quęcunque cum voluptate affumuntur, ifta ventriculus amplexatur, & faciliùs concoquit: ficuti illa, quæ difplicent, refugit. Vnde vel naufeæ, vel flatus, vel fluctuationes fubfequuntur. Quod quidem in plurimis cibis bonos fuccos habentibus fit: quando igitur cum voluptate affumitur cibus, qui pauló deterior eft, non modò non manet deterior, fed quandoque redditur melior.

39 Seniores iuuenibus plurimùm ægrotant minùs. Qui verò morbi ipfis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

Non omnes feniores minùs ægrotant, quàm iuuenes. neque enim omnes maiorem habent circa victum continentiam: qui verò non habent, magis ægrotant, vt qui iuuenibus fint debiliores. Quòd verò plures ex morbis diuturnis ipfos ad mortem comitantur: clarum eft. Siquidem & vis eft imbecillis, quæ neq; morbos facilè coquere pofsit: & omnes morbi diuturni, frigidi funt: vnde & magis fenibus, quàm iuuenibus accidunt. Omnes fiquidem affinibus morbis faciliùs corripiũtur.

40 Raucedines, & grauedines in valde fenibus coctionem non admittunt.

Si fimul iunxerimus ambos Aphorifmos, vtriufque fermo talis erit: Senes iuuenibus vt plurimùm ægrotant minùs. Quicunque verò morbi ipfis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines igitur, atque grauedines in valde fenibus coctionem non admittunt. Ita vt hic Aphorifmus fit veluti exemplum quoddam antecedentis. Neque enim hi foli morbi fenes comitantur ad mortem, fed nephritis, id eft, pafsio renum, podagra, morbus articularis, coxendicum dolores, & quæ laxiori inteftino, ac fpleni frigidæ infunt affectiones, & prætereà crebri anhelitus (quos Græci ἄσθματα nominant) tuffes, dorfi curuationes, recuruationes, & obliquationes, demum quæcunque alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent, quæ in quibufdam iuuenibus, nedum in fenibus, difficulter coquuntur.

41 Frequenter, ac fortiter abfque caufa manifefta exoluuntur, derepente moriuntur.

Non omnes, qui exoluuntur, derepẽte moriũtur, fed fi tres diftinctiones adieceris: vnam quidem primam, vt fæpius hoc patiantur: fecundam, vt fortiter: tertiam, vt
A fine caufa manifefta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus commorata, frequenter exoluebatur ob temporis diuturnitatem, & quoniam balneo magna ex parte ligna fuccendebantur vitiata, verum non erat hoc morbi fignum, cùm caufam haberet manifeftam. Altera verò, quam vteri affectus infeftabant, hoc idem patiebatur. Quidam alius fi diutiùs inediam toleraffet, dum lauaretur, exoluebatur. Alteri etiam, fi per horam lauaretur, idẽ accidebat, nifi priùs aliquid panis affumpfiffet. Quibus omnibus aut debile erat, aut fenfum plurimum habebat os ventriculi. Quicunque verò nulla talide caufa fæpius, ac fortiter exoluuntur, ii ob virtutis vitalis imbecillitatẽ hoc patiuntur: ficut & ille, cui dum exolueretur, cor fortiter palpitabat, atque hic derepente mortuus eft, nõ aliter, quàm illi, qui acutifsimis cordis affectibus, quos fyncopas vocant, arripiuntur.

B

42 Soluere morbum, quem apoplexiam vocant, fortem, impofsibile: debilem verò, non facile.

In apoplexiis totum corpus repentè fenfu priuatur, ac motu, fola reftat refpiratio, quæ fi & ipfa prohibeatur, maxima eft, & acutifsima hæc apoplexia. Quicunq; verò refpirant quidem, fed magna cum vi, fortis adeft iftis apoplexia. Fortis autem adeft & illis, fed minùs, qui neque intentam, neque violentam, inæqualem tamen, atque inordinatam, ac prætereà intermittentem habent refpirationem: ficuti in quibus aliquem feruat ordinẽ, debilior exiftit: & fi omnia fiant, quæ funt neceffaria, citò curatur. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali
C non potente defluere ad partes infra caput exiftentes, aut propter aliquam affectionem fimilem inflammationi, quæ in ipfo cerebro fit conftituta, aut vẽtriculis ipfius oppletis humore pituitofo. Verùm caufæ magnitudinẽ, etiam pafsionis magnitudo confequitur. Magna autem ex parte curationem non admittit, propter refpirationis læfionem. Ac mirari licet quomodo omnibus aliis mufculis motu carentibus in apoplexiis, illi, qui thoracem attollunt, quanuis difficulter, moueantur tamen plerunque. Videtur autem hoc fieri propter refpirationis necefsitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationem. Et ob hanc ipfam caufam, magna ex parte mufculi omnes, qui thoracem mouent, in apoplexiis operantur, etiam fi raró priùs omnes operarentur: quemadmodum in vehemẽtibus exercitiis, in quibus refpiratio plurima eft neceffaria. Verùm in apoplexiis non ob id, quòd fit
D adaucta necefsitas refpirationis, fed quia vis eft imbecillis, ideo omnes mufculi thoracis fimul coguntur operari: quemadmodum & alioqui in iis, qui cum febre vires habent imbecilles, ob hanc ipfam caufam omnes mouere coguntur fe ipfos in vnam fummam effatu dignam, ex omnibus operationem colligentes.

43 Strangulati, ac diffoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus fpuma circa os fuerit.

Omnis fpumæ generatio ex duarum fubftantiarum miftione conficitur, altera fpirituofa, altera humida. Fit autem earum miftio ambabus in multas partes fractis, multifq; mutuo cõplexu paruis ampullis ab ipfis effectis. Cũ verò tenacẽ habuerit is, qui perfringitur, humor

confiften-

conſiſtentiam,quo ſpiritum circumplectente, ampullas contingit generari, non facilè diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficitur,qualis maximè currentibus equis, vel ira percitis apris, circa os aggregatur. Ambarum verò ſubſtantiarum confractum,ac miſtionem facit nonnunquam quidem motus violẽtus vel vtriuſque, vel alterius tantùm,nonnunquam verò & fortis calor:niſi & hũc dixerit quiſpiam ſpumam per motum operari. Verùm homini ea,quæ manifeſtè videntur, conſectanti, tutius eſt dicere ſpumam duabus de cauſis generari:in mari quidẽ impetuoſis ventis agitato,ob impulſionis vehementiam: in lebetibus autem efferueſcentibus,ob caloris vim. Sic itaque & in corporibus animalium,cùm adſunt ex morbo comitiali conuulſiones, vehementia motuum ſolet ſpumam generare,in apris verò calor,in curſibus autem equorum vtraque cauſa vigorem habet. Nam cùm continuè per reſpirationes aer intrò atque extrà feratur, & ſaliua in ipſis extenuatur,& aliquid etiam ex pulmone inſtar vaporis effertur,quod ſaliuæ miſcetur,ac circumplicatur,vnde factam ſpumæ ſubſtantiam augeri contingit. Qui verò opinantur hanc ſpumam è vẽtriculo prodire,aberrant. Neque enim fieri poteſt vt ſubitò tota inde proueniat,cùm neque eo tempore animal euomat, neque nauſeam vllam patiatur:citra quos caſus quicquã efferri à ventriculo eſt impoſsibile:& multò magis fieri non poteſt vt plurimus aliquis vapor efferatur,eodem modo,quo in expirationibus:cùm nulla talis è ventriculo ſubſtantia efferatur, qualis è pulmone expiratur. Et ſanè ſanguis,qui quidem è pulmone educitur, ſpumoſus eſt,ſimilis viſceri:qui autẽ è vẽtriculo, neque huic proximus eſt. Sed quæ vnà cum ſanguine è pulmone educitur ſpuma,ſubitò ſimul,& cum tuſsi educitur. Qui verò ex tali humore paulatim vapor expiratur, non excitat tuſsim. Vbi autem laqueus collo circũdatur, neceſſe eſt quidem cordi,atque pulmoni vt fuliginoſam expiret ſuperfluitatem. Hoc enim à nobis oſtẽſum eſt in libro De vſu reſpirationis. Prohibente autem laqueo,totam violenter impellit, quo fit vt pars propriæ humiditatis vnà expellatur,eo modo,quo fit in ſanguinis eductionibus. Signum itaque eſt hoc exitiale,quoniam pulmonis violentiam ſignificat,quam ſtrãgulato patitur animali. Præcipuè verò hoc fieri rationabile exiſtit,propter eã, quæ ex corde ad ipſum impellitur,caliditatem:vnde & caloris efferueſcentia,& motu ſpiritus violento,& vehementi pulmonis conatu ad educendum ſpuma enata, ſignum eſt mortale. Nonnulli tamen rarò ſtrangulatorum relati ſunt,quibus ſpuma circa os apparuerat:& fortè Hippocrates non tanquam ſemper intereant,ſed quòd contrarium rariſsimè eueniat,ita pronuntiauit, quemadmodũ & paulò anteà oſtenderat per Aphoriſmum, vbi dicit: Quibus iuuenibus aluus humida,iis ſeneſcentibus exiccatur. Nam hoc in loco,magna ex parte,dicere prætermiſit, quod tamen verbum in ſequentibus adiecit, vbi inquit:Quicunque aluos humidas habent, iuuenes quidem meliùs degunt iis,qui ſiccas habent:ad ſenectam verò deteriùs degunt:nam magna ex parte ſeneſcentibus exiccantur.

44 Qui naturâ admodum craſsi ſunt, citiùs intereunt,quàm qui graciles.

Eos,qui à prima ætate craſsi ſunt,& graciles inuicẽ comparans,de craſsis pronuntiat quòd citò ad mortem perueniunt, magis, quàm graciles. Optimum ſiquidem eſt,bene carnoſum eſſe natum,hoc eſt,ita commoderatum,vt neque craſsitudo adſit neque gracilitas. Tales

A enim poſſunt ad longam ſenectam peruenire. Si verò à modo recedatur, melior ad gracilitatem,peior ad craſsitudinem exceſſus eſt. Anguſtæ ſunt enim horũ arteriæ, ac venæ,atque ob id paucum omnino ſanguinem,& ſpiritum habent adeò vt cùm ætate proceſſerint, celeriter ipſis paruam ob cauſam calor natiuus deſtruatur. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur: quia verò partes principales ita affectæ ſunt,vt nullum habeant munimentum,à cauſis exterioribus promptè offenduntur. Qui verò naturâ quidem mediocres erant, ſed victu delicatiore vtentes poſtmodum craſsi facti ſunt,iis licet caro,atque pinguedo adnatæ ſint,venæ tamen, atque arteriæ latæ conſiſtunt, atque idcirco in eis calor natiuus maior exiſtit.

45 Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant,mutatione maximè ætatis,& temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur.

B Morbus comitialis proximus quodam modo eſt morbo,quẽ apoplexiam appellant,cùm idem locus in vtroque patiatur,& idem humor in cauſa ſit. Verùm apoplexia quidem ob omnimodam priuationem illius potentiæ,quæ ad neruos defluit,morbus autẽ comitialis propter motum vitioſum generatur. Frigidus autem,& craſſus humor ambobus eſt cauſa: atque idcirco iuuenum ætas calidam,& ſiccam habens temperaturam, maximũ affert auxilium iis,qui morbo comitiali laborant: ſic & locorum proportionales mutationes. Dico autem proportionales,quando ad calidiorem,ac ſicciorem cõmutantur,eodem modo & victuum. Neque enim victus mutatio quælibet morbum ſoluit comitialem,ſed quæ calidiorem,& ſicciorem corporis habitum efficit. Licet autem ſimpliciter etiam victus mutationẽ intelligere morbo comitiali prodeſſe,quoniam magna ex parte victus deprauatus paſsionẽ generat:vnde & mutatio multò ad melius perducit.

C

46 Duobus doloribus ſimul non eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

Si quis eundem exquiſitè locum intelligat,nũquàm duo poſſunt in eodem fidei dolores:ſi quis verò latè, poſsibile eſt. Dico autem latè, circa membrum maius, veluti circa brachium,cubitum,femur,aut tibiam. Verũ hi duo dolores ſimul augent loci afflictionem,cùm neuter lateat ægrotantem. Si verò ſint in locis diuerſis,alter quidem(ſi ita contigerit) in cubito,alter verò in tibia,tunc alterum ab altero obſcurari contingit,cùm vis ſenſibilis tota ad vehemẽtiorem ducatur,ac diſtrahatur. Nam & hoc nobis in mœroribus ſolet accidere,qui ſunt & ipſi veluti dolores quidam ſolius animi ſine corpore. Nam & horum,qui ſunt vehementiores, occultant minores,modò non eadem è re ortum habeant:alioqui & illi ſe ipſos mutuò augent.

D

47 Dum pus conficitur,dolores,ac febres accidunt magis,quàm iam confecto.

Pus ex ſanguine ortum habet,qui ſemimalã(vt quiſpiam dixerit)habet trãſmutationẽ. Nam mala ſimpliciter,eũ putrefactione fit olida:ſicuti ſimpliciter bona,eſt

ipſa nutritio partium animalis. At quæ pus generat, medium inter has obtinet locum, neq; à ſolo calore extra A naturam, neque à ſolo ſecundum naturam facta. Miſtus enim quodam modo ex vtriſque eſt calor inflammationis. Fit autẽ dolor extenta ſimul ac calefacta præter naturam inflammata particula: febres verò ſequuntur principio concalefacto: & hæc ambo contingunt ex quadã veluti ebullitione, atque exuſtione ſanguinis: qui vbi ex toto exuſtus fuerit, reſiduum eius fit pus, quemadmodum in lignorum exuſtione cinis: atque ideò tempore illo dolores ſedantur, ac febres, præſertim cùm pus fuerit excretum, vtpote iam conſumpta materia, extinctaq; ignea caliditate.

48 In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies ſtatim laſsitudinẽ aufert.

Verbum Laborare, ſignificat dolere, ſignificat & fatigari: & in vtroque ſignificato ſermo verus eſt. Siue B enim membra iam doleant ex multitudine motionum, ſiue ſint fatigata, vt vix iam agere aliquid poſsint, quies ſtatim laſsitudinem aufert.

49 Qui conſueti ſunt ſolitos labores ferre, & ſi fuerint imbecilles, & ſenes, non conſuetis, fortibus, atque iuuenibus faciliùs ferunt.

Alius alii labor conſuetus eſt, huic curſus, vel alius aliquis motus cruribus factus, huic verò manus certa mouere lege, ſiue quouis alio modo operari manibus, aliis fodere terram, vel remigare, vel arare, vel ſimpliciter quoduis aliud agere. Differunt autem omnes iſti labores, quia vel plures, vel pauciores partes operantur, C & quia vel magis, vel minùs laborant: hoc tamen omnibus commune exiſtit, quòd partes exercitatæ fiunt robuſtiores, atque idcirco labores conſuetos faciliùs ferunt.

50 Quæ ex longo tempore conſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minùs moleſtare ſolẽt. Oportet igitur ad inſueta permutari.

Non de ſolis exercitationibus hic ſermo eſt, ſicuti prior, verùm de omnibus ſimpliciter conſuetis hic Aphoriſmus enuntiat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, vigiliis, ſomno, calefactione, frigefactione, curis. Horũ etenim ſingula minùs nocẽt, cùm fuerint conſueta, iis, quæ naturâ quidem minùs noxia ſunt, ſed nunquàm in conſuetudinem peruenerunt. Quòd igitur ita ſe res habeat in exercitationibus, ad partium, quæ operantur, ro- D bur refertur, vt anteà diximus: in reliquis verò quomodò fiat, iam dicemus. Cibi, ac potus, naturam aduentitiam efficiunt, maximè quidem in ventriculo, cùm hoc verò & aliis partibus. Nam etſi quàm maximè ſuperentur, & tranſmutentur à corpore, ipſum tamen quodam modo pro ſui natura afficiunt, ita vt proceſſu temporis multa fiat permutatio, ac ſimilitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim oſtẽſum eſt à nobis in libro de conſuetudinibus: oſtẽſum etiam quòd vnumquodque citiùs à ſimilibus alteratur. Ob hanc igitur cauſam quantò ſimilius fuerit id, quod tranſmutat, ei, quod tranſmutatur, citiùs alterat ipſum. Sanéque corpus ab aliis omnibus, quibus cum conuerſatur, quodam modo afficitur, veluti in aere frigido, ac calido, denſatum quidem à frigido, laxatum verò à calido: itaque ideo conſueta faciliùs perfert, ab inſuetis verò moleſtatur. Si enim laxato corpori ob caloris conuerſationem repentè frigus ſuperuenerit, & in imas eius ſtatim partes ſubintrat, & maximè offendit. Cauſa itaque de omnibus cõſuetis dicta eſt in libro De conſuetudinibus. Quod verò experientia notum eſt, id iam noſcimus: quod ſolum ab Hippocrate ſcriptum eſt, qui cauſam adſcribendam non cenſuit. Nos verò ad eiuſdem inuentionem aliquas dedimus occaſiones. Hæc igitur dicta ſufficiant, quantum ad primam Aphoriſmi partem attinet. Quod verò in fine ſcribitur, in quo conſulit tranſmutari quodam modo ad non conſueta, ſalubris gratia ſecuritatis dictum eſt. Eſt enim omnis, vnius tantùm formę conſuetudo, periculoſa, cũ omnes homines inopinatis rerũ fortibus ſubiiciãtur. Ne igitur incidentes aliquando repentè in nobis inſueta magnopere offendamur, ſatius eſſe inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhærentibus nobis ſemper iis, quibus aſſueuimus, ſed & nonnunquam contraria tentantibus.

51 Plurimùm, atq; repentè euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum: quoniam omne nimium eſt naturæ inimicum: ſed quod paulatim fit, tutum eſt tum aliàs, tum cùm ab altero ad alterum tranſitus fit.

Cauſam, ob quam plurimùm, aut repentè euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum ſit ipſe oſtendit, inquiens omne nimium eſſe naturæ inimicum. Nam elementorum commoderatione natura conſiſtit: quare nõ abſque ratione nimium omne, vt quod deſtruat commoderationem, animalis conſiſtentiam diſſoluit. Paulatim verò, vt inquit, implere ſcilicet, vel euacuare, & quæ cunque alia ſubinde dixit, tutum eſt, cùm aliàs, tum maximè cùm ab altero, cui aſſueuimus tranſimus ad alterũ. Nam in antecedente Aphoriſmo conſuluit & ad inſueta tranſire. In hiſce igitur permutationibus, quod plurimùm exiſtit, atque repentè, periculoſum eſt ſatis: quod verò paulatim fit, tutum.

52 Omnia ſecundum rationem faciẽti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, nõ eſt tranſeundum ad aliud, ſtante eo, quod à principio viſum eſt.

Non paruæ eſt opus ſcientiæ, non tranſire ab iis quæ rectè viſa ſunt, ſi nondum manifeſta appareat vtilitas ex his ſequi, quæ ita facta ſunt. Quemadmodum enim guttà ſubiectam petram percutiente, vix longo tẽpore ſenſibilis paſsio in lapide manifeſtatur: ſic accidit etiam in his, quæ difficulter concoqui poſſunt affectionibus: in quibus cùm recta ratio inuenerit id, quod conducit, non diſcedit ab illo, quod primò faciendum exiſtimauit, etiã ſi nihil ex facto manifeſtum ſit ſubſecutum.

53 Quicunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes fuerint, meliùs degunt iis, qui ſiccas habent. Ad ſenectam verò deteriùs degunt: nã ſeneſcentibus magna ex parte exiccantur.

Manifeſtus

Manifestus est hic Aphorismus:& quicquid de eo dicere conuenit, priùs est dictum in eo Aphorismo, cuius principium, Quibus iuuenibus ventres humidi sunt, iis senescentibus exiccantur.

54 Magnitudo corporis, iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis: senectæ verò inutilis, & deterior paruitate.

Magnitudo corporis propriè quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum verò & quod longitudine sola ampliùs auctum est corpus, solemus magnum nominare: A quanuis huic proprium nomen sit longum. Nam & aliquando quod secundum latitudinem, ac profunditatem vltra proportionem corpus est auctum, dicunt esse magnum, quanuis & hoc crassum proprio vocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihilò deterior est in senectute, quàm paruitas. Si verò vel lõgitudinem corporis, vel crassitudinem intellexit, hæ deteriores, atque inutiliores senescentibus sunt: verùm neque crassitudo est iuuentæ decens, neque liberalis. In sola ergo longitudine quòd sit iuuentæ liberalis, senectæ verò inutilis, vere diceretur. Ex hac enim senescentes gibbi fiunt, & vix possunt onus perferre: quod Hippocrates inutile dixit.

CLAVDII GALENI IN Aphorismos Hippocratis, Liber Tertius.

Nicolao Leoniceno Interprete.

In hoc tertio in Aphorismos Hippocratis commentario, eorum, quæ de temporibus, atque ætatibus ab Hippocrate scripta sunt expositionem faciemus: maximè quidem quicquid est in ipsis obscurum, declarantes: (hoc enim est proprium expositionis opus) veruntamen singulis etiam, quæ rectè dicta sunt, demonstrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in commentariis consueuit. Miror autem & hoc loco Lyci inconstantiam, scribentis quidem (vt ipse ait) expositiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum, quæ de temporibus, & ætatibus dicta sunt, probationẽ demonstratiuam apponentis, sed ad experientiam, & obseruationem omnia referentis, cùm tamen ipse in aliorum Aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat considerationem de ea, quæ in ipsis continetur, veritate, non sola contentus experientia. Quòd verò sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandam, id & ipse Hippocrates ostendit, & in processu sermonis à nobis ostendetur.

MVTATIONES temporum potissimùm pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.

Mutationes temporum nonnulli existimant dici, quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme ad ver transeunte, fit dictorum morborum generatio, de quibus ipse déinceps loquetur. Vere enim furores, atræ biles, & morbi comitiales. Vere B rursus in æstatem desinente, quod est initio æstatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quæ subinde connumerauit. Et de autumno atque hyeme similiter scripsit, vt inquiunt illi, qui pro eodem accipiunt mutationes, & successiones. Sed verbum, Potissimùm, quod Aphorismo adiectum est, hanc expositionem non admittit. Nam in temporum adinuicem commutatione, sicut quidam morbi generantur, eodem modo etiam soluuntur. & hoc ipse etiam Hippocrates dixit. Quare nihilò magis successiones temporum pariunt morbos, quàm soluunt. Quomodo igitur non sat fuit ipsi dicere: Mutationes temporum pariunt morbos, sed &, Potissimùm, addidit? Melius itaque fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt secundum illorum temperaturas, alterationes. Hæ siquidem sunt, quæ potissimùm generant morbos, quando multæ alia post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemiis scripsit, & nũc C etiam paulò pòst dicet. At verò vnius temporis alteratio sola efficit quidem morbos aliquos, non tamen potissimùm. Tunc igitur fiunt morbi potissimùm ex vnius temporis alteratione, quando contigerit magnam asse alterationem. Et ob hanc causam ipse inquit: Et in temporibus magnæ mutationes, vel caloris, vel frigoris, vel alicuius alterius, vt humiditatis, aut siccitatis, vẽtorũ, aut horum defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inuenitur tamen & alia scriptura, quæ ita se habet: Mutationes temporum pariunt morbos maximos: potissimùm autem & in temporibus magnæ mutationes. Quæ scriptura nullam habet obscuritatem, iis præsertim, qui ea audierunt, quæ à me statim anteà dicta fuerunt. Sunt verò & aliæ scripturæ huius dictionis, quas intelliges, atque probabis, ab is quæ diximus, progressus.

Natu

2 Naturarum hæ quidem ad æftatem, hæ verò ad hyemem bene, maléve fe habent.

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates fecundum principalifsimum & primum fignificatum, quod fecundum ipfam maximè fubftantiam naturæ eft. Dicebamus autem in præcedentibus ipfam effe temperaturam quatuor elementorum, humidi, ficci, calidi, & frigidi, oftenfaque à nobis eft in libris De temperaturis: Vna quidem temperatura, bene temperata, atque optima: malè autem temperatæ, atque vitiofæ, octo numero, quatuor quidem qualitate vna excedēte calida & frigida, ficca & humida: quatuor verò duabus calida & ficca, calida & humida, frigida & humida, frigida & ficca. Ad æftatem itaque frigidæ & humidæ naturæ optimè afficiuntur: ad hyemem verò calidæ & ficcæ: ficuti & malè afficiuntur calidæ & ficcæ ad æftatem, frigidæ & humidæ ad hyemem. Perfectifsimè igitur hæ naturæ, ad dicta tépora optimè, ac pefsimè afficiuntur: mediocriter autem quæ aliquo modo à temporibus vel iuuantur, vel offenduntur, ficuti humida & calida, æftate & hyeme: quoniam æftate quidē, quatenus humida eft, meliùs afficitur: hyeme verò contrà, quatenus calida.

3 Morbi quoque alii ad alia bene vel malè fe habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

Inordinato quodam interpretandi genere mihi videtur vfus Hippocrates in hoc Aphorifmo Nam meliùs vtique ita dixiffet: Morbi & ætates, alii ad alia tempora, & loca, & victus genera bene, maléve fe habent. Morbi igitur fe bene habent ad tempora quidem vt ad generationem, fimiles: vt ad folutionem verò, contrarii. Nos enim de hoc ipfo determinauimus in expofitione illius Aphorifmi, cuius initium eft, In morbis minùs periclitantur. Aetates autem, quemadmodum & naturæ, frigidæ quidem ad calida, calidę verò ad frigida. Senum quidem ad ęftatem, iuuenum verò ad hyemem. Eadem ratione & ad loca non morbi tantùm, fed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minùs funt periculofi: magífque fanæ funt in frigidis regionibus ætates calidiores, & in aliis proportionaliter. Sic verò & ad victus genera, alii ad alia bene, maléve fe habent morbi, & ætates. Nam calidiores ad frigidiores, frigidiores verò ad calidiores, & ficciores quidem ad humidiores, humidiores verò ad ficciores bene fe habent. Et vt fimpliciter dixerim, contrarii quidem ad contraria bene, fimiles autem ad fimilia malè, præterquam fi ætas temperata, & victui, & regioni, & loco temperato comparetur: hoc enim folo modo fimiles à fimilibus bene afficietur. Quæ verò plus à temperie receflerunt ætates, iis fecundum temperaturam contraria loca, & tempora, & victus genera conferunt magis. Cùm verò omnes morbi à temperie, & modo recedant, generatio quidem à fimilibus locis, atque temporibus, folutio verò à contrariis fit.

4 In temporibus, quando eadem die modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Cum ratione fit hoc. Neque enim appellationes temporum, caufæ morborum funt, fed temperaturæ.
A Cùm igitur ipfæ conuariant, neceffe eft & morbos conuariari.

5 Auftri auditum hebetantes, caliginofi, caput grauantes, pigri, diffoluentes. Quando huiufcemodi tempeftas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At fi Aquilonia fuerit, tuffes, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, coftarũ dolores, & pectoris. Quando hæc tempeftas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.

B Id quidem, quod fit, declarauit, inquiens: Auftri auditum hebetantes, caliginofi, caput grauantes, pigri, diffoluentes. Caufam autem huius declarauit, fcribens: Vbi hæc tempeftas præualuerit, talia in morbis patiuntur. Semper enim oportet medicum diftinguere, & feparare id, quod à caufa extrinfeca contingit, ab eo, quod morborum ratione fit: vt præcognitiones faciat diligentiores. Caufam verò ob quam Auftri reddāt auditum grauiorem, & vifum caliginofum, non eft difficile ex eius temperatura cognofcere, quæ calida, & humida eft natura. Omnia etenim talia funt apta replere caput. Ob hoc igitur & fenfuum inftrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato, neceffe eft & circa voluntarios motus pigritiam euenire, & veluti in feipfo diffolutum hominem apparere. Contrà verò in Aquiloniis (vt ipfe inquiet inferiùs) corpora redduntur, fiúntque
C robuftiora, vegetiora, ad motus promptiora, & meliùs audientia. Nunc verò hæc non oppofuit iis, quæ ex Auftro circa corpus contingunt, quoniam in hoc Aphorifmo de læfione tantummodo, quæ ex vtroque accidit vento, tractare propofuerat: vt hæc cognofcentes, ab illis feparemus, quæ ex morborum natura contingunt. In Aquiloniis igitur (vt inquit) fiunt tuffes, propter videlicet inftrumentorum refpirationi obferuientium intemperiem, & propter faucium afperitatem, de qua nobis infinuauit, adiungēs verbum illud, Fauces, vt fubintelligeremus, patiuntur. Nam folet interdum hoc modo loqui. Pauló pòft igitur inquiet: Autumno & plurimi æftiuorum, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Licet autem & fimul duo coniungentes legere, fauces alui duræ, vt nonnulli expofitores legendum exiftimarunt. Nam fauces in Aquiloniis conftitutionibus ap-
D parent duræ, quoniam exiccantur, ac refrigerantur, & venter inferior dura excernit, & propter temporis cōftitutionis temperaturam, quæ vergit ad ficcitatem, toto corpore exiccato, & magis ipfo ad feipfum trahente eas, quæ fiunt ex cibis, humiditates. Sed & alia ratione, quoniam cùm longiori tempore maneāt, & non excernantur, omnia exiccantur. Vrinæ etiam accidunt difficultates, vefica flatu Aquilonis ob frigiditatem offenfa. Eft enim exanguis: & propterea ex caufis frigidis plus, quàm aliæ partes, ipfa eft offenfioni parata. Eadem Aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit vltra communem ad alias partes læfionem, illam quoque quæ fit ex refpiratione affumentis, quæ non pari modo pulmonem attingit, & cor, ob fui caloris multitudinem. Homines verò horridos fieri in Aquiloniis conftitutionibus, clarum eft, cōfentaneè videlicet aeris ambientis temperaturæ.

Quando

6 Quando æſtas fit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet.

Quemadmodum paulò anteà dicebat: Quando die eadem aliquando frigus, aliquãdo calor accidit, morbos autumnales expectare oportet. Sic nunc rurſus: Quando æſtas fit veri ſimilis, hoc eſt, temperaturam habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos ſudores in febribus, & hoc non ſine ratione. Neque enim ſine aeris ambientis calore multi ſudores fieri poſſunt, neque abſque hoc quòd aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum verò alterum adeſt in æſtate, alterum in hyeme, in autumno autem neutrum, in vere vtrunque. Rationabiliter igitur æſtas, quę fit arida ſatis, abſumit, atque reſoluit humiditatem: ſimilis autem veri, ob caliditatem quidem attrahit ad cutim: ob humiditatem verò non poteſt per modum vaporis reſolucre. Tota igitur ſimul humiditas in morborum iudiciis expulſa ſudores multos facit.

7 In ſiccitatibus febres acutæ fiunt: & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimũ morbos oportet expectare.

Non multas ait febres in ſiccitatibus fieri, ſed acutas, quoniam paulò pòſt inquiet: Conſtitutionum anni (quod in totum dixerim) ſicca tempora, pluuioſis ſunt ſalubria magis, & minùs mortifera. Quibus deinceps adiungens, rurſus inquiet: Morbi in pluuioſis temporibus magna ex parte fiunt febres longæ. Non abſque ratione. Nam aeris ambientis humiditas pituitoſos acervat humores, & non paucas generat aquoſas ſuperfluitates: ſiccitas verò pauciores quidem humores efficit, ſed qualitate bilioſiores: & ob hanc cauſam febres numero quidem ſunt pauciores iis, quæ fiunt in temporibus pluuioſis, ſed acutiores. Quę verò deinceps in Aphoriſmo dicuntur, manifeſta ſunt.

8 In conſtãtibus temporibus cùm tempeſtiuè tempeſtiua redduntur, morbi conſtantes, & boni iudicii fiunt: in inconſtantibus autem, inconſtantes, & mali iudicii.

Conſtantia tempora nominat, quæ ordinatim ſuã recipiunt temperaturam. Quem verò conſtantem appellet annũ, tibi licet diſcere ab ipſo in libro De aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente: Si quidem pro ratione facta fuerint ſigna huiuſcemodi in ortibus, & occaſibus ſyderum, & in autumno, ſi aquæ deſcendunt, & hyems mediocritatem ſeruauerit, neque valde clemens, neque frigore excedens, & vere aquæ euenerint tempeſtiuę, & æſtate: ſic par eſt, annum fore ſalubriorem. Poſtquàm igitur qualis debeat eſſe conſtans annus, didiciſti, facile eſt etiam inconſtantem intelligere. Omnia enim, quæ aliqua ex parte non ſeruant anni conſtantis ductũ, ea nunc Hippocrates inconſtantia vocat: & eos qui in ipſis accidunt, morbi, ſimiliter appellat. Ait autẽ ipſos, difficulter, hoc eſt, malè, iudicari. Vel enim cum caſibus periculoſis iudicia in his morbis eueniunt, vel ſtatim ſunt pernicioſi, vel omnino faciunt recidiuam.

A **9 Autumno morbi acutiſsimi, atque exitiales, maxima ex parte. Ver autem ſaluberrimum, & minimè exitiale.**

Cùm tempora conuenientem ſeruant totam temperaturam, inter ipſa ver quidem erit ſaluberrimum, vt quod ſit temperatum. Morbos autem acutiſsimos, atque morbiferos, aliorum temporum comparatione autumnus afferet, quoniam ver quidem, temperatum eſt. Autumno verò hoc in primis ineſt, quòd eadem die aliquando calorem, aliquando frigus habet. Deinde quòd æſtiuum ſubſequitur tempus, in quo multis quidem humores aſſati fuerunt, quibuſdam verò & vires debilitatæ. Non ſolùm verò hac ratione autumnus malus eſt, ſed etiam quia primùm quidem humores mouebantur ad cutem, atque diſflabantur: autumno verò
B ab aeris ambientis frigiditate retruduntur, atque ad interiora impelluntur. Hæc itaque ſunt omnibus hominibus communia: iis verò, qui malo victu vtuntur, hoc amplius accedit quòd fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarunt.

10 Autumnus tabidis malus.

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente Aphoriſmo: nunc autem præcipuè nocentem tabidis rurſus vituperat. Vtrum verò ſolùm illos nominet tabidos, quibus pulmo eſt exhulceratus, an omnes quomodocunque tabefactos, non poſſumus coniectari. Liquet autem vtriſque autumnum eſſe malum, cùm ſit ſiccus ſimul ac frigidus, & inęqualis.

11 De temporibus, ſi quidem hyems ſicca, & Aquilonia fuerit, ver autem pluuio-
C **ſum, & Auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri, & lipitudines, (Græci ὀφθαλμίας vocant) & dyſenterias, præcipuè verò mulieribus, & viris, qui naturâ ſunt humidiores.**

De alteratione, quæ in temporibus fit, hîc docet, ab hyeme quidem ſicca, & Aquilonia initium ſumens, vere autem pluuioſo, & Auſtrino. Paruæ igitur quanuis ſint tales mutationes, præter naturam tamen ſunt: quapropter & æſtate ſequi ait hos morbos, febres acutas, & lippitudines, & inteſtinorum difficultates. Cauſam verò, ob quam ſuperabundant in tali conſtitutione huiuſ-
D cemodi morbi ipſe explicauit in libro De aquis, locis, & aere. Verba autem eius ſe habent in hunc modum: Si hyems quidem ſicca, & Aquilonia fuerit, ver autem pluuioſum, & Auſtrale, neceſſe eſt æſtatẽ febribus abundare, lippitudinéſque aduenire. Quando enim ęſtate æſtus repentè ſuperuenerit, & terra madida pluuiis vernalibus, & ab Auſtro fuerit, neceſſe eſt æſtum duplicari, & à terra madida, atque calente, & à ſole comburente, nondum conſtantibus hominum ventribus, neque exiccato cerebro. Neque enim poſsibile eſt tali vere exiſtente, non colliquari corpus, ac carnem: vnde febres accidunt acutiſsimæ tum reliquis omnibus, tum præcipuè pituitoſis. Dyſenterias verò mulieribus, & viris humidioribus conuenit fieri. Hæc Hippocrates in libro De aquis, locis, & aere dixit. Nos verò latiùs eius ſermonem explanabimus: & primò quidem ob quam cauſam neque in hyeme, neque in vere per talem

lem cõftitutionem dixerit vulgari morbos. Cùm tamen in fecundo Epidemiarum, in ipfo tempore vitiato dicat apud Cranonem factos effe carbones. Verba autẽ eius hæc funt: Carbones in Cranone æftiui. Pluebat in æftibus aqua ruente per totum, fiebant autem Auftro magis. Manifefta igitur eft ex iis, quæ dixit, caufa quoque, ob quã apud Cranonem facti fint æftate carbones. Neque enim paulatim mutauit tẽperaturã naturalẽ, fed ad talẽ peruenit conftitutionẽ, in qua facilè putrent quęcũque naturã habent vt putreãt. Habiles enim funt humiditates, quæ modum excefferint, ad putredinem faciendam. Nam (vt ipfe inquiet) morbi in temporibus pluuiofis fiunt magna ex parte febres longæ, & alui fluxus, atque putredines: adhuc autem magis, quàm humiditates, putredinem calores faciunt. In vnum itaque conuenientibus ambobus adeò fortibus, atque immoderatis, veluti in Cranone, fecundum tempus corpus non expectat, verum anticipat in ipfo priore plurimùm offendi. Per hyemem verò ficcam, & Aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerentur, quali ipfe dixit per hæc verba: Si verò Aquilonia fuerit, tuffes, fauces, alui duræ, vrinæ difficultates, horrores, dolores laterum, pectorum: non tamen effatu dignus morbus accrefcet. Nam & alioqui ficciores conftitutiones funt falubriores. Ex toto enim ait ficcitates pluuiofis temporibus effe falubriores, & minùs mortiferas. Hyems verò Aquilonia, ac ficca, inducet quidẽ erectè obambulantes homines in tuffes, alui fuppreffionem, difficultatem vrinæ, atque dolores locorum ad thoracem attinentium: non tamen febres, vel dyfenterias, aut tale quiddam operabitur. Cur igitur non etiam in vere pluuiofo, atque Auftrali morbi vulgantur? Quoniam antecefsit hyems frigida fufficienter, ac ficca. Ipfe verò dixerat, non fimpliciter præfentes conftitutiones fore confiderandas, fed ex qualibus, ad quales fiant permutationes infuper confiderandum. Præexiccatum itaque corpus per hyemem, cuius ficca, atque Aquilonia fuit temperatura, non modò nihil ex vernis pluuiis patietur, fed potiùs aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si verò totum ver humidum fuerit, ad contrariam ducetur corpus conftitutionem, illi, quæ priùs inerat, id eft, ficcæ, tranfcendens illam, quæ medium tenet, mediocritatem. Quare æftas fubfequens, paratum excipiet offenfioni, cùm terra adhuc humecta fit: atque ob hanc caufam æftum efficiat, vt pote Etefiis nondum fpirantibus. Nam poftea flare incipiunt poft Canem etiam. Quare totum tempus medium habebit febres acutas, propter caliditatem, & humiditatem, humoribus in corpore putrefcentibus, necnon lippitudines, & dyfenterias, pro aptitudine partium, quæ offenfionem recipere naturã aptæ funt. Aliæ enim aliis magis, aliæ minùs pafsibiles funt, fecundùm corporum temperaturas. Nam lippitudines ferè omnes infeftant repleto capite, quibufdã exceptis, quibus oculi prævalidi funt. Dyfenteriæ verò, ficut ipfe dixit, eos, qui naturas humidas habent, & mulieres: hæ fiquidem viris funt humidiores. Si igitur totam conftitutionem, tanquam noftra putrefacientem corpora, damnamus, liquet quòd putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipfum fiquidem humidum, quod in noftris putret corporibus, quædam veluti materia eft à vi caloris patiens. Humiditas verò ambientis aeris, quatenus exiccari non finit humorum in corpore fuperabundantiam, eatenus adiuuat vim putrefacientem. Nihil itaque mirum, fi in talibus conftitutionibus plus offen-

A duntur naturæ humidiores: & propterea ait febres pituofis magis aduenire: hi fiquidem neceffariò funt humidiores. Manente igitur putredine in corpore, febres fiunt: fi verò per ventrem euacuetur, dyfenteriæ. Et hæc per totam æftatem contingent, nifi fiat circa Canis ortum permutatio, de qua ipfe in libro De aquis, locis, & aere tranfegit poft verba paulò anteà fcripta, poft illa videlicet: Dyfenterias autem par eft fieri mulieribus, & viris humidioribus. Nam fermonem continuans, fcribit in hunc modum: Et fi quidem fuperuenerit circa Canis ortum aqua, & hyberna tempeftas, & Etefiæ perflauerint, fpes eft quietis, & quòd autumnus falubris erit: alioqui periculum eft, ne pueri moriantur, & mulieres, minimè verò feniores: & ne qui euaferint, in quartanam finiant, & ipfa quartana in aquam inter cutem terminetur. Verùm de iis, quæ adiecit in libris De aqua, aere, & locis, cùm librum illum exponemus, diligentiùs confiderabimus. De iis verò, quæ in præfenti Aphorifmo proponuntur, fufficienter eft dictum, excepta vna dictione, Ex neceffitate, quam non folùm appofuit in Aphorifmo, fed

B etiam in libro De aquis, locis, & aere, oftendens per eam quòd rei natura perfuafus, non aliqua obferuatione ductus ifta notauerit. Aliquoties igitur non verifimile fit, ipfum vidiffe talem conftitutionem, vel aliquot in locis, nimirum bis, vel ter, vel quater. At neque fi fæpius videris, adhuc poffumus dicere quod ita femper erit: ficuti neque fi ex medicina aliqua videris purgatos fex, vel feptem homines, dicere certè poteris quòd omnes pofthac homines ex necefsitate purgabuntur. Quare pro manifefto relinquitur, quòd rei naturam Hippocrates fequens, & non aliquam obferuationem, ita fcriptitauerit: Neceffe eft æftate febres acutas, & lippitudines, & dyfenterias fieri.

C 12 Si verò hyems Auftralis & pluuiofa & clemens fuerit, ver autem ficcum, & Aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver ineft, ex quacunque occafione abortiunt: quæ verò parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare vel ftatim intereunt, vel tenues, & valetudinarii viuũt. Cæteris verò mortalibus dyfenteriæ, & lippitudines ficcæ fiunt, fenioribus autem deftillationes quæ citò interiment.

Contrario modo fe habet temperatura duorum temporum, quæ in priore Aphorifmo dicta funt, ad temperaturam illorum temporum, quæ in ifto dicuntur. Qualis enim erat hyems priùs in illo, tale nunc eft ver. Quale autem erat in illo ver, talis nunc eft hyems. Quod igitur non erat in illis neceffarium in vere morbos vulgari vehementes, fufficienter dictum eft. Nunc autem quòd hyeme humida quidem, ac calida exiftente, vere autem frigido & ficco, neceffarium fit in ipfo vere homines ægrotare, demonftrandum eft. Mulieres itaque, quibus partus ad ver peruenturus erat, ex quacũque abortiunt occafione. Corpora fiquidẽ humida mollia, & laxa ab hyeme clementi facta, ad intimas fui partes aeris ambiẽtis frigiditatẽ facilè admittũt, ita vt infantes, qui lõgo tẽpore calori aeris iam funt affueti, vehemẽter à frigore percufsi, non abfq; caufa hi quidem

priùs

priùs in vtero, hi verò mox in partu moriantur. Qui verò viui in lucem eduntur, nō ferentes fubitam ad contrarium mutationem, vel breui poft tēpore moriuntur, vel exiles, atque infalubres effecti, vix in vita perdurāt. Aliis verò, ceu pituitofis, ac mulieribus, dyfenterias ait accidere ex pituita à capite ad ventrem defluente. Hūc enim humorem par eft in dicta conftitutione plurimùm generari, per hyemem quidem capite repleto, circa veris autem initia fubitò perfrigerato: nam cerebrum fua natura generandis pituitofis fuperfluitatibus aptum eft, cùm perfrigeratum alimentum conuincere non poteft. Ineft autem & hoc pituitæ generationi, vt quæ à forti fit frigiditate, acida euadat: quę verò à caliditate replente caput, falfa: ficuti fanè & quæ à pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, vel nullam manifeftam qualitatem habeat. Ea igitur, quæ fit in præfenti conftitutione pituita, propter eam, quæ fuit in hyeme, caliditatem, falfa erit: & hac ratione dyfenteriam maximam generabit, quando longiori tempore mordens, atque abradens, inteftinum offendet. Nam inter exeundum propter lentorem inteftinis adhærens, & immorans, fempérque ipfa propter qualitatem detergens, facit dyfenterias. Iis autem, qui naturâ calidi funt, ac biliofi, inquit ipfe Hippocrates lippitudines ficcas accidere. Sic autem vocat eas, quæ funt fine fluxu. Par autem eft calidis, ac ficcis naturis in ficca, ac frigida conftitutione quæ calidam, atque humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim priùs repletum eft in calida atque humida conftitutione: frigus autem fuperueniens, veluti manus quædam extrinfeca capiens, ac premens cerebrū, veluti fpōgiam quandā, exprimit illam, quę in ipfo continetur, humiditatem. Hæc verò delata ab vno loco ad alium, ex iis, qui faciles funt ad patiendum, multos generat morbos, atque ita iis, qui oculos habent naturâ imbecilles, lippitudines accidūt. Nihil verò ex ipfis fluet extra, propter aeris ambientis frigiditatem denfantis fuperficiem exteriorem. Quòd verò Hippocrates ipfe omnia, quæ diximus, ad caufas referat antè dictas, manifeftum eft ex iis, quæ fcripfit in libro De aqua, locis, & aere, in hæc verba: Pituitofis itaque par eft dyfenterias aduenire, & mulieribus, pituita à cerebro defluente, propter naturæ humiditatem: biliofis autem ficcas lippitudines, ob carnis caliditatem, ac ficcitatem. Quod verò fcribitur circa finem Aphorifmi, Senioribus verò deftillationes, quæ fubitò interimant. ipfe in libro De aqua, locis, & aere, per hæc verba fcripfit: Valde autem fenibus deftillationes propter raritatem, & venarum colliquationem, ita vt repentè intereant, quofdam verò cōtingit dextra, finiftrâve parte ftupidos fieri. Per hæc verba videtur Hippocrates, non quas communi vocabulo deftillationes confueuimus nominare, quæ fcilicet ex capite feruntur ad pulmonem per afperam arteriam, fed omnes, quæ deferuntur, fluxiones per venas à capite ad partes inferiores: quare & citò interimentes, bene videtur adiectū: quoniam hæ velocem iudicationem faciunt, cùm aliæ diutiùs perdurent. Quidam verò expofitores per deftillationes intelligentes illas, quæ à capite ad pulmonem fiunt per fauces, & arterias, cum negatione Non, hunc fcribunt fermonem, hoc modo: Non citò interimentes. Et rectè quidem. Neque enim frigidæ fluxiones in ipfis concoquuntur, ob ætatem. In quibufdam verò exemplaribus fcriptum eft: Citò interimentes, quoniam & in libro De aqua, locis, & aere, ipfe inquit: Ita vt repentè intereant.

13 Si verò æftas ficca fuerit, & aquilonia, autumnus verò pluuiofus, & Auftralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuffes, raucedines, atque grauedines, quibufdam autem & tabes.

Eandem, temperaturam nunc attribuit æftati, & autumno, quam paulò anteà pronuntiauerat de hyeme, ac vere, cùm ita dicebat: Si hyems ficca, & Aquilonia fuerit, ver autem pluuiofum, & auftrale. Verùm ibi quidem in hac æftatis conftitutione dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates inteftinorum fieri: nunc verò in hyeme dolores capitis, tuffes, raucedines, atque grauedines. Non adiecit autem vel ibi æftiuam conftitutionem, vel hîc hybernam: vt qui vtrunque tempus fuam feruare temperaturam fuppofuerit. Nam fi & in his alia aduenerit aeris ambientis intemperies, erit & in prædictis morbis propter illam aliquis alius intemperiei proprius. Verùm in illa quidem conftitutione, qua dixit hyemem fieri ficcam, & Aquiloniam, ver autem pluuiofum, & Auftrale: ipfe fubiecit caufas, ob quas tales morbi æftate fiunt, in libro De aere, locis, & aquis. De prę fenti verò conftitutione nihil dixit in illo. Nam poft duas anteà fcriptas conftitutiones, alteram quidem in qua hyemē Aquiloniam, & ficcam vult fieri, ver autem pluuiofum, & Auftrale: alteram verò, in qua cōtrarium, pluuiofam, & Auftralem hyemem, ver autem ficcum, & Aquilonium: hanc quæ poft ipfas tertia fuerat, de qua præfens eft fermo, non etiam adiecit, fed eius loco, alteram talem: Si verò æftas pluuiofa fuerit, & Auftralis, & autumnus fimiliter, neceffe eft hyemē fore infalubrē. Deinde per ordinem quafdam alias, quarum nulla eodem modo, quo ifta nunc, propofita, fe habet. Sed de illis quidem, cùm ad earum expofitionem peruenerimus, fermonem faciemus. Nunc verò de ea, quę ab ipfo dicitur in Aphorifmis, agamus, idem noftro fermoni initiū facientes, quod etiam paulò antè diximus. Par etenim eft feruare ipfam hyemem fimilem ei, quæ eft naturalis, hoc eft, frigidam, atque humidam, quantum hæ duæ qualitates conueniunt temperatis orbis regionibus, de quibus & ipfe loquitur, & nos paulò pòft nominatim mentionem faciemus. Seruante itaque hyeme fuum temperamentum, nulla fortior in ipfa ægritudo confiftet, fed tantùm capitis dolores, tuffes, raucedines, atque grauedines, quæ funt repleti capitis accidentia. Si igitur, vt priùs diximus, in vtroque tempore, æftiuo fcilicet, atque autumnali fieri pluuias Auftrales contigerit, fortè & in ipfa æftate, fin minùs, faltem in ipfo autumno, vulgabuntur morbi proprii conftitutionis humidæ, & Auftralis. Nunc verò cùm æftatem ficcam, & Aquiloniam præcefsiffe fuppofuerit, autumnum autem humidum, & Auftrinum, par eft non folùm quofdam non incipere ftatim ægrotare, verùm & immodicæ per æftatem ficcitatis habere remedium non mediocre, eam, quæ facta eft in autumno, humidam conftitutionem. Quia verò totus autumnus talis eft fubfecutus, neceffe erit iis, qui naturam habent humidiorem, plus, quàm deceat, repleto capite, nuper dictos morbos hyeme aduenire: quibufdam autem eorum & tabem, qui fcilicet ad hunc morbum apti naturâ funt. Sunt autem apti naturâ & qui angufto funt pectore, & quibus à capite ad pulmonem fluxio defertur. Hi igitur tabidi fient. Aliis verò nullus quidem fortior morbus adueniet, fed tuffes, atque raucedines, & quicunque alii huiufcemodi cafus fient, tempore hyberno capita fufcipiente Auftrinis pluuiis anteà repleta,

ta,atque ita in quibusdam quidem hoc solum efficiente, quod superfluitas in capite permanens fit ipsi morbi causa. Nullam siquidem plenitudinem vlla in parte corporis hyems dissoluit. In quibusdam verò coacto ampliùs, & velut compresso capite, expressa materia superflua, ad loca capiti subiecta descendit: hoc itaque veluti purgatio quædam capitis est, & euacuatio. In quibus verò multa materia grauatum caput anteà laborauit, nec potuit hybernum frigus tolerare, in his propter intemperiem perfrigeratum, maiorum est fluxionum subiectis sibi partibus causa.

14 Si verò Aquilonius, & siccus, iis, qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet: reliquis autē erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines, nonnullis verò & atræ biles.

Hic sermo nunc dictus liquet quòd non est integer Aphorismus, sed pars secunda vnius Aphorismi, cuius priorem partem nuper destitimus explanare. Nam manēte communi ea, quę est æstatis, dispositione, vtrisque sermonibus, prior quidem pluuium, & Australem ab ipsa supponit autumnū, secūdus verò, qui instat, siccū, & Aquloniū. Quòd vero nil differt, siue siccū, siue squallentem, siue inaquosum dixerimus, vnicuique est manifestū. Ambobus ergo tēporibus squallidis, & siccis, effectis, humidæ quidem naturæ non modò nihil offenduntur ex tali constitutione, sed potiùs aliquam sentient vtilitatem. Causam verò ipse dixit in libro De aquis, locis, & aere, scribens in hunc modum: Pituitosis verò hæc omnia auxilio sunt. Exiccantur enim, atque ad hyemem minimè humecti perueniunt, sed exiccati. Reliquis verò, qui non sunt tali natura præditi, lippitudines siccæ, febres acutæ, atque grauedines accidunt, & nonnullis eorum atræ biles. Causam verò horū generationis, ipse in libro nuper dicto, his verbis explicat: Biliosis verò hoc est inimicissimum, quia valde exiccantur, & lippitudines his siccę eueniūt, & febres acutę, & diuturnæ, quibusdā verò & atræ biles. Déinde causam subinferens, inquit: Bilis enim pars humidissima, atq; aquosissima exiccatur atque ab sumitur: crassissima verò, & acerrima linquitur, & sanguis pariter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipsis contingunt. Hæc itaque à nobis in propositas constitutiones dicta sunt sufficiēter. Cur verò de his solis constitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cùm & plures aliæ sint, non habeo dicere. Volo autem potiùs declarare viam, ac rationē, qua quispiam vtens, omnes constitutiones complecteretur. Est autem talis. Primū igitur incipere est necessarium, veluti ab elemētis, à simplicibus aeris ambientis intemperaturis, atque ipsas diuidere, in valde paruas, valde vehementes, ac medias, & tum dicere de qualibet earum, quæ dictæ sunt, intemperaturarum in singulis temporibus contingentium, quos scilicet morbos secundùm vnamquāque naturam generabunt. Posthac duorum temporum intemperaturas inuicem connectere, quemadmodum conatus est nūc Hippocrates facere. His verò transactis omnibus, déinceps trium temporum cōiungere omnes omnibus intemperaturas, déinde quatuor. Sic enim foret integra, atque perfecta meditatio. Hæc igitur & nos fortè aliquando, si plus otii nacti fuerimus, seorsum scribemus. Sufficiat autem in præsentia hoc dixisse solum, quòd paucos admodum intemperaturarum complexus scripsit Hippocrates, adeò vt hæ potiùs quoddam exemplum videantur, quàm pars aliqua effatu digna totius

circa talia disciplinæ. Dicemus autem pleniùs de ipsis, A cùm librum De aquis, locis, & aere, & de Epidemiis primum exponemus. Quod verò pauló anteà sum me dictorum pollicitus, nunc adiungens, in ipso finiam orationem. Intelligere nos enim oportet omnes, de quibus scripsit Hippocrates, constitutiones, in locis terræ habitabilis temperatis fieri, exceptis ab hoc sermone Thraciæ locis, quæ à mari distant. Hæc enim in frigiditate, atque humiditate modum excesserunt: sicuti & quæ ad Aegyptum, ac Lybiam attinent, loca calida sunt, ac siccа: exceptis & hic illis, quæ mari adiacent, locis. In frigidis enim, quales sunt circa Thraciam, ac Pontum regiones, quoniam loca mari adiacentia, humilia sunt, ob hāc causam calidiores habent temperaturas. In calidis verò quales Aegyptus, ac Libya, quoniam æstate à ventis ab Arcto flantibus refrigerātur, idcirco minùs sunt calida iis, quæ ad mediterranea recesserunt. Zona verò exquisitam habens temperiem, ac media orbis terrarum, est B quæ per Gnidum, & Con, & quæcunque loca non multùm ab his recesserunt, vel ad Aquilonem, vel ad Austrum. Oportet autem, vt temperatam zonam nominatam ab iis, qui talium habent peritiam, perfectè intelligas, excogitare quandā lineam rectā ab Oriente ad Occidentem extentam per ea, quæ dixi, loca. Quidam autē astrologi non zonas, sed parallelas, id est, æquidistantes vocāt tales in terra habitationum similitudines, quæ ab ortu ad occasum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur de iis præcipuè, quæ diximus, locis. Ordo autem temporum, sicut ipse sæpius in libro Epidemiarū ōstendit, & sicuti ii, qui hoc studio excelluere, scripserūt, hic est: Ortus Pleiadum, principium est æstatis: post quem Canis ortus oporam appellatam fructuum pomorum tempus inchoat: quam etiam secundam partē æstatis vocant. Post hanc Arcturus oriens, initium facit au- C tumno. Deinde occasus Pleiadum, hyemis principiū adducit, & inde quod hyemem sequitur æquinoctium, veris exordium affert.

15 Ex anni autē constitutionibus, (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minùs mortiferæ.

Quòd melius fuisset inter anteà scriptos Aphorismos, in quibus agit de temporum cōstitutione, hunc primum scribere Aphorismum, quem nunc præ manibus habemus, ex ipsis rebus didicimus, quoniam ad confirmandos priores Aphorismos hoc etiam eguimus. Et hoc ex necessitate didicimus: quoniam prius est natura, atque doctrina, simplex composito. Post illum igitur D Aphorismum cuius initium est: Austri hebetātes auditum, caliginosi, caput aggrauantes, pigri, dissoluentes. primo loco ponemus illum cuius principium: Quotidianæ constitutiones, Aquilonię quidem corpora invnum cogunt. Secundo loco hunc nunc propositum, in quo ex omnibus anni cōstitutionibus siccitates imbribus anteponit, & hoc cum ratione. Nam in siccitatibus superfluę humiditates dissoluuntur, per imbres autem intra corpus collectæ putrefiunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitiis expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio, parua est, & solam ferè cutem euacuat. Quæ autem sunt per carnem, & partes solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter balneis euacuātur. Neque tamen ea, quæ fit per purgantia pharmaca superfluitatum euacuatio, idonea est. Nam valde indigentibus, & ex longis interuallis vtilis est. Earum verò, quæ quotidie generantur in corpore superfluitatū euacuatio minor est, quàm

quàm vt exigat purgantis pharmaci operationem. Si verò quispiam voluerit bis in mense, aut semel saltem ea vti, veritus ne superfluitatum multitudo aggregetur, præterid, quòd nocebit, corpora etiam in malam trahet consuetudinem. Alimenti siquidem pars vna serosa est, & humida, quæ ipsi gratia distributionis admiscetur. Altera veluti fuliginosa superfluitas, quę in pluribus cibis, quicunque sunt peiores, continetur: hæc naturæ operationem subterfugit, cùm neque assimilari corpori, quod nutritur, neque agglutinari queat. Hæ igitur omnes diebus singulis sunt euacuandæ: verùm magis in siccis constitutionibus euacuantur, quàm in humidis: atque ideo has dixit esse salubriores.

16 Morbi in pluuiarū multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. In siccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum.

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates nō nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc, quòd frigidiores, & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum: sicuti contrà in siccitatibus biliosiores. Quare in temporibus pluuiosis febres erunt diuturniores, in siccitatibus autem acutiores. Alui autem profluuia in temporibus pluuiosis rationabiliter euenire ex humorum superabundantia per aluum expurgata, non est obscurum, sicuti etiam quòd eisdem temporibus putredines fiant: quoniam perspicuum est, humida siccis magis esse putredini obnoxia. Sunt vtique & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortum habentes. Angina autem fit nonnunquam superfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus. Quòd autem in pluuiosis temporibus fluxiones, & potissimùm ex capite venientes superabundent, & manifestum est, & dictum est à me sæpius. In siccitatibus autem & tabidos morbos ait abundare, & lippitudines, & articulorū passiones, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorū, satis (vt mihi videtur) indistinctum de hisce faciens sermonem. Morbi siquidem tabidi has duas sequuntur constitutiones: vnam summè frigidam, ob quam nonnulla ex vasis, quæ sunt in respirationis instrumentis, disrumpuntur: alteram, quæ coniunctam habet cum caliditate humiditatem, quarum occasione caput repletū mittit ad pulmonem fluxiones. Siccam verò constitutionem, quæ tamē quo ad caliditatem, & frigiditatem naturaliter se habeat, omnia potiùs quàm tabes, consequuntur. Quare mihi videntur nónnulli fuisse coacti, oculorum tabem intelligere, vt sit sermo huiuscemodi: In immoderatis autē siccitatibus lippitudines tabidæ fiunt, hoc est, ad tabem oculorum terminantes: ex qua fiunt extenuati, ac sicci plus, quàm naturæ conueniat, facta simul & ipsa pupilla angustiore, exiccatis videlicet humoribus, à quibus distenta moderatè quidem, modū seruabat naturæ conuenientem: plus verò quàm oporteat, ad prauam latitudinem extendebatur. Si verò ipsas per se ipsas dictas

Galen.

A lippitudines intelligamus, verbum, Siccas, adiūgemus. Diximus autē paulò antè causam, ob quā siccæ lippitudines in magnis fiant siccitatibus. Iā verò articulorū morbi, qui quidē ex fluxionibus fiunt, nullo modo in immodicis siccitatibus fient. Qui verò ab aliqua acrimonia accidūt, si & caliditas immodica accesserit, tūc solùm euenient. Quas igitur articulorum passiones in siccitatibus dixerit fieri, dignum est inquisitione. Si enim immodicæ factæ consumpserint articulorum humiditatem: difficilem sanè quendam motum ob siccitatem efficient: fortè verò & dolorem nonnunquam: eā verò passionem, quam arthritin vocant, haudquaquā efficient, nisi quispiam omnem articulorum dolorē ita velit nominare. Atqui ipse in libro secundo Epidemiarum ita inquit: In Aeno famis tempore qui leguminibus vescebantur, infirma habebant crura: sed & qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur. Non

B arthriticos, sed genua dolētes, ipsos appellauit. Quispiam verò fortasse respondeat non vnius articuli dolorē, sed & multorum simul arthritin nominari: & idcirco, genua dolentes, nondum arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis nominatur, hæc dubitasse sufficiat: de vrinæ verò stillicidiis deinceps videamus. Neque enim ad siccitates & ipsę simpliciter consequuntur, nisi tribus adhibitis distinctionibus, quarū prima est immodica siccitas, secunda, si caliditas adiungatur, tertia, si frigiditas: de quibus non fecit mentionem Hippocrates: sed, vt dixi, si cui libeat omnium anni constitutionum naturam inuestigare, sic ipsum facere oportet. Erit autem sermo exemplo manifestus huius propositæ considerationis. Nam immodica siccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis affectionē, aliam in siccis, velut & in humidis aliam. Sic &

C in calidis, ac frigidis, aliam in vtraque facietaffectionē: secundum etiam coniugationes simplicium intemperaturarū, aliam quidem in calida, & sicca: differentem autem ab ipsa, in frigida, & sicca: & in reliquis duabus eodem modo. Sicuti verò simplicem paulò anteà seruantes aeris ambientis tēperaturam, in vnaquaque natura propriam quandam dicebamus facere affectionē: sic compositā supponētes, in vnaquaque rursus natura futuras affectiones considerabimus. Erit autem cōposita sicca aeris ambientis constitutio, quando frigiditati, vel caliditati adiungetur, quanquàm & simplex videbatur quodam modo & ipsa composita. Nam miscebatur bene temperatæ constitutioni, media inter immoderantiam vtranque, eam, quæ est secundum caliditatem, & eam, quæ est secundum frigiditatem. Cùm verò concessum sit in doctrinis, simplices quidem intem-

D peraturas esse eas, quæ secundum vnam qualitatem à modo naturæ recesserūt, non simplices autem eas, quæ secundum plures, non sine ratione cùm aer ambiens, ea, quæ est secundum siccitatem, & humiditatem, opposítione, fuerit malè temperatus, in altera autem, quæ est secundum caliditatem, & frigiditatem, bene temperatus, simplicem dicemus esse intemperaturam. Hac igitur habita in omnibus consideratione, non est obscurum, quàm prolixus fiet sermo de reliquis constitutionibus, & nunc propositus de vesica. Nam vrinæ stillicida fiunt & propter acredinem vrinæ, & propter vis retentiuæ, quæ est in vesica, imbecillitatem: quæ rursus imbecillitas ex immodica intemperatura contingit. Cùm verò octo sint immoderantiæ, in singulis earum debilis vesica erit: atque idcirco ad eam vrinæ stillicidia consequentur. Iam verò & vrinarum acrimoniæ, à quibusdam fiunt intemperaturis, sed potissimùm ab ea,

quæ eſt ſecundum caliditatem, déinde ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem & humiditatem, tertiò ab ea quæ eſt ſecundum humiditatem. Fiet itaque & ob hæc vrinæ ſtillicidium, demptis iis, quæ ſunt propriæ veſicæ paſſiones, ad quas vrinæ ſtillicidia caſus ratione cõſequuntur: veluti cùm ob hulcus, aut eryſipelas, aut abſceſſum in ea factum, vel inflammationem, aut tale quid aliud, vrinæ ſtillicidium contigerit. Nunc enim non de his ſermo exiſtit, ſed ſolùm de illis, quæ aeris ambientis ratione proueniunt: ſicuti neque de illis, quæ ex malo victu habent occaſionem. Quæ verò in vrinæ ſtillicidio ſunt dicta, hæc etiam à nobis dici cogites in difficultate inteſtinorum, de qua neque ipſe idem cũ Hippocrate ſentio. Difficultas enim inteſtinorum non ſimpliciter ad ſiccitates conſequitur, niſi priùs diſtinctio adhibeatur, primùm quidem vt ſit exuperans ſiccitas, déinde vt aer ambiens ſecundum caliditatem, & frigiditatem permutetur, poſtremò vt naturæ corporum patientes conſiderentur. Non eſt autem æquum adeò de Hippocrate dubitare, quòd primus talis conditor contemplationis, non totam perfecerit, quantum de Diocle primùm, & poſt ipſum de Mneſitheo, tum multis aliis medicis, qui veras Hippocratis vias ingreſſi, multa ſibi particulatim elaboranda propoſuerunt. Cùm enim deceret eos, ſi quicquam aliud, eam quoque, quæ de temporum conſtitutionibus eſt, contemplationem, vt paulò anteà docui, corrigere, totámque elaborare, ipſam omnino contempſerunt. Nos verò id facere aggrediemur, proprio his dicato opere, ſi priùs hæc, quæ præ manibus habemus, abſoluerimus.

17 Quotidianæ autem conſtitutiones, Aquiloniæ quidem corpora denſant, & robuſta, & bene mobilia, coloratiora, & meliùs audientia faciunt, & aluos exiccant, & oculos mordent: & ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ diſſoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt, oculis, atque corporibus difficilem motum præſtant, & aluos humectãt.

Cùm frigidus, ac ſiccus ventus ſit Aquilo, omnes corporis conſumit ſuperfluitates. Robur autem adiicit ipſis inſtrumentis, ex eo quòd adſtringit, & in vnum cogit denſando ſubſtantiam. Ob hoc igitur (vt inquit) omnia meliora fiunt, & ſecundum naturæ, & animæ operationes. Nam animæ quidem operationes oſtendit per ea verba, Bene mobilia, & Melius audientia. Naturæ verò cùm inquit, Bene colorata. Commune autem vtriſque eſt quod Robur, nominat. Et clarum eſt, quòd ex vno ſenſu auditus, veluti exemplo quodam, etiam de aliis oſtendit. Hęc igitur bona adſunt Aquiloniis conſtitutionibus, quibus maximè perfruuntur, qui ſalubre corpus habent, & ex his ipſis humidiores. Adſunt verò & mala quædam hiſce conſtitutionibus, verùm parua, & non ſimilia malis, quæ Auſter affert. Cur enim non parua ſint, aluum cohiberi, morderi oculos, & præexiſtentes dolores pectoris exacerbari. Noſces autem manifeſtiùs, ipſorum paruitatem Auſtralibus comparans conſtitutionibus, quas dixit diſſoluere corpora. Maximum enim eſt hoc malum ad opus omne, ſiue animæ ſit, ſiue ad vitam pertinens. Non paruum autem aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De vertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proximę ſunt morbis comitialibus, & iis, quos apoplexias nominant. Vertigo enim fit humore cum craſſo flatu in capite commoto, quare etiam comitiales, & apoplexias præcedit. Sed & difficilem (inquit) prębſtant oculorum, & totius corporis motum: praui autem ſunt & huiuſcemodi caſus. Solum autem ineſt ipſis hoc bonum, quòd aluos reddunt humidiores. Hoc autem & alia omnia efficiunt, maximè quidem propter humiditatem: ſed & inſuper etiam propter caliditatem. Id autem, quod in initio ſermonis ſcribitur meliùs ordinem commutaſſet, vt primum quidem foret verbum, Humectãt: ſecundum verò, Diſſoluunt: déinde ea, quæ déinceps ſequuntur. Quia enim humectant, ob hoc & ſingula alia operantur, coadiuuante ad hæc & caliditate. Fiunt ſiquidem operationes per ſolidas animalis partes, quæ verè ſunt eius partes. Aggrauantur autem hæ, quapropter & deteriùs operantur, propter humiditatum exceſſum.

18 Per tempora anni, vere quidem, & prima æſtate pueri, & qui hos ſequuntur ætate, optimè degunt, & ſani ſunt maximè: æſtate verò, & autumno vſque ad aliquid, ſenes: reliquo autumno, & hyeme, qui mediam ætatem habent.

Non ſolùm in ætatibus, verùm & in omnibus aliis, quæ ſecundum temperaturam, vel moderatè ſe habẽt, vel immodicè, ſi quis ſermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, verum inueniet. Naturis ſiquidẽ, ætatibus, & regionibus bene temperatis, optimum tempus eſt, quod ſummam habet temperiẽ: cùm eum, quo præditæ ſunt, habitum non permutari, ſed conſeruari deſiderent: quoniam omne, quod eſt, à ſimilibus quidẽ conſeruatur, à contrariis autem tranſmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc autem magis adoleſcentium (hęc enim eſt omnium ætatum optima) vere optimè degũt, & eadem ratione quæcunque vel regiones, vel naturæ ſunt bene temperatæ. Adiunxit autem veri principium æſtatis Hippocrates, in latum extendens vniuſcuiuſque theorematis vtilitatem. Magis autem exquiſitus ſermo fuiſſet, ſi ita ſcripſiſſet: Adoleſcentes vere, pueri ęſtatis principio optimè degunt. In ſenibus verò, propter temperaturæ frigiditatem æſtas vtiliſſima eſt: ſicuti iis, qui in ætatis vigore conſiſtunt, hyems maximè cõfert. Hæc enim contraria eſt illi, quæ in his fit ex bilis multitudine, intemperaturæ. Sic & naturarum, quæ quidem bilioſiores ſunt, hyeme optimè degunt: pituitoſiores autem, ęſtate: bene autem temperatæ, vere. Similiter & regiones, quæ quidem bene temperatæ ſunt, optimum ver habent, ex aliis verò frigidæ æſtatem, hyemem verò calidæ: iam verò etiam peſſima tempora vnicuique ætati, atquæ naturæ, & regioni, ex iis, quæ dicta ſunt, poſſumus inuenire. Nam peſſima ſunt optimis maximè contraria. Eadem ratione & media inuenies inter optima, & peſſima. Illud prætereà animaduertere oportet, quòd ver quidem optimum dicitur eſſe adoleſcentibus, aliis verò omnibus medium. Neq; enim optimum eſt, neque peſſimũ. Sic & ad naturas, & regiones ſe res habet. Autumnus omnibus vtique malus eſt, ætatibus, naturis, ac regionibus. Ex ipſis tamen

per

per autumnum minùs,quàm aliæ calidę,& humidæ,læduntur.

19 Morbi,omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibufdam ipforum & fiunt, & exacerbantur.

Si ambientis aeris temperatura fola effet morborũ caufa,tunc omnes quolibet tempore illos morbos pateremur,qui funt affines naturæ temporis. Nunc verò cùm etiam ob errata, quæ in victu contingunt, morbi fiant,omnes quidem in omnibus temporibus fient,plures verò in fingulis temporibus naturæ temporis affines. Non parum autem ad hoc confert & differentia naturarum. Neq; enim fimiliter ab eadem caufa calidũ corpus,vt frigidum, offendi aptum eft, vel humidum, vt ficcum: neque temperatum æqualiter iftis,neque illis, quæ fecundum aliquam qualitatum coniugationẽ à bono temperamento recedunt,vt anteà diximus.

20 Vere etenim furores,& atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia fanguinis,& anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuffes, & impetigines,& vitiligines,& puftulæ hulcerofæ plurimæ, & tubercula,& articulorum dolores.

Et quomodo anteà rectè ab eo dictum videatur: Ver autem faluberrimum, & minimè mortiferum, quum multæ in eo fiant paffiones? Videtur fiquidem magis quodlibet tempus adęquare, morborum,quos generat, varietate. Furores etenim, & atræ biles, & morbi comitiales, & anginæ, funt morbi autumnales: grauedines autem, & raucedines, & tuffes,funt hyemales. De æftate autem ipfe deinceps dicet, communionem eius oftendens ad ver: Aeftate verò quædam horum,hoc eft,priùs dictorum in vere. Ex fuperabundãti autem,præter alia tempora, vel profluuia fanguinis, lepras,impetigines,vitiligines, puftulas hulcerofas plurimas efficit, tuberculáque, & articulorum dolores. Sed hæc,quæcunque funt verni temporis propria, omnia periculo vacant, tantùmque abfunt, vt Aphorifmum illum falfum oftendant, in quo dixit: Ver autem faluberrimum,& minimè mortiferum,vt potiùs ipfum videantur confirmare. Nam hoc ipfo tempore profundum corporis expurgatur vitiofis humoribus à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ,& vitiligines,& impetigines,& puftulæ quędã hulcerofæ multæ generantur. Alio verò modo in tuberculis,& articulorum doloribus, profundum corporis expurgatur, vitiofis humoribus ad loca extrema tranfpofitis. Quòd autem profluuia fanguinis & multitudinem, & vitium humorum euacuando cohibeant morbos,qui ex ipfis oriuntur, ftatim perfpicuum exiftit. Si verò aliquod corpus bonos humores habens, vernum tempus excipiat, hoc feruat faluberrimũ, nihil innouans ex propria natura:non fic æftas, vel autũnus,vel hyems. Hęc enim tempora & fi purum corpus, & omni vacans repræhenfione fufcipiant, illa flauam bilem vltra iuftum modum generat, hic atram, hyems verò pituitam. Tale quiddam enim vere contingit, quale in exercitationibus euenire videmus. Etenim hæ quoque funt faluberrimæ. Verùm fi hominem,vel pituita,vel flaua bile,vel atra,vel ipfo etiam fanguine plenum,volueris ad exercitationẽ perducere,aut ei mor-

A bum comitialem, aut apoplexiam efficies exercitatione:aut fi hæc mala non euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone vafe, in morbum incidat infanabilem. Multi verò cùm febricitare cœpiffent, propter exercitationes acutiffimis morbis fuere correpti. Quibus verò vicem purgationis humorum,qui funt in profundo corporis,exercitatio fuppleuerit, ad cutem euocans malorum humorum abundantiam, his & hulcera,& fcabies inde generantur. Et hoc innuens dicebat Hippocrates: Si impurgatus laboraueris,hulcera erumpent. Et quidem verno tempore calor aeris ambientis humores diffundens,educit ad cutem,atque hoc quoque opus ipfius exercitationibus fimile exiftit. Non folùm autem exercitationum operibus, veris opera affimilantur, fed & ipfius naturæ, cuius opus eft, & occultam per totum corpus facere trãfpirationem, per quam excernuntur fuperfluitates,&corpus in mor

B bis variis modis expurgare.

21 Aeftate autem nonnulli horum, & febres continuæ,& ardentes, & tertianæ febres plurimæ,& quartanæ, & vomitus,& alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris hulcerationes, & genitalium putredines,& fudamina.

Aeftate inquit,& nonnullos ex vernis morbis fieri, circa initia eius videlicet. Nam quæ fini veris continuantur, ficuti fimilem habent temperaturam cum vere, ita & in morborum generatione communicant. Inquit enim alios quofdam æftate generari illi proprios, veluti febres continuas,& ardentes,& tertianas: & (vt fim

C pliciter dixerim) quæcunque ex flaua bile mala corporibus accidunt. Nam & vomitus bile per fumma natante fiunt,& ventris profluuia ad inferiora defluẽte. Lippitudines quoque æftate plurimæ fiunt, vtpote repleto capite. Sic & aurium dolores,& alia fimilia multa ęftate corpus patitur ex capitis repletione, aliàs ad alias corporis partes fuperfluitatem deponentis. Oris autẽ hulcerationes,quòd propter biliofum humorem contingant,perfpicuum exiftit. Genitalium verò putredines,non fimpliciter, fed quando æftas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit ventus, aut Aufter in ea abundauerit. Nam cùm plurimùm à modo naturæ recefferit ad humiditatem,aut flatuum carẽtiam,non genitalium tantùm putredines facit, fed & cuiufcunque partis alterius,qualis eft illa,quæ fcribitur in tertio Epidemiarum,conftitutio, & in fecundo circa eius ini-

D tia. Quæ verò paruæ funt aeris euerfiones,genitalia tãgunt,vt quę ob humiditatem,ac caliditatem ex quacũque occafione fint parata putrefcere. Quare cùm propriam æftas feruauerit tẽperaturam, qui multis fuperfluitatibus infeftantur, quando hæ aliquam ob caufam ad genitalia defluxerint,ipforum putredines patiũtur. Sudamina autem è genere puftularum funt in fumma hærentium corporis parte,quæ inftar hulcerum cutem exafperant. Proueniũt autem,quemadmodũ & ipfum oftendit nomen,propter multos fudores,qui vel biliofiores, vel omnino mordaciores exiftunt: mordent enim hi cutem,& pruriginofam efficiunt, & per modũ hulcerum exafperant.

22 Autumno verò & plurimi æftiui morbi fiunt,& febres quartanæ, & errati-

cæ,& lienes, & aquæ inter cutem,& tabes, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum,& læuitates inteſtinorum,& coxendicum dolores,& anginæ,& anhelationes: & ilei, & morbi comitiales, & furores, & atræ biles.

In autumno (inquit) & æſtiuorum morborum permulti fiunt, manente adhuc æſtiuo humore in ipſo, flaua bile ſcilicet. Neque enim ſicuti æſtas veri ſuperueniens humores euacuat, ita & autumnus æſtiuos, ſed contrarium ex toto accidit: nam ex partibus extimis ad intimas ducit. Cum ratione igitur æſtatem inquit, nonnullos ex morbis vernis generare, autumnum verò non ex æſtiuis aliquos, ſed multos. Nam & quartanas febres in hoc ipſo tempore fieri inquit, quia ſcilicet ex atra bile ortum habent, quæ duplicem habet generationem: alteram quidem ex flaua bile ſuperaſſata: alteram verò ex ſanguine craſſo. Fiunt autem & erraticæ febres in autumno, propter temperaturæ inæqualitatem: & lienes magni, ob atræ bilis ſuperfluitatem, & aqua inter cutem ex liene contingit. Et ſi qua affectio tabida in dubio eſt, maximè autumno depræhenditur, propter frigiditatem, ſiccitatem, & temporis inæqualitatem, nihilò minùs autem & propter humorũ prauitatem. Fiunt quoque ob eaſdemmet cauſas eo tẽpore potiſſimùm vrinæ ſtillicidia. Nã veſica in inordinatis, ac repentinis ad calidum, & frigidum permutationibus perfrigeratur: & quæ ex malis humoribus fiũt acritudines, ipſam moleſtant: tum præſertim, cùm facta ad frigiditatem ſubita commutatio, eos, qui anteà difflabantur, & per ſudores euacuabantur, humores, ad veſicam cõuerterit. Læuitates verò inteſtinorum ſunt veloces, & ſine aliqua tranſmutatione ciborum excretiones, aut propter exhulcerationem in ſuperficie ventriculi, aut inteſtinorum, quæ eodem modo fit, quo illa, quæ in pueris Græco vocabulo ἄφθαι, id eſt, feruida oris hulcera nominantur, vel propter potentiæ retinẽtis imbecillitatem. Quorum primum ex mordacibus, & ſubſtantiam tenuem habentibus humoribus fit: ſecũdum verò ex magna ventriculi, atquæ inteſtinorũ prouenit intemperie. Hæc autem ambo maximè autumno fieri contingit. Coxendicum autem dolores ex malignitate humorum, & frigiditate fieri par eſt. Anginæ verò ex bilioſis humoribus ortum habent, qui ad fauces autumno decumbunt: ab illis, quæ vere fiunt, differentes, quoniam illę ſunt quodam modo pituitoſiores. Iam verò aſthmata, id eſt, anhelationes, tũ propter humorum motum ad partes interiores, tum propter frigiditatem fieri conſueuerunt. Propter hæc eadem, & qui ilei, id eſt, voluuli nominantur. Sunt autem cibi ſuperfluitatum, quæ per aluum inferiorem excernuntur, retentiones, quæ magna ex parte fiunt ex alicuius inteſtinorum partis inflammatione. Maximè verò par eſt vt in frigido, ſicco, inæquali, & malos gignente humores tempore, partes ad ventriculum, atq; inteſtina attinentes, offendantur. Nam qui in æſtate tenues, & bene mobiles humores ſunt generati, autumnus excipiẽs, qui frigidus ſimul, atque inæqualis exiſtit, ad profundũ corporis agit. Sunt autem in profundo etiam inteſtina. Morbi verò comitiales accidunt iis, qui naturam habent ad hanc paſſionem procliuem, propter repentinã ad contraria tranſmutationem. Calor enim media die, frigus verò in prima, & vltima parte fit. Nihil autem adeò comitiales acceſſiones, ſicuti talis varietas, aptũ
A eſt generare. Furores verò ob tenuium, ac bilioſorum humorum eueniunt malignitatem, ſicuti melancholiæ ex atra bile, de qua paulò antè dictum eſt.

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atque lumborũ, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

Hyemales morbos poſt autumnales exponens, non eodem modo, ſicuti priùs, dixit, neque quòd hyeme multi ex autumnalibus. Atqui priùs in æſtiuis ipſos cõparans vernis, ita dixerat: Aeſtate autem nonnulli ho-
B rum. In autumnalibus autem: Autũno verò & æſtiuorum multi. Nunc autem morbos hyemis ſimpliciter cõnumerauit, vel ex communi volens hoc quoque in loco nos aliquid dictorum ſubaudire, vel ſimpliciter enũtians, nihil autumnale tempus cum hyemali communicare. Sanè primas partes hyemis rationabile eſt, & ita experientia comprobatur, cum autumno morbos communicare. Inquit enim & ipſe: Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues, autumnales verò longæ, & magis, quæ ad hyemem coniunguntur: niſi quis dixerit ipſum de illis, quæ in extrema autumni parte generantur, facere mentionem. Verùm morbos hyemis proprios hoſce vult eſſe, laterum, & pulmonis paſſiones, quoniam inſtrumenta reſpirationi ſeruientia, frigiditate læduntur, cùm alia ita bene poſſimus obtegere, vt nihil, aut minimum ſentiant ambientem frigidi-
C tatem. Reſpirationem verò nemo poteſt cohibere, neque aliter datur reſpirandi facultas. Ob hanc igitur ipſam frigiditatem, tuſſes hyeme maximè fiunt, & laterum dolores: ob eandem etiam caput oblæſum, grauedines, tuſſes, atque raucedines operatur. Fiunt autẽ ſicuti dolores laterum ob frigiditatem, ſic & capitis, atque lumborum, & omnium partium neruoſarum. Vertigines quoque cerebri læſiones conſequuntur, ſicuti & apoplexiæ. Nam & hæc paſſio fit, cùm caput repletur pituita.

24 In ætatibus autem talia contingũt, paruis, & nuper natis puerulis feruida oris hulcera (quæ aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

D Quæ ad ætates attinent, diligentiùs elaborauit, quã quæ ad anni tẽpora, facta in minores partes diuiſione. In puerulis igitur nouiter natis, ait fieri aphthas. Sic autem Græci vocant hulcera, quæ ſummam oris occupant partem, ob mollitiem maximè facta inſtrumentorum, quæ neque tactum, neque lactis ſuſtinent qualitatem, quod non paruam in ſe ſeroſam continet partem. Hæc autem pars vim habet abſtergendi. Quare non eſt mirum, ſi in corporibus mollibus quaſdam per ſumma facit exhulcerationes. Vomitus autem tunc his fieri par eſt, propter lactis, quod aſſumunt, multitudinem. Vigiliæ verò haudquaquam ipſis ſunt aſſuetæ, vt qui maiori parte temporis dormiant, niſi fortè ob ipſam paſſionem fieri infantibus vigilias opinetur. Quoniam verò ſomni abundantia ipſis maximè ſecun-

dum

dum naturam ineſt,pauores etiam per ſomnum infantibus adſunt, iis præſertim, qui ſunt naturâ edaciores, quando loca ad ventriculum pertinentia, ſenſu quidē vigeant,ſed naturâ imbecillia exiſtant:cibus verò corrumpitur. Nos ſiquidem obſeruauimus,non in tantillis ſolùm, ſed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per ſomnos imaginationes, quando multi,& vitioſi humores grauant, & mordent ventriculum, præſertim ipſius os. Hæc enim ipſius particula præcipuum habet ſenſum. Vmbilicorum autem inflammationes non mul tò anteà præciſorum, non ſine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non ſecus, ac ſi qua alia pars foret hulcerata. Verùm & aurium humiditates morbis annu merat,quanuis palati, & narium in eodem numero nō ponat,quoniam naturæ conuenit per nares, atque palatum cerebri ſuperfluitates expurgare: & fit hoc etiā iis,qui ſunt ætate perfecta. A natura antem aliena eſt expurgatio per aures. Verùm & infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur,& rectè Hippocrates inter proprias huius ætatis paſſiones, etiam aurium ſcripſit humiditates. Eſt ſiquidem & totum corpus nouiter natis puerulis maximè humidum,adeò vt & oſſium natura in ipſis potiùs cerea, quàm lapidea videatur. Præ cæteris verò partibus cerebrum humidum exiſtit, vt quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturā. Quare non abſque ratione in puerulis, cùm ſuperfluitates abundent,per omnia foramina excernuntur.

25 In progreſſu verò, cùm iam dentire incipiūt,gingiuarum prurigines,febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos edunt dentes: & iis præſertim pueris,qui craſſiſſimi ſunt,& aluos duras habent.

Prurigines quidem gingiuarum fieri, cùm dentes pullulare incipiunt puerulorum,nihil mirum. Prurigo enim,pruritus quidam eſt cum pauco dolore. Febres verò, & conuulſiones, atque alui profluuia accidunt pueris,qui iam dentire incipiunt,& non adhuc morantur,quemadmodum & ipſe oſtendit,inquiens: Et maximè cùm caninos edunt dentes. Liquet autem quòd perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, hi caſus eueniunt, quemadmodum vbi ſtimulus infigitur carni,& ſanè plus dentes affligunt,quàm ſtimuli. Hi ſiquidem ſemel firmati, in membro quieſcunt,cui ab initio infixi ſunt:dentes verò tantum procedunt, quantū augentur. Febricitant ergo hac ætate pueruli & propter dolores,& vigilias,& inflammationes. Conuulſiones autem eis accidunt tum propter hæc, tum propter inconcoctum alimentum, & quia neruoſæ partes nondū ſatis validæ ſunt. Ad hæc omnia etiam ex neceſſitate ventris profluuia conſequuntur, quoniam alimentum non bene coquitur,neque diſtribuitur. Quod autem dicitur: Pueris,qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent:ad conuulſiones refertur, cùm his maximè pueris dicat,conuulſiones fieri,qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundans ſuperfluitatibus,& ideo conuulſionibus facilè capiuntur:maximè verò naturas has conuulſiones corripiunt.

26 Cùm verò iam magis adoleuerint,tonſillæ,& vertebræ, quæ in occipitio

A eſt,ad interiora luxationes, crebri anhelitus,quos Græci ἄσθματα vocant,calculi,lumbrici rotūdi,aſcarides,verrucæ,quas Græci ἀκροχόρδονας vocant,ſatyriæ, ſtrumæ, & alia tubercula,ſed præcipuè antè dicta.

Primùm quidem ſcripſit de recens natis puerulis, déinde de illis, qui dentes edunt: nunc verò de aliis quibuſdam tertiis,qui mediam habent ætatem inter illos,qui iam dentes ediderūt,& qui ſunt pubertati proximi. Nam déinceps ſequenti Aphoriſmo illorum cōmeminit, qui quartum ab iis ordine locum obtinent. Verùm tertiam ætatem,quæ nunc proponitur,quæ vſque ad duodecimum & tertiumdecimum annum progreditur,capi ait affectionibus, quarum primas tonſil-

B las nominat,quæ ſunt locorum ad iſthmum attinentiū inflammationes. Hîc autem per iſthmum oportet intelligere partem illam,quæ os,& gulam interiacet, quę per metaphoram quandam ita nominatur ab iis, qui propriè dicuntur iſthmi. Sunt autem anguſti quidam terræ proceſſus inter duo maria ſitæ. Hæ autem tonſillæ ſunt,nonnunquam ſolius tunicæ ventriculo, ac gulę,& faucibus,totíque ori communis inflammationes, nonnunquam verò & ſubiectorum ipſi muſculorum, quando & vertebræ, quæ eſt in occipite, fiunt ad interiora motiones,de quibus poſt tonſillas inquit: Et vertebræ,quæ in occipitio eſt,ad interiora luxationes. Nā à muſculis inflammationem patientibus vertebra hæc tracta,ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non anteriorē, ſed interiorem, vt ad vertebram retro locatam, ſuum

C ſermonem referens. Corporis ſiquidem ad profunda traductio, ſiue ex anterioribus, ſiue ex poſterioribus fiat partibus,per vnum verbum, Intrà,mōſtratur. Cur igitur Hippocrates in nouiter natis puerulis, neque de tonſillis,neque de vertebræ,quæ eſt in occipitio, luxatione aliquid dixit, cùm tamē & iſti nihilò minùs cerebrum humidum, & plenum habeant ſuperfluitatibus, adeò vt ſubiectis partibus poſſint demittere fluxiones?An quia hac ætate priùs moriuntur, quàm ſubiectí faucibus muſculi vnà cum neruis fortem ſubeant inflammationem.Adde quòd hi partes eas habent molles,atque ideo non poſſunt vehementiùs intendi, ita vt vertebra intus ad ipſas attrahatur. Iam verò ἄσθμα (ſic autem Græci vocant crebrum anhelitum, qualis currentibus accidit, aut quouis alio modo vehementi agitatis motione)in his quidem fit ob exercitiū, quod

D multa indiget animalis reſpiratione: in aliis autem,in quibus non adeſt exercitium, ob anguſtiam eorū, quæ ſunt in pulmone,ventriculorum. Hæc verò anguſtia fit repleto viſcere ab iis, quæ deſuper veniunt, fluxionibus. Hæ autem fluxiones plures quidem in recèns natis puerulis fiunt. Citò autem ipſos interficiunt,quoniam & aliter malè ſe habent. Nam & ex vtero ad aerem ambientem tranſitus,& alimenti mutatio,& inflāmatio, ab initio quidem locorum ad vmbilicum attinētium, poſteà verò ob dentium generationem, eos omnes imbecilles reddit, & vix ea,quæ dixi, tolerant mala:nedum,ſi ad hæc etiam fluxiones acceſſerint,poſſint ſuſtinere,vbi ad pulmonem decubuerint. Lapis verò maximè propria paſſio eſt talium puerorum, vt qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruent: ex quibus pars craſſior vnà cū vrinis ad veſicam perueniens,fit lapidum generationis materia. Accedit

altera cauſa, vehementia caliditatis. Aceruant ſiquidem & ſenes humorem crudum non paucum, non propter edacitatem, vt pueri, ſed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem: non tamen calorem fortem habent, qui ex materia craſſa vaporem reſoluens lapidem generet. Lumbrici verò, atque aſcarides videntur aliis animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex ſemine, ſed ex putredine habent generationem. Sola enim putredo hæc non eſt ad generandum ſufficiens, ſed & calore plurimo indiget. Cibus itaque plerunque corrumpitur in ventriculo, & præcipuè in inferiore puerulis: verùm caliditas in valde tenellis nondum materiã ſuperat, in adultioribus autem & materia idonea eſt ad animalium talium generationem, & prætereà caliditas adeſt. Aſcarides igitur ſunt tenues quidam lumbrici, qui in parte maximè inferiore craſſi inteſtini gignuntur: & plurimi apparent in iumentis malè cibum coquẽtibus, quorum malam coctionem fœtor indicat excrementorum. Aliud verò genus lumbricorum eſt rotundorum, qui in ſuperioribus magis inteſtinis generantur, adeò quòd ad ipſum quandoque ventriculum aſcẽdunt. Multò verò plures hi, quàm aſcarides, gignũtur in pueris. Rarior autem eſt lumbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt, & ſæpe per tota extenditur inteſtina. Verũ de hoc nullam fecit Hippocrates mẽtionem, quoniam neque eius erat propoſitum de omnibus agere paſſionibus, quę mortalibus accidunt, ſed de illis tãtùm, quæ ſingulis ætatibus vt plurimùm accidunt. Ob hãc igitur cauſam ipſe enumeratis iam dictis, déinceps verrucarũ genus, quod Græci ἀκροχόρδονας vocant, & ſtrumas adiecit, quæ ſunt vitiatæ multitudinis ad exteriora, & cutem repentis, germanæ paſſiones. Omne autem ipſorum genus tubercula nominat, ita déinceps ſcribens: Acrochordones, ſtrumæ, & alia tubercula. Quædam autem præcipuo vocabulo tubercula nominantur, ſponte naſcentes, & celerrimè fientes inflammationes, quæ celerrimè in altum attolluntur acumẽ, & celerrimè etiam ſuppurantur: & plurima eſt horum in inguinibus, & alis generatio, quoniã & in his partibus plures ſunt adenes, qui apti natura ſunt ad has ſuperfluitates promptè excipiendas. Horum adenum paſſio ſtruma quoque eſt, non ex calida materia, neq; ad ſuppurationem properante, ſed pituitoſiore, & frigidiore conſiſtens.

27 Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.

D Incipiunt quidem pueri pubeſcere poſt annũ quartumdecimum. Qui verò prope hanc ætatem accedunt, ſunt qui duodecimum, aut tertiumdecimum, aut quartumdecimum etiam agunt annum. Neq; enim eſt vnus omnium certiſſimus terminus pubertatis, propter caliditatem, & frigiditatem temperaturæ. Calidi enim citiùs, frigidi verò tardiùs pubeſcunt. Laborant autem pueri hi plurimis quidem morbis anteà dictis, propter ſimilitudinem temperaturæ, & prætereà febribus diuturnioribus, quàm priores: non tamen aliquid dixit de iis, quæ illa ætate febribus abundant: verùm ex eo, quod nunc dicitur, clarum eſt, quòd oſtendit ipſas acutas eſſe. Alterantur enim puerorum affectiones citiſſimè, propter corporis humiditatem, & naturalis potentiæ imbecillitatem. Sanguinis verò profluuia ex naribus fiunt in tali ætate conſtitutis, quoniam hic humor A in ea incipit abundare, non quia nunc plus de eo generetur, quàm priùs, ſed quia nunc minùs abſumitur ex ipſo, proptereà quòd & augmentum minus eſt hac ętate, quàm priore, vt ad corporis proportionem.

28 Plurimæ autem paſſiones puerulis iudicantur, nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in ſeptem menſibus, nonnullæ verò in annis ſeptem, quædam verò iam ad pubem accedentibus. Quæ verò permanſerint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut fœminis, cùm mẽſtrua erũpunt, conſeneſcere cõſueuerunt.

B Si verbum Diutinæ, ſermoni adiectum eſſet, melius foret: vnde & nonnulli nomẽ paſſionis de diutinis tãtùm ipſum arbitrantur intelligere. Verùm contra hoc ſunt ſermones tales, quibus ipſe vtitur in Aphoriſmis: In acutis paſſionibus rarò, & in principiis vti medicationibus. &: Tenues victus & in longis ſemper paſſionibus, & in acutis. Manifeſtum itaque ex his eſt, quòd non in diutinis tantùm, ſed etiam in acutis dicere conſueuit Hippocrates nomen paſſionis. Videtur itaque hoc in loco, aut de diutinis paſſionibus intelligere, aut mancum ſermonem protuliſſe. Nos verò ipſum ſupplẽtes, dicemus ita: Plurimæ autem diutinæ paſſiones puerulis iudicantur, nonnullæ in quadraginta diebus, nonnullæ in ſeptem menſibus, quędam in ſeptem annis. Ex diebus igitur, quadrageſimus, primus eorũ eſt, ex quibus C morbi diutini iudicantur, vltimus autem inter illos, qui acutos ex decidentia iudicant, ſicuti etiam ſuprà notauimus. Quicunque verò hunc tranſcendunt numerum, ad ſeptenarii rationem habent iudicium, nõ ſeptem diebus connumeratis, ſed primùm quidem mẽſibus, déinde annis. Quòd autem qui hoc tempus trãſcendunt, ad quartumdecimum annum perueniunt, eſt ſanè manifeſtum. Nam ſecunda ſeptimana in hoc completur tempore, & aliàs in pubertate magnæ fiunt corporis commutationes, in fœminis maximè propter menſtruorum eruptionem. Quare ſi qui morbi neque hac ætate finiuntur, vſque ad longum tempus perdurare conſueuerunt.

29 Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alii, ſed præcipuè antè dicti.

D Cùm primas ætates ad pubertatem vſque minutiſſimè diuiſerit, neſcio quomodo adoleſcentum ætatem prætermiſerit, quæ medium obtinet locum inter puberes, & illos, qui conſiſtentis ætatis vigorem habẽt. Verùm ex aliis, quas tetigit, licet & de iſta coniicere, quæ in multis quidem communicat illis, quæ ex vtraq; parte ipſam circunſtant, ſed hoc habet peculiare in maribus, ſanguinis ex naribus profuſionem, de qua comme minit in illis, qui ſunt prope pubertatem. Nam hic caſus incipit in illa ætate apparere, ſed maximè viget in adoleſcentibus, déinde ſubſiſtit in viris. Verùm hanc ætatem tranſgreſſus Hippocrates, ad illam, quæ eſt iuuenum, peruenit: & primùm ſanguinis ſputũ ſcripſit, ac tabem, déinde febres acutas, & poſt has morbum comitialem: déinde poſt hæc ait: Et alii morbi, ſed præcipuè

puè antè dicti. rectè quidem hoc adiiciens. Nam rem ita se habere indicat visus. At verò non sat plenè de febribus acutis dixit. Neque enim dicere simpliciter oportebat acutas, quæ & in pueris nihilò minùs fieri videntur, sed ex acutis tertianas maximè, & febres ardentes. Hæ enim præ cæteris febribus sunt biliosissimæ & plurimæ iuuenibus accidũt, quoniam & flaua bilis hac ipsa superabũdat ętate, à qua morbi tales in sũmo vigore cõsistẽtibus accidũt. Tabem aũt, & sanguinis sputũ, non secundum ætatis naturam patiuntur, sed secundũ aliquid, quod ei accidit: quare & anteà dicebat, quòd senes plurimùm minùs ægrotant iuuenibus: vbi & nos diximus, quòd ob incontinentiam iuuenibus, non ob ætatis imbecillitatem, ægritudines plurimæ accidunt. Ob hoc igitur & iuuenibus sputiones sanguinis accidunt, quia aut percutiuntur, aut contunduntur, aut saliunt, aut clamant vehemẽtiùs, aut refrigerãtur, & humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiusce modi causam. Ad sputum verò sanguinis, tabes consequitur. Quare & propter hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primariò, neq; ætatis ratione. Morbi autem comitiales, quanuis malo victu vtantur, tamẽ ipsis non accidunt multi, vt mihi mirari subeat, quomodo & hos Hippocrates scripserit, cùm in aliis non modò quòd abundant in pueris, dixerit, sed quòd etiam ex hac causa morbus puerilis nominatur, & quòd ætatis mutatione sanantur. Fiunt igitur & in quibusdam iuuenibus morbi comitiales, qui priùs non erant, propter victus errorem, quem in iis, quæ assumuntur, admittunt, & in aliis, quæ ab ipsis aguntur operibus, & quia humi cubant, & Soli se exponunt, & imbribus, atque aliis similibus. Verùm hi morbi non multi sunt. Et fiũt quidem alii morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita scribere Aphorismum: Iuuenibus autẽ, & omnes ferè alii morbi, quos diximus aliis accidere ætatibus, sed præcipuè ardores, & tertianæ febres.

30 Vltra hanc ætatem, asthma, id est, creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, læuitates intestinorum, hæmorrhoides.

Iuuenum ætas quinta septimana terminatur. Iuxta hoc igitur & ipse in Prognosticis dicebat: Magis autem expectare oportet sanguinis quidem profluuium, in iis, qui nondum trigintaquinque annos attigere. Nam quæ iuuenibus ætas cõtinuatur, ad duas sequentes septimanas extenditur, in qua ætate omnia vitæ munia æquè, atque illi, qui in vigenti ætate consistunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt. Nam ex adustione, & algoribus, & humi cubatu, vigiliis, atque repletione, plus, quàm illi, offenduntur. Sanéque horum temperatura plus atræ bilis habet, atque ideo in ea multi insaniunt, veluti ex anni temporibus, in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum existens, rufam excipit bilem tempore æstiuo exassatam, sic declinantium ætas iuuenilem, quæ maximè æstati similatur, subsequitur: mirandúmque est, cur in ea non scripserit melancholiam. Ego tamen in quibusdã exemplaribus hanc quoque scriptam inueni, siue aliquis sit ausus apponere id, quod defecerat, tanquam ab

Galen.

Hippocrate prætermissum, siue ab aliis hoc factum sit,

A qui exemplaribus mendosis crediderunt. Moriuntur autem & ex tabidis hac ætate multi, & ex iuuenibus, quicunque ex sanguinis sputo in tabem incidunt. Non tamen hac ætate multi sanguinem spuunt, quoniam neque in talibus sãguinis est multitudo: asthmati verò, id est, crebris anhelitibus, & pulmonis inflãmationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur, quàm iuuenes, vt qui & victu simili, & laboribus etiam vtãtur, sed multò imbecillius, quàm illi, corpus habent. Et omnino eos, quos prætermisit in ætatis vigore consistentium morbos nominare, eos nunc omnes enumerat. Nam & phrenitides, & ardores, & choleræ, & difficultates intestinorum nihilò minùs iuuenibus, quàm declinantibus, accidunt, occasionem sui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora autem in declinãtibus ventris pro-

B fluuia contingunt, propter alimenti distributionis defectum. Nam omniũ ferè ætatũ, ea, quæ iam declinat, paucis indiget ad corporis habitum assumendis: siquidem & id, quod ex ipsis resoluitur, paucissimũ est. Neque enim corpus similiter calidum est, vt prius: neque amplius in augmentum quicquam absumitur: sed neq; quòd virtus cõtentiua multum imbecillis sit, vt in senibus, plus aliquid ex corpore defluit. Quia igitur ventris profluuia, vel coctione, vel alimenti distributione frustratis accidunt, aut propter bilis acritudinem abradentis intestinum, hæcque omnia in declinantibus sunt, non sine ratione in eis alui profluuia diu perseuerant. Febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoso in cerebro aceruato. Prioribus autem ætatibus humor hic deficit magis, quàm superabundet. In senili autem ætate plurimus quidem est, verum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In iis autem, qui

C ab ætatis vigore declinant: & hic humor superabũdat, & nondum corpus frigidum est. Læuitates verò intestinorum ostensæ sunt, partim quidem à frigida fieri pituita, partim verò à sola intemperatura, quæ vim alui contentiuam reddit imbecillem, quædam ab hulcerosa affectione, atque omnia hæc in declinantibus superabũdant, sanguinis verò per ora venarum, (quod Græci αἱμοῤῥοΐδας vocant) profluuium, verè huius ætatis est passio, sicuti atræ biles. Fit enim ex atra bile, quãdo ad venas, quæ in sede sunt, repentè tota decumbit. A me quidem omniũ enumeratarum passionum causa fuit explicata: scientia autem cum horum probatione illis adueniet, qui legerint demonstrationes, quas super his in nostris scripsimus tractationibus, quę quot sint, ac quales, & quam singulæ doceant contemplationem, legenti librum De ordine nostrarum commentationum, licet dicere. Ex his enim promotus, quomodo earũ sin-

D gulæ sint perlegendæ, cognoscet.

31 Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ: alui, oculorum, & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Senes à senioribus nonnulli Hippocratis sectatores distinguũt: nomen seniorum vltimæ ætati tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes: senes autem in priori ætate statuentes, quæ media est inter iuuenes, ac

ſeniores. Sed nunc manifeſtè monſtrauit,ſe ſenes eos, qui extremam agunt ætatem,nominare:quare ad ipſos ſermonẽ terminauit, vt qui iam omnes ætates percurriſſet. Hi verò ſæpiſſimè à deſtillationibus, quæ ſunt cum tuſſi,capiuntur, quoniam partes ad caput attinentes, in ipſis facillimè perfrigerantur,& quia multæ in ipſis fiunt pituitoſæ ſuperfluitates,cùm iam ſatis frigidam cerebri habeant temperaturam. Aſthmata verò, hoc eſt,crebri anhelitus ex iis deſtillationibus ortũ habent: cùm alioqui & ipſa ſpirandi inſtrumenta non rarò habeant proprium ſui algoris principium, quando in ipſis multæ,ac craſſæ ſuperfluitates generentur. Ad hæc cùm vires imbecillas habeant,renes ſæpius obſtruuntur,& lapides generantur, quando tenax, vel craſſa ſuperfluitas ibi firmata,tofo,ac callo ſimilem conſiſtentiam aſſumpſerit. Articulorum autem dolores aliquando fiunt fluẽtibus ad hæc loca ſuperfluitatibus, aliquãdo propter inſtrumentorum,quæ natura ad eorum motionẽ fabricauit,frigiditatem. Vertigines autem ipſis accidunt propter ſpiritum vaporoſum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu. Sæpe etiã in ventriculo vitioſis ſuperfluitatibus aceruatis, ad cerebrũ fertur exhalatio vaporoſa. De apoplexia autẽ quid oportet dicere? Nullus eſt enim morbus adeò ſenili ætati familiaris,quoniam in ea cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus. Si quod verò hulcus aduenerit ſenibus, difficulter ſanatur,propter defectum ſanguinis. Vehementiùs inſuper ſe ſcalpunt, quod pruritum appel-

A lauit, quoniam illæ,quæ pruritum operãtur,ſuperfluitates,difficilem habent per cutem euacuationem. Rationabile ſiquidem exiſtit,& cutem in ipſis ex frigiditate denſiorẽ eſſe, & ſuperfluitates plures ſimul, ac craſſiores exiſtere. Pluréſque ipſorum(neq; enim omnes) continuè vigilant:quod eis accidit,& quia ſenectus plena curarum eſt, ſed magis quia corpus habent exiccatum: vnde & tunc magis vigilant, quando integra ſanitate fruuntur. Dictum autem à nobis eſt in commentariis De temperaturis, ipſas quidẽ corporis partes in ſenectute fieri ſicciores, ſed multitudinem ſuperfluitatum pituitoſarũ aceruari: ob quam cauſam à multis putatur ſenectus frigida,& humida. In quo autem tempore hæ plures in cerebro aggregantur, fiunt ſenes potiùs ſomnolenti: in quo verò bene excernuntur,peruigilant. Contingit autem & pauciores ſuper-

B fluitates generari, & citiùs excerni eo tempore, quo ſalubriter degunt: vnde & maximè propria paſſio ſenilis ætatis videtur eſſe vigilia. Humiditates autem in ipſis,& oculorum, & narium, liquet fieri, propter cerebri ſuperfluitates, quibus eiſdem ad aluum defluentibus,& ipſa ſæpius humectatur. Hebetes autem viſus, & graues auditus, propter potentiæ ſenſibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines verò propter immodicam inſtrumentorum ſiccitatem, & quia ſpeciem habent ſuffuſionis.

CLAVDII GALENI IN Aphoriſmos Hippocratis, Liber Quartus.

Nicolao Leoniceno Interprete.

1 VTERO gerentes ſunt medicandæ,ſi materia turget, quarto menſe, & vſq; ad ſeptimũ: ſed hæ minùs. Iuniora autem, & ſeniora vereri oportet.

Ad vteros, fœtuum connexus eandem habent proportionem,quam fructus ad plantas. Hi ſiquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur,& ideo facilè decidunt, quando vehementior ventus ipſos concuſſerit: poſthac aucti,difficilem habent à plantis diſſolutionem:ſicuti rurſus cùm perfecti ſunt, ſponte ſua ſine vi extrinſeca decidunt. Eodem modo & fœtus,in primo quidem tempore à feminis iniectione,ſi quando ſaltare contigerit mulierem,aut in lubrico cadere,ſiue quouis alio modo, vel animo, vel corpore moueri vehementiùs, facilè abrumpuntur. Sic etiam & cùm iam perfecti ſunt. Tempore verò intermedio firmiorem habent coalitum: quare mulier vtero gerens, poteſt fortiores motus ſuſtinere ſine fœtus offenſione. Quæ omnia Hippocrates noſcens, rectè inquit: Vtero gerentes ſunt medicandæ,ſi materia turget,quarto menſe,& vſque ad ſeptimum. Quod eſt in medio tempore fœtationis, quum fœtus vtero firmi-

C ter alligatur. Non tamen omnes,quæ hoc tempore indigent purgatione,permittit purgari: ſed ſi materia turget,inquit,hoc eſt, cogat accelerare. Tractũ enim vocabulum eſt ab animalibus ad coitum concitatis. Nam cùm ſuperabundantes humores mouẽtur, & per totũ corpus deferuntur,nondũ in aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorũ motum ad aluum deducẽte. Eos verò,qui aliqua in parte ſunt firmati humores,nõ oportet mouere. Sic igitur & illud dictũ eſt: Quicunque inflammationes in morborum principio medicamento conantur ſoluere, nihil de eo auferunt, quod intentum eſt, atque inflammatum. Neque enim paſſio, vt quæ cruda ſit, cedit: quæ verò ſana ſunt, & morbo reſiſtunt, ſimul eliquant. Quòd autem Hippo-

crates verbo Medicari, pro purgare medicamento, consueuerit vti, omnes confitentur, quicunque vel par uam habent de eius dictione notitiam. Nam vt quispiā alia omittat ipsius volumina, & de solis posthâc scriptis Aphorismis meminerit, nihil aliud vllo aliquo loco per vocem Medicari, in eis posse significari intelliget, veluti paulò pòst fiet manifestum.

2 In medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeuntia, vtile: quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcunque sine aliqua medicatione excernuntur, nonnunquam ea, quæ nostrum regit corpus potentia ipsum expurgante, nonnunquam ex iritamento aliquo, aut quia à vasis non contineantur. Cùm itaque natura superfluum euacuat, iuuatur animal: cùm verò alioqui excernitur, casus ratione, neque inde vtilitas vlla prouenit, & talis euacuatio prauæ affectionis est signum. Rectè igitur Hippocrates consulit imitari naturam. Est autem imitatio, in vnoquoque morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in spontinis prodesse euacuationibus. Priùs itaque dictum est ab ipso de omni euacuatione generaliùs. Sic & vasorum inanitio, si quidem talis fiat, qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferũt. Nunc verò de sola purgatione eũdem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat, in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici moliuntur circa ægrotantium corpora, nos quoque sermonem repetere. Fiunt enim hæ aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia, per vomitus, & deiectiones. Aliquando medicina partis alicuius est euacuatiua, veluti quæcunque per palatum, & nares à capite abducunt superfluitates. E genere autem superfluitates abducentium sunt, & quæ per tussim expurgant, quæcunque in pectore sunt, atque pulmone, & quæ per vrinas abducunt totius sanguinis serosam superfluitatem. Clysteres quoque ex hoc genere feceris, & quodcunque aliud totum corpus æqualiter non euacuat, quemadmodum & venæ sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis missio quæcunque, & quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuationibus, & quæ per vterum fit, & quæ per ora venarum sedis, siue per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atque calorem, & balneas calidas, præsertim nitrosas, sulphureas, & bituminosas, & ex accidēti inedia. Hæc siquidem omnia vidētur quidem totum corpus æqualiter euacuare. Si quis tamen exactiùs perquirat, inueniet non æqualiter euacuare. Verùm in his cùm sit paruus excessus alterius ad alterum, secundum eorum, quæ euacuantur, qualitatem, & quantitatem, ideo æqualis euacuatio videtur. Quæ verò pharmaca purgatoria nominantur, speciem faciunt euacuationis manifestè differentem: de quibus, vt dixi, nunc ipsi docere propositum: non tamen quicquam plus docet, quàm quod de omnibus euacuationibus ipse iam dixit. Vna etenim est omnium intentio, humor superabundans: cuius notitia est perquirenda ex eo, qui in toto corpore præter naturā color repræsentatur, & insuper ex casibus, & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & constitutione, & natura ægrotantis, & studiis, & victu: veluti (si ita contigerit) colore palli-diore in toto corpore apparente, quemadmodum in illis, qui regio morbo laborant, non euacuata per sedem bile, aut pustulis aliquibus biliosis per totum corpus dispersis: particulatim autem, si morsus in ventriculo aliquis, atque fastidium sentiatur, & adsit cibi appetentiæ defectus, ac sitis, ore ad amaritudinem alterato, aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat, aut ex ardentibus illa, quæ ex amara fit bile. Nam in his omnibus flaua bilis abundat: atque idcirco conabimur ipsam educere illis medicamentis, quæ bilis eductiua ab effectu nominantur. Atque hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt. Quod enim dicitur, Qualia oportet, abundantiam significat humorum, videlicet sua qualitate infestantium ægrotantem. Ob hanc igitur causam ait tales conferre euacuationes. Sed quoniam omnes artificiosæ in actionibus coniecturæ aliquando aberrant: (similitudines etenim, vt ipse inquit, non solùm vulgares, sed etiam medicos eruditos aliquando decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum, tolerantiæ facilitatem: vt & in hoc fiduciam habeamus, quòd rectè fecerimus euacuationem. Quod igitur in flaua bile dixi, veluti in exemplo, hoc idem mihi & in atra intellige. Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit, & pustulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore: & quicunque morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinem humoris indicant manifestè: quemadmodum elephas, cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generantur: & lien magnus, & varices denigratæ, sunt eiusdem humoris alumnæ passiones, quemadmodum & quæ melancholia nominatur, & omne mentis delirium, cui ira, temeritas, atque immanitas iungitur. Hippocrates verò etiam ex mēstruis, superabundantem in fœminis humorem coniecturabatur: & scripta sunt ab eo indicia, in primo libro De muliebribus. Ex his igitur, quòd atra bilis abundet, dignoscere oportet: & has habentem intentiones, ad eius accedere euacuationē. Secũda autē in ipsa euacuatione intentio habenda, est tolerantiæ facilitas. Quæcunque verò de atra bile, & flaua sunt dicta, hæc mihi & in pituita intellige, tumores veluti inflatos, pustulas, totius corporis colorem ad humoris speciem, febres quotidianas, mentis pigritiem, atque torporem, somnos profundos: capitis grauitates, & quosdam acidos ructus, quando in ventriculo superfluitas aderit. Hæc enim omnia suadent medicamentum dare pituitam purgans. Facta verò iam purgatione, tolerantiæ facilitas atteftabitur & dignotioni, & ei, quam ausus es facere propter ipsam, euacuationi. Ad dignotionem verò, & spem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non solùm ætatem, vel naturam ægrotantis, sed etiam anni tempus, & præsentem constitutionem, præstereà & regionem, & victum antecedentem, vnà cum aliis vitæ institutis. Etenim didicisti vt hæc omnia, nonnulla pituitam, nonnulla flauam bilem, nonnulla atram exaugent. Hæc quidem omnia, vt dictum est, sunt intentiones exhibendi medicamentum, vim habens humorem infestantem expurgandi. In ipsa verò euacuatione altera erit intentio, vel nobis ferens recti iudicii testimonium, vel erroris. Recti quidem iudicii, tolerantiæ facilitas: erroris autem, difficultas. Nam infestantium humorum euacuationem facilè tolerabunt ægrotantes. Si quid verò aliud, & non quod infestat, euacuatur, necessarium est omnino malè tolerare. Quod igitur, vt dixi, in principio libri per vnum ostendit Aphorismum, ita scribens: Sic & va-

Galen.

forum exinanitio,fiquidem talis fiat,qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt. Id in hoc loco nunc in duas fecãs partes in medicationibus,per priorem quidem hunc fermonem quæ fint conferentes purgationes docet,per alterum autem, qui fequitur, admonet, vt tales euacuationes firmum indicium fubfequatur, facilitas tolerantiæ. Exempla verò ipfe appofuit earum,quæ fponte fiunt, euacuationum ad bonum, multa quidem in libris Epidemiarum, pauca verò in hoc ipfo libro Aphorifmorum, qualia huiufcemodi funt: Quem aqua inter cutem habet, per venas in ventrem aqua fluente,folutio. Si lippitudo adfit,ab alui profluuio capi bonum. Quibus biliofæ deiectiones, furditate fuperueniente ceffant:& quibus furditas, biliofis factis ceffat.

3 Si qualia oportet purgari,purgentur, confert, & leuiter ferunt: contraria verò grauiter.

Priùs hic Aphorifmus à nobis expofitus eft in præcedentis Aphorifmi expofitione: fcriptus etiam in fuperiore libri parte,iifdem verbis: quare & nonnulli eũ de hoc loco fuftulerunt.

4 Medicari æftate fuperiores magis, hyeme verò inferiores.

Subaudire oportet,videlicet ventres. Rectè autem æftate purgat fuperiùs, quoniam & qui tunc humor fuperabundat, flaua bilis eft, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad fuperiora mouetur. Quælibet autem fuperfluitas, eò quò vergit,ducenda eft per loca conuenientia:quemadmodum ipfe in libro De humoribus fcripfit. Addidit huic Aphorifmi fermoni verbum Magis, neque fimpliciter dixit:Medicari æftate fuperiora, hyeme verò inferiora.Nam etfi non fæpe,raro tamen tempore æftatis humor phlegmaticus vifus eft abundare,ficuti hyeme aliquando flaua bilis.

5 Sub Cane, & ante Canem difficiles funt medicationes.

Nam & exufta tunc noftra natura non fert eam,quę à medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam. Quare plures quoque purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æftum imbecillis, magis ex purgatione diffoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cùm calor aeris ambientis in partem trahat extrinfecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Sicuti enim balneæ calidæ naturâ aptæ funt obfiftere purgationibus, fic & calor æftatis,tunc præcipuè, quũ fe ipfo vehementior extiterit.

6 Graciles,& facilè vomentes, purgare fuperiùs,cauentes hyemem.

Et hic addere oportet, quod paulò anteà dictum eft verbum Magis. Magna enim ex parte graciles funt biliofi.Si igitur hoc acceſſerit,vt fint ad vomendum faciles, funt per fuperiora purgandi, nifi obfiftat hyems. Nam fuprà dictum eft, medicari æftate fuperiores magis,hyeme autem inferiores oportere.

7 Vomẽtes verò difficulter,& mediocriter bene carnofos,per inferiora,cauentes æftatem.

Si facilis ad vomendum,& gracilis fit,per fuperiora purgandus eft,nifi fit hyems,hoc eft, æftate,autumno, & vere. Sin difficulter vomat,& mediocriter bene carnofus fit,per inferiora,fi res vrgeat,folùm cauendo æftatem:aliud autem anni tempus non oportet cauere.

8 Tabidos verò, cauentes ad fuperiora purgationes.

Ad fuperiores, inquit, purgationes nunquàm tabidos duxeris, veritus fcilicet inftrumentorum, quæ refpirationi obferuiunt,imbecillitatem. Per tabidos autem intelligere oportet,vel eos, qui morbum à Græcis φθίσιν nominatum patiuntur,vel qui ad eum funt naturâ proni: de quibus ipfe in primo libro Epidemiarum fcribit: Et maximè moriebantur, quibus natura ad tabem prona erat. Eft autem his pectus anguftum, & qui in eo continetur pulmo.

9 Melancholicos autem pleniùs per inferiora, eadem ratione contraria opponentes.

Ventres inferiores,videlicet melancholicorũ oportet eadem ratione pleniùs medicari. Pleniùs autem dixit, pro fortiùs. Quia verò ad inferiora declinat hic humor,non fine ratione ipfum iubet per ventrem inferiorem euacuari, ficuti flauam bilem per fuperiorem, cùm fit leuis humor, & fponte continuè fluitet. Commune igitur ambobus eft, vt ducantur quò vergunt, per loca conuenientia: proprium autem alteri quidem humori,per fuperiora loca euacuari, quoniam ad hæc vergit:alteri verò per inferiora, quoniam & ipfe ad ifta declinat. Contraria itaque eft per fuperiora euacuatio illi,quæ fit per inferiora: quorum vtrunque fit fecundum vnam communem rationem. Quare rectè dixit Hippocrates: Eadem ratione contraria opponentes.

10 Medicari in valde acutis,fi materia turget, eadem die: tardare enim in talibus malum eft.

Dictum eft & à me priùs,quòd verbum Turget,Hippocrates tranftulit ab animalibus,quæ ad coitum properant,cùm naturali quadam concupifcentia moueantur ad feminis excretionem. Oftenfum eft enim in libris De femine,quòd fœmina etiam in coitu femen excernit. Quando igitur vel in toto corpore fimilis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem fuperfluitatum, vel fi non in toto corpore, faltem in partibus principalioribus: tale quid confueuit Hippocrates per verbum Turgere,fignificare:& ftatim per medicamentum euacuationem faciendam indicat, priùs, quàm vel robur corporis diffoluatur, vel febris caliditas augeatur, vel ad aliquod membrum principale decumbant ii,qui per corpus vagantur, humores. Quòd autem valde acutos morbos nominauerit, quos priùs per acutos dixit, vnicuique liquet. Et quidem quòd horum iudicationis terminus eft prima feptimana, dictum & à me priùs hoc eft.

11 Quibus tormina, & circa vmbilicũ dolores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento,neq; aliter foluitur, in aquã inter cutem ficcam firmatur.

Tormina fiunt & propter morfum vehementem, & propter fpiritum flatuofum, qui non habet exitum, fed in

ſed in inteſtinorum inuolucris eſt interceptus. Quòd verò dolores ad tales affectiones conſequantur,nemini dubium. At cùm circa vmbilicum , ac lumbos ſe firmauerint, & poſteà neque à medicamentis, neque aliis ſoluuntur auxiliis, quædam eſt earum partium habitualis intemperatura, quæ magna ex parte perſeuerãs, eam aquam inter cutem efficit,quæ ab Hippocrate ſicca nominatur. Vocatur autem hic morbus à poſterioribus medicis tympanias, quoniam abdomen percuſſum talem ſonum edit, qualem tympana. Nam & in illis per pellem extẽtam incluſus aer percutitur, quemadmodum is,qui in hoc morbi genere,in profundo locatur. Quòd verò & hoc morbi genus ex tumoris ſimilitudine hydropen, id eſt, aquam inter cutem Hippocrates nominet, eſt manifeſtum. Non tamen humidum eſt, ſicuti qui aſcites ab vtris ſimilitudine dicitur: in quo materia collecta non eſt flatuoſus aer, ſed humor aquoſus. Videtur autem à maiori frigiditate generari aquoſus hydrops, quem aſciten vocant: quoniam in mẽbrana abdominis interiore humor veluti in vtre quodam continetur: à minore autem tympanias. Neque enim humida ſubſtantia in flatuoſum aerem ſine calore aliquo poteſt tranſmutari.

12 Quorum alui, inteſtinorum læuitate laborant, hyberno tempore ſupra purgari,malum.

Morbum,in quo celeriter ea, quæ comeduntur, talia deiiciuntur, qualia deuorata fuerint, læuitatem inteſtinorum nominant. Fítque ex potentiæ contentiuæ debilitate: ſed conſequitur ad omnium, quæ ad aluum pertinent, inſtrumentorum intemperaturas, hoc eſt, ipſius ventriculi,in quem cibos deuoramus, & eorum, quæ ex hoc ſuſcipiunt, atque tranſmittunt, inteſtinorum. Fit etiam quandoque læuitas inteſtinorum ex aliqua ſummas partes occupante exhulceratione,ſimili illis, quæ in ore fiunt, quas Græci ἄφθας nominant. Intemperaturæ igitur nonnunquam fiunt habituales (ſic verò nominant illas, quæ ipſo corporum habitu læſo fiunt) quandoque propter frigidam pituitam, qualis eſt acida maximé. Earum autem quæ in ſumma parte hęrent,exhulcerationum,cauſa eſt humor acris, & tenuis. Hic igitur etſi per ſuperiora purgari debet, quoniam huiuſcemodi humores magis fluitare ſoleant,quàm ad inferiora ſecedere, non tamen hoc hyeme faciendum eſt:ſicuti etiam ſuperiùs eſt dictum. Alter verò pituitoſus, quando adhæſerit inteſtinis, nunquàm eſt per ſuperiora purgandus, hoc eſt, per vomitoriam medicinam. Sola enim euomi natura apta ſunt, quæ in ventriculo continentur:eorum verò, quæ continentur in inteſtinis,nihil poteſt per vomitus euacuari.

13 Ad elleboros, qui non facilè ſupra purgantur,eorum corpora ante potionem pluri cibo,atque quiete humectanda ſunt.

Priùs oportet tentare eum, qui elleborum ſumpturus ſit,quomodo ſe habeat ad ſuperiores purgationes, hoc eſt, ad eas, quæ fiunt per vomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta vomitoria, quæcunque ſunt mediocria. Si igitur non facilè purgari videatur, non oportet huiuſcemodi hominem ad elleborum ducere antè, quàm præparetur. Hoc autem fieret, ſi per continuos vomitus aſſueſcat is,qui eſt ſumpturus elleborum, ad promptè vomendum. Verùm hoc, vt paruum aliquod,atque omnibus notum,Hippocrates prę-A termiſit. Melius autem fieret,priùs humectando corpora. Præhumectantur autem plurimo alimento, atque quiete. Ac de quiete quidem clarum eſt. Sicut enim exercitia ſunt apta naturâ exiccare,ſic & requies(quod otium eſt, & ab exercitatione vacatio) ſeruat humiditatem. Cibus verò non ſimpliciter plenior eſt aptus naturâ humectare, ſed quicunque nullam habet fortem qualitatem,hoc eſt, neque acerbam, neque acrem, neque ſalſam,neque amaram. Fortè autem neque ſimpliciter cibus hic, qui talis eſt, appellandus eſt, ſed hoc totum, cibus medicinalis. Nam illi, qui eſt cibus ſimpliciter, ſoli hoc ineſt ex omnibus, vt ex ſua natura, non autem ex accidenti ſolidas partes animalis humectet, hoc ipſum non per ſe, ſed ex accidenti aliquo faciente quiete. Quia enim eam, quæ prouenit ex cibo, humiditatem non exiccat, idcirco dicitur humectare. B Aqua verò neque epota,neque extrinſecus occurſans, naturâ apta eſt ſolidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem poſſet quiſpiam habere doctrinam legendo librum noſtrum De potentiis naturalibus,& librum de marcore.

14 Cùm biberit quis elleborum,ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos verò,atque quietem,minùs. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Ipſe attulit cauſam, ob quam eorum corpora moueri præcipiat,qui aſſumpſerunt elleborum. Quies ſi-C quidem in eodem ſtatu conſeruat, motus verò tranſmutat, atque alterat corpus: vt indicat nauigatio, quæ motus quidem eſt,turbat autem corpora adeò vt & vomitum excitet. Cùm igitur talis motus ſit ſufficiens, & ſolus ad vomitum corpus præparare, fit ſanè rationabile, vt ſi vomitorio medicamento coniungatur, aliquantò maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauigatione nauſeam ſcribunt, vt ſit ſermo talis: Oſtendit autem & nauſea,quæ vehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari. Liquet autem quòd & hic ſermo eandem vim habet cum priore.

15 Cùm volueris magis ducere elleborum,moue corpus:cùm verò ſiſtere, ſom-D num facito,& non moueto.

Prior quidem Aphoriſmus, quomodo oporteat hominem, qui elleborum ſumpſit, ad purgationem præparare, nos docuit: præſens verò quomodo ſiſtere purgationem. Non eſt autem abſque ratione,quòd ea, quæ ſiſtunt purgationem, ſint contraria iis, quæ vomitum cient. Si igitur motiones ciebant, ſiſtent quietes: & multò magis ſomnus, in quo motus animalis otiantur, qui & per ſenſum fiunt, & prætereà per muſculos,in motibus, qui fiunt ex appetitu, & noſtra voluntate.

16 Carnes ſanas habentibus elleborus periculoſus:facit enim conuulſionem.

Quod in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus,hoc nunc in ea ſola dicit,quæ fit per elleborum:

rum: adeò vt duo Aphorismi possint inuicem iungi, tali modo: Qui corpore bene se habent, difficile est medicari. Sic ergo & elleborus carnes sanas habentibus periculosus est, conuulsiones enim facit. Habet nanque elleborus istud præcipuum, facere conuulsionem, propter operationis vehementiam.

17 Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, seu vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat.

Abstinentia à cibo idem significat, quod inappetentia. Cordis autem morsus, est cordis, hoc est, oris ventriculi, passio. Prisci siquidem & hoc cor nominabant. Vertigo autem est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repentè destruitur, sibique tenebras circunfundi opinentur. Fit autem hoc ore ventriculi à malis humoribus morso. Nam propter neruorum magnitudinem, qui ad ipsum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. Hi itaque casus sunt communes humorum omnium mordacem habentium naturam. Os autem sentire amaritudinem, solius bilis, quæ pallida, & flaua nominatur, est opus: quare rectè in huiuscemodi inquit Hippocrates significari, quòd oportet purgari per superiora. Quod explanatum, talem habebit interpretationem: Huiusmodi casus significant medico, indigere hominem purgatione per superiora, hoc est, per vomitiones.

18 Supra septum transuersum dolores, qui purgatione indigent per superiora purgatione indigere significant: quicunque verò inferiora molestant, per inferiora.

Hic Aphorismus quod anteà in vno dolore docuit oris ventriculi, hoc ad omnes extendit dolores. Nam clarum est vt quicunque supra septum trãsuersum consistunt, purgatione indigentes consulat per superiora purgari, quicunque infra septum transuersum, per inferiora. Addidit autem sermoni, purgatione indigentes, ne quis fortè arbitretur curare Hippocratẽ omnes dolores simpliciter per euacuationem. Neque enim nunc dicit hoc, sed quòd secundum humorum infestantium motiones, oportet etiam facere vacuationes: & neque supra septum transuersum dolores per subducentia medicamenta euacuare, neque infra consistentes per vomitiones.

19 Qui in medicamentis purgati non sitiunt, non quiescunt priùs, quàm sitiant.

Qui purgantur, nonnulli statim sitiunt, nonnulli postea. Fitque hoc propter ipsius ventriculi affectionem, & propter datum medicamentum, & propter humoris euacuati naturam. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, vel siccitate, vel ambabus qualitatibus promptè ad sitiendum perducatur, siue hoc naturâ insit ei, qui biberit medicamentum, siue illo solùm tempore. Ratione autem medicamenti, cùm acre fuerit, & calidum, ac mordax. Propter humorem verò euacuatum, quando bilis amara fuerit. Hisce quidem de causis fiunt sitibundi: ex contrariis verò longo tempore sine siti perseuerant, quando vel frigidiorem, & humidiorẽ ventriculum habuerit homo, qui purgatur, aut ab initio, aut tẽpore purgationis, vel quando medicamentũ omni vacat mordacitate, & tertiò quando humor pituitosus, aut aquosus extiterit. Verùm & in his, quando abundè fuerint euacuati, consequitur sitis. Sufficiens etenim est & ea, quæ ex euacuatione prouenit siccitas, ipsam efficere. Accedit prętereà medicamenti purgãtis vis, habentis aliquam, etsi neque manifestam, neque sensibilem, attamen latentem acrimoniam, ac caliditatem.

A

20 Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferiùs oportere significatur.

Sicuti paulò anteà docuit signa eorum, quos oportaeat purgare superiùs, ita nunc docet ea, per que quæ cognosceret aliquis, quando oporteat inferiùs purgare. Est autem communis vtrisque ratio in differentibus casibus. Nam pro motione noxiorum humorum, facere oportet euacuationes.

B

21 Deiectiones nigræ, qualis est sanguis niger, sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ, & quantò colores praui fuerint plures, tantò magis malum est: cum medicamento verò melius, & quantò colores plures fuerint, non malum est.

De deiectionibus nunc ipsi est sermo, quæ à priscis medicis nigræ vocantur, bilis verò nigra exquisitè non

C

sunt. Nam acre, & corrodens, & acidum non habent: ac quod multò plus est, in terram effusæ ipsam non fermentant: verùm sunt vt quis eius describens imaginem planè diceret, veluti sanguinis limus, qualis & vinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere, quem fæcem nominant. Hæc, si diutiùs moretur in corpore, & neque per aliquem sensibilem effluxum, neque occultum excernatur, verùm transmutetur, atque putrescat, fit bilis nigra exquisité. Antequã verò hæc generetur, splen trahit eam, quę est veluti sanguinis fęx, hepar expurgans: quemadmodũ in commentariis De potentiis naturalibus est demonstratũ. Vtitur itaque hoc melancholico humore ad sui nutritionẽ splen: & quantã ipse fecerit superfluitatem, hanc rursus totã expellit ad ventrem vnà cũ aliis superfluitatibus excernendã. Si quando igitur neque spen bene expurgauerit, & ille, qui in hepate continetur sanguis, multũ huius limosæ super-

D

fluitatis habuerit, accrescétque debilitas visceri, ita vt in se ipso continere superfluitates non possit, tunc illæ, quæ nigræ vocantur, fient deiectiones, de quibus nunc sermo habetur ab ipso. Adiecit autem suo sermoni, Veluti sanguis: tale quiddam ostendens: Qualis fit sanguis denigratus, dum per intestina defertur, tales sunt nigræ deiectiones. Nam extremæ dementiæ fuerit existimare, sanguini secundum naturam se habenti, tales deiectiones assimilari. Fient etenim hæ & rubræ, & nigræ. Atqui impossibile est, sanguinem eundem, & rubrum, & nigrum esse: Plurimas verò huiuscemodi deiectiones in pestilenti hoc morbo longo conspeximus, quæ non magis in iis, qui exitio proximi erant, quàm in aliis saluandis apparebant: non tamen vel in principio, vel in cremento morborum conspiciebantur. Tunc enim quæ euacuabantur, erant & flaua, & fulua colore colliquamenta. Quæ verò posteà apparebant, nigra erant,

erant, veluti sanguinis fæx, siue ipso superassato habuissent generationem, siue cùm aliquam extraneam putredinem assumpsissent, illis, quæ in ventriculo fiunt, cruditatibus proportionalem, quando ad vitiosos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidem nunquàm ad bonum fiunt huiuscemodi deiectiones, magnam visceris læsionem ostendentes: ad morbos verò consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgante. Non tamen istud hoc in Aphorismo adiecit Hippocrates, quanuis alibi quidem dixerit in vniuersum, signa iudicatoria non statim apparent: in sequenti autem Aphorismo particulatim, dum inquit: Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra, vel infra exierit, lethale est. Nunquid igitur satis visus est sui animi manifestare sententiam, vtens hoc verbo Venientes. quod temporis spatium ostendit, tanquam vel per morbum totum, vel per longum ipsius tempus tales veniant deiectiones? Si enim aliquod vnum tempus ostendere voluisset, omnino vel conspectæ, vel progressæ, protulisset, non sponte venientes. Hoc enim verbum Venientes. non progressæ, sed prodeuntes, significat. Assumpto tamen medicamento, quod vim habet purgandi nigra, talia deiici nihil mirum. Sic itaque multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidem euacuati, multarum, atque malarum in corpore affectionum sunt signa. A medicamento autem ducti vim habente plures humorum species euacuare, nihil absurdum significant.

22 Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra vel infra exierit, lethale.

Facta est à nobis & in antecedente Aphorismo distinctio inter humorem melancholicum, & nigram bilem, de qua nunc sermo habetur ab ipso. Et caussam, ob quam ab initio lethales sint huiuscemodi humores, posteà verò iudicatorii appareant, in illo Aphorismo sufficienter percurrimus: sed & nunc repetemus, quoniam ea, quæ sunt ad artem maximè necessaria, sæpe tractare sit melius. Quando aliquis incipit morbus, si quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratione, sed sunt omnia casus præter naturam earum, quæ sunt in corpore, affectionum. Quo enim in tempore à caussis quidem morbum facientibus natura grauatur, adest autem cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari est impossibile: siquidem oportet coctionem præire, subsequi verò discretionem, & posteà euacuationem, vt bona sit crisis, siue iudicium. Hæc autem nos ipse docuit in primo libro Epidemiarum, ita inquiens: Coctiones, iudicii celeritatem, salutísque securitatem significant: cruda autem, & incocta, & ad malos abscessus conuersa, iudicationis sublationem, vel dolores, vel longitudinem, vel mortes, vel eorundem malorũ reditus. Quãdo igitur post morbi coctionẽ aliquis humor vitiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuscemodi humor, vbi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bonam significat euacuationem. Si verò aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare cùm in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala semper erit humorum talium euacuatio.

23 Quibuscunq; ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus: siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue vti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.

Sermo in hoc Aphorismo est potentia talis, Siue atra bilis (de qua antecedens docuit Aphorismus) siue nigra, quę sanguini assimilantur (de quibus hic est Aphorismus) iis, qui ad extremam extenuationem venerint, apparuerint, postridie moriuntur. Est enim in talibus natura imbecillis adeò, vt non possint cõcoquere, neq; discernere, neque excernere quæ ita praua existunt. Propter morbi igitur magnitudinem cùm contineri nequeant, effunduntur, & idcirco grauem mortem non in postremis afferunt, vt in aliis contingit morbis propter virium imbecillitatem. Ostendit tamen in hoc Aphorismo manifestè, quòd & in priore, cùm dicebat, Deiectiones nigræ qualis sanguis: subaudire oporteat, niger: vt tale sit plenum, Deiectiones nigræ, qualis sanguis niger. Ostendit autem & nos bene à nigris deiectionibus bilem nigram separasse. Illæ enim sanguini denigrato similes videntur, differentes in eo quòd fusę sunt, & non concretæ, vt illæ. Nigra autem bilis & in eo quòd fusa est absque concretione, & quia fulgentem habet nigredinem: & præterea mordax est, sicuti acetum, & terram abradit, atque fermentat, quorum nihil nigris deiectionibus adest.

24 Difficultas intestinorum, si ab atra bile incœperit, lethalis est.

Ab illa, quæ à quibusdam pallida, ab aliis bilis flaua nominatur, magna ex parte incipit intestinorum difficultas, abrasis primùm in summa parte propter humoris acrimoniam intestinis, posteà verò exesis adeò vt exhulcerentur. Hanc igitur intestinorum difficultatem sæpe sanauimus. Quæ verò ab atra bile fit, insanabilis est prorsus, cùm nihil differat à cancro hulcerato. Cùm igitur hic cancer in summa parte consistens, fit aut cum difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quanuis possit continuò medicinam habere insidentem, ratiónabile est, illum, qui occupat intestina, non solùm quia nullum illi medicamentum continuò adhærere potest, verùm etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

25 Sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, malus, infra autem, bonum est nigra deiici.

In superioribus Aphorismis sermo habitus est ab ipso de iis, quæ vel per os, vel per sedem excernuntur. Quare etiam in proposito Aphorismo quando ipse dicit supra solam, quæ fit per os, excretionem intelligemus, illa, quę fit per nares, omissa. Hanc itaq; ait omnino esse malam, qualiscunq; fuerit is, qui excernitur, sanguis, hoc est, siue spumosus, siue ruber, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus. Melius enim esse inquit, vt infra exeat, non tamen more erumpentis sanguinis, sed paulatim fluentis, ita vt sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaque sanguinem cõfluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius autem quando paucus, quàm quando multus velut erumpens excernitur. Quare quod legitur, Bonus, non tanquã propriè dictum, sed tanquam in comparatione melius diceret, est accipiendum, quasi ita diceret: Infra

Infra autem melius nigra deiici. Verè enim hoc eligibilius, quàm per os quocunque modo fanguinem ferri. Hoc fiquidem dixerit quifpiam, vt eam, quę videtur in verbis Hippocratis, repugnantiam, diffoluat, dicentis, nunc bonum effe vt nigra deiiciantur, cùm tamen paulò anteà pefsimum id effe dixerit. Poffumus etiam vocabulum, Nigra, fic accipere, quemadmodum ipfe in Epidemiis dixit, de fanguine ex venis, quas hæmorrhoidas vocant, profluente, tanquam fanante melancholicas pafsiones. Re vera enim iam factæ melancholiæ maximum eft remedium fanguinis ex his venis profluuium: quam etiam, fi futura fit, prohibet. Sic itaque nobis intelligentibus, fermo talis erit: Sanguis fupra, qualifcunque fuerit, malum: infra verò per hæmorrhoides, bonum, quando nigra euacuantur: hoc eft, quando hominis natura multum talem accumulauerit fanguinem. Aliter non eft affuefaciendum ei, quæ fit per hæmorrhoidas, euacuationi, vt quæ periculofam habeat vtranque immoderantiam, fiue fupra modum fanguis excernatur, fiue ex toto fupprimatur.

26 A difficultate inteftinorum habito, fi veluti carunculæ exeant, lethale eft.

In difficultatibus inteftinorum, quæ nuper incœpere, quædam corpora pinguia excernuntur: poft hęc autem, fi non fedatæ fuerint, quædam ramenta inteftinorum, ablata ipforum fuperficie interiore, quæ membranofa exiftit, & denfa, illi, quæ cutem exteriùs contegit, fummæ cuticulæ proportionalis. Poft hæc autem aliquid ex ipfa abraditur fubftantia inteftinorum, in quo tempore non adhuc fieri difficultatem inteftinorum, fed iam factam, atque completam dicimus effe. Quando igitur partes adeò magnæ inteftinorum excernuntur in difficultate inteftinorum, vt pofsimus eas carnes nominare, lethalem ait effe morbum: cùm neque caro concrefcere, neque cicatrix obduci in tali pofsit exhulceratione.

27 Quibus in febribus fanguinis fluxerit multitudo quacunq; ex parte, cùm reficiuntur, alui iis humectantur.

Calore natiuo debilitato ex profluuio fanguinis, neque cibi bene concoqui, neque in fanguinem tranfmutari, ac, quod multò plus eft, neque diftribui poffunt per corpus: propterque hæc omnia, aluos fieri humidiores par eft, donec proceffu temporis vires fuas natura recuperauerit.

28 Quibus biliofæ deiectiones fuperueniente furditate, ceffant, & quibus furditas, fuperuenientibus biliofis deiectionibus, ceffat.

Non de ea, quæ ex habitu difficulter foluitur, furditate nunc illi fermo eft, fed de ea, quæ repentè in febribus, vel aliter fit, recurrente ad cerebrum bile. Ipfa fiquidem cùm meatus auditorios occupauerit, efficit furditatem. Cùm verò hinc ipfam naturâ expellente, ad excretionem peruenerit, foluit furditatem.

29 Quibus in febribus fexto die rigores fiunt, difficile iudicium fequitur.

Quicunque ad febres, & præcipuè ardentes, rigores fuperueniunt, iudicium habere folent bonum, atque perfectum, vbi in die iudicatoria fiunt, & cum fi-

gnis coctionis: non bonum autem, neque perfectum,
A quando vel diei, vel coctionis figna fuerint imperfecta. Quòd igitur concoqui oporteat, quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiarum per ea verba, quæ paulò anteà diximus, quorum initium: Coctiones celeritatem iudicii, falutifque fecuritatem fignificant. Quòd autem neque in omnibus diebus, & in Prognoftico fcripfit, & in hoc ipfo Aphorifmorum libro, & prætereà in primo Epidemiarum. Collecta autem funt à nobis hæc omnia, opportunéque expofita: quæcunq; quidem de diebus iudicatoriis ab eo fcripta funt, in tractatu De diebus iudicatoriis infcripto: quæcunque verò de fignis coctionis, in altero de iudiciis. Dictum autem & in ipfis eft de eo, quod fit in die fexta iudicio: de quo nunc etiam faciens mentionem, ait eos, qui in hoc die fiunt, rigores, difficile habere iudicium, hoc eft, vel malum afferre iudicium, ac fi malè indican-
B tes dixiffet, vel non firmiter, imò in quibus facile foret fieri recidiuam: vel in longum tempus extenfos, ac fi difficulter folubiles dixiffet. Cum cafibus verò quandoque difficilibus fextæ diei iudicium fit: de quibus omnibus integrè fcripfimus, in iis, quas nuper nominauimus, tractationibus. Hæc igitur in hunc modum fieri etiam ipfa experientia teftatur: ipforum autem caufas longum effet in præfentia exponere. De diebus enim iudicantibus, tertio diximus libro De iudicatoriis diebus: de rigore autem in opere ad id feorfum dedicato.

30 Quibufcunque acceffiones fiunt, quacunque hora febris dimiferit, fi eadem cras occupauerit, iudicium habent
C difficile.

Supponatur quifpiam prima die cœpiffe febricitare hora tertia, & quieuiffe quauis alia hora: déinde die fecundo eadem hora tertia cœpiffe, mox ceffaffe febrem quacunque hora: & tertio rurfus die hora tertia cœpiffe, mox rurfus quouis tempore finita febre: cœpiffe iterum quarto die eadem hora tertia: & ita déinceps feruari quidem femper horam tertiam, in qua accefsio fuum facit initium, non feruari autem alias, in quibus finitur: hunc qui tali laboret morbo, neceffe eft temporibus longioribus ægrotare iis, qui non habent horam initii accefsionis ordinatam. Hoc quidem nos ab experientia comprobatum, dictum fuiffe arbitramur. Sũt verò quidam, qui tale aiunt effe quod dicitur: Si primo die accefsionem ægrotus habuerit, exempli gratia, hora tertia: & (fi ita cõtigerit) hora duodecima febris defie
D rit: rurfus die fecundo hora duodecima cœperit febricitare: morbum aiunt difficile iudicium habiturũ, cùm neque rationem vllam fubiiciant, neque id ab experientia comprobari, oftendere valeant. Nec verò Difficile habẽt iudicium, aliter poffumus interpretari, quàm difficulter folubile: vt tale fit, quod ab Hippocrate dicitur, Siue quouis die, fiue tertio, fiue quarto ægrotus habeat accefsionem eadem hora, difficulter foluetur is morbus, fiue multas, fiue paucas accefsio occupet horas. Hoc igitur (vt dixi) experientia comprobatur: eius verò caufam talem effe opinandum eft, caufam accefsionum vbi non fuerit fixa, ac ftabilita, non feruare eundem terminum, aut circuitum: vbi verò firmata fuerit, feruare: atque ideo difficulter folubilis eft caufa, quæ fixa, ac ftabilita fit: facilè verò folubilis, quæ talis non eft. Nam firmata, vt quifpiam diceret, magnam vim demolientem expofcunt, quæ longo tempore, &

per

per fortiora,ac plura auxilia comparatur.

31 Laſſitudinẽ habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potiſſimùm abſceſſus fiunt.

Dictum & priùs eſt quòd laſsitudinum nonnullæ quidem in multis accidunt motibus, quæ ſimpliciter, & propriè laſsitudines nominantur: quidam verò neq; multis,neque vehementibus acti motibus, laſsitudines pati conſueuerunt. Tales itaque laſsitudines,non laſsitudines ſimpliciter,ſed ſpontaneas laſsitudines nominare conſueuerunt. Amborum autem ipſorum communis eſt locus affectus: hic verò eſt totum genus in corporibus muſculoſum. Quæ verò ex motibus pluribus laſsitudines accidũt, ipſis adeſt proprium peculiare, caliditas articulorum:quare in his nihil mirum ad articulos abſceſſus decumbere : vt qui vnà cùm muſculis laborauerint,atque vltra modum concaluerint. Spontaneis autem laſsitudinibus, vna ſola ratione euenit, vt fluxiones decumbant ad articulos (ſicuti & omnibus aliis ferè morbis,qui per abſceſſus iudicantur) cùm latiora ipſorum ſpatia promptè ſe habeant ad ſuperfluitates ſuſcipiendas. Rariores igitur in illis abſceſſus ſunt,in laſſatis plures:& præcipuè cùm laſsitudo ſpontanea fuerit, & ex iis maximè, quibus ex multitudine laſsitudo ineſt. Erit igitur in Aphoriſmo ſermonis hęc ſumma:Iis,qui quomodocunque in febribus laſsitudinem habent, ad articulos, & circa maxillas præcipuè abſceſſus fiunt. Hoc verò contingit propter eam, quæ eſt in febribus, caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde ſuſcipientibus illis, qui circa maxillas adenes exiſtunt, ſicuti qui circa inguina, & alas ſunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit.

32 Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis, ſi quid laborauerint, hîc fiunt abſceſſus.

Siquidem labor, & vehementem ſignificat motum, & dolorem,& læſionem, ſicuti priùs dictum eſt: liquet & quòd laborare,pluri vti motu ſignificabit,& aliquem habere vel dolorem,vel læſionem. In nonnullis igitur, qui ex morbo conualeſcunt,apparet,quando humores morbum facientes non ſatis fuerint expurgati, ſed quaſdam reliquerint ſuperfluitates, cùm laborantem ſiue dolentem partem quampiam habuerint, illhuc decumbere abſceſſus:cùm labor quidem habeat cauſæ rationem, dolor verò ſigni. Nam in vehementioribus motibus,& vires fiunt imbecilliores, & caliditas maior accenditur:dolórq; iam fluxione decumbente perficitur. Hoc igitur, vt diximus,eſt ſignum abſceſſus,qui fit. Caliditas autem, atque imbecillitas ad locum affectum prouehit ſuperfluitates. Vtroque igitur (vt diximus)modo accipere poſſumus verbum Laborare: toti tamen ſermoni,qui nunc ab Hippocrate profertur, alterum magis conuenit ſignificatum: ſiquidem anteà de laborioſis febribus locutus,déinceps autem rurſus,inquit: Sed & ſi quid anteà laborauerit. Videtur enim prior Aphoriſmus,cuius initium, Laſsitudinem haben tibus in febribus,de laſsitudinibus morborum habuiſſe ſermonem:in eo autem,qui nunc proponitur,de iis, qui fiunt in conualeſcentibus: in ſequente verò, de illis,qui morbum antecedunt.

33 Sed & ſi ante morbum aliqua parte doluerit,hic morbus firmatur.

A Siue quis velit connectere duobus prioribus ſermonibus illum, qui nunc dicitur; ad vnius Aphoriſmi integritatem, ſiue ſeórſum vnumquenque ſcribere, nihil refert:nam & communitas eorum oſtenſa eſt, & ſingulorum proprietas in ſermone prædicto. Dicetur autem & nunc à nobis denuò breuibus: Quãdo in morbo ſenſus aliquis laſsitudinis fuerit,expectare oportet ægrotanti abſceſſum aliquem ad articulos fore, præſertim iuxta maxillas. Simili modo ſi quis ex morbo conualeſcens, parte aliqua corporis laborauerit, vel antè, quàm ægrotaret. Nam vt plurimùm ſolet ad talia decumbere, in illis videlicet morbis, in quibus ſperatur abſceſſus futurus, neque morbus per excretionem anteà iudicandus. Dicta ſunt autem quædam & in præcedentibus de talium morborum dignotione, ſed ſermo vniuerſus in commentariis De criſibus,ſiue iudiciis eſt explanatus.

B **34 Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repentè ſuperuenerit,lethale.**

Licet & ſimpliciter accipere initium Aphoriſmi, in quo ait:Si à febre habito,tanquam ita dixiſſet:Si homini febricitanti, tumore non exiſtente. Licet autem & cum maiori aliqua ſignificatione, quemadmodum ſolet in Epidemiis ſcribere, non ſimpliciter quouis modo febricitantem oſtendens, cùm dicit, Febris ipſum habebat, ſed de eo, cui magna inſit febris, ita loquens. Contingit autem & ſine magna febre, ſtrangulatione repentè ſuperueniente, hominem interire. Ineuitabilior autem,& citior mors,adeò vt neque ex inopinato vnquam homo ſaluetur, cùm vehemens febris detinet C ægrotantem. Indiget enim huiuſcemodi febris (vt in ſermonibus De difficultate reſpirationis fuit à nobis oſtenſum)inſpiratione abundanti. Inſpirant autem nõ ſolùm non abundè, verùm etiam omnino parum, qui ſtrangulantur. Neq; enim aliud eſt ſtrangulatio,niſi interitus ſubitus propter defectum reſpirationis : qui fit ex anguſtia alicuius inſtrumenti ex iis, quæ obſeruiunt reſpirationi. Nam anguſtia non eſt abſque defectu reſpirationis, qui etiam ipſe fit, vel propter imbecillitatem potentiæ illius,quæ mouet thoracem, vel propter vehementem frigiditatem vitalis principii. Strangulatio verò omnino fit ex anguſtia. Anguſtia autem,vel repleta intermedia regione,quæ inter thoracem eſt, atq; pulmonem, aut pulmonis cauernis, vel aliqua inflammatione totũ occupante viſcus, vel aſperam arteriam, D vel eam partem,quæ eſt veluti caput eius, quam nominant ſummum guttur:quæ etiam inflammatio fieri aliquando ſolet in præiacente ſpatio, quod fauces appellant. Nam & Homerus ita nominauit inquiens: Per fauces vinum exiliebat, fruſtáque magna. ſpatium illud laxius, quod gulam, & guttur præiacet, nominans fauces. Videtur autem & nunc Hippocrates hanc eandem partem eodem modo, quo etiam Homerus,nominaſſe. Dicit igitur:Tumore non exiſtente in faucibus:tanquã poſsibile ſit ore multùm adaperto partem ipſam diligentiùs inſpicere:quod in ſummo gutture fieri nequit. Fiet igitur ſermo vniuerſus huiuſmodi:Si à febre habito ſtrangulatio repentè ſuperuenerit citra tumorem fauces occupantem,lethale eſt. Priſci etenim per tumorem & œdema idem intelligebant. Neque nos latet triplicem eſſe tumorũ differentiam. Vel enim ſunt cũ dolore,quos iuniores inflãmationes nominant: vel abſq; dolore & duri, quos Græci σκίῤῥυς vocant: vel ſine dolo

dolore,& molles,quos iidem Græci propriè οἰδήματα, id eſt, tumores laxos appellant: & proptereà ab antiquo vſu receſſerunt,vt qui non omnia præter naturam incrementa ſub vocabulo œdematis complectantur. Cùm igitur fauces ſine tumore apparuerint, ſtrangulatio autem repentè ſuperuenerit, ſolius ſummi gutturis eſt huiuſcemodi affectio. Strangulãtur(vt dixi)& propter morbos alios,quos paulò anteà dixi. Repentè autem ſtrãgulari,ſoli ſummo gutturi ineſt. Morbus enim, quem Græci περιπνευμονίαν vocant,non repentè ſtrangulat ægrotantes,verùm paulatim ab initio incrementum ſuſcipiens vſque ad propriam conſiſtentiam, in qua talem caſum affert. Et ſi quod tuberculum, & abſceſſus in pulmone fit,hæc quoque paſsio diuturna eſt: ſicuti & ſpatium inter pulmonem,atque thoracem pure repletum, ſæpius hominem ſtrangulat, abſceſſu in ipſum diſrupto,qui ſcilicet & ipſe in lõgo tempore fuit conſtitutus. Nam aſperæ arteriæ inflammatio difficultatem ſpirandi quidem aliquam efficere poteſt, ſtrangulationem verò nõ poteſt, propter magnitudinem meatus in ipſa latioris, & tunicæ tenuitatem. Impoſsibile ſiquidem eſt corporis adeò tenuis inflammationem, ſpatium effatu dignum replere. Reliquum igitur eſt ſummum guttur,quod ſubitam poſsit facere ſtrangulationem,quoniam in ipſo anguſtatur pulmonis meatus. Muſculi quoque eius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationem patientes, viam ſpiritus valent intercludere. Nominant autem medici quidam talem affectionem non per ſ,ſynanchen,ſed per c,cynanchẽ: quibus placet faucium inflammationem per ſ, ſynanchen nominare. Nonnulli verò & paraſynanchen,& paracynanchen nominant. Paraſynanchen,quando adiacentium faucibus muſculorum inflammatio fuerit:paracynanchen autem,quando intra ſummum guttur. Ex iis igitur,quæ dicta ſunt,rationabile eſt, talem affectionem ſummo gutturi aliquem inferre dolorem:& videtur Hippocrates eius manifeſtè meminiſſe in libro Prędictionum, hiſce verbis: Fauces dolentes, tenues cum quadam tolerandi difficultate ſtrangulantes, velociter exitium afferunt. Nunc verò dolentes non dixit, ſiue quia ex iis,quæ dixerat anteà, poterat ſubintelligi: ſiue quia etiam abſque dolore aliquando dictam putauit in præcedente ſermone fieri poſſe ſtrangulationem. Etſi omnino poteſt eſſe ſine dolore ſtrangulatio, ex talibus cauſis poteſt fieri: Poſsibile eſt multitudine humiditatis,pituitoſæ præſertim,madefaciente tunicam ſummi gutturis interiorem fieri in ea abſque dolore tumorẽ. Poſsibile eſt etiam, aperientibus ipſum muſculis craſſioribus factis, meatum reddi anguſtiorem. Contingit & vtrunque coniungi. Illúdque impoſsibile non eſt,vt propter ſuperfluam ſiccitatem muſculi ſummi gutturis intrinſeci ſupra modum extenti meatum reddant anguſtiorem. Qui verò ſint hi muſculi,& quomodo claudant diſtenti ſummum guttur,oſtenſum eſt in tractatu, qui De voce inſcribitur.

35 Si à febre habito collum peruertitur,& vix poteſt deuorare,ſine vllo tumore,lethale eſt.

Non ampliùs adiecit hîc locum, in quo inquit, Tumore non exiſtente: ſicuti in præcedenti Aphoriſmo faucium meminit, inquiens: Tumore non exiſtente in faucibus. Nos verò dicemus alterum duorum, vel ex communi ſubaudiendum eſſe in faucibus, vel in omnibus colli locis. Cùm enim in nullo horum apparuerit, neque ore operto in faucibus, neque extrinſecus tumor, hominem verò contigerit non poſſe deuorare, caſus eſt exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando muſculorum, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipſius. Eſt enim quædam ſocietas partibus his per neruos, ac ligamenta, & ad ſpinalem medullam, & ipſam ambientis membranas, ac prętereà oſſa vertebrarum, quæ his extrinſecus adiacent. Extentis itaque ad partes inflammatas & ligamentis, & neruis, trahi vertebras vel intra, vel ad latus, eſt neceſſarium: ſi in altera nerui propagine fieri tentionem contigerit, ad latus:ſi in ambabus, intra. Pleniùs autem de iſtis dicemus, librum De articulis exponentes, in quo ait fieri ſpinæ euerſiones tuberculis crudis intra ipſam conſtitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tentis intra vertebrarum partibus, non ſolum incuruationes, & obliquationes. In ſecundo ſiquidem libro Epidemiarum, de propoſita nunc in Aphoriſmo angina verba faciens, inquit: Erant autem anginam patientium tales affectus:colli vertebræ intrò vergebant,& extrà apparebat collum habere cauitatem, & hac parte ad tactum dolebat. In hoc itaque ſermone vnam oſtendit vertebræ euerſionem ad intra factam:in præſenti verò Aphoriſmo generaliori vtens ſermone,inquit: Si collum euertatur. Verbum enim Euerti, omnem, quæ eſt ad id,quod præter naturam,euerſionem oſtendit rectitudinis vertebrarum. In ſecundo autem libro Epidemiarum ſermoni adiecit: Et hac parte ad tactum dolebat. Hic verò nihil de dolore dixit: atqui neceſſarium eſt adeſſe dolorem vnà cum ea, quæ collum obtinet, inflammatione. Niſi & hic eam, quæ fit propter ſiccitatem excedentem, tentionem, tractum, & euerſionem partium tantummodo oſtendit: & propter hoc ipſum caſum inquit eſſe exitialem: cùm alter, qui prouenit ex inflammatione, non ſit omnino exitialis, qualis erat prior, cui coniuncta erat ſtrangulatio. Neque enim eſt æquale periculum, ſi homo ſtranguletur, & vix poſsit deuorare. Verùm ſi propter excedentem ſiccitatem id accidat, & collum euerti,& vix poſſe deuorare, lethalis eſt caſus, & præcipuè cùm vehemens eſt febris: vt verba illa, Si à febre habito etiam in hunc ſenſum accipiantur. Ob hanc autem febrem ipſam, etiam immodicam fieri par eſt in membris ſiccitatem: & duplicem habebit febris vehemens ad mortem rationem: & quia vt ſignum erit quòd fiat euerſio propter ſiccitatem, & deuorandi difficultas: & quia ipſa quoque aliquid afferet, vt vna ex cauſis perducentibus ad mortem.

36 Sudores febricitãti ſi incœperint, boni,& tertio die,& quinto,& ſeptimo,& nono,& vndecimo, & quartodecimo, & ſeptimodecimo,& vigeſimo, & vigeſimoſeptimo,& trigeſimoquarto. Hi enim ſudores iudicant morbos. Qui verò non ita fiunt,laborem ſignificant,& morbi longitudinem,& recidiuam.

Non ſudores tantùm, ſed etiam alui excrementa effatu digna, & vrinæ multæ, & iuxta aurem abſceſſus, vel aliquem alium articulum, in dictis diebus optimè apparent. Sermo enim in vniuerſum eſt talis, Iudicatoria ſigna, ac caſus in diebus iudicatoriis incipiant. Ac ſermo quidem ita prolatus ſufficiebat: verùm Hippo-

crates

crates non de omnibus ipſum fecit iudicatoriis, ſed de ſudoribus tantùm:& nobis memoriæ ſubiecit iudicatorios dies,qui ſunt intra quadrageſimum. Morbi enim iſtis diuturniores, non admodum ſolent per ſudores iudicari,ſicuti neq; omnino per excretiones, ſed vel per cōcoctionem,vel per abſceſſus. Quòd verò non omnis numerus dierum ſit ad iudicandū idoneus,experientia manifeſtè demonſtrat. Et quiſpiam admiraretur illos,qui aiunt,nullam in illis eſſe differentiam. Melius eſt enim,ex iis,quæ apparent manifeſtè,eos diſcere differentiam:cauſam verò eius, quod fit, per multum otium conſiderare: quod nos in tractatu De diebus iudicatoriis egimus,id quod ad artis refert vtilitatem, in primis duobus commentariis tranſigentes:cauſas autem ipſorum tentantes in tertio perquirere. Nō parua autem eſt de diebus ſcriptis in Aphoriſmo diſcordia, cùm alii alios pro arbitrio ſcribant. Nos verò illa ſecuti,quæ ab ipſo Hippocrate ſcripta ſunt & in Prognoſtico, & Epidemiis, & hoc Aphoriſmorum libro,ipſorum fecimus connumerationem. Verba autem, quibus de hiſce diebus Hippocrates ſcripſit, habes omnia in tractatu De iudicatoriis diebus,& de iudiciis collecta. Nunc verò à tertio incipit,qui anticipat quartū in breuioris tēporis morbis:& poſt hunc quintum ſcripſit vno die quarto tardiorem. Sic enim ferè in omnibus exemplaribus inuenies, ita vt quartus dies in Aphoriſmo non ſit adſcriptus,quanuis hic dies ſit primus iudicatorius. Veruntamen ipſum nunc prætermiſit vel ipſe Hippocrates, vel qui primus librum tranſcripſit. Si verò omnino Hippocrates illum præteriit, hanc ob cauſam ipſum exiſtimo iſtud feciſſe,quoniam morbi plurimi peracuti,qui cum ſudore iudicantur,tertio & quinto die magis,quàm quarto iudicium ſuſcipiunt. Rariores enim ſunt,qui die quarto iudicantur:atq; hoc à me fuit inuentum per experientiam, cùm ob hoc ipſum valde admodum inquirerem qua de cauſa dies quartus fuiſſet ab Hippocrate in Aphoriſmo prætermiſſus. Hoc autem videtur accidere,quoniam morbi peracuti primam ſtatim acceſsionem vehementiſsimam habent, & illi proportionalem per diem tertium. Didicimus autem quòd in vehementioribus acceſsionibus iudicia ſiunt,& quòd morbi, qui in diebus imparibus acceſsionem habent, citiùs iudicantur: qui verò paribus,tardant. Atque ideo ſi etiam in principio aliquis morbus exacerbatur,hoc magis accidit in diebus imparibus. Si verò tardare debeat,ad dies pares vehemētiores acceſsiones transferuntur. Hæc habeo,quæ dicam de die quarto. In fine autem Aphoriſmi, nonnulli trigeſimumprimum diem, nonnulli trigeſimumquartum ſcribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantiū numero contineri:& fortaſſe trigeſimuſquartus maiorem vim habet:non tamen quadrageſimi meminit,fortaſſe quia hunc principium morborum longorum exiſtimauit,qui non admodum per ſudores iudicantur. Nam & trigeſimumprimum,& trigeſimumquartum, & ante ipſos vigeſimumſeptimum raró inuenimus per ſudores iudicate.

37 Frigidi ſudores,cum acuta quidem febre,mortem:cum mitiori autem,longitudinem morbi ſignificant.

Quòd quidem ita fiat, ſæpius experientia docet. Cauſa verò huius exploranda. Nam plurimam mihi videtur habere dubitationem, quomodo febre calidiſsima hominē detinente, ſudor ſiat frigidus. Quòd

Galen.

igitur in aliis partibus corporis ſit neceſſarium eſſe A vehementem caliditatem, ex aliis verò ſudores frigidos euacuari,eſt manifeſtum. Eſſent enim calefacti,ſi ex partibus calidiſsimis efferrentur. Euacuantur autē ex cute ſudores, quam frigidam eſſe contingit, cùm tamen ea,quæ ſunt ſub ipſa,comburantur. Nam quibuſdam humoribus putreſcentibus,oſtenſum eſt, febres acutas fieri. Hi verò putreſcunt ſæpius quidem in toto corpore,ſæpius verò in vaſis ſolis. Cùm verò hæc aliquando duo contigerint,humores,qui ſunt in vaſis,putreſcere,& eam,quæ ſolida corpora regit, naturam (quæ ſecundum Hippocratem eſt calor naturalis) vel extingui omnino, vel proximam eſſe extinctioni:quæ quidem ex his euacuantur,frigida ſentiūtur:eam verò,quæ ſit ex putredine,caliditatem, nihil prohibet vehementiſsimam eſſe,atq; ideo ſignum eſt exitiale,offendens in animalis corpore humorū multitudinem ſuperabundare, tantam habentium frigiditatem,vt neq; à calore natiuo,neque à febrili cale- B fiant. Tepidis ſiquidem exiſtentibus febribus contingit ſaluari hominem, concocta in proceſſu temporis multitudine frigidi,atq; euicta à natura. Acuta enim febris,cauſa eſt, & ſignum perniciosiſsimum. Cauſa quidem, quia prompta eſt ad diſſoluendum corpora: ſignum autem,quoniam humorum multitudinem eſſe frigidiſsimam oſtendit,vt quæ neq; à calore febrili tranſmutetur. Febris verò, quæ non eſt acuta,ſed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cùm non anticipet diſſoluere hominem: non eſt autem ſignum adeò perniciosum, ſicuti vehemens febris. Contingit enim in tepida febre,etſi moderatè frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere.

38 Qua parte corporis ſudor eſt,ibi ſi- C gnificat morbum.

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur,ex toto etiam æqualis fieret euacuatio. Fiūt enim ſudores vel naturâ humiditatem ſuperfluam euacuante, (quando & optimè iudicium fit) vel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed ſiue hoc, ſiue illo modo ſiant, membrorum patientium humiditatem euacuant.

39 Et qua parte corporis calor aut frigus,ibi morbus.

Qua parte corporis inſignis aut caliditas, aut frigiditas fuerit,in ea morbum neceſſarium eſt eſſe. Hęc ſiquidem exiit à temperie naturali, quæ ſanitas eſt.

40 Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur, vel rurſus cale- D fiat, vel color alter ex altero ſiat, longitudinem morbi ſignificat.

Affectiones variæ diuturniores ſemper ſunt,quàm quæ ſunt vniuſmodi, cùm non poſsit natura in paruo tempore multas conficere affectiones.

41 Sudor multus ex ſomno factus abſq; cauſa manifeſta, corpus vti pluri cibo ſignificat. Si verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet quòd euacuatione corpus indiget.

Nonnulli ita ſcribūt Aphoriſmum: Sudor multus ex ſomno factus ſine cauſa manifeſta. Alii verò,Sine

aliqua alia causa. Verùm hæc, etiam si non adiiciātur, millies in mille sermonibus ab ipso prætermissa intelliguntur: quia etiam si non dicantur, tamen subaudiűtur à nobis: vt qui semel ab ipso didicerimus, quòd quià causa extrinseca, non ex affectione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem. Hoc itaq; semper oportet meminisse. Quod verò in præsenti aphorismo docetur, in verbo Multus, adiecto, maximè consistit. Si enim sudor multus non esset, posset & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsius verò multitudo, altera duarum causarum fit, vel propter ciborum, qui sunt recenter assumpti, immoderantiam, vel illorum, qui anteà. Quòd si propter recenter assumptos, prohibere oportet ne plures assumāt: quòd si propter priùs assumptos, euacuare.

42 Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens, frigidus magis, calidus minùs significat morbum.

De sudoribus, qui in diebus iudicatoriis fiunt, dictum est priùs: de iis verò, qui in toto morbi tempore apparent sine iudicatione, in hoc ostendit Aphorismo: difficiliores quidem inquiens esse frigidos sudores, minùs verò his malos, calidos esse. Indicant siquidem vtriq; multitudinem adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt: alteri calidam, qui & minùs illis sunt exitiales.

43 Febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Quòd Hippocrates per verbum Intermittere, accessiones intelligat, quæ in quietem febre vacantem desinunt, manifestum fecit in hoc Aphorismo, febres illas, quæ per tertiam exacerbantur, si quouis modo quieuerint, inquiens esse absq; periculo. Solæ enim illæ, quæ in quietem febre vacantem desinunt ex his, periculo carent, etiam si vehementissimam, & satis longam habuerint accessionem. Si enim adeò breuis fuerit, vt in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tempore circunscripta, non modo sine periculo talis est febris, sed etiam citò iudicatur: Si verò longior, vt si ad decem & octo horas prorogari contingat: est quidem & hæc citra periculum, sed tantò longior, quantò & eius accessio maior extiterit, quàm tertianæ exquisitæ. Non absq; ratione autem eas, quę in quietem febre vacantem desinunt, esse absq; periculo inquit: vt quæ non ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine occasionem habeant. Neutra enim harum ad quietem peruenit febre vacantem. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est, siue vehemens, siue longa fuerit accessio.

44 Quibus febres longæ, iis tubercula, vel labores in articulis fiunt.

Non semper hoc fit, sicuti neq; quicquam aliud huiuscemodi, sed magna ex parte videlicet, contingere videtur. Causa autem est manifesta. Nam propter multitudinem, & crassitudinem, vel frigiditatem, vel tenacitatem humorum efficientium febres, in longum tempus morbi extenduntur, cùm longum exigant tēpus ad coctionem. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfluitatem decumbere. Siue autem per labores dolores intellexerimus, siue læsionem: vterque intellectus habet rationem aliquam. Vtrunque enim horum ad superfluitatum decubitus sequitur.

45 Quibus tubercula, vel in articulis labores fiunt, ii pluribus vtuntur cibis.

De conualescentibus ex morbo docet. His enim repletis rationabile est plenitudinis casus aduenire, & maximè ob virium imbecillitatem.

46 Si rigor incidat, febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.

Non idē est, si quis dixerit, Si inciderit. &, Si incidat. Verbum enim Inciderit, vnum significat rigoris insultum: Incidat, verò plures. Semel igitur rigore illapso, nōdum liquet an mors, an iudicatio optima sit secutura. Potest enim & propter virium imbecillitatem casus esse lethalis: potest & iudicatio periculosa, bonum tamen habere finem. Sæpius verò fieri rigorē febre non deficiente, & alioqui bonum non est: in virium autem factus imbecillitate, perniciosus. Nam si etiam aliqua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam faciat intermissionem, propter vtrunq;, hominē dissolui, verisimile est, & quia vis imbecillis ferre nō potest rigoris agitationem, & quia ab euacuatione dissoluitur. Si verò solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequente, vtroque modo casus caret bonitate. Nam & sicuti mala causa vim corporis tanget, & malum signum erit vltimam illius indicans imbecillitatem, quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare, nunc autem id efficere non possit.

47 Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ, omnes malæ. At bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per vrinas, bonæ. Si verò non aliquid eorum, quæ iuuāt, per hæc loca excernitur, malum.

Fortè conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ, dici compendiosiùs, omnes prauas excretiones, cùm bene exeunt, ad bonum terminari. Hippocrates verò nō ita locutus est, sed primùm quidem trium generum excretionum meminit, eius, quæ per os fit, eius, quæ per aluum inferiorem, & tertiæ, quæ per vrinas: déinde illius, quæ fit per os, magis particulatim. Nō enim simpliciter dixit, prauas excretiones bene exeuntes, bonas esse, sed speciatim ipsarum meminit, inquiens: Liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ. Vna autem communis est in hisce omnibus ratio: Malæ excretiones sunt prauarum signa affectionum: prodeúntq; sæpius eodem modo, quo in hulceribus putridis, à quibus liquores saniosi defluunt, nihil affectioni conferentes: nonnunquam verò sicuti pus, ex abscessu disrupto bene expurgans partem patientem. Indicia verò quòd bene excernatur, maxima quidem sunt & coctio, & bona tolerantia, cum ipsis verò & morbi species, & post ipsam tempus anni, regio, ætas, natura ægrotantis. Quod autem est in fine Aphorismi, duobus modis scriptum inuenitur. In quibusdam, vt suprà scriptum est, Si verò non aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. In quibusdam verò sine particula, Non, hoc modo, Si verò aliquid eorum, quæ iuuāt, excernatur. Et erit secundum primam scripturam sermo talis, Si aliquid eorum, quæ non iuuant excreta, videtur eua-

cuatum,

cuatum, non est bonum. Secundum verò secundam scripturam, Si aliquid eorum, quæ iuuant, & sunt animali conuenientia, excernatur, non est bonum. Melior autem est scriptura prior.

48 In febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & sitim habeat, lethale est.

Dignũ animaduersione est, nunquid huiuscemodi casus possint in febre fieri intermittente. Ego enim neq; vidi, neque animo capio. Videntur siquidem in perniciosis tantùm accidere febribus, vt quæ causones ab incendio nominantur, vel si aliter libet appellare, valde malignis, veluti lipyriis. Nulla verò febris alia corpus intus vrit, cute perfrigerata. Neque enim mitior causon, neq; tertiana: quæ duæ febres præ cæteris sunt calidissimæ. Videtur itaq; non distinctionis gratia in Aphorismo adiecisse: in febribus nõ intermittentibus, sed similem protulisse sermonem illi, quo dicitur, Vertebræ autem, quæ in spina sunt. non quasi in aliqua alia corporis parte sint vertebræ, sed veluti si ita diceretur: Vertebræ, quibus hoc inest vt in spina sint. ita & nunc sermonem Hippocratis accipiemus: Si profundæ partes vrantur, cute perfrigerata, lethale est. Fit autem hoc in nonnullis febribus nõ intermittentibus. Causa verò huius talis existit: Quã do aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel erysipelas euenerit, totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atq; ideo vruntur profunda, cutis autem perfrigeratur, vt fit in principiis accessionum.

49 In febre non intermittente, si labrum, vel palpebra, vel supercilium, vel oculus, vel nasus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili existente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima est.

Partium fiunt peruersiones, extentis, atq; contractis ad propria principia iis, qui ad eas nerui pertingunt. Quòd autem extendantur, accidit propter inflammationes, duros tumores, siccitates, & frigiditates immodicas. Hæc autem grauia sunt, quando prope neruorum originem fuerint cõstituta. Quare cùm febris continua fuerit, & æger debilis, non absq; ratione mortem esse vicinam est existimandum: multò autem magis, quando vel non audit aliquis, vel non videt, propter virtutis sensibilis debilitatem.

50 Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale.

Fit nonnunquam ex eadem causa horum vtrunq;, & difficultas spirandi, & delirium, patiente cerebro: & tũc apparet spiritus (vt ipse in Prognosticis inquit) magnus ex multo interuallo, hoc est, magnus, & rarus. Cõtingit & propter aliquam earum partium, quæ respirationi obseruiunt, passionem, spirãdi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis, atq; pulmonis passiones, spirandi faciunt difficultatem. Hæc autem omnia periculosa sunt, febre præsertim continua adiuncta: Nam semper cum tali fieri consueuerunt. Quare & hic verba illa, Cum febri non intermittente. eadem videntur ratione esse dicta, qua etiam in Aphorismo antecedente.

A

51 In febribus, abscessus, qui ad primas iudicationes non soluuntur, longitudinem morbi significant.

Sermo ita clarus est, vt fortè Hippocrate non indiguerit. Liquet enim quòd eo ipso, quòd ad primas iudicationes non soluuntur huiuscemodi passiones, sint diu duraturæ.

52 Quicunque in febribus, vel in aliis morbis sponte illacrymant, nihil absurdũ: qui verò non sponte, absurdius.

Dictum quidem & in Prognostico, lacrymari non esse bonum signum, quando videlicet oculus ipse nullum affectum habet proprium, ac præcipuum, veluti lippitudinem, vel in palpebris asperitatem, vel tale aliquid. Nam debilitas quædam ostenditur potentiæ

B

contentiuæ, quando, etiam si talia non adsint, illacrymant. Non rectè autem scriptum fuit, Absurdius. cõparatiuè: melius enim fuerat absolutè absurdum dicere. Et mihi videtur hic error culpa magis primi librarii, quàm ipsius Hippocratis, contigisse.

53 Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, iis fortes fiunt febres.

Neq; enim nasci possunt huiuscemodi lentores sine caloris multitudine pituitosiorem humiditatem exiccante.

54 Quibus plurimùm siccæ tusses leuiter iritantes in febribus ardentibus fiunt,

C

non multùm siti infestantur.

Siccas tusses illas nominant, in quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiem instrumentorum, quæ obseruiunt respirationi: aliquando faucium asperitate, vel aliquo tenui, & pauco humore destillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madescunt loca, quæ ad asperam pertinent arteriã, & ideo minùs siticulosi fiunt. Nam si asperitas sola fuerit propter motum in tussi factum, ex locis vicinis humor aliquis attrahitur: sic autem & si sola fuerit intemperatura.

55 Ex glandularum tumoribus, febres omnes malæ, præter diarias.

Febres diariæ omnes ab ipso vocantur, quęcunque sui ratione vna die durant. Tales autem sunt & quæ ex tumoribus glandularum proueniunt, quando ex causis manifestis consistunt. Alios verò tumores glandularum, qui sine causa manifesta fiunt, verisimile est, ex viscerum inflammationibus fieri: atq; ideo febres, quæ vnà cum ipsis eueniunt, malas esse.

56 Febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

Quòd oportuit hunc Aphorismum cũ altero paulò anteà dicto coniungi, in quo dicit: Sudor multus, frigidus vel calidus semper fluens. ipse ostẽdit, & quo pacto talem sudorem dixerit esse malum, & propter quam causam. Malus itaq; existit, quia cum hoc quòd

morbum non soluit, ipsum etiam prorogari significat. Causam verò prorogationis, multam ait esse humiditatem: quam cùm longiori tempore dissoluat, ac concoquat natura, necessarium est, morbum esse longum.

57 Qui à conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur.

Est quidem & distentio, neruorum conuulsio, sed non videntur in ipsa partes conuulsæ: quoniam æqualiter antè & retro tenduntur: atq; ideo præcipuum illi nomen est datum distentio: ita vt omnes conuulsiones sint numero tres, Græcis vocabulis: ὀπισθότονος, id est, tentio ad posteriora: ἐμπροσθότονος, id est, tentio ad anteriora: & τετανὸς, id est, æqualis tentio, nominatæ. Omnes verò conuulsiones secundum ipsum fiunt vel ex repletione, vel ex euacuatione, partium videlicet neruosarum. Quæcũq; igitur conuulsiones ad febres ardentes sequuntur, has par est fieri ex siccitate. Quęcunq; verò suopte initio inuadunt, ex repletione habent generationem. His conuulsionibus febres aduenientes, partim quidem superfluam dissoluunt humiditatem, partim calfaciũt frigiditatem: quæ duæ sunt medicis remediorum intentiones. Non absq; ratione igitur in febribus lethales sunt conuulsiones, non lethales verò, quæ febres antecedunt.

58 A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.

Ostensum enim est in sermone De rigore, ob flauam bilem, quæ per membra sentientia veloci motu defertur, fieri rigorem, post quem videlicet & alui soluuntur, & sudores, & vomitus biliosi superueniunt. Bile igitur, ex qua febris ardens habuit ortum, expurgata, soluitur febris. Nam febrem ardentem fieri nouimus, quando æstiuo tempore venæ exiccatæ acutos, ac biliosos ad se serosos humores attraxerint.

59 Tertiana exquisita, septenis circuitibus, quod longissimum est, iudicatur.

Tertiana febris, ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente nõ differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens habet in venis vnà cum sanguine flauam bilem redundantem, & ebullientem: tertiana verò eandem bilem habet in totum corpus delatam ac motam. Exquisita igitur tertiana erit, quæ sui ipsius naturam puram, syncerámq; seruat. Seruat autem, vbi flauam bilem habet (vt dixi) redundantem, & motam, & præterea tempus æstiuum, & locum tempori similem, calidum videlicet, ac siccum, & hominis ætatem, & temperaturam similem. Statim autem in tali tertiana accessio fiet cum rigore, & solutio cum sudore, vel per vomitum, aut aluum inferiorẽ flaua bile euacuata, vel omnibus istis pariter factis. Erit & huic tertianæ tempus accessionis breuius multò, quàm quietis. Duobus siquidẽ diebus, & totidem noctibus æqualibus toto eius perfecto circuitu, exquisitam tertianam nũquàm inuenies extra duodecim horas suam accessionem protendere. Talem igitur ait Hippocrates in septem circuitibus, quo longissimum sit, iudicari. Quod enim in continuis vna dies potest, hoc in intermittentibus accessio. Ad istarum igitur connumerationem, earum fiũt iudicationes. Hoc ipse in Prognostico innuit, vbi de quartana loquitur, ita inquiens: Fit autem & quartanarum consistentia ex ordine tali. Estq; à nobis obA seruatum, tum in quartanis, tum in tertianis, fieri iudicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre septima ab initio accessio in tertium & decimum incidit diem, & sæpius in ipso morbus iudicatur, nõ expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis continuis acutorum quidem morborum terminus est quartusdecimus, peracutorum verò septimus, sic in intermittentibus, breuissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum. Rursus autẽ sicuti in peracutis, morbus poterat iudicari & in quinto, & quarto, & in tertio die, sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionem continget, non expectãte natura septimum circuitum. Hippocratēs igitur tertianam aliquando cum adiectione exquisitam, talem nominat: aliquando verò simplici appellatione contentus, tertianam B tantummodo: sicuti & nunc quoque consuetudo omnium Græcorum est, huiuscemodi res omnes indistinctè nominare.

60 Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbum.

Dictum est ab ipso & anteà, surditatem fieri, si biliosa excrementa retineantur, & ad caput recurrant: & talem solui surditatem, si aluus turbetur. Dictum est & nunc ab ipso hoc idem, & prætereà de profluuio sanguinis è naribus. Etenim & hoc soluit surditatem eam videlicet, quæ in febribus fit absq; vlla propria, atq; præcipua instrumenti auditus passione. Nihil autem mirum est, si euacuatis, aut transmutatis noxiis humoribus, morbi cessant.

C 61 Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.

Nescio vtrum hunc Aphorismum Hippocrates scripserit, an fuerit à quopiam adscriptus. Siquidem in Prognostico dierum iudicantium incrementa, ac compositiones fieri in quaternis edocuit, & in hoc ipso Aphorismorum libro, atq; in Epidemiis etiam, non modò die quartodecimo multos vidit iudicatos, sed & vigesimo, & quadragesimo, & sexagesimo, & octuagesimo. Iudicant autem ipsi & vigesimaquarta, & trigesimaquarta, & ab initio protinus quarta. Quomodo igitur ait nunc quòd nisi in diebus imparibus febris cessauerit, non sit fida iudicatio? Melius est itaq; pro imparibus scribere iudicatoriis, vt quibusdam visum est. Multa siquidem exemplaria in numero plurali, & imparibus, & diebus, scriptum haD bent.

62 Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

Morbus regius interdum quidem ex iudicatione prouenit, reponente natura ad totum corpus, & præcipuè ad cutem, flauam bilem. Fit autem & huiuscemodi casus, hepate malè affecto. Ipsius verò affectus mali, ex quibus morbus regius solet aduenire, tres sunt, tumor durus, inflammatio, & obstructio. Verùm tumor durus, diutinus morbus existit: inflammatio verò & obstructio etiam repentè fieri possunt. Ac regii morbi, qui ante septimum accidunt diem, ex aliquo istorum ortum habent: nam citiùs non potest in dicatoriè bilis ad corpus effundi. Antè septimum itaque diem, morbum regium esse malum, verũ existit:

non tamen post septimum vacare periculo, est pariter verum: neq; hoc nunc dictum est. Potest enim & & inflammatio, & obstructio longiori tempore permanere: ante septimum autem, iudicatoriè bilem effundi est impossibile. In quibusdam verò exemplaribus adiectum est Aphorismo circa finem: Nisi humores ex aluo prodeant. volentibus iis, qui hæc adiiciunt, per aluum bilem expurgari.

63 Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Cùm bile per omnem corporis habitum mota rigores accidant, & ob id singulis accessionibus expurgetur, atq; euacuetur, non absq; ratione ad febris quietem peruenit talium febrium intermissio. Hoc igitur est, quod nunc dictum est ab eo: quotidie febres soluuntur. ac si dixisset, ægrotos quotidie sine febre fieri. Quemadmodum autem si quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres cessant: sic & si tertio quoq; die, aut quarto. Quod proculdubio etiam fieri videmus & in tertianis, & in quartanis circuitibus, in quibus & febres soluuntur, & rursus redeūt. Remanet tamen quædam affectio præter naturam in corpore, à qua secundum circuitum aliæ febres, & ægritudines generantur.

64 Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextra præcordia obduruerint: si verò non, non bonum.

Qui ante hunc scribitur Aphorismus, absq; ordine mihi videtur fuisse interiectus. Melius enim fuisset hunc, qui nunc scribitur, Aphorismum, illi fuisse coniunctum, in quo ait: Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum. vt totus sermo talis procedat: Ante septimum quidem diem morbum accidere regium, malum omninò: post septimum verò, bonū: nisi dextra præcordia obduruerint: id est, nisi aliquis malus affectus ex iis, quos antè diximus, visceri, hoc est, hepati acciderit. Quum enim purgetur in ipso sanguis, & bilis ex venis in meatus bilis susceptorios transsumatur, siue obstructio fuerit in locis, ad quæ transfertur, siue inflammatio aliqua, vel durus tumor, necessarium est omnino & non expurgari sanguinem, & vnà cum ipso bilem per totum corpus deferri, hincque morbum regium generari.

65 In febribus circa ventriculum & fortis æstus, & cordis morsus, malum.

Quòd non solùm ei visceri, quod sua natura palpitat, καρδία, hoc est, cor, nomen fuit apud antiquos, sed etiam ori ventriculi, pro confesso habetur apud omnes: sicuti etiam quòd καρδιαλγίαν, id est, cordis dolorem, huius partis dolores appellant: verbum autem καρδιώσσειν, id est, corde morderi, plurimi exponentiū Aphorismos, pro καρδιαλγεῖν, id est, cor de dolore accepe-runt: nonnulli ipsius visceris cordis dico motum quendam palpitationi similem, per καρδιωγμόν verbum, id est, cordis morsum intellexerunt. Fortis itaque ventriculi æstus à flaua bile in ipsius tunicis ebulliēte generatur. Rationabiliter autem iis, qui ita sunt affecti, & ventriculi mordetur os, atque ob id malus est casus. Si quis verò per cordis morsum crebrum, & velocem cordis motum, eum præcipuè, qui palpita-

Galen.

A tioni similis sit, intellexerit, extremum ex eo malum significatur, vim vitalem maximo incendio laborare.

66 In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.

Febres vehementes, veluti ignis neruos exiccantes, eos extendunt, atq; conuellunt, atque hoc modo perniciosas afferunt conuulsiones. Nonnunquam vero & viscera ipsa in tali affectu dolorem sentiunt, propter incendii vehementiam, ac siccitatem: atq; idcirco malum esse inquit. Peior autem fuerit, si fortes dolores acciderint. Scimus autem propter inflammationem, vel erysipelas, vel fortem obstructionem, vel abscessum aliquem, in visceribus dolores fieri, sed verisimile non est vt de his nunc sermo habeatur ab ipso. Manifestum est enim periculum, quod in ipsis est: necessariò tamen non adiungitur conuulsioni. Et quum Hippocrates, In febribus, dicit, morbos febriles intelligit, quando febres ipsæ sunt affectio, & non casus & symptoma partis alicuius, quæ aliquo dictorum B affectuum laboret.

67 In febribus, ex somnis timores, vel conuulsiones, malum.

Dictum ab ipso & anteà fuit, quòd somnus lædens ægrotantem, mortalis est: qui autem non lædit, non est mortalis. Vbi & exemplum sermonis adiiciens, inquit: Vbi delirium somnus sedat, bonum: vti somno existente aliquo, ex quo delirium nō sedatur, sed excitatur aliquando, ac generatur. Verùm & hic alia dixit exempla noxæ ex somno aduenientis, timores, ac conuulsiones. Quidam verò non timores scribunt, sed labores. Sanéque nos sæpe vidimus in morbis existialibus & timores, & labores, & conuulsiones ex somno fieri. Hoc autem videtur contingere, quando in somnis ad cerebrum humor infestus peruenerit, tūc C magis intrà, quàm extrà, natura mota. At profectò vt à cibo ad somnum conuersi, implent caput, sic in plethoricis affectionibus, somni ipsum replentes, aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturam vergit, timores fiunt: sin talis nō fuerit, labores, ac conuulsiones. Somnique proculdubio semper nocerent, quatenus ad profundum, & viscera materia fluit, nisi coctionis ratione plus afferrent vtilitatis, quàm sit damnum, quod ex motu ad interiora consequitur. Non solùm autem in cerebro ipso mali humores aceruati tales afferunt casus, sed & in ipso ore ventriculi: quare & in somnis magis euaporant, cùm incocti permaneant: sicuti coctiones vtiles somnos inducunt.

68 In febribus spiritus offendens, ma-D lum: conuulsionem enim significat.

Spiritum intelligendum est ipsum dicere, sicuti in Prognostico, respirationem: qui vbi offendit, hoc est, in medio sui interruptus substiterit, conuulsionem significat. Etenim fit mouentibus thoracem musculis, ac neruis iam conuulsioni paratis: qua affectione insuper aucta, & plures occupante partes, manifesta conuulsio hominem appræhēdet. Cùm verò duplex fit in respiratione motus: alter, quo spiritus fertur ad interiora, inspiratio dictus: alter, quo fertur ad exteriora, contrariam is accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit autem spiritus aliquando quidem inspirantibus, sicuti cùm ipse dicit: Duplex intrò reuocatio, veluti super inspiratio. Aliquando expirantibus, sicuti cùm dicit: Et spiritus offendens extrà de-

latus. In his igitur, vtriusq; partis respirationis seorsum meminit: in proposito autem Aphorismo de tota ipsa pronuntians, inquit: Spiritus offendens, siue in motu ad intra, siue ad extra, siue ad vtraq; tale quid patitur.

69 Quibus vrinæ crassæ, grumosæ, paucæ, non sine febre, multitudo veniens, ex his tenuis iuuat, præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio, vel breui sedimen inest.

Non simpliciter vrinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterum ostendens, vel crassitudinis quantitatem, vel consistentiæ inæqualitatem, ac diuulsionem, ita vt plures ipsarum consistentiæ veluti grumi circunscriptæ appareant. Nonnulli verò nõ grumosas scribunt, sed cœnosas, sicuti etiam Numisianus, & Dionysius. Et si quidem graueolentiã quandam per hoc verbum ostendunt, plus aliis indicant. Si verò crassitudinis quantitatem, nihil amplius in hoc docent. Sermo verò Hippocratis totus non videtur de vrinis esse fœtorem habentibus, sed de paucis tantùm, ac crassis, vt ex opposito manifestat, inquiẽs: Multitudo veniẽs, ex his tenuis iuuat. Quare si etiam hoc solum scriberetur: Quibus vrinæ crassæ paucæ: nihil sermoni deficeret. Fiunt autem & sine febribus vrinæ tales, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates. Fiunt etiam cum febre, in quibus quispiam fortè existimaret ad contraria trasmutationem non esse bonam: quoniam magna ex parte in febribus, ex vrinis ab initio tenuibus fit ad crassiores conuersio, tendente iam morbo ad solutionem. Atq; ob id mihi videtur ita scriptus ab ipso fuisse maximè Aphorismus, id quod rarò accidit, edocente. Contingit enim aliquando vel per initia morbi, vel non multo post vrinas factas crassiores, propter grauitatem habere sedimen. His igitur vrinis sedimen bonum signum non est, sicuti aliis, quæ ab initio tenues existentes, ratione totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absq; ratione autem crassæ vrinæ sunt multitudine paucæ, vt quæ vix renes pertranseant. Cùm itaq; simul major pars talium humorum malorum fuerit euacuata, simul & residuum concoctum fuerit: tunc excernuntur multò prioribus tenuiores. Melius est enim ita dicere, & non tenues, absolutè, quemadmodum dixit Hippocrates. Quę enim secundum naturam sunt, non simpliciter tenues existunt, sicuti neque crassæ, sed medium tenent inter vtrunq; excessum: & cùm mediocritatem habeant, crassiores quidem sunt, atq; dicuntur aquosis, tenuiores verò grumosis: multę verò cum ratione excernuntur, quia priùs fuere retentæ, quo tempore crassæ existentes, difficulter exibant.

70 Quibus vrinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, iis dolor capitis vel adest, vel aderit.

Hunc nonnulli Aphorismum cum superiori coniungunt, tanquam eius partem, ita scribentes: Quibus autem vrinæ perturbatæ, hisce dolores capitis. Et volunt quidam verbum Perturbatæ, contrarias vrinas ostendere iis, quas anteà tenues dixit. Quidam verò ipsas tenues, volunt appellatas esse perturbatas. Falsum autem est quòd vrinæ tenues sint cum dolore capitis. Videntur enim dolores capitis aliquando antecedere, aliquando simul esse cum perturbatis vrinis. Quales autem hæ sint, manifestè monstrauit inquiens: Quales sunt iumentorum. Tales verò fiunt, dum materia crassa, ac densa à calore agitatur. Tales enim maximè & ab extrinseca caliditate videntur inflari, sicuti bitumen, pix, atq; resina. Nonnullæ igitur è talibus vrinis longo tempore manent perturbatæ, nonnullæ verò citò sedimen crassum habent, & citò morbum solutum iri significant. Quæ verò non resident, si vires affuerint, longum fore morbum ostendunt: si imbecillitas adsit, ægri mortem prænuntiant. Hæc obiter à nobis sunt dicta, quoniam non carent vtilitate. Quæ verò ad ipsum attinẽtia Aphorismum adhuc dicere oportet, sunt ista: Vrinis perturbatis, capitis dolores necessariò aut adsunt, aut aderũt, vt inquit Hippocrates: quoniam spiritus flatuosus vnà cũ calore promptè fertur ad caput. Non tamen si quis dolet caput, aut doliturus est, huic omnino tales sunt vrinæ. Fiunt enim dolores capitis etiam ex calore solo, nonnunquam verò ex flaua bile, quæ vel in capite, vel in ventriculo continetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter aliquam loci obstructionem, vel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem: quorum nihil talem facit vrinam ex necessitate.

71 Quibus septima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die vrina rubram, & alia, ex ratione.

Sicuti in pluribus aliis se ipsos imperitos artis Hippocratis ostenderunt plurimi eorũ, qui hunc eius librum exposuerunt, sic & in isto. Putant enim adiecta fuisse Aphorismo, cùm dicit, Et alia ex ratione. quæcunq; ad somnos attinent, vel vigilias, vel respirationem, vel decubitum, vel surrectionẽ, vel tale aliquid aliud eorum, quæ in Prognostico scripsit: vt si hæc omnia bene facta videantur, in septimo futuram speremus iudicationem. Videntur autem ignorare maxima capita ad præcognitionem facientia. Vigilant enim magna ex parte, & grauiter se habent, ac febriunt vehementiùs ægri, quantò propius iudicationem accedunt. Plures autem eorum prope iudicationem etiam spirant difficulter. Non igitur signum, quod ex vrinis apparet, talibus indiget casibus ad firmiorem futuræ iudicationis spem, sed multis aliis, quæ frequẽtiùs, quàm ista, apparent: de quibus nihil videntur cognoscere, qui audent Hippocratis libros exponere priùs, quàm totam ipsius artem perdiscant. Nam quũ quarta dies sit index, quemadmodum ipse docuit, & qualis sit futura septima, nuntiet, omne, quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit, futuram septima die iudicationem ostendit, adeò vt nõ solùm rubra aliqua nubes apparens, anteà non visa, iudicationem significet, sed & alba multò plus ipsa, adhuc autem magis & sublimamentum album, æquale, atq; cõsistens. Si verò velociter admodum morbus moueatur, & coloris, & substantiæ mutatio sunt sufficientia signa futuræ iudicationis. Tenuis itaq; vrina, si mediocriter crassa efficiatur, & alba, aut pallida, in tali morbo iudicationem significat. Vnius itaq; signi nominatim Hippocrates meminit, nubeculæ videlicet rubræ. Dignum autem existimat, vt sicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus quæcunq; futuras iudicationes ostendunt. Sunt autem hæc, quæ in diebus ab ipso vocatis indicibus, & contemplabilibus, fieri consueuere vel in vrinis, vel in excrementis alui inferioris,

vel

vel sputis. Semper enim omnia talia iudicationes significant, non tamen bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes futuræ indicantur. Sensus ergo verborum Aphorismi talis est. Meminit autẽ nubis rubræ tanquam signi perrari. Albæ enim frequentissimæ apparent: & sunt signum coctionis manifestũ. Rubræ verò rarò fiunt. Et nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates, quòd in diebus indicantibus apparentes futuram nuntiant iudicationem, fortè nemo talem ipsis adesse vim expectaret: siquidem Hippocrates colorem rubrum salutarem quidem, diutinum tamen esse vult. Nam in Prognostico ita ad verbum scribit: Si verò vrina fuerit subrubra, & sedimen subrubrum, & lene, magis quidem hæc diutina quàm illa, sed admodum salubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens, futuram in septima iudicationem significabit, in alia autem aliqua indice non significabit, diligentiùs est inquirendum: quod in ipsis operibus est obseruandum. Nam quantum ad rationes attinet, sunt ad vtranq; partem argumenta, & magis ad alteram, quòd non significabit, nisi morbus valde vehementer moueatur. Nam si quarto die fiat, æquale tempus priori, id quod sequetur, assumens, non est impossibile vt iudicationem ostendat. In vndecimo autem apparens, non mihi admodum videtur tribus solis egere diebus, sed etiam pluribus. Verisimũ siquidem est, colorem talem aliquid suffragari solutionibus. Ego quidem rarò signum tale in aliis diebus vidi, præterquam in quarto. Cui igitur in septimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui autem in quartodecimo, hic in vigesimo. Apparuit etiam cuidam alteri in vndecimo, qui decimoseptimo iudicatus est: rursus cuidam alii in eodem vndecimo, qui vigesimo die fuit iudicatus.

72 Quibus vrinæ albæ, & perspicuæ, malæ, præsertim si in phreniticis appareant.

Vrinæ tales extremam cruditatem significant, quare & morbi longi fiunt. Quædam verò ex ipsis, cùm anticipauerint morbi vires dissoluere, sunt perniciosæ, veluti in phrenitide. Nullum etenim vidi phreniticum, in quo talis vrina apparuisset, saluatum. Melius siquidem est, vt sicuti totus morbus est biliosus, sic & vrinæ appareant biliosæ. Aquosæ autem vrinæ (tales enim sunt albæ, atq; perspicuæ) magnam cruditatem ostendunt, & præterea flauam bilem vniuersam ad caput sursum rapi. Quibusdam enim vrinæ sunt perspicuæ, non tamen albæ, quæ quidem tenuem habent substantiam, colorem verò biliosum. Quæ verò perspicuæ sunt, & albæ simul, sunt penitus aquosæ. Si igitur simpliciter scriptum sit, Præcipuè in phreniticis. horum verborum intellectus est manifestus. Sin autem fini sermonis adiiciatur, sicuti in aliis exemplaribus videtur adiectum, verbum Appareant, sensus erit talis: Aquosæ vrinæ malæ sunt: præcipuè verò tales apparent in phreniticis, qui exitio proximi sunt. Neq; enim in omnibus, quemadmodum nonnulli huius libri expositores intellexerunt, nihil scientes ex iis, quæ in ægrotis apparẽt. In quibusdam autem exemplaribus ita scriptus est finis Aphorismi: Præcipuè verò in phreniticis tales apparent. Et est idem intellectus, qui secundæ scripturæ anteà à nobis dictæ.

73 Quibus præcordia suspensa murmu-

A rantia, lumborum dolore superueniente, iis alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat: hæc verò in febribus.

Præcordia suspensa, hoc est, ad maiorem tumorem ex multis causis deducta vnam habent, spiritum flatuosum, de qua nunc differit, dupliciter fientem: nonnunquam ex aliquo affectu difficilem habente solutionem partium ad aluum attinentium: nonnunquã ex aliqua recenti occasione. Distinguit autem nunc Hippocrates ista. Nam prior affectio cum murmure non fit. Extenta enim, atq; inflata instar vteris reddun tur in ea præcordia. Altera cum murmure fit. Sic autem nominatur spiritus sonus, cùm neq; magnus, neque multus extiterit, & cum quadam modica humidi-
B tate ad inferiora mouetur. Accidit igitur tali murmure descendente ad lumborum loca, vnà cum ipso tumorem ex præcordiis deportari. Vnde partibus, quæ hìc sunt, ex ipso distentis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad distributionem concitato, solus spiritus flatuosus emittitur, nonnunquam verò vnà cum humore. Iam verò humor distributus magna ex parte per vrinas excernitur. Rectè ergo inquit in dictis signis aluum dirumpi, nisi anticipet seorsum quidem humor distribui, seorsum verò spiritus in intestinis retentus per sedem excerni. Contingit verò quandoq; vtrunq; ad distributionem concitatum & spiritum, & humorem, facilè ad vesicam permeare. Quod verò in fine Aphorismi scribitur, Hæc verò in febribus. tale aliquid mihi videtur ostendere, A fe-
C bribus molestari dicebant antiqui illos, qui absq; inflammatione, vel abscessu, vel dolore, vel erysipelate, vel (vt simpliciter dixerim) absq; aliquo membro præcipuè affecto, ægrotabant. Quòd si vel propter lateris inflãmationẽ, vel pulmonis, vel talis partis alterius, febricitarent, non febricitantes ipsos nominabant, neq; à febribus molestari dicebant, sed pleuriticos, aut peripneumonicos, & aliis similibus nominibus, veluti hepaticos, & lienosos appellabant. Nũc itaq; mihi videtur Hippocrates duorum alterum velle insinuare, vel quòd hæc, quæ dixit, febribus accidunt, in quibus nullum membrum affectum est, vel quòd & illis accidunt morbis, non tamen ipsis aluus disrupta sit, vel flatus, aut vrinæ prodierint. Neq; enim aliquo naturæ motu membris spiritum flatuosum expellentibus, murmur in illis contingit fieri, sed veluti casum tantummodo.

74 Quibus speratur abscessum futu-
D rum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si verò etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

Dictum est à me etiam priùs, quòd abscessus fiunt ad articulos iis, qui in his laborem passi sunt, & quibus quouis modo in morbo articuli lassati sunt, & præterea in quibuscunq; crassorum humorum multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaq; natura valuerit per vrinam expurgare corpus, æger ab abscessu liberatur, humorem ad articulos decubiturum, per vesicam euacuans. Satis autem habuit, laboriosarum

febrium, veluti in quodam exemplo, meminiſſe, quæ initium ad vrinam motionis in die indice accipiunt. His enim laborioſis hoc ineſt, quòd citò abſceſſus faciant, non expectantibus, vt aliæ, tempus prolixius. His verò ipſis & iuxta aurem fieri abſceſſus conſueuere, ſicut aliis prolixioribus multitudo plus ad inferiora decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam ſubleuauit, vel ſanguinis ex naribus profluuiũ patiuntur, aut parotidas, id eſt, iuxta aures abſceſſus habent. Quòd autem ſolutio hæc velocior ſit altera per vrinas, non oportet dicere: quare & ipſi adiecit Hippocrates, Breui admodum ſolutio fit. altera, quæ fit per vrinas, euacuatione plures exigente dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo poſitum eſt: te verò oportet transferre ad omnes dies alios, quicunq; ſunt contemplabiles, & iudicatorii.

75 Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exhulcerationem ſignificat.

Siue in renibus, ſiue in veſica hulcus factum fuerit, ſiquidem in vaſe aliquo effatu digno conſtiterit, & præcipuè cum aliqua exeſione, ſanguinis excretio conſequitur, ſine hoc autem, puris tantummodo. Cõtingit autem etiam vt facto hulcere in aliquo vrinæ meatuum, & pus, & ſanguis per vrinam exeat. Hi verò renes, ac veſicam interiacent, & oportet hos illis ſubaudire. Exhulcerantur autem magna ex parte iis, qui in renibus lapidem habent, meatus vrinarii, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum magno obſtructi excoriantur. Nam ex hulceribus, quæ in pene fiunt, etiam ſine vrina & pus, & ſanguis egreditur. Exit autem ſimul cum vrinis aliquando pus, diſrupto abſceſſu in aliquo ſuperiori loco. Quare quidam, & plures expoſitores alteram ſcripturam magis probarunt, in qua coniunctio, Et, ſcribitur, in hunc modum: Si ſanguinem, & pus minxerit, renum, aut veſicæ hulcerationem ſignificat. quaſi altero ſolo, ſcilicet pure, per loca vrinæ exeũte, fieri poſsit, vt ſit ſignum non modò renum, vel veſicæ exhulceratæ, ſed etiam alicuius partium ſuperiorum. Fortè igitur & hi aliquid dicũt. Fortè autẽ & verbũ Mingat, quiddã aliud oſtendit, quàm minxerit, in ſe ipſo continens diſtinctionem. Neq; enim idem eſt vel ita dicere, Si ſanguinem, & pus mingat: vel illo modo, Si ſanguinem, & pus minxerit. In vno enim, vel duobus, vel tribus diebus potuit minxiſſe pus, diſrupto abſceſſu ad vrinæ inſtrumenta. Multis autem diebus, ac menſibus, vbi hoc factum fuerit, renum, aut veſicæ exhulceratio ſignificatur. Verum ipſorum magis fit, & dolor diſtinguit, qui in differentibus accidit locis, & ea, quæ cum vrinis excernuntur: de quibus déinceps loquetur. Iam verò & de vrinariis meatibus eadem eſt ratio.

76 Quibus in vrina craſſa exiſtente, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vna exeunt, iis à renibus excernitur.

Paruæ quidem carunculæ renum ſubſtantiæ indicia ſunt, qui verò vti capilli, nullo modo renum. Neq; enim fieri poteſt vt ad talem ſubſtantiæ formam ren diſſoluatur. Nam qui hoc aiunt, renum ignorant naturã. At neq; veſica reſoluta, aut exeſa, vt quibuſdam viſum eſt, tales vrinæ exeunt. Sunt enim huius particulæ, foliorum ſimiles magis, ſicuti & Hippocrates paulò pòſt eas ſquamas appellat. Sed rei veritas ita ſe habet: quod nobis forte quadam ſæpius videre contigit.

A Quidam igitur alii medici, quanuis in operibus artis multùm exercitati, raró ſe aiunt vidiſſe vrinas tales. Vocant autem recentiores medici hãc affectionem τριχίασιν, quaſi dicas capillitium, quoniam capillis, & albis quidem magis ſimilia videantur, quæ in vrina efferuntur. Nuper quidam talia corpora tam lõga mingebat, vt incredibilis longitudo videretur: nã quidam ex ipſis ad dimidium cubitum extendebantur. Hic autem toto ferè anno, qui anteceſſerat, lomentum, & fabam comederat, ſæpiſsiméque caſeum & tenerum, & ſiccum. Omnibúſque aliis talia mingere contigit, qui cibis craſsioribus veſcebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo vſto, capillis ſimiles ſubſtantiæ generantur. Sanéque modus ipſe curandi, rationi, quæ de cauſa habetur, atteſtatur. Nam ab extenuantibus, atq; incidentibus medicinis, adhi-
B bito etiam alio victu humectante, tales ægri curantur. Si verò tanta eſſet exhulceratio renum, aut veſicæ, vt eorum ſubſtantia diſſolueretur, non modò nihil ex talibus medicinis iuuarentur, ſed etiam ſupra modum iritarentur. In his itaq;, ſicuti & in aliis, Hippocrates dignus eſt admiratione, quum ipſe eorum inuentor extiterit, quæ ne à pluribus quidem medicis ad hunc vſq; diem ex ſignis fuere comperta. Ipſa quoq; ſermonis diligentia magnam habet admirationem, cùm dicat talia ex renibus excerni. Neq; enim ſicuti in priore Aphoriſmo renum cauſatur exhulcerationem, ita & nũc dixit: verùm ſimpliciter ex renibus inquit excerni, quemadmodum ſi aliquo mingente lapidem, ex renibus ipſum excerni dicamus, nõ quòd ſit pars ſubſtantiæ eorum, ſed quoniam in ipſis ſuam habuit conſiſtentiam. Paruæ igitur carunculæ ſubſtantiæ renum
C hulceratorum re vera partes exiſtunt. Qui verò veluti capilli ſunt, in renibus quidem conſiſtẽtiam accipiunt, veluti & lapides: non ſunt autem partes eorum ſubſtantiæ. Malè ergo in omnibus exemplaribus hic Aphoriſmus ſine particula, Aut, legitur, Carunculæ paruæ veluti capilli. Nullo enim modo carunculæ paruæ aſsimilantur capillis. Verùm oportet inter verbum, Paruæ, & dictionem, Veluti, mediam interponere coniunctionem, Aut: tanquam Hippocrates nõ de vna re, ſed de duabus faciat ſuo ſermone mentionem, quarum vna eſt, Carnes paruæ: altera verò, Veluti capilli. In iis igitur, quę ſunt veluti capilli, ſem per vrina eſt craſſa: quum pituitoſa ſubſtantia, quam venæ aggregarunt, per renes expurgetur. In carunculis autem non eſt neceſſarium. Nunquàm tamen talem vidi renum affectionem: ſed quæ ſunt veluti carunculæ, ſępius à me viſæ ſunt in illis febribus, in quibus &
D quæ ſunt ſimilia orobis ſedimina conſpiciuntur, ſanguine craſſo in renibus, aut in hepate exuſto. Non tamen veras carunculas vnquam vidi cum vrina exeuntes. Puto igitur poſſe contingere quòd craſſa vrina ab ipſo dicatur, quæ ſecũdum naturam eſt, & mediocris. Hæc enim tenui quodam modo opponitur. Neq; nos latet quòd propriè quidem ſecundum exceſſus oppoſitiones ita nominantur: per abuſionem autem, & mediocri, extremorum nomina tribuuntur: cùm & ad maximè craſſum, tenue, & ad maximè tenue, craſſum nominetur. Quod ſi ita accipiamus, ſermo talis erit: Quibus in vrina, quæ tenuis non eſt, ea, quæ diximus, exeunt, renum eſt paſsio: ſi verò vrina ſit tenuis, totum venoſum patitur genus. Eundem intellectum mihi videtur etiam in ſequenti oſtendere Aphoriſmo.

Quibus

77 Quibus in vrina crassa, furfurea quædam simul exeunt, iis vesica scabie laborat.

Quando vrina tenuis fuerit, haud secundum naturam venæ se habent. Cùm verò non tenuis extiterit, sed mediocrem habuerit substantiam, (in quo significato crassa accipere oportet hoc loco) ea, quæ simul cum tali vrina excernuntur, circa renes, aut vesicam pafsionem ostendunt. Cùm enim ex venis vrina veniat, in renibus coletur, in vesica aggregetur, quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut venas, aut renes, aut vesicam malè se habere indicabit, sicuti & nunc furfurea vesicam scabie laborare, quando venæ nullum affectum habent. Feruntur enim & ex ipsis alí quando furfurea, quandoq; , cùm earum tunica patitur, quemadmodum & vesicæ: quãdoq; cùm sanguis, qui in ipsis continetur, ab vrente calore torrefactus est. Aptior autem ad hoc est quicunq; humor in eis crafsior existit, & magis, qui veluti fæx sanguinis est, quem solemus humorem melancholicum nominare. Sicuti enim cutis superficies (quam superiorem pelliculam nominant) in scabie, lepra, atq; lichenibus tenue quiddam remittit, quale est, quod serpentum senectutem nominamus: sic vbi in partibus interioribus ea, quæ est veluti cutis, tale aliquid patitur, & casus erit pafsioni similis. Hac ratione igitur & venæ ipsæ, atq; vesica scabie laborantes, furfureos cortices vnà cum vrinis emittent. Distinctio autem fiet ex tenuitate, ac crafsitudine vrinæ, vt anteà diximus. Tenuis enim vrina venas, non tenuis autem vesicam pati indicabit.

78 Quicunq; sponte sanguinem mingunt, iis à renibus venulam ruptam significatur.

Quod dicitur Sponte, potest idem, quod sine causa exteriori, ostendere: potest & quod veluti repentè, nullo casu præcedente, quales apparent vesica hulcerata. In ipsa enim venam rumpi ex influentis sanguinis abundantia, quemadmodum in renibus, est impofsibile. Neq; enim per eius venas sanguis percolatur, sed solùm tantum, quantum ipsi sufficiens est, pro alimento contribuitur. Prætereà neq; venæ, quæ in vesica sunt, nudæ, & sine fulcro naturâ sunt, sicuti quę renum ventres subintrant, quæ & aperiuntur, & quæ alíquando disrumpuntur, propter humorum multitudinem, ac crafsitudinem, qui in ipsis continentur. Disruptio itaque puri sanguinis facit euacuationem. Ora autem aperta non subitò plurimum sanguinem effundunt, præsertim cùm parua est apertio, sed paulatim, atq; tenuiùs percolant: vnde totam vrinã subsanguineam efficiunt. Fit autem, vt dixi, & venis vesicæ exesione laborantibus, sanguinis euacuatio, quam antecedunt hulceris signa in vesica existentis, hoc est, & loci dolor, & pus, & sæpe ipsius corporis vesicæ quædam veluti frustula. Hac ratione igitur melius verbum Sponte, pro repentè, accipere: & nõ pro sine causa manifesta. Siquidem sanguis ex renibus sæpius & sine causa excernitur manifesta, vase ex multitudine rupto, sed alíquando etiam ob saltum vehementiorem, vel ex alto casum, vel ictum.

79 Quibus in vrinis arenosa subsistunt, iis vesica laborat calculo.

Galen.

A Non omnino vesica laborat, sed contingit & renes: quare manifestè errat Aphorismus, siue quia Hippocrates ipse dimidiam partem sermonis neglexerit, siue quia primus librarius omiserit. Siue enim in renibus, siue in vesica calculi generantur, vnà cum vrinis exeunt arenosa.

80 Si sanguinem mingant, aut grumos, vel stillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pectinem, & femen, circa vesicam labor est.

Duobus modis finis scribitur Aphorismi: in quibusdam exemplaribus, labor est: in quibusdam, morbus est: & ferè in hoc nihil inuicem scripturæ differunt. Communiter autem ambæ errant, si quis intel-
B ligat circa vesicam ab Hippocrate dici, quasi ipsam vesicam laborare dixisset. Nam ii, quos memorat, casus, communes sunt omnibus, quæ vrinæ seruiunt instrumentis, vesicæ, renibus, vrinariis meatibus. Melius est itaq; hoc modo, quæ circa vesicam, accipere, non tanquam sola vesica significetur, sed & partes, quæ illi annectuntur. Adhuc autem magis, vt ita accipiamus, hortabitur sequens Aphorismus, in quo nõ quæ circa vesicam, ægrotare dicit, sed ipsius vesicæ esse exhulcerationem: quum non idem sit, pati aliquid ipsam vesicam simpliciter solam, enuntiare, vel quæ circa vesicam.

81 Si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, vesicæ ex-
C hulcerationem significat.

Sanguis quidem, & pus mingendo prodeuntia, omnium instrumentorum, quæ vrinæ obseruiunt, signa sunt communia: odor autem grauis, hoc est, molestus, & adhuc magis squamulæ, sunt propria vesicæ. In pluribus igitur exemplaribus: Si sanguinem, & pus minxerit, scriptum inuenitur. In quibusdam verò: Si sanguinem, vel pus minxerit. Ostendet autem hæc scriptura secunda coniunctionem Aut, esse disiunctiuam, quasi vtrumlibet horum, quæ dicta sunt, vbi adsit, hulcerationem significet: altera verò vult ambo afsidere, vel simul inuicem, vel alternatim.

82 Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, iis suppuratione facta, & eru-
D ptione, solutio.

Ob sermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi Aphorismo suspicabitur quispiam. Promptum enim est vnicuiq; intelligere, quòd in meatu vrinario, qui in pene est, (hunc enim meatum, fistulam vrinariam nominant) si consistant tubercula, & mox rumpantur, fieri solutionem. Verùm si diligentiùs animaduertimus, maius aliquid ex eo ostenditur. Contingit enim vrinam alíquando retineri ob tale tuber culum: ex cuius disruptione sanitas proculdubio sequetur. Verùm ex dictis quędam dubitatio suboritur, vtrum solùm velit hæc, quæ in hoc loco sunt nata tubercula, rumpi: vel sæpius quidem hoc accidere, fieri tamen posse vt etiam discutiantur: vel exemplum solutionum vnum hoc aliquod scripsit, diruptionem: quod verius existit.

83 Mictio noctu plurima facta,paruam ſignificat deiectionem.

Quòd quidem neceſſarium ſit ventris humore diſtributo,minorem fieri alui deiectionẽ, vnicuiq; manifeſtum eſt.Sed cũ hoc & vnà illud apparet, quòd eo vnà cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fiet, A atque ideo plura deiiciet, vrina verò paucior excernetur. Docebit autem nos hæc ipſa ratio & alui fluentis, & ſiccæ remedia. In quibus enim ſupra modum humida aluus depræhenditur, iis potum minorem exhibebimus, ac præterea illi viã ad veſicam parabimus. In quibus verò ſiccior,& plus dabimus potus,& diſtributionem quantum fieri poterit,prohibebimus.

CLAVDII GALENI in Aphoriſmos Hippocratis, Liber Quintus.

Nicolao Leoniceno Interprete.

1 CONVVLSIO ex elleboro lethalis eſt.

Iis,qui elleborum acceperunt, album dico:(hunc enim ſimpliciter elleborum nominare conſueuerunt, non ſicuti nigrum, cum adiectione)iis,inquã,ſi ex purgatione conuulſio aduenerit, caſum ait eſſe lethalem. Fit enim non ab initio purgationis, quando periculum eſt,ne homo ſtranguletur: ſed quando vomentes vehementiùs lacerantur, propter ipſam quidem maximè,quæ fit in motibus,diſtentionem laborantibus neruis,ob illam, quam habent cum ore ventriculi in patiendo ſocietatem,in quo & aliàs vidimus,vbi fortiùs mordetur, fieri conuulſiones, ſicuti adoleſcenti, qui æruginem euomuerat. Præſtat enim æruginem, non æruginoſum vomitum illum nominare. Erat enim talis,qualis quę vera ærugo nominatur,florentiſsimus: verùm inter vomendum totum corpus conuulſum eſt: & ærugine euacuata, febris ſtatim,& conuulſio ceſſauit.Tale autẽ erat,quod euomerat,ſicuti ſi quis optimam æruginem aqua imbueret,adeò vt ex eorum vnione talis ſubſtantia exultaret,quæ defruti craſsitudinem repræſentaret. Non impoſsibile eſt igitur(vt dixi)& per compatiendi ad os ventriculi ſocietatem fieri conuulſionem ex elleboro albo, & hæc moderatiſsima conuulſio eſſet. Contingit autem & propter ipſam euacuationem ſupra modum ipſis purgatis conuulſionem aduenire:ſicuti & choleram patientibus,contractiones frequenter adueniunt,maximéque eorum, qui ſunt in ſuris, muſculorum.Sed neq; illud eſt impoſsibile, propter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad ſe attrahentis,atq; ideo tunc eos malè afficientis fieri cõuulſionem. Sed & ellebori aliquando vi ad ſui diſtributionem impulſa vehementiùs, cõtingit neruorum ſubſtantiam violentiùs exiccari. Ipſe enim nos docuit Hippocrates,quòd fit conuulſio ex repletione,& inanitione,corporum videlicet neruoſorum, à quibus ſecundum electionem motus perficiuntur. Sunt B autem hæc,nerui,ligamenta,muſculi,& tendones. Sicut enim in exterioribus videmus lora, & chordas extendi,vbi vehementiùs exiccentur, aut multa madeant humiditate:ſic & in corporibus animalium,par eſt fieri non rarò conuulſionem. Liquet igitur quòd ex repletione conuulſio, ſanabilis eſt per euacuationem. Ea verò,quæ fit ex inanitione,& neruorum ſiccitate,non facilè admittit curationem. Fit autem (vt dixi) & propter compatiendi ſocietatem conuulſio: quam non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hippocrate ſuſceptam. Eam enim,quæ primariò fit, cõuulſionem oſtendit,cùm ait conuulſionem ex repletione, atque inanitione generari. Et quidem nouimus etiam mor- C ſus ratione fieri in ore ventriculi ſingultum, adeò vt quiſpiam & neruos itidem pati exiſtimauerit. Et videbitur iſta cõuulſio iis,qui ab elleboro purgati ſunt, non dicta ab Hippocrate,aliquando fieri: niſi per Iouem,illam dixerit quiſpiam fieri exinanitione, cùm humores mordaces vim habeant exiccandi. Hi itaq; modi ſunt eorum,qui ex elleboro conuelluntur. Sanatur autem ex ipſis & qui propter morſum, & qui propter diſtentionem ex vomitibus fit: quæ autem ex ſiccitate accidit, inſanabilis eſt. Non abſq; ratione igitur totum hoc genus Hippocrates ait eſſe lethale, quoniam nonnullæ eius ſpecies cum difficultate ſanantur.

D

2 Conuulſio ex vulnere,lethalis eſt.

Sicuti in eo,qui hunc antecedit,Aphoriſmo, mortalem dixit eſſe conuulſionem, (quod idem eſt, ac ſi diceret,periculoſam, atq; ad mortem ſæpius terminantem) ſic & nunc eam,quæ fit ex vulnere,conuulſionem,lethalem dixit eſſe, nõ tanquam ex neceſsitate, ac ſemper mortem afferentem,ſed tanquam admodũ crebró. Sic & in multis ex prioribus Aphoriſmis,lethalis nomine viſus eſt vti. Ex vulneribus igitur fiunt conuulſiones ratione ſequentis ipſa inflammationis, vbi partes neruoſas attigerit. Et primùm quidem videntur conuelli, quæ è directo ſunt partium inflam-

matione laborantium: déinde poftquàm & principium attigerit ipfum, pafsio ad totum extenditur corpus.

3 Vbi fanguis plurimus fluxerit, fingultus, aut conuulfio fuperueniens, malum.

Non aliud quidem oftendi, eft exiftimandum, ex priori nomine lethale, aliud autem nunc cùm malum dicit. Confueuit fiquidem Hippocrates cafus illos ita nominare, quos lethum fæpe fubfequitur. Si cui verò per magis & minus differre hæc nomina videantur, maius periculum per vocem lethale, quàm per malum, oftendetur. Quæ igitur fit ex plurima fanguinis profufione conuulfio, ex altero genere caufarum ipfam efficientium confiftit, vt anteà dictum eft.

4 Ex fuperflua purgatione conuulfio, aut fingultus fuperueniens, malum.

Quod aliquando iis, qui elleborum fumpferunt, diximus fieri, hoc nūc oftēdit in omnibus, qui quouis modo purgantur. Conuelluntur enim, qui vltra modum purgantur, eafdem ob caufas, quas diximus in iis, qui elleborum affumpferunt, & iis, qui hac ratione laborant, non paruum periculum imminet. Siquidem multò peior eft ea, quæ fit ex inaninione, conuulfio, altera, quæ fit ex repletione. Quòd autem & fingultus conuulfio fit ftomachi fecundum Hippocratem, nos vtiq; nouimus.

5 Si ebrius quifpiam repentè obmutuerit, conuulfus moritur, nifi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit, qua foluuntur crapulæ, vocem recuperet.

Repletis neruis talis conuulfio fit. Solet autem facillimè eos replere vinum, vt quod calidam habeat temperaturam. Tàlis fiquidē natura promptè omnia fubintrat, præfertim quum non admodū craffam fubftantiam habuerit. Subftantiæ igitur copia vinum neruis affert conuulfionem. Rurfus autem qualitate fanat eam, quam fecit, affectionem, neruos calefaciendo, atq; exiccando: & fi hoc aliquando facere nequeat, mortem fubfequi eft neceffarium. Qua autem vi diximus vinum fanare conuulfiones, eadem videlicet & febris fanat. Hic verò maximè obferuanda eft Hippocratis cōfuetudo, qui mutos nominat illos, qui quouis modo obftupuerunt. Sed propriè ftupor nominatur totius corporis infenfibilitas, atque immobilitas repentina. Hanc itaq; affectionem confueuit Hippocrates ex vno cafuum nominare: & fit proculdubio neruorum principio patiente. Neq; enim aliter poteft omnino conuelli corpus antè, quàm id principiū patiatur, vel principaliter, vel per compafsionem, aliero priùs patiente membro. Liquet autem omnem noxam ex vino factam, à Græcis καιπάλην nominari. Sícque nonnulli vocabulo fecere etymologiam, carenon pallefthæ, quod fignificat caput cōcuti. Horam autem, qua crapulę foluuntur, tempus nominauit. Eft autem hoc tempus non præcifum, neque circunfcriptum omnibus vna menfura. Quidam enim poftridie à crapula funt liberati, quidam verò fequenti nocte, quidam verò tertio die prorfus: & fit hoc pro multitudine, ac vi epoti vini, & eius, qui potauit, natura. Si cui igitur neq; cibus vnum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum, fic neq; vinum. Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia comper

A tam, aut poftremum terminum obferuare: in quo fi neq; febricitare, neq; loqui anticipauerit, conuulfus morietur omnino.

6 Quicunq; à diftentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: fi verò has effugerint, fani fiunt.

Diftentio morbus peracutus eft, vt quæ compofita fit ex illa, quam Græci ἐμπροσθότονον, id eft, ad anteriora diftentionem: & ὀπισθότονον, id eft, ad pofteriora diftentionem nominant. Atque ita meritò citiùs in ipfa fit iudicatio, non tolerante natura longiori tempore, quem fert diftentio, laborem. In primo igitur circuitu dierum iudicatoriorum pafsio iudicatur.

B 7 Quibufcunq; morbi comitiales fiūt, ante pubertatem mutationem accipiunt: quibufcunq; autem vigefimoquinto, commoriuntur.

Propriè quidem pafsionis mutationes nominant, quando ex vna parte tranfeunt ad aliā, per abufionem autem, & omnes folutiones ita nominantur. Et mihi videtur Hippocrates fecundi fignificatus vfus effe appellatione. Non modò enim ad alias partes translatis iis, qui morbum comitialem faciunt, humoribus, foluitur pafsio, fed etiam omnino curatis. Sunt enim hi crafsi, frigidi, & pituitofi. Ceffant autem & ob ętatem ad ficciorem naturam tranfmutatam, & ob exercitationem, & victum exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicinis. Verùm Hippocrates nunc folùm eius meminit mutationis, quæ ex ætate fit: à quo docti,
C & formam victus vnà cum medicinis inueniemus. Quod igitur in altera parte Aphorifmorum dicit: Qui morbo comitiali laborant, fi iuuenes fuerint, mutationibus maximè ætatis, & regionum, & victus, liberantur: hoc nunc in ipfis pafsionibus declarauit, morbos comitiales, qui ante pubertatem fiunt, ceffare dicens ex ætatis commutatione: qui verò vltra vigefimumquintum annum proceffere, commori inquiens. Vnde liquet quòd pubertatis tempus, vfq; ad vigefimumquintum annum extendi arbitratur, fumens initium poft fecundam feptimanam. Liquet autem quòd neq; omnibus fanabitur pafsio ex pubere ætate, nifi & alia rectè gefferint: neq; quibus in hac accidit, omnino permanet, fi bonam victus rationem adhibeant. Verùm quòd non habeant ex ætate fanationem, fed, quantum ad eam attinet, pafsio confenefcat, liquidò oftendit. Non tamen adhuc manifeftè
D dictum eft, quanuis videatur manifeftum iis, qui negligentiùs accipiunt verba illa, Quibus verò vigefimoquinto anno, commoriuntur. Neq; enim iis folis pafsio commoritur, quibus vigefimumquintum annum agentibus aduenit, fed multò magis etiam iis, qui vltra hanc ætatem progrefsi funt. Addentes igitur fermoni Hippocratis illud, quod deeft, verum ex omni parte ipfum faciemus: Morbi comitiales, qui quidem ante pubertatem fiunt, in eius ætatis tempore finiunt: qui vltra pubertatem procedunt, commoriuntur. Tempus autem pubertatis eft poft quartumdecimum annum vfque ad vigefimumquintum. Eft autem & alia fcriptura talis: Quibufcunque vigintiquinque annorum fiunt, multi commoriuntur. fignificante verbo Multi, idem, quod plurima ex parte.

Qui

8 Quicunq; morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ii ad suppurationem vertuntur.

Eam, quæ fit per sputa, euacuationem humorum facientium morbum lateralem, solet Hippocrates purgationem, ac repurgationem nominare: sicuti & istos expuere, purgari, tam in libro De victu acutorum, quàm in Prognostico nominauit. Verùm nunc & tempus præfinit purgationis, in quo si non fiat, ad suppurationem ait morbum verti lateralem: aut omnem, quæ fit ad pus, transmutationem, ita nominans, (sicut & in Prognostico sæpius) aut eam, quæ fit inter thoracem, & pulmonē, puris effusionem. Fit enim vtrunq; horum, quando morbo laterali laborantes non expurgantur per sputa. Verùm, secundum ex iis, quæ diximus, ipse in sequentibus eruptionem suppurationis nominauit.

9 Tabes fiunt maximè ætatibus à decimooctauo vsq; ad trigesimumquintum.

In superioribus Aphorismis quando morbos secundum ætates enarrabat, Iuuenibus, dicebat, sanguinis sputa, tabes. Nunc verò etiam numerum apposuit annorum, non propterea eadem rursus scribens, quæ anteà, sed propter passionum thoracis, atq; pulmonis communionem. Propter quid igitur iuuenes his morbis præcipuè corripiantur, anteà diximus: de annis autem ætatum nunc determinandum, quoniam & Hippocrates dixit tabem maximè fieri ætatibus à decimooctauo vsque ad trigesimumquintum. Quod enim ætatibus numero plurali dicitur, quandam habet significationem, quòd non eandem Hippocrates ætatem existimat esse mediam inter annos enumeratos. Neq; sanè vna est, si diligentiùs consideremus: verùm ea, quæ est à decimooctauo, vsq; ad vigesimumquintum annum, adolescentium est: quæ autem ab hinc vsq; ad trigesimumquintum, iuuenum.

10 Quicunq; ab angina liberantur, iis ad pulmonem vertitur, & in septem diebus pereunt: si verò has effugerint, suppurantur.

De transmutatione nunc ipsi est sermo, quæ fit ex angina ad pulmonem: quam ait plerunque antè septimum diem occidere, ægro videlicet strangulato: si verò id tempus possit euadere, fluxione in pus conuersa, suppurari.

11 Qui tabe molestantur, si sputum, quod extussiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale.

Eas, quæ sunt in pulmone hulcerosas affectiones, nunc tabes nominat, in quibus iubet odorem diligẽtiùs perpendi, id, quod expuitur, carbonibus iniicien do. Sicut autem priùs in hulceribus vesicæ, odorem dixit grauem sentiri, ita & nunc tabidorum sputum grauiter olere. Si verò & ex capite capilli defluant ita affectis, lethalem esse notam: quoniam & maximus alimenti defectus ostenditur, atque aliquando humorum corruptio.

12 Quibuscunq; tabe laborantibus, capilli à capite defluunt, ii alui profluuio superueniente, moriuntur.

A De iis, qui ex tabe iam morti vicini sunt, nunc sermo habetur: quos etiam malè se habere ostenderat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio superueniente, mortem appropinquare opinandum: cùm hic casus, & mala causa, & malum signum existat. Fit enim ex virium imbecillitate, quæ præterea ex ipso casu fiunt imbecilliores.

13 Quicunq; spumosum sanguinem expuunt, iis è pulmone eductio fit.

Et pleraq; exemplaria, & quàm plurimi huius libri expositores norunt Aphorismum in hæc verba scriptum: Quicunq; sanguinem spumosum euomũt, iis è pulmone eductio fit. Et quidam ipsum exponentes, aiunt verbum id multitudinem significare, ac propterea à proprio esse translatum: apertè mentientes

B contra id, quod apparet. Sæpe enim visus est sanguis spumosus absq; multitudine expui. Si igitur ita Hippocrates re vera scripsit, ipsum abusum fuisse vocabulo dicemus. Neq; enim sanguis multus, ex pulmone eductionem significat: paucus verò, ex alio loco. Si vero Expuunt, aut Extussiunt, scriptum sit, tunc proprio vsum fuisse vocabulo, & ostendere sanguinem talem carnosam pulmonis substantiam (quæ est ipsius vera substantia) affectam hulceribus esse, adeò vt verè quidem dicatur solius pulmonis hulcera ex spumoso sanguine indicari: non verè autem, hulcerato pulmone, ex necessitate spumosum expui. Sæpius enim vidimus quibusdam ex alto cadentibus, & calcitratis, atq; in palæstra percussis, ab illa maximè ictus parte, in qua cuipiam ad solum ruenti, alter super thoracem inciderit, sanguinem plurimum bene coloratum expui cum tussi sine vllo dolore: quem ratio dictat ex a-

C liquo pulmonis vase disrupto prodire.

14 A tabe habito profluuium alui superueniens, lethale.

Paulò antea dixerat, tabidis, cùm sputum graue olet, & capilli à capite defluunt, alui profluuio superueniente, mortem subsequi. Hic verò simpliciter dixit esse lethale superueniens alui profluuium in tabe, nulla facta, neq; de sputo, neq; de capillis mentione, tanquam illud solum sufficiat mortem significare, nō tamen ita è proximo, neq; tam citò secuturam, sicuti cùm defluuium capillorum adiungitur.

15 Quicunq; ex morbo laterali suppu-

D rantur, si in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio, liberantur. Si verò nō, ad tabem transeunt.

Addens suo sermoni Ruptionis, vocabulum, manifestum fecit se de illis loqui, in quibus lateris inflammatione in suppurationem conuersa, déinde disrupta, in spatio thoracis, atq; pulmonis intermedio pus continetur. His enim omnibus, nisi vt plurimùm in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per sputiones purgati, necessarium est pulmonem exedi, pure processu temporis putrescente. Morbo igitur laterali diem quartumdecimum terminum posuit purgationis, suppuratis autem quadragesimum. Dictum autem est pleniùs de differentia & aliorum dierum iudicatoriorum, & horum, in eo tractatu, qui inscribitur De diebus iudicatoriis. Quare si quis vniuer

vniuerſam illam legerit contemplationem,ea,quę ab Hippocrate de diebus iudicatoriis dicuntur, promptiùs aſſequetur.

16 Calida, vbi quis ſæpius ea vtatur, hæc mala affert, carnium effœminationẽ, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionem: hæc, ad quæ mors.

De calidæ, & frigidæ vſu immodico, & modico, dictum eſt non parum & in libro De vſu humidorum. Dicta ſunt autem & hoc in loco Aphoriſmorũ omnia ferè capita, & primum hoc ipſum, quòd calida, ſi quis ea vltra modum vtatur, has facit affectiones, carnium effœminationem, hoc eſt, debilitatẽ: dictum eſt enim nomen per tranſlationem, quoniam fœmina debilior eſt maſculo: cui adſtipulatur hoc, quod ſubiungitur, Neruorum incontinentiam. Nam & hi fiunt imbecilles, eorum ſubſtantia à calore diſſoluta. Et rurſus mentis torpor, mentis eſt imbecillitas: ita ſcilicet ſubſtantia cerebri, ſicuti etiam neruorum, diſſoluta. Eodem modo & calidæ vſus immodicus facit ſanguinis profuſiones, in illis vtiq; corporis affectionibus, quæ ad ſanguinis profuſionem aptæ ſunt. Sequuntur autem ad ſanguinis profuſiones, defectus animi, & ad hos mors, ſicuti & ad alia priùs dicta: ſed ad illa quidem tempore pluri, ad alia quidem magis, ad alia verò minùs: ad ſanguinis verò profuſiones, & animi defectus, ſtatim. Scriptus eſt autem finis Aphoriſmi vario modo in exemplaribus: ſcripturæ verò omnes dictam ſententiam oſtendunt. Eſt autem vna hæc: His mors. altera verò hæc: In quibus mors. tertia hæc: Quibus mors. alia: Hæc ad mortem.

17 Frigida autem conuulſiones, diſtentiones, liuores, rigores febriles.

Immodica ſcilicet frigidà hęc facit, conuulſiones, diſtentiones, ob neruorum perfrigerationem. Sicuti enim non oportet ipſorum ſubſtantiam ab immodico calore diſſolui, ſic neq; vltra modum conuenientẽ perfrigerari, & in vnum cogi, ac cohiberi. Ac ſanè quidem liuores ex perfrigeratione fiunt, & rigores febres aduocantes. Melius autem fuiſſet ita dicere: Rigores facientes & conuulſiones, & diſtentiones, & liuores, & febres. Pleniùs autem de his ſéorſum diximus in libro De ſymptomatum cauſis.

18 Frigida, inimica oſsibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: calida verò vtilis.

Quæcunque partes ſunt natura frigidiores, (ſunt autem in animalibus tales, quęcunq; ſunt penitus exãgues) citiùs, ac magis ab immodico frigidæ vſu offenduntur: iiſdem autem rationabiliter calida conuenientior eſt.

19 Quæcunq; perfrigerata ſunt, excalfacere opórtet, exceptis iis, quibus ſanguis fluit, aut fluxùrus eſt.

Hoc, quod nunc dictum eſt, haudquaquam euertit illud theorema, Contrariorum contraria eſſe remedia: de quo pleniùs diximus in eo tractatu, qui De arte curatiua inſcribitur: in quo oſtendimus aliud eſſe theorema maximè neceſſarium, illa priùs curari præcipiens, quæ magis vrgent, hoc eſt, quæ maius periculum afferunt, ſicuti & nunc profluuium ſanguinis. Ad hoc igitur priùs obſiſtendum eſt: atque ita déinde quod paſſum eſt, ad bonam temperiem eſt reuocandum.

A

20 Hulceribus frigida quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones.

Si proprio vtamur vocabulo, calida mordax eſt: ſenſus autẽ ſimilitudine, & frigida aqua vocatur mordax: non cùm in cutem ſimpliciter incidit, ſed hulceratam. Nam quod mordax futurum ſit, eius, quod morderi debeat, ſubſtãtiam oportet peruadere: quod in cute ſecundum naturam ſe habente, frigida aqua non poteſt efficere, quoniam denſior eſt cutis, quàm pro eius ſubſtantia. In hulceratis autem, vt quę rariora ſint, peruadere poteſt eorum ſubſtantiam, in profunda ſubintrans. Dictum autem eſt pleniùs de natura mordacium, in libris De potentia ſimplicium medicinarum. Hulceratis igitur frigida eſt mordax: non hulceratis autem non ſolùm mordax non eſt, ſed & cutem facit duriorem, eius denſando ſubſtantiam. Et quidem dolorem efficit inſuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui hulcera ad ſuppurationem perducit, & ea difflari prohibet, quæ dolorem efficiunt. Quæ autem ſequuntur, priùs etiam dicta ſunt ab ipſo, & liuores, & rigores febriles, & conuulſiones, & diſtentiones.

B

21 Eſt autem vbi in diſtentione ſine hulceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit.

C

Quæ raró iuuent frigida, ac calida, poſt ea, quę antè dixit Hippocrates, déinceps proſequitur: & primùm quidem de frigida inquit, quòd in diſtentione (liquet autem quòd & in omni alia conuulſione) in medio æſtatis tempore, cùm bene carnoſus fuerit æger, ac iuuenis, frigidæ aquæ perfuſio calorem reuocans naturalem, affectionem ſanet. Vnde & manifeſtũ fit, quòd non ſua vi frigida aqua morbum tunc ſanat, ſed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnoſis reuocationem caloris facit. In alia igitur ætate nil proderit: quoniam neq; reuocationem efficit, quando neq; in hac vllo anni tempore, præterquàm æſtate media. Nam aquæ frigidæ occurſus aut vincit natiuum calorem, aut colligit. Vincit quidem, cùm debilis fuerit: colligit autem, cùm fortis, ipſum continens, ac difflari prohibens. Excipit autem eas, quæ ſunt cùm hulcere, conuulſiones, vt quæ nunquàm ab aqua frigida ſanari queant, neq; ſi æger iuuenis, & naturâ calidus fuerit, & æſtiuo anni tempore, ac regione calida: quoniam (vt & ipſe anteà dixit) hulceribus frigida mordax, dolorem inſuppurabilem facit. Iis igitur, qui in hulceratione conuelluntur ob neruoſorum corporum inflammationem, contraria vehementer eſt frigida, vt quæ neq; hulcus iuuet, neque corporum neruoſorum diſſoluat inflammationem.

D

22 Calida ſuppuratoria eſt, non in omni hulcere magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, & diſtentiones mitigat;

mitigat:& ex iis,quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem:plurimum autem cōfert ofsium fracturis, sed nudis præcipuè, eorúmque maximè, qui in capite hulcera habent, & quæcunq; à frigore moriuntur, vel hulcerantur,& repentibus comesis, sedi,pudēdis,vtero,vesicæ:his calida amica, & iudicans,frigida inimica,& perimens.

Sicuti frigida conuulsiones, & distentiones facere naturâ apta est,tamen sanat aliquando, quanquam raro,distentionem: sic & calida quantum ex sui natura ad suppurandum efficax, est aliquando prohibens suppurationem. Siquidem hulcera putrida, & simpliciter omnia,quæ fluxiones habent, adeò non suppurat calida,vt his etiam plurimùm noceat:atque hæc ambo in vnum coniunguntur:nocere hulceribus, & minimè suppurare: sicuti contrà, prodesse,ac suppurare. Maximum etenim est hulceri signum ad securitatem, & pus,& medicamen,quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim malè potest aduenire hulceri pus generanti. Quæ igitur conuulsionem afferunt,non suppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; hulcera sunt putredini obnoxia, & quæ partes circunstā tes exesas habent, atq; hæc difficulter ad cicatricem perducūtur, vniuersa & minimè suppurantur:& quæcunq; ex malis hulceribus propriis nominibus insigniuntur, veluti quæ cancrosa, chironia,telephia, & phagedænica,id est,carnem comedentia nominātur, omnia & ipsa non suppurantur. Maximum igitur signum hulceri ad securitatem,est pus; & hoc potes cō iicere ex calidæ vsu. In quibus enim non congruit,vi debis hæc à calida insuppurabilia perdurare. Déinceps autem calidæ opera,quæ frequenter apparent,enumerat. Etenim cutem induratam mollit,& crassatam extenuat,& dolorem sedat,& conuulsiones,ac distentiones mitigat:nec sicuti frigida dolorem insuppurabilem efficit,quoniam est à natura nostra aliena, quæ est calor natiuus,quem sanè coauget vbi mediocriter contingit. Calida verò extrinsecus facit hæc omnia,quę dicta sunt,nonnullàque concoquendo,& ad melius alterando,quædam discutiendo,& euacuādo noxia,ad sanitatem perducit. Quòd si non ex toto sanet, saltem dolores mitigat. In capitis verò affectionibus & hæc eadem facit,& eas, quas carebarias, id est,capitis grauitates nominant,sanat, concoquēs, atq; dissoluens quæcunq; molestant. Et quidem fracturis ofsium vtilifsima est, & magis nudis, hoc est, carne exutis: adhuc autem magis iis, quæ in capite fiunt. Nam talia frigida maximè offendit:vt quæ non ofsibus tantùm,sed ipsi quoq; cerebro sit inimica,Iā verò & quæcunq; partes ex algore mortificantur, iis calida remedio est:sic quæ frigiditas exhulcerat,sicuti hyberno tempore calcanea, & digitos, & extrema omnia,horum quoq; remedium est calida. Sanat etiā serpentia comesa, quanuis ab humore biliofo, calidóque fiant. Nam propter exhulcerationem frigida est ipsis inimica,vt quæ hulcerum mordax existat. Sic & omnibus,quę sunt in sede,affectionibus,amica quidem est calida, contraria verò frigida: quoniam neruosa sedes est, frigida verò neruis est inimica, & quoniam per communicationem frigiditas facilè ex sede ad ventrem ascendit,& eodem modo caliditas. Sic & vtero & vesicæ calida quidem,amica, & iudicans:inimica verò & occidens,frigida. Nam & hæ pariter nerA uosæ sunt, & supraiacentibus partibus facilè tradunt frigiditatem. Quòd autem in omnibus,quæ in Aphorismo dicuntur, communiter pronuntiauit his calidam esse amicam,& iudicantem, frigidam verò inimicam & occidentem, liquet, etiam si à me non dicatur.

23 In his frigida vtendum, vnde fluit sanguis,aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa,vnde influit, & quæcunq; inflāmationes, vel inflammina ad rubrum, & subcruentum sanguine recenti tendunt. Nam veteribus nigredinem affert. Erysipelas etiam non hulceratum iuuat. Nam exhulceratum lædit.

B Eas,quas facit frigida,vtilitates,ac mala,hoc trāsigit Aphorismo. Primùm,in quibus sanguis fluit, aut fluxurus est, inquiens conferre ipsam,non ipsis partibus manantibus sanguine admotam,(hulceribus enim frigida mordax) sed circunstantibus, & illis præcipuè vnde aliquid ad hulcera profluit. Et quidem ait omnes iuuare inflammationes, & quæ ipse nominat inflammina,veluti ab aliqua succensa flamma, propter humorum,à quibus fiunt, caliditatem. Nam & hæc frigida gaudent. Videntur autem hæc omnia intuenti,colore rubra & subcruenta, recenti scilicet, & nō antiquo suffusa sanguine. Nam sanguis antiquus, floridum non habet colorem. Quare frigida admota liuere,& nigras fieri contingit partes patientes. Eodem modo & erysipelas non exhulceratum iuuatur à frigida, sicuti hulcerato mordax est frigida, & dolorem affert: & hac ratione nocet,cùm partes dolentes C semper ad se ipsas moueant fluxiones.

24 Frigida,qualis nix,& glacies,pectori inimica,tusses mouent,& sanguinem, & destillationes.

Hactenus de aqua calida, & frigida sermonem habuit,nunc autem de niue,& glacie differit,illud ostēdens, quòd tantò magis hæ nocere possunt, quantò sunt aqua frigida frigidiores, & quòd thoracis partibus sunt inimicifsimæ,cùm & tusses moueant,& vasis plerunque difruptis sanguinem manare faciant, & ex capite destillationibus thoracem offendant,atq; pulmonem:nam has quoq; nix facit,& glacies,& quæ cerebrum perfrigerant.

D 25 Tumores articulorum,atq; dolores absq; hulcere,& podagricos quoq;, atque conuulsa,horum plurima frigida aqua largè effusa leuat,& extenuat, soluítque dolorem. Nam modicus torpor dolorem soluit.

Quòd quidem aqua frigida horum plurima iuuet, ostendit. Sed quæ'nam hæc sint, dicere prætermisit: tanquam ex illis, quæ anteà dixit, non sit admodum difficile inuenire. Quæcunq; enim inflammationes, vel inflammina ad rubrum, & subcruentum recenti sanguine tendunt, à frigida ait aqua sanari, quæ influxum scilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat:quapropter & dolorē in talibus soluit, quia eius

causam

causam abscindit. Perfrigeratio etiam partium largior, affert torporem mediocrem, qui & ipse dolorem soluit sensum hebetando.

26 Aqua, quæ citò calet, & citò perfrigeratur, leuissima est.

Non põdere talem esse leuissimam dicendum est. Sic enim nihil magnum edoceret, præter id quod per quendam circuitum illud inuenit, quod facile erat statim inuenire. Nam si pondere leuiorẽ aquam dignoscere quęrit, promptum ipsi fuit ad proprium eorum, quæ ponderantur, iudicium rem deducere, eiúsq; per lancem, ac pondus inquisitionem facere. Sed nunc leuiorem dixit aquam, quæ ventrem non grauat, & quæ citò permeat: sicuti isti cõtrariam, grauem vocamus, quæ citò non permeat. Liquet autem quòd non solũ hoc iudicium existit virtutis aquæ, sed quòd cùm alia in propatulo sint, & omnibus nota, hoc verò aliquid habeat artificiosum: sic ad id prodẽdum scriptis, Hippocrates venerit. Sed quę'nam sunt alia? Primùm quidem, si neq; turbida, neq; cœnosa: déinde si, neq; in gustu, neq; in odoratu aliquam absurdam qualitatẽ per se fert: tum & illud, quod nunc Hippocrates dixit, si citò, perfrigeratur, & calet: nam perspicuum existit, talem esse bene alterabilem. Sicuti autem cibi virtus est esse bene alterabilem, ita & aquæ: siquidem facilè transmutari volumus quicquid concoqui debeat ab instrumentis, quibus est coctionis munus à Natura demandatum. Quicunq; verò sola potantium affectione, optimam aquam iudicant, certissimo quidem vtuntur iudicio: verùm si hoc tantùm assumpserint, non rectè faciunt. Priùs enim oportet de aqua ex dictis signis iudicare, antè, quàm ad talem veniant experientiam.

27 Qui noctu bibere appetunt, iis admodum sitientibus, si superdormierint, bonum.

Neq; an dandus, neq; an minimè dandus sit potus, iis, qui noctu admodum sitiunt, quicquam ostendit, sed hoc tantùm, quòd superdormire, confert. Coquitur enim per somnum, vt liquet, & subdescendit id, quod efficit sitim. Non tamen illud est in obscuro, quòd valde sitientibus potus est dandus, siue ex potatione vini meracioris, siue ex defectu potus sitis aduenerit. Nam & defectui exhibendo succurrere, & illam, quæ facta est ex vino, caliditatem, aqua restinguere, theorema est salubre. Si tamen modicè sitierint, non omnino eis dandus est potus, sed abstinendum, siue ex defectu humidi tale quid patiantur, siue ex nimia vini potatione: contingit enim & hos ex somno iuuari.

28 Suffitus aromatum, muliebria ducit: sæpius verò & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.

Muliebria dicit, vt liquet, ea, quę ex vtero mulieribus euacuantur in menstruis purgationibus, & à partu. Clarum etiam illud est, quòd & hoc in loco illas, quæ vel propter vteri inflammationem, vel euersionem, aut talem aliam causam non purgantur, non aliter rectè curabimus, quàm eam curantes passionem, cuius est causa suppressio menstruorum. Illas verò, quæ sine hac passione parciùs purgantur, iis, qui nunc ab ipso docentur, suffitibus, curat. In his enim vel sanguinis crassitudo causa est retentionis, vel obstructio vasorum, quæ pertingunt ad vterum, vel eorundem

A obseratio, totiúsve ipsorũ substantię densatio. Quodcunque verò dictorum in causa fuerit, ex aromatibus suffitus sanat affectionem: qui vi sua aperit vasorum fines obseratos, extenuátq; humorum crassitudinẽ, & obstructiones incidendo remouet. Multoties verò & ad alia, inquit, vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem. Nam totum corpus poterat continuè suffiri per vterũ in omnibus frigidis, atq; humidis affectionibus, nisi timeremus illam, quæ fit ex suffitũ, capitis grauitatem, præsertim in febribus. Quòd verò omnia ferè aromata naturâ apta sint facere capitis grauitatem, & experientia ostendit, & ratio docet. Quæcunque enim satis calefaciunt, omnia capitis grauitatem causant, vtpote sui natura calido superiora petente. Calida autem est sufficienter omnium aromatum natura, præcipuéque casiæ, costi, cinnamomi, & amomi.

B 29 Grauidas purgare turgente materia à quarto mẽse vsq; ad septimum, minus verò has. Recentiores autem, & seniores vereri oportet.

Hic Aphorismus dictus est anteà, vbi de purgatione sermo habebatur. Sed & hìc, vbi de muliebribus agitur, in quàm plurimis exemplaribus inuenitur. Quidam verò eximunt ipsum, ne bis scriptus inueniatur. Noua autem expositione non indiget præter illam, quam retro scripsimus.

30 Mulierem verò gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale est.

C Neque absque ratione. Si enim sit cum febre morbus, necesse est ipsum febres habere continuas. Talis enim est morbus acutus: & in hoc duplex est periculum. Vnum quidem propter febrem ipsam fœtum occidentem: alterum verò, quòd ex longo interuallo cibum dãtes, ex alimenti defectu fœtum destruemus. Si verò vt hunc seruemus, non verebimur crebrò cibum exhibere, febres continuas victu intempestiuo augentes, matrem occidemus: Sic & si absque febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, quem Græci ἀποπληξίαν vocant, conuulsio, distentio, propter magnitudinem morbi, & acutiem, impossibile est laborantem euadere.

31 Mulier vtero gerens, sanguine misso ex vena, abortit, & magis si fœtus sit maior.

Ex defectu alimenti fœtus destruitur, non modò misso sanguine ex vena, sed etiam ex longiori inedia.
D Ostendemus autem hoc ipsum pauló pòst & per alios Aphorismos. Non absq; ratione autem & maior fœtus magis destruitur misso sanguine ex vena mulieris, quia plurimo indiget alimento.

32 Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio.

Non absq; ratione. Erit enim retractio simul atq; euacuatio sanguinis ad superiora tendẽtis. Hoc quidem igitur & experiẽtia comprobat vtiliter fieri: nos verò ab ipsa excitati, opera, quæ bene à natura geruntur, imitabimur: & mulieres hac passione laborantes, misso sanguine è vena, vacuabimus.

33 Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.

Quòd

Quòd quidem sit necessarium, eum qui singulis mensibus bene euacuatur, sanguinem, quando ob aliquam affectionem fuerit retentus, mulierem lædere, & quòd per aliam partem euacuatus, omnem corporis tollet læsionem, vnicuiq; est manifestum. Cùm verò multa sint loca, per quæ potest euacuari, omnibus aliis aut maius, aut minus inest detrimentum: sola, quæ fit per nares, euacuatio innoxia est, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamen si aliqua etiam alia euacuatio sine noxa est, propterea Aphorismus est falsus. Neq; enim quòd sola per nares euacuatio, deficiẽtibus menstruis, bona sit, dixit: sed hanc simpliciter laudauit, non adiuncto quòd sola. Si quis igitur eam, quæ fit per sedem, dixerit ita affectis mulieribus vtilem esse, non aduersatur Aphorismo. Videtur enim aliquando Hippocrates per vnum exemplum de similibus omnibus pronuntiare.

34 Mulieri in vtero gerenti si aluus plurimùm profluat, periculum est ne abortiat.

Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit, periculum abortus esse, quemadmodum & anteà in missione sanguinis è vena, ostendebamus.

35 Mulieri, quæ vterinis molestatur, aut difficulter parit, superueniens sternutatio, bonum.

Vnum in Aphorismo verbum habet obscuritatẽ, Vterinis, id est, hystericis. Nonnulli enim per id accipiunt omnes, quæ vtero adueniunt, affectiones: nonnulli verò illas tantùm, in quibus passio contingit, quam vocant vterinam strangulationem: quæ tamen non est verè strangulatio, sed defectus respirãdi. Alii choria, id est, secundas intelligunt. Nam & has hystera, sicut vteros hysteras nominant. Verũ hi apertè aberrant, quanuis maximè verum dicere videantur, eò quòd secundæ retentæ in vtero, ex sternutatione disrumpũtur. Alius enim de his Aphorismus est ab ipso perscriptus. Et plurimùm differunt etiam nomine, hystera, id est, secundæ, ab hystericis, id est, vterinis. Falsum est etiam illud, de omnibus vteri passionibus dictum esse ab ipso sermonem. Neq; enim exhulcerationes, neq; inflammationes, neq; erysipelata, sicuti neq; abscessus, sternutatio iuuat. Verum autem hoc, quòd in vterinis strangulationibus superueniẽte sternutatione, patiens aliquantulùm leuatur, non solùm quia bonum est signum sternutatio sponte adueniens iis, quæ ita se habent, mulieribus, sed quoniam & causa, vt quæ sit huius passionis remedium. Signum itaq; bonum existit, quia naturam ostendit, quæ priùs torpuerat, excitari, ac reuiuiscere, & propriarum meminisse motionum: quando sanè etiam aliquam eiicit superfluitatem. Ostensum est enim in libro De causis accidentium, sternutationem hoc modo fieri. Causa autem, ob quam iuuat, est, quia vehementiore concussu, atq; feruore, partim quidem naturam excitat, partim verò excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant. Sic enim & singultum sanare solet.

36 Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam.

In multis exemplaribus scripturam ita se habẽtem possumus inuenire: Mulieri menses tardi, nec per idẽ semper tempus venientes. Possunt igitur & menses tardi, hoc est, qui post consuetum veniunt circuitum, A purgatione indigere humoris pituitosi, ob quem & decolores fiunt: non tamen egemus hac sola necessariò: nam & per extenuantem aliquando victum tales affectiones sanauimus. Scriptum autem est à nobis de hoc extenuanti victu, libro vno seorsum. Suffitus insuper aromatum idem facit, & qui eandem isti vim habent pesi adhibiti, epotáque medicamenta, quæ incidunt, & humorum crassitudinem extenuãt, quale est, quod ex calamentho fit, quo nos assiduè vtimur, quódque sæpius tardantes mensium purgationes exciuit. Nam intentio sanationis in ipsis est, cùm ora vasorum aperire, quæ pertingunt ad vterum, tum sanguinem extenuare. Ac sanè quidem purgatio totius corporis, vt dixi, quando crassi euacuantur humores, tales sanat affectiones. Si verò Decolores, scriptum sit, multò magis purgatio sanabit ita se habentes mulieres. Neq; enim propter humorem pituitosum B tantummodo, sed & propter melancholicum, & biliosum menses fiunt decolores. Quomodo igitur dignoscere oporteat humorem superabundantem, ipse in primo De mulieribus docuit: nunc autem quòd per purgationem euacuandum sit, idem monstrauit. Verba autem illa, Nec per idem semper tempus venientes. huic scripturæ magis consonant, vt totus sermo sit talis: Si menses decolores fiant, & non per idem tẽpus veniant, quo anteà venire consueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit enim in mulieribus, quæ malos humores habent, non modò decolores apparere menstruas purgationes, sed etiam tempus periodi nõ seruari, si quidem crassiores fuerint humores, & difficiliùs fluentes iis, qui secundum naturam se habent, morando, & longius tempus expectando: sin autem contrarii, hoc est, humidiores, ac tenuiores, consuetum terminum anticipando.

C 37 Mulieri vtero gerenti si mammæ graciles repentè fiant, abortit.

Hic pariter Aphorismus ex illorum numero est, quos diximus defectum alimenti fœtui significare. Cõmunes enim quædam venæ sunt mammis, ac vteris, quæ vbi parum habuerint sanguinis, graciles quidem mammas reddunt, alimenti verò inopia nonnũquam fœtum perimunt, nonnunquam etiam ad excretionem excitant, illam ob causam, quam ipse in libro De natura fœtus, per hæc verba explicat: Alimẽtum, atq; auctio à matre veniens, non ampliùs est infanti sufficiens, quando decem menses præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim à sanguine ad se id, quod est dulcissimum: & simul etiã lactis parte aliqua frui- D tur. Vbi verò hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens, quàm illud, quod adest, calcitrat, & membranas disrumpens, initium partus matri affert.

38 Mulieri vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit: & si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si verò sinistra, fœminam.

Quod suprà scriptus Aphorismus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera iste dicit, propter illã verò, quam diximus, de venis communibus causam, is, qui è directo est mammæ factæ gracilioris fœtus abortum patitur. Quòd autem existentibus geminis, altero mare, altero fœmina, si dextra quidem mammagracilis fiat, solus mas: si verò sinistra, fœmina sola

corrum

corrumpatur:ex illa ipſius pendet opinione, qua mares quidem in dextris,fœminas verò ſiniſtris magis conci-pi opinatur.

39 Si mulier, quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet: huic menſtrua defecerunt.

Ratio quidem longior exiſtit: & oportet illum, qui eam exquiſitè aſſequi debeat, exercitatum eſſe in libris De potentiis naturalibus. Tantum tamen de his nunc à nobis dicetur, quantum breuiſsimè dictū poſsit ad præ-ſentia conferre. Hoc quidem commune eſt omnibus animalis partibus, quæ aptæ ſunt humores aliquos vti-les generare, aut ad vſum aliarum partium, aut ad gene-ris propagationem, aut ad fœtus nutritionem, eſſe hu-morem illum quandam veluti ſuperfluitatem alimenti partis ipſum generantis. Non enim quia norit ad quid vtilis erit humor animali, ipſius facit pars generationē, niſi debeat talem habere intellectum, qualem habere ci-uitatum gubernatores arbitrantur oportere, ſed ani-malis quidem opifex illum habet intellectum, ipſa au-tem pars(vt oſtenſum eſt) potentiis regitur naturalibus, cùm aliis quibuſdam, tum alteratiua, per quam aſsimi-lat alimentum ſibi ipſi. Quantum igitur alimenti ab ipſa alterati fuerit nutrito corpori exquiſitè aſsimilatum, illi apponitur parti, ac nutrit eam. Et hoc eſt, quod ipſe ait: Alimentum eſt, quod alit, & quod eſt veluti alimentum, & quod debet alere: ſuperfluum verò, quod ſupereſt. Si-milis autem naturæ partis humor exiſtit, in oſsibus qui-dem id, quod in cauernis eorum continetur, in hepate verò, ſanguis. Ex hoc genere eſt & ſpumeus humor, qui in carne pulmonis continetur, & qui in articulorū com-pagibus glutinoſus humor, & id, quod in teſtibus, & aſti-tibus vocatum ſemen, & qui in lingua, cui nomen ſali-ua. Sunt autem & quidam in mammis adenes, vim habē-tes id, quod ad eos influat, ſibi ipſis aſsimilandi. Cùm ergo hi ſint exangues, & albi, proprium efficiunt humo-rem, talem, qualis eſt lac, eiúſque maiorem copiam, quò plus alimenti defertur ad ipſos. Plus verò defertur o-ctauo & nono menſe conceptionis, quando abundan-ter oppletæ ſunt communes venæ mammarum & vteri, ſicuti in animalium prægnantium diſſectionibus mani-feſtè conſpicitur. Fit autem & tale quandoque, licet ra-rò, cùm mulier grauida non eſt, quando ad ſimilē per-uenerint venæ repletionem ex menſtruorum retentio-ne: cuius nunc affectionis Hippocrates meminit.

40 Quibuſcunq; mulieribus ad mam-mas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

Quòd quidem ſanguis ad mammas feratur, déinde ab adenibus, qui ibi ſunt, in lac tranſmutetur, in præce-denti ſcriptum eſt Aphoriſmo. Nunc autem quando intranſmutabilis manſerit hic, qui ad eos ſanguis per-uenerit, furorē ait Hippocrates ſignificari. Ego quidem nondum hoc accidiſſe vidi: & ſi quando eueniat, ex iis eſt, quæ rarò eueniunt. Hippocrates verò, vt qui vide-rit, ſcribit. Et ſi verum ſit, talem ipſius oportet cauſam exiſtimare. A denum natura, illorum præſertim, qui in mammis ſunt, exāguis procul dubio eſt, & frigida: omne enim exangue frigidum. Atque ideo ſanguinem, qui de-fertur ad ipſos, ad frigidius commutat. Quantò enim adenes hi ſunt hepatis carne frigidiores, tantò lac ſan-guine. Cùm igitur plurimus aliquando ſanguis & ferués per totum labitur corpus, & caput præcipuè petit, in fu-

Galen.

A rorem vertuntur, quoniam ſanguis talis occupat caput. Qui verò ad mammas defertur, ad contrariam natu-ram alterari non poterit, ita vt lac fiat, tum propter fer-uorem, tum propter exuperantiam.

41 Si velis noſcere an conceperit mu-lier, cùm dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da: & ſi alui tormina patietur, concepit: ſi minùs, non concepit.

Tormina fiunt quidem propter mordacitatem, fiūt etiam propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non ha-bet exitum. Quæ tormina fieri nunc eſt arbitrandum in mulieribus, quæ conceperunt, propter eam, quæ fit ex vtero, anguſtationem. Dat autem aquam mulſam mulie-ri dormituræ, crudam videlicet: quoniam qualitas fla-tuoſa ad dinotionem eſt neceſſaria: volens & quieſcere B ſimul, & plenam eſſe cibis mulierem: hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

42 Mulier ſi marem concepit, bene co-lorata eſt: ſi verò fœminā, malè colorata.

Vt ad ſe ipſam muliere collata videlicet, non autem ad alteram, dictum eſt ab Hippocrate indicium, quod ex bono colore, ac malo ſumitur. Nam quæ fœminam cōcepit, minùs ſe ipſa colorata apparet: quoniam frigi-dior eſt fœmina mare. Nunquàm verò talem concepiſ-ſet, niſi & viri ſemen, & vterus mulieris frigidior eo tē-pore fuiſſet, in quo cōcepit. Quare quod dicitur, ex eo-rum numero eſt, quæ ſæpius eueniunt. Contingit enim ita omnia rectè agere mulierem poſt tempus cōceptio-nis, vt bene colorata fiat. Liquet autē quod & alia ſigna C ſunt, quæ ſignificent marem eſſe conceptū: ſicuti ipſius fœtus plurimæ, ac validæ motiones: quæ tamen neque ipſæ, ſigna perpetua ſunt. Contingit enim aliquando, li-cet ſit rarum, quod cōcepta fœmina ſit mare robuſtior, & multis, ac validis motibus moueatur: contingit etiam vt aliquando mas ſit debilior fœmina, ac paucioribus, debilioribúſque motibus cieatur.

43 Si mulieris grauidæ in vtero ſit ery-ſipelas, lethale.

An ſolum eryſipelas in vtero mulieris grauidæ cō-ſtitutum, putat eſſe lethale, an illam etiam, quæ proprio nomine dicitur, inflammationem? Quòd enim facto in vtero eryſipelate, fœtus moriatur ex neceſsitate, mani-feſtum eſt: quandoquidem & febres acutæ aliquando ſi-ne inflammatione ipſum interficiunt. An verò vtero D inflammationem patiente, poſsit aliquando fœtus vi-uere, dignum eſt inquiſitione.

44 Quæcunque præter naturam te-nues exiſtentes, vtero gerunt, abortiunt priùs, quàm craſſeſcant.

Secundum tres modos intellexerunt expoſitores li-bri huius, præſentis Aphoriſmi ſententiam. Quidam enim omnino arbitrantur ipſas abortire: quidam verò ſi non craſſeſcant, & reficiantur, ſed maneant abſque re-fectione, ac tenues: quidam verò cùm reficiuntur, tunc maximè eas exiſtimant abortire, quod minùs videtur, quàm priùs dicta, veriſimile. Veruntamen ita expoſuit Numeſianus, dictum inquiens eſſe Aphoriſmum in iis, quæ præter naturam extenuatæ ſunt, & priùs refici, dé-

inde concipere debent,quas non poffe refici ait abfque quòd fanguis ad conceptus alimentum deputatus, ad eius,quæ concepit, nutritionem affumatur: quare non abfque ratione fœtus fufficienti indigens aliměto, corrumpitur. Sed & verba illa, Præter naturam tenues, quidā ita acceperũt,ficuti Numefianus, vt præter fui ipfius naturam grauida mulier fit extenuata. Quidam verò magnum exceffum dicunt fignificari, volente Hippocrate nobis infinuare,non quòd mediocriter extenuatæ,id ex necefsitate patiantur, fed quæ valde funt extenuatæ. Vtraque autem expofitio non caret ratione.

45 Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt fecundo,aut tertio měfe,fine occafione manifefta, iis acetabula vteri plena mucoris funt, & non poffunt ex pondere fœtum continere,fed difrumpuntur.

Sine manifefta occafione ait, febre vehemente, vel alui fluxu, vel profluuio fanguinis, vel eryfipelate in ipfo vtero conftituto, vel faltu grauidæ mulieris vehementiore,vel clamore,vel triftitia,vel ira, vel timore, vel victu parciore,vel alio tali aliquo actu, feu pafsione. Eft enim verifimile,in his effe plena mucore ora vaforum venientium ad vterum, ex quibus fecundæ pendent:quæ ora,acetabula nominauit:non (ficuti quidam arbitrantur)adnatas ipfis carnes adenofas. Nam,vt ipfe inquit in primo libro De pafsionibus muliebribus, fi acetabula plena fuerint pituita, menftrua fiunt pauciora, & Praxagoras in primo De naturalibus, Acetabula, inquit,funt ora venarum,& arteriarum,quæ feruntur ad vterum.

46 Quæcunque præter naturam craffæ,non concipiunt vtero, iis omentum os vteri comprimit,& priùs,quam extenuentur,non concipiunt.

Verba, Præter naturam, dupliciter etiam hoc loco accipiunt. Quidam enim exceffum fignificari arbitrantur:quidam præter ipfius mulieris grauidæ naturam. Verior eft autem prior acceptio:nam ab omenti pinguedine comprimitur,atque anguftatur vteri os iis,quæ fupra modum craffæ funt. Appellat autem nũc os,illud,quod intus eft, vbi vterus quidem definit, collum verò incipit:quod magis propriè os vteri diceretur. Nam altera colli extremitas, quæ mulieris pudendis coniungitur, non vteri, fed ipfius colli os haud fine ratione vocaretur.

47 Si vterus in coxam vergens fuppuratur,neceffe eft linamentum fieri.

Quam neceffarium eft fieri per linea fila curationem,linamentum nominauit. Quòd autem vterus fuppuratus,& præfertim ad exteriora,(nam hoc nunc videtur dicere) curatione tali ex necefsitate indigebit, non eft obfcurum.

48 Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in finiftris magis.

Quòd propter temperaturam, quæ ftatim ab initio calidior exiftit, fœtus mafculus generatur, in commen-

A tariis De femine,eft demonftratum. Calidior verò těperatura fœtibus aduenit non minimè ob locum,qui eft dextera vteri pars: hæc autem calidior exiftit, propter hepatis vicinitatem. Conferet autem aliquid ad conceptus caliditatem & muliebre femen profufum quidem ex propriis tefticulis per vtrunque corniculum, partim in dextrum vteri finum, partim in finiftrum, difsimile tamen: vt & hoc ipfum oftendimus: fi quidem ferofior eft, atque frigidior genitura, quæ in finiftro tefticulo continetur: & iuxta hoc conceptus in læua parte vteri ftatim initio conftitutus,non abfque ratione effet frigidior. Dictum autem eft de omnibus talibus fufficiěter in quinto libro Sectionum Hippocratis.

49 Vt fecundæ procidant, fternutatorio impofito, & nares appræhendito, & os.

B Non cum accentu circunflexo vltimam fyllabam verbi ὑϛερῶν, legere oportet, vt fignificet vterum, fed cum graui,vt fecundæ intelligantur. Neque enim vult vteros ipfos excidere, těctione facta cum medicinis fternutare facientibus, fed ea,quæ χόρια vocantur, atque fecundæ.

50 Mulieri fi velis menftrua cohibere,cucurbitulam quàm maximā ad mammas appone.

Sicuti menftruorum,quæ aut nullo modo,aut parcè fluunt, curationem Hippocrates docuit:ita & nunc illorum,quæ vltra modum euacuantur,docet,iubens nos cucurbitulam quàm maximam ad mammas apponere. Melius eft autem non mammis ipfis cucurbitulam adigere,fed inferiùs fub ipfis eam affigere,potifsimùm,vbi

C funt venę,quę ad ipfas defubter veniunt. Sanéque nonnulli his verbis Aphorifmum fcribunt, Cucurbitulam quàm maximam fub mammis pone. Vult autem quàm maximam effe cucurbitulā, vt fortiorem faciat ex vtero ad fuperiora attractionem, per communes id venas artificiofè molitus.

51 Quæ vtero gerunt, iis vteri os comprimitur.

Maximum hoc eft mulieris,quæ concepit, indiciũ, fi obftetrix potuerit immiffo digito os vteri tangere. Statim enim cùm femen intra feipfas acceperint, totum fui interius fpatium contrahunt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem, & inflammationem os vteri comprimi. Diftinguitúrque ab eo, qui in

D grauidis eft,duritia.

52 Mulieri vtero gerenti fi lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem fignificat: fi verò mammæ folidæ fuerint, fœtum fignificant faniorem.

Illo videlicet tempore fluit lac, quibus vifum fuerit fluere, quando natura fert vt in grauidis generetur. Neque enim in primis generatur menfibus. Quòd autem omnino fluat,& non maneat intus,hoc ideo fit,quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum verò colligitur opletis venis communibus,quæ à mammis pertingunt ad vteros. Sed adhuc magis implentur, quando minimum fœtus abfumit. Hoc verò ipfum fit ob eiufdem fœtus imbecillitatem. Liquet igitur quòd neque mammas tenues oportet apparere, ficuti in muliere non grauida:

(hoc

(hoc enim signum defectum sanguinis ostendit, & hac ratione fœtus in ipsis corrumpitur) neque ideo plenas, vt lac effluat, sed tantum subleuari, vt solidæ tangentibus videantur. Media enim est hæc consistentia inter renitentes propter nimiam repletionem, & molles, ac laxas, propter defectum sanguinis. Quare meritò laudat hoc signum Hippocrates, vt quod indicio sit, neque fœtum esse imbecillem, neq; deficere ipsi alimentū.

53 Quæ corrupturæ sunt fœtus, iis mammæ extenuantur. Si verò rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.

Priùs dixerat: Mulieri vtero gerenti si mammæ repentè extenuentur, abortit. Dixerat etiam, Et si altera mamma extenuetur geminos habenti, alterius fœtus abortum secuturum. Nunc verò ordinem consecutionis commutauit, & non à signis, sed à mulieribus fœtum corrumpentibus fecit initium, ipsis præcedere inquiens mammas tenues. Non est autem omnino idem si dicatur, Ad mammas tenues sequi corruptionem, & futuræ corruptioni mammas tenues præcedere. Qui enim ait ad mammarum extenuationē sequi corruptionem: hic istud solum ostendit esse signum futuræ corruptionis. Qui verò dicit, iis, quę debent corrumpere fœtus, mămas extenuari: non hoc solum videtur ostēdere signum præcedere fœtus corruptionem. Quare diligentiùs inquirendum est, & obseruandum in iis, quæ apparent in mulieribus grauidis, nunquid aliter fœtum corrumpant nécne, sed semper præcedat mammarum extenuatio: an saltantibus, vel magnoperè vociferantibus, vel ira excandescentibus, vel nimio repentè pauore correptis, contingit quidem interdum mammarum non præcedere extenuationem. Contingit autem & in quibusdam vt propter magnitudinem febris, aut factum in vtero erysipelas, vel mucorem acetabulorum, aut aliquid aliud tale, fœtus corrumpatur absque mammarum extenuatione. Cæterùm videtur Hippocrates existimare hanc semper præcedere: & mihi sæpius obseruanti, visæ sunt in suprà dictis occasionibus ante corruptionem mammæ fuisse extenuatæ. Nunquid igitur quando citra aliquam huiuscemodi causam mammæ extenuantur, defectum sanguinis esse in causa existimare debemus: qui in venis est vtero, mammísque communibus: vnde propter alimenti inopiam, velut dixi, fœtus corrumpitur: In aliis verò causis, in quibus aut propter passionem interit, aut disrumpitur fœtus, cùm ipsum membranæ continentes diuelluntur, natura os vteri adaperiente, & dolores excitante, ob has ipsas causas sanguinem ad genitales deferri partes. Hæc enim est quædam ratio communis, in quibus natura aliquid violenter excernit, vt eò sanguis, ac spiritus tendat: quibus duobus veluti instrumentis natura vtens, ea, quæ infestant, per vim expellit. Atque hac ratione dolentibus partibus inflammationes adueniunt, natura excernere, atque expellere causam doloris properante: vt verò hoc faciat, sanguine, ac spiritu locum implente. Hæc itaque à me dicta sint in primam partem Aphorismi. Secunda verò, quæ sequitur (in qua contrariæ mammarum meminit affectionis) talis est: Si verò rursus mammæ duræ fiant. Cùm verò dictio Rursus, duo significet in huiuscemodi locutionibus, alterum quidem, quod antè dictæ cōiungitur affectioni: alterum verò, quod per alia verba dici consueuit vice versa: mihi verius, & magis Hippocratis sententiæ cohærere videtur

A detur secundum significatum: vt quod in toto dicitur Aphorismo, sit tale: Mammę quidē tenues omnino præcedunt fœtuum corruptionem: & non possunt isti corrumpi sine earum extenuatione præcedente. Duræ verò, corruptionem quidem non significant, sed dolor quidem dictarum partium ad ipsas consequitur: vt sicuti mammæ tenues, defectus sanguinis significationem habent: sic durę, multitudinis: differentes videlicet ab illis, quas paulò antè dixerat solidas: in quibus rursus reponente natura ad quasdam partes materiam inutilem, illæ dolent, sed fœtus nullam habet offensionem. Quæstio autem occurrit hoc loco, ob quam causam ad corpus vteri natura nunquàm materiam reponit inutilem, & nō facit inflammationem: vel cur inflammato vtero, fœtus nō corrumpitur. An quod ab Hippocrate dicitur, aliud est? Neque enim quòd nunquàm ad mammas duras corruptio fœtuum sequatur, putādum est fuisse ab Hippocrate dictum, sed quòd non semper (quemadmodum in tenuibus) verum, si ad alterum locum natura reponat superfluitates, (quod ex dolore cognoscimus) corruptio non sequitur. Et fiet rursus, si ita intelligamus, sermo talis: In mulieribus, quæ fœtum corrupturæ sunt, semper mammæ extenuatæ præcedunt: duræ autem, ac plenæ, non semper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si verò ad vteros ipsam expellat, fiēt & tunc omnino tenues. Nam secundum Hippocratis (vt apparet) sententiam, etiam si propter aliud quicquam, & non ob defectum alimenti abortus fiat, omnino præcedet mammarum gracilitas, ob causam antedictam. Quare etiam si ob acetabulorum humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipsum natura expellente ad excretionem, motio sanguinis erit ad vteros, & hac ratione mammæ fient graciles magis, quàm priùs erant.

B

C

54 Quibus os vteri durum est, iis vteri os comprimi est necessarium.

Dictum est & anteà quod os vteri comprimi, commune est signum & tumoris alicuius in eo præter naturam existentis, & conceptionis in muliere, & quòd oportet id ex duritie distinguere. Grauidis enim molle est, & secundum naturam: Durum autē in quibus est tumor præter naturam, siue sit inflammatio, siue tumor durus. Melius itaque fuerat, hunc Aphorismum post illum scribere, in quo dicebatur: Quæcunque vtero gerunt, iis os vteri compressum est.

D

55 Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter extenuantur sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

Accidit quibusdam grauidis, in quibus vitiosi humores priùs, quàm conceperint, sunt aceruati, nonnunquā à febribus adeò vehementibus corripi, vt ex necessitate abortiant: nonnunquam verò à mediocribus quidem sed cùm non purgentur sufficienter, aliquid superest reliquiarum humorum in corpore vitiosorum, ex quibus febres erant constitutæ, vtpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod validum auxilium adhibere, aut exquisita victus ratione in ipsis vti. Ob hanc igitur causam febris in ipsis frequenter reuertitur, & magna temporis parte grauiter se habent. Non sine ratione igitur fœtus aliquando nequit obsistere, sed ex febre, & vitio humorum corrumpitur: nonnunquam verò perdu-

Galen.

tat quidem vfque ad tempus partus, fed cùm & ipfe valetudinarius fit, vt qui longo tempore laborauerit, & matrem habeat imbecillem, non fine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore eft opus,& grauidæ mulieris,& infantis.

56 In fluxu muliebri fi conuulfio, & animi defectus aduenerit, malum.

Non ftatim, incipiente fluxu hæc fiunt, ficuti nec aliorum vllum, quæcunque in fequenti fermone quibufdam aliis ait aduenire, fed cùm vel vehementior fuerit, vel diu perdurauerit. Defectus quidem animi, cõmunis omnis immodicæ euacuationis eft cafus: conuulfio verò etfi non communis exiftat, ad plures tamen ex ipfis confequitur, & magis, fi pars, quæ patitur, neruofa fuerit.

57 Si menftrua plura fiant, accidunt morbi:& fi non fiant,ex vtero morbi contingunt.

Quibufdam medicis vifum eft ex multitudine quidem plurimos fieri morbos, ex defectu autem nullum. Verùm Hippocrates arbitratur etiam ob defectum fieri aliquãdo morbos,nõ folùm in mulieribus,fed etiam in viris. Siquidem ad defectus confequitur aliquando ficcitas,aliquando frigiditas,aliquãdo vtrunq;. Oftenfum autem eft quòd intemperaturæ, quæcunque tantam habent magnitudinem, vt pofsint iam lædere operationem,funt ex morborum genere. Verùm quantum ad hoc,neque falfum, neque obfcurum eft quicquam ab Hippocrate dictum. Quatenus autem, in pluribus quidem menftruis fimpliciter dixit fieri morbos, neque, Ex vtero,adiecit: in defectu autem eorum iftud adiunxit,dignum eft inquifitione,nunquid in vtrifque affectibus dictis, communiter, Ex vtero, fubintulerit, an tantum hoc proprium fit defectus menftruorum. Hoc autem fcire exquifitè, eft impofsibile, nifi omnes nouerimus caufas, ob quas vel plura, quàm opus fit, vel pauciora veniant menftrua. Pofsibile eft igitur, immodicas fieri menftruorum euacuationes, fi ora uaforum, quæ pertingunt ad vterum,vltra modum aperiãtur, & fi fanguis vel calidior,vel tenuior fiat, & fi totũ corpus propter malum habitum aliquẽ aggrauetur fanguine, quem licet modum naturæ cõuenientem fua multitudine non excedat,expellit ad venas, quæ in vtero funt, vt fluxionibus accidit ex vna parte ad aliam. Eadem verò menftrua poffunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menftruam purgationem, comprimuntur, vel obftruuntur ob crafsitiem fanguinis,fiue frigiditatem & robur ipforum, quæ in vtero funt, vaforum, adeò vt quod influit, non admittant. Quodcunque autem horum fuerit, neceffe eft proceffu temporis & ipfum vterum pati aliquam aut fimilem inflammationi affectionem,aut eryfipelati,aut duro tumori,aut cancro,quibus denuò totum compatitur corpus. In immodicis verò euacuationibus nulla talis accidit vteris pafsio,adeò vt per compatiendi rationem totum corpus vnà laboret. Quare fit verifimilius in fola retentione menftruorum dixiffe Hippocratem morbos contingere ex vtero.

58 Recto inteftino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ ftillicidium accidit, & renibus purulentis vrinæ aduenit ftillicidium: hepati autem inflammatio-
A nem patienti fingultus aduenit.

Quando aliquis parum, & frequenter mingit, hæc pafsio vrinæ ftillicidium nominatur:& fit aliquando ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in vefica, nonnunquã verò ex acritudine vrinæ. Imbecillitas ergo fit propter intemperaturam,& aliquem tumorem præter naturam. Acritudo autem vel propter renum pafsionem,vel quia talis ad ipfos venit ex venis fuperfluitas ferofa percolata. Rectè itaque Hippocrates inquit vrinæ ftillicidium recto inteftino,& vtero inflammationem patiente,& renibus fuppuratis aduenire. In recto quidem inteftino,& vtero, per compatiendi rationem vefica patiente: in renibus autem purulẽtis, pure per veficam euacuato. Hoc igitur fui acritudine mordens veficam,excitat ad excretionem. In vteri autem, vel recti inteftini inflammatione,vicinitatis ratione pati veficam eft neceffarium, vt
B quæ & intemperaturam participet,& inflammationem, & prætereà prematur, atque anguftetur à tumoribus præter naturam, qui in illis exiftunt. Dictum autem eft à me etiam priùs quòd non fimpliciter alterius pafsio alteri aduenire apta eft, nifi cùm magnitudinem habet effatu dignam. Sic igitur & hepate inflammationem patiente fingultus accidit propter neruorum communicationem, non quidem femper, fed quando ad maximam attollitur inflammationem.

59 Si mulier non concipit,fcire autem velis fi conceptura fit, pannis circũtectam defubter fuffias: & fi odor videatur per corpus ire ad nares, & os, fcito quòd ipfa non ex fe ipfa fterilis eft.

C Verbum Suffias,materiam indicat,quæ naturam habet vt fuffiri pofsit,thus videlicet, & myrrham, & ftyracem,& quæcunque alia talia, quæ calidam habent tẽperaturam, & funt fatis odorata. Vult enim in totum corpus ferri vim,quæ ab ipfis manat, vt cùm os,& nares attigerit,à muliere manifeftè fentiatur. In iis igitur folis totum non peruadet corpus qualitas fuffitorum, quibus durum eft,ac denfum vteri corpus. Cùm verò fit tale, non eft aptum ad conceptionem: ficuti & paulò pòft ipfe inquiet: Quæcunque frigidos habent vteros, & denfos,non concipiunt. Quod autẽ in fine Aphorifmi fcribitur, Scito quod ipfa non ex feipfa fterilis eft, indicat eius rei vfum. Sæpius enim vt permaneat genus alicuius facerdotis, vel regis, ftudent ciuitates vt prolem habeant mares, feu fœminas, in quibus vel folis genus confiftat:atque ita vbi mulieres non concipiunt, quæri-
D tur vtrius caufa hoc accidat. Et hanc Plato in Theæteto innuit effe bonarum pronubarum artem. Totus autem fermo dicetur paulò pòft, quando omnes expofuerimus, qui ad ipfum pertinent Aphorifmos.

60 Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impofsibile eft fœtum effe fanũ.

Et verbum Purgationes, numero plurali dictum, & ipfum verbum Eant,adiunctum,oftendunt nõ effe paucum illum,qui excernitur fanguis, neque femel, fed fæpius,& multum. Qui enim femel, aut bis paucus excernitur, in multis apparet abfque hoc quòd fœtus patiatur. Cùm verò nihil deficit multitudini purgationis menftruorum, & feruat déinceps terminum circuituum per menfes, impofsibile eft fœtum effe fanum. Siquidem ille, qui fortis eft, ad fui alimentum vtitur fanguine, qui ex toto corpore ad vteros fertur. Excretio verò, quæ

quæ in grauidis fit, videtur ex venis, quæ in collo sunt, apparere. Nam ab interioribus, quæ sunt in cauitate vteri, secundæ pendent, quare nihil per illas potest in muliebrem sinum excerni.

61 Si mulieri cessent purgationes, neque febris, neque rigor superueniat, & fastidia incidant: iudica ipsam in vtero habere.

De his, quæ rectè purgantur, mulieribus, & quibus repentè sine causa manifesta supprimuntur purgationes, sermonem fecit Hippocrates, docens nos ea, quæ plurimæ mulieres ipsa experientia didicerunt. Cùm enim fastidium patiuntur menstruis suppressis, tunc se concepisse coniiciunt. Fit autem fastidium eadem, qua pica, ratione, læso ore ventriculi in mulieribus grauidis. Interdum autem contingit & propter vitiosos humores totum corpus occupantes, tale aliquid accidere: verùm hoc cum horrore, & febre patiuntur, & his distinguuntur à grauidis.

62 Quæcunque frigidos, & spissos vteros habent, nõ concipiunt. Et quæcunque præhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunque siccos magis & adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex vtrisque mediocrem habẽt temperaturam, eæ fœcundæ sunt.

Si mihi liceret omnibus Aphorismis ordinem congruentem apponere, non essem veritus paulò anteà dictum Aphorismum in hunc locum transferre: vt finito sermone De purgationibus, ille, qui de ipsis esset vteris, déinceps scriberetur, docente ipso quot modis mulieres steriles fiant. Primus igitur in ipsis erit Aphorismus, in quo dixit: Si mulier non concipit, scire autem velis si conceptura sit, pannis circũtectam desubter suffias. Secundus autem iste, qui nunc est nobis propositus, cuius summa est, quod bene temperati vteri ad conceptionem sunt idonei: malè autem temperati, si parum à bonitate recedunt, difficulter concipiunt: sin nimiùm, mulieres steriles reddunt. Ita vt simul etiam detur intelligi, vnde viri sint steriles: sed hoc multos latet. Qui verò ea, quæ dicta sunt, diligentiùs considerat, primùm quidem sciet quam ob causam & quidam viri omnino steriles sunt. Secundo loco, post hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, quòd semper generabunt, etiam si cum malam habentibus coeant. De habentibus autem malam temperaturam, quòd cum solis iis, qui contrariam habent, coeuntes, gignent. Priùs autem dicetur de mulieribus sterilibus, quarum vterus statim ab initio est malè tẽperatus, exuperante scilicet vel vna duarum qualitatum, vel duabus: quemadmodum in commentariis De temperaturis determinauimus, ostendentes octo esse numero omnes intemperaturas: simplices quidem quatuor, quarum nunc & Hippocrates meminit, compositas autem alias quatuor, his simplicibus inuicem complicatis. Vbi igitur immodica frigiditas adeò exuperat, vt vterus spissior efficiatur, angusta quidem sunt supra modum ora vasorum, quæ ad ipsum pertingunt, mulieres verò steriles redduntur, cùm secundæ non possint vasorum orificiis adnasci: neque si hoc fiat aliquãdo, possit bene nutriri fœtus. Vel enim nullo modo fiunt in hisce mulieribus purgationes, vel omnino paucæ, & hæ ipsæ vitiosæ, solo tenuiore, atque aquosiore sanguine perlabente. Sed & hæc quoque ora facilè obstruuntur, cùm propter natiuam angustiam, tum quia magna ex parte hæ mulieres humorem aggregant pituitosiorem. Siquidem & corpus totum vt plurimùm est vteris simile. Contingit autem & maris semen in talibus vteris refrigerari, nisi sit natura calidissimum. De prima itaque frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem, inquiens: Quæcunque frigidos, & spissos vteros habent. Non, per Iouem, volens simul coniungere in ipsis cum frigiditate densitatem, veluti si siccitatem, aut humiditatem addidisset. Harum enim neutra semper consequitur frigiditatem: & propterea ipsi modò vna, modò altera adiungitur. Densitas verò ex necessitate valde frigidos vteros comitatur, ob quam non possunt concipere, vt diximus. Quare ita sermonem totum huius Aphorismi accipiemus. Quæcunque frigidos vteros habent, nõ concipient, propter substantiæ ipsorum spissitudinem. Cur verò spissitudo aduersetur conceptioni, dicere prætermisit, vt nobis potentibus intelligere. Et quæcunque vteros nimis humidos habent, non concipiunt. Extinguitur enim genitura, quemadmodum in terra palustri cerealia semina. Et quęcunque siccos, siue adurentes habent vteros, propter defectum alimenti non concipiũt. Nam in siccis vteris tale quiddam accidit, quale vbi aut arenæ, aut argillosæ terræ, aut petrosæ mandantur semina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale vbi valde calidæ terræ semina committuntur, quemadmodum in æstibus sub Cane contingit. Sic itaq; quatuor qualitatum Hippocrates meminit, singularum seorsum facultatem exponens: vt si quando inuicem misceantur, manifesta sit earum commistio. Post hæc autem inquit: Quæcunque verò ex vtrisque moderatè temperatę sunt, fœcunditatem habent. Ex quibus autem vtrisque: non profectò ex qualitatibus, (sunt enim quatuor) sed quæ sunt secundũ ipsas oppositionibus. Sicuti enim dictum est in libro De temperaturis, vna quidem est bona temperatura, mistis moderatè inuicem calido ac frigido, altera verò humido ac sicco. Et fieri potest, vt sit aliquis vterus secundum vnam quidẽ oppositionem bene temperatus, secundum alteram verò malè. Sed ne mulier concipiat, potest vel altera efficere intemperatura. Mulierem verò esse fœcundam, sine ambabus bonis temperaturis est impossibile. Hippocrates itaque sicuti totum sermonem anteriorẽ de mulieribus scripsit, sic & nuper dictum de iis, quas habent, vteri temperaturis conscripsit, nec tamen addidit de viris sermonem, vel quia promptũ nobis sit ex iis, quæ dicta sunt, easdem intemperaturas ad semen transferre, vel quia distulit in posterum, sed posteà oblitus est. Quidam tamẽ alterum déinceps Aphorismum de maribus adscripsere, cuius initium est: Similiter & in maribus. Sed probatissimi Aphorismorum expositores aiunt ipsum ab Hippocratis mente & elocutionis modo manifestè deficere. Ac proculdubio ad proportionem illorum, quæ de mulieribus Hippocrates scripsit, licet nobis ad viros transeũtibus dicere, quòd vel propter temperaturæ frigiditatem non bene semen concoquitur: atque ideo, si mediocris sit intemperatura in ipso, indiget vtero calido sufficienter: si verò immodica sit, est omnino sterile. Vel propter humiditatem rursus non concoquitur: & hoc etiam indiget, si modica sit intemperatura, vtero cali-

diori,ac ficciori:fin immodica,fterile eft. Eodem modo & propter excedentem calorem femen fit tofto fimile. Ob ficcitatem verò, vbi primùm excidit, neque extendi poteft: quod maximè eft neceffarium, fi mulier debeat concipere. Oftenfum eft enim in fermone de femine, nifi per vteri cauitatem parte plurima femen extendatur, mulierem non concipere. His igitur, veluti quibufdam elementis à nobis adftructis, deinceps dicamus id, quod paulò antè dicere distulimus, quod etiam in Platone in Thæeteto proponitur. Inquit enim & hoc effe maximũ opus obftetricum, fcire coniungere inuicem corpora apta ad conceptionem, (quod nunc in fermone dictum eft) & fimul poffe difcernere, qui viri fint infœcundi, & quæ mulieres fteriles. Nam immodicæ intemperaturæ, horum funt caufæ: moderatæ verò fi fint, & contrariis coniungantur, tunc concipient mulieres: fi verò fimilibus, non concipient. Neq; enim fieri poteft vt frigidum femen in vtero frigidiore fit fertile, quemadmodum ne que ficcum in ficciore: idem & de duobus aliis fentiendum, fed indiget femen quidem frigidius, vtero tantò calidiore, quantò deficit ab optima temperatura: & humidius ficciore: eodẽ modo & in aliis. Cognitio autem omnium immodicarum vteri intemperaturarum eft, quam paulò antè dixit Hippocrates in fuffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim fpifsitudinis ratione non permittit vfque ad os & nares ferri aromatum exhalationem: eodem modo & ficcitas. Humiditas verò, ficuti ab ipfo dicta eft extinguere genituram, fic & aromatum qualitatem. Reliqua eft vehemens caliditas, quæ qua vincit ratione aromatum facultatem, alterat, atque corrumpit: ac proptereà non permittit ipfam feruantem fuæ naturæ fynceritatem, ad os, & nares ferri. De hifce igitur etiam naturis fuffitus aromatum fufficientem cognitionem præftabit: qui fi eam præftare non fufficiet, ex aliis indiciis nobis erit talis natura inueftiganda, hoc ipfum primùm cognofcentibus, quòd rara admodum eft huiufcemodi temperatura in mulieribus: fiquidem fœmina eft mare frigidior. Vnde ob hoc ea, quam facit Hippocrates ex aromatum fuffitu, dignotio, in fterilibus mulieribus vtilifsima eft, vel quia omnis immodica intemperatura ifti fubiicitur, vel quia rarifsimè vna ipfam fubterfugit in mulieribus illis, quæ tenues apparent, nigræ, & hirtæ: ita vt ex his fignis percipiatur earum immodica intemperatura fine fuffitu aromatum.

63 Similiter autem & in maribus. Aut enim propter corporis raritatem fpiritus extrà fertur, vt femen non tranfmittatur ad os, vel propter fpifsitudinẽ humor non exit foras, vel propter frigiditatẽ non concalefcit, ita vt ad hunc colligatur locum: vel propter caliditatẽ hoc idem accidit.

Qui hunc interpofuit Aphorifmum, neq; proprias voces intellexit. Nam cùm profiteretur eundem in viris fermonem fe facturum, ficut Hippocrates in mulieribus fcripferat, non adimpleuit hoc. Cùm enim ille de quatuor intemperaturis feciffet mentionem, oportuit hunc etiam quatuor in maribus, vt nos fecimus, in medium adducere: verùm non fic ifte, fed primùm quidem corporis raritatem ftatim damnat, quæ in mulieribus fuit prætermiffa: deinde nec eius fermo, fi ipfe feorfum diligentiùs examinetur, verus depræhendetur. Confpiciũtur fiquidem viri non pauci, qui licet corpus rarum habeant, femen tamen habent fœcundifsimum. neque id

mirum. Raritas fiquidem corporis in calidioribus, atq;
A humidioribus prouenit temperaturis, quæ potifsimùm plurimo femine, & fœcundifsimo abundant. Nam & materiam habent, ex qua femen generatur copiofum, & vim à qua concoquitur. Eiicitur autem femen vaforum feminalium intentione compreffum, non fpiritus occurfu propulfum. Siquidem in femine fubftantia fpiritualis cum humore mifcetur, quæ & ipfa indiget exprimentibus, ficut & humiditas tantum ficcitatem excedens, quantò & celeriùs foras eiicitur, & ad lõgius fpatium fertur. Hæc igitur funt ab eo ignorata, qui Aphorifmum adiecit. Et prætereà cùm ait humorem propter fpifsitudinem non exire foras. Si enim alium humorem à femine dicit, fermo delirus eft. Si verò ait femen propter corporis totius fpifsitudinẽ non exire foras, ignorat omnino quæ fit ftructura inftrumentorum, quæ feminaria vocantur. melius enim fuerat ipforum caufari
B anguftiam. Sed & quod deinceps eft dictum, vfque ad aliquid verum, non habet id, quod fequitur, intelligibile. Nam quòd propter temperaturæ frigiditatem femen non concalefcat, ac proptereà fit infœcundum, verum exiftit: quòd autem colligi nequeat ad locum hunc, fuperfluò adiectum eft, præter id, quòd neque locus ab ipfo explicatur, fed à nobis intelligendus relinquitur: & tamen id verbum Hunc, ad ea, quæ priùs dicta funt, habet relationem. Sed hæc quidem parua funt. Qui verò circa finem error, eft magnus, cùm dicat propter caliditatem hoc idem euenire. Nam manifeftè ad illud, quod anteà dictum eft, fermo ifte refertur. Dictum autem anteà fuit quòd propter frigiditatem nõ adeò cõcalefcat, vt ad hũc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concalefcere, neque colligi in vafis feminariis femen. Hoc autem eft apertè ab-
C furdum. Nam torreri, aut affari, aut tale aliquid femen pati propter calorem, rationem habet: non concalefcere autem, eft omnino perabfurdum.

64 Lac dare caput dolentibus, malũ: malum verò & febricitantibus, & quibus præcordia fufpenfa murmurant, & fiticulofis: malum autem & quibus in febribus acutis biliofæ funt deiecti ones, & quibus fanguinis multi deiectio facta eft. Conuenit autem & tabidis dare, qui non valde multùm febricitant, & in febribus longis, & paruis, fi nullum ex fuprà dictis fignis
D affuerit, & præter rationem confumptis.

Quòd lac facilè alteretur, & quòd duplicẽm habeat alterationem, quando pluri quidem adhæret calori, ftatim in nidorem tranfiens: quando autem pauco, citò acefcens: tibi licet perdifcere, partim ftatim cùm ex mammis excidit, ad ignẽ elixanti: partim ipfum fepofitum effe per fe ipfum permittenti. Nam & elixatum in nidorem abit, & fepofitum omnino acefcit citò, vel tardè. Sic autem & in fanis, fi non bene concoquatur, in quibufdam acefcit, in quibufdam autem in nidorem tranfit. In ventriculo quidem frigidiore prorfus acefcit, in calidiore verò in nidorem tranfit. Lac verò bene concoctum, nutrit, & bonos facit humores: & dum concoquitur, pariter attollit præcordia, ac caput petit. Hos effectus, & pafsiones in fanis etiam videbis. Verùm quæ ægrotis accidunt, percurrit Hippocrates: quæ femper quidem experiri volentibus manifeftantur: & pof-

funt

ſunt etiam ante experientiã cognoſci. Vbi enim in iis, qui integra ſanitate fruuntur, videmus lac capiti dolorem afferre,& præcordia inflare:nõ eſt admirabile, colligere quod iis, qui iam caput dolent, vel ſuſpenſa habẽt præcordia,ſit inimiciſsimum. Rectè autem dixit præcordia ſuſpenſa, licet dicere potuerit inflata, & flatuoſa. Neque enim hæc ſola poteſt lac offendere, ſed & alia omnia,quæ ſunt quouis modo ſuſpenſa, propter aliquã talem, qualis eſt inflammatio, vel eryſipelas, vel tumor prædurus, vel laxus, paſsionem. Adhuc autem magis ſi abſceſſus nõdum ſit in præcordiis diſruptus, eſt his etiã lac inutile. Hæc itaq; omnia vno verbo ſignificat Hippocrates,inquiens: Præcordia ſuſpenſa. Nocere autem ait & murmurantibus lac,quæ alia ſunt ab inflatis,& diſtentis: flatuoſa tamen, ac ventoſa & hæc ſunt. Maior itaque offenſio diſtentis præcordiis obuenit, minor verò murmurantibus, ſed tamen his quoq; lac eſt inutile. Aceſcit enim in ipſis. Serum tamen lactis ſale & melle condientes, plurimis talibus exhibuimus:iuuantur enim citata ipſis aluo. Sitientibus quoq; malũ inquit lac eſſe. In nidorem enim abit in ipſis, ſiue natura ſiticuloſi ſint, ſiue ex aliqua occaſione ſitis aduenerit. Et bilioſa deiicientibus, in quibus etiam dicerem ipſe lac in nidorem tranſire:non minùs etiam in iis,qui talia euomunt. Nam in vniuerſum didicimus quàm celerrimè ab omnibus cauſis calidis lac in nidorem commutari. Rationabiliter itaq; & iis, qui acutè febricitant, nocet. Mihíque videtur ſermo meliùs in hunc modum ſe habere, Malum autem & quibus bilioſæ deiectiones,& acutis febribus. Neque enim ambobus ſimul iunctis tantummodo noxium eſt lac, ſed ſeorſum in vtroque. His igitur paſsionibus lac plurimùm aduerſatur. Vtile autem eſt iis, quę ſequũtur, de quibus eſt ab Hippocrate ſcriptum in hunc modum, Conuenit autem tabidis nõ valde febricitantibus dare. Nam primùm de tabidis facit mentionem. Intelligendum eſt autem ipſum ita nominare illos, qui tabem ex hulcere pulmonis patiuntur. Nam alios, qui alia ex cauſa ſunt extenuati, ipſe déinceps nominat in verbis illis, quorum initium eſt, Et in febribus paruis. Cõmune autem in omnibus, qui lacte indigent, quòd cibus bonum generans ſuccum, & qui citò per venas diſtribuatur, illis eſt neceſſarius. Neq; mirandum eſt, ſi lac dicimus bonum ſuccum generare, etiam ſi aliquid habeat flatuoſum. Nam in vniuerſum, bonum ſuccum generare dicimus quæcunque poſt coctionem ad bonum humorem tranſmutantur, hoc eſt, ad ſanguinem: hic enim humor eſt nobis amicus. Cur autem cùm dixiſſet, Conuenit autem tabidis, adiecit, Non valde multum febricitantibus, mihi videtur dignum inueſtigatione non parua. nam ſufficiebat etiã ſine Valde, dicere. Nunquid igitur & multùm febricitantibus lac exhibet: ſolis autem iis, qui valde multùm febricitant, haudquaquam exhibens?an ab aliquo adiectum fuit verbum Valde, ſicut & pleraque alia. Hæc itaque quiſpiam per otium inquirat. Sciat autem hoc nunc à nobis diſcens, multùm febricitantibus lac dandum non eſſe. Miror autem quomodo in illis, in quibus lac dari iubet, adſcripſit, Si nullum ex ſuprà dictis ſignis affuerit. cùm ſit à breuitate aphoriſtica alienum. Id enim erat ex iis, quę priùs dixerat, cognitum, etiam hoc non adiecto quod dandum eſt tabidis,& præter rationem extenuatis lac, niſi caput doleat, aut præcordia intumuerint, aut bilioſæ ſint deiectiones, aut tale aliquid aliud ipſis adſit. An non ſimpliciter, neque ſemper ſeruare breuitatẽ videtur Hippocrates, ſed in quibus magnum aliquod periculum imminet, ſi negligentiùs, quod ab ipſo docetur, accipiatur, in his bis,

Galen.

tér ve repetere eadem non veretur.

A 65 Quibus tumores in hulceribus apparent, non conuelluntur maximè, neque inſaniunt: verùm his euaneſcentibus, derepente quibus quidem à tergo, conuulſiones, & diſtentiones fiunt, quibus verò in anteriori parte, inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi.

Omnes præter naturam tumores Hippocrates œdemata, id eſt, inflationes nominat, ſub quibus videlicet etiam inflammationes continentur. Quanuis hoc ipſum nomen inflammationis antiqui omnes magis inflammationibus, quæ ſine vllo ſunt tumore, adaptabant. Quod
B igitur dicitur, tale eſt: Quibus tumores hulceribus aduenìunt, non admodum conuelluntur, neq; inſaniũt. Hoc autem indicio eſt, quòd nõnulli quidem in ipſis conuelluntur,& inſaniunt, ſed raró hoc patiuntur, quando videlicet magnitudinem effatu dignam, vel malignitatem aliquam aſſumpſerint. Si verò tumores derepente euaneſcant, conuulſiones, ac diſtentiones, quando in partibus retro, hoc eſt, in dorſo hulcera fuerint. Quæ verò déinceps dicuntur, ſi in partibus anterioribus fuerint, conſequi dicit. Poſteriora ſiquidem neruoſa ſunt, anteriora autem venoſa, atque arterioſa. Quãdo igitur ab hulceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem ſe contulit, in partibus quidem retro neruoſis conuulſiones fient, ac diſtentiones:
C (nam hæ ſunt neruorum paſsiones) in anterioribus verò inſania, ſi feratur ad caput: lateris autem dolor, ſi ad thoracem humor conuertatur. Sæpius verò & hi ſuppurantur, ſi humor non diſſoluatur. Difficultatem verò inteſtinorum fore inquit, ſi tumores rubri fuerint,& repentè diſcedant: illam dico inteſtinorum difficultatem, quam ſanguineam nominant, quæ eſt ſanguinis euacuatio per inteſtinum abſque exhulceratione. Quòd igitur ſi vel in dorſo, vel in partibus anterioribus illi oppoſitis contigerit aliquando tumores derepente euaneſcere, in tales ægri incidunt paſsiones, nos vidimus, non tamẽ ipſe nobis Hippocrates manifeſtauit, ſi de his partibus ſolis loquatur, an ſimpliciter de omnibus, ita vt crura etiam, & brachia hoc ſermone compræhendantur. In tibiis itaq; nõ ſunt in partibus anterioribus muſculi in chordas validas deſinentes. In coxa verò in partibus genu anterioribus magnam videmus chordam: in qua per compatiendi rationẽ, rationabile eſt magis fieri
D conuulſionem, quàm in aliquo muſculorum, qui ſunt in partibus coxæ poſterioribus. Sunt enim omnes carnoſæ. Quare verum non videretur id, quod vniuerſaliter ab Hippocrate dicitur, quòd ex partibus tantùm poſterioribus accidunt conuulſiones. Videtur tamen magna ex parte id fieri, nõ in cruribus modò, ſed etiam in brachiis, fortè quoniam hæ partes omnes è directo ſunt dorſalis medullæ. Naſcuntur autem ab hac & membrorum extremorum,& dorſalium muſculorum nerui.

66 Si in vulneribus fortibus,& prauis tumor non appareat, ingens malum.

Poteſt & vltimo Aphoriſmi verbo, Malum, adiungi ingens: poteſt & priori parti coniungi. Fiet enim ſermo talis: Vulneribus prauis exiſtentibus, ſi tumor non appareat, ingens eſt malum. Vel talis, Vulneribus prauis

exiftentibus,fi tumor ingens non appareat,malum. Cõtingit autem & verbum Ingens, communiter dici, ac fi ita dixiffet: Si vulneribus prauis exiftentibus,tumor ingens non appareat, ingens eft malum. Melior verò ex tribus fermonibus,meo quidem iudicio, hic eft: Si vulneribus prauis exiftentibus, tumor non appareat, malum eft ingens. Dictum autem eft & anteà, quòd tumor generaliter dicitur de omnibus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici exiftimandum eft,quæ funt in capitibus, aut finibus mufculorum, & maximè neruoforum. Nam in capitibus mufculorum, mufculis nerui adnafcuntur, ex finibus autem chordæ oriuntur. Sicuti igitur paulò priùs damnabat omnes derepente euanefcentes,ita nunc illos, qui neque omnino adueniunt vulneribus prauis. Nam & in his fufpicandum,ne humores ad vulnera defluentes, ad partes principaliores tranfmeent. Hoc in illis præfertim fieri vulneribus eft exiftimandum,in quibus adeft quidem dolor,& propter ipfum omnino aliquid influit, fed à medicis reprimitur valde infrigidantibus, aut adftringentibus medicamentis:nam fi dolor abfit,neque fluxio mouetur. Maximè autem dolores patiũtur partes neruofæ, quæ medicinas calefacientes,atq; exiccantes defiderant.

67 Molles boni,crudi verò mali.

Hic fermo pars eft antecedentis,docente Hippocrate omnes tumores quicunque molles funt, bonos effe: contrarios verò prauos. Propriè igitur molli opponitur durum, atque renitens: Hippocrates verò crudum ipfum nominauit. Neque enim fieri poteft, vt fit tumor renitens, bene concoquente membri natura humores ad ipfum confluentes.

68 Dolenti partem capitis pofteriorem,in fronte recta vena incifa prodeft.

Non folùm ftudet euacuare Hippocrates vbi fit opus euacuare, fed etiam cum auerfione. Auerfio autem ad contraria fit,fecundum longitudinem quidem fupra & infra,fecundum latitudinem verò hinc & inde,hoc eft, à dextris,& à finiftris,fecundum altitudinem verò antè & retro. In doloribus itaque partis capitis pofterioris, cum auerfione nunc euacuatio ex fronte fiet: ficuti anterioris ex occipite. Sic itaque diuturnæ oculorum fluxiones f[illegible]ius fanatæ funt, ex partibus fecundum occiput fanguine detracto,vnà cum cucurbitulæ vfu.

69 Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorfum ad caput,fed & viris parte corporis pofteriore magis,quàm anteriore, veluti femorũ, cubiti,Sed & cutis rara: indicio autem eft pilus.

Rigores omnes incipiunt quidem cum fenfibili frigore: paratiores autem non folùm ad fufcipiendam, fed etiam fentiendam frigiditatem, funt dorfi partes: quare non abfque ratione hinc rigores inchoant: & hi citiùs fiũt mulieribus, quoniam fœmina eft naturâ frigidior, atq; imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum,fcilicet caput, celerrimè facta per fpinalem medullam compafsione,quoniam & ipfa, naturâ frigida eft,ficut & cerebrum,& propter fubftantiæ mollitiem, vt cerebrum, alterationem facilè fufcipit. Ex partibus autẽ anterioribus rigores nõ inchoãt, quoniam calidiorem habent, quàm partes pofteriores, temperaturam: huiúfque argumẽtum fumit ex cutis raritate: rurfúfque raritatis ex pilorum multitudine. Dictum eft autem à me de generatione pilorum fufficienter in commentariis De temperaturis.

70 A quartanis capti, non admodum à conuulfionibus capiuntur. Si verò priùs capiantur, & quartana fuperuenerit, liberantur.

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulfio, acutifsima eft & perniciofifsima: quæ verò ex repletione partiũ neruofarum, qualis in morbo comitiali, neque acutiffima,neque fimiliter periculofa. Meminit autem Hippocrates nunc de tali conuulfione,nam verba Capti,& Capiuntur,longitudinem temporis oftendunt. Hanc itaq; conuulfionem quartana non folùm prohibet fieri, verùm,fi præfuerit,foluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitofis,qui partibus neruofis inferti funt. Cùm verò horum humorum duplex fanatio fit, excretio fcilicet,& coctio, ambas habet quartana, excretionem quidẽ ex rigore,(hæc enim fola agitatio fufficiens eft craffum excernere humorem) coctionem verò, caloris febrilis ratione,qui rigorem confequitur.

71 Quibus cutes circuntenduntur aridæ,& duræ,fine fudore moriuntur: quibus verò laxæ,& raræ,cum fudore moriũtur.

Morituri,qui quidem fquàllidas,duras, & ficcas habent cutes,& extentas,fine fudore moriũtur: qui autem contrario modo,laxas videlicet,& molles,& raras,cum fudore moriuntur. Prioribus fiquidem humiditas vel omnino deeft,vel cuti:aliis verò & cuti in eft.

72 Qui regio morbo laborant, non multùm ventofi funt.

Ventofos ab ipfo nunc dici eft exiftimandum illos, qui in ventre colligunt multitudinem venti flatuofi,qui vel per ructus,vel flatus excernitur, vel remanet,& extendit quæ ibi funt. Fit autem hoc nõnunquam quidem ob debilitatem,& partium ad ventrem attinentium imbecillitatem, nonnunquam verò ex pituitofo, & frigido humore. Hi itaque, qui propter pituitofum humorem ventofi funt,contrarii funt laborãtibus regio morbo,qui ex bile accidit. Quare hi nunquàm ob humoris exuperantis naturam ventofi fiunt. Contingit autẽ ipfos ob partium imbecillitatem fieri aliquando ventofos. Quare fermoni adiecit, Non admodum. perpetuitatem quidem negationi adimens,oftendens autem maiori ex parte quod dixerat, fieri. Neque enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes, habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem.

CLAVD.

CLAVDII GALENI IN Aphoriſmos Hippocratis, Liber Sextus.

Nicolao Leoniceno Interprete.

In longis læuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui priùs non erat, ſignum bonum.

Læuitas inteſtinorum eſt velox exitus eorum, quæ comedũtur, atq; bibuntur: quę talia deiiciuntur, qualia fuere deuorata. Si quis verò vellet breuiorem afferre definitionem, diceret eſſe priuationem coctionis, cùm neque quoad conſiſtentiã, neque quoad colorem, vel odorem, vllám ve omnino qualitatem, in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomen hæc paſsio ſortita eſt, exiſtimantibus illis, qui priùs talem ei indiderũt appellationem, fieri ipſam propter intrinſecæ ſuperficiei inteſtinorum læuitatem, ob quam cibos, qui continẽtur in eis, non ampliùs appræhendunt, quos cùm ſuam ſeruarent ſibi à natura inditam aſperitatem, retinebant. In pluribus ita aliis, qui primi nomina rebus impoſuere, quãuis ſint collaudãdi, non tamen eos in lęuitate inteſtinorum accepto, cùm ignorauerint quòd ipſius ventriculi propriũ eſt cibos amplecti, ac ſe circũſtringendo, certo tẽpore detinere, & rurſus ad inferiora demittere. Et ſicut in veſica fit vrinæ ſtillicidium, non expectante vt illa colligatur, ſed ſtatim tanquam mordentem, aut aggrauantẽ expellente: ſic & in ventriculo veloces exitus. Hæ enim ſunt communes omnium excretionum cauſæ, quas ſi illi ſciuiſſent, qui primi hanc paſsionem lęuitatem inteſtinorum nominarunt, talem de ea opinionem abieciſſent, & vice eius, totius ventriculi, atque inteſtinorum imbecillitatem, in cauſa poſuiſſent, ob quam hæ partes corporis grauatæ à cibis aſſumptis, ipſos confeſtim excernunt. Fieri verò poteſt etiam aliquando vt à quorundam humorum mordacitate in ſuperficie exhulceratis fiat hæc paſsio, etſi ipſa vis non multùm patiatur: nam & tunc erit neceſſarium, vt permeantibus cibis, partes exhulceratæ dolorem ſentiãt, atque ideo deorſum illos propellant, & à ſe ipſis quam citiſsimè emittant: quo in omnibus partibus facto, velocitas exitus ſubſequetur, & nullum fiet initium coctionis. Verùm tali inteſtinorum læuitati cuiuſdam morſus inerit ſenſus. In illa verò, quę accidit propter ventriculi, atque inteſtinorum imbecillitatẽ, abſque vllo doloris ſenſu fient deiectiones. Adeſt autem & hæc haud parua vtrique differẽtia. Quæ enim abraſa fit, humorum acritudine in ventriculi, atque inteſtinorum ſuperficie, ceſſante humorum malignitate, ſtatim ſanatur, cibis, ac potibus, qui vim adſtringendi habent. Quòd ſi longiori tempore perſeueret, in alteram paſsionem, quæ dyſenteria, id eſt, difficultas inteſtinorũ nominatur, tranſmutatur. Quæ autem potẽtiæ retentiuę

A ſequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex intemperatura, ſed vel ipſorum corporum, quæ iam habitum quendam non facilem ſolui contraxerunt, eſt affectio, vel propter humorem aliquem, qui in ventriculo, atque inteſtinis continetur, euenit: ex quibus humoribus vnus eſt pituita. Vnde & acidos ructus, qui tali paſsione laborant, habent, quos Græci ὀξυρεγμίας nominant, qui ſine aliqua pituita quandoque in ventriculo frigidiore fiũt: & in quibuſdam læuitatibus inteſtinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vnà fiunt, ſed progreſſu temporis ceſſant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, procedente autem, atque aucta paſsione, neque hoc tempore retinentur. In quibus igitur paruo remanent tempore fit quoddam veluti initiũ coctionis, & propter hoc non ſortitur effectum. Nos verò didicimus, imperfectas coctiones ex frigiditate pro-

B uenientes, ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium: neque vlla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neque ructus acidi, niſi pituita, præſertim acida, in ventriculo abundet. Proptereà Hippocrates non ſimpliciter dixit bonum eſſe ſignum acidos ructus in lęuitatibus inteſtinorum, ſed primùm quidem in longis adiecit, quaſi cum incipientibus, vt dictũ eſt, ſæpius vnà eueniant: déinde vbi priùs non fuerint, inquit: Quæcunque enim à pituita ventriculum refrigerante fiunt lęuitates inteſtinorum, ſemper cum ipſis ſunt acidi ructus, vt caſus quidam. Illis igitur, quæ neque incipiunt, neque ex pituita fiunt, non inſunt acidi ructus. Quòd ſi aliquando fiant, ſignificat tantum iam tempus cibum in ventriculo retineri, quòd principium mutationis accipiunt, & naturam ſuorum operum reminiſci. Hactenus mihi videor expoſitoris officiũ ſatis impleuiſſe. Si quis autem eorum, quæ dicta ſunt, vult capita omnia

C ſcientia compræhendere, in tractatu, qui De potẽtiis naturalibus inſcriptus eſt, non paucas habet de ventriculi viribus demonſtrationes: in cauſis autem accidentium, de omnibus, quæ velociter excernuntur. Quoniam verò Eraſiſtratus in ſecundo De ventriculo mentitus eſt de medicis ſe ætate ſuperioribus, turbauítque, & confudit inteſtinorum læuitatis notionem: melius mihi viſum eſt, hęc etiam ſuperaddere, ac primùm ipſius Eraſiſtrati verba ſubſcribere, quæ ita ſe habẽt: De ea, quæ læuitas inteſtinorum nominatur, dicendum: quam priores medici in tres partes diuiſerunt, in difficultatem inteſtinorum, in læuitatem inteſtinorũ, & tentionẽ. Quidã tamen, in iis, quę excernũtur, differentias cõſiderantes paſsionis, atq; dicẽtes, quando ſanguinolẽta, atq; mucoſa exeũt, quę à vẽtriculo fuere cõcocta, tunc difficultatẽ

inteſtinorum nominabant:ſi verò exeuntia cruda, miſta autem ſanguinolentis,atque mucoſis, læuitatem inteſtinórum vocabant:cùm verò bilioſa miſta cum ſanguinolentis,atque mucoſis excernuntur,tēſionem paſsionem appellabant. Hæc igitur Eraſiſtratus inquit,neſcio qua ductus opinione,adiiciens crudis excrementis mucoſa, ac ſanguinolenta. Hoc enim nullus appoſuit, neque eorum,qui eius ætate clarueruſt medici,veluti Philotimus, Herophilus,& Eudemus,neque eorum,qui poſt ipſum fuerunt vſque ad iuniores iſtos Archigenis ſectatores, neque quos ipſe citat priores medici,hoc eſt,ipſo Eraſiſtrato ſeniores. Diocles ſiquidē in libro De curatione, & cauſa paſsionis,ſcribit in hunc modum: Tertia fit magna ex parte ex difficultate inteſtinorum. Vocatur autē læuitas inteſtinorum,ad quam ſequitur deiectio humida,ac ſpumoſa,& cruda,& multa,& cita poſt cibum aſſumptum,ac potum. Praxagoras autem in ſecundo De aſsidentibus,inquit:Inteſtinorum læuitate laborātibus, quoniam lubricum eſt inteſtinum, ieiunum præſertim, neceſſe eſt citò ciborum fieri deiectiones. Poſt hæc deinceps quòd neceſſarium ſit citò exeuntia, eſſe omnino cruda, Praxagoras ſcribit, maximam quidem paſsionis proprietatem in cita ponens deiectione:quòd verò cibi omnino incocti permaneant, hoc vnum faciens ex iis, quæ neceſſariò conſequuntur.Neque enim quia omnino incocti permanent cibi, ideo citò deiiciuntur: ſed quia citò deiiciuntur,idcirco nullam habent coctionē; atque ideo nos,& alii complures medici,citam ciborum nullam habentium coctionem deiectionem dicimus eſſe læuitatem inteſtinorum. Ad hunc modum & alii antiqui medici de ipſa ſentire videntur. Nam in libro De paſsionibus Hippocratis,ſiue eius ſit is liber,ſiue Polybi eius diſcipuli, hæc de læuitate inteſtinorum ſcripta inueniuntur:Cibi deiiciuntur imputridi, humidi,abſq; dolore,corpus autem extenuatur. Liquet verò fuiſſe morem antiquum viris iſtis,vocare imputrida,quæ nos incocta nominamus. In libro autem De victu ſalubri, qui & ipſe Hippocrati adſcribitur,(licet qui adulterinū cēſent,nonnulli ad Ariſtonem,nonnulli ad Philiſtionem, quidam ad Pherecydem referant)ſcribuntur hæc verba:Patiuntur nōnulli talia, cibus eis deiicitur humidus, incoctus,non propter morbum,veluti læuitatem inteſtinorum,neque aliquem ipſis affert dolorem. Hi quidem omnes Eraſiſtrato ſeniores. Sed,vt diximus, mille alii, qui omnes Eraſiſtrati ętate,& poſteà viguerunt,in eandem ſententiam de inteſtinorum læuitate ſcripſerunt. Quare neſcio qua cauſa ductus de priſcis hominibus mentiatur,illos inquiens arbitrari in læuitatibus inteſtinorum Sanguinolēta atque mucoſa cibis incoctis commiſceri.

2 Quibus nares naturâ humidiores, & genitura humidior,minùs integra ſanitate fruuntur:quibus verò contraria, ſalubriùs degunt.

In ſiccioribus ſecundum naturam temperaturis nulla omnino ſuperfluitas manifeſta,neque ſenſibilis per nares effluit ex cerebro,ſicuti neque per cutem ſudor: ſed illa,quæ à medicis difflatio occulta nominatur, ſuperflua extenuata in modum vaporis euacuat. Humidioribus verò naturis ſenſibiles fiunt ſuperfluitates, præſertim cerebri, quoniam eſt natura frigidius. Eiſdémque: genituram,hoc eſt, ſemen ipſum, ait eſſe humidiorem ſicut in ſiccioribus aquoſa humiditate conſumpta,craſ-

A ſius,ac ſiccius eſt ſemē. Eos igitur,qui ſunt humidiores, ſiue cerebro tantùm,ſiue corpore vniuerſo,non contingit ſalubrem vitam omnis expertem noxæ traducere,verùm cōtinuò deſtillationibus ex parua occaſione capiūtur. Et ſi ſuperfluitas eis ad inferiora per palatum deſcendat,partes ſubiectę offendūtur,fauces, ſummum guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tuſſes itaque in ipſis fieri,& difficiles reſpirationes,& anginas, cruditatéſque,& ventris profluuia,eſt neceſſarium,nonnunquam verò & difficultates inteſtinorum, quando, quod deſtillat,ſalſius quodam modo fuerit. Dixit autē & ipſe de his in libro De aquis,aere,& locis, ſicuti & in libris De morbis,ac paſsionibus.

3 In longis difficultatibus inteſtinorū, inediæ ex faſtidio, malùm, & cum febre B peius.

Difficultates inteſtinorum fiunt quidem ex humoribus acribus.Sūt autem inteſtinorum exhulcerationes primùm quidem ſumma parte abraſorum, progreſſu autem temporis,& profundiora habentium hulcera, & vt plurimùm putrilagini obnoxia: quo maximè tempore etiam ventriculus ipſis compatiens, ad concoquendum ineptus redditur:qua offenſione magis,ac magis ad ſuperiora perueniente,cùm & os ventriculi afficitur, cibum faſtidiunt,hoc eſt,non appetunt. Sunt etiam & qui ab initio nonnunquam cibum faſtidiant propter malos humores fluentes ab hepate,à quibus diximus abradi inteſtina,præſertim cùm hi amaræ bilis naturam habuerint. Nam pars eorum ſuperfluitans,ad os ventriculi efC fertur.In longis verò difficultatibus inteſtinorum,cùm hic caſus euenerit, mortificationem quandam ipſi iam aduenisse ventriculo compatiendi ratione ſignificat,ob quam omnino interiit appetentia, opus ad vitā neceſſarium. Si verò vnà cum inappetentia febris adueniat difficultati inteſtinorum,duorum alterum eſt, vel putredo aliqua circa hulcera,vel digna effatu inflammatio: atque ita,vt dictum eſt,toto iam patiente ventriculo, ægri ſe habent exitialiter.

4 Hulcera circumg labra,praua ſunt.

Quando vel pilos videris defluentes à circumiacentibus hulceri locis,vel cutem ſquamulas è ſumma parte dimittere,ſcito iis,qui ita ſe habent, prauos humores ad partem confluere,qui hulcus erodunt. Neque enim ſi radices quidem pilorum poſſunt corrumpere, loca hulcerata ad cicatricem peruenire ſinent.

D

5 Dolores,qui ſunt in lateribus, & pectoribus,atque aliis partibus, an multum differant,perdiſcendum.

Perdiſcere oportet non modò locum dolentē, qualiſnam ſit, ſed & magnitudinem doloris in eo, quanta ſit. Hoc autem confert & ad loci patientis dignotionem,& ad præcognitionem eorum, quæ circa ægrum futura ſunt,& præterea ad curationis inuentionem. Si ergo in lateribus magnus fuerit dolor, primùm hic eſſe non poteſt, quin patiatur membrana,quæ ſubcingens nominatur:ſecundò autem non eſt abſque periculo:déinde & maiori indiget curatione:ſi quidem ad clauiculam dolor pertingat,venę ſectione:ſi verò ad prę cordia, purgatione

gatione: quemadmodum ipse in libro De victu acutorũ edocuit: sin autem mediocris fuerit dolor, & præterea non pungat, vt qui in membrana subcingente est, neque ad clauiculam, aut præcordia pertingat, contingit ipsum carnosis costarum partibus patientibus fieri, atque ideo neque esse periculosum, neque magno auxilio indigere. Sic & in singulis aliis partibus doloris magnitudo est consideranda: velut si renum pars carnosa patiatur inflammationem, dolor est grauis: quemadmodum & ipse inquit in Epidemiis, ita illum nominans, qui veluti cuiusdam ponderis loco incumbentium inuehit sensum. Aliis verò partibus, quæ sunt in rene, patiẽtibus, dolor sentitur acutus. Dico autem alias partes, tunicam hunc obtegentem, & ventrem eius interiorem, & eas, quæ ad hunc terminantur, arterias, ac venas, ac præterea ortus meatuum vrinariorum. Sic præterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnosa inflammationem patiente, grauis fit dolor: tunica verò circunducta, vel vasis, acutus: & ipsius doloris acuti quantitas maior aut minor, causæ facientis affert indicium. Humor siquidem biliosus, & acutus dolorem auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Non solùm autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium, sed etiam quantitatis. Augetur etiam cuiuslibet causæ efficientis opus, eius aucta substantia. Si igitur vniuscuiusque doloris volens à nobis magnitudinem considerari, hunc Aphorismum scripsit Hippocrates, sufficienter ipsius vsum exposuimus. Si verò non solùm quo ad magnitudinem, dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius adhuc quiddam, ac veluti vniuersalius ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere: maiorem adhuc ex eo fructum vtilitatis percipiemus. Fiétque huiuscemodi sermo, Non simpliciter partium dolorem considerare oportet: neque arbitrandum eandem esse in omnibus affectionem: veluti si prius quidem Dion, posteà verò Theon costam doluerit: eodem modo vtrunque se habere existimandum, sed discere oportet, nunquid multum inuicem in dolore differant, an quodam modo similes existant. Fit autem hoc ex duobus perspicuum, & ex doloris specie, & ex vehementia. Ex specie, si pungenti similis, vel tendenti, vel torpo rem inducenti, vel grauanti, vel stimulanti, vel exedenti, vel ferienti, vel continuus, vel cum intermissione, vel æqualis, vel inæqualis. Ex vehementia, quis sit maior, aut minor, aduertendum: quæ paulò anteà quo ad magnitudinem differentia in doloribus dicebatur. Consueuere si quidem medici verbo abutentes, omne vehementius, maius nominare, quamuis non ad quantitatem, sed ad qualitatem id pertineat. Febrem enim, quæ suam habet in caliditate substantiam, magnam, vel paruam, vel mediocrem omnes nominare non desinunt. Quare non est mirandum, si & dolorem vehementiorem, maiorem appellant. Imò verò non est admiratione dignum, si quę inter se specie distant, magnum aiunt habere discrimen: veluti dolorem, qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo, à quo quis sibi videtur feriri, vel aliquod aliud pati ex iis, quæ anteà diximus.

6 Renum, & vesicæ vitia in senioribus difficulter sanantur.

In senibus vix (inquit) sanantur, hoc est, multo negotio, ac tempore lõgo, quę in renibus, ac vesica sunt vitia: quoniam earum opus indesinens est, quiete autem opus est, si quid sanari debeat: & quia per ipsas euacuatur superfluitas acris, apta iritare, siue hulcus, siue inflãmatio, siue aliqua alia passio in ipsis constiterit. Multò autem difficiliùs sanantur in senibus vesicæ passiones: quoniam & omnes alii morbi, præcipuéque longi. Tales autem & ipse superiùs dixit commori omnes.

7 Dolores ventris sublimes, leuiores: qui verò non sublimes, fortiores.

Sublimes nunc intelligendi sunt, non secundum longitudinem corporis, sed profunditatem. Interstinguũtur autem hi in locis ad ventrem attinẽtibus, interiore abdominis membrana, adeo vt quicunque supra hanc sũt, sublimes vocentur: qui verò infra, hoc est, in ipsis intestinis, atque ventriculo, non sublimes dicantur. Liquet autem quòd tales rectè dixit esse fortiores.

8 Aqua inter cutem laborantibus, hulcera in corpore facta difficulter sanantur.

Docuit ipse in libro De hulceribus, non priùs ad cicatricem perduci hulcera, quàm sufficienter exiccentur: hoc autem non facilè fieri potest in iis, quos aqua inter cutem malè habet, ob humiditatis immoderantiam.

9 Latæ pustulæ non admodum pruriunt.

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniam quędam tendunt in acumen, & altum petunt: quædam ad maiorem extenduntur locum, non tamẽ in altum attolluntur: sic & pustulæ nonnullæ sublimes, nonnullæ latæ fiunt. Sublimiores autem pustulæ, atque tubercula à calidiore humore generantur, humiliores autem à frigidiore. Quare ob duplicem causam latæ pustulæ non admodum pruriunt. Difflantur enim in latitudinem extenta, & facientem ipsas humorem minùs acrem habent.

10 Caput dolenti, & circundolenti, pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

Plura & alia sic ostensus est Hippocrates dicere, in quibus nisi quis animum aduerterit, videbitur quod ab ipso dicitur, solùm ad curationem passionis proficere, aliud verò nihil. Verùm ipse non hoc tantùm dicit, sed simpliciter quòd pus, vel aqua effluens per nares, vel aures, morbum soluit. Quòd si vtique conuertens dixisset, quemadmodum ego, tunc sermo foret irreprehẽsibilis. Quando vel propter inflammationem, vel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem contigerit, tunc inflammatione suppurata, aut his more excreto, solutio fit doloris. Si verò propter spiritum flatuosum, aut sanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia sanabitur.

11 Atra bile vexatis, & phreniticis, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

Non solùm ratione euacuationis hæmorrhoides sanant huiuscemodi affectiones, sed & ipsa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim sanguinem crassum consueuerunt euacuare, humore plenum melancholico, talem habentem in sanguine consistentiam, qualis est in vinis fex: quare nihil mirum, si atræ bili, & phrenitidi conferunt hæmorroides, vt quæ humorem velut sanguinis limum euacuare naturâ aptæ sint.

A diuturnis

12 A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si vna non seruatur, periculum est, aquam inter cutem, vel tabem aduenire.

Hæmorrhoidas fieri imposibile absque hoc, quòd propter multitudinem, & crasitiem sanguinis ora quarundam venarum aperiantur, hepate ad ipsas reponente fæculentum sanguinem, & melancholicum. Si quis igitur ei hoc intercludat iter, simul duritiem in hepate facit, simul multitudine grauans, ac crasitie, calorem in in ipso natiuum extinguit, cùm tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna superingesta suffocant ignem, atque extinguūt. Si igitur à natiuo calore generatur sanguis, perspicuum est, quòd ipso extincto nō generabitur ampliùs. Aqua verò inter cutē fit, cùm sanguinis generatio frustratur. Quòd si aliquãdo posit hepar propellere multitudinem ad venas pulmonis, hi vase aliquo rupto tabidi fiūt. Non frustrà igitur consulit vnam saltem seruare hæmorrhoidem, vt per hanc euacuetur fæculenta, ac vitiosa materia hepatis, præsertim in quibus solita est tempore longo per tales venas excerni.

13 A singultu habitum sternutatio superueniens liberat.

Author est ipse, sicuti cōuulsionem, ita & singultum, vel exinanitione, vel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit, (magna autem ex parte ita fit) violento opus est motu, vt veluti concussæ ipsum efficientes disflentur, atque euacuentur. hoc autem facit sternutatio. Eos verò, qui ex inanitione fiunt, (qui sunt rariores) nō sanat sternutatio. Quòd verò ex plenitudine singultus iugiter fiat, indicant pueri crebrò singultiētes, cùm sunt repleti. Rigor autem, & frigiditas omnis, qui omnia neruosa corpora efficiunt ad difflandum difficilia, sunt causa vt hæc repleantur, atque ideo ex ipsis singultiunt.

14 Ab aqua inter cutem habito, si aqua è venis in ventrem defluxerit, soluitur morbus.

Et hoc exemplum vnum est earum, quæ sponte fiūt, & vtiliter, euacuationum. Spontaneum autem dicimus, non quod sine causa fit, sed quod nostra causa non fit. Quando enim data à nobis medicina aquam trahente, talis fiat euacuatio, non ampliùs hanc spontaneam nominamus.

15 A longo alui profluuio habito, spōtaneus vomitus superueniens, morbum soluit.

Et hoc pariter exemplum vnum est eorum, quæ rectè fiunt à natura, quod medicum imitari oportet. Vtilitas verò prouenit retractionis ratione.

16 A morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malū.

Cùm partes aliquæ patiuntur, non simpliciter aliæ compati sunt naturâ aptæ, sed cùm forti pasione detinentur. Secundum hoc igitur, & hepate fortiter patiente, singultus superuenit, compatiente stomacho: tusis autem, & difficilis respiratio, compatientibus iis, quæ respirationi obseruiunt, instrumentis. Sic & his ipsis pessimè affectis hepar compatitur. Et hoc ipsum manifestè ostendit Hippocrates, cùm non simpliciter dixerit, In morbo laterali, vel pulmonia aluum turbatam esse malum signum, sed adiecerit, Habito. ac si dixisset, detento, atque vexato homini à talibus pasionibus profluuium alui superueniens, malum esse signum, quoniam ita se habentibus id solet aduenire, cùm non bene posit ampliùs hepar ad se trahere alimentū, neque conuertere in sanguinem, & quandoque ventriculus alimentum corrumpat. In mediocri autem morbo laterali, atque pulmonia profluuium alui superueniens potest interdum prodesse, ratione euacuationis, & magis cùm signa coctionis apparuerint inesse pasionibus, neque adest timor, sed morbus est citra periculum. Communiter autē & in his, & in omnibus aliis quæcunque eodem modo dicūtur, illud meminisse oportet, quòd nullus alius extemporaneus, & manifestus casus superuenerit, veluti & nunc vt alui profluuium, non ex cibo, aut potu aliquo, sed morbi ratione contingat. Nam si alia ex causa, & nō vi morbi fiat, non potest eius morem significare: siquidem oportet secūdum aliquod signum ei, quod ab ipso ostenditur, connecti.

17 Lippientem alui profluuio corripi, bonum.

Non vt signum hoc lippientibus bonum ab eo dictum est, sed vt causa, quia humorum abundantia simul euacuatur, atque ad inferiora retrahitur. Est autem & hoc apud ipsum exemplum vnum eorum, quę sponte, & vtiliter euacuātur, quod medicū imitari oportet: & procuI dubio sic etiam omnes faciunt, in lippitudinibus aluū & clysteribus, & purgationibus subducentes.

18 Vesica disciſſa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut vētriculo, aut iecore, lethale est.

Hoc verbū Lethale, Hippocrates sępe in aliis libris & in hoc etiam protulit de iis, qui ex necesitate sunt morituri, sæpe etiam de iis, qui magna ex parte. Quare nunc quoque manifestum non est, nunquid omnino secuturam mortem, discisis his partibus, velit ostendere, an in quibusdam rarò hominem seruari cōtingat. Quòd igitur cor vulneratum mortem afferat necessariò, vnum ex iis est, quæ in confesso habentur: non tamen in aliis æquè recipitur, vulnus quodcūque mortē afferre ineuitabilem, sed illud quod magnū est, atq; profundū: quod rationabile est à verbo Discissa, significari: vt tota vesicæ tunica diuisa vsque ad interius spatium intelligatur: atque in singulis aliis eodem modo. Siquidem in vesica, confessum est, tale vulnus nō coalescere, sicut & in parte septi neruosa, & in tenuibus intestinis: in ventriculo autem dubitatur. Nam quosdam in eo vulneratos dicūt aliquando, sed rarò, fuisse sanatos. Hepatis autem non solum profundum vulnus in fibris eius factum, sed etiā fibram absciſſam aiunt fuisse sanatam. Neque nos latet quòd in libro De vulneribus exitialibus, quędam ex his eius libri author conatur sanare. Quòd verò partes ipsę diuisæ agglutinari non posint, in corde quidē, ac septo trāsuerso ex iugi eorū motu cōtingit: in vesica autē, quia neruosa est, ac tenuis, & exanguis: nā eius collū videmus quotidie sanari, cū lapis extrahitur, quoniam carnosum est.

eſt. Hepar verò vulnera habet plurimo manantia ſanguine: atque idcirco priùs moriuntur, qui ita ſunt vulnerati, quàm vulnera agglutinari poſsint: hoc autem ita volo intelligi vt etiam vena ſit diſſecta. Ob hoc ipſum igitur, nec qui vulnera in profunda eius parte conſiſtentia aiunt ſeruari, nec qui fibras hepatis abſtuliſſe, verum videntur dicere. Cerebrum autem vulneratum ſæpe ſanatum vidimus, ſemélque in Smyrna Ioniæ, viuente adhuc præceptore Pelope, è vulnere effatu digno. Hoc itaque rariſsimum eſt. Verum autem eſt, quòd magna vulnera, quæ conſueuit Hippocrates nominare diſciſsiones, afferũt mortẽ: fatẽtúrque omnes vulnera cerebri, quę vſque ad aliquem eius ventriculum penetrãt, afferre mortem. Tenuium autem inteſtinorum natura, & ventriculi magis, non parum participant carnoſæ ſubſtantiæ: & ideo in ſumma parte vulnerata ſæpius agglutinantur: tota autem diſciſſa vſque ad eorum cauitatem, rariſsimè. Hoc autem non tam propter eorum ſubſtantiam mihi videtur accidere, quàm quòd non poſſumus æquè intrinſecus, ſicut extrinſecus, medicamentum vulneribus imponere. Quapropter is, qui librum De vulneribus pernicioſis conſcripſit, ſiue Hippocrates fuerit, ſiue quis alius, ſanare ventriculum per ea, quæ deglutiuntur, conatur.

19 Cùm diſciſſum fuerit os, aut chartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neq; coaleſcit.

Augeri vocat talem aliquam generari ſubſtantiam, qualis eſt abſciſſa, ſicut in cauis hulceribus videtur caro germinare: coaleſcere autem, quando diſciſsi corporis labra agglutinãtur. Quod igitur neque chartilago, neq; os generentur, eſt in confeſſo. An verò agglutinentur, nonnulli dubitãt. Inquiunt enim, perſpicuè videri oſſa perfracta agglutinari. Sed aberrant, & doceri poſſunt in brutis, quorum pars aliqua fracta contraxit callum. Hęc enim, ſeu viua, ſeu mortua, ſi quis velit inſpicere diſſecando, videbit manifeſtè à callo veluti vinculo quodam circunducto partes oſsium diſciſſas eſſe cõſtrictas: quas ſi abraſerint, fracturæ profundum videbunt non agglutinatum. Sic igitur de iis, quæ diximus, ambigunt, nonnulli augeri dicentes, non tamen coaleſcere: quidam verò etiam coaleſcere, ſed raró. Augeri igitur illa deſiderant, quæ per exeſum ſunt hulcerata, & nullum vidi taliter affectum cui non increuerit caro. Agglutinari autem illa, quæ diuiſa ſunt, & non diſciſſa. Hæc enim inter ſe differunt, cùm diſciſſa diuiſionem habeant vſque ad finem peruenientem: quæ nunc Hippocrates inquit non coaleſcere, non ob id tantùm quod neruoſa ſunt, atque tenuia, ſed quoniam etiam, eò quòd talem habent naturam, labra vulneris non ſunt parum inter ſe diſtantia.

20 Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.

Quidam ſine articulo Ventrem, ſcribunt, volentes omnem ſignificari cauitatem: quibus adſtipulatur, quod, Præter naturam, adiicitur: per quam adiectionem tale quiddam oſtendit Hippocrates, Si vnquam ſanguis à propria cauitate in aliam quancunque cauitatem peruenerit, vt ſanguis permaneat, eſt omnino impoſsibile. Sic igitur & in inflãmationibus, & illis, quas Græci ἐκχυμώσεις, id eſt, ſanguinis effuſiones nominant, fieri videtur. In inflammationibus quidẽ, per minimas partes diſperſo ſanguine ad eas, quæ ſunt in muſculis, cauitates, quas ſola ratione contemplamur: in ecchymoſibus autem in ſpatia effuſo, quæ vaſis circumiacẽt. Supputari autem nõ eſt rectè dictum, cùm nomen ſit vnius mutationis in ſanguine factæ. Quare nonnulli ipſum ad generalius tranſferunt, hoc eſt, ad corrumpi, id ab ipſo dicentes ſignificari. Sic enim fieri videmus, non permanere ſanguinem, cùm à ſuo loco exciderit, ſed aliquando ſuppurari, aliquando denigrari, aliquando in grumos verti, pręſertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam.

21 In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.

Hîc inſaniam illam, quæ propriè melancholia dicitur, vocat, non illum, qui fit ex bile, furorem. Sunt autẽ varices venæ latiores in femoribus, & cruribus, quæ ex craſſo, & melancholico ſanguine fiunt, adeò vt pellente natura ad partes ignobiliores eos, qui inſaniam efficiunt, humores, præſertim cùm melãcholici fuerint, ac craſsi, dictarum paſsionum generatio ſequatur, & inſaniæ ſolutio.

22 Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit.

Melius quidã ſcribunt: Quicunque dolores. Nã ruptum ipſum deſcendere, vnũ eſt impoſsibiliũ: ſi quidẽ diuulſa, ac rupta muſculi parte carnoſa, fit ruptũ. Videtur itaque nõnunquã manifeſtè admodũ collectus in loco ruptionis ſanguis: & diſcuſsione ſanatur. Reliqui verò in dorſo, dolores, ex defluente humore generãtur, interdum ſolo, ſed magna ex parte craſſo, ac flatuoſo ſpiritui aſſociato: quem excipere oportet, atque euacuare per venę in cubito exiſtentis ſectionem, quando huc apparet fluens. Eſt enim eius præceptum, ſecundum quòd humores repunt, facere euacuationes. Idémque ſignificãt verba hæc: Eò ducendum eſt, quò repunt, per loca opportuna. Si autem de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo, eos, qui fiunt compatiendi ratione, dolores, intelligendum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos, non ipſam carnoſæ partis diuiſionẽ. Nam fieri poteſt, vt & talibus venæ ſectio vtilis ſit, communi euacuationis ratione.

23 Si timor, atque mœſtitia longo tempore perſeuerent, ex eo atra bilis ſignificatur.

Si quis non ex cauſa manifeſta metuat, aut mœſtus ſit, atræ bilis caſus manifeſti ſunt, & magis, ſi diu durarint. Quòd ſi propter cauſam manifeſtam incipientes, diu poſteà perſeuerent, non te lateant inſaniam ſignificare. Nam & plures viſi ſunt furore corripi, qui ab excandeſcentia, vel ira, vel mœſtitia principium habuit, ipſo ſcilicet corpore tempore illo promptè ſe habente ad incidendum in tales paſsiones.

24 Si quod inteſtinorum gracilium di ſcindatur, non coaleſcit.

Hoc & in Aphoriſmo paulò anteà dicto monſtrauit, cuius initium, Veſica diſciſſa, vel cerebro. Neſcio igitur quo pacto nunc fruſtrà fuerit adſcriptus. Idẽ autẽ didicimus, & in pluribus aliis Aphoriſmis: quos melius fuerit eximere.

Eryſipelas

25 Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum.

Non solum erysipelas, sed aliud quodcunque, quod ex profundis, & principalioribus partibus transfertur ad cutem, bonum esse signum, ac causam debemus existimare. Contrà verò si ad interiora, & profunda transmutetur, malum. Sed & alia multa videtur dixisse Hippocrates quædam veluti exempla sermonum vniuersalium, à quibus eius quod solet euenire, experientiam possumus habere manifestiorē. Talia etenim exempla oportet esse.

26 Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.

Vtrum Hippocrates tales sermones scripserit, vt exēpla magis generalium, atque vniuersalium sermonum, an alii interposuerint, cæteris inquirendum relinquentes, illud tantùm in ipsis obseruabimus, quod & anteà dictum est, & nunc in febre ardente dicetur. Quæ enim hanc febrem efficiunt causæ in venoso genere existentes, quando ad neruos transferūtur, primùm tremores faciunt: compatiente verò principio, etiam deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic & in omni alia febre potest fieri, & omnino ex arteriis, & venis ad neruos transfluxus humorum noxiorum, sicuti rursus ex neruis ad has. Impropriè igitur dictum est, febrē ardentem à tremore solui. Hæc enim solet Hippocrates dicere quibusdam superuenientia, eorum soluere consistentiam, quæcunque prorsus hominem liberant, non quę alteram generant passionem, quę nihilò minùs, quā prima, sit periculosa.

27 Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem patientes, vruntur, aut secantur, si pus, aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur.

Suppuratos præcipuè consueuit nominare, qui pus habent in spatio inter thoracem, atque pulmonem: quos quomodo vrere oporteat, dixit in libro De affectionibus: cuius initium, Pulmonis arteria. Quidam hunc librū inscribunt de suppuratis. Vstione igitur indigēt, qui plurimum habēt pus, adeò vt desperent per sputiones posse expurgari. Hos verò ipsos & difficultas respirandi vehementer infestat ex loci angustia: quæ etiam nos cogit vt eos vramus. In iis autem, qui aquam inter cutem patiuntur, illæ, quæ à Græcis παρακεντήσεις, id est, punctiones nominantur, magis, quàm vstiones, medicis sunt cōsuetæ. Verùm quod commune est vstioni, ac punctioni, nunc sanè Hippocrates consulit caueri, hoc est, multam, ac subitam euacuationem: sic enim videtur contingere, vt i ait. Scriptum est etiam ab Erasistrato exquisitiùs, de iis, qui aqua inter cutem laborant, in pluribúsque compertum dicit experientia, multam, ac subitam euacuationem, febres, & mortem afferre. Videmus autē & in aliis partibus æquè, atque in thorace, quando aliquis magnus tumor suppuratur, periculosum esse subitò multùm euacuare, cùm euestigio deficiat anima, viresque concidāt, nec posteà debilitas ista facile remedium habeat. Videtur itaque in his propter magnam corporum disparationem, & puris acrimoniam, ora quorundam vasorum arteriosorum adaperiri, quę priùs, veluti quoddam operculum, pus continebant: quo vniuersim euacuato, multi

A cum eo spiritus exeunt, atque excernuntur: vnde periclitantur. In aqua verò inter cutem non modò ob hanc causam ea laborantes offenduntur, sed & durities visceris, vt quæ non ampliùs sustentatur ab aquosa substantia, & septum transuersum deorsum trahit, & viscera, quæ sunt in thorace.

28 Eunuchi neq; podagra laborant, neque calui fiunt.

Eunuchos sectio testiculorum similes efficit fœminis. Sicuti ergo in his caluities non accidit, sic neque in eunuchis, propter temperaturæ frigiditatem. Nam eunuchos podagra non laborare, Hippocratis quidem tēpore verum extitit: nunc verò non amplius, propter immodicum otium, & victum intemperantem. Res autem tota ita se habet: Necesse est pedes naturâ esse imbecilliorés, si quis podagra corripi debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitialem passurus sit: non tamen est omni
B no necessarium alterutrum pati, si nihil in victu delinquerit. Disces autem apertè quòd imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandam pasſionem ex intermedio tempore accesſionum, in quo prorsus non infestantur, quanuis natiua imbecillitas continua sit. Clarum est autē hoc, & in podagricis manifestisſimè apparens, quòd influente aliquo ad pedes humore superfluo, pasſio generatur. Si nunquàm igitur hic humor influeret, liquet quòd neque vnquam accideret pasſio. Non influet autem, si semper vacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem vacans superfluitatibus, si mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: vnde & desidiæ, & crapulæ eis nocent. Nocet etiam multa, & potentia vina bibere, præcipuè cùm aliquis ea ieiunus potauerit. Hæc enim neruosam substantiam promptisſimè
C offendūt, sicut & coitus. Aetate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, propter victus moderantiam: nostris verò temporibus vsque adeò auctis eduliis, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo, quum nonnulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus, atque ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderatè: nonnulli verò etsi non his omnibus, in vno saltem, aut duobus delinquant. Atqui peccatum magnum cùm fuerit sæpe in vno eorum, quæ diximus, deliquisse sat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripiuntur, quanuis nullum habeant vsum venereorum. Talis enim est eorum desidia, ingluuies, ebrietas, vt etiam sine venereis podagra corripi posſint. Hęc eadem & de articulari morbo dicta existimes. Omnes siquidē, qui eo laborant, magna ex parte priùs podagrici fiunt. Accedit ad has causas, ob quas plerique incidunt in podagras, quòd multi & patres, & auos habuere podagri-
D cos, in quibus semen erat viciatum, atque ideo filiis vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem.

29 Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

Mulieres non fiunt podagricæ, ratione euacuationis. Ostensum est enim in præcedente sermone, quòd nisi humores superabundauerint, ex sola partium imbecillitate non potest podagra fieri. Verùm rursus & hic, prius quidem erat verum, vbi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta, quæ ætate superiore mulieres admittebant: nunc verò ob eorum magnitudinem, quędam podagra laborant antè, quàm mēstrua deficiant, cùm nonnullis pauca exeāt, nonnullis autem vel mediocria.

Puer

30 Puer podagra non laborat ante vſum venereorum.

Quòd magnam vim habeat ad podagræ generatio-nem vſus venereorum, liquet etiam in pueris, quemad-modum pauló anteà & de eunuchis dicebã. Eunuchos itaque vidimus quoſdam podagra laborãtes, pueros au-tem non vidimus. Verùm ſi quis tali eſt paſsione cor-reptus, vnà cum hoc quòd & genuum articuli, & manuũ intumuerunt, in quendam articularis morbi modum re-pentè incidit ob plenitudinem, ex multis cruditatibus aceruatam.

31 Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit.

Singula horum, quæ dixit, magis experientia, quàm ratione aliqua videtur mihi Hippocrates cognouiſſe. Nil enim mirum, ſi homo dolens, cùm iſſet ad balneum, dolore fuit liberatus: vel ſi non permiſſus bibere vinum, déinde nullam ex hoc ſentiens vtilitatem, motus eſt ad bibendum, alioqui multùm appetens vini, & poſthàc me liùs ſe habuit. Sicut igitur & plura alia, quæ medici hoc modo inſpexere, ſunt ab eis ſcripta abſque aliqua deter-minatione: ita & hæc mihi collecta vidẽtur ab Hippocra te, neque vt rationali dicente affectiones, neque vt Em-pirico concurſus. Cæterùm vtilitas, quæ nobis poteſt aduenire ex ſermonibus hoc modò ſcriptis, eſt inquire-re affectiones, in quibus meri potio, & balneum, & ſin-gula eorũ, quæ feriatim dicta ſunt, vtile ſit: quod & mihi contigit. Nam etſi prorſus eſſe aliquos credebam ocu-lis dolentes, quorum nonnulli meri potionibus, nonnul li balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens, (neque enim ſcripſiſſet, ſi non vidiſſet) non tamen ab aliquo præceptorum tale auxilium ægris adhibitum fuiſſe con ſpexeram. Itaque primò cùm omnes quęſiiſſem affectio nes, in quibus neceſſarium eſt non in oculo tantùm, ſed & in aliis partibus fieri dolores, deindéque mihi ipſe perſuaſiſſem eas adinueniſſe, poſtremò conſideraui ea-rum indicia affectionum: & poſtquàm his etiam fidem adhibui, auſus ſum remedia afferre dolentibus: ac primũ quidem adoleſcentem balneaui, cui medicus non abſque ratione in die ſecundo ab initio venam ſecuerat, & déinceps curauerat medicinis, quas experientia co-gnouerat, cùm inflammatio ſola obſideret oculos. Do-lebat autem vehementiſsimè per quoſdam inſultus, in quibus aiebat ipſe ſentire ſe acutos humores, qui vniuerſim fluebant ad oculos, quibus excretis licet vehemen-tia doloris ſedaretur, non tamen dolor omnino ceſſa-bat. Et hoc illi per totam quintam accidit diem, maius ſemper habens incrementum. Cùm igitur dolorem nõ poſſet tolerare, me, & quendam alterum ex ocularibus medicis aduocauit tunc in vrbe Roma probatiſsimum. Illi itaque videbatur vtendum eſſe collyrio quodam ex eis, quę emplaſtica, id eſt, meatus obducentia nominant, & anodyna, id eſt, dolorem ſedãtia: cuiuſmodi ſunt, quæ ex ceruſa lota, amylo, & papaueris ſucco cõponuntur. Nam ſic maximè ſperabat poſſe reprimi per emplaſtica id, quod influebat, & ſimul ſenſum per ſtupefactoria torpeſcere. Ego verò ab initio ſuſpecta habui talia medi camenta. Neque enim vehementes reprimunt fluxio-nes, ſed excerni prohibent: atque ideo ſi humores fluen-tes acres extiterint, corneã erodi contingit: ſi verò mul-A ti, extendi, ac vehementer iritari, ac ſi rũperetur: ex qui-bus niſi medicamentum fuerit magnoperè ſtupefaciens, dolores impatibiles excitantur. Si verò fuerit adeò ve-hementer ſtupefaciens, vt ex eo oculi maximam inflam-mationem non ſentiant, neceſſarium eſt, ſimul vim vi-ſoriam adeò lædi, vt ceſſante inflammatione, vel debili-ter, vel nihil omnino videant: ſimul quãdam præduram affectionem, & quæ difficulter ſanari poſsit, in oculo-rum tunicis relinqui. Cùm igitur iſta nouiſſem, atque animaduerterem humorem influentem nõ paucum, val-déque & acrem, & calidum: primùm fomento vtendum cenſui, experientiæ gratia, tanquam ex ea certiùs cogni-turus qualíſnam foret affectio. Solet enim in his fomen tum parumper quidem dolorem mollire, ſed alteram fluxionem aduocare. Qua enim ratione poteſt id, quod in oculis continetur diſcutere, eadem ratione alteram quoque ex vicinis locis attrahere valet. Verùm quàm B primùm & aquam calidam, & ſpõgiam afferri iuſsi, æger ipſe ſe dixit expertum eſſe ſępius tota die id remedium, ac primùm dolorem imminuere, ſed pauló póſt maioré adducere. Quæ ego cùm audiſſem, medicum ocularem dimiſi, promittens me abſque frigido medicamento ægrum à dolore liberaturum eſſe. Cùm autem ſolo bal-neo vſus eſſem, ita dolorem ſedaui, vt tota nocte dormi-ret æger, nec ſemel aliquem eorum, qui iuxtà dormie-bant, aduocaret. Atque hinc in reliquis, in quibus per ſigna cognoui influere quidẽ humores acres ad oculos, non tamen corpus eſſe plenum, balnei vſu dolorem ſa-naui. Adoleſcens item alius fuit, qui quòd vicinus vrbi non erat, oculorum inflammationem pluribus iam die-bus ruri paſſus fuerat. Hunc quia in eodem ſtatu perſeue rabat, in vrbem profectum intuitus habere oculos, ſqual lidos quidem, ſed valde tumidas, ac plenas ſanguine eas, C quæ in ipſis venas erant, iuſsi vt quum ſe lauaſſet, potu vteretur meraciore, & ita ſe ſomno traderet. quod & fa ctum eſt. Somnus enim profundus ipſum inuaſit, & ma-nè ſine dolore ſurrexit: mihíque fiduciam prębuit, vt in quibus ſanguinis copia craſsioris in oculorum venulis contineretur, ſine plethorica totius corporis affectione, vterer vini potione, vt quæ diffundere ſanguinem, atq; dimouere poſsit, ſuſque motus vehementia obſtructio-nes aperire. Cæterùm hæc quidem remedia doloris ocu lorum potentia ſunt. Securiſsimum autem eſt fomentũ, & omnino aliquam afferens vtilitatem, vel tanquam ſi-gnum ad dignotionem, vel tanquam cauſa ſanitatis ocu lorum. Nam cùm nihil omnino influit in oculos, fomen tum diſſoluens eam, quæ in ipſis continetur, ſuperfluita-tem, oculis ſanitatem reſtituit. Cùm vero adhuc influit, primò quidem cùm adhibetur, ſuo calore aliquod affert vel mediocre leuamen. Quòd ſi pauló póſt dolorem D auget, tunc fit ſignũ dignoſcitiuum, ex quo nos affectio-nem compræhendentes, ad totius corporis euacuatio-nem peruenimus: ipſo quidem ſanguine redundante, per venæ ſectionem: malitia verò humorum infeſtante, per purgationem. Neque enim difficile eſt admodum ab hu morum malitia ſanguinis copiam diſtinguere.

32 Balbi ab alui profluuio longo maximè capiuntur.

Sicuti pſellizeſthæ, id eſt, balbutire, prolationis vi-tium eſt, non vocis: ſic & traulizen, eiuſdem ſignificatio-nis verbum, non potente lingua exquiſitè eas dearticula re voces, quæ per t, & r proferuntur, qualis eſt hæc ipſa traulus,

traulus,& similes hæ,trepidus,tremit,tradit,trochus,tristis,& quęcunque aliæ tales. Hæ siquidem omnes exigūt linguam se ampliantem,ac prioribus dentibus innitentem. Cùm igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior, malè innititur,& sonum t & r dearticulare nequit,atque ita ad t & l, pronuntiandum labitur. Hoc autem ei contingere potest,quia quoquo modo fit breuior,quàm ipsi conueniat: quod tamen rarissimum existit: & quia molliorem,atque humidiorem habet temperaturam. Quam ob causam & pueri balbutiunt,cùm tale quiddam ipsis in loquendo contingat,quale etiam in ambulando euenit. Nam & ambulare nonnulli quidem prorsus nō possunt, nonnulli verò non sufficienter,cùm cruribus nequeant, propter mollitiem, firmiter inniti. Quibusdam etiam ætate integra,inter loquendum fatigatis, balbutire contingit: sicut & illis,qui plurimùm tibia cecinerint,& quibus vires ex morbo plurimùm sunt debilitatæ, & quibus demum lingua est vehementer exiccata. Verùm siccitas tanta nulli inesse potest, qui habitum seruet naturalem: atque ideo solius humiditatis immodicæ in iis, qui naturâ balbutiunt,id linguæ detrimentum causus est,cū eius musculi nequeant firmiter stabiliri: atque hoc ipsis potest accidere vel propter suam,vel propter neruorum imbecillitatem,quos videlicet à cerebro suscipit. Quare & ebrii aliquando balbutiunt,partim quia multa humiditate perfunditur cerebrum,partim quia etiam ab ipsius multitudine prægrauatur. Cōtinget igitur iis, qui sunt balbi naturâ, vt vel cerebrum humidum habeant,vel linguam,vel vtrunque. Et à cerebro quidem talem temperaturam sortito,defluere multas par est humidas superfluitates,eásque inde fluentes in ventrem suscipi,longísque ideo profluuiis hominem capi. Lingua verò admodum humida ex natura existente, & ventriculum talem esse par est,vt qui alteram sui tunicam cōmunem habeat ad linguam. Imbecillis autem ex humiditate ventriculi propria passio est diuturnum profluuium.

33 Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.

Acidum eructantes,hoc est,acidum ructum habentes,rarò inquit capi à morbo laterali. Nam quod dicitur. Non valde idem ostendit quod rarò, nonnullo modo,vt quidam libri huius expositores scripserunt. Dictū autem à nobis est,vbi de morbo laterali sermonem habuimus, quod lateralium morborum hic quidem, qui vnà cum flauis,ac pallidis fit sputis,ex biliosis humoribus ortum habet: hic verò,qui cum spumeis,ex pituitosis: sicut qui cum nigris,ex melancholicis,qui verò cum rubris,ex sanguine. Est enim lateralis morbus inflammatio membranæ,quæ subcingens nominatur. Cùm verò vnaquæque inflammatio ex alicuius humoris superabundātia gignatur, pro eius natura & sputi species morbo laterali laborantibus aduenit,& spes salutis, ac mortis habetur. Non æquè autē membranæ, ac pulmo sunt naturâ aptæ humores suscipere. Densa siquidem est mēbranarum substantia,pulmo verò rarus admodum,ac laxus: quare huic quidem promptū est, pituitosos omnes suscipere humores,membranæ autem subcingenti plus biliosos. Ob hanc igitur causam, quibus pituita naturâ superabundat,rarò à morbo laterali corripiuntur, præsertim si salsedinem,atque acrimoniam aliquam sibi adiunxerit. Talis enim inteſtina mordēs,irritat ad deiectionem: in qua contingit non solùm pituitam, sed plures alias etiam superfluitates excerni. Dicebat verò ipse in

A libro De aere,aqua,& locis,eos,qui habent vētrem naturâ humidum,morbo laterali,atque aliis morborū generibus minimè corripi.

34 Quicunque calui sunt, iis magnæ varices non fiunt: quibus verò caluis varices magnæ superueniunt,ii rursus capillati fiunt.

Quando in viri sapientis libro aliquis sermo inueni tur manifestum habens mendacium,non sine ratione legentes dubitare contingit,& primò quidem sibiipsis diffidere,quasi neque illa,quæ sunt manifesta,noscentibus, deinde suspicari ne falsò fuerit interiectum. Quis enim nesciat caluitium esse passionem insanabilem? Sed neque illud verum est,magnas varices caluis nunquàm aduenire: sicuti nec varicibus aduenientibus, caluitiem cessare,nisi fortè(vt nonnulli inquiunt)vocatum à medicis capillorum defluuium,caluitiū nominet. Illud enim à vitiosis humoribus generatur,sicuti quæ ophiasin,& alopecian nominant: atque ideo cùm iidem humores ad crura decumbunt,possunt varices facere,& capillos restituere. Si enim priùs contigerat vt capilli à vitiosis humoribus corruptis eorum radicibus, corrumperentur, verisimile est,vt eisdem humoribus aliò transpositis, ad primam naturam postmodum redeant.

35 Aqua inter cutem laborantibus,tussis superueniens,malum.

Superuenire passionibus alias passiones, & casus, prisci medici dicere consueuerunt, quæcunque ipsius passionis adauctæ ratione contingere solent. Talis enim est Praxagoræ liber De superuenientibus inscriptus. Sic & nunc de tussi dictum est. Neque enim cùm ex alia fit occasione in homine aquam inter cutem patiente, tussis signum est exitiale,sed quando ipsius morbi ratione. Cùm enim in hydrope aquosa humiditas tantum adaucta fuerit,vt iam asperas occupet arterias, si tussis superueniat,tunc periculum imminet,ne homo haud ita multò pòst strangulletur.

36 Difficultatem vrinæ,vena secta iuuat: secare verò interiores.

Neque hic sermo verus est, nisi Et coniunctionem assumpserit,ita vt Aphorismus talis fiat: Difficultatem vrinę, & venæ sectio soluit. Re vera enim & venæ sectio soluit difficultatem vrinæ,illam videlicet,quę pro pter inflammationem,& multitudinem fit. Quod autem sequitur, Secare verò interiores: si de venis manuū dicitur,neque verum est,neque consentaneum Hippocrati. Videmus siquidem ipsum in omnibus libris suis,in partibus,quę supra hepar sunt,è manibus sanguinem mittere: in inferioribus autem venas,quæ in poplite,vel malleolo sunt,secari iubet. Si quis verò de his ipsum dixisse arbitretur: Secare autem interiores: hoc dictum paruam vim habet. Ab vna enim ambæ nascuntur, quæ in poplite trifariàm diuiditur,quoniam & vna vena ad hoc peruenit membrum,non sicuti ad manum duæ. Melius itaque fuerit & hunc Aphorismum vnum ex adiectis opinari.

37 Ab angina habito si tumor fiat in collo,bonum. foras enim morbus deducitur.

Sermo

Sermo verus est, & causa in promptu. Siquidem ex intimioribus, & principalioribus partibus pasiones confert ad cutem transferri.

38 Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim citò pereunt: non curati verò longius tempus perdurant.

Occultos cancros dixit vel eos, qui sunt sine hulceratione, vel absconditos, hoc est, non apparentes: quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, duplex est. Vnum quidem omnia agere, vt particula patiens ad sanitatem perducatur: alterum autem, eam adhibere prouidentiam, quæ pasioni congruat, hoc est, ipsam mollire, ac mitiorem facere, tum præcipuè cùm adest exhulceratio. Tunc enim est necessarium vt, si non aliud agamus, saltem saniem abluamus, humore aliquo vtentes, non quocunque, sed vel per experiẽtiam, vel per indicationem inuento, qui neque putrefacere, neque iritare partem patientem sit aptus. Ab hac igitur curatione neque abstere conuenit: neque illi, qui sunt sine hulceratione, cancri, indigent ea. Aliam verò, quæ fit per sectionem, vel vstionem, (quæ sola sunt remedia cancrorum) consulit vt in cancris occultis non adhibeamus. Quòd igitur illi, qui sunt in partibus penitioribus, talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Equidem scio omnes, qui huiusmodi cancros curare tentarunt, magis illos iritasse, & breui homines interemisse. Nam & qui cancrum in palato constitutum, & in sede, & in sinu occulto muliebri, vel vsserunt, vel secuerunt, non potuerunt hulcera ad cicatricem perducere, & homines in curatione afflictos, ac maceratos, vsque ad mortem adduxerunt: qui si nullam curationem adhibuissent, longiori tempore vitam cum minori molestia transegissent. Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus: ex eis verò, qui in summa parte corporis hærent, illos tantummodo, quos possumus vnà cum radicibus ipsis, vt quispiam dixerit, resecare. Neque enim malum est per similitudinem radices cancri nominare eas, quæ plenæ sunt sanguine melancholico, venas, & vsque ad loca circunstantia distenduntur. Multi enim magnæ authoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt, sed illos tantùm, qui exhulcerati, simul laborantes molestant, adeò vt ipsi vltro manu curari desiderent, simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnà cum radicibus resecare, & exurere. Quidam verò neque hos amoliri permittunt, sed omnino abstendum consulunt à remediis potentibus in omni cancro. Quòd autẽ Hippocrates nunquàm consuluisset curare potenter cancros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa pasionis natura licet cõiectari. An verò & eos, qui in summa parte corporis hærent absque hulcere, incertum est, quantum ex verbis Aphorismi conici potest. Ipsum verò scripserunt Artemidorus, & Dioscorides, vsque ad ea verba, Melius est non curare.

39 Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita verò & singultus.

Conuulsio (vt & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, vt autem clariùs diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secundum naturam: verùm hic quidem non fit sine animalis appetitu. Conuulsio autem, pasio est inuoluntaria, ad similem venientibus neruosis partibus affectionem, quam etiã A in motibus factis secundum appetitum assumebant. Atqui ex repletione ita nerui intenduntur, vt chordæ in valde humidis ambientis nos aeris cõstitutionibus, atque ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur. Idem verò & in siccioribus constitutionibus accidit. Nam in sese colligunt, ac conuellunt omnia neruosa corpora violentiùs exiccata: veluti lora, si paulò magis ab igne calefiant, quibus similia patiuntur, & quę Solis feruor exiccauit. Conuulsio igitur non absque ratione à contrariis fit causis. Singultus verò concedatur conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum. Quando verò hoc solum studuerimus, vt singultus substantiam cognoscamus, melius fortasis fuerit, non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motum eiusdem quidem generis, quo vomitus, intentiorem tamen illo, & vehementiorem. B Nam stomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipso continentur, expellere, ad duos mouetur casus, vehementiorem quidem in singultibus, mediocrem verò in vomitibus. Siquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in ventriculi spatio latiori continentur, expellere: singultibus autem ea, quæ sunt in ipso ventriculi ore penitiore. Per stomachum nunc à me intellexeris non solum eum, qui ita propriè nominatur, gulam videlicet, sed & ventriculi os. Quæ enim in hoc continentur, ipso appetente ventriculo expellere, singultus fit. Quòd verò eorum, quæ difficulter excernuntur, & quæ veluti in se absorpserit ventriculi os, fiat per singultus excretio, discere licet ex iis, quæ quotidie eueniunt, omnibus ferè, plus minus. Si quis enim acre aliquid, veluti piper per se solum deglutierit, vel cum melle, vel aliquo alio, & posteà vinum biberit aqua calida temperatum, C statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius verò acrimonia ventriculum molestante: vnde conatur motu violentiore rem infestantem expellere. Demonstratum autẽ est à nobis in libro De causis casuum, & tusim, & sternutationem, & rigorem ex talibus motibus esse.

40 Quibus dolor circa præcordia fit absque inflammatione, iis febris superueniens dolorem soluit.

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales casus appellare. Fit autem dolor propter quandam similem inflammationi affectionem. Sic autem nominata est, quoniam D & erysipelata dolor consequitur. Quando igitur non ob talem affectionem dolor præcordia occupauerit, & morsus sensus abfuerit, relinquitur, vt dolor fiat, vel propter obstructionem, vel propter spiritum flatuosum, vel ob aliquam intemperiẽ inæqualem, quę omnia febrilis calor aptus est naturâ sanare: hæc quidem incidens, extenuans, atque dissoluens, hæc verò ad temperaturæ æqualitatem perducens.

41 Quibuscunque suppuratio in corpore existens non innotescit, iis ob crassitudinem puris, aut loci non innotescit.

Duplex est huius loci scriptura, & duplex expositio, & vtraque non caret ratione. Nam & propter puris crasitudinem, & propter loci, sæpius occultatur puris in aliquo loco comprænhensi notitia. Rectè ergo

Galen. Tom. IIII. Z

nonnulli ſcripſerunt: His propter loci craſsitudinem. nonnulli verò: His propter puris craſsitudinem non innoteſcit.

42 Morbo regio laborantibus ſi fiat hepar durum, malum.

Morbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione: tunc enim durities oſtendit vel tumorem prædurum, vel inflammationem in hepate exiſtere, quemadmodum & ſine hac contingit aliquando, propter eius obſtructionem, morbum regium aduenire: contingit & ipſa natura per modum criſeos humorem exupurantem in venis contentum, ad cutem expellente.

43 Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorũ capiuntur, iis ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua inter cutem, aut læuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.

Oportuit huic Aphoriſmo illum præponi, in quo dicit: Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum. Sed ille quidem inter ſequentes ſcribitur, quatuor tantùm interiectis. Nobis autem neceſſarium eſt nunc ipſius meminiſſe. Quicunque enim lienoſi ſunt, hoc eſt, qui durum iam diu habent lienem, iis ſuperueniens difficultas inteſtinorum, ſoluit affectionẽ, quando ſcilicet ratione tranſpoſitionis, atque euacuationis humorum craſſorum, ac melancholicorum lieni inferiorum euenerit. Sed quoniam ſæpius huiuſcemodi euacuationes vltra modũ extenduntur, & noxiæ ſunt laborantibus, conuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas inteſtinorum, oſtendit, quæ talibus aduenit affectionibus. Læſis ſiquidem inteſtinis à tranſitu vitioſorum humorum, & vis eorum laborat, & temperies natiui caloris aboletur. Ob hanc igitur cauſam, & aqua inter cutem, & læuitas inteſtinorum, ſuperueniunt: læuitas quidem inteſtinorum, ex ſola inteſtinorum læſione: aqua verò inter cutem, propter hepatis compaſsionem, atque lienis, & omnis venoſi generis.

44 Quibus ex ſtillicidio vrinæ, ileos ſuperuenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit.

In ileo nihil exit inferiùs, neque ſi quis acerrimo vtatur clyſtere. Vomitus autem ſtercoris aduenit iis, qui exitialiter ſe habent. Quòd igitur intercluſa inferiori via exitus, hæc paſsio fiat, quódque in tenuibus inteſtinis, non autem in craſsis, omnes ferè fatentur. Cæterùm quòd propter inflammationem, & propter obſtructionem ſtercoris duri, vel humorum craſſorum, atque tenacium, dictum eſt à pluribus. Mihi verò videtur inflammationem, vel durum tumorem, vel abſceſſum, tantam facere poſſe loci anguſtationem, vt nihil poſsit ad inferiora tranſmitti. Quòd autem humores craſsi, atque tenaces in cauſa ſint, non admodum mihi videtur probabile. Verùm & hoc (ſi libeat) ponito, & ſi quid aliud dicatur præter hoc. Verùm id, quod eſt ab omnibus ferè receptum, qui Aphoriſmos expoſuerũt, incredibile mihi admodum videtur. Aiunt enim inſuper quòd quando veſica inflammatur, anguſtia loci ex A compreſsione in quibuſdam inteſtinis facta paſsionem affert, quæ ileos nominatur. Ego verò multos, qui mingere non poterant, me puto in tota vita mea vidiſſe, nonnullos tantùm periclitatos, non paucos etiam mortuos, quibus tunc manifeſtè omnibus ſecundum propriam circunſcriptionem plena veſica apparebat, adeò vt ſupra modum eſſet extenta: dolórque, vt par eſt, inde accreſceret: & tamen nullus eorum factus eſt ileoſus. Quomodo igitur quiſpiam vnquam perſuaderetur, ob veſicæ inflammationem anguſtiore facto inteſtino, ileon aliquando prouenire? Non magis ſanè, quàm ex tumore vteri in muliere grauida. Siquidem vſque ad præcordia prægnantium tumor extenditur, & magis comprimere poteſt, atque anguſtare inteſtina tenuia: veſica verò ſi in tumorem attollatur, ſolum poteſt rectum comprimere inteſtinum. Quidam B verò etiam dicunt abſurdius, quòd febris ſuperueniens conferat ileo. Nam febris quidem in inflammatione veſicæ non abſque ratione fieret, quin quantò illa maior, ac grauior, tantum augeri febrem contigeret, cùm cauſa ſit inflammationis. Ileos verò (vt ipſi aiunt) ex inflammatione ortum habuit, & vnam tantùm ſpem habet ſolutionis, inflammationis ceſſationem, cum qua etiam febrem ſedari eſt neceſſarium. Bonum igitur ſignum ſolutionis earum, quæ ſunt in ileo, paſsionum, eſt febris, vel remiſſa, vel ſoluta. Superueniens autem febris, vel aucta, neque bonum ſignum eſt, neque cauſa bona. Nouimus enim illis tantùm morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando quidem ſola, aliquando verò cum humoribus crudis, pituitoſis, vel flatuoſis ſpiritibus. Melius eſt itaque, ſi fateamur nos ignorare, quæ in hoc Aphoriſmo Hippocrates dixerit: C neque enim ratio, eorum indicat veritatem, neque experientia docet. Tertium autem nihil habemus ad fidem faciendam. Quòd ſi vnquam talis ægrotus viſus eſt, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio, (neque enim an legitimus ſit hic Aphoriſmus, dicere poſſum) multitudinem humorum crudorum vnà cum multa frigiditate, melius eſt talium in ileo cauſam, qui dicti ſunt, cauſam arbitrari. Sic enim tantùmodo febris eſſet medicina huiuſce affectionis, & retentarum vrinarum euacuatio. Nam re vera conſueuerunt vrinæ craſſæ, & plurimæ, repentè ſimul illis concoctis euacuari.

45 Hulcera quæcunque annua ſunt, aut etiam diuturniora, os abſcedere eſt neceſſarium, & cicatrices cauas fieri.

D Quæcunque hulcera longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniente, vel ſi facta ſit, rurſus reſoluta, nihil videlicet medicis in curatione delinquentibus, neceſſe eſt vel propter influxum vitioſorum humorum, vel propter affectionem in membro longo tempore contractam ex humoribus influentibus, vel ob aliquam affectionem oſsis in eo loco corrupti, difficulter ſanari. Talia itaque hulcera ſemper maiora, & deteriora fiunt: atque hæc omnia phagedænas antiqui nominabant. Quidam verò poſteriores ea diſtinguere cogitarunt, propriámque ſingulis appellationem indiderunt, quædam chironia, quædam telephia, quædam phagedænas nominantes, aliáſque curioſas adhuc magis appellationes afferentes. Nobis verò ſufficiet ex iis: quæ aliquid loci circunſtantis occupant, alia herpetas, id eſt, repentes nominare, quæ ſummam cutem tantùm infeſtant: alia phagedænas, id eſt, exedentes, quæ carnem

carnem subiectam corrumpunt. Nam quod putridum, atque depascens à nonnullis hulcus vocatur, non est propria hulceris differentia, sed affectio mista ex hulcere, atque putredine. Scimus autem quòd & absque hulcere putredo ipsa per se ipsam in multis corporis partibus cōsistit. Vocatur etiam anthrax, id est, carbo, hulcus quoddam crustosum, cui adiungitur multus partium circunstantium feruor. Hæc igitur propriam habuere appellationem, anthrax, phagedæna, & herpes. Quæcunque verò hulcera fiunt sine dictis casibus, hæc ipsa per se ipsa solebant antiqui hulcera tantùm nominare: de quibus nunc Hippocrates loquitur, edocens, quæcunque talia sunt hulcera, in longum tempus protrahi. Videtur autem & experientia rationi adstipulari: multáque sæpius ex hoc genere hulcerum, cùm non post multum tempus fuerint ad cicatricem perducta, rursus inflammantur, ac iterum disrumpūtur, ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem aliquam ob causam: Quando ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patienti, exiccata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur: rursus verò paulatim aliqua influente sanie ex osse corrupto, in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio consequitur, à quo quidem tota superficies eroditur, caro verò exhulceratur. Quænam igitur est talium sanatio hulcerum? Non profectò alia, quàm ab ipso scripta in libro De hulceribus, & à nobis in tertio De arte curatiua demonstrata. Siquidem hulcera omnia exiccari oportet, præcipuè verò in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est, vt abscedat pars ossis, quæ vitiata est. Quare non absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abscessus amplitudinem.

46 Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

Gibbos solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines conuexos appellant. Nam & verè eis est spina in partem posteriorem conuexa. Conuexo igitur opponitur cauum, gibbo recuruum. Sed hæc quidem de sola spina Græci dicunt, illa verò de omnibus. Quomodo verò gibbi fiant, ipse narrauit in libro De articulis, sicuti & de recuruis, distortis, atque emotis. Hæ enim sunt propriæ, atque præcipuæ spinæ affectiones. Oportet autem illum, qui vult istarum affectionū habere notitiam, iis, quę in eo libro scribuntur, pleniùs incumbere. Nunc verò à nobis ea dicentur, quę ad propositum Aphorismum videntur vtilia. Gibba fit spina aliquando propter ictum, aut casum: gibba etiam fit propter quædam tubercula dura, quæ in parte anteriore consistunt: à quibus si quando vna vertebra trahitur ad anteriora, recurua fit eo loco spina: ita & si plures fuerint se ordine consequentes. Quando verò non fuerint continuæ hæ, quæ tenduntur, vertebræ, gibbositas fit tantum partibus retro tendentibus, quantum vertebræ extentæ sunt ad interiora reflexæ. Nam hoc fieri videtur in omnibus duris mediocriter tentis, veluti calamis, viminibus, virgis, & omnibus aliis huiuscemodi. Dictum est de his pleniùs in expositionibus libri De articulis. Nunc verò eos, qui gibbi facti sunt ex asthmate, & tussi, ante pubertatem citò inquit interire. Neque enim vult in his thorax, vt ipse dixit, déinceps augeri, atque ideo magna angustia premuntur ea, quæ respirationi obseruiunt, instrumenta. Omnibus siquidem est commune, qui sponte gibbi facti sunt, hoc est, quibus sine ictu, vel casu spina passa est propter dura tubercula, & concoqui difficilia tales fieri. Sed cùm multa sit in tuberculis quoad tumorem, duritiem, & locum, in quo consistunt, differentia, quæ dura simul, ac magna sunt, statim difficilem faciunt hominibus respirationem: quę verò ex suo humore aliquid ad asperam mittunt arteriam, reddunt tussiculosos. Verùm quæ talia sunt vt mittant ex suo humore aliquid, non sunt dura exquisitè, atque ideo necessarium est eis suppurari aliquando & hominem occidere. Quæ verò nihil mittunt, ex crassis humoribus ortum habent, atque ob id dura sunt, & incocta, & longo permanent tempore antè quàm suppurentur, atque ideo non perimunt hominem. Quæ verò vnà cum tussi ortum habuere, properant ad suppurationem, atque ideo sunt exitialia. Sic & quæcunque cum difficili respiratione fiunt, sunt iis, qui adhuc augentur, perniciosa. Vel enim hæc magna sunt, vel in loco thoracis ad vitam opportuno. Cùm igitur pulmo vnà cum corde in talibus augeatur, locúsque continens minor efficiatur, costæ verò non augeantur, & se flectendo, propter gibbositatem thoracem faciant angustiorem, necessarium est, tantam breui tempore fieri respirandi difficultatem, vt homo corrumpatur. Nam si nondum gibbositate superueniente, propter solos tumores extra naturam difficilem habebant respirationem, quid debemus expectare, cùm tubercula sunt processu temporis adaucta, thorax autem factus angustior? Quòd autem, cùm multæ sint spirandi difficultates, solam illā Hippocrates asthma cōsueuerit nominare, in qua contingit valde crebrā respirationem fieri, clarum admodum existit. Appellántque nunc homines eo nomine, illam, quæ fit in cursibus, & vehementioribus exercitiis, respirationem: Hippocrate autem posteriores, & passionem aliquam pectoris diuturnam, nonnulli simpliciter asthma nominant, nonnulli orthopnœam, quando absq; febre ægroti iugiter respirationem habent difficilem.

47 Quibuscunque venæ sectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet.

Liquet quòd de iis, qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuentur, nunc sermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ sectionē, si plenitudinis morbis corripiuntur: vel per purgationem, si eis, quæ ex corruptione proueniunt. Nos itaque plurimos ita seruauimus annos, qui longo antè tempore singulis annis morbis capiebantur: atque podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & sanguinis spuitionem, morbum comitialem, apoplexiam, melancholiam, & alias huiuscemodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationem sustulimus. Venæ itaque sectio, commune auxilium est earum, quæ ex plenitudine fiunt, affectionum: purgatio verò quantuis si secundum genus inaudias, vnum quoddam auxilium existat, non tamen secundum speciem. Nonnullis siquidem confert, humores pituitosos euacuare, nonnullis verò amaram bilem, nonnullis atram, nonnullis serosam superfluitatem: secundum naturam earum, quæ consueuerunt superuenire, passionum. Velut quidam singulis annis incidit in melancholiam, nisi

purgetur:& est res mira, quomodo morbo iam inchoante, statim homo præsentit primam eius generationem:& me aduocato, purgatis humoribus atris, cesset protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quòd & superfluitates expelluntur,& quòd ex acritudine eorum, quę excernuntur, parumper aperitur os venæ, quam vocant hæmorrhoida, per quam excernitur pars aliqua sanguinis vitiosi consueti euacuari: quo retento superuenit melancholia. Purgo igitur ipsum, non vere tantùm, sed etiam autumno. Nam si ex contemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum non anticipauerit, casus persentit passionis. Sic & mulierem quandam, singulis annis vere inchoante similiter euacuans, cùm aliquando tumorem cancrosum in mamilla pateretur, forti, atque frequenti medicamento purgante atram bilem, ad sanitatem perduxi. Et si quando purgatio omitteretur, dolorem profundum sentiebat:& me aduocato, statim volebat euacuari. In altero elephantem inchoantem, primùm per venæ sectionem,& purgationem sanaui:& singulis annis rursus huic sufficit vna purgatio: & ea omissa, statim passio innotescit. Morbi itaque huiuscemodi, atri humoris exigunt purgationem: comitialis autem,& apoplexia,& anhelatio, pituitosi: articulares autem, si cum multa fuerint caliditate, amaram bilem volunt euacuari: si verò cum frigidis tumoribus, pituitam. Quidam alius tempore æstiuo semper febribus tertianis corripiebatur: sed multis iam annis nō febricitauit, quoniam à nobis purgari circa finem veris anticipauit. Sic enim melius est, tales euacuare, sicuti illos, qui morbo comitiali, apoplexia, & melancholia,& articulari, & aliis passionibus, quæ ex crassis humoribus generantur, præstat circa veris initia euacuare: de quibus omnibus seorsum à nobis scriptum est in illo tractatu, qui inscribitur, De iis, qui verno tempore egent euacuatione. Est autem iste tractatus pars totius salubris tractationis.

48 Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.

Paulò anteà hunc Aphorismum exposui, cùm sermo habebatur de Aphorismo in hunc modum scripto: Quicunque lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, iis longa facta intestinorum difficultate, aqua inter cutem superuenit, vel læuitas intestinorum, & moriuntur. Quare isti nunc proposito nulla est expositio necessaria.

49 Quibuscunque morbi podagrici fiunt, ii sedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decumbente. Hanc autem fluxionem suscipiunt primùm quidem loca articulationum, déinceps circunstantia omnia vsque ad cutem. Quia verò imple ri dicimus articulationes, liquet etiam esse necessariū, ea, quæ ipsis circumiacent, ligamenta extendi. Neruos enim, & tendones non est rationabile in ipsis inflammari, sed solùm dolere, qui simul cum articulationibus extenduntur, argumento, quoniam visus est nunquàm podagricus pati conuulsionē, quæ frequenter solet in neruorū, ac tendonum inflāmationibus aduenire. Verùm intentio sanationis in eis, communis est omnibus inflammatione laborantibus. Nam discutiatur oportet id, quod ad pedes fluxerit, si quidem tenuiorem habuerit substantiam, tempore breuiore: si verò crassam vel tenacem, longiore: longius adhuc multò tempus requiret, si simul crassum, atque tenax illud, quod defluxit, existit: vltra tamen spatium dierum quadraginta non prorogabitur curatio inflāmationis, si & medicus in suo opere non aberrauerit, & æger illi in omnibus obedierit. Quæ verò carnosas partes occupat inflammatio, morborum acutorum subiicitur termino, diebus scilicet quatuordecim: quoniam carnis substantia mollior est, ac rarior ligamentis: vnde & tardiùs inflammari incipit natura ligamentorum, tendonum, atque neruorum, quum vulnerata fuerit, & longiori tempore ad consistentiā inflammationis peruenit, ac tardiùs sanatur. Qua enim ratione vix aliquid in se humoris externi suscipiunt, cùm duræ sint, ac densæ huiuscemodi partes, hac ipsa ratione cum difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminum integræ solutionis non diem quartumdecimum, sed quadragesimum posuit: quia qui in articulationibus humores insunt, per ligamenta ipsas amplexantia oportet per modum vaporis euacuari, item qui in ipsa ligamenta inciderunt. Meminit autem & in Prognostico quadragesimi diei, vt in quo iudicantur quæcunque non sunt diuturna exquisitè, & acutorum terminum exciderunt. Dictum autem est pleniùs de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

50 Quibuscunq; præciditur cerebrū, iis necesse febrem, & bilis vomitum superuenire.

Præciso cerebro febris aduenit ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiente inflammationem, subsequitur febris. Bilis verò vomitus fit compatiente ventriculo propter eius cū cerebro communicationē, ore pręsertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quædam neruorum coniugatio. Consueuit quidem & aliter in magnis doloribus, atque mœroribus fortibus ad ventriculum fluere biliosa superfluitas:& multò magis quum ipse malè affectus fuerit. Ad ea enim, quæ talia sunt, feruntur partium proximarum superfluitates, præsertim quæ tenuem habent substantiam, qualis est ipse biliosus humor, atque cum eo quæcunque serosa superfluitas, quæ sæpius in vomitibus bili commiscetur. Siquidem raro admodum accidit vt bilis ex quisita euomatur, cui serosam superfluitatem non videamus admistam. Apparet autem & in sanis, cùm diu à cibo abstinuerint, in illis præsertim, qui naturâ sunt biliosiores, tales in ventriculum humores admitti, quod & ipsius morsus, & vomitus manifestant. Non solùm autem cerebro vulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circunstante, quæ cùm in multis partibus sit cerebro agnata, citissimè ei communicat proprias affectiones. Erasistrati autem sectatores quum membranas velint esse principia neruorum, membranam crassiorem inquient suæ naturæ ratione, si sola sit vulnerata, tales afferre casus. Si verò vsque ad cerebrum vulnus peruenerit, quoniam ambæ membranæ prius illud admiserint, sic nuper dictarum sequi affectionum ortum fatebuntur. Dixi autem Erasistrati sectatores, & non ipsum Erasistratum talia dicturos: quoniam cùm iam senex esset, (vt illi inquiunt) scripsit libros sectionum, in quibus cerebrum esse neruorum principium demonstrauit. Dictum autem est de his in commentariis De Hippocratis sectione.

Quicun

51 Quicunque sani dolore capitis repentè capiũtur,& statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprahenderit.

Mutos solet Hippocrates nominare non eos tantùm, quibus læditur vox, verùm per exuperantiã quandam vnà cum eius læsione dat nobis intelligendas omnes, quæ sunt secundum electionem, operationes. Nonnunquam igitur illis oblæsis non interit sensus. Quos igitur ipse mutos appellat, contingit esse sentientes: sed sæpius vtraque patiuntur: & talem affectum vocant apoplexiam. Est autem & hæc alia quidem debilis, alia verò fortis: atque ideo dixit: Soluere apoplexiam fortem impossibile, debilem verò non facile. Videtur autem nunc fortis apoplexiæ indicium apposuisse, quod stertere dixit: quod etiam profundè dormientibus accidit quoad affectionis similitudinem. Nam quanuis diuerso modo contingat, vtrisque tamẽ, quia quid habent commune ambobus, eius, quæ fit per neruos, operationis debilitas. Dictum est de his ampliùs in ea, quæ De locis affectis inscribitur, tractatione. Nunc verò quantum ad expositionem Aphorismi sufficiet, dicetur à nobis. Quibus sanis dolor in capite repentè aduenerit, causam referre oportet in primis ad spiritum flatuosum: interdum verò & ad influentis vniuersim materiæ multitudinem, quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam indicant casus, qui post dolorem superuenerunt, per quos & quòd sit quædam materia pituitosa, commonstratur: atque idcirco febris superueniens soluit affectionem, vt quæ calefaciat, extenuet, atque resoluat spiritum flatuosum, & pituitosos humores. Fit autem hoc nõnunquam tribus diebus, aut quatuor, nonnunquam verò pluribus, non tamen vltra dies septem: quia pars est principalis: tales verò partes non diu tolerant fortes simul, ac diuturnas pasiones: vt sæpius ostendimus.

52 Oportet verò & considerare oculorum in dormientibus suspectiones. Nam si quid album non commissis palpebris subinspicitur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & lethale valde.

Aut ob palpebrarum siccitatem, aut propter potentiæ ipsas mouentis imbecillitatem, aliquid albi subinspicitur, cùm oculi integrè claudi non possint. Ob hoc igitur ipsum in alui profluuiis, & medicamentorum purgantium potionibus, oculorum albedinis aliquid subinspicitur quando dormierint. Nam totum corpus exiccatur, & vires fiunt imbecilles ex talibus euacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniam sunt naturâ siccæ. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur, eodem modo & similes corporis partes. Et quidem quòd potentia existente imbecilli, non possint exquisitè oculos claudere, sed neque os, vnde hiantes dormiunt: liquet vnicuique rei naturam diligentiùs animaduertere volenti.

53 Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores: quæ verò cum studio, periculosiores.

Galen.

A Nulla quidem desipientia secura est, minùs verò periculosæ, quæ cum risu fiunt: sicuti temerariæ, vt ipse nominat, omnium periculosissimæ: in medio autem ambarum sunt, quæ cum studio fiunt. Fiunt autẽ omnes patiente cerebro, siue primò, & per se ipsum, siue per compatiendi rationem: differunt autem inuicem per causas ipsas efficientes. Quæcunque enim ex sola fiunt caliditate sine humore vitioso, similes quodam modo sunt eis, quæ ex ebrietate contingunt. Quæcunque verò ex flaua bile cum studio perficiuntur, ipsa verò multùm exusta, vt iam magis ad atræ bilis naturam accedat, sunt insaniæ satis furiosæ. Nam oportet ad memoriam reuocare ea, quæ in aliis locis de atra bile præfiniuimus, quòd quædam ex flaua bile superassata gignitur, quæ omnino molestissima est. Quæ verò ex sanguinis (vt quispiam dixerit) limo, ac fæce, crassior quidem est illa secundum substantiam, sed plurimùm differens prauitate qualitatis. Dictum autem est, quòd eã, quæ est veluti fæx sanguinis, quum volumus exquisitè loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicũ. Nominibus verò abutentes, & atram bilem aliquando vocamus, quoniam si non priùs euacuetur, pauló pòst atra futura est.

54 In acutis pasionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum.

Infantes sæpe videntur, quo tempore plorant, inspirare inspiratione interrupta, stante interim thorace, déinde rursus id quod deest, adiiciente: quod ipse in Epidemiis in hunc modum explicuit. Duplex intrò reuocatio, veluti superinspirantibus. Et accidit hoc nonnunquam potentia fatigata, nonnunquam ex duritie instrumentorum, nonnunquam verò ambabus causis simul conuenientibus, sed & aliquando propter aliquam musculorum pectoris similem conuulsioni affectionem. Nam & vis imbecillis, quando nequiuerit thoracem vno impetu tantum attollere, quantum animali est necessarium, in media primùm consistit operatione, déinde cum impetu iterum se effert: & durum instrumentum, cùm non promptè sequatur potentiam attollentem, ab ipsa vibratum violenter attollitur. De affectione autem simili conuulsioni, quid oportet dicere quòd talem faciat respirationem? Nam si frigus vel musculos thoracis apprehenderit, vel neruos, durities quædam instrumentis aduenier, & motus conuulsioni similis, quam febris sua est apta naturâ sanare, & calida auxilia. Febre verò cum his existente, non possumus causari musculorum thoracis, siue neruorum frigiditatem, sed vel duritiem, quæ facta est, vel virium imbecillitatem, vel conuulsioni similem affectionem. Quicquid verò horum in causa sit, non est bonum vt in morbo acuto contingat. Si igitur de sola prædicta motione instrumentorum respirationi obseruientium, luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finẽ expositio peruenit. Sin autem & cum aliquo tali sonitu vult dictam contingere respirationem, qualis flentibus accidit, vltra dictas causas quandam ostendet dolorosam affectionem, ex qua veluti flentes, vel gementes, vel aliquem mistum ex vtrisque sonum edentes, in hunc modum respirant.

55 Dolores podagrici vere, & autumno, magna ex parte mouentur.

Podagricæ pasiones, sicuti & omnes aliæ articulares, vere augentur, atque ideo ipse superiùs in enumeratione morborum vernalium, etiam articulariũ com-

meminit, in quibus etiam podagrici continentur. Excitantur quidem aliquando & autumno iis, quibus per æstatem tempore, quo fructus maturantur, vitiosi aliqui humores fuerint coaceruati. Ostensum enim à nobis est in commentariis De potētiis naturalibus, quòd singulis partibus sicuti aliæ potentiæ, ita & illa inest, quæ materias infestas excernit. Infestant autem aliquę sua multitudine aggrauantes, aliæ verò aliena qualitate. Secundum vtrunque igitur iis, qui hyberno tempore in victu deliquerint, postmodum verno diuturnæ passiones excitantur, fusis humoribus, & mox à fortibus loca ad debilia detrusis: secundum alterum verò, tantummodo autumnali.

56 In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus, stuporem corporis, vel conuulsionem, vel furorem, vel cæcitatem significant.

Fiunt quidem & propter pituitosum humorem, apoplexiæ, conuulsiones, & cæcitates oculorum: Fiunt & propter melancholicum, quoniam communis vtrisque est harum quæuis passio: non tamen furor est passio communis. Nunquàm enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cùm ad eius generationem humor iritās, ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidem flaua bilis, melancholicus autem humor non semper, sed cùm supra modum exustus, aut putrefactus, malignam induerit acrimoniam.

57 Apoplexiæ autem fiunt, maximè à quadragesimo anno vsque ad sexagesimum.

Non tamen apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo, quæ ex atra sola fit bile, contingit aduenire iis, qui dictam agunt ætatem, quoniam in his maximè abundat atræ bilis humor, quemadmodum etiam in autumno. Quod si volumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse verus, iungendus est cum priore Aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melancholicis ad hęc periculosi decubitus, stuporē corporis, qui homines occupat à quadragesimo anno vsque ad sexagesimum.

58 Si omentum excidat, necessariò putrescit.

Propter breuitatem falsus esse videbitur hic Aphorismus iis, qui nō rectè ipsum inaudierint. Quod enim dicitur, huiusmodi est: Quando exciderit, hoc est, quando nudatum fuerit, & extra peritonæon, id est, membranam abdominis interiorem, omentum exierit, non contingit ipsum ad locum proprium restitutū, sanum, & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extrà prodeat, veluti intestinum, aut aliqua visceris fibra.

A Illa etenim, nisi longo tempore frigefiant, quando vulnus in parte ventris superiore factum, ad cicatricem perductum fuerit, pristinam recipiunt temperaturam. Omentum verò, etiam si minimo nudetur tempore, reductum putrescit: quam ob causam medici partem illam, quæ fuerit nudata, solent resecare. Hanc igitur sententiam habet Aphorismus, licet cōfusiùs in verbis dictis proponatur. Si quis verò dicat se aliquando vidisse omentum, quod paruo tempore extrà prodierat, deinde ad suum locum reductum non putruisse, perpetuam is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem: illud tamen non tollet, quòd magna ex parte solet accidere. Commune siquidem est huic Aphorismo cum aliis ab Hippocrate dictis, vt perpetuum quiddam ex figura dictionis ostendatur, quanuis res ipsæ nō semper eodem modo eueniant, sed licet rarò interdum

B etiam aliter accidant.

59 Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis excidit coxa, & rursus incidit, iis mucores superueniunt.

Sæpe in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorem appellant: à quo madefacta articulationis ligamenta, laxiora redduntur: atque ideo facilè à cauitate articulus excidit, & rursus nō cum difficultate incidit, quæ nunc ait accidere iis, qui ita morbo laborant coxendicum. Quando autem coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere, quomodo etiam in libro De articulis dicebat: Articulum humeri vno modo noui lubricare. ac si dixisset ipsum humerum.

C 60 Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa, iis crus tabescit, & claudicant, si non vrantur.

Hunc Aphorismum non debemus à superiore seiungere, sed ipsum coniungentes, ita vnum sermonem intelligere. Vult enim dicere, quòd à coxendicū morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, & rursum incidit, necessarium est processu temporis crus contabescere, nisi priùs vrendo mucorem exiccemus: quod in libro de articulis consulit fieri in brachio iugiter excidente. Nam & nunc eadem est sermonis vis, cùm ipse suadeat aduri coxam, sicut in libro De articulis docebat: vt & id, quod mucosum est, absumatur, & laxitas cutis, ad quam articulus lubricat, magis ex adustione contracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Quòd si ob multitudinem mucoris extra suum locum diu coxa steterit, (est enim hoc quidem claudicatio) necessariò crus contabescet, vt etiam aliis omnibus solet accidere, qui priuati motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt.

CLAVD.

CLAVDII GALENI IN Aphorismos Hippocratis, Liber Septimus,

Nicolao Leoniceno Interprete.

OMNES ferè, qui anteà scripserunt expositiones Aphorismorum, circa initia quidem vltra id, quod est vtile, sermonem extēdunt: in processu verò ita remittunt, vt primò quidem quoad vtile fuerit tantum progrediantur, deinde verò infra id etiam subsistant, & postremò vsqueadeò contrahant expositiones, vt nec animaduertant quosdam Aphorismos esse nothos, atque planè falsos. Verùm vt qui sunt in disputationibus fatigati, promptè ad omnia annuunt, sic & ipsi omnes admittunt quoscūque scriptos inuenerint Aphorismos, & ad vltimam suis in expositionibus breuitatem deueniunt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cùm alias eorum absurditates conati sumus euitare, tum omnes ex æquo studuimus facere expositiones, quæ & veritatem, & vtilitatem artis intenderent, & interpretando neque se ad extremam breuitatem contraherent, (hoc enim libro conuenit, non libri expositioni) neque ad tantam prolixitatem effunderent, quantam ipsi in principio expositionum instituerunt. Id autem, quod optimum est in omnibus sermonibus, quod quidem seruat mediocritatem in vnaquaque tractatione, à principio vsque in finem seruare studuimus.

A

1 In morbis acutis frigus partium extremarum, malum.

In morbis diuturnis: qui præsertim sunt sine febre, & hyeme, & ætate senili, partes extremas corporis, veluti nares, aures, pedes, & extremas manus frigidas fieri, nihil absurdum. Non tamen in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis: qui vehementissimis accidit viscerum inflammationibus. Acutos autem ipse ait vocari morbos, quorum febres omnino continuæ sunt: in quibus cùm fuerint sine magna inflammatione, nedum extrema frigescere, sed exuri contingit. Cùm verò inflammationis calor adeò vehemens fuerit, vt ad se trahat per modum cucurbitulæ ex toto corpore sanguinem, iis, qui ita se habent, viscera peruruntur, extremæ autem partes frigescunt propter defectum sanguinis ad viscera se recipientis: & eorum plerique neque tegumenta tolerant propter incendium, quod in viscere sentiunt.

2 In osse ægrotante caro liuida, malum est.

Non enim in mediocribus ossium læsionibus, sed fortibus putrilaginibus talis species coloris circunstantibus aduenit carnibus, extincto in eis scilicet calore natiuo.

Galen,

3 A vomitu singultus, & oculorum rubor, malum.

Qualis affectio est conuulsio musculis, talis est singultus stomacho: qui humoribus infestantibus aduenit, nonnunquam totum ventriculum, plerunque verò os, & stomachum ipsius, quos per vomitiones abiiciens, statim à singultu liberatur. Qui si neque per istas cessauerit, duorum alterum ostendit, vel cerebrum neruorum principium, vel ventriculum pati non mediocrem inflammationem. Rubor verò oculorum vtranque sequitur affectionem, sed præcipuè illam, quæ in cerebro existit similis inflammationi.

4 A sudore horror, non bonum.

Quòd iudicatoria, quæ non iudicant, partim mortalia, partim malè iudicantia sunt, ab ipso dictum est, quoniam natura in huiuscemodi affectionibus morbo succumbit.

B

5 A furore difficultas intestinorum, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bonum.

Difficultatem quidem intestinorum, vel aquam inter cutem transmutationis ratione esse furoris sanationē, non est extra rationem, cùm à capite noxii humores trāsferantur ad inferiora. Mentis autem alienatio tantum abest vt sit furoris solutio, quòd quispiam magis diceret esse incrementum. Atqui si modò re vera Hippocrates continuum, atque vehementem furorem, alienationem mentis nominauit, quendam ita nouimus à furore mediocri, quo prius detinebatur, fuisse liberatum: vnde ratiocinādo perpendimus ex vehementi motu causarum efficientium furorem, solutionē fuisse subsecutam: quemadmodum in morbis acutis vehementissimi casus solent aliquando bonas crises operari.

C

6 In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones synceræ, malum.

Fastidium cibi per se ipsum prauum est signum in morbis diuturnis. Nam in iis, quià talibus morbis sunt euasuri, contrarius affectus solet accidere, vehemens scilicet ciborum appetentia. Quare cibi fastidiū haudquaquam bonum est signum: multò verò magis, quando fuerint etiam prauæ deiectiones. Synceras verò deiectiones nominauit impermistas aquosæ humiditati, quoniam solus humor euacuatus deiicitur, siue sit biliosus, siue melancholicus, siue porri colorem prę se ferens, siue bilis, quæ æruginosa nominatur. Nam deiectiones huiuscemodi exustam esse omnem natiuam humiditatem à calore febrili demonstrant.

7 Ex multa potatione rigor,& desipiẽtia,malum.

Quòd quidem multa potatio,non aquæ,sed vini potionem significet,vnicuique manifestum. Desipiunt autem ex talibus potionibus aliqui, capite oppleto plurimo sanguine, ac spiritu calido. Ob hanc ipsam verò causam & calidiores redduntur, præcipuè quidem caput,sed & corpus vniuersum.Pauci enim ex ipsis sunt, qui cum desipientia rigeant, in quibus calor natiuus non accenditur,sed ob multitudinem extinguitur,sicuti ignis lignorum multitudine superiniecta, & lucernæ flamma oleo vniuersim superfuso.

8 A turberculi intus ruptione, exolutio,vomitio,aut animi defectio fit.

Tuberculum nominauit,quod in aliis ipse solitus est vocare suppurationem. Intus verò ipsius ruptionem, ad ventriculum dicit. Ad hanc enim consequitur vomitus,sicuti tuberculorum in thorace,atque pulmone ruptio,non vomitiones,sed ex necessitate quidem tussim excitat,sæpius etiam strangulat:quemadmodum suppurationum ad intestina ruptiones,puris faciũt deiectionem. Commune autem omnium ruptionum est exolutio,& animi defectus,propter vitalis spiritus excretionem,vt alibi à nobis est demonstratum.

9 A profluuio sanguinis,desipientia,ac conuulsio,malum.

Hic Aphorismus magnam nobis affert vtilitatem ad credendum, quòd aliquando fiat desipientia ex defectu, modo simili, quo manuum, ac pedum tremores. Nam & hæc membra propter potentiæ ipsa mouentis imbecillitatem, infirmas habent motiones, & cerebrum vacillantes,quapropter neque vehemens est hoc desipientiæ genus,sed mediocre,atque vt quispiam diceret, delirans. Ipse siquidem solet mediocrem insaniam,delirium nominare. Si ergo conuulsio aliquando tali desipientiæ coniungatur, omnino salus est desperata. Quædam igitur exemplaria, cum Et, copulatiua coniunctione,scripta sunt,quædam autem Vel,disiunctiuam,quam vocant,habent,secundum quam desipientia non bonus est casus post sanguinis fluxum, etiam si sola contigerit,multò autem magis conuulsio, etiam si absque desipientia facta fuerit. Maximum verò malum est ambarum conuentus, quando vel sola conuulsio ex immoderata euacuatione,casus sit admodum exitialis: nam desipientia minus malum est.

10 Ab ileo vomitus,singultus,desipientia,vel conuulsio,malum.

In ileis nihil subit deorsum, & hoc est proprium inseparabile passionis. Vomitus autem non semper adest,sed quando exitiales sunt:& si vehementiùs distorqueantur,stercus etiam eis ascendit, atque singultiunt. Quidam verò desipiunt,& conuelluntur, compatiente neruorum principio stomachi passioni. Hæc verò mihi fieri videntur ab intestinis, in quibus passio talis existit,à se expellere stercus appetentibus, quando longitudine temporis cœpit molestare, & non potentibus se exonerare propter eam, quæ facta est in partibus inferioribus, obstructionem, sed coactis contra naturam violenter moueri, & ad loca superiora materiam noxiam extrudere.

11 A morbo laterali inflammatio pulmonis,malum.

A In pluribus quidem exemplaribus in fine Aphorismi adiectum est Malum. In quibusdam verò ita simpliciter scribitur: A morbo laterali inflammatio pulmonis. Volentibus illis,qui in hunc modum scribunt,non quòd sit bonum, vel malum, pulmonis inflammatio morbo laterali superueniens nunc ipsum docere, sed simpliciter hoc vnum tantummodo,quòd morbus lateralis soleat in pulmonis inflammationem transmutari, vel morbo laterali pulmonis inflammatio superuenire. Transmutatur igitur morbus,quando priore cessante,aduenit alter. Superuenit autem, quando altero adhuc manente,alter adiicitur. Verùm hoc in loco videtur Hippocrates de superuenientibus agere, quibus statim hoc inest,quòd mala sint,adeò vt etiam si hoc verbum Malum, non adiiciatur, vel subaudiendum sit se-

B cundum modum à communi dictũ,vel potentia ostendi existimandum. Omnis enim huiuscemodi superuenientium consistentia, neque paruos, neque mites insequitur morbos,sed magnos,atque malignos. Exempli gratia statim in dictis in Aphorismo affectionibus,quando nõ potest is, qui morbum facit lateralem, in costis humor contineri, pars eius aliqua ad pulmonem fertur. Ad inflammationem tamen pulmonis morbus lateralis non admodum consequi solet, quoniam si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputum expurgatur:in perniciosis verò,antè,quàm costæ vnà patiantur,strangulat ægrum.

12 A pulmonis inflammatione phrenitis,malum.

C Quãdo à calido humore fit inflammatio pulmonis, quæ multos vapores transmittit ad caput, cerebrum implet vaporibus,& facit phrenitidem. Alia autẽ communia sunt ad priùs dictum Aphorismum,non huic solùm,sed etiam sequentibus.

13 Ab æstibus fortibus conuulsio, aut distentio,malum.

Multi expositores ita scribi hunc Aphorismum cognouerunt. Marinus verò, A vulneribus, scribit: & sequentem Aphorismum sibi ait adstipulari. Verùmque sanè est, quòd & à vulneribus fortibus fiunt inflammationes, ac conuulsiones. Sed cùm omnes ferè expositores,& præcipuè vetustissimi, illam norint scripturã, quæ habet, Ab æstibus fortibus: melius est vt & nos

D etiam eandem exponamus. Quidam igitur per æstus, febres intellexerunt: nonnulli verò aeris ambientis feruorem ita nominari dixerunt:alii pro cauteriis, & crustis accipiunt: & omnes verum dicunt. Superueniunt enim his omnibus haudquaquam ad bonum distentiones,ac cõuulsiones,propter neruorum siccitatem,quas diximus esse difficillimas.

14 In capitis ictu obstupescentia,& desipientia,malum.

Desipientia quidem agnoscitur loquentibus, agentibúsve nihil consentaneum rationi. Obstupescentia verò quãdo neque aliquid dicunt, neq; agunt,sed apertis oculis quieti manent,similes iis, qui ex timore sunt attoniti. Quòd verò hæc omnia huiusmodi fiant cerebro patiente, manifestum. Ostensum enim est in eo esse animæ principatũ.Si igitur in fine Aphorismi scriptum sit, Malum.liquet quòd rectè dictum fuit. Indicio enim

enim sunt, quòd ictus intrà ad cerebrum penetrauerit. Si verò non scribatur, nos nihilò minùs possumus subaudire, sicuti anteà diximus à communi. Possumus autem & quia huiuscemodi casus vnà indicant cerebri læsionem, magnitudinem passionis considerare.

15 A sanguinis sputo puris sputum, malum.

Quòd omnis hæc enumeratio sit eorũ, quæ propriè superuenientia vocantur (de quibus & Praxagoras vnum volumen scripsit haud paruum) manifestum esse arbitror ex ipso Aphorismo. Neque enim omne sputum sanguinis, sequens habet sputum purulentum: sed quod malignum existit solum. Tale autem est omnino ex pulmone.

16 A puris sputo, phthisis & fluxus: cũ verò sputum retinetur, moriuntur.

Quam propriè Græci, & præsertim Athenienses phthoen nominant, hanc nunc Hippocrates phthisin appellauit, ob pulmonis hulcera insanabilia, totius corporis cum febre parua extenuationem. Fluxum autem vel de capillorum defluuio, vel de liquida deiectione protulit. Ambo enim consueuerunt euenire, cùm tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex siccitate, altera ex potẽtiæ debilitate. Quod verò in fine scribitur: Si autem sputum retineatur, moriuntur: modum mortis ostendit illorum, qui ex phthoe moriũtur. Eousque enim extenuati viuũt, donec per ea, quæ expuũt, possint pulmonem expurgare. Cùm verò intus manẽt, obserantur quidem viæ spiritus, patientes verò suffocantur.

17 In hepatis inflammatione singultus, malum.

Dixi & anteà quòd omnes hi seriatim scripti Aphorismi de casibus docent, qui passionibus auctis, & iam deterioribus factis superueniunt. Hoc modo igitur & nunc singultus hepati inflammationem patiẽti dicitur superuenire, non semper, neque quomodolibet patiente, sed quando ad magnitudinem attollitur, feruente inflammatione: in quo feruore stomachus ad compassionem trahitur, nonnunquam communium neruorum ratione, qui sunt (vt ipse docuit in secundo Epidemiarum) breuissimi. Quare tunc solùm compassio fit stomacho ad hepar, quando inflammatio & maxima, & pessima fuerit. Sanéque bile satis calida, & multa in huius visceris inflammationibus genita, ac confluente ad intestinorum principium, atque ita superfluitante, atq; ad ventriculum recurrente, contingit os eius morderi, atque ideo singultire. Nonnulli verò arbitrantur magnitudinem inflammationis iecinoris ventriculũ premere, ac singultum facere, non habente exitum spiritu, quemadmodum inquiunt.

18 In vigilia, conuulsio, vel desipientia.

Quidam & hoc loco Malum, subiungunt. Nos verò & priùs diximus, quòd etiam si non subiungatur, potentia continetur. Cur verò immoderatis vigiliis conuulsio succedat, aut desipientia, manifestum est ei, qui priora meminerit. Nam dictum est & ab ipso Hippocrate, conuulsionem vt à repletione, sic ab euacuatione, fieri. Ex iis autem, quæ maximè euacuant, & exiccant, vigiliæ sunt: atque ideo conuulsionem ex siccitate faciunt, ac desipientiam, immodicæ siccitatis ratione, Galen.

ac præterea quoniam in longis vigiliis biliosior redA ditur sanguis. In quibusdam tamẽ exemplaribus, & quidem diligentissimè scriptis, hic Aphorismus scriptus est sine verbo Desipientia, hoc modo: In vigilia conuulsio. quia, vt arbitror, pessima, quæ superueniũt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco.

19 In ossis exutione, erysipelas.

Hoc in loco maximè oportet subaudire Malũ. Neque enim hoc dicit, quòd semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat (nam potiùs contrarium verum est, quòd ita patientibus ossibus, raro superuenit erysipelas) sed quòd casus prauus est osse nudato carnem circunstantem videri ab erysipelate apprehensam.

B 20 Ab erysipelate, putredo, aut suppuratio.

Clarum est & in hoc sermone, quòd malignis erysipelatis hæc superueniunt.

21 A forti in hulceribus pulsu profluuium sanguinis.

In hulceribus inflãmatis pulsus fit non ferente carne incumbente arteriis illarum motum, sed dolente quando se attollentes inciderint. Est enim huiusmodi pulsus sensus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus, quas neque ab initio sentiebamus, cùm mẽbra se haberent secundum naturam, tum quia ipsarum conuersatio nihil molestiæ exhibet, tum quia in spatio laxiore mouentur. Membris verò inflammatis, & loci angustatio, & affectio dolorifica, tristem afferunt laboC rantibus sensum ex motu arteriarum: quem nõ solùm medici, sed omnes homines pulsum appellant. Videtur autem & hic arteriarum motus augeri in talibus affectionibus. Ostensum siquidem est in commentariis De potentiis naturalibus, quòd est quædam in ipsis etiam vis aliena excernens, quæ & sudores criticos, id est, iudicatorios facit, & profluuia sanguinis, & alui inferioris deiectiones, & quæcunque alia huiuscemodi. Secundum hanc igitur vim nonnunquam vehementiùs natura operans, magnum, & violentum arteriarum efficit motum, appetens illa, quæ molestant, expellere: atq; ita profluuium sanguinis facit.

22 A ventris dolore diuturno, suppuratio.

Siue frigus, siue omnino aliqua inæqualis intemperatura circa ventrem fuerit, siue ventus flatuosus, siue D acritudo quædam mordax, fieri non potest vt in longum tempus extendatur, si omnia circa ægrum opportunè fiant: hoc enim in omnibus sermonibus talibus subaudire oportet. Relinquitur igitur quòd adhuc dolor perdurat propter inflammationem: quæ temporis processu proculdubio suppurabit, nisi hominem mortè præripiat. Nam & hoc subaudire oportet in omnibus sermonibus talibus.

23 A deiectione syncera, difficultas intestinorum, malum.

Deiectiones synceras solet (vt dixi) Hippocrates nominare impermistas aquosæ humiditati, quæ solum habent syncerũ illũ, qui infra deiicitur, humor, siue sit flaua bilis, siue atra. Nihil igitur mirũ, si in talibus deiectionibus aliquod intestinum exedatur.

24 In ossis præcisione, desipientia, si in vacuum appræhenderit.

Osse, quod in capite videlicet est, præciso, non simpliciter, neque vtcunque contigerit, sed vsque ad interiorem superficiem, quam vacuus excipit locus, qui cerebrum continet, desipientia fit: nam passio proxima tunc existit membranis, & cerebro. Marinus autem nescio quo modo, legendum seorsum existimat: In ossis præcisione desipientia. & rursus seorsum facit principium Aphorismi secundum: Si vacuum apprehenderit, adiiciens ipsi: Ex potu medicamenti conuulsio, mortale. ita vt totus Aphorismus talis fiat: Si vacuum apprehenderit ex medicamenti potione conuulsio, mortale. Rationabiliter enim inquit hoc dici. Semper enim factam ex euacuatione conuulsionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidē rectè Marinus inquit, quòd propter immodicam euacuationem facta cōuulsio est exitialis: sic igitur & facta ex potione medicamēti est exitialis. Verùm non animaduertit, quòd sermonem priorem falsum ostēdit: nam apertè falsum est, quòd in ossis præcisione desipientia fiat. Neque enim ex alicuius ossis alterius, neque eius, quod cerebrum tegit, præcisione, dementia sequitur antè, quàm ad membranas passio perueniat.

25 Ex medicamenti potione conuulsio, lethalis est.

Medicamenti potiones, & medicationes, consueuit Hippocrates propriè nominare eas tantùm, quæ cum purgantibus fiunt medicamentis. Quòd verò conuulsio, quæ fit istis supra modū euacuantibus, lethalis existat, si quis eorum meminit, quę sæpius à nobis sunt dicta, non ignorat.

26 In forti dolore ventris, partiū extremarum frigiditas, malum.

Fit quidem (sicut & suprà dictum est) ob magnitudinem inflammationis in visceribus, partium extremarum frigiditas: fit etiam propter animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguatur, vel quia propter multitudinē suffocetur, tum præcipuè, cùm frigida fuerit. Fit insuper & propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantē, ob quē natura in se ipsam contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solùm extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, sed & cutim vniuersam. Causam igitur quandam particularem dixit Hippocrates hoc in sermone partium extremarum frigiditatis, sicut & in pluribus aliis sermonibus hoc ipsum fecisse ostēdimus. Sed mirandum non est, illum, qui primus multa adinuenit, non omnium simul, sed singulorum particulatim fecisse mentionem.

27 Mulieri vtero gerenti si tentio superuenerit, facit abortum.

Circa intestinum, quod rectum nominatur, tentio fit, eandem habens causam, ac affectionē, quam in difficultatibus intestinorum suscipit aliquod ex iis, quæ superiacent, intestinis. Hæc autem passio nomen accipit (vt inquiunt) ab illa, quæ fit in eo tentione, ob quā cùm cacare vehementer appetant, continuè exurgunt. Ob talem igitur tentionem, atq; molestiam, & totum aliud corpus laborat, sed præ cæteris matrix, quæ cognata est recto intestino. Nihil autem mirū, si propter vehementes, atque frequentes exurrectiones, cōceptus abortitur, quando & ex aliis omnibus fortibus motibus, A atque doloribus mulieres grauidæ solent abortū facere.

28 Quando os, aut chartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.

Et hic Aphorismus iā scriptus est anteà, his verbis: Quādo discissum fuerit os, vel chartilago, vel neruus, vel maxilla tenuis, vel præputium, neque augetur, neq; coalescit. & nos in sexto commentario ipsum anteà exposuimus.

29 Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, à morbo liberatur.

Consueuere & alii medici quandam aquæ inter cutem speciem, albam pituitam nominare, vel quòd sit B etiam aliqua pituita liuida, vel quòd sui quidem ratione sit semper alba, sed propter mistionem quorundam aliorum humorum verum mutet colorem. Potest etiā sicut in libro De articulis scripsit, Vertebræ, quæ in spina sunt, non tanquam sint alibi, distinguens, sed simplici vtens adiectione: sic & hoc in loco absque distinctione, albi fecisse adiectionem. Hoc autem, quod subiecit, ex forti alui profluuio, vel diuturno (vtrunque enim scribitur) solui albæ pituitæ superabundantiam, commune est ad multa alia, quæ ita ab eo dicta sunt.

30 Quibus in alui profluuiis excremēta spumosa sunt, iis ex capite pituita defluit.

Hoc indistinctè dictum est. Fiunt enim aliquando excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad ventriculū defluente. Fiunt & vasis, quę ad ipsum per- C ueniunt, illum effundentibus. Fieret etiam quando in ipso ventriculo vnam habens, vt quispiam diceret, causam cōtentiuam, quomodocunque excernatur aut fiat, antecedentes verò plures. Est autem huius pituitæ causa contentiua flatuosus spiritus, dum humori commiscetur, vehementem habens motum, & inæqualem, ita vt & ipse disrumpatur, & pituitam frangat in multas, ac paruas partes. Talis verò motus ipsi causa est, & propria natura, & caloris nonnunquam multitudo. Sic & in iis, quæ elixantur, apparet spuma, maximè cùm tenacem habuerint naturam, & in mari violentis ventis agitato. Qui verò arbitrantur per pulmonem ad ventriculum pituitam deuenisse, atq; ideo ipsam videri spumosam, nescio quid inquient de iis, quibus fiūt à capite ad pulmonem fluxiones. Oportebat siquidem in his alui excrementa esse spumosa: verùm hi neque spumo- D sa per sedem excernunt, neque cum tussi expuunt, & tamen sæpius manifestè asperæ pulmonis arteriæ, sunt eo, qui à capite fluxit, humore completæ, qui cōcoctus puri quidem est similis, spumosus autem nequaquam. Sed neque semper ex pulmone spumosum sanguinem expuunt. Videtur itaque cùm ex propria substantia visceris simul quicquā effertur sanguinis, esse spumosus. Sanè & qui morbo laterali laborant, aliquando spumosum spuunt, sed raró. Hi verò etiā rariùs, qui inflāmationem pulmonis patiuntur, calore scilicet, vt mihi videtur, intemperato, atq; igneo in patientibus partibus aggregato. Si verò quod à capite defluit ad asperas pulmonis arterias, vt nōnulli volunt, permeat ad inferiora, primū ad ventriculos cordis ipsum peruenire oportebit, post hoc duorum alterum eueniet, aut primùm per cauam venam ad gibba hepatis, deinde illhinc ad caua,

caua,& ita per portas ad inteſtinorũ inuolucra:aut primùm quidem ad magnam arteriã, déinde ſic ad illam, quæ eſt in meſenterio.Sed quomodo adhuc ſpumoſum remaneret,& ſanguini commiſtũ, & tot cum eo venas pertranſiens?

31 Quibuſcunque febricitantibus, in vrinis fiũt ſedimina veluti farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat.

Et hic ſermo adhibita diſtinctione verus eſt, & ab experientia comprobatus. Nam velut farina craſſior vrinæ exitiales ſunt,ſicut etiã in Prognoſtico dictũ eſt: plurimíque morte præripiuntur antè, quàm ægritudo diutiùs protrahatur:& quicunque ex ipſis ſunt liberati, iis omnibus in longum producta eſt ægritudo, cùm affectio multam requireret coctionem, in qua talis vrina mingitur. Dictum autem eſt à nobis in libro De criſibus,ſiue iudiciis,pleniùs de vrinis omnibus.In Epidemiis autem (ſufficit enim mihi de duobus ægris tantũmodo feciſſe mentionem) in primo quidem libro de Sileno ſecundo loco conſcripto poſt tres conſtitutiones: de quo in ſua enarratione ſic inquit: Minxit aceruatim,ſubcraſſum,depoſitum ſubſidens ſedimen inſtar farinæ craſſioris,album: extrema rurſus frigida:vndecima mortuus eſt. In tertio autem de ægro,qui ordine tertius eſt, de quo ipſe ita ſcripſit in ſuæ enarrationis initio: Qui iacebat in horto Dealcis. déinde pauló infrà: Vrinæ tenues variæ habentes ſublimamenta parua inſtar farinæ craſſioris. Hunc autem dicit quadrageſimo die fuiſſe iudicatum. Liquet igitur & ex hiſce exemplis,quòd quicunque mingentes vrinam ſimilem farinæ craſſiori, ſi ſaluari debeant, tardè liberantur. Quicunque verò exitialiter ſe habent, contingit hos quàm citò interire.

32 Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia,acutum morbum ſignificant.

Bilis quidem ſemper acutos morbos operatur. Dictum enim à nobis eſt, quòd amaræ bilis humorem ita medici priſci conſueuere appellare,ſicuti melancholicum ſemper cum adiectione dicunt,non ſimpliciter bilem proferentes,ſicuti flauam, ſed atram bilem nominantes. Quod autem ſequitur,Supra tenuia, hoc eſt, aquoſa:(ſic enim cõſueuit vti tenuis appellatione Hippocrates) non bene dictum videri poſſit. Vrina ſiquidem aquoſa,cruda eſt,& diuturna. Equidem nunquàm vidi vrinam,cuius ſedimen bilioſum eſſet,pars verò ſuperfluitans aquoſa.Non abſque ratione igitur nonnulli expoſitores dicere aduerbium Supra, non locũ, ſed tempus hoc in loco ſignificare,ac ſi ita diceretur: Vrinarum ſedimina quando ab initio tenuia ſunt, poſteà verò bilioſa fiunt,acutum morbum ſignificant.

33 Quibuſcunque vrinæ diſtãtes ſunt, iis turbatio vehemens in corpore fit.

Si verbum Diſtantes,in propria ſignificatione accipiatur,rem impoſſibilem oſtendet. Vrina ſiquidem ſemper eſt ſibi ipſi continua, nullum ſpatium vacuum habens interiectum.Si verò per id ſubſtantiæ inæqualitatem dici intellexerimus,rectè dixit vehementem ſignificari perturbationem. Nam ſuperante natura, omnia æqualiter vnita ſunt.ęgris verò cauſis tumultuantibus, ac renitentibus ei,illud,quod obtinetur, atque concoquitur,aliam habet formam:renitens verò,atq; tumultuans,aliam: & quando plura huiuſcemodi fuerint,variam magis oſtendunt vrinarum inæqualitatem,& eius A cauſam perturbationem.

34 Quibus in vrinis bullæ inſident, morbum renalem, & longum ſignificant.

Bullæ fiunt circumextento humore ſpiritui flatuoſo. Solet autem hoc magis accidere, quando humor aliquid tenacitatis habet:tunc autem & bullę ipſæ ſunt ſtabiles,& difficulter ſolubiles. Cũ igitur ſpiritus flatuoſus vnà cum vrinis excernitur, ſignum eſt frigidæ ægritudinis renum.Hæc enim aggregat ſpiritũ flatuoſum:atque ideo aiunt ægritudinem fore longam. Frigidũ enim omne eſt difficulter ſolubile, & vix coctionem admittit, atque ideo diu durat. Nonnulli etiam aiunt ab acrimonia vrinarum aperiri ora arteriarum, quæ ſunt in renibus,atq; ita excerni ſpiritum aliquem, B qui cum vrinis exit,& bullas facit.

35 Quibus inſidens pingue,ac aceruatum, iis renum vitium acutum ſignificatur.

Siue alui excrementum, ſiue vrina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit,non magis in renibus, quàm in toto corpore exiſtentis: quare neque omnino morbi renalis eſt ſignum, ſed cõmune omnis adipis ab igneo calore colliquati.Aut igitur ita intelligendum eſt, tanquam in iis,de quorum vitio renali non ambigitur,non paſſionis genus, ſed acutiem dignoſcat,ac prædicat in hoc Aphoriſmo Hippocrates:vel pro verbo Nephritica,quod ſignificat vitium renum, ſcribendũ eſt Phrenitica:ſicuti quidam ſcripſerunt expoſitores.Quanquã neque hoc ſolius phrenitidis ſignum exiſtit,neque ſimplicis,neque incendentis, ſed cuiuſcunque febris col- C liquantis. Quòd verò Aceruatum,ſermoni adiectum eſt, poteſt & breuitatem temporis ſignificare, poteſt nihilò minus & loci. Quod enim adſtrictum eſt,& in ſe ipſum contractum,aceruatum nominamus, contrarium exiſtens diſtracto, atque diſperſo. Hæc itaque à noſtris etiam præceptoribus hucvſque fuere interpretata.Quid autem ego ſentiam, nunc explicabo. Aceruatum,ſermoni adiectũ, mihi videtur de tempore dictum, atque ideo adipis renum oſtendere colliquationem.In aliis enim partibus corporis adipes colliquati, paulatim,& non aceruatim cum vrina exeunt, primùm colliquatione participata à venis illi vicinis, déinde ab iis,quæ continuantur,& rurſus ab aliis,donec ad renes perueniatur. Adipis verò circa renes colliquati tranſſumptio ad vrinas celerrima eſt, & non paulatim, ſed aceruatim fit, atque ideo in renibus ipſis affectionẽ D eſſe monſtratur:cui rei & experientiam inuenies, ſi diligentiùs animaduerteris,conſentientem. Cùm verò duplex extet ſcriptura : nam in quibuſdam exemplaribus inſidens,in quibuſdam ſubſidens ſcribitur: primam dicimus eſſe veriorem.Inſidet enim ſemper,quod pingue eſt,& non ſubſidet. Sanéque prioris Aphoriſmi dictioni magis conſonat iſta ſcriptura. In illa enim Hippocrates dixit: Quibuſcunque autem in vrinis bullæ inſident,morbum renalem,& longum ſignificant. Cõſentaneum igitur ei,quod dixit, Inſident, quod déinceps dictum eſt, Quibus inſidens pingue,& ſimul totũ, iis renum vitium, & morbum eſſe acutum ſignificatur.

36 Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna,doloréſque circa ſpinæ muſculos fiunt, ſi quidem

circa

circa loca exteriora fiant, abfceffus quoq; exteriùs futuros expecta: fi verò dolores magis circa interiora fiant, etiam abfceffus expecta futuros interiús.

In prioribus quidem Aphorifmis figna docuit, per quæ renum vitia poffemus dignofcere: in hoc verò de iis docet, quos longo tempore fcimus morbo renali laboraffe, inquiens in ipfis futurum abfceffum cum labore, hoc eft, dolore, cum fignis prædictis prægreffo, hoc eft, circa mufculos, quos & fpinæ mufculos, & fpinales medici nominant. Duplex autem eft horum mufculorum genus: vnum quidem retro fub cute, totam fpinam vtrinque complectens: alterum verò in partibus anterioribus, non per totam fpinam extentum, fed folùm per partes ad lumbos attinentes. In vtris autem horum fe firmauerit dolor, illhic quoque abfceffum futurum expecta. Nũquid verò renibus ipfis fuppuratis, aut folis mufculis, aut aliquando vtrifque, nondũ præfiniuit: experientia verò hæc omnia fieri oftendit. Nã & mufculi foli nõnunquam hoc patiuntur vel interiores, & anteriores, vel pofteriores, & exteriores, & fine mufculis renes, nonnunquam introrfùm, nonnunquam extrorfum vergente in ipfis abfceffu.

37 Quicunque euomunt fanguinem, fi fine febre quidem, falutare: fi verò cum febre, malũ. Curare verò oportet adftringentibus, & perfrigerantibus.

Quæ vomimus quidem, è ftomacho, & ventriculo, quæ verò extuffimus, ex afpera arteria, & pulmone feruntur. Quidam verò huius libri expofitores aiũt fub verbo Euomunt, compræhenfos effe & illos, qui ex afpera arteria, atque pulmone fanguinem educunt. Atqui falubrem effe hanc paffionem, hoc eft, curari poffe, quando ægri non febricitauerint, haudquaquã eft verũ. Si quis enim abfque febre, vel prorfus ex pulmone cum tuffi fanguinem emiferit, periculum imminet, ne curatio fiat: & fi perdurauerit cafus, omnino poftea febres fuccedent. Ob hoc igitur melius eft, vt accipiamus verbum Euomunt, in proprio fignificato, confideremúfque deinceps, atq; diftinguamus & quid periculo vacet in ipfo, & quid cum periculo fit ex febris præfentia, vel abfentia. Nam illis, qui febre vacant, liquet, nullã adeffe inflammationem in loco vnde emittitur fanguis. Quare vel alicuius vafis ore adaperto fit fanguinis vomitus, vel cum hulcere quidem, fed fine inflammatione. Curantur autem quæ funt abfque inflammatione hulcera facilè adftringentibus. Quæcunque verò cùm inflammatione funt, ac febribus, nedum curari poffint, neque in eadem poffunt magnitudine permanere: femper enim maiora fiunt, ac maligniora.

38 Deftillationes in ventrem fuperiorem fuppurantur intra viginti dies.

Ventrem fuperiorem nunc nominat, qui à thorace præfinitur, quem pulmo obtinet, atque ideo in ipfum à capite deftillatio fertur per afperam arteriam. Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus, & non (vt multi fcribunt) in vno & vigefimo. Semper enim Hippocrates diem vigefimum iudicatorium facit, non vigefimumprimum, quemadmodum in libris De diebus iudicatoriis oftendi.

A 39 Si quis fanguinem minxerit, & grumos, & ftillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in femur, & imum ventrem, pectinémque, quæ circa veficam, malè fe habere fignificatur.

In omnibus ferè exẽplaribus hic Aphorifmus fcriptus eft: eximere autem ipfum oportet propter alterũ, qui priùs eft dictus, quem nos expofuimus in quarto horum commentariorũ per hæc verba fcriptum: Si fanguinem mingat, ac grumos, & vrinę ftillicidio laboret, & dolor inciderit in imum ventrem, & pectinem & femen, quæ funt circa veficam, malè fe habent. In propofito autem Aphorifmo eft vltima fcriptura duplex: vna, quæ antea fcripta fuit: altera talis, Veficam malè fe habere fignificatur.

B 40 Si lingua repentè incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ftupore elanguit, tale eft melancholicum.

Incontinentem quidem nominat linguam, quæ aut infirma eft, ita vt non poffit integrè dearticulare vocẽ, aut immobilis, & omnino refoluta: ftupore autem elanguentem, aliquam corporis partem, quæ refoluta eft. Cur verò hæc repentè facta, dicat effe melancholica, ignoro. Melancholiæ enim, in cuius nomine omnes Græci cõfentiunt, rectè ab ipfo talia iudicia funt prodita. Si timor, atque mœftitia longo tempore perfeuerret, ex eo melancholia fignificatur. Aliter autem, melancholicas dicimus effe paffiones, cancros, elephantes, fcabies, lepras, & vitiligines nigras. Sed neque talium paffionum aliquam, neque illam, quæ ab omnibus nominatur, melancholiam, linguæ incontinentiam videmus antecedere, ficuti neque alicuius partis ftuporẽ.

C Quare fupereft vt dicamus, quòd quemadmodũ quartani circuitus caufa eft humor melancholicus, fic & dictarum paffionum, & linguæ intemperaturæ, & partis refolutionis: fieríque poffe vt propter humoris craffitudinem tales paffiones confequantur, quales ex craffa, & lenta eueniũt pituita. Non igitur dicemus fimpliciter vtrunque dictorum effe melancholicum, ficuti neque pituitofum fimpliciter, fed pituitofum fimul & melancholicum. Additum autem eft fermoni aduerbiũ Repentè, propter mala, quæ paulatim fiunt, ex inflammatione duritiem retinente, & intemperatura difficulter folubili.

41 Si fenioribus fupra modum purgatis, fingultus fuperuenerit, non bonum.

D Communis eft hic fermo fecundum vtrunq;, & quatenus omnibus fupra modum purgatis non eft bonus fingultus, & quatenus fenioribus omnia mala peiora fiunt propter ætatis imbecillitatem.

42 Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti fuperinfufa, folutio fit febris.

Ex hoc fermone manifeftè declarat, non omnes febres ex bile fieri. Oftendit infuper quòd reliquæ omnes, exceptis iis, quæ ex bile factæ funt, aqua multa capiti fuperinfufa foluuntur. Secundum hunc fermonem igitur in primo libro Epidemiarũ de Merone fcripfit: Balneis vfus fupra caput. Febres fiquidem, quæ ab exuftione, ac frigiditate factæ funt, à talibus balneis

neis vtilitatem sentiunt, nec minùs, quæ ex lassitudinibus fiunt, & quæ propter foraminum angustationem, siue propter obstructionem, siue ob clausuram fuerint angustata. Respirare siquidem per ipsa oportet, & dissolui calorem febrilem. Non tamen vbi inflammatio aliqua, aut absque inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneæ vtiles sunt antè, quàm noxii humores euacuentur, aut concoquantur. Verùm tales morbos, aut laterum inflammationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis, antiqui nominabant, volentes febrem non esse morbum ipsum, sed causam morbi. In quibus autem sine partis inflammatione, putrescentes in venis humores, febrem accendunt, in illis solis dicebant hominem à febre molestari, & ipsum à febre haberi. Atque in ipsis febrium scripsere differentias, hepialon, & lipyriam, eloden, & typhoden, pestilentem, & ardentem nominantes. Hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit, adeò vt nunc sermo ab Hippocrate habeatur de per se febribus, quæ sunt absque partium inflammatione. In pluribus autem exemplaribus non aqua, sed sudor scribitur, talem habente scriptura intellectũ: Si febris non ex bile ortum habeat, multus sudor à capite defluens febrem soluit. Non ex solo capite sudorem fundi dicente Hippocrate, sed à prima parte, quæ subiicitur oculis, de toto monstrante corpore. Quantum igitur ad hãc scripturam attinet, ii, qui non ex bile febricitant, à talibus sudoribus nihil iuuabũtur. Atqui sæpius manifestè soluuntur cùm aliæ plurimæ febres, tum in quibus flaua bilis plurima est, tertianæ, & ardentes. Melior igitur est prima scriptura, quæ veram docet curationem earum febrium, quæ ex dicto genere sunt, quæ videlicet vel ob lassitudines, vel exustiones, vel refrigerationes, vel omnino cutis fiunt angustationes. Quod autem à bile dicitur, & de pallida, & de atra bile intelligi poteſt: non tamen in his solis oftendebamus, sed & ob pituitam putrescentem fieri febrẽ. Et in hac sola videbitur Aphorismus nõ esse verus, nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionem in humorẽ biliosum conuerti.

43 Mulier ambidextra non fit.

Ambidextrum Euripides nominat ferrum vtrinq; incidens: circũdextrum autem Homerus Asteropæum ambabus manibus similiter vtentem: ac si vtrinq; dextrum dixisset. Eodem modo ambilæuum Aristophanes in Tegenitis, vtrinque sinistrum. Hipponax ambidextrum dixit in hoc versu:

Ambidexter enim sum, & non aberrans.

Homines itaque, qui ambabus manibus pro dextris vtuntur, sæpe visi sunt: mulier verò nulla ad hunc vsque diem, ob naturæ imbecillitatem. Si enim ambabus manibus ob neruorum robur, ac musculorum quidam viri vtuntur, rationabiliter nulla mulier vtetur: cùm satis ipsis esse debeat, si sola dextra mediocriter vtantur. Amazonidas quidem ipse inquit mammam dextram exurere, vt plurimo alimento ad manum vicinam proueniente, maior ei vigor adsit, vt quę & ipsa sit naturâ debilis. Quidam tamen aiunt ambidextram dictam esse, quæ parte vteri dextra genita sit, quibus adhuc magis à ratione deuiant, qui de Hermaphroditis inquiunt Hippocratem fuisse locutum, dixisséque mari quidem muliebre pudendum adnasci, mulieri autem virile nequaquam.

44 Quicunque suppurati vruntur,

A vel secantur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt: si verò subcruentum, & fæculentum, ac fœtidum, pereunt.

Suppurationes cõsueuit nominare, non eas tãtùm, quæ sunt in thorace, sed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula. Præcipuè verò suppuratos illos ferè solos nominat, quibus inter thoracem, atq; pulmonẽ aceruatum est pus: quos vrere consuetos esse veteres, discere licet ex iis, quę dixit Plato comicus de Cinesia, hisce verbis: Post hæc Euagoræ filius Cinesias è morbo laterali aridus, puris expers, calamacea gerens crura, tabis nuntius plurimis crustis corpus inustus ab Euriphonte in concionem prodiit. Quòd quidem pus album, bonum sit, fæculentum verò, & fœtidum, malum,

B nemo ignorat.

45 Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus purũ fluxerit, & album, euadunt, in tunica enim his pus continetur: si verò qualis amurca fluat, pereunt.

Ipse causam dixit, ob quam nonnulli pereunt, qui ita se habent, nonnulli verò euadunt. Quibus enim in tunica est pus, nihil patiente substantia hepatis, saluãtur omnes: quibus verò vsque ad carnem hepatis corruptio pertingit, non absq; ratione moriũtur. Quòd autem amurcam omnes nominent fæcem olei, & quòd talem par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique.

C 46 Dolores oculorum, post meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ sectione curato.

Hic Aphorismus mihi videtur ex iis vnus esse, qui fuere interiecti, cùm non consentiat vni ex illis, qui anteà scripti fuerunt, huic scilicet: Dolorem oculorum, meri potio, balneum, vel fomentum, vel venæ sectio, aut medicamentum soluit. Hunc itaque Aphorismum in sexto exposui commentario, ostensis affectionibus, in quibus oporteat singula remedia in vsum deducere. Propositus verò Aphorismus in vna vult affectione tribus vti remediis. Si quis igitur nos sciat docere affectionem, in qua tria hæc remedia conueniant, ei habebimus gratias. Quousque verò exposuerint quidem hunc Aphorismum quasi legitimum, nos verò nõ docuerint quęnã sit ea affectio, eorum expositionibus nul

D lam præstabimus fidem. Quæ igitur dicunt, qui omnino aliquid conãtur dicere, etsi mediocrem habent probabilitatẽ, sunt huiuscemodi: In quibus sanguis crassus superabundat, atque ideo euacuatione indiget, melius putant ipsum fundere priùs, deinde secare venam. Fusilis autem fiet, si ægri merum biberint, & se balnauerint. Sed eos, qui hæc dicunt, nunquàm experientia exactè nouisse illa, quæ dicunt, sciunt in artis operibus exercitati. Nam neq; vinum, neque balneum tolerat plethorica affectio, absque maximo detrimento. Verùm hæc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte compacti sine totius corporis repletione. Sic enim Asclepiades vtitur vino post totius corporis euacuationem pro remedio extentionum. Si verò adsit in toto corpore plenitudo, priùs disrumpentur oculorum tunicæ inter bibendum, atque lauandum. Quare si absque multitu

multitudine dolor fiat propter obstructionem, ac compactionem crassi sanguinis, rectè quidem lauabunt, & vinum dabunt, non rectè autem secabunt venam. Si verò multitudo fuerit, rectè quidem venæ vtentur sectione, non rectè autem lauabunt, & vinum dabunt.

47 Aqua inter cutem laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.

Et hoc priùs dictum est ab ipso in hoc Aphorismo: Aqua inter cutem laborantibus si tussis superueniat, malum.

48 Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatẽ, vini potio, & venæ sectio soluit: incidere autem interiores.

Quòd vrinæ stillicidium significet vrinæ stillatim exeuntis emissionem, nomen ipsum ostendit. Mingendi verò difficultas, potest & quæ cum dolore fit mictio dici, potest & quæ cum difficultate aliqua, adeò vt vix vesica operetur. Vrinæ stillicidium, ipsius vrinæ acrimonia facit, & potentiæ retentiuæ in vesica imbecillitas, quæ ob intemperaturam fit, præsertim frigidam. Vrinæ verò difficultatem, si quidem cum dolore fuerit, inflammatio, & abscessus, & hulceratio, & inequalis intemperatura, & spiritus flatuosus. Sin motus quidam difficilis, vel potentiæ imbecillitas, vel tumor contra naturam. Ex omnibus autem hisce affectionibus frigiditatem quidem vini potio soluit, hoc est, vel simpliciter vini potio, vel meracioris: atque eam etiam inflammationem, quæ propter obstructionem sanguinis crassioris citra multitudinem facta fuit. Illam verò, quæ cum multitudine fit, inflammationem, adhuc autem & aliam, quæ sine defectu est, & cum potẽtiæ robore, venæ sectio sanat. De eo autem, quod dicitur, incidere venas interiores, dictum est à me & in libro præcedente, in quo hunc Aphorismum exposui: Vrinæ difficultatem venæ sectio soluit: incidere autem interiores.

49 Ab angina habito, tumor, & rubor in pectore superueniẽs, bonum: extrà enim vertitur morbus.

Et hic Aphorismus anteà dictus est per hæc verba: Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore, bonum. Exposui autem ipsum in sexto horum commentariorum. Hic igitur videtur fuisse interiectus, volente aliquo adiungere: Extrà enim conuertitur morbus.

50 Quibus cerebrum sphacelatum, id est, corruptum est, in tribus diebus pereunt: si verò hos euaserint, sani fiunt.

Sphacelare sæpius in libro De fracturis, & articulis, pro corrumpere, vsus est. Hic verò non contingit cerebri corruptionem intelligere, cùm adiectum sit: si verò has effugerint, sani fiunt. Si enim sphacelus est corruptio substantiæ vniuscuiusque partis, quæ sphacelari dicitur, non contingit hunc, qui ita ægrotet, persanari. Nunquid igitur aliquando abutuntur hoc verbo ad significandum huius affectionis incœptionem, quæ tamen nondum exactè completa sit? Tale enim quiddã carnosis etiam partibus accidit, quas gangrænam pati dicimus, cùm ob magnitudinem inflammationis, insensibilitatem, nigritiem, aut denique morticinũ quendam colorem intulit, & cùm in hanc affectionem tendere particula patiens incipit. Sicuti igitur gangrænã A ita iam completam, vt pars sit intermortua, sanare est impossibile, dum verò adhuc fit, possibile: sic & sphacelum. Sanéque partis carnosæ interitus ex magnitudine inflammationis, quem propriè medici gangrænam nominant, Græci σφάκελον etiam appellabant. Sic igitur mihi videtur & Herodotus dixisse coxam Cambysis sphacelari. Cerebrúmque ita quispiam diceret sphacelari tãtummodo. Iam verò propter quid velox in eo mors sit, manifestum est: nimirum quia & morbus grauissimus, & pars principalis maximè sit. Quòd si æger mori tribus primis diebus non anticipauerit, sed ad diem quartum peruenerit, sperandum est & morbum declinare, & vires fortes ita esse, vt morbus omnino superari possit.

B 51 Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani. Aer enim intus cõtentus extrà erumpit. Sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus.

Tales sermones duo significant: vnum, quod de omni re proposita vniuersaliter dicitur, velut hoc in loco de sternutamentis: alterum, quod particulatim de quibusdam tantùm velut hic, de sternutamentis ex cerebro factis. Primus igitur sermo talis erit: Omne sternutamentum fit ex capite, cerebro calefacto, vel humectato eo, quod est in capite inani. Secundus verò: Sternutamentum ex capite eueniens, fit cerebro calefacto, vel humectato capitis inani. quod verius existit. Non enim omnis sternutatio fit calefacto cerebro, vel humectato in capite inani. Pennis enim quidam nares irritantes sternutãt: & cùm tussi spiritus desubter veniens C ad naris meatus, causa fit sternutamenti. Præterea opinari solum aerem, qui ex capite excernitur, esse quod sonat, est manifestè falsum. Nã liquidò apparet desubter ex pulmone elatus aer toto se celeriter comprimẽte thorace. Sed & antecedente inspiratione fieri sternutamentum, natura aggregante aeris copiam ad sternutamenti generationem, iis, quæ dicta sunt, adstipulatur. Solum itaque illud sternutamentum, quod habet suæ generationis principium, naturam appetentem excernere flatuosum spiritum ex capite, hoc modo fit, quem docere aggreditur Aphorismus, neque fortè hunc omnem. Nam quod ait, humectato, superfluum est ad sternutamenti generationem. Nam & si aliquis humor in capite superabundat, non facit tamen sternutamentum, nisi in ventum conuertatur. Et hoc ma- D nifestè videtur in multis, qui licet copiam humoris per nares excernant, non tamen propterea necessariò sæpe sternutant. Soli enim ex his ita affectis illi sternutant, quibus mordax est ea, quæ à capite fluit, humiditas, ceu & si quid mordax naribus imponas. Sicut enim tussis casus quidam naturalis est ad expurgandas eas, quæ sunt in pulmone, asperas arterias, sic & sternutamentum manifestè videtur expurgare narium meatus. Duplici autem existente meatu, & lato quidem ad os, angusto autem, qui & bifidus est, ad cerebrum ducente: qui quidem ad os peruenit, ab eo, qui desubter spiritu effertur: qui verò ad cerebrum pertingit, ab illo, qui ab ipso prodit, expurgantur. Atq; si diligenter aduerteris, videbis sternutamenta, quæ ex capite motus initium habent, leuare caput. Fiunt enim

&

& rarefactis iis, qui sunt in capite, humoribus, & naturæ impetu excretis. Rarefieri verò ipsis accidit concalefactis. Calefiunt autem natiuo calore excitato, ob cuius imbecillitatem priùs erant superfluitates aggregatæ. Cùm igitur ait, Calefacto eo, quod est in capite inani. maximè quidem intelligendũ est de eo, quod est in ventriculis cerebri: adhuc autem & de illo, quod ipsum ambit exterius. Facile est enim & illi per cerebrum primò quidem ipsos ventriculos, inde verò nares subire. Quia verò repentè totus simul erumpit, sonitum edi Hippocrates inquit. Est autem commune hoc, vndecunque venerit, siue ex pulmone elatus, siue ex capite delatus.

52 Quicunque hepar circundolent, iis febris superueniens soluit dolorem.

Verbum Superueniens, indicio est, quòd priùs cùm circundolebant ipsi, non febricitabant. Si igitur hepar vehementer dolebat, vel propter fortem inflammationem dolebat, vel propter spiritum flatuosum, túmque non aderat ipsis inflammatio, alioqui omnino febricitassent: par igitur est quod flatuosus spiritus sit causa vt doleat viscus in ipsis. Dolet etiam propter obstructionem, verùm mediocriter, & cum quodam ponderis sensu potiùs, quàm vehementis doloris. Dolor autem vehemens propter flatuosum spiritum, vel inflammationem, maximam scilicet, aut suppuratam, accidit.

53 Quibus à venis sanguinem mittere confert, iis vere venam oportet secare.

Hic Aphorismus pars est eius, qui priùs dictus fuit in hæc verba: Quibus medicamentum epotum, vel venæ sectio confert, iis vere secare venam, vel purgare medicamento opus est. Atque ideo in quibusdam exẽplaribus non est adscriptus omnino: id quidam libri huius expositores sciunt, bísque ipsum scribunt. Nonnulli verò neque mentionem eius omnino fecere. Non admirari verò illos non possis, qui non modò bis eundem scribunt Aphorismum, verùm etiam in eisdẽ commentariis eum exponũt, nulla facta significatione quòd iis, qui anteà scripti fuerunt, quidam sunt ex toto iidẽ, quidam verò ex parte, cuiusmodi hic est. Quídnam igitur visum fuit vel iis, qui hos adiicere Aphorismos circa finem libri, vt ipsi Hippocrati, vt bis de eisdem faceret mentionem, vel quibusdam expositoribus, qui duas vnius Aphorismi fecerunt expositiones, deos testor me non posse coniectari. Nam neque scriptorem ipsum Aphorismorum credibile est, tantarum rerum obliuione fuisse correptum, præsertim talis cùm fuerit, qualem in omnibus fuisse Hippocratem nouimus: neque illorum, qui apposuerunt, aut obliuionem, aut malignitatem tantam cogitare possumus, vt propterea bis eadem adscribere voluerint. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui, cùm bis eosdem exposuerint Aphorismos, ne hoc quidem ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multóq; adhuc magis illos, qui de eisdem differentes scripsere expositiones, in iis, quę circa finem, ab illis, quæ per initia dixerant.

54 Quibus inter ventriculum, & septum pituita reposita est, & dolorẽ affert non habens exitum, neque ad alterũ ventrem: iis per venas ad vesicam pituita versa soluitur morbus.

A Non absque ratione mihi videtur dubitare Marinus, impossibile existimans inter septum & ventriculũ pituitam costitui. Defluet enim inquit, déorsum vsque ad ossa pubis. Neq; fieri posset vt in venas traiiciatur, sicuti in aqua inter cutẽ, tenuis & aquosus humor trãssumptus excernitur per vrinas. Quare accipiendum esse arbitratur, inter septum, & ventriculum, pro eo, quod est inter proprium septi corpus, quod carnosum est, & interioris membranæ abdominis verticem. Verùm & si ita intellexerimus, ô Marine, transsumptionẽ ad venas similiter tamen dubitabimus. Nam si pituitã hinc ad renes per venas ire est possibile, neque ex eo spatio, quod est sub membrana abdominis interiore, est impossibile. Adde quòd omnino impropria foret vẽtriculi appellationis abusio. Nibil enim est simile vẽ-

B triculo, & membranæ abdominis interiori, cuius gratia eandem participent appellationem. Melius est igitur ita intelligere, sicut omnes intellexerunt, illud spatium ab eo dici, quod est quidem infra septum, sed intra eã membranæ abdominis interioris partem, quæ ad epigastrium attinet. Et considerare an possibile sit illud, quod dicit, cùm sciamus quòd viam semper materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, quando valida fuerit, etiam si quàm maximè sint crassæ, & per angusta foramina debeãt permanere, quando & in ossibus fiant, inquit, abscessus. Videmus autem & humorẽ illum, qui ẽst inter thoracem, atque pulmonem, in suppuratis expui cum tussi: nonnunquam verò & per cutẽ sanam existentem excidere sanguinem in ossibus, quæ fracta occalluerũt. Non igitur neque in ea, de qua nũc Hippocrates dixit, pituita impossibile prorsus oportet

C arbitrari ad vrinæ vias fieri transsumptionem. Verùm & hoc ipsum agi à natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratis.

55 Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur.

Aptissimum hepar est vesicas quasdam aqua plenas, in ea, quæ ipsum ambit exteriùs, membrana generare. Videtur itaque & in iugulatis animalibus hepar his aliquando plenum. Si quando igitur contingat, eas vesicas rumpi, effunditur aqua ad locum membranæ abdominis interioris parti supra ventrem positæ respondentem, in quo etiam aqua hydropicorum congregatur. In omentum autem non potest aqua effluere, nisi ali-

D quo modo ipsum exedatur. Est enim solidum, & firmũ vndequaque, ita vt nihil in ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex ventriculo, colo, ac liene, illísque partibus, vnde ipsum enascitùr. Vel igitur vult omentum exedi, qua parte vicinum est hepati, hoc est, dextra: vel in omentum intelligere oportet, hoc est, ad ipsius locum. Ventrem autem aqua impleri, non de illo ventre dictum est, in quo cibi recipiuntur, sed de toto cauitate, quæ est infra thoracem: secundum quod significatum, ventrosi nominantur, & mulieres dicuntur gestare ventrem. Mori autem eos, quibus hoc in loco aqua colligitur, considerandum an perpetuò sit verũ, an magna ex parte. Seruantur igitur aliqui aqua inter cutem laborantes, nec, quanuis hic locus ipsis aqua repleatur, impossibile est, sicut in illis, per medicamenta aquositates purgantia, & impositiones eorum, quæ vim

vim habent ciendi vrinam, & in vapores soluendi humorem talem, sic & in his fieri curationem.

56 Alyce, id est, anxitudo, oscitatio, horror, vinum æquale æquali potum, soluit ægritudinem.

Solœcophanes visa est quibusdam rationabiliter figura sermonis, atque ideo nonnulli casu accusatiuo scripsere: Anxitudinem, oscitationem, horrorem, vinum æquale æquali potum soluit. Nihil autem refert ad præsens vtrauis scriptura Aphorismus exponatur. Primùm enim illud scire nos oportet, quòd alycen no minauit, quam multi Græci halen appellant: deinde quæ sit faciens hunc casum affectio. Anxios igitur illos sanos dicunt, qui semper præsentibus molestantur, & ab vno negotio, atque actione ad aliam transeunt. Eodem modo & ægros illos, anxios esse, qui accubitū non ferentes, iacendi figuram euacuant, quia semper præsens aggrauat eos. Hoc verò præcipuè illis euenire consueuit, quibus in ore ventriculi (quod nos abutentes vocabulo, sæpe solemus stomachum nominare) certa quædam humoris qualitas continetur, ventriculo molesta, quæ neque multa est, neque in ventriculi fluitat cauitate, sed eam ipsæ inbibere tunicæ. Sed & oscitationes, sicuti & pandiculationes, cōtenta aliqua in musculis, per quos voluntarii quoque motus fiunt, vel humiditate flatuosa, vel spiritu vaporoso, fieri est à nobis demonstratum. Horror autem prauis humoribus per cutem currentibus accidit. Liquet autem quòd nunc à nobis habetur sermo de horrore, qui ex corpore prouenit morboso, non de illo, qui causam extrinsecus habet. Singula igitur hæc, quæ dicta sunt, potus vini meracioris sanat. Moderatam autem temperaturam ipse monstrauit, inquiens: Vinum æquale æquali potū. Vult enim æqua portione aquæ vinum temperari, vt partim quidem pellat, & euacuet ex materia infestante quicquid cesserit vini motui cum impetu lati, partim autem quod reliquum fuerit temperet. Calefacit enim vinum, vt nouimus, corpus totum, citóque mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores bonos reddit.

57 Quibus in vrinario meatu tubercula fiūt, iis suppuratione facta, & eruptione, soluitur dolor.

Et hunc Aphorismum in præcedentibus Hippocrates scripsit, nósque ipsum exposuimus in hæc verba scriptum: Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, iis suppuratione facta, & eruptione, solutio.

58 Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est, statim mutos fieri.

Etiam in hoc Aphorismo in quibusdam exemplaribus possumus inuenire verbum Mutos, scriptum numero plurali casu accusatiuo: in quibusdam verò Mutum, numero singulari, per modum figuræ solœcophanis. Sed neque hoc loco quicquam ad præsentia refert, modò nouerimus sæpe consueuisse Hippocratem ab vno accidente notissimo, vocis amissione, nominare, & ostendere illos, qui neque vllum alium motum seruant secundum electionem, neque quicquam omnino sentiunt. Sed iacent eodem modo, quo apoplectici, sine sensu pariter, & motu. Fit autem hoc & propter alias

A causas: nunc verò concussionis cerebri Hippocrates meminit, ipsámque talem ait totius corporis affectionem sequi. Concuti autem hoc modo cerebrū contingit propter aliquem casum totius corporis violentum ex locis altioribus factum. Tales enim casus solent & in spinæ vertebris facere concussionem, quando ipsarum coagmentationes fuerint commotæ, & spinalis medulla, quæ in earum cauitate continetur, laborauerit, valdéque concussa periculum adduxerit, ne aliquis neruus eorum, qui ab ipsa nascuntur, abrumpatur: id quod non minùs in ipso quoque fit cerebro, & tantò magis, quantò plus vacui loca habent, quæ ipsum circunstant: id vacuum maius est in senibus, quemadmodum in Dissectionibus diximus. Contrahit autem se vis animalis in sese in talibus affectionibus, à motu periculoso molestata, atque idcirco quiescit. Exortus verò nonnulli quidem sufficienter tendūtur, quidam verò aliqua ex parte distrahuntur. B Atque interim, donec se rursus vis animalis collegerit, mutum, atque immobile totum iacet, quod ita afficitur, animal. Si verò cerebrum auelli contigerit, aut aliquam eius partem conuelli, qui ita patiuntur, non ampliùs restituuntur.

59 Corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere conuenit: fames enim corpora siccat.

Quòd omnia, quæ exiccant, sint passionum humidarum remedia, manifestum est: siquidem contraria contrariorum remedia sunt. Quòd autem & fames ex accidenti corpora exiccet, non est dubium. Si quid enim defluat à corpore, sicuti & anteà dixi, nec id insuper ab alimento suppleatur, quod fuerit euacuatum, necessarium est, corpus effici siccius. C Liquet enim, quòd in cuiusque animalis corpore priùs illæ partes absumuntur, quæ sunt humidiores, quando & ipse defluxus idcirco fiat, quia corpus extenuatur, atque in vapores resoluitur. Idque duplici de causa: extrinsecus quidem ab aere ambiente: intus verò à calore natiuo. Quæ autē per hyemem latent animalia, cùm neque extrinsecus calefiant, neque intrinsecus, vel nihil prorsus, vel parum omnino dissoluuntur, atque ideo nonnulla eorum ne alimento quidem vllo penitus egent, nonnulla verò minimo prorsus. Post prescriptos Aphorismos alii duo ferè in omnibus exemplaribus inueniuntur, quorū huius libri expositores ferè omnes meminere, quidam etiam ipsos exposuere, sed aliter atque priùs fecerant, ne hoc quidem solum adiicientes, quòd iidem Aphorismi superiùs sint scripti. Nos verò in quarto commentario illos exposuimus, parum verbis ab D istis differentes. Alter enim eorum, qui nunc scripti sunt, superfluo adiectum habet, Vt deuorare non possit, nisi vix. Alter verò commutatum habet verbū Vix, vt prior quidem sit talis: Si à febre habito, tumore nō existente, in faucibus strangulatio repentè superueniat, & non possit deuorare, nisi vix, lethale. Secundus verò sic: Si à febre habito collum conuertatur, & deuorare non possit, tumore non existente in collo, lethale. Priores verò, quos dixi in quarto horum commentariorum fuisse expositos, ita se habebant: Si à febre habito, tumore non existente, in faucibus strangulatio repentè superueniat, lethale. Déinde quidem déinceps sequitur: Si à febre habito collum conuertatur, & vix possit deuorare, tumore non existente in collo, lethale. Quod igitur in priore Aphorismo dictum est superfluere, nunc consideremus. Etenim id fieri vidimus

dimus, vbi ægri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare siue nullo modo possint deuorare, siue vix, non existente tumore in faucibus (nam hoc licet perspicuè cognoscere, si plurimùm os aperiatur, & lingua versus mandibulam inferiorem prematur) in tali, inquam, constitutione, quòd difficulter deuoretur, causam esse suspicandum communionem tunicæ, quæ subnata est ex partibus gulæ, & summi gutturis interioribus. Nam ostensum est, hanc cibo os permeante, ipsam quidē trahi inferiùs, guttur verò summum totū retrahi superiùs. Tumescente igitur in summo gutture inflammatione, nonnunquam quidem nullo modo, quandoque verò vix ventriculum sequitur attrahentem, atque ob hanc causam vel nullo modo deuorant, vel vix.

60 Vbi toto corpore mutationes, & corpus perfrigeratur, & rursus calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi significatur.

Et hunc Aphorismum in quarto commentario exposuimus, iisdem ferè verbis scriptum, quibus & hîc. Est enim scriptura talis: Et vbi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, vel rursus calescat, & si alius ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

61 Sudor multus calidus: vel frigidus semper fluens, humorem abduci oportere robusto quidem suprà, debili verò infrà, significat.

Anteà alium Aphorismum in quarto horum commentariorum exposuimus hoc modo scriptum: Sudor multus calidus, vel frigidus, semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat. Et talium sudorum diximus esse affectionem, multitudinem humiditatis, quæ in ægri corpore continetur. Proptereà igitur qui nunc proponitur Aphorismus, abduci præcipit superfluum humorem, robustis quidem suprà, hoc est, per vomitus, debilibus autem infrà, quod & ipsum significat per alui subductionem. Quòd quidem igitur semper sit necessarium superfluas corporis humiditates euacuare, planè est manifestum. An verò robustis suprà tantùm, debilibus verò infrà, mihi dignum videtur animaduersione. Nam fortè melius est, non hac ratione distinguere remediorum vsum, sed vt in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit à nobis distinctū. Quare & hunc Aphorismum arbitror fuisse adscriptum. Post suprà scriptos Aphorismos alii tres inueniuntur in pluribus exemplaribus, qui pariter & ab expositoribus scripti sunt, & parum verbis euariant ab illis, qui in quarto horum commentariorum habētur. Scribunt autem eos hoc modo: Febres quæcunque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, periculosæ: quocunque autem modo intermiserint, significant quòd non periculosæ. Quibuscunque febres lōgæ, iis vel tubercula, vel ad articulos dolores decumbunt. Quibuscunque tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ii cibo pleniore vtuntur. Liquet autem quòd & hi interiecti fuerunt, à prioribus nihil, aut parum admodum verbis differentes: nos verò ipsos exposuimus in quarto horum commentariorum.

62 Si quis cibum febricitanti dederit: vt sano robur, sic laboranti morbus.

Galen.

A Scribitur autem & sic Aphorismus: Si quis febricitanti cibum dederit, sano quidem cibus est, laboranti verò morbus. Vtraque verò locutio ab explicatione naturali, ad æmulatricem, quam nominant, recessit: nescio quid sibi volentibus illis, qui ita libri finem tam variis modis disposuerunt, nonnulla quidem eisdem verbis scribentes, quibus ipse anteà vsus erat, nonnulla verò paululùm commutantes, aliqua verò tota interponentes, veluti hunc propositum Aphorismum, qui neque propè accedit ad Hippocratis explicationem. Ipse siquidem priùs dixit: Non pura corpora quantò magis nutries, magis lædes. Et si ex morbo cibum assumens aliquis non corroboratur, significat corpus pluri vti alimento. Si verò cibum non assumente hoc fiat, significat quòd euacuatione indiget. Et quædam alia huiuscemodi, quæ germanam, natiuàmque habent explicationem. Qui verò propositum apposuit Aphorismum, malè

B æmulando, in cibo dixit: Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere, cibum robur quidem in sanis efficere, nocere autem ægris: vel, per Iouem, sanis quidem augere robur, morbum verò laborantibus. Absurdè autem explicuit, inquiens cibum ipsum robur esse sanis, morbum verò laborantibus: qui neque robur est, sed roboris effectiuus: neque morbus, sed morbi effectiuus, vel quod rectius diceretur, augens.

63 Quæ per vesicam excernuntur, inspicere oportet, si talia, qualia sanis, excernuntur. Quæ igitur minimè similia sunt his, hæc morbosiora. Quæ verò sunt sanis similia, hæc minimè morbosa.

C Omnia, quæ sunt sanis similia in toto corpore, dictū est ab Hippocrate, & in Prognosticis, & in omnibus aliis libris, bonum aliquod significare: quæ verò dissimilia, contrarium. Hoc igitur etiam nunc conatur dicere, qui hunc composuit Aphorismum. Suspicor enim neque hunc esse Hippocratis, ex ipsa elocutione coniiciens, quæ non habet eandem cum Hippocratica formam, & ex dictis ipsis, quæ non æquè sunt vt ipsius autoris alia, exquisita. Cùm igitur inquit: Quæ minimè similia sunt his, hæc morbosiora: quis non repræhenderet ipsum dicentem illa morbosiora, pro eo, quod est, morbosissima, & extremè morbosa? Nam verbum Minimè, cum quadam exuperantia dicitur, & multam significat ad id, quod est præter naturam, euersionē. Vnumquodque autem, quod præter naturam est, quantum recessit ab eo, quod secundum naturam, tantū habet prauitatis. Quæ igitur minimè sunt iis, quæ secundum naturam se habent, similia, sunt iis, quæ sunt secundum na-

D turam, maximè contraria, & ideo morbosissima.

64 Et quibus deiectiones, si stare permiseris, & non moueris, veluti strigmenta subsistunt, & si pauca, paucus est morbus, & si multa, multus, iis confert alui purgatio. Quòd si aluo non purgata dederis sorbitiones, quantò plures dederis, tantò magis nocebis.

Per aluum exeuntia solet Hippocrates deiectiones, ac subductiones nominare: & proptereà quidam hoc loco acceperunt eius sermonem esse de iis, quæ per aluum

euacuantur. Verùm his aduerſantur verba illa, quæ in ſermone proponuntur, Si ſtare permiſeris, & non moueris. Hoc enim propriè conuenit humidis: atque ideo alii rurſus de vrinis eundem accepere ſermonem. Vtrique verò rurſus diuiſi, aliqui ſcribunt Subſiſtunt, aliqui verò Inſiſtunt. Neutrum autem horum verborum vrinis repugnat, quia & per ea, quæ ſubſiſtunt, & per ea, quæ inſiſtunt, conſueuimus & præſentium, & futurorum etiam aliquid cognoſcere. In alui autem excrementis, verbum inſiſtere, magis competit. Neque enim ſicut in vrinis prompta eſt, atque expedita ſubſiſtentium cognitio, ſic & in alui contingit excrementis. In vrinis etenim & ipſum vas ex vitro factũ oſtendit eorum, quæ ſubſiſtunt, naturam: & ſi in alio vaſe etiam continerentur, poſſumus id, quod ſupernatat, abiicientes, ſola ſubſiſtentia relinquere. In alui autem excrementis, neutrum fieri poteſt. Rurſus id, quod deinceps dicitur, Veluti ſtrigmenta: iis, quæ per aluum excernuntur, congruit: illis verò, quæ quouis modo vrinæ inferuntur, ſiue ſuperiùs, ſiue inferiùs, non congruit. Nã quædam ſtrigmentis ſimilia per aluum ſæpius excernũtur: & ita ea non modò Hippocrates, ſed etiam alii medici nominare conſueuerunt, non tamẽ in vrinis. Hic igitur tam nominum, quàm verborum vſus improprius oſtendit præſentem Aphoriſmum interiectum fuiſſe. Adhuc autem magis cùm dicit his conferre alui purgationem. Neque enim ſimpliciter, neque quouis modo illi, cuius ſtrigmentis ſimilia alui excrementa ſunt, confert aluum purgare: ſicuti neque ii, qui ita affecti ſunt, neceſſariò læduntur in aliquo, ſi cibum acceperint. Videmus ſiquidem cùm alui inferioris excrementa bilioſa fiunt, quædam ſimilia ſtrigmentis per aluum excerni, in quibus neque omnes læduntur, ſorbitiones accipientes, neque priùs eos purgare eſt neceſſariũ, modò iam, quicquid bilis ineſt, fuerit euacuatum. Adhuc autem magis ſi vrinis aliquid inferatur, quod ſic veluti ſtrigmenta purgare nõ conuenit. Accedit ad hoc, quòd difficile eſt, formam agnoſcere, qualem eſſe velit eorum, quæ veluti ſtrigmenta inferuntur vrinis. Verùm qui hos Aphoriſmos interpoſuerunt, mihi videntur ad hunc finem eos compoſuiſſe, vt ſermo confunderetur tanquã ænigma quoddã, & multa indigeret inquiſitione, in quã ſe ipſos eorum, quæ dicuntur, expoſitores conſtituẽtes, apud adoleſcentes laudem aſſequerentur. Quòd autem omnes obſcuri ſermones dent ſophiſtis garrulitatis occaſionem, fiet tibi in hoc ipſo Aphoriſmo manifeſtum. Quidam enim eorum, qui eum expoſuere, aiunt non vetare Hippocratem quin dentur ſorbitiones hoc modo affectis, ſed plures ſorbitiones, quum dicat: Quantò plura dederis, magis lædes. Quaſi non etiam alii, quicunq; indigent ſorbitionibus, lædantur à pluribus, vel quaſi non conſequatur ad illum, qui dicit: Quantò plura dederis, magis nocebis; putare ex paucioribus minorem fore læſionem. Veruntamen propter malum elocutionis modum, ſophiſtis datur facultas inueniendi ſolutiones, & magis quando licuerit addere aliquid, vel adimere, & ſcribendo tranſponere: quod in obſcuris ſermonibus facere conſueuerunt. Statim enim hoc Aphoriſmo quidam ipſum exponentes, coniunctionem, Et, adiicientes, quod alii ſequentis Aphoriſmi fecere principium, id huius finem conſtituunt, vt ſermo ita ſe habeat: Si verò aluo non purgata dederis ſorbitiones, quantò plures dederis, tãtò magis nocebis: & quibus infrà cruda deiiciuntur, quantò videlicet plura dederis, magis lædes. Deinde aliud initium facientes ſcribunt, quod vbi atra bilis ineſt, ſi plus, maior eſt morbus: ſi minùs,

A minor. Plures verò expoſitores aliter exponunt, & ſcribunt eo modo, quo ſubſcriptum eſt.

65 Quibuſcunque cruda infrà deiiciuntur, quoniam atra bilis ineſt, ſi plura, maior, ſi pauciora, minor eſt morbus.

Dictum autem eſt anteà, quòd & aliæ quædam ſcripturæ ſunt. Licitum eſt enim in obſcuris vnicuique pro arbitrio ſcribere, cùm nulla lex ſit tranſcribentibus poſita. Sæpius autem non propter obſcuritatem, ſed propter ſermonis falſitatem coguntur aliquid addere priùs inuentis, aut adimere, aut ſcripturam tranſponere. Veluti, exempli gratia, in hoc Aphoriſmo, cuius verba primi expoſitores Aphoriſmorum, quorum de numero ſunt Herophilus, Bacchius, Heraclidéſque, ac Zeuxis Empirici, in hunc modum ſcripſerunt: Quibuſcunque
B inferiùs cruda deiiciuntur, atræ bilis ſunt: ſi plura, pluris, ſi pauciora, paucioris. Quia verò hic ſermo particulare quiddam explicat, dictus autem eſt tanquam vniuerſalis, ideo præbuit dubitãdi occaſionem. Nam id, quod dicitur, quantum ad verba attinet, nullam habet quæſtionem, cùm eorum ſcriptor velit oſtendere, quibus cruda deiiciuntur, in eorum inſtrumentis, quæ concoquendi vim habent, eſſe atram bilem, ex qua perfrigerata deteriùs concoquunt: & modus incoctionis eſt, qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit. Nam quæ propter eam incocta remanent, nidoroſa ſunt. Quidam verò & hunc ſermonem etiam de vrinis dictum arbitrantur.

66 Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, ſanguineæ, bilioſæ,
C **& fœtidæ, omnes malæ. Cùm verò bene excernuntur, bonum eſt, & per ventrem, & per veſicam: & vbi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum, malum.**

Et hic Aphoriſmus ſuprà ſcriptus eſt, hoc modo: Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, ſanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: ſed ſi bene excernuntur, bonum eſt, & per aluum inferiorem, & per vrinas. Si verò aliquid per loca excernitur, quod non conducat, malum. Nos verò ipſum expoſuimus in quarto horum commentariorum.

67 Corpora oportet, vbi quis purgare voluerit, fluida facere: & ſi ſuprà, ſiſtere al-
D **uum: ſi verò infrà, humectare.**

Et huius ſermonis pars prior fuit in præcedentibus ſcripta, non adiecto verbo Suprà, & ſequentibus: quæ quiſpiam volens adiicere hoc in loco, rurſus ſcripſit Aphoriſmum cum expoſitione, per quam verus eſſet. Quòd autem ſit altera expoſitio verior, quam nos multa experientia inueſtigauimus, dictum eſt ſuperiùs in ſecundo commentariorum.

68 Somnus, vigiliæ, vtraque modum excedentia, morbus.

Et hic Aphoriſmus in quibuſdam exemplaribus fuit interiectus, qui priùs dictus eſt totus eiſdem verbis, præterquam in fine. Hîc enim morbus, illhîc autem malum ſcribitur, quæ ſcriptura eſt longè melior.

In

69 In febribus non intermittentibus si exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, lethale,

Et hic Aphorismus imprudenter scriptus est, cùm melius suprà dicatur sine verbis illis, Et febris habeat. Nam cùm in principio dixerit, In febribus non intermittentibus, vana est rursus in fine sermonis adiectio, Et febris habeat.

70 In febre non intermittente, si labrũ, aut nasus, aut oculus, aut supercilium pervertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit, quicquid horum fuerit, mors propè est.

Et hic Aphorismus anteà dictus est, his verbis: In febre non intermittente, si labrum, aut palpebra, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si nõ videat, si non audiat, & iam debilis sit, quicquid horum fuerit, mors propè est.

71 A pituita alba, aqua inter cutem superuenit.

Quod dicitur, tale est: Quibus in vasis & in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit aceruata, iis aqua inter cutem (quæ leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet) superuenit.

72 Ab alui profluuio, difficultas intestinorum.

A communi videlicet subaudire oportet, superuenit, abrasis paulatim intestinis, deinde in profundum malo subeunte, atque ita hulceratis. Priùs verò in Aphorismo legitimo melior scriptura est hoc modo: A syncera deiectione, difficultas intestinorum. Et nos hũc Aphorismum exposuimus in sexto horum commẽtariorum.

73 A difficultate intestinorum, læuitas intestinorum superuenit.

Et hic Aphorismus est pars priùs dicti, per hæc verba: Qui lienosi à difficultate intestinorum corripiuntur, iis superueniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem superuenit, aut læuitas intestinorũ, & pereunt. Nos verò ipsum exposuimus in sexto horum commentariorum.

Galen.

74 A corruptione, abscessus ossis.

A A communi hîc quoque subaudiendum est, superuenit. Vtrum verò ad ossis corruptionem ipsius ossis sequatur abscessus, vel carnis circumstantis, non manifestauit. Vtrunque autem potest esse verum.

75 A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio suprà. In tabe, fluxio ex capite: in fluxione, alui profluuium: in alui profluuio, adstrictio purgationis superioris: in adstrictione mors.

In pluribus exemplaribus, & apud plures expositores scriptum est: In sanguinis vomitu corruptio. In quibusdam tamen exemplaribus hæc habetur scriptura: In vomitu sanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex plu-
B ribus Hippocratis enuntiationibus fuisse collecta, & corruptè composita, ab illis præcipuè Aphorismis: In sputo sanguinis, puris sputum, malum. A puris sputo, tabes, & fluxus: quum verò sputum retinetur, moriuntur.

76 Qualia fuerint vesicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multum, multus: si valde multum, lethale est.

Hic vltimus Aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdã verò & alii adiecti sunt, eodem
C modo, quo & illi omnes, quos percurrimus ex legitimis ita fraudulenter concinnati, vt nonnulli eisdem verbis scribantur, nonnulli parum euarient, nonnulli parua facta adiectione similes sint iis, quos scripsit Hippocrates: quare ne ipsos quidem duximus adiiciendos. Nam neq; hic nunc propositus aliquid plus nobis ostendit iis, quæ sæpius Hippocrates manifestauit. Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam hoc, Qualia vesicæ fuerint, aut alui excrementa: relatione opus habent. Summa tamen (vt dixi) vera est. Nam si paruus sit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum: si verò plus, maiorem: si verò admodum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbũ iudicare.

CL. GALENI ADVERSUS Lycum, quod nihil in eo Aphorismo Hippocrates peccet, cuius initium,

Qui crescunt, plurimum habent caloris innati.

Iulio Alexandrino, Tridentino Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM,

Quæ instar epitomes sunt libri Aduersus Lycum, in quo Galenus Hippocratis Aphorismum defendit, cuius inititium est: Qui crescunt, plurimum habent caloris innati.

Cap. 1. Præfatio, Contra Lycum & Commentarios eius in Aphorismos Hippocratis, quòd cùm elementa artis medicæ secundũ Hippocratẽ ille ignorauerit, nõ debuerit Aphorismos eius interpretari, nedum censere, alios laudando, alios vituperãdo. Et quòd ab amicis rogatus sit vt obiectionibus eius contra hunc Aphorismũ responderet. 2. Calorem insitum in nobis esse: Vtrũ verò innatus ille cordi sit, aut ex motu cordis oriatur, confessum non est. Corpora nostra constare ex calido, frigido, humido, & sicco: & quòd secundum illorum varios excessus, diuersa temperamenta fiant: & si nimiùm excedant, morbi diuersi, vt febres humidæ, quas typhodes, & helodes vocant: siccæ, quas causos: & calidæ, eæq; vel squallori, vel humido vapori iunctæ. 3. Sanorum quoq; diuersa temperamenta esse. Exemplum à balneis, quæ vel sunt temperata, vel calidiora iusto, vel frigidiora, vel nihil horum, sed plena vapore, aut fumo, eóque diuerso, pro materiæ, quæ vritur, diuersitate. Communem hanc nominum in balneis, & aliis rebus differentiam, seruandam esse in temperamentis quoque corporum nostrorũ. De calidi, & fumidi differentia, quòd hoc mordax sit, illud non item. Fumi, & fuliginis differentia. Quòd quæ sensum latet in nobis transpiratio, alia sit vaporis instar, alia vt aer siccus, alia cum humore (vt sudor) effluens. 4. Malè sensisse Lycum nullam esse caloris differentiam, & quòd suis ipse verbis opinionẽ suam demoliatur, quibus scribit, Calor, quatenus calor est, nihil à calore differt. Nam etsi hac ratione non differat, (quod quidem in omnibus rebus verũ est, vt à seipsis, quatenus ipsæ sunt, non differant) aliis tamen modis differentias eius statui nihil prohibebit. Nam si prorsus nullæ sint differentiæ rerũ, ne artes quidem vllæ erunt. Quid enim pictura esset, nisi colores differrent? Quid Musica, nisi soni? Quid grammatica, nisi literæ differrent? Quòd ipse Lycus & aliarum rerum, & pleuritidis differentias scripserit. In differentiarum notione artes omnes consistere, & aliorum philosophorum authoritate, & Platonis è Philebo verbis probat. 5. Idem exemplis adstruit ex Platone, à coloribus, figuris, & scientiis: quæ licet genere, & quatenus ipsa sunt, non differant, secundum species tamen in contrarias etiam differentias abeunt: & similiter caloris quoque differentias aliquas admitti oportere. Differentiis enim sublatis, artes, quæ in A *earum notione consistant, aboleri. Obiter, de grammatica, & vocum differentiis. 6. Quòd in colorum genere magis redargui possit Lycus, quàm in calidorũ. Hæc enim etsi inuicem differant, non prorsus tamen sibi pugnant. Color verò licet quà color vnus ab altero non differat, alia tamen ratione non differentes modò colores, sed maximè etiam contrarios videbis. Quippe nihil prohibet, quin vna res cum alia quapiam, & eadem sit, nempe genere: & diuersa, aut etiam contraria, videlicet specie: De qua ignorantia Lycum dialectices inscium accusat. 7. Quòd simili absurditate asseruerit Lycus humorem ab humore nihil differre: quorum tamen secundum sapores permultæ sunt differentiæ. Quòd imperitissimus iste Lycus, vt qui ne saporem quidem à sapore discernere potuerit (acidum enim, siue acetosum ab adstringente non distinxit) Hippocratem incessere non erubescat. Si calor à calore nihil differret, ne febris quidem à febri, & frustrà de febrium differentiis medici scripsissent, & ipse Lycus tum de his, tum aliis differentiis frustrà sæpe mentionem fecisset. Et quòd non rectè asseruerit Lycus, palearum ignem (quo aurifabri vtũtur) infirmitate tantùm, nec aliter differre ab alio igne. Flammarum generatio, quòd in vno, eodémque igne multa earum* B *diuersitas sit, secundum magis, & minus, &c. 8. Propius ad Aphorismum accedit, & verborum Lyci summam primùm proponit, quæ talis est: Multus calor, tripliciter dicitur: Vel substantia, & mole, quo sensu propriè nõ calidius aliquid sed plus calidi habere diceretur, vel calorem copiosiorem. Sed hic in crescentibus maior esse non potest, quàm adultis, cùm minor corporis eorum moles sit. Vel qualitate intensa, secundum quam calidius aliquid, non autem plus caloris habere dicendum esset: vt si non re ipsa, locutione tamen errasset Hippocrates. Sed ne hic quidem maior in pueris calor percipitur. Vel propriarum functionum robore, qui licet euidentior in pueris sit, diuersa tamen ratione, & impropriè caloris nomen obtinet, cùm neque mole, neq; qualitate excellere eum oporteat, sed potiùs moderatum esse. Deinde ipsa Lyci verba proponit, quibus hæc illo copiosiùs asserit. 9. Repetit summam verborum Lyci. Genuinus Hippocratis sensus, quomodo crescentium*

ſcentium calor innatus copioſior ſit, nempe nõ ſimpliciter, ſed pro corporis, & magnitudinis ipſorum portione. Et quòd calor A *innatus ſit ipſum ſemen cum ſanguine menſtruo, ſiue ſubſtantia illa, quæ primò ex ſemine, & menſtruo ſanguine iũctis in genitura, ſeu fætu exiſtit, antè, quàm aliarum partium, vt oſſium, vaſorum, &c. formæ appareant. Et primò quidem hæc ſola per ſe exiſtit, déinde quò corpora magis augentur, tum in vtero, tum in lucem edita, eò magis illa minuitur ad ſenectutem vſque.* 10. *Plurimum calorem creſcentium dici, qui ſanguini præcipuè ineſt, comparatione ad alias partes non natiuas, & archegonas, neque ſanguineas, ſed poſteà natas. Plurimum autem ſanguinis ineſt pueris, ita vt oſſa etiam ſanguineum aliquid habeant. Quòd vt ſanguinea, ſic etiam ſeminalis ſubſtantia, plurima creſcentibus, perpauca ſenibus adſit.*

Lycus creſcentes minùs calidos eſſe aſſerit, quoniam corpora eorum facilè digerantur, & diſſoluantur, adultorum non item. Cùm contrà potiùs iudicandum ſit, iuniores faciliùs diſſolui, propter calidum & humidum ipſorum habitũ: adultos difficiliùs, propter frigidum, & ſiccum. Multitudinem B *ſubſtantiæ, ſi ſimplex ſit, ex mole coniicimus: ſin compoſita, ex analogia, & ſymmetria miſtionis ad reliqua.* 11. *Quòd ſimul & ſubſtantia innati caloris, & eius qualitas, & efficacia in creſcentibus maximè abundent. Sicut & in compoſitis medicamentis, id, quod copia reliquas ſpecie ſuperat, qualitate etiam, effectúque ſuperabit. Item in balneo, ſi plus fumi ſit, quàm vaporis, & aeris balneo conuenientis, qualitas etiam, effectúſque fumi reliqua vincet. Quanquàm verò maius, vel plus, & minùs, de corporum ſubſtantia, ac mole propriè vſurpemus, vulgò tamen receptum eſt de qualitatibus quoq;, & effectibus has voces vſurpari. Quòd in corporibus ſimiles vt in balneo reſolutiones fiant: à bile vtraque, fumus, & fuligo: à phlegmate, vapor: à ſanguine, conueniens, & proprius corpori ſpiritus.* 12. *Concluſio, & anacephalæoſis dictorum in inſcitiam, & audaciam Lyci.*

1 CVM in Hippocratem nulla in ſe conflata hominũ inuidia ſcripſerit Lycus, tũ cuicunque collibitũ hoc eſt, longè adhuc minore eos onerandos inuidia exiſtimo, ſi qui quæ perperàm in illum congerũtur crimina diluere valens, C veluti apud vtrorunque libros in iudicio lecturos, defenſionem paret: præſertim cùm qui accuſat, antè, quàm ea, quæ dicuntur, diſcendo percipiat, audaciùs agit, qui verò defendit, in veteris magiſtri placitis exercitatus ſit. Commentarios itaque ſcripſit quidam Lycus Hippocratis Aphoriſmos D exponens, vtrobique autem hominis placita malè accipit, & cùm repræhendere, & cùm eorum, quæ ab illo dicuntur, nonnulla laudare ſe putat, nec minùs, in quibus contradictionem molitur: nam nec quæ ab eo laudantur inter Hippocratis placita ponũtur, verùm Lyci figmẽta ſunt, & per quæ contradicit apertè ſeipſum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidem tenere: cui verò elementorum ſcientia non adſit, multò is ſanè minùs artis illius, aut eorum, quę ab illa veniunt, tanquam ſyllabas nouerit. Itaq; ſi primus ego, aut vnus demũ eſſem, qui cenſere Hippocratem dicerem ex calido, frigido, humido, ac ſicco animantium conſtare corpora, minùs fortaſſe audacter Lycum accuſarem, quòd antè, quàm Hippocraticæ artis elementa teneret, librorum ipſius ſcribere enarrationes aggrederetur: neq; enim aut eos, qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia qui-

A dem artis vtilia agnoſcunt, explanare Aphoriſmos decet, ſed id, quod ab ineunte ætate didicere. Verùm hi eius rurſus probant, aut damnant placita. Lycus autem Hippocraticæ artis ignarus adeò eſt, vt quum primas commentariorum eius in Aphoriſmos expoſitiones perlegiſſem, Deos teſtor omnes, non potuiſſe me reliquæ libri parti percurrendæ animum adhibere, adeò mihi viſus eſt à veteris magiſtri ſentẽtia aberrare. Cùm verò amicorum cuidam viſum fuiſſet, vt iis. quæ ab illo in Aphoriſmo, in quo ait, Quæ augentur, plurimùm habent caloris innati, ſcripta ſunt, aures accommodarem, déinde alii etiam quàm plurimi me hortarentur vt eius obiectionibus reſpõderem, hac ductus neceſsitate, ſcribere iſta aggreſſus ſum.

2 Sed quò faciliùs, quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduerſus ea ſunt, intelligant, qui ferre de hac re ſententiam debent, præfari pauca quædam oportet. Ca- B lorem ineſſe nobis in aperto apud omnes eſt, vtrum autem ex cordis, atque arteriarum motu generetur is, an verò quemadmodum connatus cordi motus eſt, ad eũdem etiam modum ſe habeat calor, diuerſa de his ſenſere medici. Cæterùm ſi quis eſt, qui perdiſcere ſcientificè cupiat animantium cunctorum generationis primordia calidum eſſe & frigidum, & ſiccum, & humidum, vnum is conſcriptum à nobis librum habet, in quo quid de hoc Hippocrates ſentiat, explicamus, demonſtramúſque, cui quidem titulum fecimus De elementis ſecundum Hippocratem. Ab hoc déinceps libri De temperaturis habentur, in quibus quænam corpora maiorem calidi elemẽti portionem, quæve minorem adepta ſint, oſtendimus, vtque hanc ipſam ob cauſam calidiora hæc, illa frigidiora naturâ facta ſint. Nam cùm vniuerſis nobis calidum inſit elementum à prima ſtatim origine C innatum, quam ſortiti ex ſemine, ac ſanguine menſtruo ſumus: diſtamus tamen inuicem, quòd magis, minúſque alius alio calidus reperiatur: ſunt tamen latitudini huic quidam tanquam termini præfixi, quos vltra ſi temperamentum progrediatur, aut ægrotare nos, aut iam interire neceſſe ſit. Vt enim plus iuſto perfrigerati morbos contrahimus frigidos, ſic cùm extra ſanitatis campum excalfacti fuerimus febrem incidimus. Quinetiam febrium ipſarum quædam exactè ſiccæ habentur, ſicuti exquiſitè ardentes: quædam verò ſummè humidæ, quod genus illæ ſunt, quas Græci τυφώδεις, id eſt, fumoſas, vel ἑλώδεις, id eſt, humectas appellant. Quòd ſi alicui vocabula hæc non admodum placent, aut res alias iſtiuſmodi nomenclaturis notare conſueuit, huic ego clarum oratione faciam quales eſſe humectas febres dicam, quum à prima ſtatim die ægrotantes ſudant, ſudoréque D ipſo aut parum, aut nihil leuantur, has ego humectas appello febres: ſiccas è diuerſo eas voco, in quibus ſitis vrget vehemens, ac ſcabra viſitur lingua, duratáque tanquam corium cutis, plurimúſque in vniuerſo adeſt corpore ſquallor. Sunt & aliæ quædam febres totius corporis tranſpiratione tangentibus infeſta, vt & pungi, & morderi videantur, quod ipſum etiam dupliciter fit. Nam quod ſentimus aereum ſiccum interdum nobis, interdum humidum, veluti vapor quidam apparet.

3 Nec iam aliæ in ſanis reperiuntur temperaturarum inter ſe differentiæ, quas à recta declinare temperie dicimus, quarúmque naturalem, quantum fieri à nobis poteſt, intemperiem corrigimus, quæ non poſtrema eſt, ſanitatem tuentis artis pars. Quæcunque verò temperata Natura corpora inſtituit, in his nihil ſe huiuſmodi tangentibus offert: quippe quæ exquiſita temperie conſtant, vt nec caloris defectum ſentiant, quod ſenibus,

perfrigeratiſque accidit, neque verò exceſſum, quod his euenit, qui labore vſi ſunt nimio, aut æſtiuo ſe Soli diutiùs expoſuere, ac multò ſanè minus mordacitatis, aut moleſtiæ quicquam horum obtinet calor. Verùm, vt quæ dicuntur, apertiùs intelligantur, optimè à nobis fiet, ſi in memoriam balnea reuocabimus, in quibus vna cùm ſit temperatorum formula, multæ viſuntur intemperies. Vna enim balnei intemperies ea eſt, cùm plus, quàm vſus poſtulat, repertum id frigidum fuerit: altera, quum ad moleſtiam vſque excalfactum ſit: tertia, cùm nec frigiditatem eius, nec caliditatem damnantes, vapore tamen repletum eſſe dicimus, hócque illud nomine culpamus. Quis enim eſt, qui neſciat, qui, modò homo ſit, temperatam ſæpius non ſolùm aquam reperiri, ſed ad eundem etiam modum aerem, atque vaporem? Sic etiam temperatus in ipſis balneis lapis eſt, per quem nec caliditate nimia, nec frigiditate, neque ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, volutari poſſumus. Igitur quemadmodum in aqua, lapide, aere, eodem modo in vapore temperata ineſt caliditas. Qui quoties balneum temperie hac præditus repleuerit, qui lauantur balneum quidem huiuſmodi damnant, déque eo queruntur, non tamen frigidius id, aut calidius appellant. Quòd ſi huiuſmodi etiam aliquid acceſſerit, duplici balneum culpa notant, frigidum id eſſe dicentes, vaporíſque plenum, quemadmodum rurſus nimio cum vapore immoderatè calidum. Non tradamus itaque hæc obliuioni, neque præ nimia, quam nonnulli oſtentant, ſapientia, quæ vniuerſim hominibus cũctis aperta ſunt, deſtruamus. Verùm quoties dicentem de animali audiemus aliquem, quòd huius temperatus calor ſit, intemperatus illius, balneorum recordati cùm erimus, non erit ad diuerſum quippiam dirigenda cogitatio, ſed illhuc, quo quicunque communes notiones integras ſeruant, quotidie quum in aliis permultis, tũ verò in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis, dirigunt transferenda. Calidum itaque balneum eſſe inquiunt, ac frigidum: vaporis item plenum, ſiccúmve, atque aridum, ſingulis his nominibus propriam rem aliquam ſignificantes. Eſt igitur præter hæc, quæ retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenum, & eo numeroſiſsimarum ſpecierum, ſiquidem alius ex roboreis lignis, ex ficulneis alius, oleagineiſve conſtat, ac pro vnaquaq; arbore alius, atque alius. Sed his particulatim differentiis in præſentia non egemus. Satis nunc ſit, ſi vniuerſo genere hoc vnica nomenclatura, atque intelligentia compræhenſo fumidum eſſe balnei aerem dixero, nihil hîc nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam (ſi fortè ita contingat) vtrobique culpato, & quòd calidum balneum, & quòd fumidum ſit. Verùm omiſsis iam balneis, agè eorum, quæ quotidie domi nobis accidunt, recordare: quoties ædium, in quibus degimus, nunc humiditatem, nunc verò frigiditatem nimiam, aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundẽ modum domus aerem in magnis ſub Cane caloribus damnamus, & cùm repletus is fumo fuerit, an potiùs hic quoque, quemadmodum in balneis nonnunquam calore inter ſe nihil quidem diſtant? Eſt autem horum alter hoc tantum vnum, nempe calidus aer, alter præter id fumidus etiam. Ac calidus quidem aer lacrymas nunquàm ciet, cùm tamen fumidus, etiam ſi modicè calidus ſit, id ſemper faciat. Quam ob rem planum hoc in loco apertè factum eſſe arbitror, mordacem caliditatem, nõ quòd magis excalfaciat, verùm alia quadam re differre. Quocirca ſæpenumero cùm ad flammam, quæ fumo careat, maximam, proximè acceſſerimus, adeò caleſcimus, propè vt aduramur, nullus tamen, quod euenire in fumo ſolet, morſum ſentit, nec lacrymas oculus mittit. Miremur igitur, A ſi quis ſit, qui hanc in fumo quidem, ac flamma differentiam depræhendat, in corporibus verò noſtris interdum quidem vehementiſsimam caliditatem non perſentiat, qualis eſt flammæ, interdum autem qualem fumi, mordacem, infeſtámque. Nec ſanè minore admiratione proſequamur, ſi quis animantium caloris intemperies, iis, quæ in balneis, domibúſque reperiuntur, proportione reſpondere non concedat. Ergo quemadmodum alius domus aer eſt fumidæ, alius calidæ ſolummodo: ad eundem, opinor, apertè modum diuerſus ab his eſt, in quo accenſarum lucernarum multitudo ſit, aut facis, quæ fuliginem mittat. Quo ſit, vt fumidum alterum vocemus aerem, alterum fuliginoſum, nimirum eum, qui ex materia ad plenum peruſta venit. Siquidem cùm vtrunque flammæ excrementum ſit, hoc eſt inter fuliginem, ac fumum diſcrimen, quòd fuligo terreæ eſt materiæ ad plenum B peruſtæ exhalatio: fumus neque ex peruſta, aut terrea, verùm ex ſemiuſta, éxque humida, terreáque ſubſtantia compoſita materia ſit. Quicunque igitur in Hippocratis placitis legitimè verſatus fuerit, is demùm didicit eius, quam medici omnes vſitato iam vocabulo ſenſum latentem tranſpirationem appellant, qua difflãtur corpora, aliam quidẽ talem eſſe, qualis vapor eſt, aliam autem, qualis aer ſiccus, atque aliam eſſe, quum quæ ſentiri poſſunt, exeunt humiditates.

Deſiderantur quædam.

4 Hæc ſunt, quæ attulit Lycus, verba, dum probare nititur, nihil alium ab alio differre calorem, quæ C iam non quidem dum à nobis refellantur, expectant, cùm ipſa ſponte ſua corruant. Quid enim tandem ait? Calor, quà calor intelligitur, nullam obtinet cum calore alio differentiam. Si igitur nihil orationi appoſitum ſignificat hoc, quà calor intelligitur, ſubtrahamus inde penitus id: ſin aliquid notat, apertè calorem à calore ſecundum quidem hoc minimè, ſed ſecundum aliud tamen aliquid diſtare monſtrat. Nam ſi nulla ratione differt, quorſum attinuit verbum Quà, addere? Sin alia quidem ex parte differt, hac non differt, ſecundum id quod differt, differentiæ intelligantur. Si nanque ſecundum quod vnumquidque dicitur, tantummodo conſideretur, iam rerum omnium diſcrimina tollas licet. Animal, quatenus animal eſt, nihil ab alio diſtat animali: planta quatenus planta, nihil ab alia diſtat planta: arbor, quatenus arbor, nihil ab alia differt arbore. Num propterea animalium differentiæ non ſunt, volatile, pedeſtre, natatile, aquatile, terreſtre, aereum, aut mortale, & immortale, aut rationale & irrationale, aut do- D meſticum, & ſylueſtre, aut timidum, & audax, aut aliorum, quæ ſcimus, diſcriminum vnumquodque? Nam quid attinet plura referre? Sic etiam inter plantas arbor aliud eſt, aliud frutex, aliud ſpina, herba aliud, ſuffrutex etiam aliud. An potiùs cùm animalia omnia, quatenus animalia, nihil inter ſe diſtent, tamen has, quas modò retuli, vniuerſas, ac præter eas permultas etiam alias animalis eſſe differentias verè quis dixerit? Nec iam aliter dicendum de plantis. Neque enim planta à planta eo diſtat, quòd hæc quidem rationalis ſit, illa irrationalis, neque quòd volatilis hæc, pedeſtris illa ſit, neque verò ſecundum aliquam earum, quas modò enumerauimus, differentiam. Quemadmodum ſanè nec animal ab animali differt, quòd hoc quidem frutex ſit, illud ſpina, hoc arbor, illud herba, hoc ſuffru-

ſuffrutex, illud cedrus, verùm plantarum potius generi huiuſmodi attribuitur ſectio. Quinetiam morborum differentias Lycus ipſe plurimas colligit. Atqui morbus à morbo, quatenus morbus, nihil differt, ſicuti nec ſymptoma à ſymptomate, quatenus ſymptoma, horum tamen nihilò minùs differentias ſcribere aggreditur Lycus, ſicuti lateralis etiam doloris, ac aliorum morborum omnium. Atqui laterum dolor, quà dolor laterum, à laterali dolore alio minimè diſtat, cùm tamen inter hos alius ſit, qui dolorem ad iugulum vſque, alius, qui ad præcordia extendat. Ad eundem modum alius eſt, in quo infectum colore aliquo ſputum viſitur, alius huic oppoſitus, in quo nihil expuitur, qui ἄπτυστος à nonnullis vocatur, id eſt, ſputo carens, aliæque prætereà differentiæ plurimæ ſunt, ſecundum quarum diuerſitatem diuerſam etiam eſſe curationem contingit: quas tamen ipſas, ac febrium prætereà ipſarum differentias nobis nititur Lycus tradere. Atqui ſiue illæ ob caloris redundantiam, ſiue ob qualitatis mordacitatem fiant, febris cum febre, qua quidem febris eſt, nulla conſtituetur differentia. Quam ob rem orationem ineruditam adeò perquirit Lycus, vt non ſentiat artes ſe inde planè omnes euertere: ſiquidem in rei vniuſcuiuſque differentiis noſcendis artes conſiſtunt, de quo Plato etiam in Philebo prolixiùs inter ipſa ſtatim libri initia diſſeruit, nec ab illius diſceſſerunt opinione Ariſtoteles, & Theophraſtus, & Chryſippus, & Mneſitheus, ac nullus quidem eſt, qui non eadem in opere De arte diſſerat de hac oratione. Verba porrò, quæ primùm de artium conſtitutione Plato attulit, ad hunc ſe habent modum. Socrates. Vna quidem, quæ ore egreditur in nobis vox eſt, ac multitudine rurſus infinita tum omnium, tum vniuſcuiuſque. Protarchus. Quid ni? Socrates. Atque ex horum neutro ſapientes reddimur, neque eo quòd infinitum illius ſciamus, neque verò quòd vnum, verùm quod, quot, qualiáque ea ſint, nouerimus, id eſt, demum quod noſtrum vnumquemque grammaticum reddat. Protarchus. Veriſsimè dicis. Socrates. Nec iam muſicum quod faciat diuerſum ab hoc eſt. Protarchus. Quónam modo? Socrates. Vox vtique, quod ad artem illam attinet, vna in ea eſt. Protarchus. Quid ni? Socrates. Ponamus autem duo, graue, & acutum, ac tertium præter hæc æquitonum, an aliter tibi videtur? Protarchus. Ita cenſeo. Socrates. Non tamen proptereà edoctus adhuc probè muſicam fueris, cùm hæc ſola ſciueris. At ſi iſta neſcieris, nullius, vt ita dicam, pretii in muſica fueris. Protarchus. Non ſané. Socrates. Verùm vbi amice aſſequere, cùm vocis, quod quidem ad eius ſpectat grauitatem, acuménque, quot ſint numero interualla, ac qualia, & interuallorum terminos appræhenderis, tum quæcunque ex his ipſis factæ compoſitiones fuerint, quas, cùm qui ante nos fuere perſpexiſſent, nobis, qui illos ſequimur, vocandas reliquere harmonias. Nec minus in corporis rurſus motionibus alias ineſſe huiuſmodi affectiones cenſent, quas ipſas numeris dimenſas oportere aiunt rhythmos, menſuráſq; appellare: ſimul etiam illud intelligendum, ad hunc eſſe modum in re omni de vno, ac multis inſimul conſiderandum. Vbi enim hæc ipſa hoc appræhéderis pácto, tunc ſapiens euaſiſti: cúmque rem quamcunque aliam hoc modo conſideratam tenueris, ſic demum in hoc factus prudens es.

5 Ac ſanæ quidem mentis auditoribus ſatis hæc fuerat ex Platone audiiſſe pro artium vniuerſarum conſtitutionis indicatione. Neque enim fieri poteſt,

A vt vel ſolius rei artifex quis ſit, niſi rerum priùs differentias teneat: non tamen ab re fuerit, ſi, quemadmodum Plato, non contentus ſola ſermonis ſumma in exemplum præter hæc claritatis gratia addidit, grammaticam, ac muſicam, ita nos exemplum quoque afferamus, vnum artis quidem pictoriæ, ſed eius, quæ ſubiecta illi ſit, colorum materiæ. Nempe enim hoc etiam in loco affirmemus licet inter colorem & colorem, quà color eſt, nullum eſſe diſcrimen, éxque hoc vniuerſas eorum differentias tollamus, id quod Plato etiam tandem ipſe in Philebi notauit principio. Cùm enim voluptates diſtinxiſſet Socrates, nec eas, qui cum eo diſſerebat inter ſe diſtare omnes concederet, quatenus voluptates ſunt, ſimillimáſque eſſe illas diceret, huic iſtius rationi verbis his obuiam it Socrates: Etenim inter colorem etiam & colorem, ô vir diuine, ſecundum hoc nihil diſtat, quatenus quidem color horum vnuſquiſque eſt, omnes tamen albo nigrum præter id, quòd
B diuerſum ab eo ſit, etiam contrariiſsimum eſſe ſcimus. Quin etiam figura omnis cum alia ſecundum idem genere vna eſt, illius tamen partium quædam oppoſitiſsimæ ſibi inuicem ſunt, quædam diuerſitatem inter ſe obtinent infinitam, ac permulta etiam alia ſic ſe habere comperiemus. Quare noli fidem rationi huic adhibere, quæ vnum contrariiſsima omnia faciat. Hæc ſunt fermè eius de coloribus, ac figuris verba. In quibus verò de voluptate diſputat, ſic habent: Voluptate quidem affici dicimus & proteruientem, & modeſtum, nimirum hoc ipſo quod modeſtè agit, voluptatem etiam ſentire inſanum dicimus, inſanarúmque opinionum, ac ſpei plenum, ac prudenter agentem, eo ipſo quod prudenter agat. Et ſanè nónne meritò pro inſano habeatur, ſi quis voluptates has ſimiles inter ſe eſſe vtraſ-
C que dixerit? Cæterùm quemadmodum voluptatum differentias verbis his Plato breuibus demonſtrauit, pleniùs autem eas per vniuerſum librum expoſuit, ſic artium in duobus libris diſcrimina explicuit, Sophiſta, ac Politico. Quid igitur? Scientiarum, ac voluptatum differentiæ erunt plurimæ, ac colorum præter hæc, figurarúmque, vocíſque tonorum, tum etiam ætatum, horarum, regionum, morborum, rerum denique aliarum omnium, in ſolis verò calidis, aut nullæ omnino erunt, aut quæ cognoſci ab hominibus non poſsint? Cæterùm Lyci ratio hæc vnius (vt ipſe quidem exiſtimat) caloris, re autem vera rerum aliarum omnium differentias tollit, ſiquidem rationis vis huius eodem omnibus modo conuenire poteſt. Eadem enim de humoribus quoque ipſis déinceps dicam, nimirum nihil eos diſtare inter ſe quatenus humores ſunt: in quo verò inſigniter præter alia peccat, hoc eſt, quod
D artes etiam vniuerſas de medio tollit, quippe quæ ex ſpecierum conſtituantur differentiis. Et Plato quidem, cùm priùs de artium conſtitutione in ſumma dixiſſet, exemplo déinceps rationem aperuit, dum oſtendit quemadmodum cognitis demum conſtituatur vocum differentiis grammaticæ ars. At Lyci ratio tum hanc, tum cum illa pariter muſicam tollit, aliáſque prætereà omnes, dum videlicet vocis huius, quatenus hoc aliquid intelligitur, vnicam cenſet eſſe differentiam. Video igitur quomodo priùs quidem grammaticam artem, déinde verò alias quoque omnes ratio ipſius tollat. Impoſsibile videtur mihi, ac nulla fieri ratione poſſe, vocem hanc Quatenus intelligitur, conſideranti, vt cum alia voce ſecundum quidem pronuntiationem ipſam, differentiam habeat, quæ proprietate quadam differat, nempe qualitate, quæ in pronuntia-

tione ponitur. Quæ ſanè ratio eadem vndecunque eſt, atque illa, quæ inter prima Lyci verba ſcripta eſt, iiſque ipſis illius verbis omnibus conſtat, vno tantùm caloris vocabulo in vocis nomen mutato, vt ſi valida illa eſt, hæc quoque ſit. At valida hæc non eſt: neque igitur illa erit, niſi fortè Lyci populares vocem ε, non iam diuerſam ab ο eſſe exiſtimauerint, vocem autem ο ab ω differre. Sin has quoque ipſas diuerſas inter ſe eſſe fatebimur, & ſupra has α ι υ, tum reliquas quaſcunque literas, hæ quidem quatuor & viginti erunt. Quæ verò illarum differentias nouit, ars eſt grammatice, ſicuti muſica quoque ipſa vocum acumen, ac grauitatem callet, quas tamen ipſas quoque nihilò ſanè minùs Lyci ratio tollit. Vox enim, quatenus vox eſt, à voce non diſcrepat, quum vocis tamen mediæ ſonus ſicuti extẽta mediarum tono acutior, ita eius, quæ prope mediam eſt, tono grauior ſit: ac rurſus inter has ipſas vocis extentæ ſonus tono ſubprincipalis mediarum acutior, eius verò, quæ propè mediam eſt, grauior ſonus hemitonio tertiæ diuiſarum, horúmque déinceps acutiores alii, alii grauiores, atque alii déinceps, quouſque ad acutiſsimum omnium, grauiſsimúmque ſonum perueniamus. Quæ ſanè omnia non animaduertit à ſe optimus Lycus tolli, dum dicit, Impoſsibile, mihi, nec vlla ratione fieri poſſe videtur, calorem hac certè ratione conſideranti, quà intelligitur, nempe ſecundum calefactionem vti ab alio item calido differat.

6 Mirum verò, ni dum inter colorem quoque, quà color eſt, differentiam eſſe vllam negat, pingendi artem de medio tollat, quæ rubrum, album, nigrum, flauum, atque alios id genus colores ſub oculos ponit. Magis ſcilicet perſuadebit, quæ de coloribus affertur ratio, quàm quæ dicta eſt de calido. Calidum enim à calido diſtare quidem, non tamen alterum alteri contrarium eſſe dicimus: colorem verò à colore non diſtare ſolùm, ſed etiam albo oppoſitum eſſe nigrum. Dicet hìc Lycus, quónam tandem fieri modo poteſt, vt color quà color intelligitur, colori contrarius ſit? Et verè quidem, (ita me Dii ament) exiſtimabit, colorem, quod quidem ad colorem attinet, colori contrarium nullum eſſe. Veruntamen quemadmodum verum hoc eſt, ſic etiam illud, nempe nigro album non ſolùm differre, ſed hactenus etiam differre, vt contrariiſsimum illi ſit. Et quónam tandem pacto fieri poteſt, dicent fortaſſe ii, qui Lyco omnia deferunt, vt idem vnum ſimul, ac contrariiſsimum ſit, ſicuti in nigro, & albo? Quibus hoc ſaltem dicemus, vt ſi quidem impoſsibile eis videtur idem ſimul cum nigro album eſſe, ſimul etiam illi contrarium, alterum horum eligant. Nam Plato, quemadmodum ſanè & Ariſtoteles, & Theophraſtus fieri poſſe exiſtimat, alterius ab altero cùm genere idem ſit, tantam tamen habere ſpeciei differentiam, vt contrariiſsimum ei ſit. At ii, ſi non ſermonem verum eſſe vtrunque cenſent, manifeſtiorem eligant. Porrò manifeſtius eſt, quantò id etiam magis apud omnes in confeſſo eſt, nigro contrarium eſſe album. Quòd ſi verum hoc eſt, verùm autem ſermonem vtrunque eſſe poſſe negant illi, & qui nigro contrarium eſſe album dicit, & qui idem, non ſanè rectè exiſtimant, cùm à nigro, quatenus color eſt, nihil differre album dicunt. Atque is quidem, qui in Platonis libro cum Socrate vnà diſputat, venia fortaſſe dignus ſit, dum à diſſecanda in differentias voluptate Socratem prohibet. Nuſquam enim iſtiuſmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri poſſe doceret, vt tametſi multa multis genere eadem eſſent, eouſque tamen differrent, vt contrariiſsimam ſibi inuicem

A ſpeciem, naturámque obtinerent. Cùm verò ſcriptus aliquando à Platone Philebus ſit, in quo rei docet veritatem, ſi quidem librum hunc Lycus nunquàm in manus legendum ſumpſit, hominis doctrinam ſuſpicio: ſin quum legiſſet, non intellexit, tamen ingenii perſpicacitatem demiror. Quòd ſi poſtquam intellexiſſet, perſuaſus inde non fuit, felix eius iudicium agnoſco. Prò Deum immortalem, reperietur aliquis, qui dialectica ipſa ne à limine quidem ſalutata ſermones interroget? Græcum tu aliquem inuenias medicum, grammaticum, rhetorem, philoſophum, alium omnino quempiam, qui modò literis incumbat, qui Platonis non legerit Philebum? Quanquam quid Philebum dico? neque enim in eo ſolùm propoſitam rationem edocuit Plato, ſed in libris multis etiam aliis mentionem de hoc fecit, ex quibus vnum ſaltem oportuerat optimum Lycum euoluiſſe, eum, qui ſermones perquirere

B ſcientificos ſtudebat, cùm turpe ſit, eum, qui Hippocratem redarguere conatur, & ſermones interrogat (vt ipſe quidem exiſtimat) quod volunt perficientes, videri ne prima quidem tenere eorum, quæ inter philoſophos tractantur.

7 Cæterùm admirandum ſanè de humoribus exemplum attulit. Hoc eſt enim quod vult, quatenus humores omnes ſunt, nihil eos inter ſe diſtare: ſecundum quod autem ii quidem acidi ſunt, illi verò acerbi, ii ſalſi, dulces illi, ſecundum hoc differre, in quibus ſuam ipſe vocem ignorat. Cùm enim quà humores differunt, dicat, arbitratur inde ſe nullum eſſe in his diſcrimen probare, fruſtráque horum differentiam Hippocratem attuliſſe, fruſtrà etiam vniuerſum de ſuccis opus conſcripſiſſe Theophraſtum. Atqui vocabulum quoque hoc Succus, humoris differentiam quandam prę ſe fert,

C quæ item, tametſi humoris differentia quædam ſit, nihilò minùs in plures ſecari poteſt differentias alias. Verùm nihil ſanè admiratione dignum ſit, Lycum, qui eouſque rerum ignarus eſt, vt putet adſtringentem in aceto ineſſe qualitatem, hanc aduerſus Hippocratem auſum fuiſſe contradictionem ſcribere. Quæ enim tam ſunt manifeſta, Anazarbeus quoque Dioſcorides nouit, tum quicunque de materia commentarios ſcriptos nobis reliquere, in quibus alia quidem ſalſa appellant, alia ſalſilaginoſa, alia amara, alia dulcia, alia auſtera, alia acerba, alia adſtringentia, alia acria, alia acida. At eminentiſsimus Lycus, aut quod inter acidam, adſtringentémque qualitatem diſcrimen ſit, penitus ignorat, aut guſtandi amiſit vim, prorſus vt nullam ſaporum differentiam percipiat. Apparet enim, eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut meſpilo aliquo, aut pomo, aut cydo-

D nio ſenſum capere. Atqui omnes homines ex pomis quædam acida vocant, quædam adſtringentia, nonnulla dulcia, ſicuti mala quoq; punica, opinor, tum acida, tum adſtringẽtia, tum verò dulcia appellant. At in vinis adſtringẽs qualitas ab acida ſeparata, vt bonitas à vitio eſt, quorum quæ adſtringenti qualitate prædita ſunt, generoſa ſunt, acidum verò ſecundum naturam nullum: quin ſi quid his vel parum acoris acceſſerit, continuò vt in acetum mutentur, fore ſuſpicamur. Fortaſsis igitur, neque oxylapathum, neque oxalida Lycus à lapatho, & lactuca diſtinxerit, quibus vt adſtringentis qualitatis ne minimũ quidem, ſic acidæ plurimum certè vtriſq; ineſt. Mirum igitur profectò ſit, ſi quum ab acida qualitate denominata iſta ſint, nihil illius acetũ participet, quod ὄξος Græcis dicitur. Ita ſit, vt qui ne communes quidem ſenſus integros ſeruat, Hippocratem accuſare Lycus audeat. Itaque multò antè quæſtionem nouit, quæ

naturales

naturales de humorum numero tractant. Secundum enim hoc nihil videtur inter saporem & saporem discriminis esse, quatenus quidem sapor est. Scirem igitur perlibenter cuínam tandem rei differentiæ conueniant hæ, dulcis, acidi, acris, amari, salsilaginosi, salsi, acerbi, austeri, adstringentis, pinguis. Nam si saporum differentiæ non sunt, erunt fortasse aut vocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cùm præter hos sensus teneamus alios nullos, sed quinque in vniuersum sint, gustus, auditus, visus, olfactus, tactus, & vt res alias sensibiles sensibus aliis, sic sapores gustu dignoscamus. Porrò sicuti in humoribus differentiæ insunt multæ, sic etiam in sensibus, qui tamen, quà sensus sunt, nihil discrepant. Verùm Lycus egregiè scilicet in dialectica instructus, non permittet, vt aut saporum, quas diximus, differentias colligamus, aut sensuum, quas tamen nouere omnes, aut etiam colorum, nempe, album, nigrum fuscum, flauum, fuluum, rubrum, puniceum, cæruleum, quando nec color à colore, quatenus quidem color est, distant. Delirant itaque medici pariter, ac philosophi omnes, qui putant colorum quidem eas esse differentias, quas diximus, saporum autem acidum, amarum, acre, tum quascunque pauló antè retuli, sicuti ipsorum quoque sensuum, cùm nec color à colore, quatenus color, neque à sensu sensus, neque à sapore sapor discrepet, quo sanè pacto nec à febre febris differt, quippe nec à calore calor distat. Ergo planè desipiunt medici quicunque febrium differentias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem, pestilentem, hemitritæam, quotidianam, tertianam, quartanam. Quin Lycus etiam ipse febrium alibi differentias scribit, sicuti aliarum quoque rerum ferè omnium. Quid igitur in mentem illi venit, vt nunc dissectionis in proprias cuiusque differentias obliuisceretur? adeò vt nec in succenso ex paleis igne, cuiusmodi ad fabrefaciendum aurum vti solemus, vllam inesse differentiam existimet, qui tamen ab iis, qui materias diuersas sortiuntur, differt. Nam tametsi ab igne ignis, dúntaxat quà ignis est, nihil differat, maioris tamē, ac minoris ratione differt, cùm fieri possit, vt alius alio vehementior, infirmiórque ignis sit. Et eum quidem, qui ex paleis confit, esse inualidissimum arbitratur, ad aurúmque conflandum appositum ait: liquefieri enim, ac diffluere, si vehementiorem experiatur flammam. Enimuero, optime Lyce, dixerit fortasse ei quispiam, si quomodo flammæ generentur, naturales philosophos quærentes audiisses, earum, opinor, differentias intellexisses. Itaque nos quàm poterimus breuissimè, præcisum sermonem tibi de his non paruum explicabimus. Vidisti, opinor, materiæ, quæ comburitur, exhalationem fieri quandam particulis inter se dispersis, quas inter aer quidam interceptus necessariò quidem concalescit, non tamen exiguam obtinet secundum magis, minúsque differentiam, tum corporum, quę sursum feruntur, non in vnaquaque flamma æqualia visuntur spatia, quo etiam modo exhalationis natura ipsius diuersa est. Verùm tam magnitudine, & paruitate inter se differunt, quæ ex combusta materia exiliunt particulæ, quàm densitate etiam, ac raritate, tū quòd semiustæ hæ sint, illę verò ad plenum adustæ, tum verò in vniuersum, quòd hæc magis, minùs illa correpta igne sint. Cùm igitur tanta in his differentia appareat, tum verò qui illa excepit aer interdum magis, interdum etiam minùs concalescat, arbitror diuersitatem necessariò ingentem, ac non paruam esse flammæ differentiam: nam mistionis inæqualitas est, quæ differentiarum faciat mul-

Galen.

titudinem.

A 8 Cæterùm quemadmodum temere de igne pronuntiauit Lycus, ad eundem etiam, opinor, modum aberrat, cùm postquam tripliciter calidum multum accipi dixisset, vnumquodque significatorum enarrat. Etenim aliter calidum inquit multum secundum substantiam, aliter secundum qualitatis intensionem accipitur, atque aliter secundum functionis propriæ robur. Sed nec secundum substantiam multum inesse in his, qui crescunt, calidi, vtpote in exigua corporis mole, neque secundum qualitatis incrementum, quando calidius, quàm quod in vigentibus ætate sit, haudquaquā appareat, in solo tamen functionum propriarum robore eorum, qui crescunt, excedere calidum concedit, impropriè tamen dici. Sunt porrò, quibus hæc ostendit, plurima eius verba: verùm ego more meo facturus videor, si quod in superioribus feci, nunc quo-
B que faciā. Nam & illa complura cùm essent, non omnia adscripsi, sed opportunissima queque elegi. Ad eūdem igitur modum nunc quoque faciamus, ac quæcunque ex illis ad propositum maximè conferre videbuntur, exaremus hîc. Et alterum quidem sermonem hoc concludamus fine. Nunc ad reliquum transeamus. Etenim meminisse debetis, duplicem me statim ab initio proposuisse quęstionem. Alteram, an rectè Hippocrates verbum Innatum addiderit: alteram, an rectè dictum ab eo sit, Plurimum inesse iis, qui crescunt, caloris. Atque alteram quidem quæstionem quum absoluerimus, ad eam, quæ restat, veniamus, incipiamúsque disquirere an dictum rectè sit, Plurimum in iis, qui crescunt, caloris inesse. Itaque in comparatione alterius calidi cum altero tria sunt, quæ in disquisitionem veniant, plurimúmque inter se distantia. Primum, quidsit,
C plus aliud alio calidum esse: alterum quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud alio calidum validius. Si quis igitur à nobis quærat, cuiusmodi sit, quod plus aliud al'o calidum est, quod tale proportione sit, respōdere debemus: quomodo etiam interroganti, qualénam sit, quod alterum altero plus humidum est, respondebimus. Nam quemadmodum hîc interrogatio primùm in id, quod dictum est, tendit, par est vt nihil respondeamus aliud, quàm hoc vnum, nempe id, quod substantia superet, siquidem plus humoris amphoram dimidio continere dicimus: ad eundem etiam in calido modum, si quis hac eadem interrogatione perquirat qualénam sit, quod plus altero calidum est, nihil sanè aliud respondere conueniet, quàm quod substantia plus sit, nimirum eo, quòd plus in eo substantiæ sit, & maiorem capiat locum: ac nihil sanè prohibet, vt in eo-
D dem & plus insit calidi, & minus tamen caloris, æquè ac humidum, quod plus substantia est, minùs tamen esse diffusum potest. Ergo ad interrogationem hanc rectè hoc pacto respondebimus. Rursus cùm hoc quæritur, cuiusmodi sit, quod alterum altero calidius est, rectè dicemus, quòd intensiore caliditate est, etiam si in minore substantia reperiatur. Quemadmodum enim cùm quis interrogat, qualénam sit, quod alterum altero candidius est, non sanè perperàm respondemus, cùm quod qualitate candida intensiore sit dicimus: quo sanè modo, niuem, etiam si exigua eius sit quantitas, quocunque alio albo candidiorem esse affirmamus. Sicuti quoque ad interrogantem qualénam sit, quod altero humidius est, rectè respondemus, quod fusum magis sit, vti aqua melle, ac pice humidior, etiam si exigua admodum aquæ substantia sit, mel autem & pix longè vincant. Sic etiā de calido interrogati

quale sit quod alterum altero calidius sit, rectè respondemus, quod caliditate intensiore sit, cuiusmodi ignis habetur, licet in exigua id substantia consideretur: alterum autem, quod cum hoc comparatum tepidius calidum est, maiorem, quàm hoc fortitum substantiam sit, & hoc quidem pacto ad hæc respondemus. Ei verò, qui quærit qualénam sit alterum altero validius calidū, non eadem erit, sicuti priùs, parata responsio, cùm neque quod caliditate intẽsiore sit, neque quod in substantia spectetur maiore respondere debeamus, sed quod operis perfectione excellat. Cæterùm quod dico ad hunc se habet modum. Multa visuntur caloris opera, quippe quòd alia fundat, alia congreget, ac valde plurima transmutet, atque (vt priuatim dicamus) in corporibus nostris, alimentum in ventriculo concoquit, atq; intestinis, confectúmque id in corpus deducit, ad ipsúmq; immutat, nostrísque inolescere id corporibus facit, concoctione nimirum, atque augmento. Ergo alterum altero validius dicetur calidum, quod ista præstare magis poterit, atque hoc non id semper est, quod aut qualitate intensiore sit, aut substantiæ plus habet. Sæpius nanque minore præditum substantia, ac caliditate minore perficiendo operi efficacissimum reperitur. Sicuti enim anteà dicebamus, non quod intentum maximè, sed quod maximè commensuratum sit, vt proprium nobis opus præstet, validius est, quando quod insigniter calidum fuerit, interdum etiam nocumentum operi inferat. Cuius rei satis esse argumento possunt, quæ priùs de calidi proprietate exposui. Cùm hæc ita se habeant, sintq; tria, sicut priùs diximus, quæ in comparatione alterius calidi cum altero, in disquisitionem trahantur, hócq; in loco Hippocrates, quæ crescunt, plurimum habere calidi innati dicat, de tribus vnum fateamur necesse est. Aut enim propriè, voce hac vsus falsi aliquid dixit: aut simul & malè voce hac vtitur, & falsi aliquid dicit: aut vt verum aliquid dixerit, voce tamen vsus falsa sit, necesse est. Nam si plurimum in iis, qui augentur secundum substantiam inesse calidi dicat, veluti si quis plus amphoram continere humidi dixerit, non id, quod duplo maius vas sit, voce vsus quidem probè erit, verùm falsi eum quippiam omnino protulisse necesse fuerit. Siquidem in iis, qui crescunt, plus secundum substantiam calidi non inest, cùm nec maior horum corporis moles sit, quàm ætate florentium, senúmque, at innatus calor ad vniuersi corporis molem distributus est: sin eo quod intensior horum caliditas sit, plus inesse in iis, qui crescunt, caloris dicat: quemadmodum si quis cùm niuem alba aliqua re alia candidiorem affirmare volens, non illam quidem esse candidiorem, aut candidam magis, sed in ea plus inesse candoris dicat, videri poterit vtrobique aberrasse Hippocrates, dum nec voce rectè vtitur, & alioqui falsi aliquid pronuntiat. Et prauè quidem voce vsum eum fuisse videri hinc poterit, cùm voce hac, qua in maiore substantia explicanda vtimur, abusus ipse fuerit, dum intensiorem quandam caloris qualitatẽ ostendere nititur. Falsum autem quòd dixerit, hinc videbitur, quòd quum in iis, qui crescunt intensiore non sit qualitate calor, non sanè rectè calidiorem esse ætatis huius, quàm aliarum calorem dicemus, cùm hunc ille in iis, qui crescunt, esse intensiorem affirmet. Quòd autem minimè verum sit, magis esse in iis, qui crescunt, intensum calorem, facilè vnusquisque discat licet, cùm caloris in iis, qui crescunt, maiore secundum ex calfactionem intentione præditi inuentum signum nullum

A sit. Nam quod ab eo in libro De natura humana, quod plurimum in is, qui crescunt, caloris insit, signi affertur, stultum penitus est: etenim calidiorem esse ætate priore hominem pronuntiat, coniecturam ex eo, quod nunc maxime viget, incremento faciens. Neq; enim vi, inquit, ac præter naturam, dum augetur corpus, in contrarium grauitati suæ locum raperetur alimentum, nisi validum aliquid esset, quod cogeret. Nā hoc, non quòd magis secundum excalfactionem calidum intendatur, sed quòd validius sit, signi est. Porrò autem validius, sicuti anteà diximus, non id est, quod intensiore caliditate præditum est, sed quod ad perficiendum opus temperatum maximè sit. Quam ob rem, cùm ita hæc se habeant, si quidem hoc pacto Hippocrates ea, quæ crescunt, plurimum habere caloris innati dicat, dupliciter errat, partim quòd non rectè voce vtitur ipsa, partim etiam quòd falsi nonnihil alioqui pronun-

B tiat: sin autem, quemadmodum tertio loco dicebam, plurimum esse in iis, qui crescunt, calidi, ad hunc modum intelligat, vt validissimum ad opus perficiendum sit, quod ex eo, quod temperatum maximè sit, prouenit, non quod aut maiore substantia, aut caliditate intensiore notetur, voce ille quidem videbitur nō rectè vsus, propterea quòd cùm validissimum debuisset calorem esse dicere, plurimum dixit. Sed tamen quod dictum ab eo est, rectè dictum videri poterit. Nam ad hunc modum augmentum ab innato calore fit. Ergo quemadmodum dictat ratio, quin is, in iis, qui crescunt, validissimus sit, fieri nullo pacto potest: ac mihi sanè rectè de hoc dictum placebit, quod in libro de Natura humana dicitur: necesse enim est quod augetur, atque ita vi procedit corpus, calorem validissimum obtineat.

9 Cuiusmodi tandem sunt hæc Lyci verba? Plu-

C rima illa quidem, sed quæ nihil præter ea, quæ nos antè diximus, explicent. Si nāque substantiæ commensurata mole plus esse in iis, qui crescunt, calidi Hippocrates ait, falli eum opinatur, propterea quòd manifestò minùs in pueris spectetur corpus: quòd si id dicat, quod calore intensiore sit, huic rursus apparentia obstare ait. Sin quod opus validius præstat, verè quidem hoc dici concedit, voce tamen illum non rectè vsum fuisse affirmat. Non enim plus oportuisse, sed validius ad opus perficiendum dicere eorum, qui crescunt, calidum. Verùm videro, optime Lyce, dicet hîc fortasse aliquis calumniæ eius in Hippocratem apologiam meditans, ne vana, quæ dicuntur, sint. Iam primùm enim calidum, quod secundum substantiam est, non absolutè ita corporis vniuersi mole diiudicatur, verùm, quemamodem ipsemet aliquando Lycus alibi dixit, maximum

D esse hominis cerebrum affirmans, non quidem accepta absolutè magnitudine, sed habita potiùs animalis cum animali proportione. Ergo sicuti paruulum adeò puerum, maius habere elephante maximò cerebrum affirmat, non sola habita corporis magnitudinis consideratione, sed adhibita prætereà proportione, sic etiam fecisse illum in calido corpore oportuit, examinatione anteà facta corporum, quæ in nobis sunt, quódnam innatum sit, id est, primogenitum, quod ἀρχέγονον vocant. Si quidem ipse etiam nomen hoc scit & in Hippocratis libris scriptum reperiri, & pro eo accipi corpore, quod primitus generandis adsit, id est, ex quo primam sortiuntur generationem: quod quid aliud, quæso, sit, quàm sanguis menstruus, seménque? Ego certè nihil noui, præter hæc, tertium. Quoniam autem corporis in iis, quæ generantur, substantia ex his constat principiis, quæ prima exactè fuerit constitutio, non ex pluri-

bus

bus iis quæ diximus,ſed ex ſolis corporibus conſtabit: quanquàm cur primam exactè dico? Si nanque qualis ab Hippocrate expoſita ſit dierum ſex genitura recordabimur,innatum adhuc in illa corpus permanere dignoſcemus,cùm antè,quàm aliqua oſsis,aut venæ, aut arteriæ,aut nerui,aut chartilaginis,aut ligamenti in fœtu natura appareat, vnum ei corpus calidum innatum adſit. Sanguinis enim grumo perſimilis, mollíſque caro,ac effigie carens,primùm fœtus excipit effigiationem,tanquam ſanguinis vibices,vt Hippocrates nominat, continentem,ex ſeminis ſubſtantia ipſa,cùm candor ei adſit: ſiunt déinde ob multam,& quæ aſsiduè ſit, mutationem oſsis lineamenta quædam,ac chartilaginis,& ligamenti, & nerui,& arteriæ,& venæ,quo quidem tempore innatus adhuc perſeuerans calor fœtus ipſius corpus eſt. Verùm quò magis,magíſque creſcit fœtus, eò ſanè minùs redditur calidum illi innatū corpus,quòd nihil, quàm ſanguis,ſeménque,aliud eſt. Corporum verò acquiſititiorum varietas accedit quædam,cùm eorum,quæ enumerauimus,innatū animantibus nullum ſit, ſed acquiſititia omnia habeantur. Quòd ſi fieri poſſet vt totum alíquando animal ex oſsibus, aut neruis conſtaret, hoc ſanè modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc non poteſt,vt tamen maior oſsium, chartilaginum,ligamentorum, neruorum, arteriarúmque ſubſtantia ſit,fieri poteſt. Quam etiam ob rem, quæ extremam ſenectutem agunt animalia,cùm ſanguineæ naturæ minimum obtineant, tota ferè ex ſolis oſsibus, neruis, membranis,ligamentis,arteriis,venis,chartilaginibúſq; conſtant. Nam inter animantis partes ſola eſt caro,quæ ſanguinea ſit,quam quæ conſenuere corpora minimam in ſe continent,& eam tum ſanguine præditam exiguo, tum duriorem,aliarum verò partium,quæ ſanguinea ſit, nulla eſt.

10 Connati igitur corporis,quod ab efficaciſsima, quæ in eo eſt,qualitate innatum calidum appellatū fuit, non abſolutè ita metiri magnitudinem oportet, ſed facta potiùs cum non innatis comparatione, eorum inter ſe inſpicere proportionem debemus. Quemadmodum enim in balneo vaporem,ſiue fumum malis,multum,aut huiuſmodi eſſe aliquid dicimus,non ita abſolutè ad domus referentes magnitudinem,ſed ad proprium potiùs balnei aerem:ad eundem etiam in homine modum, aut multam,aut paucam eſſe innati caloris ſubſtantiam dicemus,facta cum non innatis corporibus comparatione. Vt enim cuncta in infantibus ſanguinolentiſsima reperiuntur,adeò vt in oſsibus quoque nonnihil huiuſmodi appareat, contrà in ſenibus ſit, vt exanguia maximè cuncta ſint,vſque adeo vt caro quóque huiuſmodi ſit quam etiam ipſam minima præditam ſanguine obtinent. Corpus porrò calidum innatum ſanguis erat. Quare ex his colligitur, & iis, qui creſcunt, plurimum ineſſe corporis calidi innati,& iis,qui conſenuere,minimum. Sic etiam ſemen,quod ex ſeroſa humiditate, ac ſpiritu,qui in ea eſt,conſtat, in his quidem, qui conſenuere,exiguum admodum eſt,at in horum, qui creſcūt, corporibus,plurimum:atque inter ipſos in his potiſsimùm,qui nati nuperrimè ſunt,quemadmodum in commentariis De ſemine demonſtrauimus. Num igitur ambiges,an eorum, qui creſcunt, facilè abſumatur, atque diffluat corpus? Atqui in cæteris non te ſanè fugit, aquam calidam, aut oleum,aut ſi quis eſt alius id genus humor exiguo temporis interuallo per halitum digeri totum,id quod neque in terra notari, neque in lapide poteſt, nec iam in aliis, ſi qua frigida & ſicca natura ſint. Nam vt duæ ſunt in vniuerſa rerum natura,quæ per halitum facilè digerantur, qualitates, caliditas, A atque humiditas, ſic ediuerſo, quæ perdurent duæ, ſiccitas, ac frigiditas. Quam ob rem nihil videri mirum debet, ſi quidem puerorum ob humiditatem & caliditatem facilè difflantur corpora,ſenum verò non facilè,vt qui à frigiditate,& ſiccitate coagmentata ſubſtantiam obtineant. Quare quæ in te dici rectiùs poſſent, alteri obiicis,Lyce optime. Certè principale documentum quoddam, quod nullus, qui modò legitimè introductus in diſciplinas ſit,neſcit, viſus es ignorare. Nam multam ſubſtantiam,quæ ſimplex ſit corporis quidem diiudicat moles, at quæ ex diuerſis componitur eorum, quæ immiſta ſunt, proportio, ſicuti cerebrum etiam,aut aliarum partium aliquam,ad quem ſanè modum ii quoque,qui vinum aqua bibendi cauſa miſcent, aut vini, aut aquæ eſſe plus, aut horum neutrum ſuperare dicunt, cùm fortè cōmiſta ita tem- B peratè ea fuerint. Tam verò obſtupidus nullus eſt, vt cùm ad vini dolium aquæ heminam addiderit, plus eſſe in dolio aquæ dicat, quàm in paruo poculo ſit, cùm verbi gratia, ex tribus, qui in eo continentur, cyathis, vnus aquæ, reliqui autem duo vini fuerint. Lycus porrò ipſe medicamentum quoque,quod tetrapharmacum appellant, ex cera, adipe, pice,ac reſina, æqua omnium portione conſtans, non plus continere,opinor picis dicet, ſi quis duplam illam iniecerit. verum hîc quoque iubebit nos animaduertere, vtrum tetrapharmaco medicamento plenum dolium totum ſit, an verò paruum aliquod vaſculum, ac déinde plus in dolio ineſſe picis dicet,quàm vaſculo,etiam ſi in dolio æqua omnia portione inſint,in vaſculo autem picis ad alia duplum ſit.

11 Omnia igitur huiuſcemodi errata cum cætera C non poſsint, ſecundum proportionem, ac miſturam multitudo diſcernit ab eo, quod ſimpliciter ita ſecundum communem menſurandi modum dicitur,non ſanè ad eum modum,quemadmodum Hippocratem Lycus repræhendit. Nam tam eſt in iis,qui creſcunt,caloris innati ſubſtantiæ plurimum ad aliorum videlicet proportionem,quàm etiam vnà cum hac,qualitatis,ſiquidem à ſubſtantiis ſeparari propriæ qualitates nequeunt,vti ſanè nec facultates. Atque ad hunc modum ſi in tetrapharmaco plus iniectum facta ad alia proportione,picis fuerit, non eius tantùm ſubſtantiæ, ſed etiam qualitatis,facultatíſque plus eſſe dices,ob ídque humorem etiam, quicunque is picis ſit, auctum eſſe. Itaque planum factum eſt, ſecundum tria, quæ Lycus ſcripſit, multi ſignificata, tam in tetrapharmaco plus ineſſe picis,dici poſſe,quàm caloris innati in animanti- D bus. Atque hoc in his, in quibus quæ admiſcentur, tota inter ſe non contemperantur,manifeſtius ſit,nempe ſecundum tres,quos Lycus retulit, modos, plus alterum altero eſſe dici, ſicuti ſanè in hoc,quod inter vſitatiſsima eſt,medicamento, ex iride, ariſtolochia, orobi farina, ac thure, æquo omnium pondere confecto, poterit quis,cæteris æquis ex his vnum aliquod duplicatum immiſcere:vt ariſtolochiam,verbi gratia, in qua miſtura dici verè poterit ariſtolochiam, & ſubſtantia, & qualitate,& efficacia reliqua exuperare, atque huius ineſſe plus. Idipſum de balneo quoque pronuntiare licet, in quo non ſolùm contemperatus inſit aer, ſed etiam fumi, vaporíſque aliquid accedat, ex quibus interdum fumi, interdum vaporis plus eſſe continget, quomodo etiam naturalis nonnunquam balnei aeris plus. Porrò abſolutè ita pronuntiatum plus, ſecundum ſubſtantiæ intelligimus exuperantiam, cū qua vna

vnà qualitatem, & quæ ab hac fit, efficaciam augeri necesse est. Supponamus igitur maiorem reliquis duobus fumi substantiam reperiri, rectè hîc fumi ipsius qualitatem etiam, ac efficaciam maiorem esse dicemus, quum tamen in confesso sit, qualitatem qualitate maiorem nõ effici, sed vehementiorem, sicuti nec minorem, sed imbecilliorem. Verùm is vocabulorum vsus tam in vniuersa vita, quàm in artibus omnibus frequētissimè vsurpatur. Qua in re quid attinet aliorum mentionem facere? cùm manifestum orationi nostræ à febribus etiam ipsis sumere testimonium possimus, quas nunc maiores, nunc etiam minores factas esse dicentes, quotidie audire omnes licet, & alium alio aliquando plus, aliquando minùs febricitare, atque de eodem etiam heri, quàm hodie. Ad hunc igitur modum quum supponatur secundum qualitatem multum dici, nihil videri mirum debet, si in quo balneo maior inest fumi substantia, in eo maiorem etiam factam esse qualitatem, dicamus, vti efficaciam quoque: si quidem proprio vtemur vocabulo, validam, vehementiorémque: sin eo abutemur, maiorem, copiosiorémque nominabimus. Quippe mordicus oculos fumus vellicabit, quò magis eius adaucta substantia fuerit. Quapropter cùm semper vnà cū substantiis propriæ etiam earum qualitates excrescant, atque efficaciæ, non perperàm quis in huiusce modi balneo plurimum inesse fumi dixerit. Rursus, vaporis quidem, ac fumi minus in balneo esse supponamus, plurimum autem propriæ aeris substantiæ inesse, quæ innato animantium calori proportione respõdet, ac generatur: hîc sanè in balneo caloris proprii plurimum inesse dicetur. Num igitur dissimile huic est, quod in animantium humoribus inspicitur, ex quibus in vaporem resolutis resultans calor extrinsecus tangentes ferit? A Etenim alius sanguinis accensus calor est, pituitæ alius, vt in flaua, atque atra bile alius. Ergo in pueris plurima sanguinis inest substantia, nimirum secundum misturæ proportionem, (nam in hoc veluti ob lethargum dormitantes identidem excitandi sunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus scripsit) & quæ præterea cum ea vnà increscit qualitas huiusmodi, quæ mitem se, ac tangentibus amicam, nõ iam aduersam mordacémque præbeat, necnon etiam efficaciæ, secundum quam nequaquam nidorosæ concoctiones fiunt, neque verò, vti in pituita, acidæ.

12 Omnibus igitur, Lyce optime, modis plurimum iis, qui crescunt, caloris innati inest, quocirca nihil iam deliquit Hippocrates, at te potius ipsum conuitiatorem esse deprehændimus. Planum enim ex iis, quæ scripsisti, fecimus, vt à nullis introductus præceptoribus fueris, quo Hippocratis dogma aliquod percipere potueris, B vtq; manifestò quæ prorsus ignoras ipse repræhendas, tum contradictionem moliri ignorantię plenam declaratus es eam, qua artis vniuscuiusque cõstitutionem demoliendam aggrediebaris: cúmque eorum, quæ de his sæpenumero scripsit Plato, nihil teneas, tibi ipsi pugnātia sępe affers, in adolescentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiuæ, sicuti tu, scientiæ ignari veram à falsa distinguere orationem nequeunt: postremò audacissimus præter hæc, ac nihili visus es, dum priùs, quàm ea planè didiceris, eorum, quæ ab Hippocrate dicuntur, expositiones conscribere aggrederis.

CLAVDII GALENI

Contra Ea Quæ à Iuliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt,

Iulio Alexandrino Tridentino Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM, TANquam Epitome Libri contra Iulianum, quo defenditur Aphorismus Hippocratis, cuius initium est, In perturbationibus ventris, & vomitibus spontaneis, &c.

Caput 1. Quòd iuniorum scripta non nisi publica authoritate approbata admitti deberent. De veteri apud Aegyptios more laudabili circa noua scripta publicanda, vel abolenda: qui cùm iam non obseruetur, imperitissimi, & pessimi quique, bonos, & doctissimos authores incessere audēt, vt Hippocratē Thessalus, & secutus hūc Iulianus, qui in Alexandria libros quadragintaocto in Aphorismos Hippocratis scripsit. 2. Defensio propositi Aphorismi, & quòd medicus Naturæ operationes imitari debeat: quòd Empirici etiā (quos Iuliano & similibus præfert) nõ modo Naturā, sed fortuitos quoq; casus imitari se profitentur: & suos discipuli præceptores imitentur. Spōte factæ noxiorū humorū euacuationes quātoperè prosint ictericis, hydropicis, elephāticis. Mēsibus retētis, si sanguis vomatur, quoquo modo promotis illis, siue arte, siue naturā, mulier sanatur. 3. In Iulianū, qui cū artē ipsam nunquā exercuerit, Hippocratē tamē impudentissimè, & imperitissimè reprahenderit.

*henderit. Quòd ab amicis rogatus aliqua Iuliani hîc repræ-
hensurus sit,& quod ille omnium loquacißimè scripserit, ita
vt ipsa loquacitas à legentibus appellatus sit: ideóque veniam
petit, si asperiùs in ipsum inuehi videatur. Quòd Iulianus pro-
lixior sit in Sabino Hippocratis Aphorismorũ interprete cul-
pando, quàm in ipso authore explicando. 4. Iuliani verba citat
ex libro eius de methodo, qui & Philon inscribitur: Vbi ille
adstrictum & diffusum habitum corporis, duo morborum ge-
nera facit: sanitatem verò habitũ inter illos mediocrem, testes
falso appellans veteres philosophos. 5. Quòd veteres, non
sicut Iulianus, sanitatem definiuerint: sed calidi, frigidi, hu-
midi & sicci bonam temperiem: morbos autem fieri, aliquo
illorum deficiente, aut superante, Peripateticos, & Stoicos
omnino, sicut iam diximus, sensisse, præsertim Aristotelem,
Theophrastum, & Chrysippum. 6. Platonem quoque hac
in re prorsus Hippocrati consentire, multis eius ex Timæo ver
bis citatis probat, de elementis primùm, & eorum qualitati-
bus, deinde de phlegmate, & vtraque bile. Reliqua veterum
testimonia, breuitatis gratia se omissurum. 7. Iulianum
reprǽhendit, qui (occasione ex proposito Hippocratis Apho-
rismo sumpta, vbi de spontaneis euacuationibus mentio fit:
cùm medici euacuationes aliquas sponte, & à natura fieri di-
cant, quæ nimirum intrinsecus nullam externam ob causam
accidunt: alias casu, quæ causam habent externam: tanquam
pro spontaneis naturales dixisset Hippocrates) naturale
quicquam appellari non intelligi inquit, quoniam naturæ essen
tia nesciatur. Galenus verò plurima ex effectis & operibus co
gnosci ait, vt anima, ratio, sol: nec ea ideo prorsus ignota esse,
aut vocabulis, quibus vel ipsa, vel effecta significantur, absti-
nendum, quòd substantia eorum nos lateat. 8. Esto vt na-
turam vel opera eius ignorantes imitari non poßimus, ea ta-
men, qualia sint, discere nos posse sperandum est, demonstra-
tionis methodo, & philosophorum authoritate. At philosophi
plurimùm inter se dissentiunt. Non sequitur, in quocunque
illi dissentiunt, id addisci non posse. Aut si omnino id du-
bium & incertum semper relinquitur, in quo homines
non consenserint: cur tu Iuliane tantoperè Communita-
tes tuas Methodicas amplecteris? in quibus tanta non erga
alios solùm, sed ipsius etiam huius sectæ professoribus inter se
discordia est. Ex quatuor elementis autem, siue calido, humido,
frigido, & sicco corpora nostra constare, & si quibusdam du
bitatum, plurimis tamen, & optimis confessum est. 9. Nunc
demum directè ad Aphorismi defensionem accedit. & re-
prǽhendit Iulianum, qui scripserit: Si verus esset Aphoris-
mus hic Hippocratis, tunc necesse foret, plenitudinem humo-
rum causam esse morborum. Sed hæc morborum causa non
est. Ergo, &c. Methodici (è quorum secta Iulianus etiam est)
cur multis febrientibus venam incidunt? aut enim non iuuat:
aut si iuuat plenitudo humorũ erit causa continens morborũ.
Dicat aliquis, Nõ ideo foret necesse, plenitudinẽ humorũ cau
sam morborũ esse continentem. Respõdet Galenus: Neque ego
hoc pro me dico: sed Iuliani hoc dictum fuit, is defendat, ne
suo iuguletur gladio. 10. Iulianum antecedentem causam
à continente nomine solùm, non re ipsa distinguere. Est autem
causa antecedens, quæ morbum ab initio gignit, & perseue-
rando eundem auget: vt ea manente morbum curari impos-
sibile sit, (id quod Iulianus continenti tantum falso attri-
buit) ablata autem ea, morbus quidem ampliùs augetur, non
statim tamen iam factis etiam tollitur, quod continentis causæ
proprium videtur. Est autem plenitudo causa antecedens, non
continens, vt plurimùm. 11. Aliquando fieri potest vt ple
nitudo humorum, etiam continens causa morbi alicuius sit: &
tunc statim euacuata ea morbus soluetur: id quod Asclepia-
des nunquàm fieri non verè affirmauit, quem relicto pauli-
sper Iuliano refutat, etsi extra Aphorismi propositum. Ple
nitudo alia est secundum virtutem, & de hac non videtur
loqui Asclepiades, cùm omnes ferè animalis facultates tol
lat. Alia est secundum vasa, vel κατὰ τὸ ἔγχυμα, cùm hu-
mor in vasis abundat, vel vltra mediocrem modum, vel vl-
tra vasorum capacitatem. Et in harum vtrisque euacuatio
præsens sæpius remedium videtur, Nam phlegmone, erysipe-
las, œdema, & spasmus, interdum & tremor, mox euacuata
A plenitudine integrè soluuntur, vt poßit in illis plenitudo causa
cõtinẽs appellari. Quo interdũ causæ nomine secũdũ Stoicos ad
cõtẽtione vitandã vtimur, nõ iam factis, sed in his, quæ fiũt ad
huc causis. 12. Iulianus ait: Si euacuatione plenitudo iuua-
retur, simplex, & vniformis, promptáque foret omnis medẽdi
ratio: nam & abundans humor statim sic minueretur: &
corruptus etiam toto exhausto humore simul abiret. Soluitur:
Totius quidem corporis plenitudo in vasis (quam plethoram
peculiariter vocant) promptè minuitur: partis autem tantum,
ægrè nonnunquam. Item vt poßit corruptus humor totus eua-
cuari, non facimus id tamen, cùm non statim alius bonus
in locum eius suppetat. Febres etiam acutæ, in quibus nullum
catharticum sine periculo est, in humoribus purgatu alioqui
facilibus, magnam difficultatem pariunt. Et phlegmonę
ita tenaces, crassos, & impactos in carnosis partibus aliquan-
do humores habet, vt in scirrhum verti periclitentur. Vt
non ita facile sit quanuis plenitudinem statim exhaurire,
vt Iulianus putabat: sed facilius calfacere, refrigerare: aut
B rarefacere, densare. Bonum sanguinem pro corrupto exhausto
non semper posse restitui: nisi virtus valida sit, & sanguis
non totus infectus. Plenitudinem secundum virtutem non
posse euacuando semper sanari, cùm virtus ipsa euacuatio-
ne aliquando magis debilitetur. Concluditur: Non igitur post
quanuis euacuationem statim sanitas recuperari potest: sed in
certis tantùm generibus (vt suprà indicatum est) quod Iu-
lianus, & similes vel ratione non intelligunt, vel certè in
actu medendi non facilè dignoscunt. Et quod ipse sæpe vtran-
que plenitudinem euacuando mox curauerit. 13. Contra
Asclepiadis, & secuti ipsum Iuliani, & Theßali, opinionẽ,
Humores à catharticis non ex ipso corpore trahi, & pur-
gari, sed ab ipsis fieri tales. Quòd licet phlegmatico datum
cholagogum nihil bilis ducat, & alia non semper vnum
humorem, suum tamen semper à propriis medicamentis hu-
morem trahi, sed aliquando paucum & sine vtilitate, vt si
cholagogum hydropico propines: aliàs multum, & magna
C cum vtilitate, vt cholagogum icterico exhibitum: quod Ga-
lenus ipse non rarò experientia ostendit hydropicis & ictericis
per propria cathartica restitutis. Si omnes ex æquo humores
à quouis cathartico traherẽtur, idẽ euacuationis per aluũ &
venæ sectionem vsus foret: quod perabsurdum esse apparet,
cùm aliàs, tum in hydrope ascite affecto, quem phlebotomia
perderet, aquam verò educens medicamentum iuuaret, &
quod sæpe fit, restitueret. 14. Quod affectus corporis no-
stri alij firmi & permanentes sint, vtpote in partibus solidis:
alij fluxi, qui cùm aliò profluxerint, dißipantur, vel excer
nuntur, vel concoquuntur à naturali calore: vel deteriores
fiunt, vt à febrili calore. Et quòd non omnes, vt Iulianus
putabat, fluxi, & instabiles sint, & statim euacuationi ha-
biles: sed aliquando etiam corpore, hoc est, in solidis. particu
lis. 15. Iterum de continente causa, quam Iulianus fal-
so negabat vna in parte sitam, affectum aliquem toti corpori
communicare posse.*

D CONSVLTIVS quidem esset, si, quẽadmodum statutum legibus est, vt eadem, qua reus, pœna, si damnatus fuisset, puniatur is, qui falsò accusarit: ita digna in eos erratorũ pęna animaduerteretur, qui iis, quæ ignorãt, falsò contradicunt. sed quoniam nescio quo pacto iniurias persequi iudicio licet, lex autem falsò contradicentibus statuta nulla est, arbitror non immeritò in optimos viros impurissimum

quenque

quenque inuehi audere: ſiquidem ſicuti in Aegypto olim artium inuentum vnumquodque à communi eruditorum conſeſſu probatum columnis inſcribebatur quibuſdam in ſacris locis poſitis,eodem modo factum apud nos oportuit collegium proborum ſimul, doctorúmque hominum, qui examinatis recentiorum ſcriptis in publicum quæ bona ſint, exponant, mala verò quęcunque fuerint perdant:ſatius autem eſſet,ſi ne ſcribentis quidem ab his nomen reciperetur, quemadmodum antiquitus ne in Aegypto quidem:hoc enim pacto nimiæ gloriæ contentioni apud iſtius cupidos obuiam maximè iretur.Nunc cùm & paſsim ſcribere omnibus liceat,& vnicuique ſententiam ferre apud vulgus, audaciſsimus quiſque maximè commendatur . Quemadmodum Theſſalus ex iis, quæ contumelioſè aduerſus Hippocratem ſcripſit.Cùm tamen librum is compoſuerit,in quo,dum Aphoriſmos damnare ſe putat, apertè ſe ipſum prodit,ne minimam quidem Hippocraticæ artis partem didiciſſe. Atqui æquum fuerat, cùm priùs hanc ipſam edoctus fuiſſet,ita demum contradictionem moliri:An hoc fortaſſe non à me rectè dictum eſt?Neque enim(ſi quidem eam probè noſſet) tam fuiſſet audax,vt ſe veris opponeret,niſi ſi ex illis eſſet,qui omnẽ funditus pudorem exuerunt, cuiuſmodi nunc etiam Alexandriæ repertus eſt Iulianus.

2 Huius Iuliani quadraginta octo eſſe libri dicuntur contra Hippocratis Aphoriſmos ſcripti,in quorum ſecundum nuper incidi,in quo Aphoriſmum ipſe quidem hunc eſſe falſum exiſtimat: In ventris perturbationibus,& iis,qui ſponte ſua fiunt,vomitibus,ſi,qualia purgari debent,purgentur,prodeſt,& leuiter ferunt, ſin minùs, contrarium:ſic vaſorum quoque exinanitio, ſi quidem qualis fieri debet,fiat,prodeſt,& leuiter ferunt,ſin minùs, contrarium:& diis quidem gratia, quòd is nobis primùm ſeſe obtulit legendus liber, ne fruſtrà conſumptum mihi tempus fuiſſet legendis in longum iis, quæ contra Aphoriſmum primum ſcripſit, qui cæterorum deinceps proœmiũ eſt. Fortaſsis enim cùm coactus, aduerſus ea ſcripſiſſem,nihil feciſſe magnum videri poſſem,propterea quòd ad medicam conſiderationem nondum accedit ſermo ille, at prædictus Aphoriſmus non ſanè de minima artis parte diſputat, medicum admonẽs,cùm per ſuperiorem, inferiorémve ventrem ſpontaneæ fiunt euacuationes, vt eas, quæ iuuent,imitetur,tum quæ illæ ſint docet,ac quemadmodũ dignoſcendæ,non minùs,quàm eas,quæ lædunt,ſuis notatas indiciis. Quòd ſi artẽ Iulianus ab Hippocraticis magiſtris percepiſſet, non ſanè auſus eſſet veritati contradicere:ſed cùm neque ipſe,nec iam is,qui talis, tantæq; ſtoliditatis author ei extitit, Theſſalus,artem nouerint Aſclepiadarum,mirum non ſit,ſi ea iſti ignorãt, quæ ne hi quidem neſciunt,qui repudiata ratione,mederi ſe profitentur.Quippe licet eos dicentes audire incrementum ex imitatrice maximè experientia ſuſcepiſſe artem.Nam quęcunque caſu facta ægris profuere, ea nos inquiunt ſæpenumero ſecuti artem conſtituimus, diuiſiſq; his naturalia appellant, quorum de corpore cauſa prouenit,quorum autem extrinſecus à fortuna, vt iam non ſolùm naturæ,ſed etiam fortunæ imitator medicus ſit.Ac multa ſanè allata ab illis exempla ſunt eorũ, quæ à fortuna profuere,atque inter alia is,cui,cũ cecidiſſet, diſrupta in fronte vena fuit,quod in ſimiliter affecto nõ ſunt veriti facere,vt eandem ſecarent venam, nimirum eiuſdem,aiunt,ſucceſſus ſpe.Quinetiam phlegmone laborantes oculi,à ſatiſque abundè cita aluo adiuti maximè nos ad id imitandum excitarunt. Ad eundem mo-

A dum morbo regio affectis profuſa bilioſorum excrementorum copia viſa eſt ſæpius contuliſſe:vt aqua inter cutem laborantibus,aquoſorum,vtq; iis, qui morbum, quem elephanta vocant,patiuntur,nigricantium humorum confert inanitio.Vnde argumentari apertè licet, debere medicũ imitatorẽ eſſe.Quid autem attinet euacuationes ſpontaneas referre?Cùm præceptorum quoque facta ſecuti artem addiſcamus. An ſi clyſteri quocunque ventrem ſubducens Theſſalus ægrotantem curet, imitari hunc diſcipuli debeant: ſi ſponte is fluat, non debeant?an cùm ſuppreſſa menſtrua fuerint, ſanguinſque vomitus mulierem inuaſerit,tunc ſi prouocata purgatione, venáve ſecta affectum hic ſanet Theſſalus,non ſanè delinquant diſcipuli magiſtrum imitati,ſponte autem profuſis menſtruis ſi leuetur ægra,hoc non iam imitari eos conueniet?Atqui nihil intereſt ad B hoc vt vtrunque imitemur,ſi vel cùm obſtetrix euocauerit menſtrua,vel cùm Theſſalus,vel cùm horũ neuter,at ſponte fluentibus ipſis,leuetur ægra,quando ab euacuatione,non vnde hæc ſit vtilitas prouenit, hócq; ipſum Hippocrates docens Aphoriſmum aliquando illum ſcripſit, Mulieri ſanguinem vomenti prorumpentibus menſtruis,ſolutio, quomodocunque prorumpant menſtrua, ſoluetur, inquit, affectus, ſiue naturaliter id,ſiue à nobis fiat:non enim quæ hoc facit cauſa,ſed quod factum eſt ægros iuuat, vnum modò menſtruis adſit,nempe confertim effluere, quod voce illa Prorumpentibus,Hippocrates notauit, ſolitus largiores euacuationes nomine illo appellaſſe,æquè ac ſi verbis vſus eſſet huiuſmodi, Mulieri ſanguinem vomenti,menſtruis confertim profuſis ſolutio.

3 Dies me certè deficiet, ſi quæcunque ſponte facta imitentur homines referre velim, nec ſanè de C hoc alius ambigit quiſpiam,ſed tanquam communem notionem agnoſcunt omnes. Soli ſunt,qui dubitent, perditi ſophiſtæ, quicunque tandem, quantum quidem ad artis opera attinet, vulgo quoque ipſo deteriores ſunt, at abiecto pudore texendis aduerſus optimos medicos prolixis nugis exercitati. Cuiuſmodi nuper extitit Iulianus is,quem in artis operibus nũnquàm verſatum eſſe, nullo autem pudore contumeliis veteres inceſſere medicos nouere omnes. Ea igitur,quæ contra paulò antè dictum Aphoriſmum ſcribere auſus eſt, ne dici quidem poteſt quantum præ ſe ferant,ignorantiæ, dicam, an impudentiæ, an audaciæ,an potiùs (ſi quidem dicendum verum ſit) cuncta hæc ſimul, atque his longe plura?Quapropter commodius fortaſſe factum fuiſſet,ſi ne digna quidem ea iudicaſſemus, quibus ſcribendo contradicatur, & in quæ ali- D quid abſumatur operis. Verùm cùm complures à me amici ſtudioſè exegiſſent, vt quæcunque poſt allatum ad nos librum,in quo Aphoriſmum prædictum Iulianus repræhendere aggreditur, diſputaſſem, deſcripta in commentariis eis traderem,ſubii & hoc non ſanè exiguum certamen,ac longè quidem maius, (ſi quidem fateri verum licet) quàm cum ex temporalibus ſermonibus vſi ſummus, quos per dies ſex,aut his etiam plures fecimus,dum nugarum conamur oſtendere copiam, quarum plenus ſermo eſt is,quem ſcriptum in libro reliquit. Etenim in hunc iſtud optimè dictum quadrat, quod vulgo dicitur, Homine hoc loquacius inuenias nihil. Vnus olim Therſites plus iuſto loquax fuiſſe dictus, at id huic, quantò, quàm Therſitæ, conueniet magis,facilè omnes, quotquot vnquam fuere,loquacitate ſuperanti. Quapropter qui ſermonibus his interfuere, cùm & illos legerent, duobus hominem nominibus

nominibus notarunt, loquendi immodicitate, atque infinitate. Itaque Vlyffe potius quodam opus illi fuerit, qui cum fceptro afsideat, me autē vt eum prudentia inftruā, minimè, tam enim obftupidum prudentem reddere ne Mufarum quidem chorus pofsit. Cùm igitur inuitus adductus fim vt ifta fcriberem, ne fortè ab iis, qui hæc lecturi funt, reprehenderer, præfari hæc volui. Cū enim futurum fit, vt hominem reprehendam indoctum, ftolidum, opinione fua fapientē, nugis inter ineruditos adolefcentes verfatum, in vniuerfa vita, apud quos, quo nomine veteribus maledicebat, aliquis tandem effe vifus eft, hoc cùm peragere neceffe habeā, quæfo, liceat mibi verbis huius ignorantiam caftigare afperioribus, quibus ego vti alioqui non foleo. Iniquum quippe foret, fi quidem huic in optimum quenque veterum congerere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonftrationibus detegere manifeftis, quæ tantum fufcepit incrementum, vt vndénam ordiatur quifpiam, non fit facile inuenire. Ac in libri quidem principio is prætermiffo Hippocrate, longa in Sabinum oratione inuehitur, id quod in vniuerfo opere factitaffe videtur, cui tamen titulus præfcribitur, non iam in Sabini expofitiones, fed in Hippocratis Aphorifmos: déinde quéadmodum confueuit, multa inconfideratè profert, collectis immanifeftis quibufdam, inanibúfque verbis, quorum fi quis reprehendere aliqua conetur, maximum priùs is librū confecerit, quàm rem attingere ipfam videri pofsit, etiam vt non omnia dicantur. Hæc igitur perdifficile eft fcribentem difponere, ac potiùs fummè arduum; nos tamen in extēporalibus fermonibus, quos apud eruditos viros fæpenumero fecimus, facultatem oftendimus quandam ex fimilitudine expofitionum in veteres inuentam: nam quemadmodū eorum in publicis difputationibus propofitum librum explicamus.

Defunt nonnulla.

4 Quòd fi difsimulata Naturæ perfcrutatione methodicus nec elatus, nec magnificè de fe loquens, neque verò fuperiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos effe dicat corporis affectus: fecundum Naturam enim conftituto duas veluti infidiari aduerfarias inter fe obuerfiones, atque immutationes, dum aut plus fatis claufum, aut diffufum eft: videri fanè poterit, intelligibilia dicere, non quidem Naturam fcrutātibus philofophis, ac dē rerum omnium materia difceptantibus, fed tamen medicis naturalibus. Et hæc quidem ex mirabilibus Iuliani fermonibus verborū feries vna eft, à quibus recedens Afclepiades, & Themifon, & Theffalus elementa pofuere. Déinde ad prædictos tendit philofophos, qui ex mundo hoc vacuum funditus fuftulerunt. Alteram autem déinceps fubdit ad hunc modum. Neq; verò linguę vlteriùs imperare poffum, quin dicā. Quid enim mihi id, vt propterea quod huiufmodi conuerfiones quemadmodum elementorum fequitur generatio, fic, calidi etiam natura, & frigidi, & humidi, & ficci. Ab his enim veluti parentibus fieri poftremò hæc quoque opera poffunt. Vide quàm in altifsimis thronis, ac valde fublimibus fedens latuit methodus, quam cùm præ humanitate, modeftiáque delitefcere cuperet, cælo oftendi, vnúfque, atque idem primus detexi, obductam illi nebulam difcutiens, foluénfque. Hæc funt, quæ Iulianus dicat, atque ab his déinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non fentio non vnam faciente fubftantiam. In libro itaque De methodo hæc, multáq; prætereà alia fcripta funt à Iuliano, qui totus infcriptus ab eo eft Philon. At in alio, vbi De animæ corporífq; affectionibus inftitutus illi fermo eft, in hunc rurfus modum fcribit: Igitur contractionis, diffufionífque moderatum ftatum, commenfuratúmque ftatuentes in humanis coagmentis, fanitatis illum nomine appellamus. Ifti porrò mediocritati cùm infidiæ à morbis tenduntur, ne ceffariò fit vt patiantur corpora contracta, ac dura, ficcioráve, aut diffufa, molliáque facta, atque humida. Hæc funt igitur eminentifsimi fophiftæ verba methodicos medicos affirmantis Platonem fequi, vnà cum Zenone, atque Ariftotele.

5 Nos contrà admonebimus ipfos horum vnumquemque philofophorum, plurimófque prætereà, qui poft illos viguere, fanitatem effe exiftimare calidi, frigidi, humidíque ficcíque temperiem. Horum autem fingu lorum tum exceffu, tum defectu, morbos gigni eos, qui in victus confiftant ratione. Ineffe porrò in corporibus humores etiam, qui morbis proportione refpondeant, hos quidem facultate fua humidos, ficcófve, illos calidos, aut frigidos. Sic Plato cum fectatoribus vnà fuis, fic Ariftoteles cenfuit, quíque illū fecuti funt Peripatetici: fic etiā Zeno, Chryfippúfque, aliíque prætereà Stoici. At Iulianus ne librum quidē legit vllū virorū, quos retulimus, nec prorfus quid confequens, fibíque pugnās fit, intelligit. Non enim eum fuiffet, quemadmodum fectæ, quæ vacuum tollit, hæc conueniunt, ita alteri, quæ hoc ponat conuenire illa, nempe in meatuum fymmetria quadam fanitatem confiftere, ficuti in fluxu, claufuq; rerum, quæ per id feruntur, fecundum victus rationē morbos. Quid igitur faciam? Ariftotelífne, ac Chryfippi, cæterorúmque Peripateticorum omnium, ac Stoicorum déinceps verba fubiiciam? in quibus bilem, pituitámque caufantur, primófque morbos effe quatuor affirmant, non aliter fanè, quàm elementa, calidum effe & frigidum, & humidum & ficcum: an hoc cùm non duo tantum libri compleri inde pofsint, fed tres etiam, & quatuor, atque his plures, prætermittendum à nobis eft, abundéque nobis effe exiftimandum, quæ à Platone tan tùm dicta funt. Cùm igitur ita facere confultius fit, ne per omnia cum nugaci fophifta diutiùs nugemur, finem de his faciam, fi priùs hoc folum de Peripateticis, Stoicífque philofophis dixero. Neque Ariftotelis, nec iam Theophrafti librum vfquam inuenias, in quo, fi quid de morbis neceffariò dicendum illis fit, omiffa calidi, frigidi, humidi, ficci mentione orationem abfoluant. Quin cùm horum, tum verò vtriufque nō rarò bilis mentionem faciunt, nigræ fimul, ac flauæ, fæpius etiam pituitæ, quippe qui huiufce explicent difcrimina. Et hanc quidem acidam, falfam illam, falfilaginofámve, aliam autem dulcem appellant. Neque verò aliter fentit Chryfippus, fempérque ad eundem modum, tum de morbis, tum de humoribus difputant. Horū igitur trium tantummodo fi quis verba colligat, non fanè paucos is conficiat libros, præfertim fi quantum Iuliano Alexandriæ fupererat, tantum etiam huic otii fuperfit. Quod fi quæ ab aliis tam Stoicis, quàm Peripateticis dicta funt, colligere vniuerfa velit, iuftam is etiam bibliothecam expleat.

6 At nobis, ficuti iam diximus, fatis erit, omifsis his, vnius Platonis verba referre, nufquam ab Hippocratis placitis difcedentis. Neque verò ex omnibus vndique libris ea deligam, qui plurimi certè habentur, fed vno contentus Timæo hæc inde tranffumpta fubiiciam. Sanè quemadmodum morbi confiftant, nemini obfcurum. Cùm enim ex quibus corpus conflatum noftrum eft genera quatuor fint, terræ, aquæ, ignis, aeris, horum præter naturam exceffus, defectúfq;, pro-

priæq;

priæq; ſedis cùm aliena commutatio, tum ignis, atque
etiam cæterorúmque vnumquodque(quando plura vno
genera hæc habeantur)quod ſibi conuenit nõ ſuſcipiẽs,
omnia que huiuſmodi perturbationes, morbóſque affe-
runt. Cùm enim à natura horum vnumquodque recedit
commutatúrque, quæcunque priùs frigida erant, nunc
concaleſcunt, atque anteà ſicca, humecta in poſterũ fiũt,
necnon leuia, grauiáque, atque omnimodas prorſus trãſ
mutationes ſuſcipiunt. Hoc in loco, quod ad elementa
prima ſpectat, eorúmque qualitates apertè Hippocratẽ
ſequitur Plato. Déinceps verò morborum cauſas in hu-
mores quoque deriuans ad hunc modum ſcribit, Albi-
da autem pituita ob bullarum ſpiritum intus detenta ſę-
uit: ſumpto verò extra corpus ſpiramine, mitior illa qui
dem, variè nihilò minùs corpus pingit, vitiliginum in
eo ſpecies leucas, alphóſque, atq; id genus morbos pro-
creans: at cùm atrę miſta bili in capitis diuiniſsimos or-
bes dilabitur, hóſque ipſos infeſtat, vt in ſomno mitior,
ſic cùm vigilantes inuaſerit, diutiùs vrget, qui ſanè mor-
bus ſacratioris Naturę cùm ſit, ſacer meritiſsimò appel-
letur. Híſque déinceps verbis alia addit. Hæc porrò ſal-
ſa, acidáque pituita, morborum omnium eorum, qui cũ
fluxu vnà fiunt caput eſt, à locorum, in quæ fluit diuerſi-
tate multimodas quoque appellationes ſortita. In hunc
modum de pituita, atráque vnà bile ſenſit Plato. Cęte-
rùm quæ de flaua differat, poſt hæc attende: In corpore
verò quæcunque eò quòd ardeant, vrantúrque inflam-
mata dicuntur, cuncta à bile fiunt. Accepto itaque hæc
reſpiramine omnimodos flatus foras feruens emittit, at
incluſa intus morbos gignit perurẽtes plurimos, húncq;
maximũ, quoties ſanguine commiſta puro fibrarũ genus
ex proprio ordine deturbauerit, quæ ea gratia diſtribu-
tę in ſanguinem ſunt, vt nec tenuis nimis, nec craſſus ni-
mis eſſet, neque iam ob caliditatem, quippe qui liqui-
dus foret, ex raro corpore defluat, neque rurſus nimia
denſitate motioni ineptus, vix ſe in venis cõuertat. Hãc
vtique vtilitatem fibræ naturæ generationi largiuntur,
quas ſi quis emortuo ſanguine, perfrigeratóque inter ſe
colligat, quod reliquũ eſt ſanguinis vniuerſum diffluit.
Quòd ſi derelinquantur, quàm primùm vnà cum ambi-
ente frigore ipſum congelant. Hæc cùm præditæ facul
tate ſint in ſanguine fibræ, bilis, quæ natura vetus facta
eſt ſanguis, cùm rurſus ex carne in hunc eliquata mitti-
tur calida, humidáque, ſenſim primò inuecta ob fibrarum
vim gelaſcens coit, gelatáque, ac reſtincto illius violen-
ter feruore tempeſtates intus, tremorémque excitat. At
ſi copioſior ſe inferat, euictis à caliditate propria fibris,
confuſóque earum ordine efferueſcens victrix euadit, ac
ſi ad extremum vſque perdurare validior poteſt, ad me-
dullas vſque penetrans, perurénſque animę ibidem diſ-
ſoluit quædam tanquã retinacula, ac nauticos rudentes,
háncque ipſam liberat. At cùm minor huius copia eſt,
corpúſque ei liqueſcens reluctatur, ipſa deuicta, aut per
vniuerſum corpus excidit, aut in inferiorem, ſuperio-
rémve ventrem per venas expulſa, déque corpore, velu-
ti ex diſcordi ciuitate, eiecta, alui profluuia, ac dyſente-
rias, cæteráque huiuſmodi mala affert. Hæc ſunt, quæ
Hippocratem ſecutus Plato in Timęo tantùm ſcripſit.
At ſi quis quæ in reliquis eius libris reperiũtur vniuerſa
colligat, videri is poterit, quod quidem ad ſermonis at-
tinet prolixitatem, Iulianum imitatus, multóque etiam
magis, ſi quæ de calido, frigidóque, humido & ſicco, bi-
le, pituita, ſanitate, ac morbo ſcripſere Theophraſtus,
Ariſtoteles, Chryſippus, Peripatetici, Stoicíque omnes,
adſcribat ſingula. Et quidem nunc aliquos eſſe arbitror,
qui noſtræ huius in obſtupidi ſophiſtæ redargutionem

compoſitæ orationis longitudinem repræhendant. Qui
A enim (prô Iupiter, Deíque) Platonem quidem, Ari-
ſtotelem, & Zenonem, horúmque ipſorum ſectatores
veritus non ſit laudibus efferre, quæ verò de corporis
elementis dicta ab Hippocrate ſunt, refellere, an hunc
cenſes in reliquis omnibus verecundè quicquã dicturũ?

7 Omittantur tamen hæc, notentur quæ déinceps
ſcribit, dum ne Naturæ quidem, vt videtur vocabulum
conſiderandum permittit, vtitur autem verborum hoc
initio: Non hercle nobis hi perſuaſerint, nequæ verò ſi-
bi ipſis, modò verum fateantur, nõ ignorare ſe quid Na
tura ſit, quam in omnem partem vexant, magnifica vbi-
cunque verba ſonantes, an ea ſit aut ſimplex calidum, aut
attemperatum, miſtúmque, aut frigidi, ſpiritúſque ſub-
ſtantia. Híſque déinceps multa addit, Naturæ eos noſſe
ſubſtantiam concedens: quaſi verò in propoſito nobis
nunc Aphoriſmo Naturæ adſcripſerit nomen Hippo-
B crates, ac non potiùs de ſponte factis euacuationibus lo-
quatur. Vnde igitur in mentem illi venit Naturę voca-
bulum? Vnde, quæſo, magis, quàm ex Iuliani nugandi
conſuetudine, vt longioris ſibi ſermonis anſam arripe-
ret? quem ſi quis explicet, facilè is eius depræhendat nu-
gas. Cùm igitur medici omnes, euacuationes has quidẽ
à natura, illas verò caſu fieri affirment, vt oſtendant eo-
rum interdum cauſam ex ægrorum oriri corpore, inter-
dum extrinſecus accedere, occaſionem nactus hanc eſt,
vt aliquid de Naturę vocabulo nugari poſſet. Eſt porrò
quod dicere nititur, (vt in ſumma dicam) eiuſmodi: Nõ
par eſt, eos, qui Naturam, quæ ſit, ignorent, naturales eua
cuationes in ore habere. At eadem ratione, ſophiſta au-
daciſsime, nobis, neque vt animam teneamus, neque ſen-
ſum, neque verò mentem, aut rationem, aut memoriam
cognoſcere licebit, quippe quorum omnium non facilè
C dignoſcatur eſſentia, quod minimè mirum ſit. Nã cùm
ſolem etiam ipſum, quem tamen apertiſsimè videmus,
quánam ſit eſſentia, non exactè ſatis ſcimus, exiſtimabi-
mus ſcilicet nos de Natura, de anima, aut memoria, aut
reliquis id genus rebus poſſe audacter decidere? Verùm
quemadmodũ rectè iſta diximus, ſic cùm horum vniuſ-
cuiuſque notionem, ſubſtantíæque dignotionem tene-
mus manifeſtã, adiiciẽda ea oratione eſt. A Natura enim
planta omnis regitur, at animal omne à Natura ſimul &
anima, ſiquidem nutritionis, atque augmẽti, effectuúmq;
huiuſmodi, cauſam Naturam appellamus omnes, vt ſanè
animã, qua ſentimus, mouemúrque. Quo fit, vt nec fal-
ſa Naturæ opera proferat noſtrûm quiſquam, nec iam, ſi
illa nouerit aliquis, ſtatim hunc neceſſe ſit, eius quoque
eſſentiam noſſe, quemadmodum nec Solis, quem vt ori-
entem manifeſtò, ſic etiam occidentem videmus, locíq;
D interuallũ vtriuſque præfinito tempore ordinatim per-
currentem, huius tamen quæ nam ſit eſſentia per otium
quærimus. Quòd ſi igitur fieri non poſſet, vt naturales
quoties fierẽt excretiones ſciremus, niſi priùs has ipſas
facientis Naturæ ſubſtantiam cognoſceremus, non ille
quidem immeritò, cùm hanc incognitam eſſe oſtendiſ-
ſet, ſimul etiam harum ipſarum dempſiſſet cognitionẽ.
Nunc cùm liceat, etiam ſi quis illam ignoret, has tamen
ipſas ſcire, ſuperuacanea ſunt quæ nugatur. Et hæc qui-
dem omnia admirandus Iulianus. At nos quoties alicui
nullo ſumpto purgante medicamento vomitus accidit,
aut multa contingit inferior euacuatio, ſiue ea per inteſti
na, ſiue per vterũ fiat mulieris, huiuſmodi omnia Naturâ
facta eſſe dicimus, vel à Natura, vel naturaliter. Nihil
enim refert, eáque ipſa cum manifeſto ægrorum emolu-
mento imitamur. Videtur autem Iulianus neque id ſci-
re, quod quotidie in ore omnium eſt, vulgóque non ne-
ſcitur,

scitur, nēpe secundum Naturā se habere sanos, ægros verò præter Naturam. Nam si priùs, quàm Naturæ essentiam nouerimus, nullis nobis huiuscemodi nominibus vti licuerit, neque secundum Naturam sanos, neque verò præter Naturam ægros se habere dicendum nobis erit.

8 Demus tamen illi, si placet, hoc ex abundanti ratione, concedamúsque fieri non posse, nisi priùs ex calido, frigido, humido, & sicco corpora nostra constare sciuerimus, bona, quæ à Natura, vel casu fiunt, vt imitemur. Quid igitur obstat, quò minùs hoc ipsum sciamus, dum & placiti huius demonstrationem afferre possumus, & optimus quisque philosophorum, qui tibi quoque ipsi admirabiles sunt, cum Hippocrate vnà, atque inter se etiam consentiunt? Nisi verò discordiā aliquis satis esse argumenti putet ad monstrandam placiti huius ignorantiam, de Stoico repentè ambiguus quidam factus. Nam si sermoni huic persuasus credis, affirmanti eorum nihil, de quibus philosophi inter se digladiantur omnes, in cognitionem cadere humanam posse, cur nō multò etiam magis, quàm aliis omnibus, tuis illis pulchris communitatibus, quas in cælis habitans methodus generauit, fidem abrogas? At has aliorum medicorum nullus obscurè, quin apertè potiùs nouit, sicuti quidem existimat Thessalus, quódque hoc maius sit. Cùm enim has Thessalus gloriosissimo medicorum, qui circa ipsum sunt, choro sibi visas ostenderit, nemini tamen inter illos conuenit: quinimò maius ad hanc vsque diem bellum inter se exercent, quàm cùm vnà cum cōdiscipulis suis altercabatur Thessalus. Quòd si ex dissensione rerum ignorationis signum sumitur, profectò ante omnia Thessali communitatibus, quantò etiam magis de his ambigitur, abroganda fides est. Enimuero de corporis nostri natura, quam vel ex aere, & igne, & aqua, & terra, vel humido, & sicco, calido, ac frigido temperatè sibi inuicē mistis constare dicunt, dubitatum quidem olim est, sed non adeò tamen vt de Thessali communitatibus, cùm & Plato, & Zeno, & Aristoteles, & Theophrastus, & Eudemus, & Cleanthes, & Chrysippus, aliíque prætereà philosophi quàm plurimi, qui se partim Stoicos, partim Peripateticos, partim etiam Platonicos nominari voluerunt, eadem de illis sentiant. At à Thessalo probatæ communitates tantum abest vt cæteris probentur medicis, vt ii etiam diuersa de his sentiant, qui re vera amethodi cùm sint, glorioso tamen methodi vocabulo, quodam tanquam prætextu, vtuntur. Neque enim Hippocrati, neque Diocli, neque Plistonico, neque Praxagoræ, nec Mnesitheo, nec Philotimo, nec Erasistrato, nec Herophilo, neque medicorum alicui Logico, Empiricóve Thessali placuere communitates. Quòd si conferendæ inter se discordiæ sint, eam, quæ de Thessali communitatibus est, longè alteram superantem inuenies. Cùm enim tres sint genere (vt illi dicunt) in medicina sectæ, Thessalíque communitates tam qui se Empiricos, quā qui Dogmaticos profitentur, tollant, nō sanè exiguam censendum est discordiam hanc esse, immensámque adeò, vt vinci nō possit: quippe cùm eas, neq; qui harum habitus est parēs Themison, neq; alius ab eo quispiam, at nec amethodorum Thessaliorum vllus obseruet. Itaque non facilè quenquam inuenias, qui non illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid, aut aliqua saltem ex parte mutarit, neque tamen, etiam si ipsi inter se omnes consentirent, parua esset eorum cum aliis dissensio. Cùm verò de his omnibus ipsi quoq; inuicem dissideant, solus hic relinquitur Thessalus, eúmque præ-

Galen.

ter Iulianum istum secutus nemo est, & is verbo tantū: A nam re, apertum fecimus, quàm illi maximè aduersetur: quorum si quis fidem sumere certam velit, nostros is De secta methodica commentarios adeat. Porrò Thessalus, etiam si solus pro veritate contendentibus dicat eorum, quæ aliis visa sunt, consensum, demōstrationem esse quandam, ac iudicium, illum nemo damnauerit: & posteà Thessalum, qui ab omnibus dissidet aliis, non damnabimus præ Hippocrate, cui præter optimos medicos, philosophorum etiam optimi consentiunt? Idque ob vnā dissensionem? quis hoc tandē ferre possit? Quis tot, tantásq; toleret nugas? Quis nō potiùs doleat? Cùm tempus contradicendo absumat homini, qui nec quæ dixerit recordetur, nec quæ scripserit intelligat, ac tantummodo (vt in prouerbio est) quicquid in buccam venerit, effutiat.

9 Verùm omissis iam iis, quæ déinceps dicat, audiamus, B ac primùm cùm præsentis Aphorismi principium esse ait, ac caput, nempe quòd morborū continens causa humorum sit plenitudo. rectius autem fecerimus si hoc quoq; in loco verba ipsa, vt habēt, omnia adscripserimus. Proditum igitur ab eo est statim in hūc fermè modū: (tempus est enim iam vt rectà ad contradictionem veniamus) In perturbationibus ventris, sic vt quod reliquum est Aphorismi, principiū habeat, ac caput, nimirum ex humorū plenitudine, vt à causa continente, morbis affici corpora. Quapropter demōstratum cùm sit, affectuum non esse causam humores (falsa enim est hæc opinio) simul etiam Aphorismi detectum est vitium, vt qui obscuro, falsóq; innitatur fundamento. Hæc sunt eius verba. Optimum autem factu foret, si theatro constituto, plenóq;, non quidem quale Thessalus instituit, dum se ipsum in suis illis garrulis libris co- C ronat, sed eruditorum potiùs hominum pleno, percūctaremur ab ipso, quánam tandem demonstratiua methodo duce sermonem existimet verum esse à se dictū, qui sanè, si quidem rectè illum quispiā interpretetur, ad hunc se fermè modum habebit, Qui vacuationibus iuuari ægros aiunt, necesse est hos existimare continētem morborum causam esse plenitudinem. An autem verus sermo is sit, lubens sanè inter se doctorum hominum cœtum Iulianum interrogarem, vt ex eorum multitudine stoliditatem alíquando agnosceret suam. Nā ex iis, quæ dicūtur, fieri non potest vt agnoscat, huiusmodi cùm sit. Nunc enim se ipsum ostentat in libris. At in theatro quemadmodum rectè ista tractētur, nūc exponam. Multis ex iis, qui febre laborant, sanguinem mittit Thessaliorum asellorum grex: si quidem hoc faciunt, censentes nocumento eos ex euacuatione affici, non rectè faciunt: sin iuuari credunt, causam supponūt D hi continentem esse plenitudinem, quod tamen negāt. Dicat hic mihi horum fortasse aliquis, quæ tādem necessitas est, vt iuuante euacuatione continens sit causa plenitudo? Cui ego facilè ita respondere possum: necessitas quidem nulla est, de grege tamen vestro is est, qui ista dicat, Iulianúmq; monstrabo, simúlque æquum esse dicam, vt suarum ille nugarum rationem reddat. Et hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis, nunc verò (neque enim theatrum habemus) paucis huiusmodi datur occasio. Quin omnes quæcunque collibitum effutiunt, seu vera ea, siue apertè falsa sint, id quod Iulianus semper facit, sine delectu quicquid in mentem venerit, scribens, nihílque vnquam veritatem curans. Ego autē in vniuersa vita mea, cùm nihil æquè studuerim, quàm demonstrandi priùs scientiam tenere, déinde summo hanc studio exercere, frustra laborasse vi-

deor. Nam quicunque demonstrationem quid sit percipiũt, spes est, hos, re cognita, Iuliani fortasse abiicere nugas posse. At qui gregarius illius est, is ne eorũ quidem, quæ dicuntur, quicquã intelligit. Quam ob rem dictum anteà quoq; à me est, non exiguum imponi mihi certamen hoc ab amicis, quorum gratia scientificos tractaturus sum sermones.

10 Enimuero non solùm oportuit Iulianum causarum differentiæ conuenientia proferre vocabula, sed etiam eorum obseruare significata. Nunc autem (hoc enim habet Methodicorum omnium stoliditas commune) ad nomenclaturas vsque continentium causarum progreditur ille quidem, at quo ab antecedentibus modo differant, nõ intelligit. Neque enim latuisset ipsum, morborum ab antecedentibus causis augmentum fieri. Quæ enim principio morbos facere consueuerunt, necesse est hæc, donec simile quippiam agunt, eosdẽ adaugeant, vt medicamentum, exempli causa, acre adeò, vt hulcus facere possit, cuti hora impositum tãtummodo vna, cuticulam vulnerabit solam, ἐπιδερμίδα Græci appellant, longioris verò temporis tractu adhærẽs opus peraget euidẽtiùs, cute primùm ipsa, deinde subiecta quoque carne correpta, quomodo etiam quæ putrefacientia nominamus, ad ossa vsque, tegẽte hæc ipsa carne exusta, descendunt interdum. Hac igitur prædite natura cùm sint antecedentes causæ, fieri non potest, vt, si quidem illæ remaneant, quod factum est morbi persanetur. Cùm enim maior subinde morbus fiat, nõ sanè antè, quàm quod facit, tollatur, perfectè sanabitur. Sunt igitur causæ antecedentes, cuiusmodi quoque plenitudo est. Supponamus enim ante alia, hanc in sermone, antecedentẽ nisi quis absciderit priùs causam, fieri nõ posse, vt, qui factus est, affectus curetur. Ob idq; ipsum Asclepiades morbos à plenitudine incipere existimat, ægrísq; adiumẽto huius esse euacuationẽ ait, petítque curationem à medicis perfici, nõ morbos, quos plenitudo faciebat, soluentibus, sed ne adaugeãtur prohibentibus.

11 Supponatur tamen causam morborum continẽtem interdum esse plenitudinem, necesse statim est, vt huius euacuatione tollatur morbus. Atqui vt Asclepiades ait, nunquàm causa est continens. Satius enim fuerit, relicto hoc in loco garrulo Iuliano, cum Asclepiade sermonem conferre, qui, vt cætera desint, legitimè certè sophistam agit. Oratione enim vti vir hic consueuit, cui credi maximè possit, non illa illepidè fucata, quod sophistæ, vt arbitror, officium est. Non dissimilẽ tamen huic sermonem protulit Iulianus, eum, quẽ déinceps scripsit, nõ me hercle facultate in hoc vsus sua, (tales enim vbique scripsisset) sed eorum, quæ Asclepiades dixerat, recordatus. Quòd si ex propriis esset Iuliani sermonibus, non aliter, quàm superiores, nugatorius videretur. Itaque ait Asclepiades, si continens morborum causa esset plenitudo, factis nonnunquam largis inter morbi initia euacuationibus, fore, vt nocumentum statim à se omne æger depellat: nunc contrà visi sæpius sunt purgata plenitudine, morbi tamen ipsi augeri. Satis est ratio hæc probabilis, propriáque ob id eget solutione, neque tamen ad ea, quæ in Hippocratis Aphorismo dicuntur, accedit. Nam illa ex communi potiùs hominum omniũ ratione, quà Empiricos quoque vti diximus, quàm ex dogmate vllo fidem sumpsere. Ideóque Asclepiadis rationem diluemus ipsam, nõ sanè tanquam ad ea, quæ in Aphorismo dicuntur, pertinentem, sed quòd consultius existimemus esse, postquam Iulianũ hucusque garrientem pertulimus, pro-

A piùs ad hominem accedere, sophista qui sit, quo cum dialecticorum aliquando more exercitatio instituatur. Cùm igitur plenitudinẽ nominabit Asclepiades, interrogetur, vtrum dicat, eámne, quæ ex facultate, an eam, quæ ex vasorum capacitate æstimatur, quam etiam κατὰ τὸ ἔγχυμα nominare solent: atque vtrum eam, quæ in toto corpore, an potiùs quæ in sola eius parte consistat. Ea porrò, quæ ex facultate est, ne nominari quidẽ ab ipso potest, vt qui facultates ferè omnes, quibus gubernatur animal, sustulerit: quæ verò ex vasorum capacitate, duplex illa quidem etiamnum est. Aut enim ad mensuram refertur, quæ secũdum naturam sit, aut hoc vno, nudóque intelligitur, nempe quòd non intra vasa capiatur: potéstq; horũ vtrunq;, aut in toto consistere corpore, aut in vna, pluribúsve eius partibus. Ostẽsúmque à nobis est in his commentariis, in quibus Symptomatum causas enarrauimus, atque vbi tumores præter

B naturam tractauimus, conuulsionem interdum, tremorémque, ac in vniuersum phlegmonem, & erysipelas, ídque, quod à recentioribus medicis œdema vocatur, aliósq; præterea affectus, plenitudinis inniti hypothesi, tum si plenitudinem euacuet quis, ad naturalem quãprimùm statum redire membrum. Diximus porrò alibi quoque de continentibus causis, vbi ostẽdimus, tam nomen ipsum, quàm rem, cui impositum nomen sit, ex Stoica esse secta, neque rectè recentiores medicos genus hoc totum aut nominasse, aut tractasse, nósq; ne de nominibus contendere videamur, secundum eorũ sæpius sententiam, causæ quędam, vt sic nominentur, cõcedere, nõ me hercle, quæ ex iis, quæ absolutè esse dicuntur, sint, sed quæ in generatione ipsa essentiam habeant, in quo sophismatis consistit explicatio.

12 Cæterùm quæcunque Iulianus garrit, in hunc transferre locum nostri nõ est muneris, quin potiùs ad aliam quæstionem veniamus, quæ communis in vni-

C uersum est. Causarum, quæ in humoribus consistunt, duplex habetur genus, alterum ex plenitudine, ex corruptela alterum: facilémque vtriusque aiunt esse curationem, cùm momento temporis liceat, & quod ex redundanti superuacuum est emittere, & quod corruptũ sit, vniuersum inanire sic, vt nunquàm perduret morbus. Quam sanè rationem dilucidam simul ac breuem Iulianus obscurè, prolixéque verbis his scripsit, in ipso statim Aphorismo indemonstratum lẽma exortum esse, nẽpe quòd morbos humoris faciat plenitudo, aut in impropriam qualitatem transmutatio, quam speciem omnem, corruptelam medici vocant: quare eo, quod morbum faciebat, educto, insigne opinatur iuuamẽtum futurũ. Sic sine cõtrouersia, antè, quã appareat humoris alicuius in corpore contenti indicium, plenitudinẽ morbi causam esse existimat, aut si minùs hanc, trans-

D mutationem certè, quod nec intelligi potest, nec sanè ad veritatem proximè accedit. Sic enim existimemus licet facilè morbos tolli vniuersos posse, nec iam diuturnus vllus foret, atque vnius esset rationis curatio omnis, nullam in se operosiorem difficultatem continẽs. Simplex enim, ac promptum, atque adeò in ipsis manibus esset quod morbum facit exinanire, in ipsóque statim principio, primáque eius consistentia morbũ soluere, vt iã nullo alio, quã euacuatiuo auxilio, indigeat: atque huius, qualicunque tandem accidat tempore, accommodari vsus possit, ac si in causa sanguis sit, sola contenti erimus venæ sectione, si pituita, quæ pituitam educant dabimus, si bilis, quæ bilem. Hæc sunt Iuliani verba, quorum omnium, vt dicebam, ratio ita se habet. Si quæ morbos faciunt, causæ humores sunt, fieri potest,

teſt,vt exinanitis quàm primùm iis,nullũ diutiùs con-
ſiſtere permittamus morbum: atqui multi, etiam ſi in-
ter initia ſatis inane reddamus corpus, diutiùs tamen
perdurant:non ſunt igitur humores cauſæ. Quæ ſanè
ratio,ſi quidem de corporis vniuerſi plenitudine acci-
piatur,ea,quæ ad vaſorum capacitatem refertur, vera
eſt. Nam ſi in morbi ipſius principio quod ſuperuacuũ
eſt inanire volumus, vniuerſũ exinanibimus plethori-
cum affectum: ſin plenitudinem accipias,cum parte a-
liqua plenior collecta redundantia eſt,falſa,cùm oſten
ſum à nobis ſit, non ſemper fieri poſſe, vt huiuſmodi
plenitudo ſubitò euacuetur. Sic etiam ſi de corruptela
ratio interrogetur,hæc ſolui facilè poteſt, quippe quã
nõ ſtatim euacuare poſſis, périnde ac ſi vaſe aliquo cõ
tineretur,aut dolio,ex quibus tamen cùm prauũ eua-
cuauerimus humorem omnem,non ſtatim,niſi deterſo
priùs,elotóque diligẽter vaſe,meliorem infundimus.
Num igitur fieri poteſt,vt ex humano corpore corru-
ptum euacuemus ſanguinem, eius autem loco meliorẽ
quàm primùm eius addamus partibus? Quónam igitur
modo,inquiunt,exinaniri ſtatim corruptio poteſt? Sic
enim hoc, vt alia omnia,facilè pronuntiant, nullo re-
rum reſpectu,neque vllam in conſideranda re vniuerſa
adhibentes diligentiorem examinationem. Enimue-
ro,quemadmodum cùm bilis vis multa in corpore cõ-
tinetur,ſæpius facile ſit, dum febris abſit,eam ipſam e-
uacuare:ſic cùm antè acuta correptus febre homo fue
rit,difficillimum id redditur. Neque enim licuerit abſ-
que periculo,purgante tunc vti medicamento. Ad eũ-
dem modum de pituita,déque ſeroſis excremẽtis exi-
ſtimandum. Dictum ſanè à nobis de his omnibus eſt in
aliis libris, opúſque eſt, qui ſcire iſta exactè voluerit,
inde ſibi diſcenda hæc petat. Morbus igitur plethori-
cus vt ſit phlegmone,non in ipſis ſolùm vaſis plenitu-
dine detenta, ſed etiam vniuerſos occupante muſcu-
lorũ ſinus,ex eo potiſſimùm libro diſcas licet, in quo
De tumoribus præter naturam ſcripſimus. Quòd ve-
ro ſubitò curari phlegmone omnis nõ poſſit,diximus
in libris De curandi ratione,ſecundum eam potiſſimũ
operis partem, in qua curandorum præter naturam
tumorum via inſtituitur. Fit enim interdum vt tam va
lidè,támque tenaciter adhæreant carni viſcidi,craſſi-
que humores,periculum vt ſit, ne, cùm diutiùs perſe-
uerauerint, ſequatur ſcirrhus. At ii,qui nihil horum
ſciunt, dum potiſſimam artis partem ignorant, dam-
nant Hippocratem. Atqui ediuerſo quis,cùm ſolidũ
corpus perfrigeratum, aut excalefactum aliquod fue-
rit,promptũ fore illi ad naturam recurſum dicet, quo
modo etiam cùm denſius, rariúſve redditũ fuerit. Ne-
que enim perfrigeratum excalfacere, excalfactúmque
perfrigerare,denſiúſque rarefacere, ac rarum denſare
laborioſum fuerit:at pertinaciter adhærẽtem parti car
noſæ humorem,aut craſſum, aut glutinoſum educere,
laborioſiſſimum. Nam cùm ex vaſis etiam laxis iis,
haud promptum ſit ſordes expurgare,facile id ſcilicet
in carnoſis exiſtimabitur? Quare ſummè deprauata ra
tio ea eſt,quæ cauſas in humoribus contentas contra-
rias ſẽper magis eſſe dicit iis,quæ in ſolidioribus par-
tibus ſunt. Nam ſi in vniuerſa corporis habitudine ab-
ſolutè plenitudo inſit contenta in vaſis, quam propriè
plenitudinem nominamus, non ſanè difficile factu fue
rit,& primo quoque tempore hanc ipſam exinanire,&
ob ipſum ſymptomatis ægrum liberare. Contrà,cùm
vitioſus ſuccus aliquis,aut corruptela adſit,fieri nõ po
teſt vt abundè facta euacuatione ſanitati homo reſti-
tuatur. Nec ſanè alio ſe modo res habet ipſa. Plures

enim inuenti ſunt, quibus cùm degrauaretur corpus,
A tenſioníſque accederet ſenſus,venæ quàm primùm ſe-
ctione ſymptomatis his ſoluti ſint:nonnullis cõtrà per
totum menſem corruptionis nocumentum permanſit,
dum nos deprauatum ſanguinẽ nõ potuimus vbertim
exinanire,nec meliorẽ alium reponere. Nam vt ex ci-
bariis rectè in corpore confectis bonus generatur ſan-
guis,ſic periculum eſt, ne dum idonea cõcedimus ali-
menta,cum prauo,qui priùs inerat, bonus vnà corrum
patur. Quam etiam ob rem non omnẽ ſe pollicentur
corruptionem ſanaturos,ſed illã vnam,in qua validum
adhuc corpus ſit,viréſq; robuſtę:non cùm æruginoſus
penitus factus ſanguis fuerit, & qui inditum alimentũ
trahere ſecũ in corruptelam poſſit, ſed qui potiùs ab
hoc ipſo contemperari queat. Sed nec cùm ad vires ę-
ſtimata plenitudo fuerit, ſanari continuò æger poteſt,
eò quòd cum inanitione,vnà ipſa diſſoluantur interdũ
B vires. Diximus de huiuſmodi affectu in opere De medẽ
di methodo. Ergo raró inanitione hominem cõtinuò
ſanum reddes. Continget tamen quandoq; hoc, quẽ-
admodum apparet. Et huius ſanè rationis veritatem
clarè oſtendit experiẽtia. Quidam enim ab euacuatio-
nibus ſtatim ipſis,omni liberãtur moleſtia. Sed nec ho
ſce affectus noſſe medico cuiuis promptum eſt,nec,vt
eos norint,ſtatim etiam dignoſcere eos valent. Ii ſunt
igitur,qui maximè nugentur,inter quos, vt verum fa-
teamur, primas obtinet Iulianus, qui cùm nullum vn-
quam cum artis operibus cõmercium habuerit, ex his
tamen,quæ ipſe nouit,audaculus reperitur. Cæterùm
nos ſæpius inter ipſa artis opera poſt vtriuſque pleni-
tudinis inanitionem homines ſanitati continuò reſtitu
tos oſtendimus:vtranque dico,& quam ex vaſorũ æſti
mamus capacitate,cui plethoræ nomen eſt,& quam ex
C viribus metimur,quum inanitione non diſſoluitur. At-
que hęc,cũ primũ ægros quis ipſorũ viſere incœperit,
vnà cum iis,qui ſanare nouerint,percipiet omnia.

13 Videamus ea,quæ déinceps dicuntur, in quibus
Aſclepiadæ rationẽ tractãdam ſuſcipit Iulianus, per-
uulgatam illam,qua perſuadetur non proprios trahi à
purgantibus medicamentis humores, ſed ab his gene-
rari. Sanè pauca quædã de re hac diximus in calce libri
De elementis ſecundum Hippocratem,ſicuti in primo
quoq; de naturalibus facultatibus, poſtremò ſociis ita
rogantibus librum etiam de hoc ſcripſimus vnum, cui
titulus De purgantium medicamẽtorũ facultate. Qua-
re vniuerſum de his ſermonem qui ſcire voluerit, inde
ſibi petat,nos hoc in loco iis,quæ à Theſſalo dicũtur,
reſiſtemus,priùs tamen eius verba adſcribam: Athletã,
quem volẽt,capiamus bona præditũ habitudine, natu-
raliterq; ſe habentẽ. Huic bona in corpore cũ inſit ma-
D teria,firmáq;,medicamentũ exhibemus, quæq; excer-
nuntur ſummè corrupta oſtẽdimus: vnde colligimus,
nemine,qui iis cõtradicere queat,reperto, cũ quæ nũc
excernuntur acerrima ſimul,ac corrupta,antè quã me-
dicamẽtum exhiberetur,talia athletæ non adeſſent (bo
na enim is habitudine erat) nihil aliud nobis reſtare di-
cendum,quàm vtraque hæc à medicamento fieri: pri-
mùm quidem materiam ab eo in corruptelã verti, dé-
inde etiam excerni,ſiue per vomitum id,ſiue per aluum
fiat. Hæc ſunt Theſſali verba. Audiſtis autem priuatim
à me quòd in bonę habitudinis aliquo humores purgẽ-
tur omnes,id non magis quòd nunc illi generẽtur,de-
clarare,quàm quòd anteà contineantur. Fruſtrà igitur
iſta attulit, neutram neceſſariò,aut cõprobans,aut de-
moliens ſectam. Quòd ſi aluum ſubducens aliquid ex-
hibeat,non tamen medicamẽtoſum hoc illis eſt. Neq;

verò inuerecundi Therſitæ more exhibemus, & oſtendimus dicere debuit, cùm neque exhibuerit id, neque oſtenderit vnquam, nec iam exhibentē alium, aut oſtendentē viderit. At nos ii certè non ſumus, qui ea, quæ minimè præſtamus, dicere, aut ſcribere audeamus, ſed oſtenſa operibus priùs ipſis veritate, tum demum rerum explicamus artē, id quod ex his quoque, qui de Theſſali grege ſunt, audias licet, partim quot ex iis, qui aqua inter cutem laborabāt, medicamento dato, quod aquā educeret, vētrem quàm primùm ad æqualitatem reduxerimus, partim etiam quot ictericos ſanitati cōtinuò reſtituerimus, bilem trahente medicamento exhibito. Verùm neq; hæc, neque aliud huiuſmodi quicquam vidit vnquā Iulianus. Athletæ alicui purgans, inquit, exhibeo medicamētum, & oſtendo. Veriſimile videlicet eſt, vt tanta præditus amētia athletas quis bonis præditos ſuccis purget, aqua inter cutem laborantes nō purget, non atra percitos bile, non eū, qui morbo, quē elephanta vocant, correptus ſit, non cācro affectum, non quem phagedæna, aut eryſipelas, aut alius quiſpiā, qui ex malo generetur ſucco, morbus infeſtet. Satis nobis de his ipſius nugis dictū ſit. Nam ſi, quæ audire dignus eſt Iulianus, dicere omnia inſtiterit aliquis, huic non iā vno, aut altero, ſed longè pluribus libris opus fuerit. Veruntamen eorum, quæ deinceps dicit, aliqua audiamus, hoc modo ſcribens: Aliud affero validiſſimum, quo maximè inſpecto reſipicere eos æquum fuerat, nō atra omnino bile agi. Cùm enim ſubeſſe bilem arbitramur, pituitā purgans medicamentum damus, nec iam pituita, ſed bilis excernitur. Cùm verò pituitam, hanc ipſam educente medicamento dato non pituita, ſed bilis vtrobiq; deiicitur. Hydropicis aquam ducens medicamentum damus, túneq; cùm manifeſtò in hydropicis aqua cōtineatur, præter omnium maximè opinionem exire aqua non videbitur. Par enim eſſet, vt cùm bilem trahens medicamentum exhiberemus, bilis, cùm pituitā, pituita educeretur. Hæc ſunt, quæ dicat, in quo admiratione dignū eſt, quòd primùm dixit, nō oportere ab atra omnino bile agi, nimirum nos atra percitos bile dicit, quicunq; Hippocratem laudamus. Quod ſanè lepidum ſermonis genus illis potius conueniebat, quibus atrabilarios ab atra infeſtari bile placet. Porrò fabuloſo Aeſopi aſino ſimillimus eſſe Iulianus reperitur, qui cùm vnà prandenti domino accubantem Melitenſem quēdam catellum vidiſſet, circúmq; ipſum ſaltantem, ac delitioſè ludentē, mota ſubinde cauda, iucūdam prætereà quandam emittentem vocem, ob quæ læti conuiuæ erant, ipſumq; exoſculabantur omnes, nihil moratus ſit, quin in ſellam confeſtim inſiliens ruderet, ac ſeſe, caudā identidem quaſſans, verteret. Huic perquàm ſimilis Iulianus cùm ſit, cauilloſè in nos inuehitur, obiecta nobis per iocū melācholia, quæ ab atra, vt ipſe ait, bile fit. Sine igitur in te nos de atra bile dicamus, qui cùm arte minùs etiam, quàm pueruli medici, valeas, in Hippocratem inueheris: qua quænam maior inueneri melancholia poteſt? quæ manifeſtior ignorantia? quæ tandem petulantior audacia? His nos iocoſè inceſſis Iuliane: indoctíſq; ea ſermonibus complicas, vt iam ne puerum quidem latere poſſit quàm abſurda hæc ſint. Nam cùm Hippocrates dixerit, nullam neque ætatem, neque anni tempus, neque aliud omnino inueniri tempus vllum poſſe, in quo ex corpore noſtro humor aliquis totus pereat, vt quos ſemper nobis ineſſe dicat, ſintque nimirum ii, ſanguis, pituita, atque vtraq; bilis, quos in omnibus ineſſe omnes exiſtimat, incrementum autem ſuſcipere alium in alia temperatura, naturáq; corporis, ætate, tēpore, regione, morbo, ipſius

A te demoliri rationem putas, ſi bilioſo pituitam ducens medicamentum cùm dederis, hæc quidem non euacuetur, bilis autem euacuetur. Agè verò, demus hoc, manifeſtò fieri, vt non ſemper proprium ſibi humorem euacuet medicamentum, num falſum propterea videri debet Hippocratis dogma? Si nanque humores omnes æqualiter attrahit purgans medicamentum vnumquodque, ipſos autem in propriam ſpeciem quandam mutare ſolet, nihil erit inter venæ ſectionem, ac purgationē diſcriminis. Quòd ſi hæc ita habent, haud ſanè difficulter experientia poſſumus dogma ipſum probare, duobúſq; propoſitis hydrope laborātibus, quibus eadem adſit magnitudo, idem corporis habitus, ætas eadem, alteri eorum aliquod, quod aquam trahat, medicamentum dandum, alterius ſecanda vena, conſiderādúmque deinde vtri eorum profuerit id, aut nocuerit.

B Par autem fuerat, vt idem in vtroque fieret euacuationis modus, ac tot mitterentur ſanguinis heminæ, quot eſſent euacuatæ (vt ii quidem exiſtimant) aquę à medicamento purgante. Verùm demus etiam hoc illis, & in altero quidem, qui purgatur, aquæ heminæ euacuētur, verbi gratia, quindecim, in altero autem, cui ſecta vena eſt, duæ tantùm, videamus nunc vter horum iugulatus ſit (nam quid aliud, quæſo, dicendum ſit, de Hydropico, cuius miſſus ſanguis fuerit?) atque vter adiutus maximé? Quid mihi hîc dices, ô bone vir? num ſimiliter atque ad eundem nos modum refellimus, quemadmodum paulò antè tu faciebas? Bilem purgans medicamētum alicui detur, inquit, qui aqua intercute laboret. Bilem hoc etiam, ô bone vir, euacuabit, verùm modicā, omnéque citra emolumentum. Bilioſo, quod aquoſam detrahat ſaniem, detur: hoc quidem aquoſa euacuabit,

C ſed modica, nec ſine detrimento: e diuerſo quod aquā trahat aſcite laboranti detur, quod bilem icterico, hic & plurimùm euacuabitur homo, & maximo prætereà cum iuuamento. Hæc ſi apud medicorum aliquem ſcripta nondum legit Iulianus, hominis admiror diligentiam: ſin cùm iſta legiſſet, auſus eſt quæcunque ſcripſit, ſcribere, par eſt vt illius prudentiam admiratione proſequamur. Ego enim eorum, qui iſta audierunt, offendi aures puto. Iulianus autem cùm de his ſcribit, inſanire nos arbitratur. Reſpōdeat itaque, iis, quos laudauit, philoſophis in memoriam reuocatis, à quonā ipſorum demonſtrandi legem huiuſmodi acceperit, cuiuſmodi vſus ipſe eſt. Si enim, inquit, bilem trahēs medicamentum, animantis natum eſt bilem expurgare, non ipſam generare, in pituitoſis non ſanè bilis euacuaretur. Quàm verò mirè id, quod conſequēs eſt, nouit? O

D præclaram ſophiſtæ huius dialecticam. Quídnam tam vnquam prudenter Chryſippus, Ariſtoteles, Plato dixit? Qui ſi de iis propoſita illis foret conſideratio, cùm nulla penitus contineretur in corpore bilis, id prorſus ſequi affirmarent, nullam quoque omnino, à bilem trahentibus medicamentis exinaniri: cùm verò modica ineſſet, quæ ab iis traheretur, modicam quoque futuram eſſe dicerēt, quemadmodum ſanè plurimam, cùm plurima contineretur. At nouę huius dialecticæ ſophiſta Iulianus, cùm modica quandoque in corpore bilis inſit, nullam prorſus bilem hanc ipſam ducentia medicamenta ſequi cenſet: & poſteà nos quidem inſanire dicit, quicunque aqua intercute laborantibus aquā ducens medicamentum damus, ſe ipſum verò prudenter agere, cuius placitis conſentanea eſt venæ in his ſectio.

14 Simillimum his ipſius ſermonibus eſt, quod in

ſequen

ſequentibus verbis his affert: & quod magna ex parte viciſsim intenditur, ac remittitur, indeterminata ſanitas ſimilis aliquis factus quantum ad nos, ſecundum omne continuitatis, in eo, quod rarenter, nec ſæpenumero fit. Per hæc Iulianus opinionem refellit exiſtimantium corporeos ſemper eſſe paſſionum affectus intenſionibus, ac remiſſionibus morborum in teſtimonium adductis: idque facit, ratus ſe in hoc methodicorum opinioni conſentire, à veteris autem magiſtri placitis diſſentire, cùm tamen diuerſiſſimum hoc ſit. Nam qui in ſolidis animantis partibus inſunt affectus, obfirmati inſunt, ac durabiles. At quæcunque humida ſunt, præterquam quòd in alias animantis particulas ſubinde decumbunt, par eſt etiam vt partim in halitum tenuia facta digerantur, partim etiam per meatus ſenſui patentes excernantur, & nunc quidem à gubernatrice animantium Natura concocta meliora, nunc à febrili immutata calore, deteriora fiant, ac quædam ob calorem hunc difflentur, quædam rurſus bonis admiſta alimentis meliora euadant, nonnulla autem à prauis illis confluentibus corrumpantur, ſiue ea priùs etiam, quàm aſſumerentur, praua fuerint, ſiue non rectè ea ventriculus concoxerit.

Deſunt quædam.

Accenſas verò ob putrefactos humores febres, nihil ſanè mirum ſit, ſi prout collecti ii per loca fuerint, putrefactíque, atque exinaniti, ita generationes, ac declinationes ſortiantur.

15 Verùm hoc illos fortaſſe quiſpiam dicentes ferat. At quod déinceps Iulianus ſcribit, non iam cum aliis commune, ſed ipſi proprium, hoc nunc referam. Satius autē viſum mihi fuit, vniuerſa illius verba, quãquam prolixiora, adſcribere, ad hunc modum habentia: Quod verò intelligi non poteſt, cùm in plenitudi- A nem, aut corruptelam pro eo, quod præſens poni debet, morbi refertur cauſa, quiſnam, quæſo, exactiſſimè aliquid dignoſcet? Affectu de toto corpore abeunte neceſſe eſt, omnia in omni parte, particuláque redundare fateamur. Vnà enim cũ effectu perduret opus eſt continens cauſa. Per totum autem eunt affectus, quales febres ſunt, & quàm plurima alia, in quibus in toto ineſſe plenitudinem oportet, plurimámque, cùm plurimus morbus fuerit, atque ita conceſſum dicere. Quòd ſi vero *

quod contradicit humoris plenitudo. Atqui Iuliano non placet, morborum, qui in vniuerſo conſiſtunt corpore, continentem cauſam in vno conſiſtere loco, ſed ſi quis fluxum etiam in bubone continentem cauſam eſſe ſupponat ipſius febris, in tantam incidet ſermo dubitationem: nam diſſoluto bubone, nec permanere B illam, nec creſcere poſſibile eſt, cùm, manente quidem, neceſſe ſit vt febris non ſoluatur, ſoluta autem, continẽtem ſui ipſius cauſam bubonem habeat oportet: éxque hoc præclari huius defenſoris ſubuerti rationẽ neceſſe eſt, qua ait, fieri nõ poſſe, vt morbi vniuerſo in corpore qui ſit, cauſa vnico conſiſtat loco, cùm tamen nullam aliam continentis cauſæ afferre rationem poſſit, quàm quòd ab ea aliquid fiat, ac cum ea pariter ceſſet, niſi fortè hoc etiã in loco, quemadmodũ in aliis quoque facere conſueuit, repentè ſe Stoicum rurſus profiteatur. Verùm cùm hoc fecerit, non modò morbi, ſed ipſius etiam ſanitatis cauſam afferet aliquam, & quod minimè vult, calidum eſſe morbum aliquem, & frigidum, & ſiccum, & humidum, dicere cogetur. Quam ob rem deſinat inanes has nugas afferre, neq; attoniti modo, alia alia eſſe imaginetur, dum laudibus quidem nunc Stoicos extollit, nunc ipſorum etiam placita tollit.

CLAVDII GALENI obſoletarum Hippocratis vocum Expoſitio,

Iano Cornario Medico Phyſico Interprete.

OBSOLETAS apud Hippocratem voces expetenti tibi, Teuthra, breuiſſimis à me exponi, libenter morem geſſi, vt qui eiuſmodi cupiditatibus rectiſſimè inſeruire, honeſtiſſimum eſſe ducam. Quemadmodum autem ipſe iuſſiſti, ordinem eum, quia aliàs literarum eſt, etiam hîc ſeruabo, prout videlicet ipſæ voces à literis initium habent: vbi ſanè illud priùs indicauero, aliud eſſe omnem Hippo- C cratis dictionem exponere, & aliud voces obſoletas ſolùm. Quæcunq; igitur nomina priſcis temporibus in vſu erant, nunc autem ampliùs non ſunt, talia gloſſas, id eſt, voces obſoletas vocant, atque has iam exponere inſtitui. Reliqua verò omnia, quæ non minorẽ quæſtionem deſyderant, ſed tamen vſitata ſunt, in ipſorum librorum expoſitionibus commodiùs tractari poſſunt. Nam quid ſit iudicatio, quid diuinũ, quid integrè, quis bonus ad ſummum habitus, & omnia eius generis longam quidem expoſitionis tractationem requirunt, ſed vſitata ſunt, non minùs, quàm vita, & breuis, & ars, & longa, & occaſio, & præceps: quanquàm & ex his quædam expoſitione opus habeant. Vnde ſanè admirari ſatis non poſſum, eſſe, qui totius Hippocraticę dictionis expoſitionem promittãt, atq; interim non animaduer-

tant, se plura relinquere quàm tradunt. Quum igitur multos libros scripserit Dioscorides, nō Herophilius ille Phacas appellatus, sed iunior patrum nostrorū memoria, non tamen dimidiam partem, imò ne tertiam quidem, aut quartam totius dictionis exposuit. Atque hic supra reliqua, etiam in duobus his per totam tractationem ex superabundanti peccauit, & quod clarissimarum vocum mētionem facit, quæ ne minima quidem expositione opus habent, nedum adeò multa, & quod harum ipsarum sæpe. Hæc igitur nos contempsimus, & ad hæc insuper, ne exponeremus formam singularum stirpium, ac herbarum, & eorum, quæ ex terra eruuntur, piscium item, & animalium omnium, quorum alicubi Hippocrates meminit, quæ Dioscorides ille ex Nigro, & Pamphilo, & Dioscoride Anazarbensi transscribere non veretur, & ex his, qui hos præcesserunt, Crateua, Theophrasto, Heraclida Tarentino, & aliis innumeris. Ad hunc modum etiam ciuitatum nomina exponere notissimarum, & astrorum similiter manifestissimorum, quæ ne pueros quidem latent. Atque in his exponendis etiam alii multi delinquunt. Si itaq; hæc omnia quis resecet, is voces obsoletas solas exposuerit, quemadmodum Herophilus fecit, & Bacchius, quum Aristarchus grammaticus exemplorum ipsorum copiam collegerit, velut dicunt. Nos autem, velut nosti, plura etiā, quàm illi, excerpta in commētarios collegimus, quos fortassis, si ita tibi visū fuerit, etiā ipsos longiore tractatione componemus. Nunc verò quum breues summas habere expetas, eorum, quæ iudicio nostro confirmata, & per longos illos commentarios demonstrata sunt, hunc librum scripsi, qui non solùm nomina aliis veteribus vsitata, & quæ nunc non ampliùs in vsu sunt, continet, sed etiam ea, quæ priuato quodam suo modo ipse Hippocrates fecit, aut à consuetudine translata, aut alia figura apposita, aut significatione mutata. Etenim quod veteres multa nomina ipsi fecerint, satis ab Eratosthene quoque demonstratum est in libris de veteri comœdia, & ego etiam nunc breuibus commonstrare possim per exempla, quum pauci euidētiùs cognoscere possint, quænam vox obsoleta sit, & quæ ipsi similia, à veteri aliquo facta. Arbitror autem satis tibi fore Aristophanis ex Detalensibus exempla, hoc modo se habentia. Ad hæc tu dicas, Homere, qua voce obsoleta vocent κόρυκα. Proponit enim in illo dramate senex è Detalensium populo, proteruo filio, primùm vt exponat quid sint κόρυκα, déinde quid vocent ἀμενηνὰ κάρηνα, At ille rursus proponit vocē obsoletam ex Solonis tabulis ad causas differētes hoc modo: Hic quidem tuus, meus autem ille frater dicat quid vocent ἰδύοντε. Déinceps proponit, quídnam est bene facere. Ex quibus manifestum fit, quòd glossa est nomen vetus à cōsuetudine elapsum. Quòd autem vnusquisq;, qui circa studia versatur, putet sibi licere, noua nomina facere, etiā Antiphō abūdè declarat, qui etiā, quomodo ipsa facere oporteat, edocet. Declarat itidē ille ipse Aristophanes in eodem dramate per hæc verba: Ἄλις, ὀρέλη, καὶ μῦρον, καὶ ταινίαι,. Déinde senex illudens, delectare, inquit, σωρέλη hoc à Lysistrato. Quum autē rursus proteruus filius dixisset, Fortassis à nobis non perterreberis tempore: etiam hoc à filio dictum irridens senex ait, Hoc perterreberis à rhetoribus est. Et quum ille rursus posteà dixisset, Quo tandem tibi hęc verba euadent? rursus senex etiam hoc irridens, ab Alcibiade ait, hoc euadent. Et filius quidem nondum cessans, neque reuerens senem dicit: Quid coniectas? etiā malos viros dixeris eos, qui probitatem exercent. Déinde senex, hei Thrasymache, quis horū patronorum te liberat? Ex his igitur manifestum tibi factum esse arbitror id, quod dixi, esse modū vocum obsoletarum, quum aut commune omnibus nomen à consuetudine obtinente excidit, aut si quod ab aliquo veterum factū est, omnino non receptum est in consuetudinem. Sic igitur etiam Hippocrates, aliqua quidem ex non consuetis assumit, aliqua verò ipse facit, aliquorum verò etiam significationem mutat. Et iustum est, vt nos singula hæc vnà cum glossis, ac obsoletis exponamus, vbi ex præsenti consuetudine excidisse apparuerint. Atq; ita etiam si plantæ alicuius, aut animalis, aut ciuitatis nomen satis obscurum fuerit, hoc quoque tibi inter glossas exponemus, & in summa hoc spectabimus, vt non solùm tibi, sed aliis etiam, qui primas literas didicerūt, vtilis futurus sit libellus. Si verò quis sit, qui non nouit quid sit ἀνερήσομαι, & ἀπὸ πρόσω & ἄμφω, ἀμφίεσμα, & quæcunq; alia huiusmodi, eum ad Dioscoridem, ac similes mittemus, vt qui neq; dignati fuerimus talia docere. Quum autē clarè iam traditum sit, quid sit glossa, quid dictio: & dictum quoque sit, quòd citra demōstrationem id solum tibi describere voluerim, quod in aliis scriptis iudicio nostro confirmatum, ac à nobis demonstratum est: iam ad illarum vocum obsoletarum expositionem progrediemur, ipsásq; ex omnibus Hippocrati inscriptis libris deligemus, non ex his solùm, qui pro genuinis habentur. Quòd verò multæ obsoletæ voces à Bacchio prætermissæ, hîc scriptæ sint, & quòd nos nullam talium vocum omiserimus, ipse liber docebit: quemadmodum etiam illud, quod prout res postulare visa fuit, alíquando ipsam dictionem adscribimus, ex qua obsoletam vocem exponimus: in plurimis autem relinquimus, vbi etiam absque illa, claram fore expositionem speramus.

A

Γκυλιδωτὸν, quod curuitatem in obliquum intortam habet. Dictum est de curru.

Ἀγκυρομήλη, hamus.

Ἀγλιθὲς, partes capitis allii.

Ἀγρίη κολοκύνθη, colocynthis, id est, cucurbita syluestris, velut Crateuas, & Dioscorides, & Pamphilus.

Ἄγροφον, montanum.

Ἄγυια, debilia.

Ἀγχόμενος, qui suffocatur.

Ἀδάξεσθαι, pruriginosè morderi.

Ἀδιωέως, negligenter.

Αἔτωμα, pars tecti in altum extenta, velut triangulus.

Ἀθέλγεται, percolatur, exoluitur.

Ἀθὴρ, quod in hordeo acutum est, velut in secundo de morbis minore: & summa pars barbæ in cuspide, velut in quinto morborum popularium.

Ἀθώρηκτος, qui non est ebrius.

Αὐγίς, cicatrix subcandicans in oculis, velut in maiore prædictorio: & albicantes concretiones, velut in coacis prænotionibus.

Αἰγοκέρας, quod etiam βουκέρας, fenumgræcum.

Αἰγύπτιον ἔλαιον, oleum Aegyptium, quod ipsi cicinū appellant.

Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, quod ex liliis paratur, quod etiam κρίνινον, & susinum oleum nominatum est.

Αἰγύπτιον μῦρον λευκὸν, vnguentum Aegyptium album, quod etiam Mendesium nominatur, & ex liliis, ac aromatis præparatur. Et ideo etiam vnguentum, non oleum appellatur. Idē & liliaceum, & susinum vnguentum vocatur.

Ἀιγύπτιον μῦρον, vnguentum Aegyptium, ex Aegyptiæ spinæ flore, quod etiam Metopium nominatum est.

Ἀιγυπτίαν στυπτηρίαν, Aegyptium alumẽ, quod & scissum, & ter scissum nominamus.

Ἀιεὶ, significat aliquando apud Hippocratem donec, & apud multos veteres.

Αἰθάλη, quæ etiam fuligo.

Ἀιθιοπικὸν, subaudiendum est cuminum.

Ἀιθύλικες, in summa cute circuli, similes rubicundis illis ab igne excitatis, à verbo ἄθειν, id est, ardere dicti. Et αἰθυλικώδεα, his videlicet similia, quæ multi vocãt αἱμάλωπα, id est, cruenti aspectus.

Ἀιματοφλοισβοιστάσιες, scribit Dioscorides, & superextumescentis sanguinis suppressiones indicari putat: eò quòd etiã alibi dicit, in inflãmatis sanguinis eruptionibus figura inueniri potest. Plures tamen scribunt αἱματοφλεβοιστάσιες, & hac voce significari putant, plenas sanguine incuruatas venas.

Ἀιμήνας, qui expressit, qui lancinauit.

Ἀιμόκερχνα, in sanguinis effusione stridulam asperitatem inducentia. Est autem ea morsus quidam subasper, iritans in aspera arteria.

Ἀινεάτης, qui ex Aeno Thraciæ ciuitate est. Eundem aliquando etiam Aeniopicon vocat.

Ἀιόλλεσθαι, vagari, errare.

Ἀιὼν, vita.

Ἀκαλήφη, vrtica.

Ἀκεστὰ, curabilia. Nam & ἄκη medicamenta sunt.

Ἀκήρατος, incorruptus.

Ἀκὶς, nominatur cuspidis ferrum.

Ἀκόνην appellauit in his, quæ libro de victu addita sunt, mortarium. Ita etiam Theophrastus lib. 8. de plantis.

Ἄκουζα, repleta.

Ἀκραλέα, extrema, summa.

Ἀκρέσπερον, suprema vespera, hoc est, prima, & incipiente.

Ἄκρητον, meracum. Sic nominatur quicquid impermistũ est, & suam naturam synceram conseruat.

Ἀκρητοχόλους, qui meracam bilem coaceruatam habent.

Ἄκριτον πάγος, glaciem concretam, quæ velut inseparabilis sit, in libro de hebdomade dixit, de infinito circa Mundum, & de vacuo, quod efformari non potest.

Ἀκραπὶς, lingua dicta est in septimo morborum populariũ, quæ velut summas suas partes informare nequit, hoc est, inarticulata, propter motus difficultatem.

Ἀκρόπλοα, quæ in superficie, ac velut in summo innatãt, Ita etiam ἀκρόπλοοι.

Ἀκροσαπὲς, parum transmutatum, putrefactum.

Ἀκρόψιλον, in summa parte nudum.

Ἀλαία φθίσις. Ita appellata est tabes in libro de locis in homine, quæ velut cæca est, & oculis cerni nõ potest.

Ἀλάπτης, qui ex Alaptis est. Alapta plurali neutro, locus Thraciæ est.

Ἀλάστορες, & ipsi sunt homines, qui maleficia perpetrant, & dæmones ipsorum vltores.

Ἀλγήματα vocem sæpe de ipso morbo vsurpat: & ἀλγεῖν similiter pro ægrotare, & aliquid pati. Ita & reliqua hinc ducta.

Ἀλεάζειν calefacere.

Ἄλιον ὕδωρ, aqua congregata, ex pluuia coaceruata.

Ἄλειφα, oleum, aut adeps.

Ἀλεξητήρια, auxilia. Nam & ἀλέξεσθαι auxiliari est.

Ἀλέον, congregatum, coaceruatum.

Ἀλεότητα, congregationem.

Ἀλέουσιν, congregant.

Ἀληθέωσι, errant, dictum est à voce ἄλη, id est, errore.

Ἀλέως, aceruatim.

Ἀλτεῖν, sanare.

Ἄλθεξις, sanatio.

Ἀλθισκεῖν, sanare.

Galen.

Ἄλκαρ, auxilium.

A Ἀλλογνοῶν, qui desipit, & velut alia, quã sunt, cognoscitt, Sic etiam ἀλλοφρονήσας ab ipso dictum est.

Ἀλλοτροπεῖται, variè mutatur.

Ἀλλόκοτον, obscurum ignotum.

Ἀλλοφάσαντες. delirantes, desipientes.

Ἀλαοὶ, cæci, quòd & ἀλαὸς cæcus sit.

Ἀλυκὸν, salsum.

Ἀκρητόχολον. Sic nominat eum, quem etiam ἀκρόχολον, qui meram bilem collegit.

Ἀλύζει, angitur, iactatur. Sic etiam ἀλύξει in futuro dictũ est.

Ἀλυσμὸν, itémque ἄλυσιν, anxietatem, quã sanè etiam iactationem vocant, & ἄλυξις hoc idem est.

Ἄλφιτα, polentæ, non solùm ex hordeo sic vocantur. Nã in secũdo de morbis muliebribus polẽtæ triticeæ dictæ sunt. In secũdo verò de morbis maiore, etiam lentiũ & erui torrefacti. Ἄλφιτα itaq; omnis fructus moB liti moderata magnitudine fragmenta appellantur. Maiora enim κρίμνα vocant, minora verò ἄλευρα, id est, farinas.

Ἄλφιτα προκώνια, polentæ, quæ ante coni, siue metæ constructionem fiunt, hoc est, ex recenti adhuc, & tenero hordeo. Meta enim quædam in areis etiam nunc erigitur, & præsertim in pluuiosis regionibus, lignum erectum, in quo cõponuntur fructus in metæ figurã.

Ἀμαλδύνεται ipsi familiare est, quasi obfuscatur, ac velut obscuratur, ac dissipatur, quemadmodum in secundo morborũ muliebrium ἔμβρυα ἀμαλδύνεται, id est, fœtus marcescunt, ac contabescunt, & pereunt.

Ἀμαλῶς, molliter, id est, moderatè, velut in libro de suppuratis, hoc autem molliter colligunt. Itémque facilè, velut in primo de morbis maiore, & oculis non facilè videbat. Et in secundo maiore, & cibos non facilè admittit.

Ἀμαμηλίδας, species est mespili, quæ plurima in Italia na-

C scitur, velut etiam Dioscorides dicit. Quidam verò ἐπιμηλίδας dicunt esse mala parua syluestria.

Ἄμβη, alta, eminentia.

Ἀμβλυσμὸς, abortio, à verbo ἀμβλύσκειν, abortire. Sed & visus hebetudo, velut in prædictorio maiore.

Ἀμβλυωπώτερα, quæ hebetiùs vident, id est, obscuriús.

Ἀμέρσων, auferens, & accipiens.

Ἀμενηνὸν, debile.

Ἄμη, quodam modo, ex aliqua parte, moderaté.

Ἀμοίη. Ita Dioscorides in libro de chirurgia scribit: Ἀμοίῃ ὅτι πιέζει, &c. hoc est, quoniam moderata compression euarians declinat, ad carnis augmentum, ac efformationem faciet. Alii verò scribunt ἀλλοίῃ. Dicit autem Dioscorides ἀμοίῃ significare moderata: sed nullum testimonium adducit.

Ἀμυστὶ, aceruatim, citra labiorum commissionem.

Ἀμφιβραγχίων, locorum circa tonsillas ita appellatorũ.

D Ἀμφίδεον, summa pars osculi vteri circumcirca, quæ cucurbitæ labiis similis est. Nomen ex translatione ductum est ab armillis mulierũ, quæ etiam ipsa ἀμφίδεα vocantur, ab eo, quod circundant, & velut obligant.

Ἀμφιδέξιος, ambidextra, & velut vtrinque dextra, hoc est. quæ ambabus manibus velut dextra vtitur. Talis est, & apud poetam περιδέξιος. Sic etiam Hipponax dixit ambidexter sum, & non pecco. Quidam tamen ἀμφιδέξιον intelligunt non rectè, eam, quæ in dextris vteri partibus concepta, ac gestata est.

Ἀμφιμήτριον, signum in secundo de popularibus morbis dixit, quod vteri affectiones indicat.

Ἄμως, quodam modo, ex aliqua parte, moderaté.

Ἀναγνῶναι, ad sentẽtiam mutandã persuadere, alia à prioribus docere.

Ἀνάκαρ, ad superiorem partem, quemadmodum ἐπίκαρ ad infernam, ex montibus.

Ἀνακικίσσι,resiliunt.
Ἀνακῶς,cauté.
Ἀνακοχὴ,substentatio,sursum latio.
Ἀναλδὲς,quod alimentum non sentit,quod nõ augescit.
Ἀναλμυροὶ,insulsi,non salsi. Sic Dioscorides,verùm multi diuidentes legunt.
Ἄναλτον,sine sale,non salsum.
Ἀναπλάσεις,duplicas,idem est,quod διπλάζῃς.
Ἀναπρῆσαι,perfodere,perforare.
Ἀνάρρινον, per nares relisum vadens. Aliqui verò diuidunt,ἀνὰ ῥινὸν,vt significet per cutem.
Ἄναυδ@,qui loqui non potest.
Ἄφωνος,qui vocem edere non potest, in tertio morborũ popularium consequenter ambæ voces habentur de Pithione. Sic etiam apud poetã habet illud de equo, αὐδήεντα ἔθηκε θεὰ λευκώλενος ἥρη. hoc est, Sermonem addiderat dea candida brachia Iuno.
Ἀναφέρειν significat aliquando etiam respirando subsingultire,velut in primo de morbis minore. Item velut pueri, qui plorare cessant, spiritum ad nares retrahere. Atque hic idem spiritus est, offendẽs in latione dũ extra effertur,vice versa duplici intrò reuocatione.
Ἀναχάνεται,resoluitur,refricatur.
Ἀναχελίσεται idem significat.
Ἀνδρογένειαν,successionem generis per viros. Et tamen quæ per fœminas fit generis successio, nullum aliud eiusmodi nomen habet.
Ἀμβήξατο,cum tussi expuit.
Ἀνειλήματα,tormina.
Ἀνειλιχθῶσιν,sursum conuoluta fuerint, cõtorta fuerint.
Ἀνειρυσθέωσιν,reuulsa fuerint.
Ἀνέζας, qui in summa altitudine suspendit, compositum est ex ἄνω & ἄζας.
Ἀνεμοῦται,inflatur.
Ἀνόρικτων,non cribro excussorum,non fractorum.
Ἀνεστραμμένα,conturbata.dictum est de vrinis.
Ἄνε@,voce destitutus,& mente perculsus.
Ἀνήνι@,sine molestia,illæsus.
Ἀνηρίκτῳ, non diuiso, nec fracto in tenues partes,sed ex summè crassa farina composito.
Ἄνθεα non solùm flores, qui in coronas recipiuntur, sed etiam alios omnes sic appellat.Sed & femina quandoque similiter vocat,velut in secundo de morbis mulierum. Imò etiam rubores,in coacis prænotionibus: & sputa ἀνθηρὰ, id est, florida dicit,ea,quæ rubicunda sunt,& cruenta,in sexto morborum populariũ libro.
Ἀνθίνην vinum dicit, aut quod floratum appellatur,aut quod floribus conditum est: quemadmodum & Cyceonem ἀνθίνην vocauit in secũdo de morbis maiore.
Ἀνθινὸν oleum,liliaceum,ac lirinum dicitur. Idem etiam Susinum appellatur.
Ἀνθινὸν,vnguentum,quod etiam Susinum, ac liliaceũ vnguentum appellatur. Differt ab oleo anthino præscripto,ipsorum aromatum varietate.
Ἀνίθυντο,sursum direxerunt.
Ἀνοργισμένον,emollitum. Nam & ὀργάσαι mollire est, & velut subigere,acelaborare, vt in secundo de morbis maiore.
Ἀντικοντώσιος, renisus per contum,ac remum,quod etiã σκίμπων vocatur.
Ἀντίρρινον herba quædam,quam etiam βούκρανον,& lychnidem syluestrem nominant.
Ἀορτρον,pars vtrinque à pulmone dependens,velut in secundo de morbis maiore. Item ἀορτὴν eandem quandoque vocat,velut Dioscorides putat. Sed id non ita clarum est.
Ἀπαρτίως,perfectè,& exactè. Dioscorides autẽ totũ etiã contrarium significare dicit,velut in libro de victu in acutis,vbi ait:Et plerunque ἀπαρτίως,id est,temere,in his temporibus ad sorbitiones transeunt. Mihi verò

etiam hîc perfectè,& exactè significare videtur. Atque eodem modo etiam Attici hac voce vtuntur. Infinita autem exempla in exiguis libris habes.
A Ἀπεβράσετο,in quinto morborum popularium ita Dioscorides scribit,& per vocem ἀπεβράσετο,extussiit significari dicit,quum alii ferè omnes ἀπεβύσατο eadẽ significatione scribant. Verum hîc Dioscorides & Artemidorus Capito appellatus,multa vocabula ex alio rum consuetudine transtulerunt,ac mutauerunt, quæ nihil aliud significant à veteri scriptura, atque vt horum quoque mentionem faciamus necesse est.
Ἀπειλῆθη,conclusus est. Nam ἴλλειν est concludere.
Ἀπόρχθη,conclusus est.
Ἀπόγονα,fœcunda. Quidam verò intelligunt infœcũda.
Ἀποκεκαρπωκὸς,quod germinauit.
Ἀποκεκριμένοισι,separatis.
Ἀποκηδέστερον,negligentiús.
Ἀποκνάειν, maximè quidem deradere significat. Sed & corrumpere,& attenuare.
B Ἀπομυλήνας,qui labia inter se commissa prætendit.
Ἀπονενομένως,citra reuersionem.
Ἀποπαλλήσι@,depulsionis. Hinc etiam vox ἀποπαλῶσεται,aliquando actiuè depellere significat velut in primo de mulierum morbis, aliquãdo etiam passiuè depelli,velut in libro de hominis natura.
Ἀπορέγει,prætendit.
Ἀποσβεὶς,extinctus.
Ἀποσιτικὰ, cibi fastidium, & inappetentiam inducentia.
Ἀποσκήψεις,scarificationes,in lib. de morbis maiore.
Ἀποσκληρύνει,reficcat.
Ἀποσπαρθάζουσι,palpitant,pulsant,ac inflammantur, in secundo de morbis.
Ἀπόσφαγμα, fæcuentum excolamentũ,quod etiam ὑπόσφαγμα.
Ἀπτίσων,integrorum,in farinas integras fractorum, defectuose contusorum,à quib.furfuraceum nõ decessit.
C Ἀπυρομήλη, specillo nucleum non habente, quod etiam μηλοτρὶς,& μηλωτὶς dicitur.
Ἀρακίδας,triticeos araciscos. Est autem aracus legumen quoddam.
Ἀρβύλαι,calceamenta profunda.
Ἄργης,serpens quidam ita appellatus.
Ἄρδας,sordes quædam,& immunditia: & ἀρδαλῶσαι, inquinare.
Ἀρθρικὸν,articulis commodum.
Ἀρικύμων,quæ citò prægnans fit.
Ἀρὶς, non solum instrumentum scobina dictum, sed etiã herba quædam ita appellata.
Ἀρκτ@,à Septentrione spirans. Aliqui verò ἀρκτίον palã scribunt.
Ἀρμοῖς,futuræ in capite.
Ἀρμοῖ,statim. dictio est Dorica.
Ἀρροίας,mensium suppressionis.
D Ἀρτίζωα,paruo tempore durantia.
Ἀρτίστομα,vndequaque æqualia.
Ἀσκαρίδες,lumbrici tenues,& parui in recto intestino generati.
Ἀσκὸς,tegulas,quas & titiones ignitos, & lentes vocant, siue lenticulas.
Ἀσᾶται,repletur,vt in primo de morbis mulierum: & anxiè, ac grauiter afficitur, velut in secundo de morbis maiore.
Ἀτέραμνα,quæ ægrè concoqui possunt,ac dura sunt.
Ἄτρακτον,non solum fusum ad lanificium vtilem,sed etiã cuspidis lignum.
Ἀττικὸν ἀγγεῖον,Atticam ollam,& aliquando vas ἐχῖνον appellatum.
Αὐανσὴ,aut αὔανσις,morbus quidam reficcatorius.
Αὐτίτην vinum huius præsentis anni.
Αὐτόδρομον, per se mobile, velut in libro de hebdomadibus.

dibus.
Ἀρὰς,vincula,à contactu.
Ἀφασσόμενα,quæ contrectantur, & ἀφασσαμένη, quæ contrectauit.
Ἀφράζει,desipit,imprudens est.
Ἀφρῶντα,spumantia,bullas habentia.
Ἀφύει,inalbatur,& velut præter naturam colorem habet. Sic etiam ἀφυώδες vocatur, quod colorem præter naturam refert.
Ἀχιλληιάδας κριθὰς, plenum,& magnum hordeum, ab Achille quodam nominatum, qui agricola Babronius fuisse dicitur.
Ἀψίῤῥοον,retrorsum fluens.
Ἀψυχεῖ,animo linquitur:& ἀψυχίη,animi deliquium.

BΑκχαρις,Lydium quoddam vnguentum.
Βαλβὶς,cauitas oblonga.
Βαλαῖος,qui ex Balea ciuitate Macedoniæ est.
Βάλλω, in maiore prædictorio, & secundo à quibusdam inscripto, varicosam venam ita appellatam esse aiunt à Dioscoride. Verùm mihi propriè dicta esse vox hæc videtur de animali, hirudine. Etenim interueni aliquando quum hoc in illo libro legeretur, & quum multi ambigerent de hac re, ego solus ex ipsa scriptura arrepta occasione,veritatem agnoui.
Βοσκέοισι,ouibus.
Βησσαϊκοῦ,ex Bessis in Thracia.
Βλακεύειν,negligere.
Βλαβώδεα,humidæ,mucosæ.
Βληχρὸν,legumen quoddam.
Βοάνθεμον, buphthalmum, quod etiam Chrysanthemon appellatur.
Βόλβιον,quid sit, ipse Hippocrates libro secundo de morbis mulierum docet. Malè igitur quidam narcissum significari putant,propter radicis videlicet bulbum.
Βολβίτια,quæ à multis Bombylia appellantur. Est autem polyporum paruorum genus.
Βολιτὸν,stercus bubulum.
Βομβύλιον, poculum quoddam angustum os habens, aut operculum:nomen ductum est à resonando,& bombi sono.
Βοὸς θαλασσίου, bouis marini, chartilaginosus est hic piscis.
Βρβάλιος,cucumis syluestris.
Βούκερας, fœnumgræcum. Menetheus in nomenclaturis medicamentorum, etiam Anagallidem ita appellari dicit.
Βούπρηστις,& animal est cantharidi simile,& olus quoddam syluestre, cuius meminit Dioscorides in primo de sanitate tuenda,& in libro de oleribus.
Βρῆγμα, quod cum tussi expuitur, in primo de morbis maiore:& βρήσσειν,cum tussi expuere. Quidam hæc sine litera ρ,scribunt.
Βρόγχους,chartilaginosæ arteriæ.
Βοτράχου dicit,id est, ranæ. Quidam tamen palam βατράχου scribunt.
Βρυγμὸς, qui fit, dum dentes inter se colliduntur, strepitus:& βρύχειν ita strepere.
Βύζην,aceruatim,aut frequenter.

ΓΑλιάγκωνες,qui paruum, & macilentum brachium habent, partes autem circa cubiti flexuram, siue gibbum,tumidiores:quemadmodum etiam mustelæ. Qui verò dicunt γαλὸν nominari cubiti gibbum,& inde vocem compositam esse, fortassis non rectè rem intelligunt. Non enim γαλιάγκωνας, sed γαλοβραχίονας ipsos nominari oportebat.
Γαμψὰς,flexuras quasdam habentes.
Γαυσὸς,curuus in externam partem.
Γιγγλύμωτα,in se mutuò inferuntur,velut cardines in foribus,qui γιγγλυσμοὶ appellantur.
Γῆ σμηκτίδι,terra Cimolia.

Galen.

Γῆ κεραμίτιδι,terra figulari,argilla.
A Γῆ χαλκίτιδι,nihil amplius significat,quàm chalcitide.
Γήχυτον, externa terræ pars mollis, ac minimè lapidosa.
Γλαμυροὶ,aquosi,& humidi.
Γλοιάζειν,nictando versare oculos. Et γλοιώδως iuxta proportionem eandem,nictantium modo dixit.
Γλυκύῤῥιζης βοτάνης,glycyrrhizes, id est, radicis dulcis appellatæ.
Γόγγρωνα,gutturis ramicem, ab eminentiis rotundis in arborum truncis nascentibus,velut etiam Theophrastus in primo de plantis,his verbis: Quædam autem habẽt appellatos ab aliquibus gongros, aut quid illis proportione respondens,velut olea.
Γογγύλιον,rotundum:& γογγυλίδια, paruæ pilulæ instar catapotiorum.
Γριφόμενα,quæ reuoluuntur,à gripho reti piscatorio verbo facto.
B ΔΑκτύλιος,circulus,pastillus,in libro de sterilibus.
Δαΐδες, magnæ lampades ardentes dicuntur. Per abusum tamen aliquando allii capita sic vocantur, eò quòd ex multis spicis compositum sit allii caput, vt instar lampadum colligatum videatur.
Διάδρος,pellucidus,in secundo de morbis maiore.
Διακνέει, quod & διακναίει dicitur, significat perfricat, & corrodit.
Διαπεπληγμένα, quæ multùm sunt disparata circa intermediam crurum, ac inguinum partem, quæ πλιχὰς dicitur.
Διάστημα, compositionem ipsorum corporum velut lanis similem.
Διαστομωτῇ μήλῃ,specillum diducens.
Διαφλύξιες,superebullitiones,superfusiones.
Διαφλυχθεῖσα,perfusa,humectata.
Διαφλυχθὲν,humectatum.
C Διαφλύοντα,humectantia.
Δίαφρος,spumans.
Διὰ χωρὶς,ex interuallo.
Διδύμη,radix herbæ,quæ etiam orchis appellatur.
Διεβλήθησαν,decepti sunt.
Διῆσαι, concutere,excutere, in secundo de morbis mulierum.Significat etiam percolare,& dirimere.
Δίεδρος,humida,exudans.
Δίκληδος,bibartitus,vt inferna parte conclusa,supernam aperire possis.
Δίκρουν, quod velut biceps est, quod item bifidum nominant.Idem etiam ἤδικρον significat.
Δίοπος, curator nauis, ab eo quod prouideat, & gubernet ea,quæ sunt in naui.
Διοπτον,transparens.
Διοῤῥώδης,in serosam, & aquosam speciem transmutationis.
D Δίπνοα τρήματα, bispira foramina, in his, quæ ad vacuum perforata sunt,& velut per duo oscula respirant.
Δόρπου,cœnæ.
Δρυπτὰ,dilaniata.
Δυσήνιος, & δυσάνιος, qui non facilè angitur.Est etiam is, qui difficulter frenari potest, aut morosissimus est. Critias in libro de natura amoris, & virtutum, sic exponit hanc vocem,δυσάνιος est, qui ob res paruas tristatur,& ob magnas magis,quàm alii homines,aut longiori tempore.

ΕΒλημάσθη,mollita est.
Ἐγγαστρίμυθοι,qui concluso ore loquuntur,eò quòd ex ventre loqui videntur.
Ἐγκὰς,in profundo.
Ἐγγενὲς,congenitum,familiare,proprium.
Ἐγκάμπτει,infringet:& ἐγκεκαμμένοι confracti, ac incuruati dictum est de vnguibus.
Ἐγχαλίνωται, circũdatus est ad similitudinem frænorum.

Ἐγκεγλευκισμένος, vinum, quod in cellaria ſub terram repoſitum eſt, quod muſtum eſſe deſiit.
Ἔγρησις, excitatio, vigiliæ.
Ἐέρχαται, intercipiuntur.
Ἔθρασσεν, pungebat, ſtimulabat.
Ἐκβρύσει, eiicit, ebullit.
Ἔκδεξιν, ſucceſsionem.
Ἐκκολύψας, qui decortiauit.
Ἐκλούσθω ſignificat aliquando etiam proluatur, velut in libro de ſterilibus, & in his, quæ addita ſunt libro de capitis vulneribus.
Ἔκμαγμα, maſſa coacta, & crocomagma: velut in libro de ſterilibus.
Ἐκμάξαι, efformare, quandoque etiam alterare: velut in libro de ſterilibus, digito ἐκμάξαι, id eſt, efformare, hoc eſt, velut paſtillum, aut oblongam glandulam facere. Significat etiam exprimere, vt in primo de morbis maiore, de ſpongia, & mercurialis, ac ſambuci foliis.
Ἐκματεῦσθαι, inueſtigare.
Ἐκμίσγεται, excernit ſemen.
Ἐκνεφίας ὄμβρος, pluuia, quæ cum Sole fit.
Ἐκνεφίας πυρετὸς, humida, ſimúlque feruida febris, quemadmodum etiam Sol ἐκνεφίας dicitur.
Ἔκνυζεν, ſtrepebat: factitia vox eſt à ſtrepitus ſono.
Ἐκνύπτη, expaſſa, explicata.
Ἐκπεπληγμένον, euerſum, emotum.
Ἔκρηγμα, ſegmentum panniculi.
Ἐκσυριγγοῦται, aperitur.
Ἐκτόμου, veratri nigri.
Ἔκτρεψιν, ad viſcera contingentem permutationem.
Ἐκφινδάνει, erumpit, ebullit. Ita etiam ἐκφλύει.
Ἐκχύμωσις, χυμῶν ἔκχυσις, id eſt, humorum effuſio.
Ἔλαιον ῥόδινον, quod aromata non recepit oleum roſaceum.
Ἐλατήριον, non ſolum medicamentum id, quod è cucumere ſylueſtri fit, ſed etiam omne, quod ventrem deorſum purgat.
Ἔλεια, ſylueſtria.
Εἱλιθερὲς, quod calidum eſt velut à Sole.
Εἱλιθερέεσθω, inſoletur.
Ἐλιννύειν, quieſcere.
Ἐληχύνσάμην, plurimum diſſerui.
Ἑλκυστῆρι, inſtrumento ad fœtus extrahendos parato.
Ἔλυτρα, tegumenta.
Ἐμβάφιον, acetabulum.
Ἔμιαι, vomitiones. Attica vox eſt,
Ἔμπλην, propé,
Ἐμπύους μοτοὺς, linamenta intorta, aut lemniſcos.
Ἐμυκώθη. Dioſcorides quidem ſignificare ait conniuet, concluſum eſt: plerique verò, eminentias habuit flaccidas, quemadmodum fungi.
Ἐμυλώθη, induratus eſt.
Ἐμυλήθη, exiccatus eſt, emarcuit.
Ἐνθλάσει, infringit, imprimit.
Ἐξαλείπτης, vnctor, qui oblinit.
Ἐξαλίζοιτο, euacuaretur.
Ἐξαύτης, ſanus,
Ἐξάραγμα, colliſio, contritio.
Ἐξαρύεται, euacuatur, exprimitur. Quidam verò, cum impetu inuadit, aut minas facit.
Ἐξαρύσαι, exhaurire.
Ἐξαστίας. Quidam accipiunt fila ex ſummis linteis ſciſsis extantia, & ex panniculis ſubtegmina filorum. Verùm mihi videtur etiã ea, quæ præminent anteà quàm ſcindantur, eodem modo appellare.
Ἐξηθρισμένον, quod per tenuem panniculi texturam, ἤθριον appellatum, excolatum eſt.
Ἐξίνει, euacuat.
Ἔξουρα, in arctum coacta, quæ ſanè etiam μύουρα nominant.
A Ἔπακρα, in anguſtum deſinentia, quæ etiam ἔξουρα appellantur.
Ἐπὶ ita ponitur etiam vt magis & augmentum ſignificat.
Ἐπαλύνων, inſpergens.
Ἐπίκερας, fœnumgræcum. Aliqui item aliam quandam herbam ita nominatam.
Ἐπικτένιον, in mulieribus quidem pubes, eò quòd ſupra κτένα, id eſt, pectinem eſt. Verùm in ſtupa, aut lino, lanuginem eam, quæ pectini inſidet, dum linum pectinatur.
Ἐπιμηλίδα, Dioſcorides in primo de materia medica, ſpeciem meſpili eſſe dicit, quod etiam ſitanium appelletur. Quidam verò mala parua ſylueſtria, quæ etiam ἀμαμηλίδας appellantur.
Ἐπιμυλίδα, patellam genu, molam.
Ἐπισκληροῖς, obduratis.
B Ἐπίστημος, intelligens.
Ἐπισχετικὴ, cohibens, ſiſtens.
Ἐπίχνουν, concretionem lanuginoſam.
Ἐπορεξάμεναι, extentæ.
Ἐπόσχιον, ſarmentum, ex quo aliquid enatum eſt, velut etiam colocynthidis.
Ἐπῶδες, fœtens, graueolens.
Ἐποξεστέρη, acidiore, quæ copioſius acetum ammiſtum habet.
Ἐρευγὴ, ὀρύγμιον, reiectamentum.
Ἐρικίδες, hordeum craſsius comminutum. Quidam in duas partes diuiſum. Nam & ὀρεγμὸν, id eſt, fabam freſam, ab eo, quòd in duas partes fracta ſit, dictum eſſe volunt. Mihi autem omnia eiuſmodi à verbo ὀρέκειν facta eſſe videntur, quod non in duas partes diuidere ſignificat, ſed ſimpliciter frangere. Vnde etiam ἰτρίον placentæ genus ὀρέκιον nominatur, eò quòd & ipſum facilè frangi poteſt.
C Ἐρίξ, dictum quidem eſt de hepate, verùm ſcriptum eſt in pluribus exemplaribus θρίξ. Significat autem partem hepatis ſupernam, iuxta quam inter ſe ſcinduntur fibræ.
Ἐρυγματώδης, morbus ructus faciens, qui inflat.
Ἐρυθροῦν στέαρ, cruentus adeps.
Ἐσαφάσας, ad internam partem laxans, vt quærere neceſſe ſit.
Ἐσφηκωμένα, colligata, conſtricta.
Ἐς χεῖρα, ad manum ſignificat, & prope.
Ἔτνος, omne leguminis fracti decoctum.
Ἐυάνθημον, quod & Anthemis dicitur, & chamæmelum.
Εὐθεσίην, innatum corporis habitum. Alicubi etiam annus εὐθεσίης vocatur, qui fertilitatem efficit.
Εὐκάρδιον, ſtomacho gratum, ac commodum.
Εὐνὴ, non ſolum ſignificat lectum, ſed etiam coitum, velut in ſecundo de morbis mulierum, & ægrè fert valde coitum.
D Εὐοργητοτέρα, magis bene morata. Nam ὀργαὶ mores ſunt.
Ἔφλυβον, laxati ſunt.
Ἐχέτρωσις, bryonia alba.
Ἕψημα, quod etiam Siræum, id eſt, ſapa, quæ etiam ἑψητὸν dicitur.
Ἑψηλὸν autem piſcium genus eſt.
Ζέας, olyræ, frumentacei generis.
Ἠγκίστρωται, implicatum eſt.
Ἠγκυροβόληται, inſitus eſt inſtar anchoræ.
Ἠδὲ, inſuper.
Ἠδέλφισται, familiaris factus eſt.
Ἥδυν τὴν πίσσαν, picem aromatibus conditam. Coquitur autem in aqua, & aromatibus.
Ἡδυντὸν στέαρ, adeps in aqua & aromatis coctus, & aromata vocantur ἡδύσματα.
Ἡμίσσον, dimidium.

Ἡμιτύβιον, lintei craſsi pars.
Ἦναι, contundere, & ἤνίων, contuſorum.
Ἠοίας, matutinas horas.
Ἠραχνίωκε, tenuibus, ſimúlque multis venulis, velut araneæ telas, contexit.
Ἠρμᾶσθαι, firmatum eſſe, adaptatum eſſe.
Ἤ(ας, adſueſeciſti.

Θ Αλερὸν πνεῦμα, ſpiritus magnus, & in tumorem eleuatus.
Θαλερὸν, calidum, velut à ſole. Nomen à verbo θέρεσθαι factum eſt.
Θέρετρον, locus ad commorandum in æſtate commodus. Aliqui theatrum ſcribunt.
Θημῶν, aceruus.
Θηρίον, & lumbricum vocat, & hulcus ferum: velut in libro de locis in homine, θηρίον, id eſt, hulcus corpus inuadit hac de cauſa, & vbi deceſſerit ſanies defluens putrefecit, & in tumorem attollit. In libro tamen de humoribus vnde curatur præfatus, déinde etiam in aliis vbi θηρίον dixit, lumbricos in inteſtinis conſiſtentes indicat, itémque aſcaridas. Quemadmodum etiam quum dicit autumnorum θηριώδεα, ab altero ex relatis appellat. Aliquando etiam tabitudinem ſic appellare videtur.
Θλᾶσιν, inſtrumentum ad frangendum fœtum, quod etiã πίεστρον vocatur. Nomen habetur in primo de morbis mulierum.
Θλασπίσιος, pro thlaſpeos, herba ita dicta.
Θράνον, ſellam ad exonerandum ventrem.
Θράσσεται, pungitur, ſtimulatur.
Θρὶξ ſcribitur etiam quod ab aliis ῥίξ. Vocant autem ῥίζας victimarii, vbi circa ſinus hepatis partes, in dextra fibra apparuerit venula anguſta, recta, nigra.
Θύη, ſuffitus, aromata.
Θύματα, ſuffimenta.
Θυμβράδαν, appellat ita thymbram, ſatureiam.
Θύμας, eius, qui ex thymis eſt. Eſt autem gens ea Thracica.
Θώρηξις, vinolentia, ebrietas.

I Ανεται, obliquatur, confidit.
Ἰθαγενὴς, genuinum, velut ait ſapiens, ἀλλά με ἴσως ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα, id eſt, Sed me æquè vt genuinos colebat.
Ἰκτὰρ, prope, apud Atticos. Verùm apud Hippocratem in ſecundo de morbis mulierum, pudendum muliebre ita vocatur.
Ἰλλαίνειν, diſtorquere oculos.
Ἱμερωθεῖσαι, viro miſtæ.
Ἰνδικὸν. Qui medicamentorum nomenclaturas ſcripſerunt, quemadmodum Menetheus, & Andreas Chryſaris filius, & Xenocrates, & Dioſcorides Alexandrinus, Indicum nominant Zingiber, decepti ex eo quod quidam putant ipſum piperis radicem eſſe. Verùm Dioſcorides Anazarbenſis diſtinxit, & pronuntiauit de Zingibere, ac pipere. Dioſcorides tamen iunior, qui voces obſoletas ſcripſit, plantam eſſe ait in India ſimilem piperis plantæ, cuius fructus nominatur Myrtidanum, quòd myrti baccis ſimilis ſit.
Ἰνᾶν, euacuat: & ἰνηθμὸς, euacuatio: & ἰνᾶται, euacuatur.
Ἰξάλην, capræ perfectæ pellem.
Ἰξίαι, varices.
Ἴξιν, progreſſum in directum, aut acceſſum.
Ἰξίον, folium chamæleontis albi.
Ἰξύας, partem intermediam coxarum, ac lumborum.
Ἴπος, & ἴπωσις, compreſsio per aſſerem, ſiue tabulam, in mochlico.
Ἱπποφαὲς. Hoc non ſolum Hippophaes, ſed etiam κνάφον, & στοιβὴν.
Ἰσοῦνται, adæquantes, mediæ ætatis exiſtentes.
Ἰσάλην, capræ pellem, corium.

A Ἰσχαλέαι, graciles, & ἰσχαλέον, gracile.
Ἰχθύηματα, ſquamæ corticum.
Ἰχθύην, ſquatinæ marinæ pellem ſiccam. Poteſt & vnguẽ ferreum ſignificare, quo ad fœtus extractionem, & exſectionem vtimur, propter ſimilitudinem ad piſciũ ſquamas.

K Αθαπτόμενοι, vehementer ſentientes.
Καθετῆρι, linamento intorto, à verbo καθίεσθαι, quod indere ſignificat, in ſecundo de morbis mulierum, linamentum ex crudo lino intortum indito.
Κακαγγελίη, maledicentia, procacitas.
Κακοήθεα, maligna.
Κακωσινώτατα, nocentiſsima.
Καλλίφυλλον, quod etiam callitrichum, & adiantum appellatur.
Καλλιώνυμος, piſcis cuiuſdam ita vocati.
Κάμμορον, & animal paruæ ſquillæ ſimile, & aconitum, à ſimilitudine radicum ad illud. Verùm neutrum ipſorum accipi poteſt in libro de locis in homine,
B vbi in æſtuoſis cammoron aſſumitur. Vnde Herophilus non ſolum ipſum animal cammoron, ſed etiam circunſitum ipſi muſcum, ita appellari ait. Zeno autem Herophilius cicutam, Zeuxis medicamentum refrigeratorium.
Κανονίαι, recti, & ventribus adſtrictis.
Καρικὸν, medicamenti compoſitionem quandam ita nominat, cuius præparationem in libro de hulceribus deſcribit.
Καριχοειδέα, ſubcruenta.
Καρύκκη, Lydium edulium varium ex ſanguine præparatum.
Καρχήσιον, pars in ſummo velo trochlæam habente. Et καρχήσιοι, funes ab ipſa extenti.
Καταβλακεύουσι, negligunt.
Κατάβλημα, amiculum data opera ad confundenda ſub-
C iecta circundatum.
Καταγνῦσι, ad extremam inutilitatem, aut debilitatem deducit.
Κατακορέα. Vocat quidem ita alui egeſtiones ex mera ca bile. Et pectora κατακορέα, quæ eiuſmodi humorem generant. Quidam tamen hirſuta intellexerunt. Sed & κατακορέας homines ſimiliter appellat. Pharmacum autem κατακορὲς vocat, aut propter humorem, qui ab ipſo euacuatur, aut ob proprium colorem. Nominat etiam ſitim alicubi κατακορῆ, quæ vel ob talem humorem oborta eſt, aut ad ſummum intentam.
Κατὰ κουρὴν, tonſuram per nouaculam. Sic enim melius ſcribi Dioſcorides ait, non κατὰ κορυφὴν, id eſt, iuxta verticem. Et hinc eſt etiam κάρφην, & apud Theophraſtum, κουριζόμενη abies, tonſa, hoc eſt, præſecta.
Κατακρέειν, diffindere.
D Καταλέφειν, illinere.
Καταμῶ(ας, qui demiſit aliquid inquirendi gratia. Facta eſt vox à verbo ματεύειν, velut etiam καταματεύομενος.
Καταναισιμοῦται, conſumitur.
Καταστηρίγμα, innixus, & velut decubitus, ac illapſus: in ſecundo morborum popularium. & καταστηρίζαι, inniti, delabi.
Καταφρονέοντα, remiſſe ſentientem: in maiore Prædictorio.
Κατάχλοα, valde viridia.
Κατιαλλόμεναι, colligatæ.
Κατηιώσει, ſapiebat, ſentiebat.
Κατεπλήσσετο, ſyderatus fiebat.
Κατηβολίσι, circularibus initiis exacerbationum.
Κατήχετο, conſidebat, ſedabatur, reſipiſcebat.
Κατ' ἰητρεῖον, quæ ad chirurgiam pertinent.
Κατοπτῆρι, inſtrumento ad ſedem diſparandam, quod & ἑδροδιαστολεὺς dicitur: quemadmodum διόπτρα mulierũ propriè

proprie est.

Κατωμηζαδίω, ad intelligendum est vici, quemadmodum κατωσωσιλίω.

Καυλὸς. Radix quidem herbæ silphium nominatur. καυλὸς autem, id est, caulis, atque etiam ipse succus, quemadmodum in aliis. Scribit igitur ipse in libro de ratione victus in acutis, aut silphium, aut succus, aut caulis.

Καύσωμα, feruorem, ardorem, in primo de morbis.

Καυτῆρα, æneam fistulam perforatam circa fundum, per quam vstio fit, cauterio candenti immisso.

Κάγχρυος radicem, libanotidis dixit. Quum verò pluraliter dicit κάχρυς, hordeum tostum intelligendum est.

Κέδματα, affectiones ex fluxione diuturnas, aut circa articulos vniuersos, aut præcipuè circa coxam. Verùm hanc vocem priuatim tibi exposuimus, velut etiam alias quasdam.

Κωμῶσθαι, in comate, id est, sopore esse.

Κέρχαλέον, quod κέρχνον facit. Sic autem appellatur stridula faucium asperitas, & qui est in pulmone strepitus. Et κέρχνον, & κέρχνεται, & κέρχνασμοὶ, eandem iuxta proportionem significationem habent.

Κεφαλοειδοῦς, caput habentis.

Κιγκλισμὸς, breuis assiduus motus. A cinclo animali, auicula.

Κίθαρον, thoracem.

Κιὼν, aceruus ex animalculis frumentum corrodentibus, quorum vnumquodque κιὼν, nominatur. Vox est in fine secundi de morbis mulierum.

Κλεῖθρον, circa deglutitionem locus sub tonsillis.

Κλιμακτῆρες, obliqui in scalis, ac transuersi ligni. Aliqui κλιμακῖς absque ε scribunt. Et per scalæ lignum transuersum, id est, διὰ κλιμακῖς, alia quædam talis.

Κλισμὸν, lectum, in secundo de morbis mulierum.

Κνημαῖς, tibialis, eius, quod in tibia est.

Κνήματα, & κνήσματα, rasuræ, ramenta: & κνῆσαι, radere.

Κνῆστρον, idem quod Cneoron.

Κνήστρῳ, idem quod τυροκνήστης. Est autem cultellus, quo caseus raditur.

Κνιδώσιες, puncturæ quædam pruriginosæ, quales etiam ab vrtica fiunt.

Κνιπότητα, pruriginem. Quidam verò lippitudinem siccam accipiunt.

Κνύμα, factitia vox est, ad strepitus imitationem. Sed & qui leuiter suspirat κνυζόμενος ab eadem appellatur, & in canibus gannitus κνυζηθμός.

Κόγχην χηραμίδα, nihil plus significat, quàm χηραμίδα, si solùm ea vox ponatur, id est, conchæ menturam.

Κόγχον, id est, χήμην, hoc est, chamam conchæ genus.

Κόκκαλον, plurimi nucleum nucis pineæ. Dioscorides autem granum Cnidium voce diminutiua à κόκκος.

Κόκκωνα, id est, κόκκον, id est, granum, quod communiter ita appellatur, non Cnidium: quod etiam ipsum κόκκον, sine appositione nominat.

Κόλλικας, orbiculos, & paruos pastillos, & quod in Acharnanensibus habetur, κολλικοφάγε Bœote, de paruis panibus dictum est, siue de pastillorum voratore.

Κολοκύνθην ἀγρίην, colocynthidem.

Κοπρίων μελικηρῶν. Plurimi verò scribunt κηρίων, id est, fauorum. Significat autẽ recrementorum ab expressis fauis reliquorum, ac restantium.

Κόρην, herbam, quæ hypericum nominatur, habet autem semen κόρῳ, id est, coriandro simile.

Κορὺς, de ramis enatos ramusculos, noua germina.

Κορυφάδων, apicum, ac extremitatum ad vmbilicum congregationis.

Κοτίδι, sincipiti, posteriori capitis parti.

Κότινον, oleam syluestrem.

Κοτυλίδα, acetabulum coxæ, in his, quæ addita sunt mochlio, siue vectiario libro, & in secundo de morbis maiore.

Κοτυληδόνας, oscula vasorum ad vterum pertingentium, velut etiam in libris de resectione Hippocratis demonstratum est.

Κοχώνην, connexum in coxis eum, qui est ad sedem, propter quem etiã omnis circa sedẽ locus sic nominatur.

Κράδαι, fici virgulta.

Κραίνουσι, desinunt.

Κραμβίῳ, brassicæ decocto.

Κρέκην, vox fictitia est, de sonitu odioso, in secundo de morbis maiore.

Κρήγυον, bonum.

Κρημνοὶ, labia hulcerum, velut in libro de locis in homine, & alæ pudendi muliebris.

Κρήσσραι, vas ad excipiendam farinam, in quod farina excribratur. Est autem hoc masupium quoddam lineum.

Κρίμνα, polentæ crassiores. Quum autem dicit κρίμνα ἀλφίτου ἁδρὰ, maximas polentæ partes significat.

Κρότωνας, chartilagineas in pulmone partes, bronchia dictas, in secundo de morbis.

Κρότωνος ῥίζα. Hoc est, quod Aegyptii cici, id est, ricinum appellant.

Κυάμου καρπὸν, Dioscorides hyoscyami semen appellare ipsum dicit, in primo de morbis mulierum. Quidam verò fabam Aegyptiam intelligunt.

Κύαρ, foramen acus.

Κύβιτον, qui & ὀλέκρανον, & ἀγκὼν, id est, cubitus dicitur. Dioscorides autem brachii nodum ita appellatum esse dicit.

Κύκλοι προσώπου, malæ, in primo de morbis maiore.

Κυλιχνίδα, & paruum calicem, & doliolum vasculum medicum.

Κυρβασίην, pileum acutum, qui & tiara.

Κυρήβια, paleas. Significat & furfures, & hordei purgamenta.

Κυρίῃσιν, diebus, qui talia iudicare creduntur.

Κύσσαρον, podicem.

Κύστιγγα, paruam vesicam.

Κώδυς, capita, & calices papaueris.

Κώλεον, ossiculum in vulnere, quod extractu facile est.

Κῶμα, sopor, delapsio in somnum profundiorem. Scriptus est de hoc à me, velut nosti, libellus.

Κωνίαν, vinum picatũ. Iniicitur in dolium vinarium piceæ vna cum cortice hemina dimidia, & quidam excolant postquàm mustum efferbuit, quidam verò relinquunt.

Κωφοὶ, lãguidi, & debiles. Verùm verbum tertiæ personæ tertiæ cõiugationis κωφοῖ, hebetat, obtũdit, significat.

Λ Αβὴ, inuasio, exacerbationis accessio, maximè quæ fit per circuitum.

Λαγνείη, significat aliquando etiam ipsum semen, velut in libro de natura pueri. Ita etiam λάγνευμα.

Λαγώπυρος, herba lagonate appellata.

Λαμπτὴρ, quem multi φανὸν, id est, lampadem, & pharum appellant, in secundo de morbis maiore. Verùm apud alios, & præsertim Atticos, in quo ligna comburuntur exhibentia lumen. Sed & fax, & lucerna aliquando λαμπτὴρ vocatur.

Λαπαχθῆναι, propriè quidem euacuari, & propterea etiam molliri.

Λαμπηρὰ, spumantia. λάμπη enim vocatur spuma.

Λάσιον, sindona, linteum.

Λεβηρίδα, serpentis senecta, siue exuuium. Quidam verò concham vacuam.

Λέγνα, summæ osculi vteri partes, ex translatione. Sic enim appellantur oræ, & extremitates vestimẽtorum. Alibi easdem etiam ἀμφίδεα vocat.

Λέκυθον φακῶν, quod intra lentium corticem est.

Λεπάδες, petris adhærentes conchæ.

Λεπρὰ, siccæ & nudæ regiones.

Λεπτὰ, Sic aliquando vocat rara, velut in libro de locis in homine.

Λευκὴν

Δϱνκλὼ ῥίζαν, dracunculi radicem vocat.
Δϱνκοῖς καρπὸν, violæ albæ ſemen, ita appellari ait Dioſcorides.
Αἰῶς, penitus, in totum.
Λιβανωτοῦ καρπὸν, fortaſsis ipſum ita appellatum libanotum, id eſt, thus. Nam ſemen eius plantæ non ſcimus in vſum aſſumi.
Λιβηρῷ, humido.
Λίθος, inſtillamentum quoddam, quod oculis infunditur. Facta eſt vox à verbo λίβειν, quod propriè inſtillare ſignificat.
Λιγνυώδης, nigreſcens, niger. Nam λιγνύς, id eſt, fuligo, nigra eſt.
Λίθον μέλαινα, quem molarem vocant ſilicem.
Λιμακώδης, humidi, & herboſi.
Λίπα, oleum, in ſecundo de morbis mulierum.
Λίριον, lilium. Verùm oleum ex ipſo, quidam λίρινον cum litera ν ſcribunt, quidam abſque ν λίριον. Vocatur autem non ſolum κρίνινον, hoc eſt, liliaceum, ſed etiam ſuſinum, ac anthinum.
Λοῦν, non ſolùm lauare, ſed etiam irrigare, ac perfundere ſignificat. Sic etiam λοῦσθαι duo apud ipſum ſignificat, & alia his ſimilia.
Λύσιες, diſparationes, per quas articuli inter ſe ſoluti ſūt.
Λυσσώδης, mentis emotorium.

Μαγίδα, maſſam, & conſperſionem ſubactam, & molem manum implentem.
Μακρόπνοος, aut longum reſpirans, aut per longius tēpus.
Μαλακόστρακα. Ita appellantur aquatilia, quæ ſpinam non habent, velut polypus, loligo, ſepia, & vrtica. Hæc etiā exanguia ſunt, & viſcera non habent.
Μαλθώδεα, mollitoria, aut cerea: μάλθη enim cera eſt, & præſertim emollita.
Μαρίλη, quam plerique θερμοσποδίαν vocant, hoc eſt, cinerem calidum.
Μάσθλης, pellis, corium.
Μάσσειν, non ſolùm ſubigere, aut miſcere, ſed etiam exprimere, velut in primo de morbis maiore.
Μᾶσσον, plus. in maiore prædictorio.
Ματέος, quæſtio: & ματεύειν quærere.
Μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ, ſcalpello acuto, quo venæ ſecantur.
Μαχαιρίδι γαστροειδεῖ, ſpecillo medico ventroſo, & lato.
Μέλαινα, dicitur morbus ab atra bile conflatus.
Μέλαιναν ῥίζαν aſpalathi aromatici appellari radicem.
Μελαῖνις, circunflexè Dioſcorides legi debere cenſet, μελαίνις αἲξ, & βοῦς μελαίνις, & ſignificari ait capram, aut bouem ex Melænis. Eſt autem ciuitas circa campum Criſæum, ſita ad Criphium, quæ bonum pabulum, ac ad lac commodum habet, velut Dioſcorides ait.
Μελάνεον, quod eſt in Prognoſtico, quidam coniunctim legunt, vt ſit μελανθὲν, id eſt, denigrans. Quidam verò diuidunt, vt μέλαν ἐὸν, ſit nigrum, aut cum virore pallidum exiſtens.
Μέλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamento. Hoc quomodo præparetur, ipſe docuit in libro de hulceribus.
Μέλαν τὸ κύπριον, Cyprium cinerem, quo ad oculos vtimur.
Μελεδαίνοντι, curam habenti, curanti: & μελεδὼν, ipſa cura. Non, veluti apud Homerum habetur, triſtitia.
Μελιηδέα, non ſolum ſuaue, ſed etiam melle miſtum velut in primo de morbis maiore. In eodem etiam μελίχρουν nominat eiuſmodi vinum.
Μεμήρυκεν, conuoluit, à lanis, quæ, dum nentur, in globum conuoluuntur.
Μεμιασμένον, inquinatum, velut etiam apud Poetam habetur.
Μεμολυσμένους. Quidam perfrigeratos, quidam in ſcirrhū induratos, & lapideos eſſe putauerunt.
Μεμορωμένα, ſenſus expertia.
Μεσοδμὴ, trabis moles, & obſtaculum, circa vnam domum in duas partes diuiſam, velut μεσόδμη quædam conſiſtens. Quidam verò etiam tectum ſuperimpoſitum μεσόδμην appellant.
Μεσόβλημα, quaſi medium quoddam dixiſſet.
Μετακύρας, in libro de ratione victus in acutis, lactea miſtura.
Μηκώνιον, peplum appellatum, quem etiam μηκωνίτην vocat.
Μήλῃ διαστομωτρίδα, ſpecillum diſparatorium.
Μήλῃ ὠτίδα, ſpecillum auricularium.
Μήλῃ ἰσχυρὴν, ſpecillum vulnerarium.
Μήλη πλατεῖη, ſpecillum latum, ſpathula.
Μήλης τῷ πλάτει, ſpecilli cyatho, id eſt, concauo ſpecilli ocularis.
Μῆλα, ouiculæ.
Μηλία, quæ eſt ex Melo inſula.
Μηλιάδος ὠμοῦς, chalcitidis ex Melo, aut aluminis.
Μηλιάδα. In primo de morbis minore, τῇ μιλιάδι, dicit, à Melo inſula.
Μίτρη, operculum, & velut inuolucrum quoddam, vena teſticularis appellata ἐπιδιδυμίς. Eſt autem varicoſus quidam tumor, teſticulo circa verticem incumbens.
Μύειν, manducare, edere.
Μύκη, concluſio, conniuentia.
Μυοχάνη, epitheton eſt hiantis. Si verò ſcribatur μυριοχάνη, eſt ea, quæ inter innumeras hiat.
Μύῤῥαν, Aeoles vocant σμύρναν, id eſt, myrrham. Reperitur autem duplex ſcriptura.
Μυρτίδανον. Plurimi quidem piper accipiunt. Dioſcorides autem Anazarbeſis in primo libro de materia medica, eminentiam quandam agnatam, inæqualem, & tumidam, circa myrti truncum eſſe dicit. Hippocrates tamen fructum ex plāta ſic nominat, quem ipſe à Perſis piper appelatum eſſe dicit.
Μύτεις vocatur quidem ita atramentum, quod eſt in ore ſepiæ. Sed & piſcis quidam ab Hippocrate indicatur.
Μύττωτον, intritum eſſe dicit Dioſcorides allii, aut cæparum.
Μῶλυζα, allium ſimplex caput habens, & non in ſpicas ſiue partes diſſolutum. Quidam moly herbam accipiunt.
Μωλυόμενα, quæ paulatim reſiccantur.

Ναυσιώσιες, nauſeationes, præterfuſiones ſunt ſanguinis, quas etiam ἐκχυμώσιες, id eſt, effuſiones nominat. Tranſlata eſt vox ab his, qui in nauſeis ſanguinem vomunt.
Νέον, nouum.
Νεόμενον, & Νηχόμενον, quod venit, quod accedit, à verbo νέεσθαι, id eſt, abire, venire. In primo de morbis mulierum ambo habentur, alterum de ſecunda, alterum de fœtu.
Νωπελὴς, impotens eſt.
Νυκτάλωπες, qui noctu non vident.

Ξηρὴ, putredine, aut gangræna, aut quodam adhuc generaliore.
Ξύσμη, pruritus.

Οα, quæ à multis ὄα vocantur, ſorba.
Οἰναρίδων, ſarmentorum vitis.
Οἰναρέω, viti.
Οἴσυπη αἰγὸς, ſordes circa pilos capræ, ad ſedem conſiſtens.
Οἰσυπίδας, ouium ſordes, aut etiam lanam ſuccidam.
Οἰσοφάγος, ventriculi ſtomachus, id eſt, gula, à deuorando intra ſe dictus.
Ὄκρις, eminentia oblonga.
Ὀλδρὸν, fœtidum, aut nigrum, à ſepiarum atramento ὄλω appellato.
Ὀλισθάζοντα, lapſantia, lubrica.
Ὀλοκωνίτις, herba quædam ſylueſtris oleracea.
Ὄλον, ſepiæ atramentum.

Ὀλοῦεα

Ὀλώδεα,turbata,aut nigra.
Ὀλοφλυκτίδες,puſtulæ.
Ὀνεύεσθαι,per aſellorum circumactionem extendere.
Ὄνοι autem,& ὀνίσκοι,hoc eſt,aſelli,& aſini,qui etiam ἄξονες.Scribitur etiam κατονεύεσθαι.
Ὅπλα,funes ex ſtupa,lino,aut cannabe.
Ὀπὸς, ſuccus ſilphii dicitur per excellentiam,quemadmodum etiam καυλὸς, ſilphii caulis. Appellat autem ſilphium radicem ſolúm.
Ὀπȣ̃ καρπὸν, ſilphii ſemen , quod etiam φύλλον ſingulariter,& ab aliquibus μαγύδαρις appellatur.
Ὀργάζεσθαι,ſubigere,permiſcere.
Ὀρθοτερέῳ, quod etiam χοινικίς appellatur , terebello recto,& cauo.
Ὀροκωνίτιδος. alia ſcriptura habet ὀλοκωνίτιδος, de qua priùs dictum eſt. Ait autem Dioſcorides eam, quæ in monte naſcitur,ὀροκωνίτιδα appellari.
Ὀῤῥωδέων , vſque ad ſummas nates extentorum. Eſt autem ὀῤῥὸς ſacri oſsis extremum,quod etiam ὀῤῥοπύγιον vocatur.
Ὄρχια,quæ etiam ὄσχεα,ſcrota.
Ὀσχία, pampinoformi circa vteri oſculum eminentiæ. ὄσχος enim,& μόσχος,ſarmenta,& pampini vitis. Idem etiam ἀμφίδεον nominat,& λίγνα.
Ὀτίδος, auiculæ, quam Ariſtoteles ὠτίδα per ω appellat. Xenophon autem in primo libro aſcenſus Cyri ὀτίδα per ο μικρὸν vocat.

Παλίνοπτα,à ſole auerſa.
Παλῦναι,inſpergere.
Παράλαμψις, cicatrix in nigra oculorum parte ſplendens, eò quòd paulò craſsior ſit, quàm ea,quæ ἀιγὶς appellatur.
Παράλιον,ſpecies tithymali. Vocatur & braſsica quædam παράλιος,id eſt,marina.
Παραστάτας , adſtites venas teſticulares, in tractatione de venis,quæ ad librum vectiarium appoſita eſt.
Παραφάζαι,contingere cum demiſsione:velut ἐσαφάζαι iniecta manu contingere. Hinc etiam occultos locos in muliebri pudendo παραφάσιας nominant.
Παραφάσσειν, deſipere. Velut etiam ἀλλοφάσσειν. Eſt autem cum tenui legendum, non cum aſpirato ſpiritu velut quod præpoſitum eſt παραφάζαι,in quo ἁφὴς nomen habetur,id eſt,contactus comprahenditur.
Παρθένιον, quod parua folia habet, dicit. Vocatur autem παρθένιον,etiam anthemis,& helxine, & mercurialis,& amaracum. Sed & Dioſcorides nunquàm,inquit,intelligenda eſt aut helxines , aut mercurialis ſpecies, quæ parua folia habet.
Πασσαλέτης , miliaceus. πάσσαλος enim eſt κέγχρος ,id eſt,milium.
Πασσαλίσκῳ,paruo palo,voce diminutiua.
Παφλάζουσιν,fictitium nomẽ eſt, per quod oſtendere vult, offendentes , & reuocantes , ac repetentes inter loquendum.
Πέζαι. In ſecundo de morbis mulierum ita ſcriptum eſt. Et pedes tument , πέζαι maximé. Zenodotus itaque in dictionibus gentilibus dicit πέζαν vocare Arcadas & Dorienſes pedem. Verùm Hippocrates aut plantam, ſiue planitiem pedis ſic appellaſſe videtur , aut malleolos.
Πελλὰ,liuida,ſubfulua. Eadem etiam πελιδνὰ nominat. Zenodotus autem in dictionibus gentilibus ait Sicyonios κιῤῥὸν appellare πελλὸν,hoc eſt fuluum.
Πεμφιγώδες, aut humiditate pleni , aut etiam flatuoſi , & inflati.
Πέπλων,quod etiam πέπλος,& portulaca ſylueſtris.
Πέπλος. Idem etiam chamæſyce, & μήκων ſpumoſus , & μηκώνιον.
Περιτρηέῳ,terrebello recto,& acuto. Eſt enim & aliud cauum,quod χοινικὶς dicitur.

Περιεστέλλετο,amiculis ſe ipſum contegebat.
A Περικεκαμμένοι,circunflexi,adunci,& incurui.
Περινήματα,perfuſiones.
Περινήματος perfuſionis.
Περινεῖ,perfundit,circunnatat.
Περινῶ, περινέω. Eſt autem περίνεος locus inter ſcrotum, ac ſedem,vbi veſicæ collum habetur.
Περιξύσας,qui circunraſit,ſcarificauit.
Περιποδίην,in circulo ſub pedibus,& infra exiſtentem.
Περίῤῥηδες,circũfractum, in vtranque partem confractũ.
Πεφρικναὶ,nigricantes,liuentes.
Πεφόνην , alíquando totum os alicuius artus , alíquando oſsis appendicem , alíquando etiam appendicis extuberantiam.
Πεφρύας , vinum ſuperioris anni , & inde adhuc reſtans: quemadmodum etiam αὐτίτην nominat vinum huius anni,& hornum,quaſi αὐτοετίτην.
B Περίνα vocat περίνεον. Verùm in libro de hæmorrhoidibus,& fiſtulis,etiam ſedem ita appellare videtur.
Πιέστρῳ, inſtrumento ad fœtum frangendum accommodato.
Πικέριον,butyrum.
Πιτυΐδι,reſina pinus.
Πιτύλοις,remigiis,aut remis.
Πλαταμὼν,ſaxum marinum,leue,humile, circa quod dilatantur fluctus.
Πλεκτανέων,cyrrhorum, plexuum, appendicum circumplicantium.
Πλεννώδεα,mucoſæ:& πλέννα,mucus.
Πλεύμοι,pulmonicus fit,aut tabeſcit.
Πλεύμος,tabes,aut pulmonica affectio.
Πλήμνην,rotæ modiolum.
Πλήστιγγας , ferulas, à verbo πλήττειν, quod ad feriendum commodæ ſint.
Πνευματώδης, & inflatus, & qui difficulter ſpirat. Sæpe
C enim & ipſam ſpirandi difficultatem πνεῦμα,id eſt,ſpiritum appellat.
Ποίην,herbam habentem folium ſimile aro ſecundum naturam,vt ſit ciſſampeli appellatæ ſpecies.
Πολυγράῳ , multiuoro. καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγρασε κηδεμόνα, Callimachus dixit , ἔγρασε pro κατέφαγε poſito. Hoc eſt,Et parcum iuuenum grex vorat ipſe ſenem.
Πολύκαρπον,quod Cratæogonum vocatur.
Πομφοὶ,eminentiæ cutis tumidæ,ſimúlque flaccidæ,ac rubicundæ.
Πόσῳ,modico quodam.
Ποτάινα,recentia Dorienſes vocant.
Πότι,quandoque,inſuper,prætereá.
Πράμνιος οἶνος , appellatur ita vinum nigrum,& auſterũ.
Πρηνὲς,pronum,ad terram nutans.
Πρῆσμα, inflatio, & πρήσιος,inflationis:& πρηστικώτατον, quod maximam inflandi vim habet.
Προαυξέας,morbos quoſdam ita vocat, in prouectis ætate
D oborientes. Nam & ipſos ætate prouectos quandoque ita vocat.
Πρόκα,derepente.
Προκώνια, polentæ ex hordeo recenti. Quidam ſolas eas, quæ ex hordeo non fricto fiunt.
Προκίδι,ſcalpello venæ ſectorio. Alii habent προμήκει μαχαιριδίῳ,id eſt,ſcalpello venis ſecandis commodo.
Προμυλλαίνει,procidit,præminet in anteriorem partem.
Προμυλλαίνας,qui labia extrà protendit.
Προσέχει ἡ νοῦσος,permanet, & adhæret morbus. in ſecundo de morbis maiore.
Προτρέπεσθαι,mutare.
Προζωδεστέρου , graueolentioris , ſi ſine ι ſcribatur. Si vero cum ι, προσῳδεστέρου, factum eſt à voce οἴδημα, id eſt, tumore,& tumidioris ſignificat,velut in ſecundo de morbis maiore.
Προτιθέμενοι,prætendentes.

Πρόφυ

Προρφυσιν,germen.
Πυθμιδόθεν,funditus,ex toto.Facta eſt vox à fundo vaſorum,veluti ſi ὁλοκλήρως,aut τελέως,aut παντάπασιν,aut ἐξ ἀρχῆς,aut παντελῶς dixiſſet. Id eſt,integrè,perfectè, omnino,ex initio,penitus.
Πύη prima lactis genera,quæ ex ſeipſis congelantur.
Πυρίας,ſilices ignitos,aut fruſta recrementi ferri igne candentia.
Πυρίβας,grana.dictum eſt de thure.
Πυρὸς ἀγρίε,eryſipelatis,ignis ſacri.

RAγδαίως,ſignificat aliquando aceruatim,& cum impetu proceſsit,vt in ſecundo de morbis maiore.Et αἱμορραγία,id eſt,ſanguinis eruptio,hinc compoſita eſt.
Ῥαιβοειδέα,id eſt,curuum.
Ῥᾷον, promptius , & facilius. Quidam verò tolerabilius accipiunt.
Ῥαφίῳ, inſtrumento punctorio, quo talium artifices idonea foramina faciunt,ad fili tranſmiſsionem.
Ῥέγξις.& ῥέγχος,voces fictitiæ ſunt à ſiente ſtrepitu,velut etiam ῥέγχειν,ſtertere,ſtertor.
Ῥέμβει,oberrat.
Ῥέμβην,errorem. Ita etiam alia quædam à verbo ῥέμβεσθαι, errare.
Ῥηγμασι,ſciſſuris,fracturis.
Ῥηνέσιν,agnis.
Ῥήνεσιν,agnis.
Ῥηνικας,pelles agninas.
Ῥηνός,agni.
Ῥηχίησι,velut inundationibus. Nam & ῥηχίη,velut inundatio quædam eſt.
Ῥίζα. Ita appellatur herba quædam ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, tria habens folia per omnia oblonga, per terram ſtrata, duorum digitorum magnitudine, ſimilia foliis anchuſæ : radicem verò tenuem debiliter purgantem.
Ῥίζαν λευκὴν,dracunculi radicem vocat.
Ῥικνόν,rugoſum.
Ῥοικά,curua.
Ῥόμματος,ſorbitionis.
Ῥόα, mora immatura ſiccata, ac tuſa obſoniis inſperguntur, quemadmodum is, qui propriè rhus appellatur. Velut etiam Dioſcorides libro primo de materia dicit.
Ῥοπτῶν,ſorbitionum,aut omnium, quæ quomodocunque ſorbentur.
Ῥύματα,auxilia,à verbo ῥύεσθαι,id eſt,liberare.
Ῥωγματίης,qui fractum quid ex internis habet,quem etiã ῥηγματίην appellat.

SAράπης, quæ diſparatos, ac diſtantes pedum digitos habet.
Σαρκάζειν, propriè quidem per labiorum morſum ſubſannare. Hippocrates verò etiam ſummis labris contractis aliquid euellere.
Σατυρισμοὶ , oblongi tumores glandularum circa aures. Quidam verò pudendorum arrectiones acceperunt.
Σαυρίδιον, herba cardamis, à figuræ ſimilitudine. Eadem etiam cardamon,id eſt,naſturtium appellatur.
Σελαχέων. Sic appellantur piſces, qui ſquamas non habent,& animal pariunt.
Σεσηρός, euerſum, & labiis plurimùm diſtans, quod & ἐκπεπλαγμένον nominatur.
Σηραγγῶδη,laxa,rara,multis foraminibus diſtincta. Hæc autem foramina σύριγγες & σήραγγες,id eſt,fiſtulæ,& cauernæ nominãtur. Et tale corpus συριγγῶδες, & σηραγγῶδες, id eſt,fiſtuloſum,ac cauernoſum.
Σησαμίε,ſeſamidis appellatæ.
Σητανίῳ,tritico inſtantis anni,horno,hoc eſt,eo,quod vere ſeminatum eſt.
Σητανώδη,aut ex tritici horno,aut ex farinis tenuibus,ac cribratis,id eſt,puris.
Σιάλε δαδὸς,& σιάλε αἰγὸς,pro pinguedine dicit. A
Σιαλώδεα,pinguia,adipoſa.
Σιδιοειδέας,pallidas,velut eſt malicorium.
Σικύην ἄτμητον,colocynthida non ſectam.
Σικυώνης quatuor apud ipſum ſignificat, colocynthida, cucurbitam piro ſimilem,cucurbitam medicam,cucurbitam ſine fundo,& metæ ſpeciem præferentem.
Σικυώνης ἀστόγον,colocynthidis internam partem.
Σιπυίδα,pyxidem. Aliàs autem hæc vox fictile vas quoddam ſignificat,in quod polenta inditur.
Σινόμωρα,maligna.
Σιραίῳ,ſapæ dulci.
Σικανός,malignitas ex inſidiis adoriens,cauſa occulta.
Σκαφίδα. Attici mulctram paſtoralem vocant: velut quũ dicunt, γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμένα τοῖσιν ἄμελγεν, id eſt, Vaſáque cum mulctris lacti excipiendo paratis. Hippocrates autem concham marinam oblongiorem, quam plerique μύακα,id eſt,mytilum appellant. B
Σκέθρη,exacto,exquiſito.
Σκολοφρός,ſiccus,contractus.
Σκεπαρνηδὸν, confractè. Nam & deligamentum σκεπαρνὸς dictum, à fabrilibus aſciis σκεπάρνων videlicet dictum videtur.
Σκῆμψις, decubitus illapſio. In ſexto morborum popularium.
Σκιαυγεῖ,cæcutit.
Σκιμπτέσθω,concludatur.
Σκίμφθη,duo apud ipſum ſignificat, & diuiſum eſt, & appropinquauit.
Σκίμψαι,verberare,ſcarificare,diuidere.
Σκηλήματι,aſsiccatione,collapſione.
Σκληρά,aſsiccata. Et quæ inde fiunt omnia iuxta eandem rationem.
Σκληρύνει,aſsiccat,σκληρύνεται,aſsiccatur,aſſeruatur.
Σκορδινᾶσθαι, diſtendi, & præſertim cum hiatu, & oſcitatione. C
Σκῦρος,callus toſaceus. Et Σκυρωθῶσι,in callum indurati fuerint.
Σκύτα,partes circa ceruicis nodum.
Σμηκτίδα γῆν,cimoliam.
Σμωδίκε, ad vibices ſanandas commodi. Σμώδικες enim μώλωπες ſunt,id eſt,vibices,& liuores.
Σπαδών,vulſura,fœmininum nomen eſt.
Σπαργᾷ,turget,gliſcit.
Σπατίλη,liquidum excrementum.
Σπέρμα,ſemen,ſignificat etiam fructum.
Σπερχνή,vrgens,aſsidua.
Σπόγγοι, glandulæ circa fauces, velut in quarto morborũ popularium.
Σποδίτη ἄρτῳ,pane ſubcinericio.
Σποράδες,morbi diuerſi, non eiuſdem generis, alii aliis accidentes. D
Σταδιεὺς,qui per ſtadia,vt Dioſcorides ait,metitur deambulationes.
Σταλαγμὸς,deſtillationis à capite.
Στέαρ ἡδυντὸν, adeps, qui in aqua cum aromatis coctus eſt.
Στεῖλαι,velare,illinere.
Στενυγρῶσαι,coarctare. Quidam verò humorum tranſitus concludere,ac reficcare.
Στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ,ſpecillo lato.
Στυτῶδες.adipoſum.
Στίον,calculus,lapis. Sunt enim Στῖαι, calculi ad mare. Et hinc Στιῶδες,durum.
Στιφραί,ſiccæ,contractæ.
Στοίβης καρπὸν,hippophyis ſemen.
Στολιδωδέστερον,rugoſius.
Στομάργε. In ſecundo morborum popularium Dioſcorides ita ſcribit, & ſignificari ait, loquentis furioſé.
Alii

Alii verò στυμάργυ scribunt,& nomen proprium esse id intelligunt.

Στόμβου, grauisonum, grauem sonum edens.

Στρεβλοί,quos & Στραβὸς nominant,strabones.

Στρέφει,tormen inducit.

Στρέφεται, tanquam inhabitat, versatur. In libro de aere, locis,& aquis.

Στρογγύλου μήλην,specillum latum,& rotūdum, spathulā.

Στρογγύλυ, myrtidani. Ipse enim sic scribit, Et Indicum quod vocant Persæ piper. In hoc autem est quid rotundum,quod vocant Myrtidanum.

Στρυβλὴν,linamentum quoddam intortum sic vocat in libro de hæmorrhoidibus,& de fistulis.

Στρυμάργυ. Nouit & hanc scripturam Dioscorides non solùm στομάργυ vocis. Sed & hanc vocem non vt proprium nomen exponit, sed eum, qui furiosè circa venerē consternatus est, significari dicit. Dicta esse enim apud Hippocratem etiam alia multa iuxta eundē modum epitheta, velut est μυοχάνη,σαρκάπυς,γρυπαλώπηξ. Sed & apud Erasistratum inquit,ῥινοκολοῦρ☉, qui mutilatas nares habet.

Στυπτηρίη χαλκῖτις, eadem est, quæ simpliciter chalcitis appellatur.

Συγκομιστοὶ,panes sordidi,eò quòd omnes farinæ comportentur,& non secernantur.

Σῦκα,eminentiæ carnosæ,in palpebrarum locis obortæ.

Συκιὸν,caricarum decoctum.

Συκῆς. In primo morborum muliebrium, & fomentum è radice συκῆς,quod idem est velut συκέας,id est,συκαμίνου,hoc est,mori:quod alibi velut exponens ait μορέου ῥίζας,id est,mori radice.

Συλλοχίας,congregationes. Translatio sumpta est ab his, qui in exercitibus congregati sunt.

Σύναγμα,aut concretio quædā,aut in medio natans quid, vel subsidens in vrina, aut callus, siue tofus: atque ita meliùs in sexto morb.popularium dicit.

Συναρθροῦται,coaptatur,coarticulatur.

Σύνδεσις, significat aliquando hæc vox quasi densitatem, ac constrictionem.

Συνδεδίνεται,conduplicatur.

Συνεγχυμοῦν,commiscere,& velut contemperare cum humoribus sanis.

Συνέρξει,cohibitione,& velut conclusione.

Συνηρεφὲς,obuelatum,obumbratum.

Συνηρεφύμενα,coaptata. Velut etiam libro vectiario.

Σύννομα,simul conuersantia.

Συρμαΐα,moderata purgatio alui.

Σύσταθμον,æqualis ponderis.

Συστροφὰς,tubercula,duritias.

Σφαδάζει,ægrè fert.

Σφάκελ☉,corruptio omnis,quocunque facta fuerit modo. Nosti autem quòd etiam de hoc pluribus locis à nobis demonstratum est.

Σφάκελ☉. In his, quæ addita sunt libro de capitis vulneribus habetur. Si verò caput doluerit, & si σφάκελ☉ fuerit,id est, corruptionem sustinuerit, cæpæ inimicæ sunt. Verùm in plurimis exemplaribus palàm σφάκελος scribitur.

Σφενδόνην.In libro de articulis, fasciam ad artus excipiendos commodam vocauit, nomine à funda lapides iaciente transsumpto. In libro verò de sterilibus, eum, qui appellatur φύλαξ, id est, custos. Significat etiam muliebre tegumētum malleolorū,& quæ similia sunt.

Σφυράδων,caprarum,& ouium excrementa.

Σχάζειν tria significat,scarificare,excernere,laxare.

Σχεδίαδα,anchusam,Nam & sic appellatur.

Σχέσει,cohibitione.velut vbi ait,In complexu, & cohibitione,& deligatione,& compresssione. Quum verò dicit,differt autem & corporis σχέσει,velut habitū quendam significat.

Σχινδυλήσ☉,harundinis fissuræ.Sic verò videtur etiā σχινδαλμὸς dictus esse, harundinis segmentum, eò quòd
A fissum,ac dissectum est.

Σχῖνον,non solùm stirpem fruticosam,lentiscum, sed etiā scillæ speciem quandam,& fortassis omnis scillæ bulbum,id est,radicem.

Σχοῖνον ἡδύοσμον,iuncum aromaticum,siue odoratum rotundum.

Τάμισον,coagulum.

Τέγγειν,rigare,madefacere.

Τελεῖν,consumere,perficere,in lib.de affect.dicit.

Τέλσον,finis,& extremum.

Τέρμινθοι, tumores præter naturam in cute consistentes, terebinthi fructum similitudine referentes.

Τέρθρον, propriè quidē appellatur summa antennæ pars, & τέρθριοι funes hinc ad summam veli partem tendentes. Verùm Hippocrates in secundo morborum muliebrium, vbi ait: Postquam hic τέρθρον fuerit ipsius
B affectionis:æquale est, ac si diceret, summum maximū, & quod maximè curatione opus habet.

Τετάρυνται, dilatata sunt. ταρσὸς enim quicquid dilatatum est significat.

Τετράγωνα βέλη,quadrangula spicula, quæ quatuor cuspides habent.

Τετραγώνῳ, Quidam exponunt,crustis,quæ circa stibium reperiuntur. Quidam verò ipsum stibium intelligūt.

Τετραμαίνει,tremit.

Τέτρομος,tremor cum rigore.

Τέως significat donec,tunc,priùs.

Τηλέφιον,species herbæ, quam etiam semperuiuum syluestre, & portulacam syluestrem vocant. Romani verò illecebram.

Τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥοφέον,id est,herbam,quæ in farina sorberi solet sorbenti. Videtur de mercuriali loqui. Nam & alibi dixit,Vbi verò sorpsit mercurialem.

C Τομέον, & τομεὺς appellatur ferreum instrumentum bifurcum, quo fabri ferrarii tum ad alia quædam, tum ad extrahendos,ac exigendos clauos vtuntur.

Τοξεύματα,sagittæ.

Τορνεύματα,ramenta.

Τροφὴς,bene nutritus,pinguis,crassus.

Τροφιώδεα, quod quædam compacta in se innatantia habet lotium,à verbo τρέφεσθαι,quod compingi est.

Τροχοὶ,cursus.

Τρυχοῦν,defatigare,vexare,attenuare.

Τρώειν,vulnerare,scarificare,vt in secundo de morbis muliebribus.

Τρωθῇ,læsus fuerit,malè affectus fuerit,& τρῶμα,læsio.

Τρώσκεσθαι,abortire.

Τρωκτοῖσιν,his quæ cruda eduntur.

Τύρσιν,turrim,& præcipuè eam,quæ in mœnibus est.

Τυφώδης,qui stupidus,mutus,ac attonitus consider.

D Τυφομανίη,mista affectio ex phrenitide,& lethargo.

Ὑβοὶ,gibbosi:& ὕβωμα,gibbositas.

Ὑδατανθεῦσιν, hydropicis, aut sanguinem in aquam commutantibus, & à quibus aquosa expurgantur.

Ὑδατόχλοα velut ὑδατόχλωρα dixit, aquæ virorem referentia.

Ὑδατώδεας,hydropicas.

Ὑδρίον,parua hydria,diminutiuè.

Ὕδρωψ. Dioscorides in secundo de morbis popularibus cum acuto in vltima legit,& hydropis speciem præferentem significari ait.

Ὑπάλειπτρον,bractea,siue lamina, qua quis oculos sublinire possit.

Ὑπάλειπτον,medicamentum,quod potest illini.

Ὑπεζύγωται,subiugatus,coniunctus est.

Ὑπειλυθέωσι,subcontorti fuerint.

Ὑπέρινο☉, homo nimiùm purgatus, & ipsa nimia purgatio.Sic enim quidam exponunt,καὶ τὸ ὑπέρινος ἰσχνάει,

hoc

hoc eſt, nimia purgatio attenuat. Videtur autem & voces μακρόπνες, & βραχύπνες eodem modo dupliciter dici, de longum & breuem ſpiritum habente, & de lõga & breui ſpiratione.
Ὑπερ[τ]ονεῖ, nimiùm extenditur.
Ὑπέρυδρον, valde plenum aqua ſubter cutem ſuffuſa.
Ὑπερχολῆσαι, multa bile replebit.
Ὑπεψυχθῇ, aliquantum remiſſam habet febrilem calidita-tem.
Ὑπνώδεα ſomnolenta, ſomno ſopita.
Ὑπολείβεται, ſubſtillat, ſubeffluit.
Ὑπόμβρον, ſubhumidum, ſubpurulentum.
Ὑπομύζαρα, graueolentia, & digna, quæ quis ægrè ferat, & auerſetur.
Ὑπονηξαμένη, quæ ſubnatauit, quæ ſubiuit, & ſubgreſſa eſt.
Ὑπόξηρα, ſubcaua, humiliora.
Ὑπόξηρος, aduncus naſo: eò quòd partes circunſitæ humiliores ſint ſummitate.
Ὑποξήρους, humiliores, contractos. Dictum eſt de ventribus, in maiore Prædictorio.
Ὑπόσφαγμα ὅλου, atramenti ſepiæ id, quod ſubſidet velut fæcula.
Ὑποτροπή, non ſolùm reuerſio, & recidiua, ſed etiam mutatio permutatis vicibus contingens: velut quum dicit, κωματώδεα ἐν ὑποτροπῇ, id eſt, in ſoporoſa permutatione.
Ὑπόψαφαρα, caliginoſa, ſubatra.
Ὑπόψάφαρα, aſperiora. Nam ψαφαρὸν aſperum in vocis compoſitione habetur.
Ὑπωμίη, quod ſubiectum eſt humero, aut ſummæ eius parti, ita dici poterit.
Ὑφύδρους, hydropicos.

Φαγεδαίνῃ, hulceri quod eroditur.
Φαίνηται, ſignificat etiam pellucidum in igne fiat, velut in ſecundo morborum muliebrium.
Φαλακρά, rotunda cum quadam læuitate.
Φαρκιδώδεα, rugoſum.
Φώσιγγες. Propriè quidem ſunt circuli in tibiis ab igne exurgentes rubicundi: per abuſum verò etiam reliqui.
Φέρβεται, corrodit, conſumit.
Φῆρεα, oblongæ ſub auribus glanduloſæ eminentiæ, quales etiam Satyri habent. Quidam aiunt φῆρες dici θῆρες, vt ſit hoc οἷον φῆρεα Atticè dictum.
Φθίνει ſignificat colliqueſcit, attenuatur, imminuitur, alimentum non ſentit, tabeſcit.
Φθόεις, placentas.
Φιδρὸν, ſplendidum præ humiditate.
Φιβάλι@, ſpecies fici eſt.
Φιλεταίρι@, ſpecies herbæ, quam etiam ἀπαρίνην, id eſt, lappam vocant
Φιλίτιον. Idem & hoc eſſe videtur cum aparine & phileterio.
Φλάζουσι, obſcurè, & inarticulatè loquuntur. Vox eſt ficticia.
Φλεβοτομίην, non ſolùm conſuetam illam, ſed etiam aliam quamcunque venis diuiſis, ſanguinis euacuationem. Eodem modo & verbum φλεβοτομηθῆναι dicitur.
Φλέγμα, non ſolum humorem hunc album, & frigidum ſignificat, ſed etiam inflammationem, ac ardorem.
Φλεγυρὸν, feruidum, ignitum, quod ardet, & vrere poteſt.
Φλεδονώδεα, nugacem: φλεδόνες enim nugæ ſunt, ac deblaterámenta.
Φλέω, verbaſco ſimilis quædam, papyraceáque planta hæc eſt, quæ etiam oleariis vaſis circundatur.
Φληνύουσα, nugans, deblaterans.
Φληναφώδεις, nugantes.
Φλίας, ligna recta ex oppoſito infixa, quemadmodum ianuarum poſtes.
Φλογεαί, rubicundæ.
Φλογιᾷ, ardet, feruet cum rubore.
Galen.

A Φλυδᾷ, humeſcit, flacceſcit.
Φλυδάραν, humidam.
Φλύεται, humeſcit.
Φλυζόουσι, ſcaturientibus.
Φλυζάκια, puſtulæ.
Φλύσιος, eruptionis puſtularum ex redundantia humorum in corpore obortæ.
Φοινίκιν@, puniceus. Ita ex colore dictam eſſe elephantiaſim ſuſpicari quis poſſit.
Φοινικίη νόσος, morbus in Phœnice, & aliis orientalibus partibus abundans. Videtur autem & hic elephantiaſis indicari.
Φολλικώδεα, inſtar follis laxa, & mollia.
Φονᾷ, occidere cupit.
Φορίνη, pellis.
Φόρος, fœcunda, facilè concipiens.
Φορύξαντες, vbi ſubegiſſent.
Φύλλα, hortenſia, & herbacea viridia condimenta.
Φύλλα, condimenta hortenſia, quæ ementibus olera addi ſolent, velut eſt coriandrum, mentha, ruta, apium.
B Φύλλον, ſilphii ſemen, eò quòd latum eſt, in ſecundo morborum muliebrium. Apponit autem etiam ipſe in oratione, quandoque Libycum, quandoque Aethiopicum.
Φύσιγγα, id quod in caulem excreſcit, & maximè quod cauum eſt.
Φυτάνη, plantandi tempus.
Φυτευτηρίων, ſarmentorum in terram plantatorum, ac defixorum.
Φωΐδες iidem ſunt, qui & φώσιγγες, de quibus dictum eſt.
Φωνὴ περιπνευμονική, vox ſtridulam aſperitatem habens.

Χαλκῖτις συπτηρίη, eadem eſt, quæ & chalcitis per ſe.
Χαραδρωθέωσιν, effluxionem habuerint.
Χαράκτηρι, exaſperato ex charactere.
Χασκῶν circunflexum legit Dioſcorides, & de vtero dictum eſſe ait, eò quòd hiet, & aperiatur.
Χειμίη, frigus, rigor.
Χειμίουσα, perfrigerata, rigens.
C Χελίσκιον, ſiccum. Diminutiua voce dictum eſt χελίσκιον, breuis tuſsicula, quæ arida, ac ſicca eſt, vbi nihil humiditatis ſcreando in os accedit.
Χαραδρέως, aceruatim. Facta eſt vox ex torrente, qui χαράδρα dicitur.
Χεῖ, qui effudit.
Χηλήν, id eſt, vngulam vocat ſpecillum bifurcatum, ſumma parte inciſum, ad vngulæ ſimilitudinem.
Χήλωμα, bifidam rimam exculptam in ſagitta, in quam apponunt neruum ipſius arcus, dum ſagittam emittere volunt.
Χήμην χηραμίδα, chamam, ſiue concham cauiorem, ac maiorem.
Χλοηροῖσι λαχάνοις, hortenſibus condimentis.
Χλοιοῦνται, pro χλωραίνονται dixit, id eſt, cum virore palli di fiunt.
Χλοῦς, cum pallore viriditas.
D Χλοώδες, cum pallore viride.
Χλῶρασμα, viriditas cum pallore, clarè pellucens, & ad aquoſitatem vergens.
Χολήιον, bilem ducens.
Χυτλάζηται, pro proluatur dixit.
Χυτρίδιαν, ollam.
Χυτρίδιον, ollam.
Χύτρινον, ollam.
Χωλώσειεν, mutilum circa aliquem articulum fecerit.

Ψαγδας, ſpecies quædam vnguenti.
Ψαίρειν, innatare, contingere.
Ψαιστὴν μάζαν, oleo & melle ſubactam mazam. Nam & liba ψαιστὰ dicta hoc modo ſubiguntur.
Ψαφερὸν, friabile.
Ψέφαρα, caliginoſa, nigricantia: nam ψέφος tenebras ſignificat.

ψόφου καθαπτόμενοι, strepitum facilè sentientes, imò qui etiam consternantur, velut si ψοφώδεις dixisset.

Ὦζει, olebat, de malo dicitur, Ἀρκεσιλάῳ δὲ καὶ κακὸν ὦζει, id est, Arcesilao etiam malum grauiter olebat. Scribitur sine ι, non cum ι, velut id quod sequitur.

Ὠιδεῖ, intumescit. Manifestum autem est quòd ι scribatur, quia ita etiam οἰδεῖν, tumescere.

Ὠμήλυσιν, ex hordeo non fricto farinam. Nàm crudam veluti farinam propriè ὠμήλυσιν, nominari dicunt. Abusiuè verò etiam omnem aliam farinam.

Ὠρεόντων curam habentium. Nam & ὤρα curam significat.

A Ὥρου, anno.

Ὤρουσεν, concitatus fuit, impetum fecit, & irruit.

Ὠτειλὰς, non solùm cicatrices, sed etiam hulcera ita appellat.

Ὠχέτευται, effluxiones, & transitus adeptus est.

Galeni obsoletarum apud Hippocratem vocum expositionis finis, Iano Cornario Medico Physico Interprete,

CLAVDII GALENI Liber De Historia Philosophica,

Iulio Martiano Rota Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM Libri sequentis.

Proœ

PROOEMIVM.

CVM illi, qui se primùm ad philosophiam contulerunt de rerum natura sollummodo disceptarent, atq; in ea finem studiorum suorum posuissent, multis pòst seculis natus Socrates illorum sententiam improbauit, fieri non posse dicens, vt ab hominibus ea perciperentur, quæ tam remota à nostro sensu forent. Existimabat enim summæ difficultatis esse tam abditarum rerum certam notitiam consequi, plúsq; vtilitatis homines habituros, si scrutarentur, quomodo quis feliciter vitam traduceret, & se quàm plurimis bonis fruens, à malis omnibus tueretur. Hoc itaq; cùm vtilius fore Socrates iudicasset, dissertationes de natura rerum, quòd parũ humanæ vitæ conducere viderentur, omisit: & eam disciplinam excogitauit, quæ quid bonum, quid malũ, quid turpe, quid honestum, quídque honore, aut vituperatione dignum sit, inuestigat, arbitratus illos, qui hæc anteà secum meditati fuissent, ab omnibus vitæ incommodis se facilè explicaturos. Atq; philosophię pars altera hinc addita est, quæ de moribus agit, & illos instruit, qui vitam optimè degere velint. His autem ita mente præsumptis, idem quoq; cùm animaduerteret, opus sibi fore, vt quos inuentorum suorum participes esse vellet, eos etiam assentire faceret, idq; solum fieri posse, si quibuscum sermonem instituisset, verè quæ diceret affirmare videretur, rerum omnium magistram disserendi facultatem adinuenit, cuius argumẽtationibus ducti, & à malis discedimus, & ea amplectimur, quæ prodesse semper, obesse nunquàm, suapte natura queũt. Sic itaq; Socratis opera, philosophia, quæ ad ipsum vsq; naturalium rerum cognitionem non excesserat, tres partes obtinuit. Hæc præfari nos oportebat, vt calle quodam ad philosophicam historiam veniremus, de qua nobis recensere hoc in libro propositum est, non quia noui aliquid ipsi apportemus, verùm vt quæ ab antiquis de primo eius genere sparsim, & fusè dicta sunt, in vnum colligeremus, breuitérque, & dilucidè ea explicaremus: ne si priùs hæc nostra legerint, qui discendi studio tenentur, expositoribus egeant, néve pe se ipsos vnaquaque in re, quid ab antiquis philosophis pronuntiatum sit, apertè non intelligant. Commodiùs autem, quod dicimus, efficiemus, si & enuntiatorum comprobationes, & verborum phaleras omittemus. Nam neq; ostentationis gratia scribere hæc aggressi sumus, sed vt his commodi essemus, qui sibi vtile quippiam ex philosophia sumere decreuerint: quíque non solùm abolla, & pallio indutos, philosophos arbitrantur, sed etiam eadem, qua cæteri, veste vtentes, modò animum philosopho dignum habere studeant. Perspicuè verò nunc omnia, quæ à doctoribus meis accepi, quæque ipse legendo consecutus sum, in vnum redigere curabimus: vt ex his intelligat vnusquisq;, vnde primùm philosophia ad Græcos peruenerit, quibúsque authoribus in Græciam transierit: ac demum qui ipsi animum adiicientes cæteris præstare visi sint.

Galen.

De successione philosophorum. CAP. I.

A COnstat igitur inter quàm plurimos Thaletem Milesium philosophiam primum apud Iones inuexisse. Vnde & eius ætatis sapientiam, omnes Ionicam appellarunt. Huius familiaris Anaximander extitit: qui & ipse eodem pacto philosophatus est, Anaximenémque doctrinæ suæ successorem, & æmulum reliquit. Anaximenes Anaxagoram docuit, qui Mileto relicta migrauit Athenas, vbi Atheniensem Archelaũ ad studia philosophiæ concitauit. Archelaum Socrates audiuit; is, qui & ætatis suę, & post se genitis hominibus in causa fuit, vt syncero animo philosophię incumberent. Omnes enim fermè, quotquot ipsum accedebant, philosophiæ desiderio inflammatos dimittebat. Quanuis autem multi fuerint appellati Socratici, in præsentia tamen eorum tantùm mentionem fa- B ciam, qui disciplinæ successores ab eo relicti sunt. Horum vnus Plato fuit, qui cæteris omnibus plurimùm excelluit, &, vt aliquis diceret, solus, inuidia superata, Socratici nomẽ obtinuit: clarus itaq; apud omnes cùm esset, veteris academiæ princeps extitit. Hunc Speusippus secutus est, qui in eisdem quidem inuentis mansit, sed in articularem morbum incidens, non multò post naturæ concessit, Xenocrate relicto, qui Platonis auunculi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo successit, qui & ipse à Platonis disciplina non deuiauit, Cratémq; instituit, in quo vetus academia finem habuit. Nam Arcesilaus, qui Cratem audiuit, mediam academiam inuexit, & ἐποχὴν, hoc est, sententiæ suæ reticentiam excogitauit. Hunc secutus Carneades, academiæ nouæ fundamẽta iecit, Clitomachũq; dogmatis sui sectatorem reliquit. Fuerunt præterea C duæ aliæ academiæ, quarum priori Philo, posteriori Antiochus præfuit. Ex reliquis autẽ Socraticis, quos plures admodum fuisse cõstat, multis parem, inferiorem nemini Antisthenem arbitror: is enim austeram vitam agens, philosophiam primus in opus deduxit. Antisthenem Diogenes sectatus est, & illi similis vitæ instituto fuit. Hunc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicam sectam inuenit, & Cleanthem docuit. Chrysippi magister Cleanthes fuit, ambóque Zenonis doctrinam, & vitæ institutum tenuere. Chrysippus Diogenem Babylonium discipulum habuit, Diogenes Antipatrũ instruxit, Antipater Posidonium docuit: rursus quoque Aristippus vnus ex Socratis auditoribus fuit, à quo Cyrenaicus cùm esset, Cyrenaicam sectam accepimus. Sed nec Megarensium dialecticam (hoc enim nomen ea secta habuit) iure quispiam despiciet. Huius author Euclides Megarensis fuit, qui Stilponem docuit, & ingenii subtilitate nemini eorum, D qui Socratem audierunt, inferior fuit. Stilponem Menedemus Eretriensis audiuit, à quo Eretriaca philosophia cognomen accepit. Phædonem Eliensem nemo non nouit, vt inter Socraticos è primis vnus habitus sit. Hunc Anaxarchus Abderita sectatus est, qui Pyrrhonem docuit, Scepticæ philosophiæ authorem. Aristoteles autem diu quidem Platonicis inuentis adhæsit, sed tandem se ipsum nouo dogmati addixit, & Theophrastrum scholæ, & disciplinæ hæredem sibi elegit. Theophrastus Stratonem docuit, qui suo quodam iure, de rerum natura disputauit: nam Epicurus philosophiæ, vt quidam opinantur, eruditione contempta, disciplinæ genus quoddam inuexit, quod ab accuratis philosophis non est approbatum. Epicurum verò Metrodorus audiuit, & Hermachus, qui Epicuro successit.

De generibus philosophorum. CAP. II.

PORrò philosophorum genera duo suprema fuerunt, Ionicum, & Italicum: sed de Ionico multa satis iam diximus. Italici verò, eius quidem, quod Crotone, & Tarento viguit, princeps extitit Pythagoras: eius autē, quod Eleæ floruit, Xenophanes Colophonius, quem plerique dubitando potiùs, quàm aliquid statuēdo philosophatum ferunt. Xenophanis placitis delictati sunt Melissus, & Parmenides, quē abditarū rerū notitiam adeptū sic tradunt, vt Zenonem Eleatem, contentiosam philosophiam. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, qui primus atomos excogitauit: quod dogma susceptum à Democrito, & stabilitum est. Democriti Protagoras discipulus fuit, qui primus oratoriam facultatem philosophiæ coniūxit.

De cognominibus philosophiæ. CAP. III.

PHilosophia verò cognomen adepta est, partim ab authoribus, vt Pythagorica, & Epicurea: partim ab eorum patria, vt Eretrica, Megarica: partim à fine, vt Eudæmoniaca: siquidem Anaxarchus philosophię quæ suo tempore viguit, finē esse felicitatem dicebat: partim ab actionibus, vt Peripatetica. Aristoteles nāque cùm deambulando sermonem ad discipulos haberet, hoc cognomine philosophiam suam appellandam censuit: partim ab aduersando, vt cynica: partim ab aliqua eius portione, cui præ cæteris operam dederint, vt dialectica: partim à locis, in quibus diuersabātur, vt academica, & stoica: partim ab affectu, quo docentes vtebantur, vt sceptica: partim ab authoribus, fine, & patria simul, vt quam Aristippus introduxit, quæ ab ipso Aristippica dicta est: ab eius patria, Cyrenaica: à fine, voluptuaria: voluptatem enim philosophiæ dicebat finem esse. Voluptatem autem illum plerique significasse affirmant, non illam sensuum motione excitatam dulcedinem, sed eum animi statum, qui molestia careat, nec illecebris vllis mulceatur.

De ordine, & diffinitione philosophiæ. CAP. IIII.

EAm philosophiæ partem, quæ nobis differendi artem tradit, duabus reliquis eius partibus anteponendam censuere, qui posterioribus seculis extitere philosophi, arbitrantes eos, qui accuratè velint philosophiæ operam dare, non priùs aliàs partes attingere debere, quàm disceptādi peritiam adepti sint, & quid sit vnumquodq; cognoscendi. Philosophiam nanque cognoscendi facultatem esse quidam dicebant, & artem vitam optimè traducēdi. Optimam autem vitam esse secundum virtutem viuere. Quidam verò ipsam diffiniebant, excercitationem artis ad vitam optimè degendam necessariæ. Ac exercitationem quidem philosophiam esse, omnes existimant, artem verò sapientiam, quæ humanarum, diuinarúmq; rerum compræn sio est. Quidam verò ipsam esse potiùs arbitrati sunt facultatem spectandi, quæ eligenda, fugiendáq; sint: per eligenda, bona: per fugienda, mala significantes. Bona enim esse, quæ propter se sequenda sunt, & adepta posſidentibus vtilitatē apportant: mala verò, quæ vitanda, & obtenta damnum habentibus inferunt.

De partibus philosophiæ. CAP. V.

PHilosophiæ partes ex sentētia plurium, & eorum, qui diligentiſsimi fuisse creduntur, tres esse, in superioribus iam diximus. Harum prima rationalis dicitur, qua scimus vniuscuiusq; rei substantiam ab accidentibus discernere, & quo quidq; ab alio differat: Secūda naturalis vocatur, per quam intelligere valemus, quid in causa sit, vt cælum tanto ordine circumuoluatur, & quæ partium eius tarditatis, ac velocitatis ratio sit, ac id genus alia. Tertia, quæ aliis duabus magis est necessaria, & ad opus vitæ longè vtilior, moralis nuncupatur: qua commodè colloqui, & pacatè conuersari scimus: ac imperiosos quidem, & elatos, non odio prosequendo, sed partim eludendo, partim miserando, contemnere: mansuetos autem, & officiosos econtrario diligere. Horum autem vitam agere, melius, atq; facilius est, cùm expositi omnium commodis sint: illorum autem, & malum, & difficile, quia nec adiri volunt, & adeuntibus molesti sunt.

De sectis. CAP. VI.

SEctam aliqui tribus modis dici affirmant, communiter, propriè, & propriiſsimé. Ac cōmuniter quidem consensum esse aliqua in re, quæ ad vitam degendam pertinet. Propriè verò, consensum in artis alicuius exercitatione. Propriiſsimè autem, consensum rerum ad philosophiam spectantium. Hanc sic ex notione diffiniunt. Secta est collectio multorum dogmatū sibi ipsis concordantium, & ad vnum finem tendentium. Sectæ verò, quas maximè generales existimant ii, quibus ista curę fuerunt, quatuor enumerantur. Dogmatica, quæ in multis constituta, & stabilis est. Sceptica, quæ de singulis dubitat. Contentiosa, quæ cauillis superior esse in cōcertationibus studet: sunt autem cauilli sicut si dixeris, quod ego sum, tu non es: homo sum, ergo tu non es homo: & id genus aliæ pueriles, & litigiosæ deductiones. Mista, quæ licet multa decreta habeat, de multis tamē adhuc dubitat, nec ita de singulis disputat, vt ea constituat. Dogmaticos fuisse tradunt Pythagoram Samium, & Epicurum Atheniensem. Scepticos, Zenonem Eleatem, Anaxarchum Abderitam, & Pyrrhonem, quē exactiſsimum in hoc generefuisse dicunt. Contentiosos autem appellarunt Euclidem, Menedemum, & Clitomachum: mistos verò Xenophanem, qui de rebus omnibus dubitauit, illúdque solum, asseruit, cuncta vnum esse, Deúmq; & finitum, & immutabilem, & ratione præditum. Item Democritum, qui nulla alia de re sententiam suam protulit, sed tantùm atomos vacuum & infinitum asseuerauit.

De exortu philosophiæ. CAP. VII.

PRincipium philosophiæ tribus modis dicitur, inuestigandi, constituendi, demonstrandi. Principiū inuestigandi est, quod primos homines in opinionē philosophiæ induxit. Constituendi, pars ea philosophię, quæ prior in artem redacta fuit. Demonstrandi, illud vnde probare incipimus ea, quæ apud nos inuenta, & constituta fuerunt. Xenocrates ideo repertam philosophiam asserit, quia cùm turbulenta sit actiua vita, se ad contemplationis studium prudentes homines contulerunt.

De signo. CAP. VIII.

SIgnum à dialecticis diffinitur proloquium mentis coniunctum. Item antecedens, cui consequens aliquod adnexum sit. Signorum autem quædam ostendere, quædam admonere dicuntur. Ostendunt quæ sic adnexa significatis sunt, vt cùm primùm apparent, nos in cognitionem rei significatæ ducāt: vt fumus, quem simul atq; conspeximus, ignem subesse statim intelligimus. Admonent, quæ non nisi priùs obseruata in notitiam rei significatæ nos abducunt, vt lac in in papillis: id enim vbi priùs adesse cognouerimus, anteà peperisse mulierem intelligimus.

De syllogismo. CAP IX.

SYllogismus est oratio, quæ ex conceſsis ab eo, cum quo disputamus, inexpectatum aliud quippiam colli

colligit: veluti in primo De republica Thraſymacho concedente, iuſtum id eſſe, quod vrbium magiſtratibus eſt vtile, magiſtratúſque interdum aberrare: colligit Socrates, iuſtum quoq; id eſſe, quod magiſtratibus inutile ſit.

De diffinitione. CAP. X.

DIffinitio eſt conciſa oratio, quæ nos ducit in cognitionem vniuſcuiuſq; rei: vel, diffinitio eſt oratio, quæ breui quadam commonefactione nobis propoſitas res detegit. Diffinitionum aliæ à ſubſtantia, aliæ à notione ſumuntur.

De diuiſione. CAP. XI.

DIuiſionem exiſtimant ſeparationem eſſe eorum, quæ in vnum conuenerint. Diuidi autem nomẽ, in ſignificationes. Totum, in partes. Genus, in ſpecies, & differentias. Species in ſingularia: & hęc in accidentia, accidentia tum in ſe ipſa, tum in ſubiecta.

De iudicio. CAP. XII.

IVdicium, eſt rem diſcernens conſideratio. Duplex autem iudicium habemus, vnum, quo viuimus: alterum quo res eſſe vel non eſſe diiudicamus. Tribus modis verò dicitur iudicium, communiter, propriè, & maximè propriè.

De uero. CAP. XIII.

VErum eſt, quod alicui oppoſitum eum re conuenit. Differt autem verum à veritate, ſubſtantia, cõſtitutione, potentia. Subſtantia, quoniam verum incorporeum eſt, cùm dignitas ſit, quę ab omnibus proloqui ſolet: veritas autem corpus. Nam omnium rerũ verarum ſcientia eſt. Scientia verò quodam modo principalis animi facultas: principalis facultas ſpiritus eſſe videtur, qui meritò corpus exiſtimatur. Cõſtitutione, quia verum euidens eſt, vt ego diſputo. Veritas autem à nobis inquiratur oportet, cùm bona vniuerſa comprændat. Potentia, quoniam verum malis & ineruditis hominibus (nam vera interdum & ipſi dicunt) veritas autem non niſi probis, & eruditis viris ineſſe poteſt.

De demonſtrationum generibus. CAP. XIIII.

QVoniam ad eam philoſophiæ partem, quam logicam vocant, pertinere videtur de demonſtrationibus docere, conſentaneum eſt, vt de his quoque aliquid dicamus. Demonſtrationes voco ſyllogiſmos, qui euidentibus propoſitione, & aſſumptione, cõcluſionem oſtendunt, vel qui nulla alia egeant comprobatione. Sũt autem bifariàm diſtincti. Nam alii cathegorici, id eſt, prædicatiui, alii hypothetici, hoc eſt, conditionales appellantur. Horũ alii modum habent, alii modo carẽt, alii miſti ſunt: aliíq; ſecundũ, alii tertiũ adiacẽs prædicant. Conditionaliũ ſpecies ſunt ſeptẽ. Prima eſt, in qua duobus poſitis, quorũ vnum præcedat, alterum ſequatur, præcedens aſſumitur & ſequens infertur: vt, ſi dies eſt, lux eſt: ſed dies eſt, ergo lux eſt. Secunda eſt, quæ ex antecedente, & oppoſito conſequentis, oppoſitum præcedentis colligit: vt, ſi dies eſt, lux eſt: ſed lux non eſt, ergo dies nõ eſt. Tertia eſt, quæ ex adnexo negato, & oppoſito vnius partis, alterius partis oppoſitum deducit: vt, non ſi dies eſt, lux non eſt: atqui dies eſt, igitur lux eſt. Quarta eſt, in qua ex diſiuncto & partis vnius oppoſito, alterum probatur: vt vel dies, vel nox eſt: ſed dies non eſt, igitur nox eſt. Quinta eſt, in qua ex diſiuncto & vna eius parte, altera non eſſe arguitur: vt vel dies, vel nox eſt: atqui dies eſt: igitur nox non eſt. Sexta eſt, quæ ex coniũcto negato, & vna eius parte, reliquam non eſſe concludit: vt, non & dies & nox eſt, ſed dies eſt, igitur nox non

Galen.

eſt. Septima eſt, in qua ex coniuncto, & parte vna ne-
A gata, alteram colligimus: vt aut dies, aut nox eſt, ſed dies non eſt, ergo nox eſt.

De naturali philoſophiæ genere. CAP. XV.

QVantum igitur par fuit de his agere, quæ ad rationalem philoſophiæ partem attinent, à nobis eſt alio in opere fuſè conſcriptum: hic autem pauca, quædam ſolummodo perſtringentes, ad ea recenſenda properamus, quæ de natura rerum antiqui tradidere. Nemo verò mihi ſuccenſere debet, ſi quę ab aliis inuolutè & perplexè ſcripta ſunt, ea nos facilè, & explicatè referre confidimus. Nam & hoc fieri poſſe nõ dubitamus, & rudibus ſatis fore cenſemus hinc philoſophię dogmatibus, tãquam ſacris quibuſdam initiari. Exordium autem faciemus à primis rerum naturalium principiis, tam efficiẽtibus, quàm materialibus:
B quibus cùm animum adieciſſemus, iure omnibus anteponendum duximus cauſas efficientes, inter quas Deus principem locum obtinet, quem omnium, quæ ſunt, quæq; in dies fiunt, authorem, & artificem, vt ita dixerim, veteres aſſerunt. Plato ſiquidem, & Stoicus Zeno quid eſſet Deus explicantes, non Mundũ, ipſum eſſe dixerunt, ſed pręter hęc omnia, quiddam aliud, incorporeum quidem, vt Plato ſentit, corporeum verò, ſicut Zeno aſſeuerat. Neuter tamen quę Dei forma ſit exponere eſt auſus, ſed Epicurus humanã ipſum habere figuram credidit. Stoici propriam quidem eũ ſemper non retinere, ſed igneus ſpiritus cùm ſit, omnium, quibus affluxerit, formam facilè ſuſcipere, illíſq; ſimilem effici. Locum illi determinatum Epicurus inter Mundos aſsignat, vbi Deum incedere, & ambulare dicit. Stoici, rebus omnibus eum connaſci, il-
C líſq; ſimilem effectum, cum eiſdem & moueri, & locũ mutare dicunt, ac ex ingenita ſibi virtute, cuicunque rei ſibi coniunctę proſpicere. Iidem quoq; Deum qui dem cuncta gubernare dixerunt: ſed nullius rei curam peculiariter habere. Stoicis Epicurus hac in parte cõſentit, affirmans beatam, incorruptibilémq; naturã, neq; ipſam in ſe moleſtias vllas habere, neq; alicui alteri negotium faceſſere, vniuerſis tamen hominibus bona Deum elargiri. Plato autem opinatus eſt Deum & omnium ſimul, & vniuſcuiuſq; priuatim, curam habere in his ſolummodo, quæ ad vitam ſpectant. Quicunq; Mundum genitũ putant, Deum inquiunt ipſius extructorem fuiſſe. Non tamen omnes, qui genitum Mundum concedunt, eãdem quoq; de ipſius fine ſententiam habent: verùm Plato ex eius, qui ipſum conſtruxit admirabili artificio, neq; diſſolui, neq; aboleri poſſe Mundum exiſtimat. Stoici contrà abſumi Mũdum putant, ídque ignis opera fieri, qui in cauſa eſt,
D vt exuſtus in infinitum commutetur: ſub quo certo quodam tempore materia quieſcit, tótque commutationum vacationem accipit, donec rurſus in contrarium ſtatum vergentibus rebus, alia quoq; elementa denuò prodire incipiant, & rurſus diuino iuſſu ſegregata, atq; in vnum corpus redacta, nouum Mundũ conſtituant. Ac cæteri quidem omnes, qui Deum cunctarum rerum authorem crediderunt, ipſum quoque vnum horum omnium cauſam ſtatuunt. Solus Plato ideas introduxit, quarum exemplum Deus in conficiendis rebus ſequeretur. Item materiam omni qualitate carentem, ex qua ſingula quæq; componeret, & diſsimiles inter ſe res, diſtinctáſq; faceret: neq; enim ex his vnum aliquid ſufficere, ſed tria ſimul hęc requiri cenſet, ſi quid abſolui debeat. Verum quoniam de efficiente principio ſatis multa attulimus, tempus eſt

vt de materia quoq; aliquid dicamus. Omnes,qui de rerum natura aliquid locuti sunt, concordes materiã esse concedunt:quæ'nam verò sit,non omnes consentiunt: sed Pherecydes Syrius terram eam esse credidit,Thales autem aquam, Anaximander infinitum, Anaximenes,& Diogenes Apolloniata,aerem, Heraclitus,& Hippias Metapontinus,ignem.Xenophanes Colophonius aquam,& terrã, Hippo Rheginus ignẽ & aquam,Oenopides Chius ignem & aerem, Empedocles quatuor elementa,terram,aquam,ignem & aerem. His amicitiam & litem adiungit, quarum altera coniungit,& vnit,altera segregat,& distinguit. Democritus,& eum secutus Epicurus,atomos,omnium rerum materiam opinantur. Heraclides Ponticus, & Asclepiades Bithynus rerũ principia faciunt moles quasdam omni actione carẽtes: Anaxagoras minimas quasdam & similes rerum particulas. Diodorus, qui Cronus appellatus est,indiuidua,minimáq; corpuscula:Pythagoras numeros, mathematici corporũ fines: Strato Physicus cognomento, quas vocant qualitates:Plato, Aristoteles,& Stoici naturam quandam informem,ex qua primùm quatuor elementa, tum reliqua fiant,sed Aristoteles elementis quintum corpus addit,quod circumuoluitur,& est immutabile.

De principij,& causæ differentia.

CAP. XVI.

PRincipium.& causam aliqui nihil inter se differre putant. Aliqui principium quidem, rerum omnium originem præcedere volunt, non tamẽ ipsum euentus huiusce causam esse dicunt:sed id,quo secundum vnumquenq; modum res fiunt.Causarum genera quatuor iidem statuunt. Præcedens,quod ab euentu separari potest,idque quod iam efficit, permanet. continens,quod rem,quam facit,nõ deserit. Nam eo præsente,res gignitur:absente,desinit: vrgente, crescit:desistente,minuitur. Perfectum, quod per se solum rem peragit.Concausans, quod cæteris pares vires in euentum confert,vt in arando videmus,in quo vel plurimum affert qui minimum etiam adiumenti cõfert,vt bobus quidem duobus arator indigeat, sed multò faciliùs opus absoluat si tertium iumentum adiunctum aliorum laborem leuet.

De principij,& elementi differentia. CAP. XVII.

CVm Iones elementum à principio nihil differre arbitrarentur, plurimùm Plato interesse iudicauit,atq; ita vtrunq; distinxit,vt elementũ id sit,quod compositum,& effectum est,quomodo terram,aquã, aerem,& ignem elementa vocamus. Principium verò dicatur,quod se prius quicquam non habet,ex quo gigni potuerit:alioqui principium non fore elementis. Nanq; priora sunt,tum materia informis,& perennis,tum forma species,& ἐντελέχια,hoc est,perfectio nuncupata,demum priuatio,quam absentiam diffiniunt rei, quæ tamen adesse debeat. Meritò igitur Plato reperta differentia,veterem Ionicorum sententiam improbauit.

De natura. CAP. XVIII.

NAturam aliqui diffiniunt arte præditum, suaptéque motu in generationem tendentem igneũ spiritum.Alii nihil aliud, quàm minutorum corporũ congressum,& discessum. Aristoteles principium motus & quietis eius,in quo est primò,& non secundum accidens. Naturalia vocat,cùm elemẽta quatuor,tum cætera, quæ ex eis fiunt,animalia,stirpes, metalla, & quæ in aere generantur,imbres,niues,fulmina,grandines, venti.

De motu. CAP. XIX.

MOtum omnes penè concedunt quicunq; paulò diligentiùs philosophati sunt,locorum commutationem:vt cùm quis Alexandria Romam venit,vel Alexandriam Roma discedit. Qualitatum variationem,vt si quis ex frigido calidus fiat,vel ex calido frigidus euadat. Naturæ vicissitudinem, vt si quis anteà non existens homo,nunc esse incipiat:vel contrà existens,homo esse desinat. Staturæ mutationem, vt si quis è paruo magnus crescat,aut è magno in paruum decrescat.

De corpore. CAP. XX.

REliquis corpus esse dicentibus quodcunq;,siue agat,siue patiatur, mathematici corpus esse diffiniunt,quod trifariàm extentum est, in longum,in latum,& profundum. Punctum nanque esse,qui partes non habeat,lineam verò lõgitudinem tantùm, superficiem,latitudinem longitudini coniunctam.Hanc si profunditas accedat,corpus appellari.Quidam etiam corporum fines corpus crediderunt.Plato molem esse corpus asseruit, quæ & locum occupat, & intra se molem aliam non admittit. Neq; enim duo corpora vnum locum obtinere simul posse.

De figura. CAP. XXI.

FIgura,corporis superficies,circunscriptio,& finis est. Figurarum verò,aliæ rotundæ sunt,aliæ angulares,quarum infinita penè variatio est.

De forma. CAP. XXII.

FOrma substantia est incorporea,quæ quidem ex se non subsistit, sed formis carentem materiam informans,omnia,quæ videmus,extare facit.Socrates, & Plato formas arbitrantur naturas esse à materia separatas intellectu,cogitationéque Dei,hoc est,in mẽte diuina sitas. Aristoteles autem formas quidem, & species non abstulit,sed eas materiæ cõiunctas esse voluit.Stoici nostras intellectiones formas appellarunt.

De Mundo. CAP. XXIII.

STOici Mundum vnum esse dixerunt, quem & totũ esse,& corporeum arbitrati sunt. Empedocles Mũdum quidem vnum esse concedit, totum tamẽ ipsum negat,sed exiguam quandam totius particulam, reliquum verò otiosam materiam. Plato Mundum vnũ esse,& totum tribus argumentis coniectat, quia perfectus non esset,si omnia non contineret:nec exemplari similis,si vnicus non esset:nec æternus,si quid extra se haberet. Metrodorus tam absurdum esse putat vnũ Mundum in infinito natum dicere, quàm in agro magno,vnam spicam.Nam cùm infinitæ causæ sint,Mũdos quoq; infinitos esse necessum est. Sunt autem infinitę causę,id est,atomi,quare & infinitos effectus esse oportet,hoc est Mundos, cùm eorũ quisq; finitus sit.

De constitutione Mundi. CAP. XXIIII.

MVndus rotunda figura hoc pacto cõstitit:indiuidua corpuscula, quæ tum fortuito motu ferebãtur, cùm vnum in locum plurima conuenissent, magnitudine,& figuris differebant.Quęcunq; igitur angulosa, magna,& grauia fuerunt,substitere:quæ verò parua, leuia, & rotunda, in superiorem locum ab illis extrusa sunt,nec priùs ascendere desierunt, quàm impulsionis violentia cessauit.Tunc enim retro acta, cùm inferiùs descendere non possent,in loca sibi congrua deuenere. Ea autem sunt, quæ circumposita. Vt igitur inter se satis coagmẽtata sunt,quæ circum vndiq; erant,extimum cælum genuerunt. Quæ verò illis & loco,& natura proxima extiterunt planetas effecerũt. Nam aerem exhalatorum corporum multitudo

com

compoſuit,qui concitatus in ventum,cælum agitare cœpit,& id in orbem actum circunuerſare,quem motus ordinem ſtellas adhuc ſeruare videmus. Vt autem ex corporibus in ſublime eiaculatis,cælum,ignis, & aer,ortus eſt,ita ex ſubſidentibus nata eſt terra: quam multa materia nimiùm adhuc corpulentam, cùm ventorum impetus,tum ſtellarum ſplendor compingẽdo attenuarunt,& ad eam,quam ſpectamus, paruitatem, redegerunt,aqua expreſſa:quæ fluida cùm ſit, per decliuia labi cœpit in loca concaua, vel ipſa per ſe aqua huc illhuc diſcurrens alueos ſibi & latos ſinus excauauit. Sic itaq; præcipuę Mundi partes in lucem prodierunt.

De Deo. CAP. XXV.

QVæ de Deo inter initia omiſimus,ea nunc explicare nobis in animo eſt. Nam ex antiquis philoſophis quoſdam inuenimus, qui Deos non eſſe dixerunt,non tamen id palàm fateri auſi ſunt,ſed an dii eſſent,ignorare ſe dicebant. Fuerunt autem Diagoras Mileſius, Melius, Theodorus Cyrenaicus, Euemerus Tegeata,& Euripides Athenienſis,quanquàm id ipſe non dicit, ſed Siſyphum id dicentem introducit ob metum Areopagitarum. Sed iſtos miſſos faciamus, & Anaxagoram potiùs audiamus,qui diuinam mentem aſſerit,res omnes à primordiis Mundi inter ſe confuſas diſtinxiſſe,atq; ita res omnes procreaſſe. Vel Anaximandrum, qui ſtellas cæleſtes deos arbitrabatur. Aut Democritum, qui mentem igneo, circularíque corpore vtentem,hoc eſt, Mundi animam Deum eſſe affirmabat. Nam Pythagoras ex hiſce, quæ ipſe inter principia collocauit, vnitatem, hoc eſt:vnius naturã, & mentem ipſam Deum, atque bonum exiſtimauit: dualitatem verò,dæmonem,& malum, quam corporea moles circunſtat,id eſt, quem aſpicimus Mũdum. Socrates autem, & eum ſecutus Plato, Deum id inquiunt eſſe,quod vnum,quod ſolum,quod bonum,& ex ſeſe eſt. Quæ omnia illhuc tendunt,vt Deum mentem eſſe ſignificent nulli materiæ commiſtam, nullíq; affectui obnoxiam. Ariſtoteles verò ſupremũ Deum formam eſſe diffinit, ſeparabilem quidem, æthereo tantùm corpori,quod quintum appellat, inhærentẽ. Id autem cùm in plures ſphæras naturâ quidem coniunctas,ratione verò diſtinctas, ſeparet, quámq; ſphæram animal eſſe cenſet,ex anima, & orbe compoſitũ: quorum hic æthereum corpus eſt,in circuitum volubile:illa,ratio, quæ ipſa quidem motum non admittit,ſed tamen motus eſt cauſa. Stoici Deum eſſe pronuntiant,ignem arte præditum, rationéque & via ad Mundi generationem procedentem, atq; omnes rerum omnium rationes continentem,quibus vniuerſa fato eueniunt. Item aliter:ſpiritum toti Mundo infuſum, qui varias appellationes ſortitur pro diuerſitate materiæ,in quam diffuſus eſt. Deos autem exiſtimant cùm ſtellas,& cælum,tum præcipuè mentem. Epicurus Deos omnes humanam ſpeciem habere credidit. Videri tamen à nobis non poſſe,ob ſummam tenuitatem atomorum,quæ ipſos componunt. Quatuor etiam alia rerũ genera ſempiterna ſtatuit,atomos,infinitum,vacuum, & ſimilitudines, quæ ab eo eiuſdem rationis partes,& aliorum elementa cenſentur.

Vnde in cognitionem Dei uenimus.

CAP. XXVI.

DEi verò cognitionem habuimus ex pulchritudine, quam cælo ineſſe ſpectamus. Nihil enim temere,aut caſu,pulchrum oritur, ſed artificis alicuius opera. Quam ob rem & Euripides ſtellas inquit ornatus gratia ab opifice ſapiẽti cælo inditas fuiſſe. Deuenimus autem in huiuſcemodi cognitionem, cùm ex aliis ſtellis,tum præcipuè ex ſole,& luna,quæ ſubterraneum iter emenſa, eodem colore,eadem figura, eadem mangnitudine naſcuntur,eadémque & tempora,& loca ſeruant.

De Heroibus & dæmonibus. CAP. XXVII.

THales,Pythagoras,Plato,& cum his Stoici,vnanimes aſſerunt,dæmones naturales ſubſtantias eſſe,Heroas autem,animas à corporibus ſeparatas: & harum bonas eſſe,quę hominum fuerint ſanctè vitam traducentium,malas autem,malè viuentium. Epicurus tam dæmones,quàm Heroas non concedit.

De anima. CAP. XXVIII.

CVm multa de anima ab antiquis inter ſe contro-uerſa dicta ſint,nemo me à propoſito introductionis modo diſcedere arbitretur,ſi paulò fuſiùs ea commemorauero, quæ ab illuſtriſsimis quibuſque dicta ſunt. Animam igitur exiſtimant aliqui ſpiritum eſſe toto corpori adnexum,nõ tamen æquabiliter,ſed vni membro magis,alteri minùs. Hoc Aſclepiadis ſectatores dicunt. Eandem alii facultatem, qua viuimus, arbitrantur. Quidam principium motus omniũ,quæ fiunt, & ſunt. Epicurus autem aerem illum, quem reſpirãdo attraximus,animam eſſe credidit, cuius ſubſtantiam alii incorpoream dixerunt,vt Plato, alii corpoream,vt Zeno,& ipſum ſecuti Stoici. Nam ſpiritum ipſam eſſe opinati ſunt. Item mortalẽ alii, vt Epicurus,& Diocles. Alii immortalem, vt Plato,& Stoici,ipſam exiſtimarunt. Quanquàm Plato ſuo ſe motu ſemper mouentem,nec vnquam interituram ipſam aſſeueret. Stoici contrà,tam diu animam durare,quoad Mundus diſſoluatur. Tunc enim ipſam quoq; corrũpi. Ruſus alii ſic adnexas corporibus animas aiunt,vt ex eis ipſas ſponte natas dicant. Hócque in cauſa eſſe, vt corporeis voluptatibus tantoperè delectentur. Alii verò animam volunt Dei particulam quandam eſſe, nec vllum extare elementum, quod otioſum ſit, quódq; in compoſitarum rerum rationem nõ veniat. Peccare verò animas inquiunt, alii quia liberæ cùm ſint,ſuopte arbitrio ad malum ferantur. Nam cùm voluptates appetant,vt eas aſſequantur, vitia perſequi,flagitioſum eſſe non iudicant. Alii, cuncta fato euenire putantes,animam quoq; nulla electione habita delinquere poſſe concedunt. Pœnas dare ſceleratorum animas,vbi à corporibus ſolutæ fuerint,exiſtimat Plato: bonorum autem,ad Deum poſt mortem reuerti,& in aſtris habitare. Stoici nihil iſtorum admittunt, ſed poſtquàm,aiunt, ſeiunctæ à corporibus fuerint, quæ intemperanter vixerunt, & voluptatum adhuc auidæ ſunt,corpus aliud iterum ſubeunt,deſiderio voluptatum illectæ, quas corporis miniſterio aſſequuntur. Id autem eas tandiu facere,quoad virtutem edoctæ,in cognitionem veri boni deueniant, ac meliorem vitã traducant,à qua ſtatim vbi ſolutæ etiam ab impedimẽtis corporis liberæ fuerint, ipſis per ſeſemet interlucentibus honeſti,ac decoris ideis vniuntur, à quibus nunquàm ſic affectæ poſteà diuelluntur. Partes animæ Plato tres fecit,rationem,iracundiam,& concupiſcẽtiam. Ariſtoteles quartam addidit naturalẽ, quæ corpus vegetat. Stoici & ipſi partes animæ quatuor enumerant,ratiocinandi,ſentiendi,loquendi, & gignẽdi facultatem. Alii ſimplicem, & partibus carere animã arbitrantur. Nihil enim aliud ipſam eſſe, quàm prudentiam,quam tum mentem,tum intellectum appellant. Menemachus vnus ex ſectatoribus Stoica diſci-

plinæ, vbi ſuſpicionem addidit, loquẽdi, & gignendi poteſtatem ademit, eas ſentiendi facultatibus attribuens. Nonnulli demum in ſenſum, & rationem animam diuiſerunt, quibus aliquis meritò potiùs aſſentiri poterit.

De minimo. CAP. XXIX.

ANte quatuor elementa nonnulli fragmenta quędam eiuſdem rationis paruiſsima, & rotunda, ceu elementorum elementa extitiſſe dicunt. Heraclitus quoq; fruſtula quædam cùm minima, tum indiuidua, cogitatione tantùm apræhenſibilia concedit.

De colore. CAP. XXX.

COlor eſt qualitas corporis viſibilis. Pythagorici colorem appellant ſuperficiem corporis. Empedocles, quod meatibus oculorum quadraret. Plato flammam è corporibus prodeũtem, cuius partes aptè oculis incidũt. Zenois, qui Stoicorum princeps fuit, colores eſſe diffinit, primos materiæ habitus. Qui Pythagoræ ſucceſſerunt philoſophi, colorum genera quatuor fecerũt, album, nigrum, rubrum, & pallidum: reliquas autem colorum varietates ex diuerſa elemẽtorum commiſtione oriri: animalium verò etiam ex aeris, & locorum diuerſitate conſurgere.

De miſtione. CAP. XXXI.

PRiſci miſtionem elementorum fieri dixerunt, ex mutua inter ſeſe per primas qualitates actione. Anaxagoras, & Democritus ex eorum ſolummodo congreſſu. Empedocles è paruiſsimis micis elementa componit, quas minima quædam fruſtula, & veluti elementorum elementa eſſe dicit. Plato tria tantùm corpora ex ſe mutuò fieri credidit, ignis, aer, & aqua, terram nanq; ſolam immutabilem eſſe.

De uacuo. CAP. XXXII.

QVià Thalete manarunt philoſophi ad Platonem vſq;, vacuum omnes abnegarunt. Empedocles intra Mundũ, inquit, vacuũ res nulla, nec extra eſt. Leucippus, Democritus, Epicurus, & Metrodorus atomos quidem multitudine, vacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra Mundum vacui quidem nihil eſſe, extra verò infinitum. alii tantum vacui ſolummodo extra Mundum eſſe, quantum ad reſpirationem Mundi faciat. Mundum enim, igneus cùm ſit, euentatione indigere.

De loco & receptaculo. CAP. XXXIII.

STtoici & Epicurei locum à receptaculo differre cẽſent, ac locum quidem eſſe, quod corpus totum tãgit, vt ſuperficies: receptaculum autem, quod parte ſolùm, vt in vaſis vinariis contingit.

De tempore. CAP. XXXIIII.

PYthagoras tempus eſſe arbitratur, cõtinentis nos cæli machinam. Plato mobilem æternitatis imaginem, vel interuallum motus cæli. Eratoſthenes Solis circumuolutionem. Temporis autem eſſentiam Plato cæli motum exiſtimat. Stoici ferè omnes motum ipſum: ac cæteri quidem ingenitum tempus arbitrantur. Plato genitum ex ſenſus noſtri cogitatione.

De ortu, & interitu. CAP. XXXV.

PArmenides Meliſſus, & Zeno Elæata ideo necgenerari nec corrumpi quicquam aſſeruerunt, quòd vniuerſum immobile ponunt. Epicurus, & cæteri, quotquot è minutis corpuſculis Mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni, & eorum diſceſſu aboleri cuncta affirmant. Hi autem neq; oriri quicquam neq; interire propriè dicunt. Nam cùm ex congerie, non ex alteratione gigni res velint, non qualitatis, ſed quantitatis motum, ortus & interitus momẽtum præcedere faciant. Pythagoras, & alii quicunq; materiam pati ſupponunt, ortum & interitum propriè adſtruunt, cùm velint elementorum qualitatibus immutatis naſci res, & diſſolui.

A

De neceßitate. CAP. XXXVI.

THales validiſsimam eſſe neceſsitatem dixit, cùm vniuerſo dominetur. Pythagoras Mundo eam incubare credidit. Parmenides & Democritus omnia neceſſariò euenire dicũt, eandémque ipſam eſſe cum fato, cum iudicio, cum prouidentia. Plato quædam in prouidentiam, quædam in neceſsitatem refert. Neceſsitatis autem eſſentiã Empedocles arbitratur cauſam principiis, & elementis vtentem. Democritus reſiſtentiam, motum, & impetum materiæ. Plato nonnũquam materiam, interdum habitum eius, qui circa materiam operetur.

De fato. CAP. XXXVII.

B

HEraclitus omnia fato euenire dicit, ipſúmq; idẽ eſſe, quod neceſsitas. Plato quanuis in hominum animis, & vita fatum conſtituat, ei tamen & libertatẽ noſtram adiungit. Stoici Platonem hac in parte ſequuntur, ac neceſsitatem quidem diffiniunt, inſuperabilem, & violentam cauſam. Fatũm verò cauſarum ſeriem, in qua tamen illa quoque cauſa continetur, quæ in nobis eſt, vt quædam fato fiant, quædam nõ fiant. Fati verò eſſentiam Heraclitus eſſe diffinit rationẽ, ſubſtantiam vniuerſi permeantem. Fatum autem corpus æthereũ, quo, tanquam ſemine, vniuerſum gignitur. Plato perennem rationem, & legem naturæ totius vniuerſi. Chryſippus vim ordine cunctà gubernantem. Item in diffinitionibus, Fatum, inquit, eſt ratio, ſeu lex, cuius prouidentia reguntur omnia, quæ ſunt in Mundo: vel ratio, per quam orta nata ſunt, naſcentia oriuntur, oritura naſcentur. Reliqui verò Stoici fatum deſcribunt cauſarum ſeriem, hoc eſt, ordinem, & nexum intranſgreſsibilem. Poſidonius tertium ipſum à Ioue facit, vt primus ſit Iupiter, ſecunda Natura, tertium fatum.

C

De fortuna. CAP. XXXVIII.

PLato fortunam diffinit cauſam, quæ ſectetur, & incidat rebus, quas facere eligimus. Ariſtoteles cauſam, quæ hiſce rebus interuenit, quas alicuius gratia & volentes facimus, obſcuram tamen & inſtabilẽ. Differre verò fortunã à caſu, ex eo quia quæ fortuna fiunt, caſu quoq; fiant, cũ fortuna ſolùm in noſtris actionibus verſetur: quæ verò caſu fiunt, nõ omnia fortuna. In his enim caſus etiã conſiſtit, quæ ad actiones noſtras non attinent. Inſuper fortunam ad homines tantùm ſpectare, caſum autem nõ ad homines ſolùm, ſed ad bruta, & ad reliqua quoq; vita carentia. Epicurus inconſtantem & ipſe cauſam, modis, temporibus, perſonis, fortunam dicit. Anaxagoras, & Stoici cauſam, quæ humano diſcurſu aſſequi non poſsit, atque alia quidem, neceſsitate: alia, fato: alia, electione: alia, fortuna: alia, caſu fieri.

D

De finitate, & infinitate Mundi. CAP. XXXIX.

PYthagoras primus hanc rerum omnium congeriem Mundum appellauit, exactam eius diſpoſitionem contemplatus. Thales, & qui ab eo deriuarunt, vnum Mundum aſſeruit. Democritus & Epicurus, & vtriuſq; magiſter Leucippus, infinitos in infinita vacui amplitudine ſitos. Empedocles cùm in ſuprema parte Mundi ſolem circumuolui faciat, Mundum finitum ſtatuit, Seleucus autem infinitum. Diogenes vniuerſum quidem infinitum dicit, Mundum autem finitum. Stoici multùm inter vniuerſum, & totum intereſſe

eſſe dicunt:ac vniuerſum quidem infinitum eſſe,cùm vacuum,quod infinitum eſt,comprændat: totum autem,quia vacuum excludit,finitum eſſe. Quare cùm totum & Mundus idem ſint, Mundum finitum eſſe.

De figura Mundi. CAP. XL.

ARiſtoteles & Stoici rotunda figura Mundum cõſtare dicunt:alii partim cono, partim ouo ſimilem malunt. Epicurus & his,& id genus reliquis Mundum conſtare poſſe concedit.

De anima Mundi. CAP. XLI.

REliqui omnes animam habere, prouidentiáq; regi Mundum arbitrantur. Democritus, & Epicurus,& quotquot atomos,ac caſum introducunt,neq; animã habere,neq; prouidentia regi ipſum inquiunt, ſed bruta quadam natura. Ariſtoteles non anima,non ratione,non mente,non prouidentia præditum Mũdum omnibus ſuis partibus exiſtimat:ſed cælum tantummodo.Cæleſtes enim orbes ſingulos, & animã, & vitam habere:reliqua verò infra cælum poſita, omnibus his carere. Quòd ſi ordine aliquo frui videantur, non ex ſe illa ipſum habere,ſed incidenter, quatenus à cæleſtibus corporibus reguntur.

De æternitate Mundi. CAP. XLII.

PYthagoras,& Plato factum à Deo Mundum arbitrantur,ac quantũ in ipſo eſt, interire poſſe.Nam cùm ſenſibus percipiatur, corporeum eſt,& diſſolubile:non intercidet tamen Dei prouidentia,& cuſtodia præuentus. Epicurus,& Stoici Mundum interiturum concedunt,ortus cùm ſit,id quod & reliquis accidere videmus & animalibus,& ſtirpibus. Xenophanes ingenitum,ſempiternum,indelebilem,defendit. Ariſtoteles,quæ infra Lunam ſunt,mortalia, quæ verò ſupra, immortalia ſtatuit.

An Mundus alatur. CAP. XLIII.

ARiſtoteles,qui Mundum ſempiternũ tuetur,nullo ipſum alimento indigere concedit.Nam ſi nutrimẽto egeret,interiret tandẽ.Heraclitus ex iis,quæ hîc corrumpuntur,ipſum ſibi Mundum immutatione quadam nutrimẽtum ſubminiſtrare putat. Philolaus ex Pythagoricis vnus corruptiones duas eſſe dixit. Interdum nanq; ignem è cælo deſcendere, interdum verò lunaris aquæ circumuerſatione aerem effundi: horum itaq; exhalationibus cælum nutriri.

A quo elemento Mundus exordium ceperit. CAP. XLIIII.

PHyſici Mundum à terra exordium ſumpſiſſe dicunt,tanquam à centro, quod rotundis omnibus eſſe principiũ ſolet. Pythagoras ab igne. Empedocles ætherem primò extitiſſe dicit,tum ignem, poſteà terram, de qua circumuoluentis ſe cæli impetu vehemẽter adſtricta, exiliit aqua,quæ in vaporem conuerſa, aerem peperit.Cælum autem æthere,ſolem igne ſolo conſtare credit:reliqua verò, quæ hîc apud nos ſunt, ex aliis. Plato cùm viſibilem hunc Mundum ad imitationem Mundi intelligibilis factum exiſtimet,animũ primum extitiſſe dicit, tum corpus, quod ex igne & terra primo,ex aere & aqua ſecundo conſtat. Pythagoras cùm quinque tãtùm figuras ſolidas eſſe cerneret, quas etiam mathematicas appellant, è cubo terram natam credidit,è pyramide ignem,ex octaedra aerem, ex icoſiedra,aquam,è dodecaedra cælum. Atq; Plato hac quoq; in parte Pythagoram ſectatus eſt.

De ordine partium Mundi. CAP. XLV.

MVndi partes ita inter ſeſe complicatas Parmenides aſſeruit,vt vna ab alia contineatur. Acquãuis omnes ex raro & denſo conſtent, eas tamen, quæ

A in medio ſunt,ex opaco,& lucido miſtas,quę verò cęteras continet,inſtar muri ſolidam eſſe. Leucippus,& Democritus tunicam,& membranam quandam Mundo circumponunt. Epicurus partim raro,partim denſo Mundos operimento inuoluit, quorum alios circumagi putat,alios autem minimé. Plato ſupremo loco ætherem collocat,tum ignem, poſteà aerem, déinde aquam,vltimò terram, interdum tamen ætherem igni coniungit. Ariſtoteles ætherem primò collocat, quem incommutabilem,& quintum corpus facit: ab eo commutabilia diſponit,ignem, aerem,aquam, & infimo loco terram. His autem ita motum attribuit,vt quintum corpus, hoc eſt, cæleſtes orbes, circumuoluantur. Alia verò,quæ infra cælum ſunt, recto motu ferantur,ac leuia quidem,aſcendant,ignis,& aer:grauia verò,deſcendant,aqua,& terra. Empedocles, nec definita, nec eadem loca ſemper habere ſenſit elementa,ſed in alterius locum omnia ſuccẽdere.

De Mundi inclinatione. CAP. XLVI.

B DIogenes,& Anaxagoras poſt Mundi conſtitutionem, & animalia genita ex terra, ſponte Mundum,vnam ſui partem ad Auſtrum inclinaſſe,alteram ad Septẽtrionem extuliſſe. Fortaſſe verò diuina prouidentia, vt quædam Mundi partes habitari poſſent, quædam non habitari,pro caloris, frigoris,& temperiei conditione. Empedocles aerem,inquit,Solis impetu adactum,boreales plagas extuliſſe, Auſtrales autem depreſsiſſe, atq; ita totum Mundum inclinatum eſſe.

An extra Mundum aliquid ſit. CAP. XLVII.

QVi duce Pythagora philoſophati ſunt,extra Mũdum vacuum eſſe dixerunt. Vacuum nanq; reſpirando Mundus attrahit, expirando remittit. Stoici quoq; ideo vacuum foris eſſe volunt,vt cùm Mundus

C conflagrabit, in ipſum diffundi queat. Id autem vacuum infinitum eſſe,quãquàm Poſidonius infinitum ipſum non facit, ſed tantum ſolummodo, quantum ad diſſolutionem Mundi ſufficiat, libro primo de vacuo. Diogenes vacuum & ipſe adſtruit. Plato, & Ariſtoteles nec intra Mundum, nec extra vacuum ponunt.

De dextra,& ſiniſtra Mundi parte CAP. XLVIII.

PYthagoras,Plato,Ariſtoteles,dextram Mundi partem orientalem faciunt,vnde motus incipit:occidentalem verò ſiniſtram. Empedocles quæ ad ſolſtitium,dextram:quæ ad brumam,ſiniſtram diffinit.

De cæli eſſentia. CAP. XLIX.

ANaximenes extimam Mundi circunferentiam, terream eſſe credidit: Empedocles cælum ſolidũ

D eſſe putat, conſtaréque ex aere in morem cryſtalli ab igne durato, & vtroq; hemiſphærio tam ignẽ, quàm aerem cõtinere. Ariſtoteles è quinto corpore, ipſum facit,reliqui ex igne, ipſúmque ex calidi, frigidíque commiſtione compactum.

De cæli ſegmentis. CAP. L.

THales,Pythagoras, & qui ab eis manarunt,cælũ in quinque circulos diuidunt, quos zonas appellant. Horum is,qui nobis ſemper apparet,arcticus vocatur:ſequens, ſolſtitialis:tertius,æquinoctialis:quartus, brumalis:vltimus,antarcticus: qui noſtris oculis hîc aſpici non poteſt. Obliquus autem circulus,quem Zodaicum nominant, tres medios coniungit, ductos autem à Septentrione ad Auſtrum, æquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram verò ferunt

Zodaici obliquitatem primum animo concepiſſe, quod ſibi tamen Oenopides Chius arrogare, tanquam à ſe inuentum, non dubitauit.

De ſtellis CAP. LI.

THales è terra quidem conſtare ſtellas opinatur, verùm ignitas eſſe. Empedocles ignem tantùm, quẽ æther compreſſus quo tempore dirimebantur elementa, illhuc ſubmiſit. Anaxagoras ætherem igneum eſſe ex ſui natura putat, ipſúmq; circumuolutionis ſuæ vehementia, lapides è terra ſurripere, quos ſurſum euectos, & inflammatos, ſtellas aſſerit. Idem rurſus alio in loco ſtellas appellat ſaxa latentia, quæ crebrò in terram decidentia extinguuntur: ſicuti contigit cùm in Aegos fluuium candens ſaxum in morem ſtellæ cecidit. Diogenes ſtellas opinatur périnde, atq; pumices, & raros lapides, ac per eos Mundum reſpirare. Empedocles fixas cryſtallo (ſic enim ipſe cęlum appellat) adnexas: Errantes autem, ſolutas aſſeuerat. Plato quanuis ſtellas maiori ex parte igneas eſſe credat, tamen aliorum elementorum expertes eas non iudicat, ſed elementis glutinis vice contineri. Xenophanes è nubibus accenſis conſtare ſtellas arbitratur, eáſq; interdiu extingui, noctu accendi, non aliter, atq; carbones ſolent, ortúmque, & occaſum nihil aliud eſſe, quàm nubium accenſionem, & extinctionem. Heraclides, & Pythagorei ſingulam quanq; ſtellam, vnum Mundum eſſe, terram, aquam, aerem, & ætheremcompræhendentem, ferríq; per aerem infinitum. Hęc opinio in ſacris Orphei contineri perhibetur, quibus initiati quanq; ſtellam vnum Mundum arbitrantur. Epicurus nihil iſtorum non admittit, cùm id genus omnia contingere poſſe concedat.

De ſtellarum figura. CAP. LII.

STоici ſtellas rotundas exiſtimant, vt & Mundum, & ſolem, & lunam. Cleanthes, coni figura. Anaximenes, tanquam clauos cælo adactos. Alii tanquam folia candentia, & picturas.

De ordine ſtellarum. CAP. LIII.

XEnophanes vna ſuperficie ſtellas omnes moueri credit. Stoici quaſdam altiùs, quaſdã ſummiſsiùs ferri. Democritus ſtellas ita diſponit, vt fixę ſummum locum teneant, vagæ ſuccedentem, inter quas ſolem, & lunam reponit. Plato poſt fixas Saturnum collocat, déinde Iouem, poſteà Martem, déinde Venerem, poſteà Mercurium, déinde ſolem, vltimò lunam. Mathematicorum alii Platonem ſequuntur, alii ſolem in medio ſtatuũt. Anaximander, & Metrodorus Chius, atq; Crates, ſupremum locum Soli dant, ſuccedẽtem Lunæ, tertium ſtellis fixis, & vagis.

De motu ſtellarum. CAP. LIIII.

ANaxagoras, Democritus, & Cleanthes, ab ortu in occaſum ferri ſtellas omnes exiſtimant. Alcmæon, & mathematici vagas ex aduerſo fixis incedere dicunt: hoc eſt, ab occaſu in orientem. Anaximander vehi ſtellas exiſtimat, ab eo orbe, cui inſunt. Anaximenes eodem pacto ſub terra, quo ſuprà moueri. Plato, & cùm eo mathematici Solem, Venerem, & Mercurium eodem tempore curſum ſuum abſoluere dicunt.

De ſtellarum lumine. CAP. LV.

MEtrodorus omnes ſtellas tam fixas, quàm vagas lucẽ à ſole accipere iudicat. Heraclitus, & Stoici nutriri ſtellas putant è vaporibus ſurſum eleuatis. Ariſtoteles non indigere nutrimento cæleſtia dicit, æterna cùm ſint, & corrumpi nequeant. Plato vt Mũdum, ſic ſtellas è ſe ipſis nutriri ſentit.

A

De ſtellis, quas Caſtoris & Pollucis uocant.

CAP. LVI.

XEnophanes ſtellas, quæ in nauigiorum malis, & antennis quãdoq; videntur, nubeculas quaſdam eſſe credit, quæ certo quodam motu agitatæ reſplendent. Metrodorus nautis timore conſternatis oculos interlucere putat.

De ſtellarum ſignificatione. CAP. LVII.

PLato, ſolem, lunam, & alias ſtellas tã vagas, quàm ſtabiles, occaſu & exortu ſuo tempeſtates, quę æſta te & bruma contingunt, ſignificare non dubitat. Anaximenes non ex aliis, ſed ex ſole ſolo, hæc intelligi vult. Eudoxus, & Aratus ex omnibus indifferenter.

De ſole. CAP. LVIII.

ANaximander orbem eſſe putat octies vigeſies terra maiorem, ſimilémque rotæ plauſtri canthum habentem, concauum, igne plenum, quem nobis ore

B

quodam paruo, tanquam per modioli foramen oſtendit, hócq; ſolem eſſe. Xenophanes è ſiccis vaporibus igniculos quoſdam cõuenire dicit, qui in vnum corpus redacti, ſolem conſtituant, vel ſolem accenſam nubem eſſe. Stoici ſolem inquiunt ignitum fluentum eſſe, è mari illhuc euectũ. Plato ipſum maiori ex parte, igne conſtare credit. Ariſtoteles globum è quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus vitro ſimile, quod ab igne, qui in Mundo eſt, lucem ſuſcipit, & eam ad nos remittit. Qam ob rem tria requiri ad Solis conſtitutionem: ignis, qui in cælo eſt: corpus, quod ab ipſo périnde, atq; ſpeculum quoddã igniri, & illuſtrari poſsit: & tertiò, lux, quę ab eo ſpeculo repercuſſa ad nos vſq; diffundatur. Nam & hanc lucem ſolem appellare ſolemus, tanquam ſimulacrum ſimulacri. Empedocles duos ſoles exiſtimauit, vnum præcipuũ,

C

atq; primum, hoc eſt, ignem, qui eſt in oppoſita, & dimidia cæli parte, quam replet, quíq; ſemper ex aduerſo ſuæ imaginis, hoc eſt, Solis noſtri, incedit. Alterũ, eum, quem ſpectamus, ſolem, qui repercuſsio eſt lucis eius, quam ex præfata cæli parte aere concalefacto plena antè dictus ignis ſuffundit, ac in corpus ſolare, quod eſt cryſtallo perſimile, mittit, vbi refracta ad nos deſcendit, & ad primi Solis motum circunfertur. Atq;, vt tam multa duobus verbis explicem, ſol eſt repercuſsio ignis, qui circa terram mouetur. Epicurus collectionem terræ pumicis, ſpongiæ've perſimilem putat, quam ignis eius foramina permeans accendit. Heraclitus collectum vaporem, qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De magnitudine Solis. CAP. LIX.

ANaximander ſolem quidem æqualem terræ credidit, orbem verò, quo fertur, & è quo reſpirat,

D

ſepties vigeſies terram excedere. Anaxagoras multoties Peloponneſo maiorem. Heraclitus quantum eſt humani pedis longitudo. Epicurus omnia, quæ hactenus attulimus, aliâs contingere poſſe: talem tamen hunc eſſe, qualem ipſum ſpectamus, parúmque vel maiorem, vel minorem eſſe.

De figura Solis. CAP. LX.

ANaximenes ſolem, vt folium extentum iudicauit. Heraclitus peluis inſtar intus concauum, foris conuexum. Stoici rotundum, vt cælum eſt, & ſtellæ. Epicurus ipſum poſſe hiſce omnibus eſſe figuris admittit.

De conuerſione Solis. CAP. LXI.

ANaximenes ideo ſolem conuerti putat, quòd ab aere denſato, & obnitẽti retro pellatur. Anaxagoras eum repelli ab aere, qui Septentrioni ſubeſt, cẽſet, quémq;

quémq; ſol ipſe compingens valentiorem iam denſitate reddidit. Empedocles cùm ab orbe, quæ ipſum defert, tum à brumæ, & ſolſtitii circulis, ſolem prohiberi credit, ne rectà ad polos deſcendat. Diogenes, quia ſol extingueretur, frigore calorem oppugnante. Stoici eatenus ſolem progredi volunt, quoad alimentum inueniat. Oceanum autem, & reliqua maria ſoli nutrimentum ſubminiſtrare vapores ſubmiſſos, cum quibus terræ quoq; exhalationem admiſceri volunt. Platò, Pythagoras, Ariſtoteles, ob ſigniferi obliquitatem, qua ſol obliquè meare cogitur, & ſecundum brumæ, ſolſtitiíq; circulos progredi. Hæc autem omnia ænea ſphæra docet.

De Solis defectu. CAP. LXII.

THales interuentu lunæ, quæ ſuapte natura opaca eſt, ſolem deficere primus dixit, idque ex ſuppoſito Soli ſpeculo facilè diſcerni. Anaximander clauſo foramine, per quod ignis euaporat. Heraclitus conuerſione partis eius, quæ concaua eſt, ad ſuperiora, eius verò, quæ conuexa eſt, ad noſtros oculos. Xenophanes deficientem ſolem extingui putat, rurſúſq; renaſcentem alium accendi, narrátq; ſolem aliquando integro menſe defeciſſe, rurſus alio tempore ſic ex toto defeciſſe, vt interdiu nox eſſe videretur. Sunt qui putent denſam nubem noſtris oculis incompertam ſolem occupare. Ariſtarchus ſolem in errantibus ſtellis annumerat, terrámque circa Solis circulum mouet, qua inclinante Solis orbem adumbrari credit.

De luna. CAP. LXIII.

ANaximander orbem lunę decies nouies terra maiorem exiſtimat, ac, quemadmodũ de ſole diximus, rotæ plauſtri ſimilem canthum habere, concauum, igne plenum, vno foramine vaporantem. Xenophanes accenſam nubem. Stoici corpus ex igne, & terra compactum. Plato ignem maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus ſolidum, ignitum, campos, montes, & valles habens. Heraclitus terram nebula incluſam, Pythagoras & ipſe ignem eſſe lunare corpus exiſtimat.

De magnitudine lunæ. CAP. LXIIII.

SToici maiorem terra lunam computant, quemadmodum & ſolem. Parmenides æqualem Soli, à quo lunam quoq; illuſtrari dicit.

De figura lunæ. CAP. LXV.

STOici rotundam lunam dicunt, ſicut & ſolem. Empedocles, diſco ſimilem. Heraclitus, pelui, hoc eſt, orbicularem, & concauam: nonnulli oblongam. Figuram verò luna ſeptem modis aſſumit: nam ab interlunio diſcedens cùm primùm apparere incipit, cornuta ſpectatur, tum dimidia, pòſt ſemiplena, demum rotunda, rurſus à plenilunio reuertens ſemiplena euadit, hinc dimidia, poſteà cornuta, videri poſtremò deſinit, donec iterum nouetur. Multa verò hac de re vltro citróque dicuntur. Quidam id vmbra terræ contingere credunt, quæ modò totam, modò partem aliquã eius occupet.

De lumine lunæ. CAP. LXVI.

ANaximander ipſam peculiarem lucem habere cenſuit, rariorem tamen. Antipho proprio lunã ſplendore fulgere docet, quòd ſi paulatim abſcondatur, id illi contingere Solis propinquitate. Sic enim à Natura inſtitutum eſſe, vt minor lux maioris acceſſu ſopiatur. Id quod & reliquis ſtellis euenit. Thales, & qui ab eo deriuarunt philoſophi, lunam à ſole illuſtrari dixerunt. Heraclitus idem lunæ, quod Soli, contingere defendit. Stellas enim, quoniam concauæ ſunt, & vapores excipiunt, lucere videri, ac ſolem quidem

A ſplendidiùs, cùm in puriori aere feratur: lunam verò languidiùs, quia turbulento magis incedat.

De lunæ defectu. CAP. LXVII.

ANaximander ideo lunam deficere putat, quòd os rotæ obſtruatur. Beroſſus quia ad nos conuertat partem, quæ minus lucet. Heraclitus, quia auertat partem, quæ caua eſt. Pythagoreorum quidam lunam aſſeuerant reflectere, & intercipere lucem, illúdq; noſtra, hoc antipodũ terra fieri. Plato, Ariſtoteles, Stoici, & mathematici, concordes aſſerunt lunam cõgreſſu Solis occultari, digreſſu illuſtrari. Deficere autem terrenæ occurſu vmbræ, quę tum temporis ex diametro plus minus inter vtrunq; ſidus porrigitur.

De maculis lunæ. CAP. LXVIII.

PYthagorici lunam idcirco maculis interpunctam arbitrantur, quia maiora animalia, & proceriores arbores habeat, quàm hic apud nos reperiantur. Eſſe verò decies quinquies animalia illa noſtris grandiora,

B robuſtioráque, nec vſitatum vllum excrementi genus emittentia. Diem quoq; quantum diximus, longiorẽ noſtro. Anaxagoras in diuerſitatem partium hoc refert. Lunam enim ex attenuatis, & corpulentis partibus componi, quam ob rem opacam lucidis interiectã videri, ſtellámque lucis ementitæ lunam ideo nuncupari. Stoici quoq; non integrè compactam lunam fatentur, quia diſsimiles partes habeat.

De diſtantia lunæ. CAP. LXIX.

EMpedocles plus duplo lunam diſtare cenſet à ſole, quàm à terra. Mathematici deciesoctíes plus. Eratoſthenes ſolem à terra diſtare computauit ſtadiorum millibus centum triginta, lunam autem viginti octo.

De annis. CAP. LXX.

ANnus is, qui Saturno attribuitur, annorum eſt triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorũ: qui

C Soli, menſium duodecim. Veneri totidem & Mercurio deputantur. Eodem enim tempore, quo ſol, curſum ſuum peragunt: Lunæ verò annus dierum eſt triginta. Tot enim dies menſis comprændit, ſi quis à cõgreſſu ad egreſſum numeret. Annum verò, quem magnum appellant, quidam octauo quoq; anno compleri dicunt: alii decimonono: quidam ſexageſimoprimo. Heraclitus decem & octo millibus annorum ſolarium. Diogenes è trecentis ſexagintaquinque annis tam longis, quàm eos Heraclitus facit: nonnulli ſeptem millibus ſeptingentis octuaginta ſeptem.

De circulo lacteo. CAP. LXXI.

CIrculus lacteus è nubibus conſtat. Is noctu in aere ſemper apparet, lacteúſque eſt de ſuo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipſum

D eſſe veſtigium incendii ſtellę cuiuſdam, quę Phaethõtis tempore ſuis ſedibus excidit, & loca, per quæ circumuoluta eſt, exuſsit. Alii ſolem antiquo tempore illhac iter ſuum peregiſſe dicunt. Quidam nihil iſtorum volunt, ſed id modò ſic nobis apparere ex multitudine luminis cæleſtis ignis, quod illis in locis à cælo, tanquam à ſpeculo quodam fractus ad noſtros oculos reiicitur. Id quod etiam cæleſtis arcus nubes facere conſueuerunt. Metrodorus, hunc Solis circulum eſſe putat, qui Solis diſceſſu conſpici poteſt. Parmenides rarum denſo commiſtum, lacteum colorem procreare aſſeuerat. Anaxagoras vmbram terræ lacteum circulum exiſtimat, quem ideo cælum ita occupare vult, quia ſol cùm terræ ſubeſt, omnia illuſtrare non poſsit. Democritus ſplendorem

multa

multarum,paruarum,& cohærentium stellarum,quę, crebræ cùm sint, coniunctam lucem fundere videntur. Aristoteles exhalationis siccæ incendium, quæ iugiter,& abundè succedit,non aliter,atq; in crinitis fit,quas infra planetas esse non dubitamus, & ab igne accendi. Stoici ignis ætherei raritatem,ipsumq; superiorem planetis. Posidonius & ipse ignis aceruum lacteum circulum credidit,qui licet stellis clariùs luceat,splendorem tamen continuum habet.

De crinitis & discurrentibus stellis,ac trabibus.

CAP. LXXII.

PYthagoreorum aliqui crinitas inquiunt stellas esse de numero illarum,quæ non semper apparent, sed certis quibusdam temporum spatiis oriũtur. Aliqui repercussionem visus nostri ad solem,non aliter, atq; in speculis fieri solet. Anaxagoras, & Democritus conuentum duarum,pluriúmve stellarum sese illustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis accensam cõgeriem. Strato sideris alicuius lucem densa nube retẽtam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem prealtam illhic à superna luce illustratã. Eandem hic barbatis,areis,trabibus, columnis, & id genus aliis, causam assignat, vt omnes Peripatetici faciunt, qui ex inflammatis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes vaporem terræ commistum,in altum eleuatum,ibíque accensum. Boethus ardentis aeris id speciem esse credit. Diogenes, stellas quidem crinitas putat, sed quæ impẽdens alicuius periculum significent. Anaxagoras quas discurrentes stellas vocant,périnde atque scintillas ex æthereo igne cadere putat,quam ob rem statim quoq; extingui. Metrodorus ex Solis radiis violenter nubem, vt sagitta solet, irruentibus,discurrentis stellæ speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones incursionésve existimat.

De tonitruo,coruscatione,fulmine,turbine,& conuolutione CAP. LXXIII.

ANaximander hæc omnia spiritu contingere existimat. Is enim densæ nubi inclusus erumpere nititur qua parte tenuior & leuior ea fuerit: nubis disruptio,tonitru: spiritus expansio, secus nubem atram, coruscationem facit. Metrodorus cùm in nubem, inquit,densitate compactam spiritus irruit,frangendo, & discindendo tonat,percutiendo, & diuellendo micat. Quòd si inter motus festinationem à sole quoq; calorem spiritus is acceperit,fulminat: fulmen autẽ cùm impotens fuerit,in turbinem degenerat. Anaxagoras cùm calor,inquit,frigus impetit, hoc est, cùm ætheris pars spissum aerem inuadit,crepitu,tonitruũ facit, colore, quem ex vicinitate nubis atræ promit, coruscationem:luce verò cùm multa,tum magna, fulmen procreat:corpore paulò plus densato, conuolutionem gignit:nubilosiore,turbinem absoluit. Stoici nubium concursionem, tonitruum diffiniunt,coruscationem earundem accensionem attritu excitatam: fulmen,violenter actæ nubis incensionem: turbinem tardiùs motæ nubis progressum. Aristoteles omnia ista è siccis vaporibus componit,qui cùm in humidos inciderint,erumpere conantur. Dum igitur sicci humidos impellunt,& discindunt,strepitus excitatur:id tonitru est. Dum protrudunt & erumpunt,inflammãtur:hæc quoq; coruscatio est. Cùm vehementiori impetu tanquàm è catapulta exilierint,multò magis accensi ruunt:fulmen hoc appellatur. Nam turbo à conuolutione hoc differt,quòd ille calidiori,hæc densiori materia constat,vtrunq; tamen multam habet,

De nubibus,pluuia,niue, & grandine.

CAP. LXXIIII.

A ANaximenes ex aere plurimùm densato consistere nubes arbitratur. Idem ex eodem adhuc plus inspissato, pluuiã exprimi putat. Quòd si dum cadit, pluuia gelascat, niuem procreare, & grandinem, si à vento aliquo frigido comprændatur. Metrodorus è vaporibus aquosis in sublime delatis nubes componi censet. Epicurus ex atomis: rotundari verò grandinem,& pluuiam longo per aerem descensu.

De arcu cælesti. CAP. LXXV.

EOrum,quæ in sublimi fiunt, quædam re vera corpus aliquod sunt,vt imber,& grando: quædam autem,quanuis solidi nihil in se habeant,inanem tamen quandam sui speciem oculis nostris obiiciunt. Quod genus est arcus cælestis,de quo tum deniq; aliquid dicemus,si priùs,quo pacto cernamus, explicauerimus.

B Quicquid videmus vel recta, vel curua, vel fracta linea videmus. Nemo verò existimet lineas oculis aspici posse. Nam cùm incorporeæ sint,mẽte tantùm spectari queunt. Rectis lineis videmus omnia,quæ in aere sunt,quæq; cornu,vitro,specularíque lapide interposito,spectamus. Rara enim hæc sunt,& rectis meatibus videnda transmittunt. Curuis lineis aspicimus, quæ aquis subsunt. Quapropter & remi,si quis eos è longinquo spectauerit,curui apparẽt. Curuatur enim visus necessariò,cùm sit aquæ natura densior aere. Fractis lineis intuemur quas in speculis videmus imagines,ad quas arcum quoque cælestem referri dicimus oportere. Priùs tamen humidam exhalationem in nubem mutatam concipiendum est, tum roris instar ex ipsa minutas guttas manare. Cùm igitur sol in occasu vel ortu fuerit(nam arcus Soli cõtrarius sit oportet)

C tum oculi guttas,quas diximus,spectãtes,Solis lucem in eis refractam vident,id est,arcum ipsum cælestem. Guttæ verò non figuræ, sed coloris causa sunt. Tres enim colores arcus habet: phœniceum, viridem, & purpureum, Phœniceum,quia Solis radii synceri penè remittuntur:viridem,quia plus aquæ commisti,minus puri reddũtur:purpureum,quia magis adhuc turbidi sunt,& inter guttas dispersi. Exemplũ sibi quisq; conficere potest, si quis aquam ore sumat, & eam aduerso Soli compressis labiis ita propellat,vt nubis rorem imitetur. Nam si se lux ad guttas refranget, arcũ protinus formari videbis. Sed & qui lippiẽtibus oculis sunt,si ad lucernam respiciant,iridem illhic vidẽt. Verùm hæc Platonis,& Aristotelis mens est. Anaximenes verò cælestem arcum fieri credit, quoties sol in aduersam nubem radios mittit, quos densa,crassa, & nigra cùm sit, euadere non sinit, sed eos in se detinet.

D Anaxagoras lucem Solis ab opposita,densáq; nube repercussam,arcum appellat, quẽ semper è regione Solis consistere dicit. Eandem quoque causam affert cur duo soles,vt frequenter in Ponto contingit, verùm solem hinc inde astare videantur. Metrodorus cùm Solis radii nubem intrarint,tunc nubem viridẽ, radios purpureos apparere dicit.

De uirgis,& gemino sole. CAP. LXXVI.

VIrgæ,quas in cælo videmus,& soles gemini,partim corpus aliquod habent, partim non habent. Habent, quia è nube, quam conspicimus, constant. Non habẽt,quia colorem,quem spectamus, proprius ipsis nõ est,sed aduentitius, vt qui ex iis rebus fit,quæ non sunt,sed apparent. Hi autem omnes affectus, tam qui per naturam sunt, quàm qui per adumbrationem fiunt,similes inter se sunt.

De

De uentis. CAP. LXXVII.

ANaximander ventum existimat fluxum aeris esse, cuius subtilissimas, maximéque humidas partes sol iam absumpserit. Stoici ventum omnem fluentis aeris impetum arbitrantur, qui varias appellationes pro locorum diuersitate sortiatur: nam ab occasu spirãs, Fauonius appellatur: ab oriente veniens, Subsolanus vocatur: ab Vrsa flãs, Aquilo dicitur: ab Africa prorumpens, Africus nominatur. Metrodorus ventos alios tum commoueri dicit, cùm sol aquosæ exhalationis humorem exusserit. Etesias autem, aere iam ad Septentrionem inspissato, recedentem solem pera[c]to solstitio subsequi.

De hyeme, & æstate. CAP. LXXVIII.

EMpedocles, & Stoici hyemem fieri dicunt, aere præualente, sursùmque sua se densitate protrudente, æstatem autem contrà igne inualescente, ac se deorsum ad nos agente.

De terra. CAP. LXXIX.

THales, & qui ab eo deriuarunt philosophi, vnam tantùm terram esse dixerũt. Pythagoreorum aliqui duas, hanc, & huic aduersam aliã. Stoici vnã & finitã. Xenophanes infinitam ex ea parte, qua deorsum tendit, atque ex aere, & igne compositam esse. Metrodorus terram aeris, solem ignis sedimentũ existimat.

De figura terræ. CAP. LXXX.

THales, & eum secuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximander columnæ similem, quæ tamen planam, non rotundam superficiem habeat. Anaximenes mensæ, Leucippus, tympani figuram habere credit. Democritus disco quidem similem, verùm magnitudine concauam putat.

De situ terræ. CAP. LXXXI.

QVi Thaletem secuti sunt, terram in medio positam arbitrantur. Xenophanes primam, vt quę in infinitum radices suas porrigat. Philolaus Pythagoricus ignem in medio statuit, quem totius Naturæ meditullium censet: supra quem terram huic nostræ contrariam, & inde nostram collocat, quam ex opposito sitam illi dicit, & circa eam ferri. Quam ob rem eos, qui illhic sunt, a nobis videri non posse. Parmenides omnium primus terram extra duos circulos habitabilem dixit, solstitialem, & brumalem.

De inclinatione terræ. CAP. LXXXII.

LEucippus terram in austrum propendere credit, ob exilitatem, quæ adest illi parti, eò quòd Septẽtrionalis plaga, quæ summis algoribus infestatur, compacta sit, Australis autem è contrario, combusta. Democritus demisisse sese ad meridiem terram putat, quia satis ea, quæ illhic nascuntur, sustinere non possit. Nanq; Septentrionem, eùm intemperie laboret, pauca gignere, meridiem, bene temperatus cùm sit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De stabilitate terræ. CAP. LXXXIII.

CAeteri quiescere, Philolaus moueri terram asseuerat circa ignem per obliquum circulum, eo modo, quo solẽ, & lunam videmus. Heraclides Ponticus, & Ecphantus Pythagoricus, quanuis moueri terram dicunt, non tamen eam locum suum exire concedũt, sed instar rotæ circa proprium centrum, ab occasu in ortum ferri. Democritus initio terrã leuior, & rarior cùm esset, vagasse fatetur, verùm procedente tempore grauiorem, & densiorem factam, constitisse.

De diuisione terræ. CAP. LXXXIIII.

PYthagoras ad imitationem cæli terram quinque cingulis distinxit, Septentrionali, solstitiali, æquinoctiali, brumali, & Australi. Horum medius, & duo A proximi mediam terram cingunt, atq; pars hæc combusta nuncupatur, vtrinq; quod succedit, vsq; ad Australem, & Septẽtrionalem cingulum, bene temperatum cùm sit, habitabilis regio dicitur, inde quod superest, nimio gelu torpescit.

De concussione terræ. CAP. LXXXV.

THales, & Democritus terræmotus causam in aquam referunt. Stoici concussionem terræ sic diffiniunt. Terræ concussio, est exitus vaporis humidi è subterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terræ siccitatem, & humiditatem commotionis causam assignat, quarum illam æstus, hanc pluuia gignit. Anaxagoras terram tremere putat ob inclusum aerem, qui cùm in superficiem terræ incidat, nec eam præ densitate penetrare valeat, ambientem locum succutit. Aristoteles ob frigiditatem vndiq; ambientẽ, & in abeuntis locum succedere volentem. Nam exhalatio leuis, & calida cùm sit, in superiorem locũ euadere B nititur, sed cùm viarum angustiis, & obliquitate impediatur, ac succedenti quoq; locum dare cogatur, conatus, & altercatio oboritur, ex qua commoueri terram oportet. Metrodorus rem nullam asseuerat, modò propriũ locũ obtineat, moueri, nisi violenter inde propellatur, vel abstrahatur. Quam ob rem terram quoq; sua in sede morantem commoueri non posse, partes tamẽ eius interdum loca inter sese cõmutare. Parmenides, & Democritus terram æqualiter vndiq; recessisse, æqualiter quocunq; propendere dicũt, nec habere causam, ob quam plus huc, quàm illhuc vergat: hínc q; fieri, vt vibrare se possit, mouere tamẽ nõ possit. Anaximenes ideo terram succuti putat, quia terram, lata cùm sit, aeri, tanquam vehiculo, insidere credit. Alii, quia périnde atq; crusta, seu tabula mari incumbat. Plato sex genera recti motus enumerat, sursum, deorsum, in dextram, in læuam, ante, retro, horũ C nullo terram moueri cõcedit. Nam cùm non habeat quò plus inclinet, immota remanet, quædam tamen eius loca concaua inclusis flatibus agitari. Epicurus fieri posse dicit, vt ab incluso, crassóq; aere, vt qui aquæ naturam adhuc sapiat, terra concutiatur, & veluti subter pulsata quatiatur: fieri quoq; posse concedit vt, cauernosa cùm sit, ab interfuso spiritu huc illhuc per cauernas discurrente commoueatur.

De salsedine maris. CAP. LXXXVI.

ANaximander humoris primi reliquias mare existimat: maiori nanq; parte, quæ dulcis erat, igni consumpta, reliquum, quod extenuari non potuit, amarum substitisse. Anaxagoras cùm, inquit, inter initia stagnaret aqua, cõtinua Solis obambulatione vri cœpit, atq; ita factũ est, vt pingui in vapores ablato, re D liquum, & amarum, & salsum remãserit. Empedocles terram putat Solis caloribus æstuantem sudorem fundere, eúmq; maris fluctibus elutum salsedinis causam esse. Antipho quoq; sudorem corporum æstuantium mare credit. Metrodorus mare putat tanquam per colum à terra transmitti, atq; ita crassitiem, & salsedinẽ ab ea mutuari, non aliter, atq; transmissa per cineres aqua solet. Platonici aquam dicunt, quæ gignitur ex aere frigoris opera, dulcem esse: quæ verò caloris ope resudat, aut euaporat, salsam.

De accessu, & recessu maris. CAP. LXXXVII.

ARistoteles, & Heraclitus solem dicunt ventos cõ plures excitare, & circunducere. Flãtibus igitur ventis, Atlanticum mare pelli, pulsum intumescere, tumens litora inundare: rursus cessantibus ventis aquas

aquas retrahi, hócq; receſſum, illud acceſſum eſſe. Euthymenes Maſsilienſis ad incrementum, & decrementum lunæ, mare creſcere & decreſcere iudicat. Plato mare attolli credit, aquis inſurgentibus, ſubſidere, deſcendētibus. Oſtium enim quoddam eſſe, per quod aquæ vltro, citróq; reciprocant, indéque maris accurſum, & recurſum fieri. Timæus complures fluuios è Celtarum montibus in Atlanticum pelagus labi putat. Horum incurſu protrudi, & inūdare mare credit, defectu reuocari, & ſubſidere. Seleucus, cū & ipſe mo ueri terram opinetur, exiſtimat eam ſua cōuolutione in lunæ obuolutionem incidere, ſicq; afflatum inter duo corpora repercuſſum, in Atlanticum pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile eſt.

De incremento Nili. CAP. LXXXVIII.

THales eteſias ventos aduerſus Aegyptum flantes Nilum attollere credidit. Nam cùm aduenientis pelagi tumor ipſum erumpere non ſinat, increſcat oportet, & alueum exeat. Euthymenes Maſsilienſis externis oceani maris aquis, quas ipſe dulces exiſtimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras Aethiopiæ niuibus, quæ per hyemem denſatæ, æſtiuo tempore liqueſcant. Democritus & ipſe niuibus, ſed quæ in Septentrione ſint. Peracto namq; ſolſtitio reſolui niues illhic iudicat, & eas in vapores primùm, ac nubes mutari, tū ab eteſiis in meridiem & Aegyptum expelli: repentinos itaque illhic imbres effundi, quibus Nili paludes reſtagnent, & Nilus ipſe abundet. Herodotus is, qui conſcripſit hiſtoriam, æqualem dicit æſtate & hyeme Nilum è fontibus manare, per hyemem tamen minorem eum videri, ob ſolem, qui tum vicinus Aegypto diſcurrēs, eius aquas extenuat. Ephorus hiſtoriarum ſcriptor & ipſe, narrat æſtiuo tempore Aegyptum vniuerſam laxari, atq; ita magnam aquarum vim erumpere: Arabiam quoq;, & Libyam, rara, arenoſáq; terra cùm ſint, ad id plurimum contribuere. Eudoxus ab Aegyptiis ſacerdotibus ſe accepiſſe memorat permutationem æſtatis in hyemem cauſam eſſe, vt Nilus quotannis exūdet. Nam quando nobis, qui ſub Cancro degimus, æſtas ingruit, habitantibus ſub Capricorno hyems adeſt. Quo fit vt inde aduectus Nilus, continuis pluuiis auctus increſcat, & ruptis alueis latiſsimè ſpatietur.

De ſenſu. CAP. LXXXIX.

SEnſum ita Stoici diffiniunt, Senſus eſt rei ſenſilis comprænſio. Multis autem modis ſenſus dicitur. Nam & habitus, & potentia, & actus, & imaginatio, ea, quæ per inſtrumentum aliquod res comprændit, & id poſtremò quod ipſi octauo loco numerant animæ principatum, à quo ſenſus omnis manat. Rurſus inſtrumentum ſenſus appellatur, ſpiritus intelligens à principatu animæ in membra ſenſuum miſſus. Plato ſenſum enūtiat corporis & animæ ſocietatem, ad ea, quæ foris ſunt, cognoſcenda. Vim namq;, quæ id facit, animæ, inſtrumentum, quo facit, corporis eſſe. Conueniunt autem vtraq; ad ea percipiēda, quæ extrinſecus poſita ſunt. Leucippus, & Democritus ſentire, & intelligere nos putant è ſimulacris rerum nobis obuiantium. Neminem enim intelligere, aut ſentire poſſe, cui ſimulacrum eius rei non occurrat.

De ueritate ſenſuum, & imaginationum. CAP. XC.

STοici ſenſus omnes veros arbitrantur, imaginationum verò quaſdam veras, alias falſas. Ac ſenſum quidem vno tantùm modo falli in iis, quæ ad intellectum pertinent, imaginationem verò tam in iis, quæ ad ſenſum, quàm iis, quæ ad intellectum ſpectant, aberrare. Epicurus tam ſenſum, quàm imaginationem veram putat, ſed opinionum alias falſas, alias veras eſſe.

De numero ſenſuum. CAP. XCI.

STοici quinque particulares ſenſus enumerant, viſum, auditum, olfactum, guſtatum, & tactum. Ariſtoteles ſextum quidem non addit, ſed communem quendam ſenſum omnium iudicem conſtituit, ad quem ſinguli ſenſus ſua viſa renuntiant. Is enim ſingula diſcernit, & quo modo ab vna re ad aliam ventum ſit, docet, veluti figura, vel motu. Democritus plures ſenſus bruta, quàm deos habere credidit.

De notionibus anticipatione, & ratione. CAP. XCII.

CVm, inquiunt Stoici, homo naſcitur, præcipuam animæ partem habet, périnde atq; membranam ſcribendi literis aptā. Siquidem in ea notiones quaſque notat. Primus adnotandi modus eſt, qui per ſenſus, fit, vt ſi quis tunicam albam videat, iis ea remota tunicæ memoriā habet. Ac ſi multoties ipſam videat, multas memorias habebit. Memoriæ multæ, experiētia nuncupantur. Experientia namq; nihil aliud eſt, quàm eiuſdem rei ſpecie plures memoriæ. Notionū autem aliæ naturâ fiunt, quo diximus pacto, aliæ diſciplina, & arte comparantur, atq; hæ tantùm notiones appellantur, illæ anticipationes etiam nominantur. Ratio verò, qua rationales dicimur anticipationibus intra primum ætatis ſeptenarium completur. Eſt autem diſcurſus de re imaginabili. Res autem imaginabilis ſimul atq; in rationali anima ſuſcepta eſt, ratiocinatio dicitur, nomine à ratione ducto. Quapropter in reliquis animalibus imaginabilis res non cadit, verùm in nobis tantùm, & in diis. Sed quæ in nobis cadunt, ea genere imaginabilia ſunt, ſpecie verò diſcurſus.

De imagine, imaginario, imaginatione, & imaginabili. CAP. XCIII.

CHryſippus inter ſe differre quatuor hæc exiſtimat, imaginem, imaginarium, imaginationem, & imaginabile: vt imago ſit animę affectio, quę tam ſe, quàm authorem oſtēdat: veluti cùm quis albedinem intuetur, ex aſpectu affectio quędam in illius animo naſcitur, eíque res ipſa, quę alba eſt, reſpondet. Quod de viſu diximus, id quoq; de reliquis ſenſibus cenſeatur. Imaginarium autem id eſt, quod in animo ſui imaginem cauſare poteſt: cuiuſmodi ſunt alba, frigida, & omnia, quę exteriores ſenſus mouere poſſunt. Imaginatio, affectio eſt animi nullo quinque ſenſuum obiecto, ſed potiùs quadam animi propenſione excitata. Sic tyronibus contingit, qui ſe ad pręlium exercentes, ſpeciem hoſtis concipiunt, & aduerſus eam ictus ſuos dirigunt, nihil tamen ipſis adeſt, quod enſe diuerberent. Nihil igitur extra imaginationi, quemadmodum imagini, reſpondet. Imaginabile autem eſt illud, in quod inani quadam imaginatione ferimur, atque crebrò hoc euenit in iis, qui atra bile, & furore laborant, quales Oreſtem, & Theoclymum legimus.

De modo uidendi. CAP. XCIIII.

DEmocritus, & Epicurus è re viſa ſimulacrū quoddam attolli putant, ídque in oculos aſpicientis incidere. Nonnulli radios ab oculis ad res egredi, & inde ad oculos reuerti concedūt. Empedocles radios ſimulacris commiſcet, compoſitúmq; iſtud radios: ſimulacri nominat. Hipparchus radios inquit vtroque

ab

ab oculo ad res peruenire, atque earum fuperficiem, tanquam manum, attrectare, & fic rem foris vifam intus renuntiare. Plato videre nos cenfet duorum luminum conuentu. Vno, quod ab oculis emiffum ad certam distantiam prodit: altero, quod è rebus confurgens obuiàm procedit. Aerem verò, qui medius interuenit, affinis luci cùm fit, facilem vtriq; congreffum præbere, præfertim cùm ignea vis oculorum ad id plurimũ conducat. Atq; hæc eft, quæ Platonis collustratio nuncupatur.

De fpeculorum imaginibus. CAP. XCV.

EMpedocles à rebus vifis, quos fimulacri radios appellat, effluere dicit. Hos in fuperficie fpeculi collectos ab ignea vi, quæ de fpeculo prodit, & fecum trahit aerem, in quem radii feruntur, oftendi. Democritus, & Epicurus in fpeculis fimulacrum illud videre nos credunt, quod afsiduè manat è nobis. Nam fimul atq; in fpeculum incidit, cùm vlteriùs tendere non pofsit, conuertitur, atq; ita fe nobis infpiciendum exhibet. Pythagorici eas imagines fieri cenfent ex confractis vifus noftri radiis: feruntur enim ceu ferrum intenti: fed fpeculi denfitate, & læuore retufi, in fefe redeunt: non aliter, atq; manus folet, quæ, fiquid offendat, ad hominem fe retorquet. Hoc ad fuperius caput potiùs attinere videbitur: fed illhuc & alia quoque referri poffunt.

De tenebris. CAP. XCVI.

STOici tenebras videri dicunt. Ex oculis enim in ipfas lucem quandam prodire, nec re vera falli vifum, fed tenebras comprændere. Nam tenebrę vifum colligunt, intercipiunt, ac retundunt: lux autem eundem difpergit, extendit, & ad res vfq; videndas producit. Quam ob rem aer lucidus, medii vicem nobis præbet: tenebrofus, obiecti. Chryfippus ita nos videre inquit: à principali facultate animi fpiritus, non ater, aut obfcurus, fed igneus, & fplendens ad oculorum pupulas mittitur. Inde fi propinquus aer fimilis, hoc eft, lucidus, fuerit, in coni morem ad res vfq; fe profundit: fin difsimilis, id eft, opacus extiterit, tenebris obuiat, atq; fic eas afpicit.

De auditu. CAP. XCVII.

EMpedocles audire nos cenfet aere partem intimã aurium impellente: ea fiquidem in modũ cochleæ obuoluta, ac tanquam tintinnabulum edito in loco fufpenfa, irruentis aeri pulfus omnes agnofcit. Alcmæon autem iftud idem fieri dicit, quòd aures intus vacuæ fint. Vacua nanq; omnia refonare, quoties in ipfa vox aliqua feratur. Diogenes aerem, quem in capite habemus, percuti vocibus, & commoueri credit. Plato, & qui ipfum fecuti funt philofophi, pulfari volunt aerem, qui auribus infidet, pulfum in principalem animæ fedem ferri, fenfũmque fic auditus illhic committi.

De olfactu. CAP. XCVIII.

ALcmæon in cerebro præcipuam animæ partem conftituit, atq; ipfam odores inter refpirandum attractos percipere cẽfet. Diogenes autem, qui ipfam in cordis arteriis ponit, vnà cum fpiritu, qui ad pulmonem defcendit, odores quoq; cordis finus ingredi putat. Atq; ideo cùm quis grauiter fpirat, vt qui deftillationibus laborant, exafperatis, & inuifcatis blena meatibus, odores non percipere.

De guftu. CAP. XCIX.

ALcmæon cùm humiditate & temperato calore, tum mollitie fapores internofcere linguam arbitratur. Diogenes autem, quod inftar fpongiæ rara, &

A tenera fit, fapores combibere, & eos per venas, quæ plurimæ ad ipfam perueniunt, in cor tranfmittere cenfuit.

De uoce. CAP. C.

PLato vocem ita diffiniuit: Vox, eft imperio cogitationis emiffus ore fpiritus, & aer impulfus, qui per aures, & cerebri neruos in animũ vfq; peruenit. Propriè verò hominũ locutio, impropriè aliorum quoque animantium fonitus, & mutarum etiam rerum crepitus, vox appellatur. Epicurus vocem affeuerat atomorum fluxum, qui è loquentibus, fonantibus, aut aliter ftrepentibus prodit. Has autem atomos ad fibi fimiles primùm effluere. Sibi fimiles appellat, quæ funt eiufdem generis, vt rotundæ rotundis, triangulæ triquetris. Demum auribus impingentes, vocum fenfum ifthic cõmittere. Colligi vero quod dicit, tũ ex vtribus, cùm mufto pleni efflãt, tum ex infectoribus, qui veftibus infufflare confueuerunt. Democritus aerem quoq; dicit in fimiles atomos fciffum, vnà cũ

B vocis atomis ad aures vfq; conuolui. Nam, vt in prouerbio eft, graculo graculus aftat, & fimilia Deus femper coniungit. Stoici non ex atomis compofitum, fed per totum continuum aerem effe, nec interfparfum vacuum habere contendunt. Pulfus igitur aer à fpiritu, fluctuat in gyrum, non aliter, atq; ftagnum folet, iniecto lapillo. Illud tantùm intereft, quòd aquæ fupetficies fubinde maiores circulos committit, aer autem vndiq; totus in orbes exundat. Anaximander vocem oriri putat, cùm aer fpiritum repercutit, & eum ad aures vfque retorquet, quo modo conficitur, & quam nominamus echo.

De uoce, corpúfne fit, néćne. CAP. CI.

PYthagoras, Plato, & Ariftoteles incorpoream vocem arbitrantur. Neq; enim aerem ipfam effe, fed aeris fuperficiem certo quodam oris impulfu figura-

C tam. Stoici corpus defendunt. Nam omne, quod agit, aut etiam facit, corpus eft: vox autem & agit, cùm in auribus noftris refonet, & facit, cùm in fenfu, quod percipiamus, relinquat. Infuper omne, quod mouetur, corpus eft: vox mouetur. Nam fi in loca polita incidat, vt pilam à pariete, fic vocem ad nos inde reuerti videmus: id quod in Aegypto comprændi facilè poteft. Si quis enim intra Pyramides femel inclamet, quater, aut quinquies fubinde vox eadem remittetur.

De præcipua animæ parte, & quomodo fingula comprændat. CAP. CII.

STOici fupremam quandam animæ partem ftatuunt, quam principalem facultatem, & rationem appellant: ab hac feptem alias deriuari volunt. Vifum, quem diffiniunt fpiritum à principali facultate in oculos vfque protenfum. Auditum, quem fimiliter defcribunt

D fpiritum à principali facultate in aures extentum. Olfactum, quem eodem modo fpiritum à principali facultate ad nares vfque productum. Guftatum, quem itidem inquiunt fpiritum à principe facultate in linguam tranfmiffum. Tactum, quem & ipfum quoq; fpiritum aiunt à principali facultate delegatum in vniuerfam corporis fuperficiem, quo illhic omnia comprænderet, quæcunque adhærendo vel prodeffe, vel obeffe nobis poffent. Superfunt duo, quorum vnum feminis procreatrix facultas nominatur, quam item diffiniunt, fpiritum à principali facultate miffum in membra feminis conficiendo deputata. Alterum vocis artifex facultas nuncupatur, quã fimiliter & ipfam inquiunt fpiritum à principali facultate miffum in membra formãdæ voci accommodata.

De

De ſede principatus animæ. CAP. CIII.

Democritus,& Plato ſedem præcipuæ partis animæ in toto capite ſtatuunt. Strato in ea capitis parte, quæ ſuperciliis reſpondet. Eraſiſtratus in membrana, quæ inuoluit cerebrum. Herophilus in concauitatibus cerebri. Parmenides & Epicurus in toto pectore. Stoici cuncti in toto corde, vel in ſpiritu cordis. Diogenes in arteriis cordis ſolùm, quæ ſpiritum continent. Empedocles in ſanguine. Quidam in ceruice cordis. Alii in membrana veſtiente cor. Nonnulli in ſepto tranſuerſo. Iuniores quidem in ea corporis parte, quæ à capite ad ſeptum tranſuerſum peruenit. Pythagoras vitalem facultatem in corde, mentem autem, & rationem in capite, tanquam in arce, habitare credidit.

De reſpiratione. CAP. CIIII.

Empedocles initio reſpirationem fieri ſic arbitratur: Cùm primùm fœtus humor incipit minui, nam plurimus in eius ortu fuit, tum primùm aer ad vacuum replendum patentibus meatibus ſuccedit: poſteà calor innatus erũpere cùm velit, aerem foras eiicit:& eo reuertente, rurſus aer ſubſequitur: hoc inſpiratio, illud expiratio cognominatur. Nunc autem ſanguine procurſu ſuo per nares aerem pellente,& recurſu eundem attrahente, reſpirationem confici iudicat. Id nos in clepſydris ſpectare monet. Aſclepiades pulmonem infundibuli vicem præſtare dixit, cauſámq; reſpirationis eſſe, attenuatum aerem in concauitate pectoris. Illhuc enim externus aer, quòd craſsior ſit, fertur,& inde reiicitur, cùm pectus tale ſit, vt neque multũ aeris continere, neq; prorſus eo carere poſsit. Is igitur, qui in pectore ſubſiſtit, aer, tenuior paulatim efficitur, & quia totus ſimul nequit excerni, ingredientis ponderi cedens, foras egreditur, non aliter, ac in cucurbitulis euenit. Idem voluntariam reſpirationem eſſe credidit, collectis quibuſdam anguſtiſsimis meatibus, qui pulmoni inſunt, & voluntati noſtræ obtemperant. Herophilus motricem facultatem relinquit in neruis, in arteriis,& muſculis, pulmonémque cenſet motus quatuor habere. Vnum, quo extrà poſitum aerem attrahit. Alterum, quo attractũ in pectus exprimit. Tertium, quo expreſſum denuò recipit. Quartum, quo receptum foras demum eiicit. Sed hi motus partim quartuor, partim duo ſunt. Nam primum,& tertium, pulmonis extenſio facit, ſecundum;& quartum, eiuſdem viſceris contractio peragit. Pectus autem bis tantùm mouetur, ſemel cùm ſe dilatat,& aerem à pulmone adducit: iterum, cùm ſe colligit,& acceptum anhelitum eidem reſtituit.

De affectibus. CAP. CV.

Stoici ſenſus in principali facultate animi collocant: affectus in membris, quos afficiunt. Epicurus vtroſq; in membris affectus reponit. Strato tam ſenſus, quàm affectus in principe animi facultate ſtatuit. In ipſa ſiquidem tolerantiam ſitam eſſe, quemadmodum ex doloribus,& cruciatibus colligi poteſt, quos fortes intrepidè ſubeunt, meticuloſi plus æquo formidant.

De diuinatione. CAP. CVI.

Plato,& cum eo Stoici, diuinationem admittunt, quæ vel numinis alicuius præſentia, vel propriæ mentis diuinitate, vel ſoluto per ſomnum animo celebratur. Verum hi plura diuinationis genera probant. Omnia Xenophanes,& Epicurus tollunt. Pythagoras haruſpicinam tantùm non improbat. Ariſtoteles, & eum ſecutus Dicæarchus duas relinquunt, ſomnium, & furorem. Nam licet animas immortales eſſe non concedant, eas tamen diuinum in ſe quiddam habere fatentur.

De inſomnijs. CAP. CVII.

Democritus inſomnia fieri putat ſimulacrorum obſeruatione. Strato cogitationem, aliam quandam naturam in ſomnis habere. Tunc enim meliùs ipſam ſentire credit, atq; ideo magis etiam cognoſcere. Herophilus partim à Deo ſubmitti ſomnia dicit, quæ neceſſariò contingere iudicat: partim à Natura confingi, cùm animus rerum ſibi vtilium, vel futurarum etiam formas effingit: partim caſu fieri. Confuſa hæc ſunt,& imaginum occurſu procreata. Tunc enim ea ſpectantur, quę deſideramus. Id quod amantibus euenit, qui ſibi per ſomnium amicas tenere videntur.

De ſemine. CAP. CVIII.

Ariſtoteles excrementum vltimi alimenti ſemen diffiniuit, quod in ſe vim cõficiendi tale aliquid continet, quale eſt id, à quo proiectum eſt. Pythagoras optimi ſanguinis ſpumam ſemen aſſerit, vel nutrimenti partem quandam ſuperabundantem, qualis & medulla,& ſanguis eſt. Alcmæon cerebri particulam. Plato ſpinalis medullæ profluuium. Epicurus corporis,& animæ modicum quiddam auulſum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus ſemen deriuari credit, vt oſsibus, carne, venis.

An ſemen corpus ſit. CAP. CIX.

Leucippus,& Zeno corpus, ipſum dicunt. Semen enim pars eſt animæ, anima verò, ſecundum eos, corporea. Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, vim ſeminis, quæ ipſum ceu mens diſponit, incorpoream: affuſum autem humorem, corpus aſſeuerant. Democritus,& Straton vim quoq; corpus eſſe contendunt, ſpiritus cùm ſit.

An fœmina ſemen afferat. CAP. CX.

Pythagoras, Epicurus, & Democritus fœminas quoq; ſemen effundere cenſent, ſeminales alueos cùm habeant, qui in vterum ex aduerſo profluunt, atque iſtud cauſam eſſe, vt etiam mulieres ſeminis vſum appetant. Ariſtoteles, & Zeno, humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen concoctum id ſemen eſſe dicunt, verùm ex congreſſus fatigatione, quendam veluti ſudorem. Hippocrates fœminas non minus maribus ſemen effundere opinatur, quicquam tamen ipſum ad conformationem fœtus non conducere, cùm extra vterum incidat. Hinc mulieres aliquot, viduas præſertim, abſq; virili concubitu ſemen interdum emiſiſſe.

De conceptu. CAP. CXI.

Ariſtoteles concipere fœminas arbitratur vtero menſtruis expurgato. Cum menſibus nanq; puri ſanguinis quoque portionem quandam deſcendere, quæ virili ſemini congrediens fœtum exorditur. Impediri vero conceptum iudicat, vteri immunditia, animi conſternatione, mulierum ſterilitate, virorum impotentia.

Vnde mares, fœminæ'ue naſcantur. CAP. CXII.

Empedocles pro caloris, frigoríſve conditionibus mares, fœmináſve gigni pronuntiat. Hincque illud, quod fertur manaſſe, primos maſculos in Oriente, & Meridie natos è terra, fœminas autem ſub Septentrione,& Occidente. Parmenides oppoſitum ſentit: mares, ob denſitatem in Septentrione, fœminas, ob rationem in Meridie genitas. Anaxagoras tũ maſculos procreari dicit, cùm dextræ partis ſemen, in dextram vteri ceciderit,& ſiniſtræ in ſiniſtram: fœminas autem,

autem, cùm locorum permutatio facta fuerit. Cleophanes, cuius mentionem fecit Ariſtoteles, mares è dextro, fœminas è læuo teſticulo prodire credidit. Hipponax in naturam ſeminis cauſam refert. Nam ſi validum, & compactum extiterit, mares: ſin imbecillũ, & diffluens, fœminas procreat.

De monſtris. CAP. CXIII.

EMpedocles monſtra naſci dicit, ſi multum fuerit ſemen, ſi paucum, ſi diuulſum, ſi euanidum, ſi inordinato motu immiſſum. Strato, vel quia additum, vel quia detractum, vel quia tranſpoſitum, vel quia tumidum aliquid ſit. Nonnulli medici, quia tunc vterus ſpiritu diſtortus fuerit.

Cur mulieres, quanuis frequenter concumbant, rarò tamen concipiant. CAP. CXIIII.

DIocles medicus ſæpe concumbentes fœminas rarò concipere iudicat, vel quia ſemen non emittant, vel quia minus, quàm conueniat, vel quia tale, vt in eo vis prolifica non ſit, vel quia caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatíſque plus, minúſve, quàm par ſit, habeat, vel denique quia reſolutus vterus, ſemen non contineat. Stoici virilis membri obliquitatem culpant, vt quod rectè ſemen eiaculari non poſsit. Item genitalia ſi inter ſeſe parum conueniant, veluti cùm vterus introrſum abſiſtit, penis autem illhuc non attingit. Eraſiſtratus vterum tantùm accuſat, qui modò latior eſt, quàm deceat, modò anguſtior, aut callos habeat, quibus vteri meatus obſtruantur.

De geminis, & trigeminis. CAP. CXV.

EMpedocles abundantia ſeminis, & diſtinctione, duos, tréſve ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades id ipſum naturæ ſeminis adſcribit. Nam vt hordeum reperitur, quod duarum, & trium ordinum ſpicas gignit, ita fertiliſsimum ſemen extat, quod duos, plu réſve fœtus procreat. Eraſiſtratus in apprænſionem matricis cauſam refert, vt in brutis quoque contingit. Nam earum vterus, cùm bene purgatus fuerit, tunc ad corripiendum ſemen deſcendit. Stoici vuluas dicunt habere loculos. Cùm igitur in duos ſemen inciderit, geminos: cùm in tres abierit, trigeminos fœtus edi.

Vnde ſimiles parentibus filij gignantur. CAP. CXVI.

EMpedocles fœtum illi ſimilem fore dicit, cuius ſemen ſuperarit: diſsimilem, ſi calor qui ſemen inſequebatur, euaporarit. Parmenides è dextra parte vteri patri ſimilem prodire infantem arbitratur, è ſiniſtra matri. Stoici è toto corpore, & anima, ſemen deſcendere cenſent, eiúſque vnamquanque particulam ad ſimilitudinem membri illius, à quo deſcendit, componi, périnde, ac ſi pictor aſtaret, qui ex alicuius inſpectione vultum ſimilibus coloribus effingeret: atque hoc pacto generis forma, figuráque retinetur. Cùm verò tam mater, quàm pater, ſemen effundat, ſi matris ſemen vincat, matri ſimilem filium naſci: ſin vincatur, patri.

Cur diſsimiles parentibus filij naſcantur. CAP. CXVII.

COmplures medici caſu, & fortuna id euenire putãt. Nam ſimul atque tam maris, quàm fœminæ ſemen refrixit, diſsimiles parentibus nati redduntur. Empedocles ad mulierum cogitationem, quam inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit. Siquidem illas quod pictam imaginẽ, ſtatuámve aliquam eo tempore adamabant, imaginibus, ſtatuíſque ſimiles fœtus plerunque genuiſſe. Stoici tacita quadam diſcordia radiorum, & ſimulacrorum mentis quo tempore ſemen

Galen.

A effluebat, parentibus filios diſsimiles reddi arbitrantur.

Vnde mares infœcundi, fœminæ ſteriles fiant. CAP. CXVIII.

MEdici fœminas ſteriles inquiũt fieri vteri denſitate, raritate, duritie, obſtructione, quã vel caro, vel callus faciat: item animi languore, corporis tabe, & eiuſdem malo habitu, vel demum quia diſtortus, conuulſúſve ſit vterus. Diocles viros infœcundos arbitratur, vel quia ſemen prorſus non emittunt, vel quia minùs, quàm conueniat, vel quia infœcundum, vel quia vieto pene ſint, aut ita diſtorto, vt iaculari ſemen in vterum non va leat, aut ita puſillo, vt in vuluam non aſcendat. Stoici diſcordes coeuntium vires, qualitatéſque culpant, quas ſi quis diuellat, & ſui generis alteri coniungat, euincet natura, & fœtum procreabit.

De mulorum ſterilitate. CAP. CXIX.

B ALcmæon mulos ideo non generare credit, quòd genituram nimis tenuem habeant, id autem frigiditate contingit: mulas autem non concipere, quia ipſarum vulua non hiſcat, id eſt, os non pandat. Empedocles in eius paruitatem, & anguſtiam, cauſam refert, vt quã præ exiguitate cùm etiam ventri retortè cohæreat, nec iactus ſeminis attingat, nec, ſi attingeret, ipſum excipere poſſet. Diocles Empedocli conſentit, ſe plerunque in diſſectionibus vidiſſe ſcribens mularum vuluas obliquè collocatas, eueniréque vt ea de cauſa mulieres quoque non concipiant.

An fœtus in utero ſit animal. CAP. CXX.

PLato fœtum in vtero adhuc exiſtentem, animal idcirco arbitratur, quòd ſe moueat, quòd alimentum C capiat, quòd demum increſcat. Stoici contrà, partem ipſum ventris defendunt: non aliter enim infantes, atq; fructus, quos arborum partes eſſe conſtat, cùm maturue rint, decidere. Empedocles & ipſe reſpirare quidem, nõ tamen animal eſſe fœtum in vtero putat. Diogenes ſine anima partus effundi ſentit, magno tamen calore prædictos, qui ſtatim vt in lucem editus eſt infans, in pulmonem conuenit, & ex eo loco frigentem aerem trahit. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, ſpirationem adimit. Motionum autem inſtrumenta neruos eſſe, ſed partum tum denique animal euadere, cùm primùm editus aerem attrahere cœpit.

Quomodo fœtus in utero nutriatur. CAP. CXXI.

DEmocritus, & Epicurus infantes dicunt in vtero commorantes nutrimentum ore ſuſcipere, hinc fieri, vt in lucem editi partus mamillas quàm primùm ore conquirant. Nam & intra vuluam papillas quaſdam D eſſe, è quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per vmbilicum fœtibus tranſmitti nutrimentum aſſerunt, & hac de cauſa obſtetrices ipſum ſtatim vt quis editus eſt, ligare conſueuiſſe, oríſque rictum digitis aperire, quo cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmæon périnde, atque ſpongias, vndique toto corpore alimentum fœtus aſſumere credidit.

Quid primum in utero abſoluatur. CAP. CXXII.

STOici membra pariter omnia compleri dicunt. Empedocles ſpinam primò, quæ carinæ ſpeciem inter corporis membra præ ſe fert. Alcmæon caput, in quo princeps animi facultas conſiſtit. Ariſtoteles cor, à quo venæ pulſantes, & quietæ originem ducunt: aliqui magnum pedis digitum: quidam vmbilicum malunt.

Cur septimestres infantes uiuant.

CAP. CXXIII.

ARistoteles,& Hippocrates ita hac de re sentiunt: si intra septem menses vterus impleatur,déorsum inclinat,& id,quod editur,viuit:sin impleatur quidem,sursum autem repat,fœtus quidem in octauum mensem ortum differt: sed cùm extensione debilitatus vmbilicus alimentum vix adducere queat,infans vbertim,vt solebat,non nutritur,atque ideo semienectus fame nascitur. Quòd si nonum mensem expectet,vtero iam descendēte,tum quoque integer egreditur. Polybus dies centum octuagintaduos & dimidium sufficere putat, vt ortus aliquis viuat. Quod spatium,quanuis sex menses compræhendat,septem tamen computatur, quia dies vltimi septimum mensem incurrunt. Tot autem diebus à bruma ad solstitium sol peruenit,ac redit. Octo verò mensium non viuere,quia sursum rediens vterus vmbilicum distendat,distentus non facilè nutrimentum transmittat,atque ideo fœtum imbecillem reddat. Mathematici octauum mensem ideo nascentibus inimicum pronuntiant,quia nulla societate octauum zodiaci signum cum primo teneatur. Septimum amicum,quoniam opposita radiatione iungatur. Quòd si quis octauo mense nascatur,& viuat,infelicem,& breuem omnino vitam traductum. Sunt autem à se inuicem disiūcta, Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Pisces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles,& empirici scire se dicunt octauo mense natos viuere,infirmos tamen eos, atque ideo frequenter mori. Timæus duodecim mensibus partum gestari credidit,nouem tamen eos interdum existimari, interdum & septem, quia non semper statim à conceptione menstrua supprimantur.

De ortu animalium. CAP. CXXIIII.

QVi Mundum genitum dicunt,animalia quoque genita concedunt,& interitura: qui ingenitum asserunt,ea sibi volūt semper succedere. Partes enim Mūdi sunt animalia: quam ob rem Anaxagoras, & Euripides,nihil,inquiunt,interit eorum,quæ sunt,sed in aliud commutatum , diuersam speciem suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primùm orta, spinosisque corticibus inuoluta fuisse: verùm posteà cùm ætatis processu in siccum exiuissent,obtrito cortice modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primùm edita quemadmodum & stirpes etiam, nequaquam inter se rectè commissa credidit:sed parum conuenientibus partibus composita,secundò nata,sic inter se partibus iuncta fuisse dicit,vt quales nunc statuæ sunt,tales viderentur:tertiò postmodum orta membris ex sese prodeuntibus extitisse: quartò demum genita non ampliùs ex vno aliquo simili vt terra, vel aqua constitisse, verùm è sese iam fœminarum pulchritudine ad procreandum viros incitante. Cuncta verò animalia pro temperaturæ conditione quatuor generibus esse distincta. Sponte nanque alia aquas petunt,tanquam naturæ suæ plus accommodas:alia aerem adeūt, quòd eius in se plurimum contineant:alia terram incolunt,ex eo quia suapte grauitate illhuc trahantur: alia toto pectore vocem effundunt,quòd æquali temperatura constituta sint.

De generibus animalium,& an omnia sensu prædita rationis usum habent.

CAP. CXXV.

EXtat liber Aristotelis, in quo quatuor generibus animalia facit,terrestria,volantia,aquatica,cælestia: stellas nanque, ac cælum ipsum arbitratur animal im- A mortale,rationéque præditum. Democritus, & eum secutus Epicurus, cælestia non enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationem agendi quanuis cōtinere non dubitet,omnibus tamen quam passibilem & mentis interpretem appellamus , non concedit. Pythagoras, & Plato bruta quoque rationem habere fatentur, corporis autē intemperie rationis vsu carere, præsertim cùm loquendi facultatem non habeant, vt canes, & simiæ, quæ licet aliquid ganniant, non tamen illud, quicquid id est,eloqui valent. Diogenes & ipse non expertia quidem bruta rationis asserit, & intellectus, verùm partim corporis crassitie,partim humore nimio,nec discurrere, nec aduertere, sed affici périnde, atque furentes solent,in quibus præcipua animi facultas delinquit.

Quanto tempore fœtus in utero formetur.

CAP. CXXVI.

B EMpedocles in hominibus à trigesimosexto die fœtum articulari incipere dixit, vndequinquagesimo partibus omnibus absolui. Asclepiades in masculis, quòd calidissimi sint, vigesimosexto die membra distingui,quinquagesimo consummari credidit,quosdam tamen etiam intra hoc tempus formari: fœminas autem intra duos menses incipere,quarto compleri, frigidiores cùm sint:alias autem animantes ex elementorum facili congressu pariter totas & inchoari,& absolui.

Ex quibus elementis membra singula constent.

CAP. CXXVII.

EMpedocles carnē ex æquali quatuor elementorum portione constare voluit. Neruos ex igne, terra, & aquæ partibus duabus. Vngues ex neruis, aeris contactu refrigeratis. Ossa ex aquæ, & terræ partibus æqualibus composita quidem videri, constare tamen è quatuor C elementis,in quibus ignis,& terra dominantur:sudores, & lacrymas attenuato,& eliquato sanguine manare.

Quo tempore homo perfectus sit.

CAP. CXXVIII.

HEraclitus,& Stoici homines inquiunt perfectos esse,transacto secūdo septennio, quo tempore semen adolescentes excernere incipiunt. Nam & arbores tum perfectas haberi,cùm fructum gignere cœperint: imperfectas,quoad fructum effundere non valuerint. Aristoteles post septem annos hominem perfectum existimat: ab eo siquidem tempore boni,malique notionem pueris inesse, disciplinæque tū eos capaces haberi. Alii tertio septenario perfici nos arbitrantur,quòd iuuenes facti tunc pubescimus,& plurimùm corporis viribus præstemus.

De somno,& morte. CAP. CXXIX.

ALcmæon sanguinis recessu in venas ipsius confluxui deputatas somnum fieri censet:mortem verò,si D prorsus omnis illhuc abscedat,quia frigidum corpus ita nimiùm redditur: expergisci verò nos idem sanguinis eiusdem reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato, mortem oboriri credidit. Diogenes, si, inquit, sanguis, qui per vniuersa membra diffusus est, venas impleat, & aerem,qui in venis continetur, non tamen totū in pectus, & ventrem pellat, somnum pariet, & ea membra solito plus incalescent:sin totum protrudat, mortem inferet. Plato , & Stoici dormire putant animalia , quiescente spiritu illo,qui sensibus vigilantibus ministrat: nō quia velut in terram concidat,sed quòd ad principem animi facultatem feratur , quæ intra supercilia sedem habet: occidere verò, si spiritus ille prorsus omnem motum amittat.

Som-

Somnus, & mors animi ſint, an corporis.

CAP. CXXX.

ARiſtoteles tam ad animum, quàm ad corpus ſomnum quidem ſpectare iudicauit, ſomni verò cauſam eſſe vaporem, quem venter in caput ſummittit, & calorem, qui in corde viget, crudo alimento refrigeratum: mortem verò ſolius corporis eſſe: mori nanq; animam non poſſe. Anaxagoras ex longa corporis fatigatione ſomnum excitari credidit, corpúſque, non animum ipſum, affici, cæterùm animas quoque mori, cùm à corpore ſeparantur. Empedocles mortem opinatur diſceſſum eorum, ex quibus homo conſtitit, proptereáq; tam animas, quàm corpora occidere, ſomnum verò caloris ſeceſſu aduenire.

An ſtirpes animalia ſint. CAP. CXXXI.

EMpedocles non ſolùm animatas, ſed animalia quoque ſtirpes arbitratur. Id autē coniici, quòd ſe commoueant, quòd ramos intentos teneant, quòd adductos vix ſequi permittant, quòd remiſsi celeriter adeò redeant, vt pondus etiam ſecum auferant. Ariſtoteles animam quidem eas habere, non tamen animalia eſſe concedit: animalia nanque ſentiunt, appetunt, & ex eis aliqua etiam intelligunt. Stoici & Epicurei ſtirpes ne animam quidem habere volunt. Animalia nanque ſolùm animam habere, ac eorum alia concupiſcere, & proſequi, alia rationem quoque poſsidere: ſtirpes autem non animæ, ſed caſus inſtinctu pullulare.

Quo pacto ſtirpes augeantur.

CAP. CXXXII.

EMpedocles inter animalia ſtirpes primùm è terra natas aſſerit antè, quàm ſol circumageretur, diéſque à nocte diſcretus eſſet: eas quoque maris, & fœminæ rationem coniunctas habere ex temperamenti conuenientia, creſcere verò ob calorem, qui terræ ſubeſt: quam ob rem ipſas ſic terræ partes eſſe, vt fœtus vteri, fructus autem ignis, & aquæ, illius, quæ ſtirpibus inſunt, excrementa cenſeri: frondes amittere, quibus æſtatis calor humorem abſumpſerit: ſemper frondere, quæ maiorem ſucci copiam habent, vt laurum, oleam, palmam: ſaporum varietates, cùm ex alimenti diuerſitate, tum ex ſtirpium differentia naſci, quæ è terra id, quod ſibi ſimile eſt, attrahunt: neque enim tam vitium differentiam, quàm ſoli diuerſitatem, diſsimilia vina procreare.

De nutrimento, & incremento.

CAP. CXXXIII.

EMpedocles animalia cenſet alimenti conuenientis acceſſu nutriri: creſcere, multi caloris præſentia: mi-

Galen.

A nui, caliditate diminuta: tabeſcere demum, & extingui, vtroque ablato. Huius autem ætatis homines, ſi primogenitis hominibus comparentur, infantium inſtar eſſe.

De febre. CAP. CXXXIIII.

ERaſiſtratus ita febrem diffiniuit: Febris, eſt motus ſanguinis, conceptacula ſpiritus ſubintrantis, nullo febrientis aſſenſu factus. Nam vt mare cùm nullis ventis infeſtatur, quieſcit, cùm aliquo vento pręter modum impellitur, vndique fluctuat: ſic in corpore cùm ſanguis excitatur, ſpiritus conceptacula ſubit, ibíque excalefactus totum corpus incendit. Placet quoque ipſi, febrem etiam vnum ex hiſce accidentibus eſſe, quæ alicui morbo ſuperueniunt. Diocles ex iis, quæ videmus nos, ea quæ latent, intueri monet, & cùm videamus, inquit, inflammationibus, abſceſsibus, vulneribúſque febrem ſubſequi, oborta febre, licet aliquid iſtorum fieri non
B cernamus, intus tamē aliquid eiuſmodi factum eſſe credendum eſt. Herophilus etiam nullo præcedente morbo febrem quandoque concitari dixit.

De morbis. CAP. CXXXV.

ALcmæon ſanitatem conſtare credidit ex æqualitate caloris, & ſiccitatis, frigoris, & humiditatis: item dulcedinis, amaritudinis, & id genus aliis: morbos autem excitari, quoties iſtorum vnum aliquod cæteris dominetur. Singulorum nanque exceſſus ſocietatem diſſoluit, atque ita morbum parit. Diocles cùm ex inæqualitate elementorum, quibus corpus compoſitum eſt, tum ex aeris conſtitutione morbos oboriri exiſtimat. Eraſiſtratus ægrotare nos arbitratur ob alimentum vel nimium, vel inconcoctum, vel corruptum: ſanos viuere, ſi ciborum quantum ſufficiat aſſumpſerimus, & dum eos aſſu-
C mimus, ordinem quendam ſeruemus.

De ſenectute. CAP. CXXXVI.

STоici, & medici pariter omnes cōſentiunt, ſenectam inopia caloris aduenire, ac qui plus caloris habuerint, tardiùs ſeneſcere. Aſclepiades Aethiopas arbitratur celeriùs aliis in ſenium deuenire: ſexageſimo ſiquidem ætatis anno, quoniam eorum corpora ſol plus, quàm par ſit, excalfaciat: Britannos contrà annis centum viginti perdurare. Nanque cùm frigidam regionem incolant, calorem ingenitum diutiùs conſeruāt. Aethiopes enim, quos iugiter ſol relaxat, rarum: Britannos, cùm ſub vrſis degant, ſpiſſum corpus habere, atq; ideo longiorem vitam ipſos traducere.

CLAVDIO GALENO Adſcriptus Liber, cui Titulus, Mathematices ſcientiæ Prognoſtica de Decubitu infirmorum, ad Aphrodiſium.

Ioſepho Struthio Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS.

Proœmium, Laus mathematicæ, ſiue aſtrologiæ, & quòd medicis neceſſaria ſit, ex Hippocratis, & Dioclis authoritate. A

Caput 1. Motus, & loci lunæ ſecundum lumen, vel numeros augeſcentis, in morbis quid quando ſignificent, in genere: déque aſpectuum eius ad diuerſos planetas diuerſa ſignificatione. 2. Quid præſagiendum ſit decumbente aliquo, dum luna eſt in Ariete: & ſic deinceps vſque ad vltimum caput De ſchematibus lunæ in ſingulis zodiaci ſignis ordine, quid præſagiri poßit decumbente ægro, dum luna in eis mouetur. 14. Tradita hucuſque præcepta non ſolùm circa decubitus, ſed etiam circa illata vulnera, circa partus mulierum, chirurgiam, & curationes alias, quæ ex delectu, & arbitrio fiunt, & alia, quæ hominibus accidunt, obſeruari debere.

PROOEMIVM.

CONSTAT quidem vel ex Stoicorũ philoſophorum ſententia, qui non minùs in loquendo, quàm in bene viuendo fuere ſemper exquiſitiſsimi, qualis, & quàm exactæ veritatis ſit mathematica ſciẽtia: nihilò minùs cùm præſens ſermo de iis eſt inſtitutus, quæ ars medica perhibet, neceſſarium viſum eſt nobis, medicorum præſtantiſsimorum aſſertiones adferre, tum vt mathematica cognoſcatur ab omnibus, tum vt ipſi medici, quanuis non omnes, plurimi tamen eam partem ſuæ artis, qua ipſi ad præuidendas res plurimas vtuntur, mathematicæ ſcientiæ ſe debere intelligant. Hippocrates igitur vir præcipuus, ac in rerum ſcientia admiratione dignus, inquit: Quicunque in medicina ſe exercent, eius autem philoſophiæ ignari ſunt, quæ docet dare iudicia de rebus à natura earum deſumpta, (phyſiognomoniam vocant) horum animus in tenebris perpetuò oberrans fatigatus conſeneſcit: non ſolùm non rectè agere huiuſmodi homines, ſed etiam plurimùm decipi dicit: ait enim eorum animum errore confici, ac defatigari, qui vſum phyſiognomoniæ ignorant. Cùm autem maxima pars aſtrologiæ ad eam, quam diximus, phyſiognomoniam, ſeu philoſophiam iudicatoriam pertineat, liquet illum ſi partẽ laudauit, multò magis totam laudauiſſe. Diocles autem Cariſtius medicus, & orator, non ſolùm hoc idem dicit, vt & tu ipſe ſcis, ſed etiam aſſerit, veteres medicos ex diuerſitate luminis & curſus lunæ, præcognitiones, quæ in morbis fiunt, conficere ſolitos fuiſſe. Cùm verò dignitate, & eruditione præſtantiſsimi viri, qui medicinæ partem præcognitoriam non ſolùm diligenter perſecuti ſunt, ſed etiam ſcriptis ſuis adauxerunt, ídque non ſolùm ex ſua arte, ſed aliunde etiam ſumpto auxilio, aliqua de iis rebus memoriæ prodiderunt, inde & tu chariſsime Aphrodiſi, ſi decubitum infirmi diligenter exploraueris, atque veterum illorum, quos diximus, principiis inſtiteris, vberrimam tuæ artis frugem es accepturus, præcognoſcendo, ac prædicendo, ea, quæ infirmis ſunt euentura. Rem autem hinc ordiamur.

CAPVT I.

ANte omnia conſiderare oportet progredientem lunam, ſítne in augmento, an decremento ſui curſus, non luminis, in quo multi decepti ſunt. Si igitur eo tempore, quo quiſpiam primò decumbit, luna in aliquo ſignorum duodecim, ſuo motu moueri incipiat, accedẽs ad oppoſitam ſigni partem (pars autem ſigni oppoſita eſt, quæ maximè, & ex diametro diſtat) præſertim verò ſi tum etiam coniunctionem cum Sole faciat, vnde tandem à congreſſu facto in XVI. partem egreſſa, ſoluta iam coniunctione in maiorem ſui curſus magnitudinem tendat, occidet infirmum ſub aduentum in CLXXX. partem. Si verò primùm decumbente infirmo, luna curſu ſuo diminuta incedat, morbum ad oppoſitam vſque ſigni partem protractum, vbi diametrum exierit, in ſalubriorem ægritudinem tranſmutabit. Aduerte autem & motus, ſeu teſtimonia ſtellarum reliquarum: ſi enim tẽpore incipientis decubitus, luna in curſum maiorem tendat, interim autem & in ſchemate Solis (aſpectus alii vocant) extiterit, augebit morbum, & periculoſiorem faciet. Si autem & lumine, & motu aucta ſit, ineuitabile infirmo periculum dabit, vbi diametrũ attinget. Quòd ſi in adurentem Solem Iupiter fortè inciderit, ipſa vnà cum Ioue Soli ſchema offerente, morbum quoad fieri poterit ſecuriorem faciet: ſiue etiam in ſchemate tetragoni Iouis (quadratum noſtri vocant) exiſtat, infirmis ſanitatem reſtituet aduentante diametro. Si verò Saturni aduſti ſchema acceperit, curſum autem ſuum eo tempore diminuit, in ſummo diſcrimine, ac periculo infirmum reponet, aduentante incœpti curſus parte. CC. Si verò

verò & postea, quàm à coniunctione se redemerit, in minorem cursum feratur, mortem ineuitabilem inferet, circa partem incœpti cursus C L X X X. Si autem tempore cœpti decubitus sol lunæ schema diametrum dederit, ipsa verò tum cursum, siue etiam lumen minuat, minuetur & morbus, vbi ventum fuerit ad partē incœpti cursus C C. ac posteà occurrente bono aliquo schemate, ad sanitatem suam infirmus redibit. Si autem & cōiunctionem futuram etiam motu diminuto solutura est, sanitatem restituet circa partem incœpti cursus CLXXX. Opus autem erit animaduertere in primis, quo modo stellæ in singulis signis sint repositæ, & quem situm habeant: ex progressu enim lunæ per signa duodecim, causæ morborum cognoscuntur. Scito autem, si quis calculos, seu numeros negligenter dispofuerit, nihil veri posse succedere: falsitatis autem non res ipsa, sed qui negligenter se gerit, causa est. Disquirito tandem accuratè & figuram genituræ: ex ea enim singula exactè cognoscuntur.

De schematibus lunæ in Ariete. CAP. II.

DEcumbente igitur aliquo dum luna est in Ariete, existens in schemate Solis, morbus accidet ex eo, quòd ægroto à radiis Solis caput exustū est: dolor erit in membranis capitis, erunt febres continuæ, erunt vigiliæ, incensiones nimiæ, sitis, asperitas linguæ, vstio, ac veluti flamma in thorace, dolor in hepate, pulsus retracti, ac inordinati. Huic vtilis est detractio sanguinis, ac mitigantium, & refrigerantiū adhibitio: alienatio enim mentis futura est, & phrenitis. Quòd si interim nullus ex planetis beneuolis lunam protexerit, ac ipse etiam Saturnus vnà simul tetragonū lunæ addiderit, vltra septimam non viuet, præsertim si tum luna motu, aut lumine augetur. Si autem decumbat aliquis, dum luna est in Ariete, affecta maleuoli schemate, tetragono scilicet, aut diametro, vel si cum eo fuerit coniuncta, oportebit eum ipsum planetam animaduertere: & si quidem fuerit Saturnus, causa est in capite, morbus est lethargus, ægroti sunt somnolenti, insensiles, frigidi, neque eandem seruant æqualitatem morbi: nunc enim augescit, nunc minuitur. Quòd si luna tum motu, aut lumine, aut vtroque est diminuta, summam, ac extremam (vt & anteà diximus) morbi accessionem timeat, circa partem incœpti cursus C C. Conspicito autem eo tempore & stellas alias: si enim Iupiter aliquo schemate lunæ annuerit, magnum quidem infirmo periculum est subeundum: prætergressus tamen diametrum, sanus seruabitur. Si autem Mercurius solus prædicto scopo (lunæ scilicet cum Saturno, ita, vt diximus, situatæ) schema suum addiderit, citra vllum dubium morietur. Si verò Mercurius vnà cum Marte ignito, hos tu redemptores magis, quàm interemptores censeto: tua porrò intererit omnem prudentiam, ac solertiam infirmo adhibere, cùm te non lateat Saturnum efficere affectiones frigidas, & rheumaticas. At verò si Mars dederit schema, præsertim diametrum lunæ motu etiam & lumine augescenti, hos faciet capitis affectus, alienationes mentis, phrenitidas, iræ impetus, phlegmonas, accensiones, insultus sanguinis. Oportebit igitur in omnibus iis adhibere ea, quæ refrigerandi, & remittendi potestatem habent, hísque vtendum maximè circa tetragonum: à tetragono enim trium dierum spatio incipiet vigere magnitudo morbi: futuri autem sunt vsque ad incœpti à luna cursus diametrum periculosissimi, & acutissimi affectus. Si autē huic scopo (lunæ scilicet cum Marte in eo, vt diximus, situ repositæ) Mercurius etiam suum schema adiunxit, post

Galen.

A exacta tanta pericula infirmus sanabitur. Mercurius enim Marti probè congruit, Saturno minimè. Quòd si decumbat aliquis, luna autem sit in schemate Iouis, aut Mercurii, & Veneris, etsi pro vtriusque planetę natura, inæquales est factura ægritudines, & in diuersos affectus infirmos translatura, proculdubio tamen sanantur. Operæpretium autem erit te animaduertere rationem victus, horas, exercitia, balnea, potus vini: & si quidem ad Saturnum pertinent, qui ægritudine afflicti sunt, tenebuntur desiderio balneorum, sessionis quietæ, frequentis nutrimēti, calidæ potionis: qui autē Martem attinēt, frigidæ potionis, motus, vini, inquietudinis. Vtile est igitur, te iuxta singulos planetas, suo cuiq; modo desiderio non aduersari: quælibet enim stella, cuius rei desiderio tenetur, eadem reficitur, recreatúrque. Non arbitraberis autem, Aphrodisi optime, (vt ego opinor) cu ras eiusmodi contrarias esse rationibus medicorum: ego

B enim, qui bene naturas stellarum cognitas habeo, dixi quibus quæque rebus delectetur, vbi fuerit ab omni noxa ac vitio aliena. Si autem, dum luna est in coniunctione Solis, decumbat aliquis, Saturnus autem in tetragono sit, aut diametro, aut etiam lunam præsens adeat, quę lumen & motum suum diminuat, erit morbus quo ad originem, ex crapula, & diuersitate ciborum, ac multitudine: futuræ autem sunt febres cum adstrictione alui, inflammationes hypochondriorum, articulorum dolores, pulsus retracti, ac inordinati, totius corporis superca lefactio, circa pulmonem autem, & sinistrum latus, erit sensus grauitatis. Huic auxilio erit subtractio sanguinis, ac vsus eorum omnium, quæ habitum corporis soluere possunt. Quòd si nemo ex beneuolis lunā protegit, omnino diametrum viuus non supergredietur: imò si & Mars idem schema, quod Sol, habuerit, aut ex

C diametro lunam aspexerit, supra primum incœpti cursus tetragonum non viuet. At si beneuoli adfuerint, & lunam inspexerint, periclitatus sanabitur.

De schematibus lunæ in Tauro. CAP. III.

SI quispiam decumbat luna existente in Tauro, maximè hora diei, Sol autem lunæ offerat diametrum, aut tetragonum, erit morbus ex multitudine sanguinis, aderit adstrictio alui, aderunt accensiones, dolores colli, & circa ossa, superflua vigilia, desiderium rerum frigidarum, & vini. Huic sanguinis detractio plurimùm conducet, atque ea omnia vtilia erunt, quæ vim aperiendi habent. Saturno autem idem schema, quod Sol, habente, si nullus beneuolus protegit, diem X I. non transiget: si autem beneuoli præsentes adsunt, aut schemata porrigunt, post exacta pericula vigesimo die sanabitur: Si autem luna, vt diximus, posita in Tauro, decumbat

D aliquis, motus autem lunæ, & lumen minuitur, ad hęc Saturnus quocunque tandem in schemate reponatur, præsertim si & Taurus pariter schemate contineatur, affectus ægritudinum iuxta signi propriam naturam erunt tardi motu, difficiles cognitu, quos crederes absentes esse: cùm tamen ægrotum affligunt, aderit virium prostratio, ac totius corporis debilitas, stomachus appetitu priuatur, calor in profundo latet, articulorum dolores incessunt, totum corpus malè habet. Hęc autem ego tibi in omni zodiaci signo indicia propono, vt dum aliquod horum se tibi obtulerit, circa infirmum dubius non hæreas. Signum autem hoc natura sua tempestates, ac ventos concitat, ac eorum, quæ in mari, & terra eueniunt, indicia facit, idcirco oportebit te præcipuam capitis curam habere: hoc enim est, quod primam morbi causam contraxit, quanuis hoc ita non appareat: totum

neruoſum genus cumpatitur, præter cætera ſtomachus: pulſus profundi, ac reptantis formicæ ſpeciem præ ſe ferentes, præſertim de die: propterea vtiliſsimum quidem erit infirmum nutrire: non tamen tu puſillanimis ſubtractionem ſanguinis vereare, (licet id nimiam ſubinde debilitatem inducat) neque ſubductionem alui, nec alia, quæ euacuant. A tetragono autem incœpti curſus vſque ad diametrum æger diligentiùs eſt obſeruãdus: & ſi quidem poſteà, quàm coniunctionem Solis euaſerit, meliora indicia luna oſtendit, ſoluetur morbus in diametro: ſi autem euadens coniunctionem peiùs indicat, maximè ſi tempore cœpti decubitus nullus ex beneuolis protexit, vltra diametrum nõ ſuperuiuet. Si autem decumbat aliquis exiſtente in Tauro luna, cũ ſchemate Martis (præſertim vbi luna eſt amphicyrta) augens motus ſuos, cauſa morbi erit circa collum & hypochondria, ídque ex ingurgitatione, ac cibo nimio: febres aderunt vrentes, alui adſtrictiones, aſperitas linguæ, amaritudo oris, ſitis nimia: ipſi autem ægroti oculis torui, truces aſpectu, ſermone audaciſsimi, qui aduerſus ſuos facilè iritantur, ac exiliunt. Oportet igitur ſummam diligentiam ſtrictæ aluo, & eductioni ſanguinis adhibere, neque deſiderio frigidæ potionis eorum multùm aduerſari: morbi ipſi à principio quinque dierum ſpatio acutiores erunt: vigebunt vſque ad ſeptimam. Hîc autem ad alia te eſſe etiam attentum oportet: ſi enim conſpexeris Leonem in quarta, ſcias ægrum procliuem & aptum eſſe cardiacæ paſsioni: ideo fac vt omni hora totius ſeptimanæ accuratus ſis, vt citra incommodum vinum exhibeas, & frigida alia: ſi autem tranſacta ſeptimana æger in deterius labitur, vltimum illi vale dicito, proculdubio enim obibit. In huiuſmodi verò indicationibus oportebit te & horarum aptitudinem inquirere, id quod fiet, ſi repereris horas eas, quibus ſchemata beneuolorum pr odeunt: hæ tibi plurimùm conferent tam in nutriendo, quàm in lauando, & exhibendo potu: ſi enim hora bonorum ſchematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum nonnihil repugnare videatur) plurimùm conferet infirmo. Quòd ſi lunæ in illo quem diximus, loco reſidenti Iupiter, aut Venus, aut Mercurius ſchemata dederint, ſiue ipſa motum augeat, ſiue minuat, certum ſalutis in diametro affuturæ indicium tibi eſto: quare citra exhibitionem aliorum ſola attenuante diæta vtere.

De ſchematibus lunæ in Geminis.

CAP. IIII.

SI quis decumbit exiſtente in Geminis luna, cui adſit præſens Saturnus, vel ſchema diametrum, aut tetragonum offerat, cauſa prima morbi erit ex nimiis laboribus, vigiliis, & maximè ex itineribus. Quòd ſi tum luna motum, & lumen augeat, locus affectus erit manifeſtus, morbus breui ſe ipſum declarat: augeri verò incipiet à die tertia vſque ad. xx. erunt enim leuiuſculæ febres, & macies, quæ per nocturnos, aſsiduóſque labores exinanito ſanguine contracta eſt: aderunt & ſplenis grauitates. Vbi autem ex beneuolis nullus protexerit, Mars autem idem, quod Saturnus, ſchema habuerit, poſt diem trigeſimam obibit. Si verò boni præſentes adfuerint, aut lunam inſpexerint, chronicis, ac periodicis morbis detentus tandem ſanabitur. Si autem decumbat aliquis in Geminis luna exiſtente, cui tetragonum, vel diametrum Mars offerat, vel præſens apud eam ſit, augeſcente eius lumine, & motu, morbus incurret periculoſus & moleſtiſsimus: erunt enim febres continuæ, adſtrictiones alui, vſtiones magnæ, pulſus retracti, ac

A inordinati: huic igitur competet ſanguinis detractio: & ſi ex beneuolis nullus lunam protegit, Saturno idem, quod Mars, ſchema obtinente, morietur in diametro: ſi verò beneuolus aliquis lunã intuetur, poſt tanta pericula ſeruabitur. Si decumbat aliquis in Geminis luna exiſtente, præincipientes cauſæ morbi erunt labores, & balnea: morbus autem qualibet humiditate exaggeratur magis. Quòd ſi Saturnus vnà cum Mercurio ſchemata adiiciant, maximè luna diminutis gradibus abſcedente à Sole, erunt dolores circa opertas ſcoptulas, & lumbos, totum corpus calet, & ad ſimilitudinem ambuſtorum in ſuperficie dolet: huic inutile fuerit, ſi de vno loco ad alterum transferatur, id quod ipſe optabit: aduerſatur illi & frigida quæcunque potio vſque ad ſeptimam. Si autem luna incidens in Solis coniunctionem, in minores motus progrediatur, ſine dubio morietur. Quòd ſi prędicto ſcopo lunæ, ſcilicet cum Saturno, & Mercurio, ita B vt diximus, poſitæ, accedet tempore cœpti decubitus ſchema alicuius beneuoli, infirmi ipſi ab aliis ad alia mala transferentur, in iſchiaſes, & id genus alios articulorum dolores. Quantitas temporis morborum oſtendetur ex coniunctione lunę, id eſt, acceſsione ad ſtellas beneuolas, quæ infirmos redimunt. Hanc autem rationem & in aliis omnibus ſignis obſerues. Nõ ignores & illud, quòd in quodcunque ſignum luna intrauerit, illhic imperium habet. Scito & hoc, quòd planetæ, quando ſunt diametrum lunæ porrecturi, facilè ipſimet hoc indicãt. Si autem luna, ita vt in priore exemplo dictum eſt, in Geminis exiſtẽte, tempore cœpti decubitus Mars, aut Sol, aut vterque ſimul ſchemata ſua porrigant, (præſertim ſi luna ſit amphicyrta) ipſa verò luna in maiorem motum fertur, æger ita omnino ſibi perſuadebit, vt credat ſe certò moriturum: próinde lamentabitur, flebit, ac triſta C bitur, in loquendo erit promptus, & audax, diuerſas ſimulacrorum, ſeu phantaſmatum ſpecies ante oculos cernet, quæ omnia illi ſunt ad morbum: augent enim illum, & deteriorem reddunt. De die autem & ſtomachi debilitas incurrit, & panniculorum capitis dolores inuadunt, ita vt infirmi diſſoluantur, & pulſuum motu penè careant. Oportet igitur fomentandi, reſoluendíque diligentem curam habere, ſanguinem detrahere, ac cibos opportunè exhibere. Ex coniunctione autem Solis cognoſces, ſitne futura morbi ſolutio: & ſi malum ſtomachi proſperius tibi apparebit, & panniculorum capitis dolores abſcedent, ſanabũtur ſine dubio infirmi. At verò ſi à diametro morbus in maius augetur, & tabes ventriculo inuecta fuerit, citra vllum dubium perimunt: maioribus autem auxiliis, quę apud medicos in vſu ſunt, opus eſſet. Si autem ad ſignum hoc Geminorum tem- D pore decubitus incœpti, beneuolæ ſtellæ ſchemata porrigunt, ſiue luna motum augeat, ſiue minuat, medicatione opus non erit: diæta enim, aere bono, balneis, deambulationibus, exercitationibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De ſchematibus lunæ in Cancro.

CAP. V.

SI decumbat quiſpiam luna in Cancro exiſtente, cui Saturnus vel præſens iungatur, vel porrigat diametrum, aut tetragonum, erit morbi prima cauſa balneum, & refrigeratio: aderit fluxus ad thoracem, aderunt tuſſes, aderunt conſtipationes, febres non violentæ, ſed tamen malignæ, pulſus parui, ac debiles, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia, quæ calefaciendi vim habent. Si verò ex beneuolis nemo lunam intuetur, lõgiore ægritudine detentus poſt diem quadrageſimam obibit:

bit:at ſi beneuolus aliquis lunam inſpicit, plurima mala perpeſſus tandem ſanabitur. Si autem decumbat aliquis luna in Cancro exiſtente, cui Mars aut præſens iungatur, aut tetragonum, ſiue diametrum obiiciat, erit prima morbi origo ex nimio vomitu, ac ea agitatione, quam choleram vocant, aut ventriculi ſubuerſione. Huic igitur congruunt ea, quæ conſtringũt, & refrigerant. Quòd ſi ex beneuolis nemo lunam inſpicit, ad primum tetragonum incœpti curſus obibit: ſi verò beneuolus aliquis aſpiciat, in primo incœpti curſus tetragono ſanabitur. Si autem decumbat aliquis luna exiſtente in Cancro, erit morbus ex repletione vini, & ingurgitatione: inchoabitur autem à commotione, diſtenſionéque membrorum affectorum: æger interrogatus bene morbum ediſſeret. Erit autem aliquando ex vomitu etiam citra repletionem: æger malè de ſe ſperabit afflictus dolore laterum, optabit aëri frigido ſemper exponi, quapropter & veſtes dilacerat. Sæpius autem & coli dolores incurrunt, maximè tranſacta diametro: proin oportebit non ſolùm à frigidis abſtinere, ſed etiam adhibere ea, quę reſoluant, & confortent, præſertim in principio. Si autem luna non ſit immunis, ſed Martis, aut Solis, aut vtriuſque aliquo ſchemate opprimatur, febres aſſurgunt, augentúrque, pulſus ſunt inæquales, nũc debiles, nunc firmi. Confert autem huic ſanguinis detractio facta in tempore: à principio enim quinque dierum ſpatio vſque ad incœpti curſus partem c c. comitabuntur affectum laterum diuerſa, & praua accidentia. Quòd ſi nemo beneuolorum protegit, futurum eſt vt à coniunctione Solis neruoſum genus malè afficiatur, ita vt capti tandem mente vociferent, & acclament: iuxta autem naturam ſigni huius mala de nocte magis affligunt. Si autem à coniunctione Solis luna motu diminuto ſe eſt redemptura, non priuata præſidio bonorum, æger in morbum periodicum decidet, ac ſanabitur. Quòd ſi luna bonorum præſidio priuetur, iuncta communioni malorum, nihilò minùs & in periodico morbo obibit. Si verò prædicto ſcopo nemo medius obuenerit, luna verò à coniunctione Solis motum diminuat, poſt diametrum ſanabitur: at ſi à coniunctione motum augeat, medius verò intercesſit maleuolus Saturnus, ſubibit tot pericula, poſt diametrum tamen ſanabitur. Porrò natura huius ſigni eſt, vt malignos, & difficilè ſolubiles morbos adferat, quibus ea remedia, & curæ, quas crederes multùm profuturas, magis nocebunt. Vtilis autem eſt vini exhibitio, balneum, & cibus, qui facilè in corpus digeritur. Si verò Saturnus lunæ à coniunctione exeunti vnà cum Mercurio ſchemata obiiciat, auferentur morbi quocunque tandem modo, ſed relinquuntur dolores articulorum, & earum partium, quæ circa aures ſunt. Nonnullis autem circa pulmonem, aut hepar aliquid mali remanet, eſtque diuturnum, & longum. Aduerte autem ſi in his ſchematibus luna minuat motum: hoc pacto enim faciet id, quod reliquum eſt mali, non ſolùm longo tempore duraturum, ſed mortem etiam allaturum. Si verò motum augeat, & lumen, Iupiter autem quocunque modo illi adhæreat, malum relictum tantiſper durabit, quoad luna peruenerit in decimum ab incœpto curſu ſignum. Quando autem luna in Cancro exiſtens bonorum tantùm ſchemata habet, aut etiã ipſius Mercurii, ſoluuntur morbi ad primum incœpti curſus tetragonum; oportebit verò abſtinere à frequenti balneo, exercitiis autem vti, & deambulationibus: ita enim morbis bene conſuletur.

De ſchematibus lunæ in Leone.

CAP. VI.

Galen.

A SI quis decumbat luna exiſtente in Leone, cui Sol diametrum, aut tetragonum porrigit prima morbi origo erit ex repletione, & cruditate: aderunt grauitates thoracis, & hypochondriorum, aderunt febres, quarum calor maior erit in profundo, quàm in ſuperficie corporis, aderit adſtricta aluus. Huic congruent omnia, quæ calefaciunt modicè, & aperiunt. Quòd ſi nullus ex beneuolis lunam inſpicit, circa diametrum morietur: ſi verò boni lunam inſpiciunt, plurima mala perpeſſus tandem ſanabitur. Si autem decumbat aliquis, in Leone luna exiſtente, cui Mars vel præſens iungitur, vel diametrum, aut tetragonum porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine ſanguinis: febres aderunt cum fluxibus alui, pulſus debiles, at ſubmerſi, defectus animi, lapſus appetitus, grauitas, ſomnolentia, & languor totius corporis, imò & cardiaca aliquando. Huic congruent ea, quæ conſtrin-
B gunt, ac modicè refrigerant. Quòd ſi nullus ex beneuolis lunam aſpicit, die nona morietur: ſi verò boni aſpiciunt, plurimùm periclitatus, poſt diametrum ſanabitur. Si autem decumbat aliquis luna exiſtente in quacunque parte Leonis, (hoc autem, quod dicam & citra alia ſigna certum, ac veluti Themiſtos conſilio proditum obſerues) Leone horoſcopum occupante, morbus erit ex demacratione membrorum, per triſtitiam, per negotia, ſolicitudines: thorax calefiet, extrema autem frigeſcent, adſunt & capitis dolores, oculi caui, naſus retortus, pulſus inſenſibiles: ægroti, quaſi longis detenti ſint ægritudinibus, ita apparent corpore deiecti: tenduntur autem quantum eſt ex eorum plenitudine. Quare oportet confeſtim ſangui-
C nem detrahere, & ſi fieri poteſt, luna in hoc eodem ſigno adhuc exiſtente, præſertim ſi motum ſuum auget: ſin minùs, intra tertium diem. Fricare autem oportet extrema, & reſoluere ea, quæ thoraci incumbunt. Si autem Mars ſimul & Sol vterque aucto motu, ſchemata porrigant, tempore cœpti decubitus, lunæ, cardiacam nullo modo infirmus euadet, infra quintum diem. Si autem Saturnus ſchema porrigat lunæ, non eſt adeò timendum vt moriatur. Si verò Iupiter, aut Venus ſchemata lunæ porrigunt tempore cœpti decubitus, ſpes eſt firmisſima ſalutis circa tetragonum incœpti curſus affuturæ. Si autem ipſa luna ſola, citra vllum ſchema, motu diminuta in Leone ſit, etiam ſpes firma ſalutis. Proderit autem ægroto exhibitio vini, balneum, deambulatio, præſertim poſt tertiam, aut poſt quintam diem. Si autem luna in Leone, vt diximus, ſit tempore cœpti decubitus, augeátque motum, Saturnus verò in medio cœli conſtitutus ſuum ſchema illi porrigat, futurum eſt id, quod diximus, circa tetra-
D gonum: nihilò minùs tamen ventris dolores, & inflationes remanebunt, etiam ſi præſens adſit aliquis ex beneuolis: ſanantur tamen, ídque tantò citiùs ſi luna à coniunctione motu aucto currat. Si verò lunæ in Leone exiſtenti tempore cœpti decubitus Saturnus & Mars, & alius quicunque ſchemata obiiciat, ipſa verò Aquilonem verſus egreditur, ſoluentur morbi omnino, adueniente curſus incœpti diametro. Non oportebit verò calefacientibus vti, ſed ægrum in vmbra decumbere: vtile autem erit, eius deſiderio plurimùm aduerſari, frigida exhibere, cibos offerre, qui nec inflent, nec attollant. Si autem luna à nemine aſpiciatur, auget verò motum, futurum eſt vt circa diametrum datis ſignis criſeos morbus ſoluatur: at ſi motum minuit, auferet aliquid morbi circa coniunctionem Solis: faciet tamen vt æger ſæpius recidiuam perpeſſus lon-

giùs affligatur, falubriter tamen.

De fchematibus lunæ in Virgine.
CAP. VII.

SI quis decumbat exiftente in Virgine luna, cui Saturnus vel præfens iungatur, vel tetragonum, aut diametrum porrigat, erit prima morbi caufa, defidia, & cruditas, dolor erit in ventriculo, & inteftinis, phlegmone in hypochondriis, aderit febris cum alui adftrictione, quæ non feruabit ordinem remifsionum, & afflictionum, pulfus erunt profundi, frequentes, & debiles. Huic congruent ea, quæ modicè calefaciendo aperiunt. Quòd fi beneuoli lunam non afpiciant, circa diem quadragefimam in fummo periculo reponetur: fi verò boni afpiciunt, longam ægritudinem perpeffus tandem fanabitur. Si autem decumbat aliquis exiftente in Virgine luna, cui Mars vel præfens adfit, vel tetragonum, aut diametrum porrigat, erit morbus, qui à B fluxu ventris incipiet, quem fubfequetur dyfenteria, ita vt fanguis fluat, & excorientur inteftina, exhulcerentúrque: aderunt febres malignæ, pulfus debiles, ac frequentes, cafus appetitus, fubuerfio ftomachi, huic congruent ea, quæ adftringendi vim habent: & nifi lunam boni afpiciant, morietur die trigefima: fi verò boni afpiciant, fanabitur. Si verò decumbat aliquis exiftente in Virgine luna, erit morbus, quem cœliacam vocant pafsionem, aderunt dolores ventris, & inflationes, quæ à læfa coctione originem fument: ea, quæ venter excernet, fluida erunt: quæ autem vefica, viridia, ac malè olentia: aderunt punctiones in fepto tranfuerfo, & ventriculo iam debili, compatietur totum neruofum genus: oculi erunt aperti, ac vigilantes, præfertim à principio. Si autem Luna ex paruo motu in maiore prouehitur, Mars autem, aut Mercurius, & C Sol fchemata illi porrigunt, timendum erit, ne nimium exafperato malo infirmus in infaniam decidat: neceffe verò erit adhibere ea, quæ ingroffandi, infpiffandíque vim habeant: vitanda erunt omnia fluida, frigida, vuida: tantò autem hæc vitanda magis, quantò in maiorem motum luna vehitur: circa diametrum enim fufpicio erit cœliacæ, & dyfenteriæ, quæ mala fi femel corripiant hominem, longo tempore minutim abfcedunt. Si autem lunæ in Virgine, vt diximus, exiftenti Saturnus cum Mercurio, aut Venere, aut Ioue fchemata porrigat, nihil minùs futura eft longi temporis ægritudo fplenitica, aut nephritica: quæ mala abfcedent quidem, fed longo tempore affligunt. Si autem luna tempore cœpti decubitus fola fit, à nemine infpiciatur, fiue augeat motum, fiue minuat, futuræ funt hæmorrhoidum fluxiones, quas luna circumactis D vfque aliquot reuolutionibus auferet: infirmi erunt liuidi, atri per longum tempus, fanantur tamen. Si autem tempore cœpti decubitus Iupiter, aut Venus, aut Mercurius, fiue horum aliquis, fiue omnes lunæ fchemata porrigant, non minùs adfunt fluxus ventris, definunt tamen circa diem quintam. Oportet autem vinum quidem exhibere, fed balneum fubterfugere.

De fchematibus lunæ in Libra.
CAP. VIII.

SI decumbat aliquis in Libra exiftente luna, cui Saturnus vel præfens iungatur, vel tetragonum, aut diametrum porrigat, erit prima morbi origo ex nimia vini potatione, & crapula. Quòd fi luna minuat motum fuum, decubitus autem primùm noctu incipiat, futuri funt affectus mali capitis, & thoracis, rheumatifmi, tuffes, præfertim à principio, grauedo capitis, cafus appetitus, febres continuæ, quæ nullum ordinem afflictionum feruabunt, pulfus erunt frequentes, & debiles. Huic igitur congruunt ea, quæ calefaciant. Si tamen vnà cum Marte Saturnus fchemata porrigat, citra vllum dubium morietur, veniente diametro. Si autem decumbat aliquis exiftente in Libra luna, cui Mars vel præfens iungatur, vel diametrum, aut tetragonum porrigat, erit morbus ex nimia fanguinis copia, erunt febres continuò crefcentes, pulfus retracti, defectus animi, phrenitis, fuperflua vigilia, totius corporis inflammatio. Huic congruet fanguinis detractio, & ea omnia, quæ foluunt habitum corporis. Quòd fi nullus ex beneuolis protegit, intra decem dies morietur: fi verò boni afpiciunt, circa diametrum fummum perpeffus periculum fanabitur. Si autem decumbat aliquis exiftente in Libra luna, diffundetur materia morbi in membra extrema, quæ inflammabuntur, & dolebunt, calor tamen erit in profundo maior, æger oculos continuò occludet, cùm tamen non dormiat, deiicietur illi appetitus. Tales igitur funt iuxta figni huius naturam affectus, in quibus cognofcendis multi errant: putant enim ea accidentia ex cibis, quos infciis medicis ægroti accipiunt, prouenifse. Si autem ipfi lunæ minuenti motus fuos Saturnus, & Venus, aut Mercurius, aut vterque accedit, omnino circa diametrum in phrenitim incidet: próinde fomentis vtere, & iis, quæ refoluunt: infirmum autem in fecretiorem locum abfconde, & in folitudine diligenter obferua, ne clanculùm aquam bibat: futurum enim eft vt circa diametrum excretione alui facta à morbo redimatur, vfus iis, quæ diximus, remediis: fed tamen ad diuturnos, inæquales, & periodicos morbos reddetur procliuis, à quibus tamen redimitur. At verò fi folus adeft lunæ Saturnus, peribit, nifi luna motum augeat: fic enim plurima in principio, & augmento morbi perpeffus circa diametrum fanatur. Si verò exiftenti in Libra lunæ Mars, & Sol fchemata obiiciunt, erunt caufæ morborum in capite, quæ facient cephalalgias, rheumatifmos, hemicranias. Si verò Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ faciet fuffufiones, dilatationes pupillæ, glaucofes. Vtile eft autem vt plurimùm in iis malis fanguinem fubtrahere: vtiles funt & alui excretiones. Ne tamen promittas cito falutem infirmis affuturam: longum enim tempus in iis malis funt abfumpturi, non fine magno difcrimine. Si autem lunæ in Libra exiftenti, Iupiter, aut Venus fchemata porrigat, fanantur infirmi aliquo vfque malè detenti. Si autem nemo fe lunæ offerat, nec aliquis eam afpiciat, ipfa verò motus fuos minuit, futuri funt morbi maligni, & difficiles cognitu, præfertim in oculis, fed tamen veniente luna ad diametrum foluuntur. Scito autem omnia ea figna, quæ in tropicis & æquinoctiali fita funt, malignos femper producere morbos.

De fchematibus lunæ in Scorpione.
CAP. IX.

SI decumbat aliquis exiftente in Scorpione luna, cui præfens iungatur Saturnus, vel tetragonum, aut diametrum obiiciat, erit origo morbi ab inflammatione inguinum, & locorum profundorum, circa anum, & pudenda. Quòd fi luna motus fuos augeat, & lumen, beneuolíq; illã afpiciãt, reditus ad fanitatẽ erit facilis. Si verò decũbat aliquis exiftẽte in Scorpione luna, cui Mars præfens

præſens iungatur,vel tetragonũ,aut diametrũ porrigat, ipſa verò motus ſuos minuit,& lumen,ſchemata beneuolorum retinens,redibit ad ſanitatem,vltra vel citra tetragonum,aut diametrum:hoc enim in ſingulis ſignis beneuoli faciunt,vt iam noſti:reddunt enim morbos mitiores,& ad curãdum faciliores. Si verò decũbat aliquis exiſtente in Scorpione luna, origo prima morbi erit ira, & contentio, ſiue iurgia, inflammabuntur loca in abdomine circa ſedem, aut veſicam,febres à die tertia increſcent,& augebuntur,infirmus autem deſipiens factus exaſperabit mala ſua. Si autem luna in hoc ſigno auget motus ſuos, præſertim ab diametro, Mars verò ipſi præſens adeſt, periculum eſt læſionis per ferrum quoquo modo occulto. Si autem & Sol præſens adeſt, aut ſchema porrigit lunæ ſuos motus augenti, (id quod fit, quando ipſa ſecundum longitudinem ſui curſus quindecim partes percurrit) periculum erit apoſtematis pleuritici: iudicantur autem,& liberantur infirmi fluxu ſanguinis. Oportet autem in ſecretiore loco infirmum ſeruare, abſtinere verò ab omni frigidorum vſu, à lotionibus, malagmatibus frigidis,balneis, extractionibus ſanguinis per cucurbitulas:morbo autem ad diem vndecimum protracto:itur tandem in diuturnum malum, in quo non minus eſt periculum. Si autem decumbat aliquis in Scorpione luna exiſtente, cui Iupiter, vel Venus adſit præſens, vel ſchema porrigat,erunt eadem mala, quæ diximus,ſed ſalubriora,à quibus tamen non liberatur niſi longo tempore: longitudo autem temporis, aut numerus dierum durationis morbi cognoſcetur ex connexione lunæ cum ſtellis beneuolis: donec enim vel ipſi planetæ præſentes boni, vel eorum ſchemata non acceſſerint, morbi vigent:ſuámque vim obtinent: ſtatum tamen,ac veluti præfinitum tempus ægritudinis eſt ad diem diametri, vltra quam ſi morbus protrahatur,fit chronicus, & longus. Si autem decumbat aliquis luna in Scorpione exiſtente, vergentéque ad Solis coniunctionem, motu diminuto,cui Saturnus vel præſens iungitur, vel ſchema porrigit, defatigabitur plurimùm infirmus, & labefactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, anum ſcilicet, aut pudenda:& niſi beneuolus aliquis protegat,ſic commorietur. At verò ſi luna motu aucto progreditur, Saturnus autem illi aut iungitur præſens,aut ſchema porrigit, futura ſunt eadem mala,ſed minùs periculoſa,tamen chronica,& diuturna. Natura autem ſigni huius exigit,vt vitetur vſus balneorum,ac eorum omnium,quæ humores fundũt, & defluere faciunt.

De ſchematibus lunæ in Sagittario.

CAP. X.

SI decumbat aliquis exiſtente in Sagittario luna, cui Saturnus præſens iungatur,aut tetragonum,vel diametrum obiiciat, morbus incipiet à fluxu ſubtilium, tenuiúmque rheumatum,aderunt dolores articulorũ, aderunt adſtrictiones alui, febres, quarum acceſsiones erunt cum rigore, & frigiditate extremorum. Quando igitur luna ſuum lumen & motum maximè minuet, erunt tum acceſsiones febrium duplices, erunt conſtipationes multæ,pulſus profundi. Huic igitur congruẽt ea,quæ calefaciendo aperiunt. Niſi verò beneuoli aſpiciant,futurum eſt vt magna pericula ſubeat,ſanatur tamen tranſcurſa diametro. Si verò decumbat aliquis exiſtente in Sagittario luna, cui Mars præſens iungatur, vel tetragonum,aut diametrum obiiciat,luna verò au-

A get lumen ſuum,& motum,erit ægritudo ſummi periculi,cuius origo eſt repletio,& crapula,futuræ ſunt febres continuę,quæ magis ac magis inualeſcũt,erũt cholericæ paſsiones,ſoluta aluus,pulſus debilis. Congruẽt huic ea, quæ refrigerant,& conſtingunt. Quòd ſi maleuoli lunam inſpiciunt,ſeptima morietur:ſi verò beneuolus aliquis inſpicit,ſanatur,tranſcurſa diametro, ſed non ſine periculo. Si verò decumbat aliquis luna in Sagittario exiſtente,morbus eſt,qui ortum accepit à balneo,& aere frigido: totum corpus fluxu rheumatum corripitur,adſunt dolores gingiuarum,& dentium: pręincipiens autem morbi cauſa in thorace eſt. Si autem lunæ accedenti motu diminuto ad ſolem præſentes iunguntur,aut ſchemata obiiciunt Saturnus,& Mercurius, futuræ ſunt inflammationes pulmonis, & ſepti tranſuerſi, totum corpus ſupercaleſit. Oportet autem adhibere ea maximè,quæ reſoluunt,& exiccant: vtilis erit,
B præſertim à principio,detractio ſanguinis. Quòd ſi luna tranſgreſſa priùs tredecim partes, nunc decimam quartam tranſgreditur,quinta die morietur. Si autem tempore decubitus lunæ exiſtenti in Sagittario, Iupiter,aut Venus iunguntur, vel ſchemata porrigunt, futura quidem ſunt ea, quæ diximus,mala,ſed erunt ſalubriora. Si verò luna nemini iungatur, nec aſpiciatur à quopiam,motum autem ſuum auget,ſalubriora quoque mala accidunt. At verò ſi Mars,& Sol lunæ augenti ſuos motus ſchemata obiiciant, ſupra mala prædicta tuſſes vehementiſsimæ ſuperuenient. Natura autem ſigni huius eſt, vt ægrotis vigilias incutiat continuas, & noctu maiorem afflictionem, quàm de die commoueat,vnde adeò debilitantur infirmi, vt vix pulſus eorum percipere poſsis:neceſſe verò erit vti iis,quæ reſoluuntur,& modicè calefaciunt:fugere autem balnea,
C lotiones,humectationem denique omnem: æger verò in obſcuro ſub vmbra decumbat,qui ſpem ſalutis certam habeat, ſi boni lunam aſpiciunt. Quòd ſi vnus tantùm ex beneuolis protegat inſpiciendo lunam,plus quidem exaſperantur mala, ſpes tamen eſt certa ſalutis poſt pericula.

De ſchematibus lunæ in Capricorno.

CAP. XI.

SI quis decumbat luna in Capricorno exiſtente,& minuente ſuum motum, cui Saturnus præſens iungatur,vel tetragonum,aut diametrum obiiciat,origo morbi eſt refrigeratio in balneis,adſunt tenuia rheumata, grauitas thoracis,& pulmonis,tuſsit præſertim à principio,febres,quarum acceſsiones veniunt cum rigore, idque magis noctu. Huic congruent ea,quæ calefaciãt. Et niſi bonus aliquis lunam aſpiciat,die vigeſimopri-
D mo morietur:ſi verò boni aſpiciunt,ſanabitur,longam pulmonis ægritudinem perpeſſus. Si decumbat aliquis, in Capricorno luna exiſtẽte,cui pręſens iungatur Mars, aut diametrum, vel tetragonum obiiciat, morbus erit, qui originem traxit à læſa coctione, quam ſubſequitur vomitus, & cholera:morbus equidem periculoſus, & acutus:comitabuntur illum neruorum diſtenſiones,inflammationes,bilis mordax in inteſtinis,& ano. Huic congruẽt ea,quæ refrigerẽt,& cõſtringant: Niſi verò bonus aliquis tũ aſpiciat,die quinta,aut ſeptima morietur: ſi verò beneuolus aliquis aſpiciat,ſanatur infra ſeptimã. Si decumbat aliquis luna exiſtẽte in Capricorno, cauſa præincipiens morbi erit labor, & inanitio:erunt autem dolores potiſsimũ in dorſo,incurrent horrores ſæpius, ita vt bis,térque breui ſpatio tẽporis acceſsiones ſuas fa

A ciant: eriguntur pili totius corporis, febres sunt cum aluo adstricta, & dissoluta, debilique virtute. Hæc ego multa tibi ea de causa adduco, vt tu habitis iis indiciis, morbos certioribus notis dignoscas. Tantò verò debiliores infirmi redduntur, quantò luna motus suos magis diminuit: videbis ægrotum delirare in loquendo, oculos raro sursum attollere. Quòd si circa incepti cursus diametrum Saturnus lunæ iungatur, vel schema obiiciat, reponetur eo tempore in summo discrimine infirmus, idque ob violentiam, & afflictionem nimiam febris. Quòd si tum aliquis ex beneuolis protegat, liberatur, sed longo tempore afflictus. Si verò Mars, aut Sol vnà simul schemata porrigat, transmutabitur morbus, fiétque periodicus. At verò si luna motum suum augeat, præsens verò illi circa incœpti cursus diametrum adsit Saturnus, aut Sol, vt diximus, futurus est morbus periculosior. Si autem lunæ in Capricorno existenti Iupiter, aut Venus, aut Mercurius siue horũ aliquis, siue omnes præsentes iungãtur, aut schemata porrigãt, causa morbi eadẽ est, quã diximus, sed morbus fit omnino salubris. Animaduerte autẽ naturam signi huius, cuius proprium est periculosas inferre ægritudines. Oportebit verò abstinere à balneis, & ab omni frigidorum vsu, decumbere verò in sublimi, & alto loco. Expediet & exercitia, si fieri potest, infirmis iniungere.

De schematibus lunæ in Aquario.
CAP. XII.

SI quis decumbat existente in Aquario luna cui augmentanti lumen suum, & motum Saturnus præsens iungatur, vel diametrum, aut tetragonum obiiciat, origo morbi est, labores, vigiliæ, aut itinera: non seruabitur autem æqualitas morbi in augendo, & diminuendo. Quòd si bonus quispiam lunam aspicit, sanitas redit circa incœpti cursus diametrum. Si verò decumbat aliquis, in Aquario luna existente, cui minuenti motum suum, & lumen, Mars præsens iungitur, aut diametrum, vel tetragonũ obiicit, causa præincipiens morbi est in inguinibus, aut in cruribus, aut in pudendis: futuræ sunt febres vrentes, continuæ, & crescentes continuò, extrema tamen membra magis, quàm cætera, inflammantur, incurrit sitis, inquietudo, ita vt ægroti in eodem loco non permaneant, sed crebrò exurgant: adest desiderium frigidæ potionis. Si verò lunæ augmentanti suos motus præsens Mars iungitur, aut aliquod schema obiicit, futurum est vt infirmus circa incœpti cursus tetragonum animo delinquat. Congruent verò huic subtractiones sanguinis: nec oportebit nimiùm se opponere eorum desiderio ad potionem frigidam, neque in lucido loco decumbere. Quòd si circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autem lunæ in Aquario existenti Iupiter, aut Venus, siue vterque eorum, siue alter ex iis schemata porrigat, luna verò suos motus minuit, sanatur circa diametrum. Si autem lunæ minuenti suos motus Saturnus schemata obiiciat, aut etiam Mercurius, iidem sunt futuri affectus, quos antè diximus: supra illos tamen accedunt & rheumata, & fluxus diuersi ad inferiora membra. Periculum etiam erit, ne infirmus in hydropem decidat: certum autem est quòd longo tempore affligetur. At verò si luna tempore cœpti decubitus motum suum medium nõ excedit, sanitas quidem est affutura, sed tardè.

De schematibus lunæ in Piscibus.
CAP. XIII.

SI quis decumbat existente in Piscibus luna, cui minuenti suum lumen, & motum Saturnus præsens iungatur, aut diametrum, vel tetragonum obiiciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quã subsequẽtur tenuia rheumata, stipabuntur extrema, febres accedent cum rigore, quarum accessiones erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochondriis, & articulis, pulsus profundi, & debiles. Huic igitur congruent ea, quæ calefaciant, & stipata aperiant. Quòd si beneuolus aliquis lunam inspicit, sanatur circa diametrum, remanent tamen diuturni articulorum dolores. Si decumbat aliquis luna in Piscibus existente, cui augmentanti suum lumen, & motum Mars præsens iungatur, aut diametrum, vel tetragonum obiiciat, origo morbi est à nimia vini potatione, & cruditate, morbus autem à die tertia vigorem maiorem accipiet: afflictiones erunt noctu maiores, succedent vstiones B nimiæ in thoracem, delirium, phrenitis, dolor capitis, sitis, desiderium vini, pulsus retrahentur. Huic congruent ea omnia, quæ habitum corporis soluunt, præcipuè tamen detractio sanguinis: & nisi bonus aliquis lunam aspiciat, circa primum incœpti cursus tetragonum morietur: quod si boni aspiciunt, sanatur post diametrũ, sed magna priùs expertus pericula. Si autem lunæ in Piscibus existenti, Iupiter, aut Venus præsentes adsunt tempore cœpti decubitus, aut schemata porrigunt, sanitas redit, aut circa primum incœpti cursus tetragonum, aut diametrum. Magni autem momẽti apud te esse debent & anguli cæli, si enim tempore cœpti decubitus beneuoli, aut in horoscopo, aut in medio cæli sint repositi, luna autem est in schemate tetragono, aut diametro malorum, non leue est inde ad consequendam salutem auxilium. Si contrà maleuoli sint in horoscopo, luna autem est in schemate bonorum, magnum est C salutis futurum impedimentum. Operæ pretium est igitur, optimum medicum meminisse semper præceptorum mathematices, disquirere diligenter diem, & horam decubitus: conspicere deinde situm cæli, sine consensu cuius nihil vsquam fieri potest. Si decumbat aliquis existente in Piscibus luna, causa morbi procatarctica est, vel importuna lotio in balneo, vel nuda deambulatio, vel frigida potio. Statim autem compatitur neruosum genus, præcipuè stomachus: adest febris, adest spirandi difficultas, adstrictio alui: calor tamen maior in profundo, quàm in membris extremis: pulsus adeò fiunt parui vt vix eos percipias, immutantur tamen subitò, ita vt infra horas duas diuersitatem in illis agnoscas: venter autem fluida excernet, vrinæ malè olent. Congruent huic vsus refrigerantium. Quòd si luna in primo incœpti cursus tetragono cursus suos augeat, icta Saturni aliquo schemate, sanari quidem po- D terit, sed cum magno periculo. Si autem luna in Piscibus existens, Iouis, & Mercurii schemata habeat, eædem morbi causæ erunt, quas antè diximus: in hoc tantùm erit diuersitas, quòd ventriculi dolores superaddentur, quibus debilitantur, variantúrque pulsus. Si autem luna motum suum medium excedit, Saturni icta schemate, vltra primum incœpti cursus tetragonon non viuet. Quòd si Venus quoquo modo lunæ det sua præsidia, morbus vsque ad diametrum protrahitur, ex quo tandẽ dysenteria subsequetur, pallores, tumores pedum, macies totius corporis, qua consumpti tandem moriũtur infirmi. Si verò luna excedens motum suum medium, Martis, & Solis schematibus feriatur, eædem erunt morbi causæ, quas diximus: febres tamen cõtinuò magis assurgent, phlegmone hepati additur, extrema vruntur. Oportebit

Oportebit verò hora opportuna cibare infirmũ, cibo, qui magis nutriat. Natura verò huius ſigni interdum non admittit euacuationem ſanguinis per phlebotomiam. Niſi verò beneuolus aliquis aſpiciat, morietur in diametro infirmus. At ſi Iupiter, aut Venus inſpiciat, luna verò motus ſuos minuat, periclitãdum quidem infirmo eſt ex iis, quas antè diximus, cauſis: circa diametrũ tamen ſanatur, præſertim ſi in curando medicus non erret. Aduerte autem ad Iouem, & Venerem: ſi enim horum ſchemata luna habeat, ipſa verò motum augeat, Martis, & Solis ſchematibus oppreſſa, nihil inde eſt auxilii, moritur infirmus.

14 Vellem autem vt eorum, quæ hucuſque diximus, præceptorum recorderis, non ſolùm circa decubitus, ſed etiam circa illata vulnera, circa partus mulierum, & alia, quæ hominibus accidunt: inde enim ſcies quando opportunè chirurgiam, aut curationes alias, quæ ex delectu, & arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: veluti, exẽpli gratia, in dilatatione pupillæ oculorum, in glaucomate, in ſuffuſione. Chirurgiam primùm incipies, quando luna lumen, & motum ſuum auget, beneuolorum ſchematibus expoſita. Vtile eſt te ſcire & illud periculum eſſe excalfacere corpora, quãdo luna auget lumen ſuum, & motum, cui Mars aut Sol iungatur, vel ſchemata obiiciat. Periculum item refrigerare corpora, quando luna minuit motum ſuum, & lumen, cui Saturnus, aut Mercurius præſens iungatur, vel ſchemata obiiciat. Quando verò vno die & eadem hora duo decubuerint, animaduerte ad ætates illorum, ac eas mutuò ſibi conferas: iunior enim citiùs ſanatur, & faciliùs (pro diuerſitate morborum, quos iam circa ſingula ſigna diligenter examinauimus) ſi luna minuat motum ſuum, & lumen, Saturni, vel Mercurii ſchemati expoſita: ſenior autem aut tranſmutationem faciet morbi in alium morbum, aut longiori tẽpore ſanabitur. E diuerſo iuniori maius incumbit periculum circa incœpti curſus tetragonum, aut (ſicuti iam docuimus) diametrum, ſi luna augeat motum ſuum, & lumen, Martis, aut Solis ſchemati expoſita. At verò ſi luna ſeiũcta à commercio malorum, ſolùm ſchematibus bonorũ expoſita fuerit, iuniores, & ſeniores ſanantur pro diuerſitate affectuum, quos circa ſingula ſigna expoſuimus. Hæc verò ego tibi nunc adiunxi, vt tu fretus conſilio abſolutiſſimo, in omnibus ſis abſolutiſſimus.

CLAVDII GALENI De Partibus Artis Medicatiuæ Ad Iuſtum.

Nicolao Calabro Interprete.

CAPVT PRIMVM

DE PARTIBVS medicatiuę, Iuste dilectiſſime, cõueniẽter mihi videris dubitare, cùm alii & alii aliter eas diſtinguant. Audire nanque eſt aliquos quidem in pharmaciam, & chirurgiam, & diætam totã artem incidentes, déinde rurſus vnãquãque prædictarum partiũ diuidentes, non tamen ſimpliciter omnes. Et aliquos in curatiuã, & vocatã ſanatiuã: alios autem, qui depoſcũt & præſeruatiuam his adiici mox in prima diuiſione, ſicut & alii reſumptiuam. Alii autem vtraſque has, & cũ iſtis euecticam. Sunt autẽ alii, qui & gerocomicã, ſiue ſenum educatiuã, ſicut propriã quandam partem artis adiiciunt prædictis: quidam autẽ & prædotrophicam, id eſt, infantium: ſicut & alii decoratiuam, diſtinguentes eam à commotica. Quidam autẽ ampliùs adhuc diuidentes cum prædictis partibus aliã partem paruam mox in prima connumerant diuiſione, vocis procuratiuam: alii quidem ſimpliciter & indeterminate: alii verò cum eo quòd determinant, & oſtendunt tum quidam eis, qui ad idoneam: tum etiam eis, qui ſecundum naturam ſe volunt habere, vt ſicut volunt habere alios actus, ita habeant & vocem. Sed hi quidem nũquàm perueniunt ad vnumquodque eorum, quæ ſecundum partem artis: & ſi quidem ita feciſſent, haberet aliquam rationem diuiſio eorum: ſed quia omnes alios relinquunt, vnius verò ſolius faciunt memoriam, manifeſtè redarguunt ſe ipſos, quòd immethodicè, & abſque ratione faciunt diuiſionem, aut neque per maximas partes pertranſierunt: concordarent enim adinuicem de harum ipſarum diuiſione ad minores partes. Alii autem quædam quidem prædictorum ponentes, vt partes, non pauca autem omittentes, ſuperaddunt eis alias ſecundum primam mox diuiſionem: ſicut qui dixerunt phyſiologicam, & pathologicam. Alii autem dicunt & materialem ſimul cum iſtis: ſicut & alii ſignificatiuam: alii autem cauſarum æſtimatiuam.

2 Empirici autem ferè omnes concordantes adinuicem in faciendo partem artis duplicem primam & ſecundum genus differentiam, alias autem earum finales, alias verò conſtitutiuas dicentes eſſe: non concordant adinuicem in harum ipſarum connumeratione. Quidam enim eorum finales dixerunt eſſe ſignatiuam, & curatiuam. Alii verò & vocatam ſanatiuam: alii autem & decoratiuam: alii autem & vocis procuratiuam eis addiderunt. In conſtitutiuis verò per ſe inſpectionem quidem, & hiſtoriam vniuerſi. Similiter verò tranſitionem non omnes enuntiauerunt eſſe partem artis. At verò neque incidendo ſingulam prædictarum

adhuc

adhuc in minores particulas concordant adinuicem, vt eſt dicere empirici,& dogmatici. Quin etiã ſi quidem omnia talia nominauerit aliquis partes medicatiuæ, qualia in Roma maximè,& ad multa,& minora diuidere ea nõ ceſſant,dentales quoſdã,& auriculares & anales medicos nominãtes,in difficultatẽ veniet ſermo maiorẽ:quãuis & his occaſionem aliquam circa hoc præbuerit nomen ophthalmicorum,id eſt,ocularioru,nõ nuper impoſitum,ſed multo iam elapſo tempore:ſi enim oculorum ſolorum fuerit aliquis medicus, non irrationabiliter videbitur & dẽtium aliquis alius eſſe:& aliarum vniuſcuiuſque corporis partium proprius,vt ſint tot medici,quot particulæ. Ac etiam appunctores, & herniarum inciſores. Alii quidam & lapidum inciſores: qui ſi ſic nõminentur,plures erunt,quàm corporis particulæ, medici:ſecundũ enim vnãquãque paſsionem erit vnus medicus. Et nõ eſt mirabile,ſi in tam multa diuidatur ars maxima exiſtens,& in maxima ciuitate pro omnibus repentè medicos reperiri. In parua enim ciuitate appungens aliquis oculos,aut incidens hernias nequaquam nutrietur. Roma verò, & Alexandria, propter multitudinem hominum,ſufficientes ſunt nutrire & eum,qui quamcunque artem operatur: ſed in aliis gentibus coguntur ciuitates permutare hi tales frequẽter,ingeniantes,vt quod his;qui ſunt in Italia,vel Roma ſola,hoc illis fiat, verbi gratia,Græcia tota.

3 Sed mihi videtur bonum eſſe, vt adhuc incipiã loqui de mente mea:quoniam minimæ particulæ artis quales ſint ſecũdum naturã iam dictũ eſt priùs,nũc apertiùs determinãdũ quas oporteat vocare particulas minimas;exemplum in ſermone ponentes non extra propoſitum negotium,ſed ſuper quidem aliquid vtilium debens eſſe. Sicut ergo corporis noſtri particulas in anatomiis vſque ad minimas ſecundum ſpeciem, quas & elementa ſenſibilia vocamus,conamur diſcere,ita oportet & artis minimas particulas,& elemẽta ſenſibilia perſequi. Et organa quidem corporis,vt caput,manus,pedes,& huiuſmodi:horum autem ipſorum rurſus vniuſcuiuſque ſunt partes:velut capitis quidẽ aures,& facies, & naſus,& collum. Ipſius verò nominatæ propriæ capitis partes,& cerebrum,& ambæ meninges, & craniũ, & arteriæ,& venæ,& membranæ,& nerui, & cutis: quæ omnes ſecundum primam inciſionem inueniuntur. Harum verò rurſus partium ſingula diuiditur in particulas:& dictum eſt de omnibus ipſis in libris de Anatomicis tractationibus: in præſenti verò ſufficit proponendo quãcunque oſtendere inciſionem corporis vſq; ad elementa. Arteria igitur bitunicalis eſt ſecundum ſui rationem. Monſtratum enim eſt propter quid tritunicalis,& quadritunicalis appareat. Tunicarum autem eius altera quidem obliquas habet fibras, altera verò rectas. Ipſas autem fibras in aliam ſpeciem non eſt incidere:ſed eſt indiuiſibilis, & minima iam hæc particula ſecundum ſpeciem. Igitur & conſuetudo eſt nobis, eas quidem,quibus attributus eſt aliquis vnus actus neceſſarius,aut vtilis toti animali,partes corporis,aut organa vocare: minimas verò eorum non particulas ſolùm,ſed etiam elementa ſenſibilia corporis:tales autem ſunt fibræ,quæ ſunt ſecundum ſingulum organorum,ſicut ſunt arteriæ,& venæ,& nerui,& inteſtina,& venter, & matrix,& veſica:ex fibris enim habent tunicas conſiſtentes. Adhuc autem cum fibris ſunt membranæ,& colligationes,& caro tam ſimplex,quàm quæ eſt ſecundũ ſingulum viſcerum propria; quam quidam parenchyma,ſeu affuſionem vocant:& cum his eſt os,& chartilago,& pinguedo,& quodcunque tale. Siquidem & illud

A ſenſibilia elementa corporis noſtri iuſtè quis dixerit. Altera pars particularum organica erit:non eſt autem malum pertranſire & hæc. Venæ ſunt, & arteriæ,& nerui,& muſculi,& tendones,& oculi,& matrix,& inteſtina,& renes,& venter,& ſplen, & hepar,& pulmo, & cor,& quæcunque alia talia.

4 Secundum igitur ſimilitudinem exempli,appuntiuam quidem ſuffuſionis artem, talem partem totius medicatiuæ oportet putare eſſe, qualis eſt corporis particula,quam appellamus organum: ſingula autem eius particularum proportionalis eſt ſenſibilibus corporis elementis. Sunt autem partes artis,notitiæ,quæ fiunt in anima noſtra: quas nominant quidam theoremata. Prima nanque eſt, quæ eſt totius ſpeciei organi,quod appungitur: ſecunda verò particulæ illius, quod eſt ſecundum organum, vbi oportet appungere:& tertia, quæ eſt ſecundum commenſurationem di- B ſpoſitionis: & quarta, quæ eſt circa conuerſionem: & quinta, quæ eſt à ſolutione, & à motione ipſius ſuffuſionis de loco,quem compræhendit:& ſexta,quæ eſt ex abductione: & ſeptima, quæ eſt de incuneatione. Vltimæ enim ſunt hæ notitiæ, & minimæ, & ſimplices:& non habent inciſionem ad alias notitias ſimpliciores eis. Notitias autem, vel notiones,vel ſcientias, vel theoremata dicere nihil differt ad præſens: ſicut neque partes, & particulas, & portiones. Scientia igitur,quæ eſt de appunctione,cõpoſita eſt ex his,quæ ſecundum partem,ſcientiis,quas pertranſiui. Vniuerſa autem cura ſuffuſionum indiget aliquibus aliis notitiis duplicibus ſecundum genus:prima quidem ordine præparatiua: ſecunda autem nominata apotherapeutica. Si enim plethoricum ſufficienter, vel cacochymum, vel cephalalgicum aliquem accipiens quis ducat ad hanc C chirurgiam, phlegmonas aliquas operabitur tunicarum, quæ ſunt appunctæ, & compaſsionem totius capitis. Vt autem non fiat, hoc præparatiuæ artis eſt opus: cuius intentio eſt abſque ſuperfluitatibus quidem, & purum totum corpus, caput autem indolens oſtendere. Ex quibus autem rurſus hoc fiat theorematibus elementa artis ſunt: ſicut rurſus conuenienter,ex quibus poſt chirurgiam abſque phlegmone quidem oculus ſit,inoffenſum autem totum caput: & in hoc theoremate elementa medicatiuæ artis ſunt, id eſt,minimæ, & vltimæ particulæ. Hunc ergo ſermonem, velut exemplum ad alias vniuerſas paſsiones ſciatis eſſe:& ſcientiam, quæ eſt ſecundum ſingulam earum, talem eſſe partem artis, qualis eſt in animali vocatum organum. Licet autem & hoc citra magnum laborem diligenter determinare totum, ſicut D enim ſuffuſionis, ita aliquis putabit & phlegmones ſimpliciter eſſe artem curatiuam: & ſimiliter hulceris, & fracturæ,& eryſipelatis,& aliarum paſsionum: non tamen eſt ita quod verum. Qualis enim eſt corporis pars, quam vocamus organum, talis pars medicatiuæ eſt curatiua notitia phlegmones: & qualis eſt particula corporis oculus, talis pars eſt ſcientia curatiua ophthalmiæ. Voco autem ophthalmiam phlegmonen tunicæ exterioris de eis, quæ ſunt ſecundum oculum. Talis etiam eſt ægritudo pulmonis quidem peripneumonia,ſuccingentis verò coſtas tunicæ pleuritis. Etenim & hæ paſsiones phlegmonæ quædam ſunt harum particularum. Alia quidem ergo eſt curatiua ars phlegmones generaliter: & alia, quæ determinatur cum patiente particula: ſicut organum, quod generaliter intelligitur,aliud eſt à determinato organo. Quòd autẽ alia quidẽ eſt, quæ phlegmones, alia verò

eius

eius,quæ eſt in hac particula phlegmones ars curatiua, demonſtratum eſt à nobis in therapeuticę methodi ſcriptionibus.

5 Empiricus autem non ait eſſe aliquam phlegmones ipſius ſecundum ſe ipſam generalem curam: ſed non eſt neceſſarium ampliùs in talibus ſubtilitate verborum vtendo immorari: ſed vt in capitulo dicendo, cùm ars medicatiua exiſtat de curis ægritudinum, ad primas, & principaliſsimas partes diuiduntur notitiæ curæ ſimplicium ægritudinum, déinde compoſitarũ. Quot autem ſint ſimplices,& quot compoſitæ ægritudines,oſtenſum eſt per vnum librum, qui de differentia ęgritudinum intitulatur. Si verò non ſolùm ab ægritudinibus ad ſanitatem recuperare,eſt medicatiuæ, ſed etiam ſanos in eodem cuſtodire,ſicut in alio à nobis oſtenſum eſt libro, pars alia huius partis erit,quę vocatur ſanatiua,quę contrà diuiditur dictę ſcilicet curatiuę:huius autē rurſus ſunt alię particulæ:theoremata,per quę in ſanitate cuſtodietur ſingula particularũ corporis Si verò & tertia aliqua alia eſt diſpoſitio, quam neutrum nominant, neceſſariũ eſt & huius prouiſiuam eſſe aliquam aliam partem artis. Videtur autem eſſe talis diſpoſitio eorum,qui mala temperie præditi quidem manifeſtè ſunt,nõ tamen ægrotãt, ſed adhuc agere poſſunt conſuetas actiones, vel nullum habent in ſe ſenſibile malum,ſed inſenſibile: ſicut eſt in morſis à cane rabido,vel eis,qui ſumpſerunt deleteriũ ab his,quæ poſt tempus interficiũt. In huiuſmodi enim diſpoſitionibus propria quædam pars artis videtur eſſe pręſeruatiua: ſicut rurſus in his quidem,qui liberati ſunt nuper ab ægritudine, debiles autem in tantum exiſtunt adhuc,vt neque balneari poſsint,neque conſueta agere, & debilem habent diſpoſitionem corporis, eſt alia particula artis,quæ vocatur reſumptiua. Gerocomica verò vocata pars in nulla videtur debere poni diſpoſitione: etenim ſenectus neque certa eſt ægritudo, neq; integra ſanitas. Quidam autem & pædotrophicam,id eſt, infantium educatiuam nominatam hîc locant,dicentes,quòd ſicut ſe habet corpus,ita debet prouidere ars de ventris diſpoſitionibus. Adhuc autem alii addunt aliam partem, quæ eſt circa euexiam:quæ vocatur ab aliquibus quidem euectica,ab aliquibus autem exercitatoria, & gymnaſtica:vt ſint primæ,& maximæ partes artis, quæ eſt circa corpus,curatiua,reſumptiua,pręſeruatiua, gerocomica, infantium educatiua,euectica, & ſanatiua: quibus rurſus ſic diuiſis,ſicut antè oſtendimus diuidi, curatiua ad ſimpliciſsimas peruenit differentias theorematum:quæ velut elementa quædam artis oſtendimus exiſtere.

6 Huiuſmodi incifio vniuerſa ſecundum diſpoſitionem corporis facta eſt: alia verò eſt, quæ ſecundum operationum differentias:quoniam chirurgiam,& pharmaciam,& diætam dicunt eſſe primas, & maximas medicatiuę particulas: fieri videtur aliquibus huius incifio ſecundum materiarum differentias. Omnis enim particula corporis ſaluari vel iuuari nata eſt ex diæta, vel pharmacia,vel chirurgia:ſed magis propriè dicet quis eas oblata,& quæ fiũt,& quæ euacuantur,& extrorſum incidentia. In ſumma verò dicendo,quicunque à diſpoſitionibus,quas ars illa curat, & cuſtodit,fecerunt eam, quæ ad partes diuiſionem totius medicatiuæ, tot particulas dixerunt exiſtere,quot ſunt differentiæ diſpoſitionum. Quidam autē non ab his ſolùm,ſed etiam ab omni vniuerſa materia,cuius medicus habet ſciētiam:qui & phyſiologicam,& vocatam propriè materialem, cum prædictis artis partibus connumerant. Quidam autem ab omnibus operationibus diſtinguentes partes artis vltra diætam,& chirurgiam, & pharmaciam, addiderunt

A ſignatiuam. Quidam autē diuidentes eã in pathognomonicam,id eſt,paſsionum cognitiuam, & prognoſticam, addiderunt eas cum prædictis partibus. Plurimi verò empiricorum finales partes dicentes eſſe ſignificatiuã, & curatiuam,& vocatam ſanatiuam, in inciſione curatiuæ poſuerunt diætam,& pharmaciam, & chirurgiam vt partes:peccantes quidem in nominationibus. Oportet enim eos non operationum,ſed ſcientiarum nomina dicere:non tamen in rebus falluntur. Melius autem eſſet, ſicut & dicunt quidam ex eis, aliquam quidem partem artis eſſe ſignificatiuam,aliam verò curatiuam,aliã autem ſanatiuam. Signatiuę verò eſſe partem pathognomonicam,& prognoſticam:ſicut & curatiuæ hanc quidem pharmacalem, hanc autem chirurgicam præciderunt. Igitur vt dicunt primam & generaliſsimam eſſe partibus medicatiuæ differentiam in eo,quòd aliæ ſunt quidem finales,aliæ verò conſtitutiuæ, optimè dictum

B eſt. Finales enim ſunt, quæ finem efficiunt:conſtitutiuæ verò ,quæ ſunt conſtitutiones earum: & vt vtique dicat quis exiſtentiæ cauſa. Putare tamen ſignatiuam æquiparabilem eſſe ſanatiuæ, & curatiuæ parti artis, non rectè dictum eſt: de neceſsitate verò præcedit,eò quòd non ſit prouidentia alicuius, neque cura, niſi cognoſcatur diſpoſitio circa corpus qualis ſit, non tamen ex ipſa ſignificatione peruenitur ad finem artis. Neque etiam ſimilis tranſitio æquiualens eſt particula per ſe inſpectionis,& hiſtoriæ. Qua in re non inſtat ſermo, qui nunc eſt: ſufficienter enim oſtenſum hoc eſt per totum vnum librum per ſe inſpectionis. Et neque Serapio aliter cognoſcebat: ſecundum hoc quidem ille & cuicunque cura eſt eorum, quæ aſſequuntur empiricam dictionem,pertranſierunt hunc li-

C brum. Ego autem, quia tu eum, qui eſt per indicationem, & methodum, ingreſſum ad talia noſti, principium ſermoni ſimile empiricis ponens, ad continua ſermonis tranſibo.

7 Dico igitur eſſe medicatiuæ primas quidem, & proprias,& maximè partes illas, per quas nobis aduenit finis artis: aliæ verò ſunt & his ſuperiores. Primæ quidem igitur, & proximæ tot ſunt numero, quot ſunt differentiæ propriiſsimæ medicinæ eius. Propriiſsima autem medicina medicatiuæ eſt vt diſpoſitiones noris corporis: ſiue duæ ſunt, ſicut ſecundum genus: ſiue tres, ſiue plures. Monſtratum enim eſt per vnum librum, qui ad Thraſybulum inſcribitur,quòd duplex eſt prima differentia diſpoſitionum, nominata propriis nominibus vtraque ab vniuerſis hominibus: quarum quidem alteram ſanitatem nominare eſt nobis conſuetudo,alteram verò ægritudinem. Vtriuſque verò rurſus earum ſpecies ſunt duplices. Vna quidem eſt, quæ eſt ſecundum habitum, id eſt,

D hexin,in vtraque diſpoſitione:alia verò ſecundum habitudinem, id eſt, ſcheſin. De ſanatiua igitur diſpoſitione, quæ eſt ſecundum habitum, procurat illa pars, quam vocamus ſanatiuam:cuius partem pręcipuam quidam ponunt vocatam euecticam,& reſumptiuam,& gerocomicam. Sed in ægritudinibus quidem,quæ ſunt ſecundum habitum,& habitudinem,nõ ſunt nomina ipſis partibus medicatiuæ. Harum ipſarum etiam ægritudinum aliæ quidem chronicæ,aliæ verò acutæ nuncupantur. Aliæ quidem igitur ſunt primæ, & propinquiores artis:aliæ verò ſine quibus non,ſunt hæ. Prima quidem igitur eſt ſignificatiua,cuius ſunt partes duæ: hæc quidem dignoſcitiua præſentium: hæc verò futurorum præcognitiua. Neque enim abſq; quòd dignoſcatur paſſio,curã eſt eius poſsibile inuenire: neque abſque quòd

præcogno

præcognoscatur terminus criseos eius, curare conuenit. Has autem rursus necessarium est præcedere illam partem artis, quæ est circa conditionem omnium particularum animalis, quæ in anatomia mortuorum inuenitur: secundariò verò ex superabundanti illam, quæ est de actibus: & tertiò eam, quæ de vtilitate earum est. Ipsas autem rursus has eam quę de theoria, quæ est de elementis corporis: & secundò eam, quæ de crisibus: & tertiò eam, quæ de virtutibus naturalibus, quæ inueniuntur cum anatomia, quæ est in animalibus. Ad tot enim principia resoluitur pars significatiua, quam præcedere curatiuam, & sanatiuam penitus dicimus. Ostensa sunt autem omnia illa in propriis tractatibus. Est tamen alia pars artis, quã adiungunt significatiuæ præcedens curatiuam: quæ pars est de notione omnium causarum ægrotatiuarum, & sanatiuarum: quam materialem quidam nuncupant: existens cognitiua omnium causarum: maximè verò causarum in eis quæ offeruntur, & fiunt, & euacuantur, & extrorsum incidunt: considerando videlicet virtutem vniuscuiusque prædictorum. Quam autem vtilitatem arti præbeant hæc, per therapeuticam methodum ostensum est.

8 Quæ quidem igitur secundum propriissimam materiam medicatiuæ inuentio partium eius, ex tali: quę verò est secundum secundam non propriam: sic corpus hominis medicatiuæ artis est materia secunda: & vti dicat quis, secundum accidens: eò quod huius dispositiones sunt sanitas, & ægritudo. Est enim & physicę sermo: tamen & secundum accidẽs corpus eò quòd est generabile, & corruptibile. Naturalis verò philosophia de eis, quæ sunt in generatione, & corruptione considerat: & propter hoc primò & huic scientiæ est materia generatio: & propter hanc generabile corpus. Idcirco enim & humanum corpus est materia naturalis, eò quòd est generabile, & corruptibile: medicatiuæ verò non propter hoc, sed inquantum est passibile, & sanabile. Quia igitur materia quodam modo est medicatiuæ corpus hominis, tot ostendet incisiones hæc ars secundum partem, quot & corpus. Duæ verò erunt earum differentiæ secundum genus: altera quidem circa elementales particulas, altera verò circa organicas. Pars autem rursus indiuisibilis numero. Particulæ animalis autem sunt tam elementales, quàm organicæ: & harum rursus vniuscuiusque vnaquæque passio erit propria pars artis: quam ostendimus ad actum, qui secundum partem diuiditur, in sermone de appunctione. Harum enim scientiæ sunt elementales particulæ totius artis. In eis verò, quæ sunt secundũ pharmaciam, sunt illæ, quæ sunt de simplicibus pharmaciis vniuscuiusque: sicut in eis, quæ secundum diætam illa, quæ sunt simplicium determinatum: non solùm autẽ ex huiusmodi materiæ incisio vsque ad vltimas, & elemẽtales artis particulas accedit, sed etiam ex ea, quæ parum antè dicta est. Adhuc autem secundum alium modũ fit diuisio. Fer enim nos velle diuidere vsque ad particulas vnum genus dispositionum, quæ secundum ægritudines proponentibus nobis. Erit igitur in hoc prima

A quidem incisio, quòd hæ quidem homœomeris, hæ verò organicis accidunt: sicut in libro de differentia ægritudinum ostensum est. Secunda verò, quòd aliæ quidem ipsarum sunt simplices, aliæ verò compositæ: sicut & hoc in illo libro ostensum est. Necessarium igitur est, curatiuam scientiam minimas, & elementales habere particulas easdem his, quæ anteà dictæ sunt. Fer enim, si ita contingat, calidam ægritudinem velle nos curare: maximè primò quidem curam eius cognoscere est necessarium: quod quidem contraria contrariorum sunt sanationes. Hoc enim est ostensum esse commune & primum omnium. Déinde quoniam id quod est in primo gradu calidum, ei quod est secundum primum gradum frigidum: déinde consequenter gradus calidarum ægritudinum, & pharmacorum infrigidantium: sicut in libris, qui de pharmaciis ostẽsum est: quo & manifestum, quòd vndecunque incœperit quis incidere, si rectè incidit vsque B ad vltima, & elementalia theoremata, peruenit ad scientiam eorum, quæ dicta sunt.

9 Vt autem clariùs adhuc sciatis, hîc alicuius alterius incisionum faciam memoriam, & maximè eius, qua multoties vsus fui. Eorum enim, quæ sunt circa corpus hominis, alia quidem sunt secundum naturam, alia verò præter naturam. Et eorum, quæ præter naturam, alia quidem secundum ægritudines, alia verò secundũ symptomata: horum autem causæ. Eorum, quæ sunt quidem secundum naturam, sciẽtiam custodiæ oportet habere medicum: eorum verò, quæ præter naturam, interemptionis communis. Quale autem esse conuenit vtrunque, ostensum est per alia: sed ad præsens id, quod proponitur, examinandum est. Singulum prædictorum oportet diuidere propria incisione. Séorsum autem de vnoquoque scriptum est. De ægritudinibus quidem in libro de C differentia ægritudinum: de causis verò séorsum in alio libro: sicut de symptomatibus in alio. Et sanorum etiam differentias ostendimus per sanatiuam tractationem, in qua & quomodo oportet de vnaquaque earum prouidere, scriptum est, facta resolutione ægritudinum, & causarum, & symptomatum in therapeutica. Et nanque secũdum huius incisionem ea, quę sunt prima, & principalissima artis, non alia à dictis superiùs inuenientur esse. Similiter autem & ea, quæ secundariò sunt propria: & tertiò, sicut anteà dictum est: & quoniam hæc ipsa oportet incidere, & si rectè incidãtur, necesse est incisionem definere vsque ad elementalissimas scientias. Quòd autem multiformiter fit incidere singulum eorum, quæ proposita sunt, dictum est non solùm simpliciter, sed à dialecticissimis philosophorum, ac etiam per exempla à Platone per duos libros, scilicet per Sophisticum, & Politi- D cum. Non igitur turbet te multitudo incisionum, neque si secundum diuersos modos inciderunt medicatiuam anteriores: sed si nihil eorum, quæ occurrant, omissum est, considera. Quicunque enim hæc obseruat, moderatè diuidit. Optimum est autem, sicut priùs dictum est, principium facere à propriissima materia, & déinde alia secundum priùs dictam methodum adiicere.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO Attributus Liber De Dinamidiis.

Desideratur libri principium.

VERVM hæc eſt virtutis demonſtra
tio omnium medicamentorum,quę
ad artis medicinæ ſcientiam perti-
net:quam ſi plenisſimè intelligent
hi,qui artem medicinæ profitentur:
ſemper his adiutoriis, & curis ho-
mines adiuuabunt. Quòd ſi non ne
gligens aſsiduitatem, & plenus huius diſciplinæ, & do-
ctrinæ aliquo modo fuerit, facilè recipitur in craſsiam:hi
magis decipi poſſunt,qui doctrinam ignorãt: qui quan-
tò negligentes fuerint,tantò magis periculum homini-
bus victuris faciunt:permiſta,& præpoſita, & non con-
gruẽtia valetudinibus,& iam magis vulneribus medica-
menta componunt.Ne igitur errore curantes fruſtren-
tur,experimento hanc doctrinam priùs memoriæ com-
mendare oportet.In principio ergo,omnium elemento
rum,vel humorum,atque vrinarum,ſiue pulſuum,atque
phlegmonarum ferè compoſui confectionem ad Glau-
conem conſcriptam.In ſecundo tibi, clariſsime Pater-
niane,omnium pigmẽtorum intellectum,& qualitatem,
& defectum poſui.Nunc verò dynamidiam eorum no-
minum exponere inſtitui, quæ multis generibus, & ex
diſsimilibus rationibus conſtat:ſicut infrà oſtenditur.
Sunt autem genera nominum,& eorum effectuum hęc.
Hypnotica ſunt, quæ ſomnum, vel ſoporem faciunt.
Peptica ſunt,quæ digeſtionem faciũt.Euſtomacha apta
ſtomacho.Styptica, quæ ſtringunt partes elaxatas. Lea
ſunt lenia,quæ leniunt aſperitatem. Orectica ſunt, quæ
auferunt faſtidium.Colletica ſunt,quę glutinatoria:quę
omnia ſoluta,vel fluxa glutinant, & alligant. Diuretica
ſunt,quæ vrinam prouocant.Cathartica ſunt,quæ ven-
trem,& vulnera ſoluunt, & purgant. Picra ſunt amara,
quæ amaritudine ſua morbos,& humores expellunt.
Drimea ſunt acria,quæ nequitiam humorum, vel mor-
borum extinguũt. Glycea ſunt dulcia, quæ aliquando
purgant,& interdum acres humores indulcant. Ther-
mãtica ſunt excalfactoria,quę calore ſuo omnẽ perfri-
ctionẽ,& ſtricturã calefaciunt.Pſyctica ſunt refrigerato
ria,quę omnẽ calorẽ,& laſsitudinẽ mitigãt. Paregorica
ſunt,quę mitigãt ne malũ creſcat:nã nõ perſanãt. Tra-
chea ſunt aſpera,quæ ſuffocata loca hulcerãt,& exaſpe-
rãt.Staltica ſunt,quę carnes ſupercreſcẽtes vulneribus
æquant.Catulotica ſunt,quæ cicatrices groſſas comedẽ
do æquãt,& limpidãt.Anaplerotica ſunt,quę cicatrices
craſſant:quæ alta vulnera cõplẽt,& limpidãt.Metaſyn-
cretica cõfirmatoria,quę perſanãt. Malactica ſunt,quæ
omnem duritiem emolliunt,& ſoluunt.Toxica ſunt ve
nena,quæ nocumentum inferunt mortis.Et hęc ſunt,ex
A quibus medicamina ſunt prodeuntia. Sanationes con-
ſtant ex animalibus marinis,vel terrenis,herbis, vel ſemi
nibus,lignis,vel lapidibus,aut floribus,ſucco,vel lacry-
ma.Cætera omnia metallicis rebus conſtant. Omnium
ergo qualitas,& potentia,quatuor modis probatur, vi-
ſu,tactu,odore,& ſapore. Viſus,omnium ſimilitudinem
foliorum,vel florum,& cuiuslibet materiã, & colorem
demonſtrat. Tactus, cuiuſcunque rei mollitiem,vel du-
ritiem,ponderis,ſeu leuitatis æſtimationem docet.Odo
re intelliguntur ea,quæ odorata ſunt, thermantica, ſty-
ptica,auſtera,& putrida,Sapore intelligũtur ea,quę ſunt
amara, dulcia, ſalſa, acria, acida, ſtyptica, & lenia. Iam
nunc ipſam medicinam leuiter demonſtro corporibus
ex his omnibus cõtrariis prodeſſe.Et ex cõtrariis ſibi-
met vinci,vt ignis ab aqua vincitur,& ipſa aqua calore
ſiccatur.Interdũ & calor nimio frigori adhibetur: vt cõ
B trariis prodeſſe poſsit.Sic ergo & omnis cauſa cõtrariis
ſibimet cauſis vincitur,vel mitigatur.Cõſequẽs ergo eſt
ratio vt priùs cauſam curãdi intelligas,deinde cauſę ra-
tionẽ reddas,poſtremò de curis dicã.Febres validæ ſty-
pticis,chalaſticis, & paregoricis rebus mitigãtur: inter-
dúmque & perfrictione,quãdo cauſa cõcepta fuerit. Si-
militer & omnis cauſa valida curatur:ſtricta,& dura cau-
ſa malacticis,& metaſyncreticis rebus curatur. Aſpera
cauſa chalaſticis,& dulcibus,& lenibus rebus curatur.Fa
ſtidia morborũ orecticis rebus curãtur.Humores acres,
& ſalſi,amaris,catharticis rebus,& dulcibus indulcãtur.
Cancroſa cauſa ſtalticis,& catharticis, & acerrimis re-
bus,& igne curatur. Verrucæ & extantia corporis,ſtypti
cis rebus curantur. Difficilia vulnera, & cicatrices craſ-
ſæ catuloticis, & colleticis rebus curantur. Alta,& caua
vulnera,& limpida,anapleroticis,& lenibus rebus curan
C tur.Dolores omnes vetuſti,& inſanabiles metaſyncreti
cis,& malacticis rebus curantur,aut paregoricis mitigan
tur,aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina comple-
ctens omnia experimenta non debet medicum latere.
Quoniam ſi huic doctrinæ operam dederit, omnes va-
letudines,& vniuerſas imbecillitates humanorum cor-
porum per hanc doctrinam ſalubri auxilio ſuperare po-
terit.Igitur totius corporis medicamina ad tria redigun
tur adiutoria,medicamẽtum,ferrũ,& ignẽ. Quod enim
medicamento curari non poteſt, ferro curare tentes,
quódque ferro ſanari non permittitur,igne curari con-
ceditur.Quod autem nec medicamento,nec ferro, nec
igne curari poterit,incurabile cogitabis,quia nulla cura
iam ſuperari poterit.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO Attributus Liber alter de Dinamidiis, ad Mecoenatem.

Argumenta Capitum libri sequentis.

CAPVT I

LIBELLVM, quem rogãti tibi promisi, omni cura adhibita descriptũ misi ordinatissimum tuæ salutis custodiæ, quem debebis ea diligentia intueri, qua scriptus est. Ad curationem tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerum effectu
C comperi celeriter connexui. Nanque diligẽti cura, licet summa breuitate, comprehendi singula curationum genera, sicut proximè, te interposito, Cæsari nostro fecimus: quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis enim ratio consilium inuenire consueuit. Omne itaque corpus hominũ, vel pecudum, aliorúmque ex quatuor humoribus constat. Sed præcipuè hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur viscera, vnde spiramus. Calido continetur anima, qua viuimus, inde est quòd sentimus. Sicca sunt ossa, quæ vires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur vita. Per ossa verò, & viscera venę currũt, quæ sanguinem

nem regunt. Sanguis animam, anima vitam sustinet, spiritus autem aer est, ossa verius munita virtutem corpori præstant. Sanguis, quando abundat, valetudinem vitiat: ex eo enim nascitur sanies, quam in vulneribus videmus. Nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit. Nascitur ex eo bilis etiam acida, & amara, quę dicitur mater morborum. Bilis enim vbi est, concitat calorē, pruritum, pruritus perfricationem. Inde fiunt dolores intestinorum. Oritur etiam inflatio, qua corpus extendi tur, vt rumpi videatur. Sanguis autem ex nimio cibo, nimiáque potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quādo vagatur extra cursum naturæ infert vitia corpori: & in quacunque parte corporis incubuerit, vitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animum vitiat, & inde os hominis incendit, incipítq; exinde fœtere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio cōfirmat, vt possit frigus, calorémque fortiter sustinere. Quando abundat calor vel frigus, facit corporis languorē, vel malū generat odorē. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor cōstat humoribus, sanguine scilicet, & phlegmate, & vtraque cholera, quæ dominātur in suis locis. Sanguis, virtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus. Cholera verò nigra in sinistro latere est, in liene, qui Græcè σπλὴν dicitur. Phlegmatis autem alia pars in capite, alia in stomacho, alia in vesica est. Sanguis, calidus est, & humidus: cholera rubra amara, viridis est, & sicca: cholera nigra, acida, frigida est, & sicca: phlegma, frigidum, & humidum. Hæc omnia in suis temporibus crescunt: sanguis veris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur siue per diē, siue per noctem. Sanguis dominatur ab hora noctis nona, vsq; in horam diei tertiam, cholera rubra ab hora diei tertia, vsque in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona, vsque in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia vsque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis, sanguis pes nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur vsque in annum decimumquartum, & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur vsque in annū xxxv. vel quadragesimum: déinde à xxxv. vel xl. anno magna pars sanguinis dominatur vsque in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in vnoquoque homine. Sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos. Cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, comedentes multum, & ventres solubiles. Phlegma facit compositos corpore inuigilantes, & intra se cogitantes, & canos citò producentes. Cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habent virtutem calidam, dominantur in superiori parte, qui verò frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores pulsus suos habent. Sanguis facit pulsum plenum & humidū: cholera nigra tardum, & segnem: cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem, phlegma honestū, plenū, & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habētur ætatibus: si vnus ex his minuitur, aut decrescit, longam facit ægritudinem. Simili modo si augmentari cœperit, & si imperitum medicum habuerit, qui non intelligat ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem, charissime frater Mœcenas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & ama-

A ra, quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est. Si verò cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia, quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca. Si cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia, quia cholera nigra acida est, & frigida, & sicca. Si ex phlegmate facta est ægritudo, da ei assiduè dulce, calidum & siccum, quia phlegma frigidū, & humidū, & salsum est. Et quādo hoc factum fuerit, produces ad propriam sanitatē ægrotum. Igitur vt faciliùs cōmodis fruamur, & incommoda vitemus, percurrentia vitia signis naturalibus cognoscamus, cognitáq; mortifera emendemus.

Ex quibus signis quatuor præcipuarum corporis partium sanitas, uel infirmitas perpenditur, & remedia. CAP. II.

B Quatuor corporis partibus origo infirmitatis vel sanitatis ostenditur, capite, thorace, ventre, & vesica, quæ ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si vrinam manè albam, ante prandium candidam, item ante cœnam roseam emiserint. Candida enim vrina debet esse, vbi cruditas non est. Quòd si mane mutauerit colorem, ostenditur subesse vitium, quod autem genus vitii, ita intelligemus. Quādo à capite motbus oritur, solet capiti dolor accidere, vel temporibus, tūc supercilia grauantur, & tempora saliunt, & aures sonāt, oculi lacrymantur, nares repletę odorem non sentiunt. Ergo quādo ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione. Hyssopi, aut origani fasciculum vnum feruescere facias, inde aquā continebis ore, vsque dū caput calidum habueris, vt fluat pituita. Quod si quis negligat eam, caueat epiphoras, aut dentium, aut auriū dolorem. Interdum etiam parotides nascuntur, & vi-
C tia circa aures, & ceruicem oriri solent. Interdum destillatio vuulæ, aut grauitas. Interdum hulcera nascuntur in capite, aut capilli defluunt. Quando autem à thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit grauior, aut os amarum, aut maxillæ dolēt, oscitatio sequitur sine somno, & quiete, grauitas & prurigo corporis, aut dolor, brachia, manúsque intumescunt, subítque tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, vitabis vitium, si vomueris, siue ieiunus, siue post cœnā, vel in balneo. Plus enim prodes si ieiunus bilem proiecerit. Eam enim dicimus esse matrem morborū. Sed qui vomere nolunt, & stomacho laborant, si decimo quoque die abstineant, omne vitium euitabunt. Nanq; frequenter vomendo solet stomachus corrumpi. Quòd si ex ventre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter & torquetur, & turbatur, & sentit dolorem, vt cibus, & potus amara videantur, genua subsidunt, lumbi grauan
D tur, inter scapulas contrahitur, totúmque corpus particulariter grauescit, tardantur pedes, grauia sunt crura, renes indolescunt, & incurrunt febriculam. His itaque cognitis, prima est abstinentiæ vtilitas. Tunc etiā medicamentis satis est aluum purgare: vt graue corpus leuamentis adiuuetur. Quod si morbus maior premere videtur, adiicies alterum diem in abstinentia, si vires tamen patiuntur: sin minùs, quàm maximè leuissimum sumāt cibum, sicut ouum sorbile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ, fiūt podagrici, chiragrici, morbus etiam in articulis accidere solet, quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet sanguis à naso erumpere. Oportet autem custodire, & emendare vitium. In vesica qui nascitur morbus, hæc habet signa: Pleni videntur, & citò saturi sentiuntur,

frequenter sentiuntur inflationes ventris,& strepitus, videntur oscitare,nec oscitant,sed tantùos diducût.Sequitur totius corporis stupor,sonus grauis,quasi macri corporis sit.Vrina liuida,& vix exit,tumescût etiā verē da,& inde calculosi fiunt.Hæc vitia sic emendantur: Fœniculum,apium vino austero madefactum, vel etiā radices eorum conteres cum vini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ,vel dauci semen,& myrtæ pusillum tritum cum vini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ,vel cicer album madefactum cum vino,vt suprà scripsi,bibe, vel radices asparagi, vel orobum erraticum,vel serpyllum decoque in aqua vino mista, & bibe.Quod si negligunt, fiunt hydropici, sequitur & iecoris,renum,& vesicæ dolor:fiunt quoque calculosi,sequitur & stranguria,& venter tumescit. Intueri autem oportet ægri vires,vt possit sustinere medicinam,ita & febris cruditate careat. Sed etiam cataplasmata adhibenda sunt,quæ apta sint capiti,vesicæ,cruditati,frigori,calori,prout tempus erit,vti etiam oportet roseo aceto,oleoviolato, & irino, & linguā asperā melle fricabis,vel menthæ folio,& reliqua diligēti medico permittenda sunt:quia morbus acutus est.

Prologus libri. CAP. III.

QVoniam petēti tibi corporis sani,& imbecillis per vrinam notas dedi,adieci etiam ad curationē rationis consilia,nunc autem medicamentorum compositiones adiiciam, & vnde nascantur corpori vitia, &,si nata fuerint,quæ emendatio ad sanitatem perducat. Aduersus autem omnes impetus morborum duo sunt remedia certissima.Primum est, vt decimo quoque die à cibo & potu abstineas,déinde postero die laueris,cibóque firmo vtaris.Si sic feceris,oportet vt nihil vitii omnino accidat,perpetuáque sanitate vtaris. Altera res salubris est potus, qui lenitudinem confirmat. Eius potionis compositiones habes per annos iam completos,amicissime Mœcenas, quando me cū Cæsare nostro morari meministi:& hęc faciendo nunquàm te in aliquo languore corporis decidisse,nec nostrum Augustum.Itaque me tecum habebis, libellum meum legendo.Adieci etiam quod plenius tibi consilium præstare poterit petenti,quod in vltimis leges dinamidiis.Sed expedit vt crescentibus numeris lunam obserues,quando tollere,& quando ponere velis curationem.Si itaque non feceris,& ad diminutionem lunæ sustuleris,minùs valere scire te oportet. Et enim mater per lunam augetur,& minuitur:cerebrum etiam, & corpora hominum augentur crescente luna:quando autem luna minuitur,ita quoque vnaquęque earum rerum diminutionem sentit. Quæ licet recognoscas ex his hostiis,quæ quotidie immolantur,in quibus vides omnibus augeri,& minui cerebrū per lunam,ita quoq; in herbis,& componendis medicamentis. Sanè etiam totius anni dies tibi scripsi,per quos scias quibus rebus vti debeas,aut abstinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuersione,quę fit solstitiali die,id est,octauo Calen. Ianuarii. Tunc incipit se diffundere humor increscēs vsque ad conuersionem veris. Vtendum est ergo calidis,& aperitiuis rebus illo tēpore,& vino aliquatenus indulgendum.Sunt autem dies in suprà dicta conuersione nonaginta tres: nam incipit veris conuersio à duodecimo Cal.Aprilis:ex eo phlegma crescit, & sanguis. Vtimur ergo bene olentibus,& acribus omnibus, corpus exercere, & laborare debemus vsque ad ortum Pleiadum, diebus scilicet quadragintaseptem, nam Pleiades oriuntur sexto Idus Maii.Ex suprà dicta igitur conuersione vsque in hanc diem fel crescit, & amaritudo eius augetur,ex quo febribus subministratur alimonia vsque ad æstiuam conuersionem. Vtamur ergo dulcibus,venere,& vino parciùs,labore nihilò minùs exercitabimur. Sunt autem dies isti à suprà dicta conuersione trigintatres, conuersio verò æstiua octauo Cal.Iulii incipit,tunc nigrum fel,id est,melancholia augmenta suscipit vsque ad conuersionem autumnalem. Vtamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olentibus,à labore tunc corpus abstinebimus, sed à venereo vsu continere debemus,maximè diebus duodecim.Conuersio autem autumnalis incipit sexto Cal. Octobris,tūc etiam fel crescit,& pinguis humor, id est,pituita vsque ad occasum Pleiadum. Vtamur ergo acidis,& acribus,& parciùs laboremus, & abstineamus à venere.Sunt autem ad pleiadum occasum dies quadragintaquinque, quod est quarto Idus Nouembris, tunc crescit in corporibus hominum sanguis. Oportet ergo cibis leuioribus vti,& vinum suaue sumere,& à venere non abstinere.Inde ad conuersionem hyemalem dies sunt quadragintaquinque. His ergo vtere, & sanus transibis omne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

De catharticis. CAP. IIII.

QVoniam quidē de naturalibus qualitatibus specierum,& ciborum,in superioribus satis diximus, nunc de catharticis dicendum est,quæ diminuunt humores,quos auxerunt cibi incongruè sumpti.Sana habentes corpora laboriosum est purgare:etenim tortionibus,& strophis grauissimè affligūtur,& grauiter eos consequitur purgatio,& déinde citiùs deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purgare volentem,præextenuare,& incidere pingues humores,& poros adaperire,per quos accipiuntur, & extrahuntur humores à catharticis:& crudos quidem, & tenues humores à principio morborum euacuare oportet. Expectare autem oportet digestionem in pinguibus,& glutinosis humoribus,sicut est phlegma,& cholera nigra,& in omnibus prolixis passionibus semper digestionē expectare conuenit.In acutis autem quādo mouentur humores, & circa initia purgādum est,cum cautela multa. In motione etenim,& ductione,& cursu existentibus humoribus,timendum est,ne quod viscerum debile existens natura,materiam motam recipiat, & maximè thorax. In quolibet autem membro infixos humores,sicut in phlegmonis viscerum fit, purgare non oportet antè, quàm maturentur.Quicunque enim phlegmonas habentes,dicit Hippocrates,in principiis soluere tentauerint,nihil extendentis,& phlegmonem facientis auferet.Non enim concedit nouella passio,sed salubria & morbo repugnantia deliquat,sicq; corpore debilitato præualebit morbus. Quando verò morbus præualet,honestum est humores educere. Vtimur autē catharticis in cephalæa,& scotomia, & hemicrania, & epilepsia,asthmate,& synanche, & orthopnœa, & in ischiadica, & arthritica,& podagrica,& nephritica, & in vesicæ,& matricis passionibus,si prolixæ fuerint. Similiter aūt & quādo rheuma frequēter nocet auribus, vel naribus,vel oculis,vel stomacho,vel ori,vel omni superficiei, & neq; deficcatur ab aliis adiutoriis,neque per se stare potest:solet enim ventris purgatio rheumatismos stringere. Hîc quoque ordinabo quomodo expurgetur melancholicus humor, post phlebotomiā, post retentionem hæmorroidarum. Ad expurgandā verò,& remouendam prolixam humorum dispositionem

nem vtimur cathartico in paralysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo, qui caros dicitur, & in grauitate permanēte in aliqua parte corporis. Ad restaurādū verò corporis habitudinē, vtimur catharticis, & in prolixis febribus, vel quotidianis, vel quartanis, mania, melancholia, extasi, cachexia, atrophia de malis humoribus facta, in elephātiasi, vel epilepsia quoq;, scabie, & lepra, exāthematibus, satyriasi, in hulceribus multis spontaneis, & vix cicatrizantibus, & reumatizantibus, & vt abundantē, & molestantē educamus humorē vtimur catharticis in hydropico, & icterico. Hic quoque ordinandū est de reumatismis vètris, in quibus vtimur catharticis. Aliquando etenim acer, & inutilis humor insidet pelliculis ventris, aut intestinorum. Similiter vt acria suppositoria, & acria clysteria cōmouent intestina, & ad desidendum conatum excitāt. Vbi enim est acredo, ibi atrahitur humor de mēbris in circuitu, vel de toto corpore. In his verò dignum est vti catharticis, vt talis humor expellatur à toto corpore, & venter, & intestina mundificentur. Vniuersaliter autem catharticis vtendum in robustis virtute, & promptis ad exercitia, stomachúmque robustum habentibus, & multam inutilem materiam in corpore congregantibus. Nimis verò pingues, nimísque graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, & frequēter deficientes, & vix curabiles, & citò vomentes pro qualibet occasione, & pueri, & senes, & mulieres fortiter menstruosæ, & purum valde corpus habentes, & qui bene cauerint in diebus, & quibus valde restringitur venter secundum naturam. Sed & etiam in dysenteria, & qui leuiter apprehēduntur colica. Omnes enim colica grauati ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiēdū est à pharmaciis cholerā purgātibus.

De purgantibus choleram rubram. CAP. V.

Cholagoga dicuntur, quæ choleram rubam expurgant, quibus vtendum est, si opus est, omni tempore, absque hyeme, in ætate quidem adolescentiæ, & iuuentutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra, vel rufa, & in viris magis, quā in mulieribus, & in iis, qui frequenter cibum corrumpunt, & in habentibus vētrem constrictum, & amara cholera abundantibus: faciléq; irascētibus, & vrinas modicè egerentibus, cibísq; vtentibus calidis, & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleniticis, pleuriticis, pheniticis synanchicis, mania, cephalalgia, ophtalmia, erysipelate, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum quòd catharticа non simplici aliqua qualitate euacuāt, vt per calorem, (nam si hoc esset, omnia calida purgarēt, vt piper, sinapis) sed potiùs purgant proprietate quadā, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorum quædam, quæ ventrem molliunt, tantùm malactica dicūtur, de quibus superiùs diximus. Nunc verò de fortiter educentibus sermo imminet, quibus vtimur, aut vbi materiā per metathesim medicamur, aut induratum morbum cōmouemus, siue vt reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus, aut humorem molestantem educamus. Sunt autem alii quidam modi misti, & compositi adinuicem, purgantibus verò tempus est aptum ver magis, & maximè autumnus.

De aloe.

Aloe totum corpus non euacuat, sed choleram in stomacho, ventre, & intestinis existentem educit perfectè, & suauiter, cum suppositis glandibus quæ ni-

Galen.

mis educit. Datur autem capite grauatis propter fumi- A gationes à stomacho frequenter ascendentes. Datur autem ophthalmicis propter eādem causam, & iis, qui propter choleræ abūdantiam sitiunt, & quibus lingua & os facilè desiccatur. Et quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem. Detur quoque citrinis extra rationem factis, & vbi necesse est educere superfluitates, & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duæ, cum melicrato, quod optimum fiet si quis acceperit eum quotidie vespere, siue, quod melius est, mane, quia vespere post cibum, cibum corrūpit. Quibus verò insuauis est propter amaritudinem, cū succo corticis citri, vel brasicę, vel cū terebinthina, & melle cocto orobicas confice pilulas, & da ex eis secundum quod opus fuerit. Est autem eustomachicum plus omnibus catharticis.

B

De scammonia.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maximè dolorem inferēs, & insuauis, & grauiter olēs, & valde sitim faciens, & cū omnia cathartica cacostomacha pręter aloem sint, scammonea est præ omnibus. Abstinere igitur ab ea oportet debilem habentem stomachum. Leuissima enim existens, facilè ad corpus attrahitur, & de eo purgat quod purgandum non est: sed impeditur eius euacuatio frequenter à calore febrium, vt de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur non febrientibus, & eustomachis, & difficulter vomentibus, & non facilè deficientibus. Dosis verò eius est ℈. ij. siue plus, siue minus, secūdum virtutē: cui admisceatur sal, aut thymi cimæ, aut pulegii, aut aloe magis, quibus fortè absentibus detur cum melle, vel cum succo C ptisanæ.

De peplio.

Peplii semen, aut cimæ in vmbra siccatæ dentur ℈. iiij. in melicrato modico aceto asperso. Educit enim choleram rubram, & nigram, & phlegma, & ventositates, & secundum quod Isaac dicit, maximè conuenit passionibus ex ventositate factis, & melancholiæ. In vitio splenis quoq; prodest, inflationibus prolixis, & matricis, & coli, & profundis tumoribus, qui fiunt in ventre.

De elleboro nigro.

Elleborus niger purgat inferiùs choleram rubram, maximè & nigram de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus, non grauiter, sed in circuitu, & per longum tempus datur, & manentibus chronicis, & in cephalęa diuturna, vtilissimū visceribus, & matricis passionibus. Maxima verò eius virtus est ad edu- D cendum ex toto si quid corruptiuum sanguinis est admistum. Vnde vtilis est ictericis diuturnis, & exasperationibus circa superficiem, vt est lepra, & impetigines, & similia, ad elephantiacos quoque facit. Dosis autem eius est ℈. iij. siue plus, siue minus. Tenuibus autem radiculis priùs aquæ infusis, deinde earum ablato cortice, & in vmbra desiccato, diligentérque trito datur cū sapa, aut cū oxymelite, cui adiungitur causa boni odoris modicum petroselini, vel dauci, vel pulegii, vel satureię. Quod si fortius volueris facere, scammoneę modicum adiunge.

De purgantibus choleram nigram. CAP. VI.

Choleram nigram educentibus vtimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & iis qui atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. Detur autumni tempore maximè.

De epithymo.

EPithymum igitur nigram cholerã educit inferiùs. Dandum ergo perfectis ℈.iiij.cum ſapa vel oxymelite,& ſale modico.Cõuenit autem paſsionibus ex ventoſitate natis, hypochondriacis, & quibus hepar grauatur, & diſpnoicis. Similiter purgat illud ſuperfluum,quod naſcitur ſuper ſatureiam,ſed debilius eſt.

De polypodio.

POlypodium choleram nigram maximè educit, & phlegma.Dentur autem radicis mundatæ ℈.vij.eli xas eas in melicrato aquoſo,vel ſole ſiccatas da comedendas ante cibum.Purgat quoque mediocriter in iuſcello gallinæ,vel ptiſana cocta.

De pulegio.

PVlegium quoque educit choleram nigram, & tragoriganum,& parthenium,quod & leucanthemon dicitur.Itẽ alyſſon,& alypon.Dentur autem de vnoquoque ℈.vj.Melius autem dantur cum aceto,& ſale modico,& aqua ſiccata, & trita.

De lapide Armenio.

ARmenius lapis ni.purgat choleram,& omne pingue,& viſcoſum, ideóque datur malancholicis, & elephãtioſis,& ſimilibus,& phreniticis,& aſthmaticis. Doſis autem eius eſt ℈.iiij.ſiue plus,ſiue minus.

De centaurio minore.

CEntaurium minus cholerã pinguiſsimam purgat, & mucilagines,& ideo prodeſt ſpleniticis,& iſchiadicis.Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem centaurii ℈.vj.aquæ cotyla vna,& bulliat ad medietatem.

De purgantibus phlegma. CAP. VII.

PHlegmagoga dicũtur, quę phlegma purgant,quibus vtendum eſt in frigidis habitudinibus,& ætatibus,& ægritudinibus,tempore quidem hyemis,vt in paralyticis,apoplecticis, tumentibus tumore frigido, & qui multũ & frequẽter pinguia phlegmata mingũt & quibus phlegmata abundant in ventre, & pectore,& ſtomacho,& mulieribus rheumatizantibus,& qui pinguia excreant,& faſtidioſis,& iſchiadicis de mucilagine articulorum factis,elephantioſis:maximè autem hydropicis anaſarcam patientibus.

De colocynthide.

COlocynthis phlegma purgat maximè, & cholerã, & mucilagines.Vnde neruorum, eorúmq; paſsionum eſt purgatiua. Datur & vtiliter omnibus capitis paſsionibus,& orthopnoicis, & iſchiadicis,& arthriticis,& rhenibus,& veſicæ per longum patientibus.Eſt quoq; vtilis aliis paſsionibus,quæ ſunt ex materia vix extirpabili,& dura.Dantur autem ℈.ij.de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus autem ℈.j.datur.Eligenda eſt autem alba,& mollis interioris colocynthidis pulpa:nã ſicca,& denigrata inutilis eſt. Terenda eſt autem,& ſoluenda diligẽter, & multoties cribellãda,& quando opus eſt,cum melicrato diligenter ſoluatur.Nam trita antè,quàm infundatur, tenuiſsima videtur:ſed quando in melicrato infuſa fuerit,tumeſcit valde,vt non facilè credatur quòd cribellata fuerit.Quæ ſi ſic bibitur,tumeſcunt eius partes recentes in ventre,& ſtomacho,& maximè in inteſtinorum circulis,& reuolutionibus propter mollitiem, quæ acres exiſtentes naturã,& demordentes,inteſtina hulcerant, quibus inſederint,& paſsiones neruorum inferunt, & ſtrophos,& fortes tortiones.Vnde cum multa cautela cum melicrato oportet eam ſoluere. Quod ſi mitiùs purgare volueris,colocynthidem deſuper aperi, & omne ſemen proiice,& ſolum pulpoſum abſque ſemine in ea relinque,& reple eam elixatura,vel vino dulci,& veteri,& ſic infundatur per diem & noctem,déinde colabis vinum cum panno,& calefacies,& dabis bibẽdũ, Optimè quidem purgat ictericos, & habentes liuidas puſtulas in ſuperficie.

De tithymallo.

TIthymallum educit phlegma, & choleram nigrã Dantur autem cimæ virides in vaſculo quodam ad ignem deſiccatę,& ſic diligenter ſolutæ.Miſceantur autem eorum ℈.iij.cum polenta, & aqua, & ſic bibantur:nam ſiccæ comæ eius debiliores ſunt.Cum caricis autem tithymalli radix ſiccata in vmbra reponatur, & quando opus fuerit, corticis ablati diligenter triti ℈ iiij.immitte in vino dulci veteri,& ſic infundi permitte die,ac nocte, & per pannum colans calefacies modicum,dabíſque bibendum cum vino,& optimè purgat.Succus autẽ tithymalli datur à quibuſdam cũ caricis,vel cum polenta ſtagones, id eſt guttæ iiij.aut v. ſed multùm hulcerat linguam,& quæ circa eam ſunt, & ventri calorem inferunt maximum. Sed ſi vis bene facere,in ficu matura,& recenti,ſuprà dicti lactis tres guttas immitte,& de lacte eiuſdem ficulneæ ſecundum vires ſumentis, & ſic da comedendum. Et ſi volueris ſeruare toto anno,poteris.Quacunque hora dederis, facilè purgat. Sed tanquam de fortiſsimo cathartico obſeruate quoniam mirabiliter ſoluit.

De yſio.

YSion phlegma purgat maximè,cuius corticis ſiccæ, & infuſæ,vt prædictum eſt,in aliquo dulci vino da ℈.vj.bene purgat quantuncunque volueris,donec anũ aqua non laueris.Sed cum panno lineo illum abſterge. Et quãdo tibi videtur ſufficienter purgaſſe,laua anũ frigida aqua,& extrema manuum,& pedũ in aqua mitte,& reſtabit fluxus.

De elaterio.

ELaterium purgat nimis phlegma, & cholerã. Dabis autem obolos tres cum lactis confeſtim mulcti cotyla vna.Sed eligendum eſt quod viride ſit in colore, & leue,& non vetus.

De cocco Cnidio.

COccum Cnidium phlegma purgat, & choleram mediocriter,ſed magis crudos, & aquoſos humores.Eſt enim ignitum,& acutum.Dantur autem grana xxx.Si verò leuius purgare volueris,dentur grana xx. vel xv.Dentur autem ſic,quod interius eſt ex granis cũ polenta teres,& vino,& da ei bibendum,& poſteà modicum olei roſei,vel melini ſorbere facias,ne fauces exuras,ideóque melius eſt ex eis cum melle cocto catapotia formare,quia aquoſos humores magis purgat. Inter aquoſos purgantia eſt magis habendum.

De agarico.

AGaricum purgat phlegma, & cholerã,ſed mediocriter.Dabis ℥.ij.cum melicrato,vel oxymelite. Eſt autem cacoſtomachum, & quia leue eſt, ſuperiora petit.Sit autẽ albiſsimum,& facile, & nõ valde ligno ſum,neque robuſtum.

De cnico.

CNicus,id eſt,ſemen croci hortenſis ſiue hortulani,purgat phlegma,ſed non fortiter,tritum ℥.ij. & in iuſcello gallinæ,vel ptiſana miſtum, & colatum, & ſic bibitur.Quidam autem quod interius eſt cnici accipiunt,& terunt cum amygdalis,& aniſo,& melle, & catapotia formantes ſeruant,ictericis vtiles quidem ſed

sed leuiores.

De lacteride.

Lacterides, id est, catapulia, purgant phlegma magis. Dentur de maioribus grana quindecim, de minoribus triginta, & amplius purgari indigentibus diligenter vt mandant pręcipe: his verò, qui multa euacuatione non indigent, integra da bibenda, maximè si patientes fuerint cacostomachici.

De aristolochia.

Aristolochiæ rotũdæ semen siccum tritum ʒ.j. bibatur cum melicrato. Phlegma purgat, & cholerá, est autem eustomacha.

De linozostide.

Linozostis, id est, mercurialis, si elixetur, & sola fólia comederis, sufficienter stercus expellit.

De cucumere agresti.

Cucumeris agrestis radix obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter, & stomachum non euertit.

De styrace.

Styrax pinguis & rubicundus datur ʒ.j. cum terebynthina, mensura æquali in catapotiis, & phlegma satis educit.

De thymo.

Thymi cimas cum floribus teres cum oxycrato, & sale modico ʒ.x. aut minus, & expurgat satis phlegma, & choleram.

De cyclamino.

Cyclamini radices solutæ ʒ.iij. aut iiij. secundũ virtutem, & cum hydromelite bibitæ, purgant phlegma, & choleram, maximè autem per sudorem. Ideóq; bibentẽ oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus, vt sudoris exitum adiuuet.

De allio.

Allii ʒ.iij. solutæ, & cum hydromelite bibitæ, phlegma educunt.

De chamæpitye.

Chamępityos solutæ ʒ.ij. & cum ficubus, vel cũ melle cocto sumptæ in catapotiis, educunt phlegma.

De bdelio.

Bdelii Arabici clari, atque rubri ʒ.iij. solutæ cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabũt. Propriũ autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus oliuæ, & pyrethri.

Oliuæ radi. corticum ʒ.j. cum vino vel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij. cum aqua, & ligdos semine ℈.iiij.

De galla.

Gallæ quoque grana xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

De hydragogis. CAP. VIII.

Hydragoga dicuntur, quæ aquosos expurgant humores, quibus vtendum est in hydropicis, & mulieribus molestatis per longum tempus ab aliquo fluxu: & rheumatizantibus.

De squama æris.

Aeris squamæ ʒ.j.s. in melicrato data, non solùm aquosos humores, sed etiam phlegmaticos educit, quædã verò prædictorum phlegma educunt aquosum, vt coccum Cnidium, & croci semen, & linozostis & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est vtilissima.

De euphorbio.

Euphorbiũ phlegma educit, sed maximè aquosum: est autem acutissimum, nimis ignitum, & cholericũ ideóq; cholicis datur, & ventres frigidos habentibus: Galen.

alios verò fortiter turbat, sitimque validam infert, sed A admisce ei aliquod odoriferum semen: dabis ex eo tres obolos cum melicrato, melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De chamælea.

Chamælea cocta in mulsa & bibita, aquosa magis expurgat, purgat quoque phlegma & choleram. mitte autem ex ea ʒ.v. in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartã: in fine autem coctionis supermitte mel mediocriter, & parum coque, & colãs da in potum. Quidam verò terunt valde chamæleæ ʒ.j. & cimarũ absynthii duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

De ammoniaco.

Ammoniaci thymiamatis ʒ.iij. in melicrato bibe, aquam educunt. Quidam spleniticis illud dant cũ acetoso melicrato.

B De sabuco.

Sabuci radicis corticum succus bibitus ʒ.ij. aquosum humorem educit.

De purgantibus sanguinem. CAP. IX.

Sanguinem verò purgant, porri capitati succus, id est, eius, quod dicitur aratillum, mercurialis quoq; albæ violæ, agrestis malua, & saluia.

De opio.

Opium sic fac. Mense Iulio papaueris viridis folia teras per linteolum extorquens, semen ipsius papaueris viridis teras, & in ipso iure miscens coque vt spissum sit, & ad solem siccabis, & serua, illud est opiũ.

De omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. Recipe botros mundos non maturos, nec acerbos, & repone in vmbra, vt pos sint suæ humiditatis aliquantulum deponere, déinde C exucca, & mitte de ipso succo partes tres, & mellis despumati partem vnam, & mitte in vase fictili, & gypseo cum calamo perforato, & suspẽde ad solem per dies quadraginta. Valet ad crassas ventositates rheumatizãtes, ad fastidium, & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maximè quæ syncopim patiuntur.

Alia confectio eiusdem.

Omphacomeli sic fac. Vuę non maturæ succi partes duas mellis partem j. in vase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & vtere.

De œsypi ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. Ceram, axungiam sine sale, colophoniam, ius lanæ, vetus oleum ana lib. j. ius fœnugræci ℥.vj, adipis anserini, & pullini ana ℥.j. coque oleum cum iure lanæ & fœnugræci diligẽtissimè, donec ad mensuram olei veniat. Iterũ pone ad focũ, D additis suprascriptis speciebus.

De iure de lana.

Ius verò de lana sic fac. Lanã succidam in aquã multam pone vt molliatur, diebus sex, septima verò die coque, & ipsam pinguedinẽ desuper collige suprà scripto penso, & éxinde confice cerotum.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. Mellis optimè despumati libras xx. succi cydoniorum libras v. aquæ fontis libras xl. misce diligenter in vase fictili tenui, & picato, recõde, & claude, & mitte ad solem sub tecto diebus xlv. hoc est, ex die Calendarum Iulii vsque in iiij. idus Augusti, ita vt intra quinos dies vas conuertas, vt partes quæ quinque diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. Hoc genus poculi vino vetusto melius redditur, vt nescientes quid bibant putent se optimum vinũ bibisse.

De gariofilato.

GAriofilatum ad catarrhum ſic fac. Gariofilos,zingiber,& piper tere,adde vinum,& paucũ mellis,& pone ad focum vt bene ferueat:déinde pone in cuppa lignea radicem apii,petroſelini, libyſtici,coſti, fœniculi,& ſuper iſtas herbas in ipſa cuppa mitte gariofilatum feruentem,& tandiu ibi ſit, donec temperetur vt bibi poſsit:per dies tres manè & ſero hoc facias.

De chalco cecaumeno.

CHalcos cecaumenos ſic fac. Limaturam de cupro in ollam rudem mitte,adde acetum in ipſa olla gypſea de argilla,& mitte in foco,vt intus & foris ipſa olla rubra ſit quaſi focus,tolle à foco,& mitte intus fuſticulos paruos,& ipſam ollam ad ſolem mitte vſque dũ refrigeretur,& illud eſt cechalceumenon.

De amylo.

AMylum ſic fac. Mitte frumentum mundũ in aqua per noctes & dies tres,& per ſingulos dies aquam renoua,poſteà in pila macera, adde aquam,& per linteum extorque in concha,& dimittas reſidere, & tunc ipſam aquam diligenter expurga,vt imum nõ moueas, quod remanet ad ſolem ſicca:& hoc eſt amylum.

De ceruſa.

CEruſam ſic fac. De plumbo fac tenues laminas, & mitte in vaſe operculato aceti modium medium, & ſuper acetum mitte ipſas laminas plumbeas, ita vt acetũ non cõtingãt:tunc ipſum vas gypſa vt nullũ ſpiraculũ habeat,ibi maneat diebus xv.poſteà tolle laminas & rade puluerem,quẽ ibi inueneris, & erit ceruſa.

De ærugine campanæ.

AEruginem campanæ ſic fac. Laminas de cupro tenues facias, & ſicut de plumbo diximus ad faciendam ceruſam facias,habebis æruginem campanæ.

De medulla ceruina.

MEdullam ceruinam albam ſic fac,frange os cerui, & tolle medullam,& dimitte manere in vino horis quatuor:de ipſo vino tolle,& in aqua mitte,& manibus macera,donec alba ſit:fac tortellos inde, & repone,& vtere.

De ſapa.

SApam ſic fac. Muſti de peculo ℥.xv.tolle, cydonia integra viij.caricas xv.dactylos iij. anethi ramorũ M.j.fœni.ſimiliter,apii ſimiliter: coque ad tertiam,& quãdo refrigeratũ fuerit cola,& repone in vaſe fictili, & picato.

De careno.

CArenum ſic fac. Muſti dulcis modios xx.mellis ℥. x.cydonia partita xx.poma ſimiliter,pulegii M.v. canabis rad. M.j.ciperi M.iij.apii radi.& ſeminis M. j.ſcariolæ ramorum,& ſeminum,petroſelini ramorũ, & ſeminum,coſti hortulani,radicum fœni.radicum libyſtici ana. M.j.hæc omnia coque ad medium, & refrigeratum repone in vaſe picato.

De hydromelite.

HYdromeli ſic fac. Muſti dulcis modios x.balſamitæ ſiccæ M.iij.ciperi radi.M.iij.petroſelini radi. fœniculi rad.apii radi.libyſtici radi.ana.M.iij.nuces pineas integras v.cydonia partita xij.coque ad mediũ, poſteà cola,& adde mellis cocti modium j.commiſce bene,& quando refrigerauerit,repone in vaſe fictili picato.

De garo cathartico.

GArum catharticum ſic fac.polypodii pul.lib.j.piperis albi gra.quinquaginta,diagridii ℥.j.gariofilorũ cochlearium j,terens commiſce cum melle,& repone in vaſe vitreo,déinde accipe ad quodcunque volueris cochlear j.vel ij.ſecundum vires, maximè humorem educit melancholicum.

A

De lycio.

LYcium ſic fac. Prunellas de caprifolio collige menſe Septembri,& tere,per linteũq; extorque,& ſuccum eius ad ſolem in concha ſicca,& erit lycium.

De acacia.

ACaciam ſic fac. Menſe Septembri prunellas ex nigra ſpina tere,per linteum extorque, ſuccúmque eius in vaſe argenteo ſiccabis,& erit acacia.

De flora.

FLoram ſic fac. Ceruſam tritã cum oleo,& cera modica coque in vaſe cupreo, aut æreo, cataplaſma vbi neceſſe eſt apponere,celeriter corium adducit.

De ptiſana.

PTiſanã ſic fac. Mitte hordeum pinſitum in ollã rudem,cum aqua bene coque,per linteum extorque, condias de ſale,butyro,aut oleo cum pipere, & cinnamomo modico,repone & vtere.

B

De chalcidio.

CHalcidium ſic fac. Aeris florem in aceto vehemẽtiſsimè ſubigito,ſicca ad ſolem,fac puluerem, & vtere.

De opopanace.

OPopanacem ſic fac. Herbam virgultam, & radicẽ panacis,ſiue meu tere,extorque ſuccum eius,in ſole ſiccabis,& erit opopanax.

De omphaco.

OMphacum ſic fac. Acinos expreſſos accipias, carnes ipſas,& nucleos in ſole ſiccatos tunde, fac in puluerem,& erit omphacum.

De diagridio.

DIagridium ſic fac. Menſe Auguſto collige herbã tithymalli,& eius radices pinſe,ius ipſius,id eſt, lac in vaſe argẽteo mittas vt coaguletur,ſic ad ſolem diebus xj.& pro neceſsitate quando opus fuerit vtere.

De aphronitro.

APhronitrum ſic fac. Nitri partes ij.& ſaponis j.diſtempera cum prima gutta ſaponarii, factíſq; trochiſcis ad ſolem pone.

C

De polenta.

POlentam ſic fac. Hordeum quando cœperit habere quaſi lac,mitte in furno,& quando deſiccatũ fuerit, paleis munda,& fac farinam.

De elaterio.

ELaterium ſic fac. Succum cucumerum agreſtium non maturorum exprime,expreſſúmque ſuper plenum vas aquæ infunde,& quod ſupernatauerit collige, & ad ſolem ſicca.

De reſina.

REſinã frixam ſic fac. Recipe reſinã pineam in ollã miſſam duriſsimè coque,& ſic proba ſi eſt frixa, Gutta poſita in marmore ſi infrigidata pulueriƺetur, tolle ab igne.

De aqua ignita.

AQuam ignitam ſic fac. Recipe ſalis lib. ij. ſulfuris viui,tartari,ana ℥.ij.vinum forte,& fac ad diſciplinam aquæ roſatæ.

De hydrelæo.

HYdrelæon ſic fac. Recipe partes ij. aquæ,& iij. olei.

De hydromelle.

HYdromel ſic fac. Recipe partes ij.aquę,& iij. mellis.

De poſca

De posca.

POscam sic fac. Recipe aquæ partes ij. vini iij. & coquatur.

Decephalæa. CAP. X.

SI quis cephalæam patitur, & vnum de brachiis tumuerit, vel caput, & ex vtraque parte, seu finistro oculo signum apparuerit in modum lenticulæ, moriturus erit. Si verò ex nullo alio signo moriturus est, demus ei hæc antidota, esdram scilicet, vel philoniū, hieram picram, blancham, & puluis fiat ex spica nardi, & squinanto, & ammoniaco, & succo tithymalli virginalis & interioris, & opium, & semen papaueris, & flores centaurii addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant, & diagridii vnciam vnam: his omnibus in puluerē redactis, dabis ℈.j. cum vino calido: & anethino, ac rosaceo oleo perfunde caput. Item esdrę potio cū vino calido temperata, & bibita, siue vnctione facta, dolorē capitis sedat. Item theodoricon emperiston magnum, ad omne vitium capitis facit, hoc idem facit diaolibanum.

Ad dolorem capitis. & calorem. CAP. XI.

ACcipe cimas salicum, & in fortissimo aceto ad ij. partes decoque, & éxinde caput & pedes foueas, & ex cimis caput fomenta. Item galbanum chartæ impone: & pone in parte illa, qua caput dolet, & prodest. Item sauinam tere cum albumine oui, & cum aceto fortiter distempera, & emplastrum fac super caput eius, & ibi dimitte iij. diebus, & ambo crura eius vsque ad genua mitte in aquam frigidam, & da ei potū ad soluēdū.

Ad febrem capitis, quæ non permittit hominem dormire, uel quiescere. CAP. XII.

TOlle capita papaueris sicca vel viridia, & semē lactucæ, violas, & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno, & coquatur vsque dum omnes herbæ dissoluantur, & decoctione ipsarum pedes & crura lauentur, & extergantur linteo fortiter, déinde vngantur oleo violato, & sic somnum præstabis, & dolorem, & angustiam auferes. Potio ad capitis dolorem, fœniculum, rutam, libysticum, mel, piper, vinum totum commistum ieiunus bibat.

Item ad somnum. CAP. XIII.

SVccus papaueris agrestis cum farina hordei inunctus dat somnum.

Item ad dolorem capitis. CAP. XIIII.

FOlia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata prosunt.

Electuarium ad capitis, & stomachi dolorem. CAP. XV.

REcipe Mastiches, anisi, fœniculi, polypodii, thuris, myrobalanorum Indorum, croci, spodii, sandali albi & rubri, portulacæ seminis, diagridii, ana ʒ.iij. zacaræ, amygdalæ, ana ℥.s. dragaganti ʒ.ij. camphoræ ℈.j. musci ℈.s. violæ quātum de aliis omnibus speciebus, tempera cum syrupo violaceo.

Vnguentum laxatiuum, quod caput alleuiat, stomachum purgat, appetitum confortat, oculos clarificat. CAP. XVI.

REcipe succi apii ℥.ij. foliorum rubi succi ℥.iij. polypodii succi ℥.iiij. laureolę succi ℥.j. fœniculi succi ℥.xiij. mercurialis succi ℥.xiij. olei lib.ij. adipis gallinæ & verris, ana lib.v. resinæ ℥.j. thuris, mastiches ana ℥.s. casiæ fistulæ medullæ ℥.ij.

Ad tineam. CAP. XVII.

ELleborum nigrum tritum cum vncto pone super totum caput. Ad idem. Ficatum porcinum crudū & calidū cataplasma diebus nouem, posteà laua de aqua frigida, & sanabitur.

Galen.

A

Ad furfures. CAP. XVIII.

ACcipe semē vrticarum, & tere parumper, & pone in aceto per diem & noctem, & posteà laua caput de qua re volueris, déinde verò de ipso aceto, ad vltimum autem de pura aqua, hoc fac bis, vel ter. Ad idē. Coque cyclaminum in vino, & caput ablue, déinde eo que saluiam in vino, & caput ablue, & super hoc puluerem nepitæ asperge super totum caput nocte, & mane iterum laua cum saluia.

Ad capillos cadentes. CAP. XIX.

APes quàm plures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & éxinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad diuturnam alopeciam, & renascentes capillos CAP. XX.

PYrethrum tritum mistum cum felle vituli perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum: euforbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur. Ad idem. Caprarum stercus, & vngulas ipsarum combustas, & cum aceto solutas adhibe. Ad idem. Testudinem viuā super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis ℥.iij. & medullæ ceruinæ totidem, cum vino coque, & alopeciam inde frica.

B

Item ad furiones in capillis.

CAP. XXI.

ACcipe fel terræ, & fel bouinum, seu taurinum, & acetum, & pone in cucurbita decreta, fácque forti ter feruere, & refrigerato, & colato, laua semel vel bis déinde laua cum aqua calida si vis. Ad idem, & vt capilli citiùs crescant. Olibanum cum stercore muriū pari pondere tere cum aceto, & perunge, sed antè loca nitro frica. Idem facit git vstum cum aqua tritum & illinitum. Item lacterida trita, & cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmētare facit. Item fimum caprinum combure in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat. Flos agrimoniæ tritus cum oleo, & fricatus nigros capillos facit. Item ad capillos cadentes, agrimoniam tritā cum lacte caprino impone. Ad idem. Verbenam cum absynthio in lixiuio coque, & laua caput assiduè. Vt capilli nascantur vbi volueris. Panem hordeaceum & chartam cum sale æqualiter combure, & tere cum adipe vrsino, & vnge locum. Vt capilli nascantur vbi vis, vnge caput oleo myrtino, quod sic fit. Recipe flores myrtæ, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub diuo xl. diebus: sic fit omne oleum, vt rosatum, &c. Item corticē mediā de vlmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, déinde puluerem rutæ superasperge. Item ad capillos, & pilos vt nascātur, pellē de capite vulpis ca libitidis, id est tugurialis, excoriatā combure, & lacerte viridis corpus eiecto capite vno die aut nocte suspēde, & posteà coque in oleo simul cum puluere, & vnge vbi volueris. Ad idē ex cortice capparis incenso cum melle inunge. Similiter ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ vnge sæpius.

C

D

Ad auferendum pilos. CAP. XXII.

AD pilos de facie vel alia parte corporis auferendos. Psilothri, calcis viuæ lib.j. in vase fictili ad ignem, sine aqua per diem, & noctem dimitte, in crastinum autem aquæ quātum sufficit infunde, & diu agita, posteà adde lepnias pulueris, id est, auripigmenti ℥.ij. Quando verò probare volueris an perfectè coctum sit penna immissa, & abstracta, si depilatur, coctū est, tūc

in balneo antè, quàm laueris, vnge post horam, quãdo iam pili cadunt, de furfure absterge, & laua.

Vt pili ita ablati nunquàm renascantur. CAP. XXIII.

CIcutę semen, vespertilionis sanguinem, verbenæ, succum cõmisce vt multum spissentur, vnge priùs ablatis pilis.

De hemicrania. CAP. XXIIII.

SI quis hanc paßionem habuerit, & nullum cibum sumere quærit, & dormire nequieuerit, nauseare iterum non valuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua nõ habuerit vt debet, sed hæsitauerit vt ictericus, ista signa mortẽ significant. Si verò nulla sint mortalia, dabis ei picram Gal. & sal catharticum. Vnguento thermantico vel calido vnge caput eius. Itẽ succo foliorum hederæ cum oleo & aceto vnge nares. & statim dolor sedatur. Pilulæ ad hemicraniam. Recipe mirobalanorum citrinorum, Kebulorum Indorum ana ℥.s. croci oriẽtalis, mastiches ana vnc .ij. & ℈ ij. & scãmoniæ ℥.j.s. Aloes hepatici quantũ pensat totũ, tẽpera cum succo fœniculi, & da eunti dormitũ. Ad idem & ad quoslibet alios morbos. Baccarum lauri cũ foliis vnc. j. bryoniæ vnc. j. mastiches vnc. j. aloes vnc. ij. tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post comestionem vndecim, vel duodecim, secũdum virtutem eunti dormitum. Ad idem. Herba quinque folia in vino, aut in aceto trita perunge.

De scotomia. CAP. XXV.

QVi villam iugiter circuit per gyrum, vel contra solem respicit, seu in puteum, seu in quemlibet locum manum mittit, vt inde aliquid attingat, & statim cadit, & spumat, mortale est. Si autem nullum mortale sit signũ, abrotonum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hierã, & anachardinum theodoricon. Item ad capitis vertiginem. Balsamitam cum oleo tritam, & expressam, cerebro, & fronti tepidam vngendo appone.

Ad caput fractum. CAP. XXVI.

ARanea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit, & sanat.

De epilepsia. CAP. XXVII.

QVi ceciderit in hanc paßionem, & contraxerit omnia membra in vnum, non tamen spumat. & posteà libenter manet solus, & cum nemine propria voluntate loquitur, signa mortalia sunt. Si quis lunaticus spumat, & oculos cõuertit, & fremit, & mugit, & cadit, & membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autem hæc signa desunt, cum blanca, aut sancti Pauli antidoto, aut esdræ cum scammonia ei subueniatur. Item epilepsia nascitur ex tribus humoribus, id est, phlegmate, cholera rubra, & melancholia. Si quis cadens fecerit spumam multam & albã, & stridet dentibus, erit de phlegmate: si verò quãdo ceciderit claudit oculos quasi dormiat, & nõ proiicit spumam, & citò resurgat, erit cholera. Si autem vultum nigrum habebit, & distorquebit os, & caput, & linguã, & manus strinxerit, & fecerit spumam paruam, & continebit se quasi ad mortem, de melancholia erit. Item per vrinam potest cognosci, ex quo horum trium ęger patiatur: quia si fuerit alba & crassa, erit de phlegmate si citrina & parum nigredinis habuerit, de cholera rubra: si alba, & nigra, & crassa, erit de melancholia: hoc potest probari in sequenti nocte sui casus, vel præcedẽti in vrinis. Patiẽtes autem melancholiæ causa vel phlegmatis, sic curari possunt: in primis talem dietam accipiãt xv. diebus vel xx. comedant carnem ouillam non pinguem, coquinatam, & agnos paruos. De volatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres, anates, pullos

A columbarum domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cum oleo, buglossum coquinatum, pastinacas coquinatas; fœniculum, asparagos, ius cicerum cũ oleo. De fructibus verò nullũ, nec pisces. Bibãt vinum subtile cum aqua. Potio ad idem. Recipe Pæoniæ grana, saluiam, absynthiũ, vrticam, marrubium, secundum æstimationem in aqua frigida temperabis. Item ad idẽ. Lasar, id est, assę fœtidæ, maluæ, betonicæ, abrotoni, phu, cinnami, piperis albi, rhu pontici, euphorbii, salis, ficuum, opoponacis, saluiæ, origani, diagridii: scillæ, casiæ fistulæ, ammoniaci, mastiches, hyoscyami, costi, rutæ, castorii ana ℥.j.s. sagapeni, mandragoræ, mercurialis, sampsuchi, thuris ana ℥.iiij. da ei cum aqua calida in modum auellanæ.

B *Item puluis ad caducos, & qui spumant, & paralyticos.* CAP. XXVIII.

REcipe olibani, mastiches, mirrhæ, sanguinis draconis, aspalathi, antimonii ęquali pondere, opoponacis ℥.j. oliuæ smaragdinæ, bdelii varii, petræ de capite corui marini nigræ ana vn. iij. crystalli, sadib, id est, folia nucellæ, iscam, id est, fungum quercinum, carbones sabuci, petræ sancti sepulchri, iscam vitis, pannum blattę bysantiæ, iscam myrtinam, crucem marinam, herbã occasionis, cicerellum, furfura, matrisyluam, herbam hircinam, betonicam, maiorem maluam, marcoram, id est, marrubiũ, baccharam, malum styracis, vngulam vrsinam, corium vituli marini, fel & ficatum vrsinum, fel & ficatum corui, fel & ficatum erinacei, cingulum de corio capreoli, os de corde cerui, sulphur, pallam ma-

C ris, radicem de carduo albo ana ʒ.ij. puluerem fac, & da cum aqua frigida. Ad idem. Oua coruorum comesta prosunt, expertum est. Qui perdit loquelam culpa epilepsiæ, succum rutæ agrestis naribus iniiciens, hoc sæpe facto eam recuperabit. Vnguentum ad idem: Centumneruiã, violã, brancã vrsinam, allium, farfaram, apium risus, batrachion, linguam caninam, sisymbriũ, fœniculum, libysticum, aquilegiam æqualiter, herbam fœtidam plusquãde aliis: his omnibus pinsitis cũ axũgia scrofæ recẽti, & in axungia valde coctis, exprime fortiter per pannũ in aqua frigida, & quod super coagulauerit collige, & repone, & vtere. Infirmus autẽ secludatur diebus xxx. priùs tamẽ accepta potione, quæ optimè purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totũ caput hoc vnguẽto, & totum collum in circuitu vnge, & sero similiter eũti dormitum, & hoc triginta diebus facto, Recipe Castorium, & olibanum, & anti-

D moniũ æquali pondere, & pulueriza, & distempera cũ fœniculi succo, & da bibendum mane ieiuno, & sero eunti dormitum, & hoc per xxx. dies, & custodi à cibis contrariis.

Item probatum unguentum epilepsiæ. CAP. XXIX.

REcipe linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulphurea sisymbtiũ, fœniculũ, lybisticum, centrum galli, violam, saluiam: hæc omnia æquali pondere cum recẽti axungia scrofæ in aqua decoque, & cola fortiter, & quod supernatauerit infrigidatum collige. Et quando operari volueris, cathartico patientem purga prout res postulare videtur: déinde abraso capite abundanter inunge, habens idem supra

caput,

caput,& circum amplam teftam calefactam, vt affatim calorem miniftrare pofsit:hoc per triduum,vel quantum opus fuerit fac. Et aquam aliquantulum mellitam & calidam bibat,antimonium, caftorium, olibanum, linguæ caninæ radicem,fœniculi radicem æquali pondere,& puluerizatis vtatur in fuprà dicta aqua, vel eius fucco expreffo.Item ad idem. Fac bullire centumneruiam,id eft,barbaram fyluanam in ix. phialis vini, vt redeat ad tertiam:da phialam j.per dies nouem.

De apoplexia. CAP. XXX.

QVi ceciderit in apoplexiã,& de multis rebus defiderat fibi cibum afferri & potum,& ftatim quando videt hoc abominatur,fiue mafculus fuerit,fiue fœmina,mortem fibi imminere fignificat: qui autem non habuerit hæc figna,curari poterit cum fupradictis antidotis,& vnguentis.

De phrenitide. CAP. XXXI.

QVi ex phrenitide multùm alienatur, phlebotometur de media vena frontis, quantum oui tefta capere poteft. Si perdiderit loquelam, fternutamento vtatur quod conficitur ex condifi herba. Si autem præ nimia anguftia dormire nequiuerit, crura & pedes lauẽtur ex decoctione violarum,& rofarum, & femine lactucæ, & myrtæ, & fic colatis linteo, vngatur oleo violato,& fi non alienatur,& defiderat balneum, fine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit,radatur totũ caput,& ex calido pulmone pecoris obuoluatur totum caput,& maneat ibi per totã noctẽ, & fuper foliis cucurbitæ,& totus ftomachus fimiliter obuoluatur de foliis,& matutina hora præ nimio fœtore auferantur. De cibis,vtatur cucurbitis, & portulacis cõditis cum pauco oleo,& aceto,& comedat far, ptifanam. De pomis autem,mala granata,& mala fyria & pyra. Item ad phrenitin. Succus hederæ in naribus infufus,& ruta mifta cum aceto, cerebróque fuperpofita nimis adiuuat. Item ad fomnum. Semẽ hyofcyami fortiter tere,& cum lacte mulieris,& oleo violato,vel rofato tempera,& tempora,&frontem inunge.

De melancholia. CAP. XXXII.

QVi melancholiam patitur,femper vomit, & faftidium patitur,& nihil de cibo & potu accipere poteft, tamen hoc tantillum,quod fumit,non proficit ei,& folis vel ignis ardorem nequit fuftinere,& dormire non poteft:tamen quando dormit fupinus iacet:& nunquàm firmiter dormit,& poft dormitionem pigritia ei fentitur,& ambo labia viridia funt, moriturus eft. Item fi multum fitit,& lateris patiatur dolorẽ ex vtraque parte,talis eft ei curatio,calami nardi,cafiæ fiftulę, euphorbii,cofti.ana ℥.ij.efulæ ℥.iiij.hæc omnia in puluerem redige,& cum vino bibat ieiunus valde diluculo,& tunc ieiunet ad horam nonam. Item ad idem potio. Ireos tunfum & cribratum mifsum in vino ieiunus bibat mané. Aliud catharticum. Tartarum,et farinam tritici mitte in vino in fero,alia die fac inde pilulas,et dabis ad manducandum ieiuno.

Item ad idem medicamentum purgatorium melancholiæ, quod tunc humorem propriè purgat, & liberat corpus.

Galen.

A Recipe anifi ℥.j.petrofelini ℥.iiij. epithymi ʒ. iij. mel quod fufficit,dabis cum aqua,vel cum vino.

De lethargo. CAP. XXXIII.

QVi in lethargum ceciderit,& libenter eft folitarius,& multũ comederit,& eo quoq; ampliùs defiderauerit,& loquitur quod non decet,& iugiter faliuam fuam foras mittit,moriturus eft:maximè fi fudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si verò talia figna defuerint,ita curabis. Ante diem tertium nihil eft adhibendum. Iacere debet in loco luminofo,frequenter pulfando nomen eius vocetur: quòd fi præualeat plurimũ ei fomnus,vngenda funt ex oleo dulci & calido eius præcordia,& lana munda, & calida fafcianda. Cibo autẽ dato,fricentur illius manus & pedes. Quòd fi iterum dormiuerit,mulfam accipiat,& clyfteria inii-
B ciantur,& caput prefsius tundatur,ferulæ incenfæ fumus eius naribus apponendus eft. Sicut etiam lucernæ extinctæ odor olfaciendus eft. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda eft,fifymbrium in aceto tritũ infundimus in capite,aut teftudinis fanguinem in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit, alii fanguifugam fronti,& temporibus adhibent. Ex cornu ceruino,& galbano fieri fumũ eius naribus valde opprobamus.

Ad oculorum uitia. CAP. XXXIIII.

SVper panem hordaceum calidum & per mediũ fciffum puluerem carui afperges,& ante oculos patientis tenebis.

Ad fanguinem, & uulnus oculorum. CAP. XXXV.

PRimùm tere pinguedinem, & posteà adde farinam milii,& diftempera cum vino in modum vnguenti, & linteolo fuperpofito,cui opus fuerit,impone. Item
C tolle crocum orientalem,& lycium,& fuccum ocymi, & lac fœminæ marem nutrientis,& dactylorũ carnes, omnia tere fortiter,& cum aqua rofata,vel cum fucco ipfo,et lacte diftempera in modum vnguenti, et fuper oculos pone.

Item ad oculos fanguinolentos. CAP. XXXVI.

TOlle pullum columbinum,et fub ala incide,et fanguinem,qui inde exierit,in oculos infunde,probatum eft.

Ad lacrymas oculorum. CAP. XXXVII.

TOlle rapas fylueftres,& tere fortiter,& cum aqua rofacea diftempera,& fuper oculos pone,probatũ eft.

Ad lippitudinem oculorum. CAP. XXXVIII.

D ATramentum,mel,abumen oui æqualiter teres, & oculis fuperpone,& mane & fero lacte mulieris inunges.

Item ad lacrymas oculorum. CPA. XXXIX.

RVtæ fuccum,& mel commifce,& oculos vnge,certum eft.

Item ad fanguinem, & dolorem oculorum. CAP. XL.

ALoe,& opium tempera cum lacte mulieris quę nutrit mafculum.

Item ad tumorem, & caliginem, & fanguinem. CAP. XLI.

VErbenam cum oui albumine tere,et tritam impone,optimum eft. Item cynogloffi fuccus in oculis immiffus, et herba trita,et fuperpofita oculis, mire prodeft.

Item ad caliginem oculorum. CAP. XLII.

ROrem, qui cadit in matutino, & succum rutæ col- A
lige, & in oculis mitte.

Ad panum oculorum. CAP. XLIII.

PVluis olibani cum melle, & aceto, ac stercore maiorum murium mistus, atque inũctus, caput denudatum capillis vestit, & panum oculorum diluit: dysenteriæ obsistit cum aqua sumptus occasione frigoris, lumen amissum pulverizatus, & iniectus restaurat.

Item ad panum, & sanguinem oculorum.

MEmbranam oliuæ fortiter teræ, & misce cum albumine oui, & pone super oculos, multũ valet.

Ad ungulam oculorum. CAP. XLIIII.

TOlle anguilam viuam, & extrahe inde sanguinem, & mitte in oculum, multùm valet.

Item ad idem.

REcipe nitrum, & mitte per nouem dies in ignem, & posteà fac tenuissimum puluerem, & mitte in B
oculum, expertum.

Item ad sanguinem oculorum. CAP. XLV.

REcipe succum apii, & albumen oui, misce in simul, & mitte in oculum sero eunti dormitum. probatum est. Ad idem. Recipe salicem siccum, comburere fortiter in ignem, posteà fac tenuissimum puluerem, mitte in oculum eunti dormitum, probatum est.

Aliud ad pruritum, & pinguem pituitam. CAP. XLVI.

SVccum vel folia apii misce cum bono vino, & dimitte per vnum diem, posteà vnge oculos, vel laua, mirè prodest.

Ad albuginem oculorum. CAP. XLVII.

SVccus agiolæ, fœniculi, instillatus eunti dormitum, multum valet: stercus album tantum lacertæ cum vino temperatum idẽ facit. Item succus hederæ terraneę in nare eiusdem partis oculi, in quo fuerit albugo im- C
missus, capite vehementer reflexo manente, albuginem eiicit.

Item ad clarificandum uisum. CAP. XLVIII.

FEl vulturis cum stercore humano mistum, & vino bene colatum, & oculis immissum mirè facit. Fel arietinum immissum hoc idem facit. Pilulæ ad visum expertæ. Recipe squinanti, spicæ, xylocasiæ, xylobalsami, carpobalsami, agarici, asari, rosę, violæ, epithymi, absynthii, colocynthidis, terebynthinę, cinnamomi croci orientalis, stœchados, mastiches ana drach. j. diagridii drach. iiij. aloes hepatici vnc. v. tempera cũ succo absynthii, & fac pilulas.

Ad aurium uitia. CAP. XLIX.

ADaurẽ percussam, vel vulneratã, calidi panis interiora cum melle tere: & frequenter pone.

Item ad aurium dolorem. CAP. L. D

TOlle cæpas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in frixorio, & fac in modum cataplasmatis, & tepidum pone super aurem.

Item ad auditum. CAP. LI.

MIcam panis hordacei impone calidam.

Ad aurium dolorem. CAP. LII.

SVccum menthæ tepidum infunde.

Item ad aurium dolorem. CAP. LIII.

RVtæ cimam, & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola: & succus inde extractus tepidus auribus instillatus valet.

Item ad aurium dolorem, uentositatem, & surditatem. CAP. LIIII.

CAepulã albam, & allium simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneũ, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat.

Item ad diuturnos sonitus. CAP. LV.

EVphorbium cum oleo cyprino tritum, & calefactũ in aure missum, singulare præsidium est.

Item ad dolorem calidum, & tumorem. CAP. LVI.

SVccus cucurbitę cum oleo rosaceo calefactus, & immissus sanat. Item lycium, & opiũ lacte mulieris admistum, & auribus immissum, nimios dolores mitigat: si tamen opium vetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteum cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde, vetustissimum emendat surdum. Si vulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur, vrinam puerilem tepefactam infunde: humorẽ desiccat, & celeriter sanat. Item hederæ succum cum vino mistum infunde.

De fluxu sanguinis narium. CAP. LVII.

AD narium sanguinis fluxum, testas ouorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, & stercus bouinum siccum, & parum de psilotro vnguento sicco quod remanet in vase, in quo conficitur: hæc omnia tere, & in puluerem redige, & quantum tres digiti leuare possunt, vel quantumcunque potest cum nare vnde sanguis fluit leuare, attrahat, & liberabitur. Hic puluis cũ aqua frigida temperatus, in mane & sero potatus cum prædicta mensura, scilicet trium digitorum, curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoicos. Item ad idem. Gypsum cum aceto forti, aut argilam fronti, vel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure & tenui albumine oui contere, & fronti, & naribus impone. Itẽ bambacẽ aliquantulum vstum, & vino, & oleo infusum in nare, de qua sanguis exit mitte: eãque exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit: puluis vrticæ combustæ naribus insufflatus idem facit. Item vitellum oui assatum, & durum naribus immissum sanguinem stringit.

De fœtore narium. CAP. LVIII.

AD nares malè olẽtes, rutæ semen, absynthii semẽ, vel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad polypos naris.

REcipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ ana drachm. iiij. æris vsti, gallæ ana drach. j. diligenter tere, & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono vino, & bene valebit. Emplastrum leneadi diapepereon, solutum cum succo mali granati acidi, idem præstat.

Ad uitia oris. CAP. LIX.

SI quis hulcerationem oris patitur intrinsecam, tolle oculum lucidum, id est, lycium, & cum aqua rosea distempera, & in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tamen fuerit, abrotonum tritum, & cum melle mistũ in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentiũ valet.

Ad fœtorem oris. CAP. LX.

FOlia fragi manduca, pulegium, & serpillum simul, & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum: Aceti boni cyathum vnum per partes bibe.

Vnguen

Vnguentum ad uitium oris, uel uulnus. CAP. LXI.

IVs de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana quinquagintaunum. coque ad medietatem, & vtaris.

Ad linguæ uulnus. CAP. LXII.

ARundinem in melle missam & coctam pone: mirificè sanat.

De dentium uitiis. CAP. LXIII.

NAsturtii succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira, & achariftum potata dolorem dẽtium sedant, & placant. Item tithymalli radicẽ coque in vino ad medietatem, & bis per mensem os lauetur, & dentes nunquàm dolebunt. Item ad idem. Recipe radicem vrticarũ, & coque in aceto, acetũ tene in ore, de radicibus verò emplastrum facias super maxillas dolentes. Ad idem. Tolle membranam radicis tapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, priùs tamen scarificatos, vt sanguis inde exeat, hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasuram corticum orni tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidũ in ore tene. Ad idem. Chamædryos cum aceto forti tene, & longè in ore tene, statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in vino coque, & in ore tene radicem, & vinum, multùm prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto, aut vino coctum ieiunus in ore tene. Item vinum cum pipere miscebis, & parum bullies ad focum & tepidum in ore tenebis. Item succus allii cũ pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfectè idẽ operatur. Item puluis olibani cum staphisagria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. Item recipe zz. grana piperis, & tere fortiter, cum forti vino bullias, & teneas in ore, & reiicias, & iterum bis, vel ter, aut amplius sumas, donec dolor cesset. cortex pyrethri bene tritus, & super dentes positus prodest. Puluis eius idem operatur: hoc idem facit vena incisa, quę retro est in media aure, vel alia ligata inter pollicem, & indicem contrarię partis.

Ad maxillas tumidas, & ad dolorem dentium. CAP. LXIIII.

BVlli tithymallum in aqua, & cola, herbam fascias leuando, & ponendo in gingiua.

Ad dentes continendos. CAP. LXIIII.

RAdicem pyrethri contunde, & bolum Armenicũ & mastichen, misce, & facto puluere vnge gingiuas. Itẽ piper zz. calx cum melle priùs mista, & postea assata, & galla, & mastiche, & balaustia, omnia æqualiter pulueriza, & vnge gingiuas.

Ad uuulam destillantem, & fauces tumentes.

SVcco absynthii sufficienti laua. Item sinapis in aceto gargarizatus cum melle multum iuuat.

Contra uitia faciei. CAP. LXV.

AD impetiginosam faciem & rubram. recipe succũ carduncelli albi, & morgellinæ, tantundem de olibano, & melle, & absynthio, & cerusa, & his commistis vnge: & laua faciem cum mica panis in aqua infusa, dẽinde teneras cimas rubi cum melle luna decrescente confice: posteà inunge cerusam nouies ablutam, deinde commisce oleum, & psimmythium, id est, cerusam, & olibanum.

Ad lentigines. CAP. LXVI.

REcipe ouum, & pone in aceto, donec testa macere tur: & accipe sinapi, & pulueriza, & cum ouo confice, & vnge faciem eunti dormitum: posteà laua cum farina hordei. Ad idem. Succus bryoniæ, & cucumeris agrestis ana ʒ.j. gummi hederæ ℥.s. accipe, & faciem laua superiori modo, & si intumuerit facies, cũ succo strychni, id est, solani, & albumine oui laua.

A *Item ad impetiginem.* CAP. LXVII.

REcipe radicem plantaginis, sal, & acetum fortissimum, tere fortiter, & de illo aceto distempera, & laua. Item radix minoris lapathii in aceto cocta, & super impetiginem fricata liberat. Item hiera logodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginem habentibus, & variis alphis.

Vnguentum ad impetiginem.

LAcertam viuam, & vitem albam pone in oleo: & coque ad tertiam, & colato oleo, adhibeatur cera purissima. probatum est. Ad idem. Recipe olei libram vnam, olibani, cozumbri, pegulæ, sulphuris, saponis, licii, auripigmenti, ceræ, ana libram mediam.

B *De morpheæ curatione.* CAP. LXVIII.

TRochisci ad morpheam albam, vel nigram. Recipe ellebori albi, piperis longi, careos, id est carui, halcyonii, id est, spumæ maris, sulphuris viui, calami aromatici, andrachnes, id est, portulacæ, sandaracæ, omnia æquali pondere, tere, & fac trochiscos cum aceto, & vtere.

Ad maculas albas, uel nigras. CAP. LXIX.

QVa trita, & cretam, lithargyrum, & cerusam, ex æquo cum aceto, & oleo rosato confice, & loca priùs cum linteo perfricata vsque ad ruborem perunge, probatum est.

Ad maculas rubras. CAP. LXX.

C CVm melle, & absynthio inunge faciem. Item aloe trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad rugas de facie tollendas, & omnem ægritudinem depellendam. CAP. LXXI.

CVcumeris agrestis radices siccas tere, & secerne, & misce cum aqua, & faciem laua: hinc alia aqua frigida laua faciem, quod si per triduum feceris, mirum effectum videbis.

Vnguentum ad morpheam. CAP. LXXII.

REcipe staphisagriæ, sulphuris, lithargyri, fac puluerem, & vade ad balneum, & laua te: & postquã lotus fueris, laua te cum aceto, & vnge suprà dicto vnguẽto, & post triduum iterum laua te.

Aliud ad morpheam albam, & nigram, & serpiginem. CAP. LXXIII.

D REcipe succi mali terranei, id est, cyclamini, vel panis porcini, succi hyari, succi draconteę, viticellæ succi, saponis, sanguinis drac. & aliquantulum capitelli frica fortiter sicut vnguento, & vnge vbi opus fuerit.

Ad scrophulas. CAP. LXXIIII.

REcipe radicis raphani agrestis rotulas ix, & tantum de eadem radice, vt tantum succi posit exprimi, quod sit ad mensuram trium digitorum, in ampulla vitrea, & da vt bibat in die Martis luna crescente: & in die Iouis luna deficiẽte, & scrophas super scrophulas pone.

Vt tota facies fit candida. CAP. LXXXV.

DE sanguine tauri faciem linias, maculas de facie tollit, & limpidam reddit. Item ad idem. Aphronitrum, lithargyrum, picem rufam, olibanum, cimoliã raphanum cum aqua pluuiali confice, et faciem linias.

Vt to

Vt totum corpus hilaris fiat coloris. CAP. LXXVI.

VIni veteris fæcem cum oleo tere,& totum corpus perunge. A

Ad faciem clarificandam. CAP. LXXVII.

REcipe cryſtalli,amenti dulcis & falſi,dentalis & antalis,coralli albi,& rubri,vmbilici marini,nitri, ſalis gemmæ,ſarcocollæ ana ℥.j.ceruſam circa omnia ſuprà dicta contere:vbi ergo cutem laueris , diſtempera paululùm de prædicto puluere in manu tua,& inde tãge cutem. Item ad idem. Olibani,ceræ virginis, cornu ceruini,lithargyri,ceruſæ,ana ʒ. iij. terebynthinæ ℈.iij.confice,& vtere.

Vt facies albeſcat,& molleſcat. CAP. LXXVIII.

CEruſam , & ceram albam teras valde cum roſeo,& vnge. Thedoricon emperiſton malè coloratis, Anacardinum pallidis valde facit.

De paſsionibus gulæ. CAP. LXXIX.

LOtio ad ſcrophulas. Recipe ellebori nigri,mali terranei,herbæ mauræ,id eſt,trifolii, matriſſyluæ, caudæ lupinæ:has bene ablutas fortiter pinſito, & ad tertiam decoque,& patienti de tertio in tertium diẽ dabis.Item ad idem. Recipe radicem ſpatulæ, & radicem herbę mauræ,& teſticulos agni,& nouies ablue, & tere:& in vaſe pleno aquæ ad cælum liberum ſuſpende nocte vna:& ſingulis diebus bibe, & frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis faſcia:& dimittatur tota nocte.Item ad idem. Recipe ſtercus porcinum, & fac puluerem ex eo,& laua priùs hulcus de fortiſsimo aceto,vel vino:& poſteà imple de puluere illo,donec ſanetur,expertum eſt. Ad idem. Fabæ lupinæ radices vino nouies lauentur,& aqua in diuerſa proiiciatur loca:quarum radicũ vna pars teratur mediocriter:alia pars dimittatur integra:& ix.grana piperis integra,& cinnamomi integri ℈.ij.& mellis ℥.ij.imponãtur in olla cum vini cyathis ix.quæ omnia bulliant ad tertiam:& ſic tribus diebus detur infirmo bibendum luna deficiente. Ad idem. Recipe Bruſci radices, aſparagi radices,radices fœniculi,radices violæ, cimæ oliuæ,cortices fagi,paululum radicum acori, cortices vlmi,flores ſtœchados,roſæ agriæ,id eſt agreſtis , vel roſæ caninæ,quæ omnia lauentur nouies in aqua,& cõ coquantur in vino vſque ad tertiam,& poſteà miſceatur paululum mellis & piperis,& ita bibat. Item vitis albæ radicem tritam cum axungia ſuperpone frequenter. Ad idem. Succus capparis,& ſuccus fumi terræ miſti & bibiti valde proſunt.

(Margin letters B and C stand beside this chapter.)

Ad glandulas. CAP. LXXX

OBuli cataplaſma impone,& glãdulas deficere certum eſt. Item folia perſici cum ſale tere , & ſuperpone,mirificè proſunt. Sed ſi fuerint durę ipſæ glandulæ,fimum caprinum tere cum aceto,& in panno inuolue,& ſuperpone. D

Item ad ſcrophulas. CAP. LXXXI.

TOlle lacertam viuam,& mitte in olla rudi, olei libram vnam,& ibi ſe decoquant:penitus aquã non tangat:poſteà vnge mane & ſero,vel decies in die. Itẽ potio ad idem. Enulę radices,gladioli,aſphodeli,folia lauri:omnia coque in vini fortis phialis nouem quo vſque ad tertiam redeat:dabis luna deficiente.

Contra uitia palati,& gutturis. CAP. LXXXII.

DIamoron de rubis,quod facit ad omnes cauſas palati & gutturis:vuulam ſubleuat cadentem , & humoroſam deſiccat. Recipe ſucci mororum rubi libras duas,mellis libram vnam,ſapæ libram vnã,quod conficitur ſic,Succum cum melle & ſapa in vaſe æneo ſtagnato ad lenes prunas decoque,& ad perfectam decoctionem feruefacere deſine.Quando verò coctũ fuerit ſcies,quia poſita de eo gutta ſuper marmore , ſi ſe retinuerit vt mel,bene coctum eſt:tunc in vaſe ſtagnato reconde,& vſui reſerua,quando opus fuerit , ex eo pala tum & vuulam vnge,aut ad gargarizandum dabis.

Aliud ad idem,& uulnera faucium,alba uel nigra. CAP. LXXXIII.

REcipe balauſtii,ſucci corticis granati ſicci,amborum ana ℥.iiij.aluminis ſciſsi,maſtiches ana ʒ.j.tere,& in puluerem redige,& cum decoctione croci collige:& quando opus fuerit,locis dolentibus vnge.

Ad uocem clarificandam electuarium. CAP. LXXXIIII.

REcipe cymini aſsi vnc ij.ſeminis ſinapis, piperis ana ʒ.xv.calaminthes,pyrethri,cinnamomi ana ℥. j.mellis quod ſufficit.

Ad tußim ueterem,& nouam. CAP. LXXXV.

SOtira magna cum vino detur eunti dormitũ. Simili modo acharîſtum datur cum ſotira miſtum tuſſientibus. Vtile etiam eſt diabutyru pectori & tuſsientibus. Idem facit diacalaminthes.

Item ad raucedinem. CAP. LXXXVI.

APii ſemen,cymini Syriaci,ſeminis fœniculi,ſeminis anethi,ſeminis pulegii ana cochleare vnum in puluerem redige,& cum fœnigræci ſucco da bibendũ per triduum,res eſt nimis ſalubris.

Pilulæ ad tußim probatæ. CAP. LXXXVII.

REcipe ſtyracis ʒ .j.opii,galbani,ſulphuris viui,terebynthinæ ana ʒ.ij.piperis nigri ʒ.xv. tempera cum ſucco apii,& da eunti dormitum,aut tres aut quinque.

De præcordiorum paſsionibus. CAP. LXXXVIII.

QVibus color rubẽs apparet in facie , alíquãdo poſt hoc in pallorem conuertitur:& tunc vadit dolor inter ſcapulas,vel tibias:& tuſsit : & quod proiicit ab ore ſaporem ſalis habet , & memoriam non habet, & videntur eſſe aſpera quæ videt,hunc deuita quia moriturus eſt:ſin minùs,ita curabis:diapraſu vtile eſt,diaireos, vitiis pectoris,ſic diacalaminthes, aut climax , id eſt,ariſto. vel vitis alba,& diaolibanu catharro,& tuſsi. C

Electuarium expertum ad uitium pulmonis,& ad omne rheuma deſcendens à capite ad thoracem,& qui ſanguinem expuũt, & ad raucedinem uocis,& qui malè ructant ab ardore ſtomachi,& ſynanchen,que in faucem rumpit: & ſtranguriam,quæ ex phlegmate fit, curat. CAP. LXXXIX.

REcipe ſpicæ nardi,aniſi,cinnamomi , tragaganthi, confitæ,id eſt,ſtyracis,hyſſopi,petroſelini,piperis albi,gariof. ſeminis fœni . dactyli:carui , rhupontici ana ℥.j.mellis quod ſufficit,da mane & ſero.

Item aliud probatum ad uitium pulmonis,& omnem tuſsim. CAP. XC.

REcipe rapa,pyrethri,enulæ,elenii,iridis Illyricæ, piperis ana ʒ.j.dabis mane & ſero.

Electuarium dianthu,quod optimè facit cõtra cardiacos,phthiſicos,hepaticos,confortat illos,qui ſunt debiles natura,& ex longa infirmitate curat. CAP. XCI.

ABſynthii florum libras duas,& frondis eius librã vnam,ſandali rubri & albi ana libram vnam,gario fi. ſpicæ,galangæ ana vnc.ſem.piperis longi zz.maſtiches ana ʒ.ij.liquiritiæ libram vnam , ſucci eius vnc. j.ſacchari libr.j.roſæ ℥.iiij.mel quod ſufficit.

Diape

Diapenidion magnum, quod facit asthmaticis, arthriticis sicca tussientibus, uocem perditam ex calore perfecte reparat, phthisicis, peripleumonicis, & pleuriticis subuenit. CAP. XCII.

RECIPE penidiarium ℥.c. pinearum, amygdalarũ purgatarum, seminis papaueris albi, omnium trium ℥. xxx. cinnamomi, gariofili, zz. succi liquiritię, dragagãti gũmi. Ara. amyli, seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitarum purgatarũ ana ℥. xj. camphoræ ℈. iiij. syrupi violati quod sufficit. Conficitur sic, penidiæ cum syrupo, lento igne aliquantulùm bulliant, & inde puluis terendorum temperetur. detur mane & sero cum tepida.

Diapenidion minus, faciens ad uulnera, quæ intrinsecus sunt maturanda, omnes putredines expurgat, & constipata pectora mollit. CAP. XCIII.

RECIPE zz. dragaganti, pinearũ purgatarum, amygdalarum, anisi, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaueris, omnium nouem ana ℥. xij. spicæ, croci ana ℥. vj. mellis rosacei quod sufficit. detur mane & sero cũ tepida.

Epithema ad tumorem, uel dolorem, uel inflammationem hepatis. CAP. XCIIII.

RECIPE rosarum, trium sandalorum, farinæ hordei æquale pondus, tempera cum succo solani, & cum aqua frigida.

Trifera magna, quæ facit ad dolorem stomachi ex frigiditate, sicut quando accepta fuerit statim patientem ad sudorem prouocet, phreniticis, & mulieribus, quæ ex melancholia de matrice insomniam patiuntur, suauiter somnum præstat, rheumaticis, & qui faciunt uentrem cum sanguine utilissima est: ascarides, & lumbricos educit, & menstrua prouocat cum mulsa data. CAP. XCV.

RECIPE opii. ℥. ij. cinnamomi, gariofilorũ, galangæ, spicæ, zedoariæ, zinziberis, costi, styracis, calami aroma. cyperi, iridis, paucedani, acori, mandragoræ Celticæ, rosæ, piperis, anisi, apii, petroselini, fœniculi Macedonici, dauci, hyoscyami. ocymi seminis, omnium xxv. ana vnc. j. mellis quod sufficit.

Ad infusionem. CAP. XCVI.

RECIPE squamam ferri, & tere, & misce cum melle, & cum succo menthæ, sanicenæ, id est, herbæ sanctæ Mariæ, & succo abrotoni, & pastillato, mitte in testa posita super caueam terræ, & sic coque, donec sicce tur multùm, & reserua: quando opus est accipe cochlearium vnum pulueriza tum vsque ad dies nouem, & bibe post acceptionem, vel misce in vase vini puluerem, & quassatum bibat. similiter probatum est.

Tria sandali expertum ad dolorem hepatis ex calore, ictericorum colorem emendat potenter, & omnem calorem interaneorum usitatum extirpat, & sitim intolerabilem temperat. CAP. XCVII.

RECIPE diagridii in citoniis cocti ℥. xxvij. zacaræ, spodii, rosarum Babylonicarum ana ℥. ix. sandali albi, rubri, & citrini, succi liquiritiæ, seminũ portulacæ omnium ana ℥. iiij. rhu barbari, croci, orientalis, ambo-rum ana ℥. iij. camphuræ ℥. j. & ℈. j. syrupi Galeni quod sufficit, dosis eius ℥. iij. cum tepida.

Ad ictericos. CAP. XCVIII.

ACCIPE virgam, quæ fit de ære, & intinctam in forti aceto pone in oculis. Itidem facies de succo pomorum granatorum amarorum. Ad idem. Rosmarinus coquatur in vino optimo, & decoctione eius infrigidata, nocte. & die vtatur.

A *Electuarium diaprasiu, siue sancti Petri, quod ualet ad causas pectoris. & ad febres ex his natas, & ad tussim maxime prodest.* CAP. XCIX.

RECIPE hyssopi, serpylli, fœnigręci, anisi, ana ℥. ij. iridis Illyricæ ℥. iiij. origani, pulegii, calaminthes, scillæ, prasii syluestris, & domestici ana ℥. iij. herbę virides concoquantur in quindecim sextariis aquæ, vt ad tertiam redeant, pinsantur, & exprimantur fortiter. Ius aquæ decoctionis misceatur cũ melle ℥. v. lentè super carbones bulliant, donec aqua consumatur: deinde mitte pinearũ, dactylorũ, caricarũ pinguiũ mundatarũ & pinsatarũ ana ℥. iij. dragaganti: postremò his optimè expressis, addantur pulueris liquiritiæ ℥. iij. gallæ muscatæ ℥. j. gariofilorum, galangæ, zedoariæ, spicæ, cinnamomi, rhu Pontici ana ℥. iij. confice, & vsui reserua. Sotira asthmaticis auxiliatur, theodoricon anachardinum, ictericis medetur. hiera fortissima idem facit.

Pillulæ probatæ ad tussim. CAP. C.

RECIPE myrrhæ, croci, castorii, styracis, galbani, piperis, opii ana ℥. j olei laurini ℥. xv. costi, casiæ fistulæ ana ℥. s. Aliæ ad idem. Recipe myrrhæ, castorii, galbani, dragaganti, opii, styracis ana. ℥. s'. croci ℈. iij.

Ad uocem meliorandam. CAP. CI.

ACCIPE lardum recentem de porco multum crasso, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulę: facque in olla bullire per totum diem, & carne cõsumpta fac iterum bene excoqui ius eius, quo excocto vtatur quilibet sicut voluerit: probatum est.

Antidotum ad splenem. CAP. CII.

RECIPE costi, spicæ Celticæ, pulegii, rhu Pontici, aristolochiæ longæ, casiæ fistulæ, squinanti ana ℥. iij. dabis ℥. ij. Item accipe verbenam, & chelidonium, fac tortellos, & comede.

Item ad splenem res probata. CAP. CIII.

CORTICES fraxini excoque in vino, & bibat quotidie donec sanetur. Si vis probare, da procello per triduum vt bibat, & in quarto occide ipsum, & non inuenies splenem. Item radix ebuli cum syluestri rapa decocta, & superposita, splenis duritiē valde remollit Item ad idem. Tamarisci in vino decocti, & quadra- C ginta diebus continuis bibendo eius decoctum, mirificè prodest. Scypho etiam de eo facto, si cum eo assiduè potetur, splenis duritia dissoluitur. Item potio esdræ cũ diagridio mirificè prodest. Item acetum scilliticum splenem citò extenuat: conficitur autem sic. Scillam sume, & eius durissima, & tenerrima remoue, & medium per aliquot dies dimitte vt consenescat, & posteà librã vnam & ℥. sex sume, & in aceti lib. xij. pone ad solē per viginti dies, quibus expletis per sacculum diu exfrica, & proiecta scilla in vase vitreo cõ de & vtere. facit etiã hydropicis, & stomachicis.

Contra uitia stomachi. CAP. CIIII.

AD stomachi dolorem, & rugitum, siler, & cyminũ coque in vino Falerno, & pone super stomachũ.

Item ad uentositatem, & dolorem non solùm stomachi, sed etiam uentris, & ilium ex frigiditate nata expertum est. CAP. CV.

ACCIPE baccarum lauri partes duas, & tantundē rutæ, & cymini partem vnam, & his tritis cõmisceãtur: & mistis apponatur de melle quantum sufficit, & ponatur in frixorio super ignem, donec fiat calidũ satis, & dolenti loco superponatur.

Diatrion

Diatrionpipereon stomachis cibos non digerentibus, & postremò ad omnem imbecillitatem stomachi ualet. Idem facit diapepereon. CAP. CVI.

AD idem zz. conditum, quod? Recipe radices eringii bene mundatas, & purgatas, atque lauatas, libras quinque, deinde immutata aqua bene coquantur. Posteà de aqua colando siccentur, sic puluerem illius libræ vni zz. in aqua rosata per noctẽ vel amplius mollificati cum melle sufficienti bene despumato commisceas: ita tamen quòd radices ipsæ in prædicto melle priùs bene bulliant: & tunc demum omnibus bene iunctis aliquantulum vel vsque ad mellis spissitudinem coque: & sic repone.

Item ad idem, confectio marmoridarum, id est, penidiarum habentium duritiem marmoris. CAP. CVII.

Recipe sacchari libras duas, solue tum frigida: quibus commisce pulueris cinnami zz. ana. ʒ. iiij. gariB filorum, galangæ, spicæ, ana ʒ. ij. pone super ignem, & tandiu coqui dimitte semper agitando, vsque dũ aqua consumpta fuerit: sed spathula nũquàm recedat: deinde tres guttas olei super mũdum marmor mitte, quod fit in modum tabellæ, & incide, & vtere. Sed si vis laxatiuum facere, mitte ibi ℥. ij. diagridii.

Ad uomitum superius, & inferius. CAP. CVIII.

Recipe tapsiæ lib. s. cataputiæ lib. s. agarici ℥. iij. atriplicis, rapæ radicis, ana ℥. ij. croci iij. mellis quod sufficit. Aliud. Recipe tapsiæ ℥. ix. cinnamomi ℥. ij. s. mellis quod sufficit.

Vomitus suauissimus, & sine angustia purgans choleram istam. CAP. CIX.

Recipe tapsiæ libram mediam, castaneolæ, condisi, cinnami crassi, lacteridarum mundatarum, croci ortulani ana ℥. iij. mel quod sufficit: dabis in modum nucis cum calida.

Alius uomitus. CAP. CX.

Recipe tapsiæ libras duas, croci libram vnam, condisi ℥. iij. cinnami ℥. iij. mel quod sufficit: datur vt suprà.

Vomitus sine periculo. CAP. CXI.

Recipe succi ciclamini, atriplicis seminis, spermatis geneſtellæ ana ℥. iij. cinnami vnc. s. mel quod sufficit.

Item alius qui sic fit. CAP. CXII.

Recipe mellis cyathum vnum, aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres, coque ad medietatem, deinde raphanũ ibi intingas, & manduca: & bibe de ipso oxymelite.

Ad uomitum. CAP. CXIII.

Mitte in vase fictili libram vnam aceti, & tantundem aquæ, & tandiu bulliat, donec aqua consumatur.

Ad uomitum, & dolorem, & concussionem stomachi cũ uentris dolore. CAP. CXIIII.

Recipe sumac, masticheſ, carpobalsami ana ʒ. ij. seminis bauciæ, carui, cardamoni, ana ʒ. ij. spicę ʒ. j. trita in vino mitte cum ʒ. s. de croco: pòst addes corticũ citri viridis, aut menthæ vnciam vnam, & succum mẽthæ, & succum turionis vitis, confice, durat per annũ.

Ad uomitum stringendum. CAP. CXV.

Nympheam bibe cum vino distemperatam per tres dies. Ad idem. Nepitam coquas in lacte caprino, prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanum, & succum menthæ & parum aceti, & simul confice: & facto emplastro pone in furcula gulæ, & super
A stomachum.

Ad uomitum nimium, & uentris solutionem. CAP. CXVI.

Recipe cyminum, & fac bullire in aceto, & da patiẽti bibendum, & manducandum.

Electuarium ad uomitum prouocandum. CAP. CXVII.

Recipe ellebori albi lib. s. tritum sicca, cribella, fac tegulam calidam, & desuper pone puluerem modica hora, deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla, & ipse puluis insimul bulliat in ipso melle, & repone: quandóque opus fuerit, da cochleare vnum, & facit vehementer vomere sine angustia.

Ad uenam ruptam interius restringendam. CAP. CXVIII.

Bibat parum nasturtii seminis, aut adrianum balsamatum cum mulsa calida, aut athanasiam cum succo plantaginis, aut triferam magnam cum mulsa, quę etiã vomitum, & dysenteriam cũ calida mirè curat. Similiter oleum musellinum vomitum stringit, & angustiam tollit. Ad idem. Boli Armeni partem vnam, gummi Saracenici partẽ alteram, & dragaganti tertiã. Hęc omnia temperabis cum vino veteri, fac pilulas, & exinde dabis tres. Ad idem. Lac caprinum coque simul cum dragaganto: & vtere vno die in modũ lactis.

De stringendo sanguine. CAP. CXIX.

AD stringendum omnem sanguinem folia enulæ terę, & impone. Hoc etiam cum sale & vrtica imposita fistulam stringit. Aliud. Corticem medium caprifici rasum impone. probatum est. Item cępam finde, & impone. satis probatum est.

Ad hæmoptoicos. CAP. CXX.

C Sanguinem draconis, aloem, symphytum, alumẽ ex æquo trita, dabis cum aqua frigida, vel cum succo arnoglossi.

Electuarium ad stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest. CAP. CXXI.

Recipe galangæ, gariofilorum, piperis, zz. costi ana ʒ. ij. spicæ, masticheſ ana ʒ. iiij. xylobalsami ʒ. iiij. confitæ, myrrhæ ana ʒ. s. cinnamomi ℥. j. liquiritię ℥. ij. rosæ, vnc. ij. s. croci vnc. ij. s. mellis quod sufficit.

Item ad eos, qui sanguinem fundunt ex ruptura uenæ. CAP. CXXII.

Recipe symphytum, & bolum ana ʒ. ij. fac puluerẽ, & bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De singultu. CAP. CXXIII.

D AD singultum tollendum. Mitte manus, & pedes in aqua calida: & posteà appræhende spõgiam, & intinge in aceto, & superpone stomacho. Item tere rutã viridem, & cyminum in oleo frigido, & in stomacho fascia. Item aquam pluuialem, & zinziber bibant, & cyminũ mãducent. Item in aqua calida sedeant: & aquã decoctionis zz. & galangæ bibant. Ad idem. Sotira cum mulsa bibita mirificè prodest. Item accipe castoriũ, & tere, & fac puluerem: & da patienti comedendum.

Oleum ad debilitatem stomachi, & uentositatem, facit etiã debilitati hepatis. CAP. CXXIIII.

Recipe olei rosati ℥ j. masticheſ ℥. iij. vel ℥. j. ceræ albæ ℥. ij. hoc in æstate fiat. Si autẽ fuerit hyems, adde laurini ℥. ij. costi ʒ. j. hæc omnia concoquantur lento igne in testa: & bene liquefacto tepidè totus stomachus vnguatur, & tegatur stuppa.

De signis.

De signis hepaticorum, & spleniticorum, uitæ & mortis. CPP. CXXV.

QVi tussit nimiùm, & in latere dextro nequiuerit quiescere, & quod proiicit ex ore dulce est: hoc accidit ex iecore, & si nullam memoriam habet, & frequenter nares eius sanguinentur, & pes eius dexter tumuerit, & nihil sumere desiderauerit præter aquam, post vesperam & circa vesperam pigritiam vel lassitudinem passus fuerit, qui ista signa habuerit, morietur. Quicunque verò apostema patitur, & ista signa nõ habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apii: quod ita conficitur, Succum apii cyathos duos coque in similitudinem mellis, tunc cum pauco vino, & butyro, & terebynthina ana ℥.j. pyrethri. ℥.s. commisce, & lento igne decoque: & da mane & sero in modum auellanæ. Super latus autem illud pone emplastrum oxyra croceum, & da sibi hieram Gal. & picram eiusdem, herbam artemisiam tritam cum vino, & cum ferro cãdente calefactam quotidie bibat, & sanabitur: sed & alia superiùs experimenta, & potiones scriptas, si hæc non plenè profuerint, vt cures, dabis.

De splenitica passione. CAP CXXVI.

QVi in illa iugiter die, noctúque tristis apparet, & dolorem in sinistro latere patitur semper, & in eodem loco, vbi dolet, tumescit, & pedes, & tibiæ eius tumescunt, & dormire nequit, & nihil delectat edere, & vrina sua croco similis fit, & fastidium habet, moriturus est. Si autem hæc signa non habuerit, suprà scriptis medicinis curetur.

Ad splenem, probatum. CAP. CXXVII.

REcipe splenem erinacei terreni recentem vel siccum, tere, cum vino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis luna deficiente dato.

De passionibus uentris. CAP. CXXVIII.

QVi in illa die multùm nauseat, & si quid mãducat, aut bibit, illi non proficit, & pedes eius semper calorem generant, & dolorem patitur, sicut de passione colica ista signa mortalia sunt. Sin minus ita curetur, acharistum ei dabis.

Item cataplasma tale fac. CAP. CXXIX.

INcende sustem caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida, & pone calidum vbi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Medicinæ ad laxandum. CAP. CXXX.

PIlulæ ad laxandum multùm. Recipe aloes, scammoniæ, cocci Cnidii, lacteridum æquale pondus, mastiches quantum medietas scammoniæ, confice cũ lacte tithymalli, dabis tres in modum ciceris, & posteà dabis mulsam calidam, & ieiunet vsque ad horã nonã.

Pannus ad uentris solutionem. CAP. CXXXI.

SVccum ellebori viridis exprime, & ex eo totum vmbilicum perunge: & pannum de oleo illinitũ superpone, & si de viridi elleboro habere non poteris, siccũ in puluerem redigas, ipsúmq; cum succo polypodii, & mercurialis, & cucumeris agrestis tẽperes, &, vt suprà dictum est, vmbilicum perungas: & si vis vt vomat, stomacho superponas doctrina prædicta.

Item ad uentris solutionem. CAP. CXXXII.

LAc anabulæ in carica fac fluere, & ignorante patiẽte ad comedendum dato: vel cum prædicto lacte farinam tempera, & inde facias fritulas in frixorio cũ adipe porcino frixas, ad comedendum dato. Item ad idem. Recipe cocci Cnidii, euphorbii, croci oriẽtalis æquale pondus, mellis quod sufficit, purgat per superius & inferius,

Electuarium bonum ad laxandum. CAP. CXXXIII.

REcipe esulę ℥.iij. gariofilorũ, epithymi ana ℥.j. baccarę, elaterii, polypodii, mastiches, piperis, ana vnc. ij. mellis quod sufficit.

Item ad soluendum uentrem. CAP. CXXXIIII.

FEl taurinum inuolutum lana ad vmbilicum positũ ventrem soluit, & infantibus lumbricos necat.

Ad idem catapotia Galeni. CAP. CXXXV.

REcipe diagridii ʒ. iij. colocynthidis, aloes ana ʒ. iiij. myrrhæ ʒ.ij. mastiches ʒ.j. fac pilulas in modũ ciceris.

Ad uentrem laxandum. CAP. CXXXVI.

ACcipe sauinã, & mitte in cacabo, & bulliat fortiter & posteà extrahe, & pinse fortiter cũ pinguedine porci, & iterum pone in caldario, & bulliat, & cola, & fac vnguentum, & vnge vmbilicum. Ad idem Fel lupi pone ad vmbiculum.

Aliud unguentum mirabile adeò secessum prouocans, ut stercora constipatissima in momento prouocet. CAP. CXXXVII.

FEl taurinum, aloen, sal gemmam, & oleum commisce, & orificiũ ad ignem fortiter vnge. probatũ est.

Clystere. CAP. CXXXVIII.

REcipe aloes libram vnam, scammoniæ ℥.iij. succi ebuli, succi betæ, atque maluæ palustris, & mercurialis semen, & oleum, & furfur coctum in aqua salsa, & sic super puluerem succi mittantur, & tepefactum iniice.

Clystere ad renum dolorem. CAP. CXXXIX.

REcipe ellebori nigri ℥.j. radicis cucumeris agrestis ℥.iiij. caricas numero ix. aquæ Alexandrinę ℥.j. cucurbitæ mundæ ℥.ij. coque ad tertiam, & iniice.

Ad dolorem uentris. CAP. CXL.

STercoris porcini, baccarum lauri, seminis fœniculi, apii ana ℥.j. rutæ fasciculum vnũ, mastiches vnc. ij. fac puluerem, bulliat cum olei libris duabus, & cum lana infunde, & in ventre ligabis.

Ad puncturam sub ubere. CAP. CXLI.

MItte mel in sartagine, & fac tepidum, & extende super stuppam, & desuper asperge puluerem cymini, & impone loco dolenti. probatum est.

Clystere quod facit ad nimiam solutionem uentris. CAP. CXLII.

REcipe cimas lentisci, cimas myrtæ, nepitæ, radices rubi, & cimas eius, coque omnia in vino, & iniice.

Antidotum ad uentrem stringendum de quacunque distemperantia, ualet iliacis, dysentericis, & ad omnem solutionem. CAP. CXLIII.

REcipe myrrhæ, opii, acaciæ, prunellæ, styracis ana ʒ.j. olibani, mastiches ana ʒ.ij. cicidos ℥.s. confice cũ succo cimarum rubi, aut arnoglossi, fac catapotia, dabis quinque aut septem, & est mirabilis effectus.

Pilulæ

Pilulæ ad omnem solutionem uentris. CAP. CXLIIII.

RECipe Balausti, corticum maligranati, gallę, acacię, tartari, sumach, croci orientalis, gallæ, mirtyllæ ęquale pondus, opii quantum pensat medietas vnius, & trita tẽpera cũ succo myrti, & lentisci, & fac pilulas in modum ciceris, & da v. vel vij. eunti dormitum.

Ad nauseam, uel fluxum stringendum. CAP. CXLV.

PVluerem mastiches tẽpera cum albumine oui, & fac velut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest.

Item ad uomitum stringendum, & tensionem stomachi, & defectionem. CAP. CXLVI.

BAccarum lauri ℥. iiij. cymini, rorismarini, absynthii ana ℥. iij. pulegii ℥. ij. mastiches ℥. j. panis vsti ℥. ix. perunge stomachum de melle calido, & superasperge puluerem, & cooperi cum lana, & fascia.

Ad lumbricos necandos. CAP. CXLVII.

RECipe folia herbæ mauræ, coque in vino, & misce parum mellis, expellet omnes mortuos. Itẽ recipe absynthii viridis, git, lupini, pulueris felis taurini, medullæ ceruiana vnc. j. ceræ vnc. s. B

Contra dysenteriam. CAP. CXLVIII.

SOtira temperata cum succo sponsæ solis, vel myrtę vtilissima est, vel athanasia cum succo plantaginis, seu solus succus semperuiuæ. Ad idem. Accipe cotonea, & munda interius, & exterius, & gallas, & cyminum, & coque. Coctis autem, accipe decoctionẽ, & misce cum sacharo, & aqua, & bibe de tertia in tertiam diem, & liberabis à fluxu. Item ad idem. Trifera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat, & vomitum stringit.

Ad eos, qui sine uoluntate egerunt. CAP. CXLIX.

ACcipe succum symphyti, & hypocystidos, & fæcem olei, & ceram, fac inde magdaliones, & post eà mitte in anum.

Ad sanguinem reprimẽdum, si alicui cum sanguine anus exierit foras. CAP. CL. C

PVluerem aspalathi & gallæ superasperge: si solus anus exierit, aquam, in qua cocti fuerint caules, immitte. Item vnge ex aloe cũ vino veteri distemperato.

Ad dysenteriam, & lienteriam probatum. CAP. CLI.

POma syluestria in aqua coque, & calida super vmbilicũ, & super renes pone, more emplastri inducta ex illis refrigeratis, alia tepida assiduè superponãtur: in die vna vel nocte etiam desperatis citò subueniunt. Quòd si hoc suppositoriũ adiunges, citiùs restringit: quod sic facies: Accipe porrum cum capillis suis de terra abstractum, non lauatum, sed à terra excussum: tere, & exprime succum, remotis priùs foliis, & misce succum resina super tegulam calidam: & exinde cum lana succida fac suppositorium, & quando frigidum fuerit calefacito: & quando siccatum fuerit, renoua ter, vel quater: certum est.

Ad eos, quibus anus exit foras. CAP. CLII.

AQuã vbi cocti fuerint caules, tolle, & ano immitte. Item vnge ex aloe, & cũ vino veteri distempera. Ad idem. Puluerem aspalathi, & gallæ superasperge.

Item ad dysenteriam. CAP. CLIII.

A CAlefac petram molendini, & frondes porri pistas superpone cum aceto forti: & homo in sella perforata sedeat circumquaque inuolutus, & totum fumum per anum recipiat bis, vel ter.

Item ad pondus. CAP. CLIIII

VInum coctum, cyminum coctum cum nitro, & pice de Romania fac bullire, & supersedeat. Sic etiã saluia iuuat. Tegula quando calida fuerit, supersedeat patiens: multum iuuat.

Suffumigium ad lienteriam. CAP. CLV.

SPolium serpentis, aut carnem eius siccam suffumiga.

Pilulæ ad dysenteriam probatæ. CAP. CLVI.

REcipe opii, styracis, croci oriẽtalis, gallę, maceris, mastiches, myrtilli, rosæ siccæ, gummi de Babylonia, mirrhæ, roris Syriaci, aluminis, gallæ, acaciæ, balaustiæ, æquale pondus, tempera cum aceto, & fac catapotia, & da mane & sero iij.

Contra uitia renum, & ilium. CAP. CLVII.

AD dolorem renum. Folia lauri pinse fortiter, & coque in vino optimo quousque coaguletur, & superpone renibus modo emplastri. Adrianum balsamatum vtile est nephriticis, & tuburlentam vrinam facientibus, & in vesica lapidem habentibus philanthropon ad idem valet. Sic diapepereon: & acharıston.

Potio probata ad ilis dolorem, & ad frangendum lapidem. CAP. CLVIII.

REcipe dactyli mundati intus & foris: saxifragiæ, radicis capparis, petrę lyncurii, ossis de corde cerui, petræ de corde ceruino, gariofilorum, seminicis citri, cucumerorum, seminis apii, alumẽ de Africa, seminis, Alexandrini, & petroselini seminis, radicis asparagi ana ℥ j. mel quod sufficit, bibant in balneo cũ vino vel aqua calida in modum auellanæ. Vrinam enim mouet, & lapidem frangit. Ad idem. Cardui radicem cũ oratione dominica collige: & laua nouem vicibus, & pinse fortiter, & mitte nouies nouena grana piperis, colabis, & succum adhibendum dabis. probatum est.

Emplastrum ad idem. CAP. CLIX.

REcipe ladani, adipis vrsini, olibani, saxifragiæ, petræ lyncurii, myrrhæ siccæ, opoponacis ana ℥. j. ceræ ℥. iiij. olei quod sufficit.

Sorbitium ad idem. CAP. CLX.

REcipe galangę ℥. j. zedoarię, saxifragię, grana solis, seminis apii, anisi, asari, squinanti, omniũ æquale pondus, pone in vj. lib. aquæ, bulliant ad medietatem, cola, & proiice species, & da vt bibat mediam phialam.

Ad ilis dolorem, & frangendos lapides, & stranguriam, & dysenteriam. CAP. CLXI.

DIa cissu. Recipe seminis hederæ, gummi eius, saxifragiæ, petroselini Macedonici, apii, piperis, pyrethri ana. ℥. j. dauci, grana solis, cardomomi, myrrhæ, asparagi, agarici, cinnami, seminis citri, seminis carui, ana ℥. j. sanguinis hirci de mense Augusti, galangæ, diagridii ana. ℥. ij. aloes, vnc. iiij. spicæ nardi, vnc. ij. mel quod sufficit.

Eclegma faciens nephriticis, dysentericis, sanguinem uomentibus, ad dolorem stomachi, arthriticis & ischiadicis. CAP. CLXII.

REcipe cinnamomi, styracis, spicę. zz. zylobalsami, castorii, costi, pyrethri, smyrnidis, id est, genus vernicis

nicis,terebinthinæ,sagapeni,opoponacis,galbani, dauci,hyoscyami,piperis,petroselini ana vnc. viij. gariofilorum,opii ana drach. iiij. balsami vnc.s.mellis quod sufficit:datur in modum auellanæ cum tepida.

Item ad ilis dolorem. CAP. CLXIII.

Tolle hederam terraneam, fac bullire vt fomentetur,& tolle grana caudæ vulpinæ,& laua ix.aquis, & tere,& da succum patienti:& tolle tres cimas rubi, & tres vrticæ pinse: & accipe lilii radices siccas, & tere vt puluis inde fiat:& accipe petram, quam homo mingit, & fac puluerem,& misce cum puluere lilii: & accipe radicem pastinacæ,& laua ix.aquis,& cum aqua ipsius pastinacæ tempera omnia suprà dicta,& da patienti. probatum est.

Fomentum ad ilis dolorem,& ad lapides proiiciendos, & urinam prouocandam. CAP. CLXIIII.

Vrfur calidum infusum in aceto, vel arenam marinam cum sale calido,vel asphodeli frixi in oleo calido:hæc omnia singillatim missa in sacculo,dolenti superponantur loco.

Dauitica potio iliacis efficaciter prodest. Antidotum ad lumborum dolorem,& frangendos lapides,ut & lumbi languescant. CAP. CLXV.

Recipe nucleorum mundatorum, amygdalarum, auellanarum,nucum,fisticorum ana vncias iiij.zz. drach.iij.cinnamomi,aliptæ ana drach.ij. croci orientalis,galangę,gariofilorum ana drac.j.anisi,mastiches, ana drach.ij.mellis quod sufficit.

Potio probatissima ad ilis dolorem,ad petram rumpendam,& ad eos,qui urinant cum tormento. CAP. CLXVI.

Recipe garifilorũ vnc.j. cinnamoni vncias iiij. zz. vnc.iij.costi vnc.j. thuris vnc. ij. seminis asparagi vnc.vj.& radicis eius vnc.iij.galãgę vnc.iij. pyrrethri vnc.ij.spicæ vnc.viij.croci orientalis vnc.iij. myrrhæ vnc.j. Macedonici seminis vnc.iiij.peucedani vnc.ij.saxifragiæ vnc.iiij.grana solis tantundem,opii vnc.ij.seminis lapathii vnc.iij.hyoscyami vnc.iij.coriandri vnciã.j.Celticę vnc.j.asari vnc.ij.petroselini vnc.xj.meu vnc.x.phu.vnc.j.lithospermatis,libystici ana vnc.iiij. piperis nigri vnc.j.mellis quod sufficit.

Potio ad petram frangendam probata mirabiliter. CAP. CLXVII.

Recipe petroselini Macedonici, asparagi semen, grana solis,seminis vrticæ,saxifragiæ,petræ lincurii,serpylli,seseleos, chamædrios, xylobalsami, sisymbrii,ligni aloes,mannæ,rhu Pontici.ana drach.ij. amomi,seminis anethi,seminis apii,seminis basiliconis, cinnamomi, aliptæ, galangæ, gariofilorum zz.zedoariæ, consitæ,carui,piperis ana drach.iiij.liquiritiæ,casiæ fistulæ,mastiches,spicæ ana drach.ix.anisi drac.ix.amygdalarum drach.xix.seminis citruli,melonis,cucurbitæ ana drach.ix. misce cum melle. Item scarabæum nigrum siccum potui dato:mirè prodest.

Ad lapidem frangendum. CAP. CLXVIII.

Recipe radices fœniculi,apii,petroselini Macedonici,pinse,& succum cum vino in potu da.

De colica. CAP. CLXIX.

Ad colicam. Recipe radicem lapathii, chamædryos,eupatorii,id est,saluiæ agrestis, plãtaginis, trifolium,verbenam,gariofilatam,violam,fœniculum, apium,hypericon,cyminum, piper, fac potionem cum vino,& melicrato. Ad idem. Succi foliorum rhamni drach. ij. piperis grana vij. aut ix. mellis cochlearia ij.da vt bibat in sole, & miraberis. hoc etiam nephriticis valet. Ad idem. Hydrelæon cum mulsa temperata bibita,& iniecta,mirè valet,maximè si est obstructio stercoris. Itẽ farinam seminis lini & hordei ęquali pondere,cum oleo chamæmelino coque,& calidum impone. Ad idem. Ceræ vnc.v.ouorũ vitelli vnc.vj. farinę fabæ vnc.iiij.olei chamęmelini,& rosati an. vnc. ij. succi seminis lini quantum sunt vitella ouorum,& farinam cum succo seminis lini bene commisce,& sic ceram & oleum adde,& bene infrigidari permitte, quandóque opus fuerit circa loca dolentia impone.

A

Contra uitia hæmorrhoidum. CAP. CLXX.

Ad hæmorrhoidas. Tolle cimas pulicariæ minores, & pinse, & mitte in anum tribus vicibus, & posteà puluerem de fungo,qui vesica lupina dicitur,superpone.

Ad hæmorrhoidas,quæ interiùs sunt in intestinis,unde æger facit sanguinem ad stellam die,noctúque. CAP. CLXXI.

B

Omne calidum comedat,& bibat, quia de frigiditate sunt,& vtatur balneo calidæ aquæ,in qua sit absynthium,sampsuchum,& pulegiũ,& cæteræ calidę herbę: & calefac latam tegulam,& fac eum sedere super sellam perforatam,& pone tegulam subtus, & asperge interdum merum desuper, vt fumus & calor sursum saliat: hoc fac quotidie,& posteà accipe zz.& galangam, anisum,mastichem,& cortices maligranati,& gallas & hypocysti. hæc omnia coque in libra vna vini vsque ad vnc.iiij.& bibat. hoc quoque faciet ter. vel quater, vel pluries, & de hac decoctione pone in prædicto fumigio super tegulam : comedat gallinas, anseres, perdices, agnos non multùm pingues,arietem infra annum, non pisces,non fructum,omnia prædicta assata comedat,& quando assaueris,asperge merum super carnem porcinam guttatim:accipiat omnia electuaria styptica,& bibat vinum album cum aqua. Ad idem. Piper, aloë, saponem spatarenticum, puluerem gallæ, vnum vitellum oui assatum,nepitæ frondes,cimas rutæ,stercus hominis recens incende,& fac puluerem.hęc omnia simul tunde, & fac sicut cerotum, & confice cum vitello oui, & succo saluiæ,& appone quousque sanetur.

C

Emplastrum ad idem. CAP. CLXXII.

Sume symphytum, auripigmentum, coria maligranati,ammoniacum:fac puluerem,& distempera cum castorio, calamintha, terebinthina: induc in panno, & impone. Item ad idem. Gummi hederæ, saponem spatarenticum,panem siccum incisum ęquali pondere, fac magdalionem longum v.digitis,& immitte.

Item ad hæmorrhoidas. CAP. CLXXIII.

D

Semen taxi subtiliter puluerizatum, & super pinguissimam caricam seminatum si cum eadem carica est immissum,vtilissimum est. Oleum etiam fraxini iniectũ mirè prodest. Ad idem. Atramentum,alumen,carbonem, corticem arboris nucis, separatim pulueriza, quæ cribellata,in melle ad medietatem decoque, & calidum distempera non minùs spissum: posteà induc in panno lineo, & loco patienti ter vel quater superpone. Item gummi hederæ coctum in oleo lini superponatur hęmorrhoidibus, & intus mittatur, proculdubio liberabitur: & puluis radicis tafsi combusti idem facit; & sanguisugę prosunt positæ.

Vnguentum ad idem probatum. CAP. CLXXIIII.

Saluiam, rutam, olibanum, ceram, oleum, & lac caprificì,liquefac,& commisce,& vtere. Ad idem. Aristo.ro.fellis terrę:fac puluerem:& liga in tribus frustis panni, & olla plena aceto forti bulliat, & ista tria

Galen. Tom. IIII. F

frusta desuper stent cum suprascripto puluere, & calidum quantum durare poterit super ipsas pone, & leuando vnam, aliam ponas. Ad idem. Lappam manducabis, & castaneę cortex, & galla coquantur in aqua, & dolentia loca frequenter inde abluantur, & satis proficit.

Ad hæmorrhoidas intrinsecas & extrinsecas.

CAP. CLXXV.

RECipe cyperi, millefolii, marrubii, mēthastri, plantaginis, centumneruiæ, æquale pondus, sed minus ponatur de marrubio: hæc omnia tere, & cum forti vino distempera, & bibat æger octo diebus vel amplius, mane & sero.

Ad hæmorrhoidas. CAP. CLXXVI.

TOlle corticem virginis nucis, & quercus, & aristolochiæ rotundæ, & marinam spongiam, & pone in testa noua calida calefacta ad ignem, induc in puluerē, & vnge ipsas hæmorrhoidas de calido melle, & posteà superpone puluerem istum.

Ad ficus. CAP. CLXXVII.

REcipe Aristolochiæ rotundæ, piperis nigri æquale pondus, fac puluerem, & sic vtere. herba calendula trita & superposita multum iuuat.

Emplastrum ad ficum qui apparet.

CAP. CLXXVIII.

MEl, stercus pullinum, saponem Gallicum, cimas lauri, & baccas commisce, & superpone, tertia verò die solue, & inuenies sanum.

Ad idem res probata. CAP. CLXXIX.

PLantaginis M. iij. millefolii, menthastri ana M. iiij. hæc omnia tere, & succum exprime, cui piperis gra. viij. mastiches grana vij. commisce, & ieiunus bibe per triduum, & renoua potionem diebus ix.

Ad ficum, qui sanguinat. CAP. CLXXX.

QVinquefolium in lacte caprino decoque, & bibe per triduum. Item corallos, chelidoniam cum pipere & cerusa tere, & distempera, ieiunus calicem vnum bibat plenum, optimum est. Ad idem. Radicis raphani rotellas manduca ix, ieiunus infusas in melle diebus ix.

De arenalis mictus signis, & cura.

CAP. CLXXXI.

SIgna eorum, qui lapidem patiuntur in vesica, natura eorum subtumida est, pruriginem patiuntur in ano, & mingere non possunt, nascitur hæc causa magis infantibus, quàm iuuenibus, qui minores lapides mingunt. Cura. Petroselini semen, apii, semen betonicæ, saxifragiæ zz. elenii radicem seseli, arteriacæ, scilicet confectionis baccarum lauri, vrticæ maioris semē, asari radicem, spicæ, rorismarini, costi ortulani, radicem cardui, radicem agarici, marrubii albi, anisi ana scrup. j. mellis modicum: teres omnia, dabis quando non febricitat, mane & sero, cum vino. Item gallum antiquum occide, & in grosserio eius inuenies albos lapides, quos cum vino tere, & da febrienti cum tepida.

De mingentibus furfures.

CAP. CLXXXII.

SIgna eorum, qui furfures mingunt, quia per vrinam in calice natant, signa hęc si videris, scias lapides maiores valde in vesica haberi. Natura enim illorum si fuerit manibus fricata, intus redeunt lapilli, & ex confricatione in labiis vesicæ fit scabies, & emittunt per vrinam velut furfures. Cura. Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant, si non febriunt, cancros fluuiales dabis comedendos.

Antidotum ad hoc. CAP. CLXXXIII.

A RECipe cymini, seminis apii, melāthii, seseleos, ęquo pondere cum lacte & melle, & cochlearia singula, omnia commisce, dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducent, maluas, pastinacas, asparagos. cibos verò, oua sorbilia, succum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, & vtantur balneis.

Antidotum ad uesicæ præclusionem probatissimum.

CAP. CLXXXIIII.

REcipe saxifragiæ, spicæ, betonicæ, squinanti, cinnamomi, carpobalsami, costi, absynthii, croci, succi liquiritiæ, acori, hyperici, rhu Pōtici, chamæleontis, petroselini, dauci, ireos, opopanacis, ana vnc. vnam, confice, & vtere. Item petroselini, saxifragiæ, apii succum simul bibat, & sanabitur. Item saxifragiæ, asari, gummi, betonicę, piperis, ana vnciam vnam, mellis libram vnam, vinum quod sufficit, hoc in balneo bibat.

B *Ad uesicæ dolorem cura talis est.*

CAP. CLXXXV.

IN initio oleum rutaceum per clystere ęgro frequenter iniicias. Fœminę verò matrix infundenda erit, & extrinsecus pectinem, & inguinē ex oleo cyprino calido, & cum lana succida fasciabis, aliquando miscebis castorium, si fortè plus calidum fieri oporteat. Item clystere ex decoctione fœnigręci, aut radicum maluę cum oleo mista, & calefacta: & si vesica stricta fuerit, subtili fomento relaxare, & vrinam adducere oportet. Ad frangendum lapidem succus radicis valet. Vesicę verò patienti calculum, adrianum si dederis cum decocto radicum alexandrię, & semine ocymi, aut brusci, siue asparagi, aut pleni pugilli ciceris rubri: Similiter potio Iustini cum vino calido, si dederis facit: philanthropos calculos frangit: mulsa lapidem in vesica frangit.

C *Ad petram uesicæ.* CAP. CLXXXVI.

REcipe saxifragiam, grana solis, petroselinum, quinquefolia, asparagum, bruscum, agrimoniam, & coquantur omnia in vino vt ad tertiam redeant, & posteà cola, & adhibe paululū mellis, gariofi. drachmam vnā, petrę de lyncurio drachmam vnam, da bibendum mane tepidum quasi phialam vnam, & si potest bibat succum erysimi, & ipsam herbam comedat.

Diachryson ad petram.

CAP. CLXXXVII.

REcipe saxifragię, radicis brusci, asparagi, petroselini, apii, piperis ana vnc. j. grana solis alexandri, libystici semen ana solidum vnum, mellis quod sufficit.

D *Ad eos, qui mingere non possunt.*

CAP. CLXXXVIII.

OLeastri radicem, cyminum, & cępulas teras, & in oleo coquas, & super pectinem ponas. Item parietariam tere, & calefactam super pectinem fascia, & miraberis. Item sanguis hirci triennalis, aut vetustioris, cum decocto nardi, & cymini, & siccarum cicadarum puluere datus, mirabiliter, & cum celeritate lapidem expellit.

De genitalium causis. CAP. CLXXXIX.

VNguentum album pro mentula. Recipe olibani, mastiches, aloes, assę fœtidę, myrrhę, ana vnc. j. cerusę vnc. ij. temperentur cum melle, & sabuco, & ponantur in membro.

Aliud fuscum.

Pix Grǽca, & aloe cum melle temperentur.

Ad vul

Ad uuluam stringendam, quasi uirgo sit.

CAP. CXC.

Recipe myrrhæ, olibani, mastiches, colophoniæ, picis nigræ, arsenici, boli, gallæ, gypsi, cornu ceruini incensi, aristo. lo. & ro. omnia æquali pondere, fac puluerem & in vuluam iniice.

Puluis ad idem. CAP. CXCI.

Recipe symphyti, aluminis, balaustii, myrrhæ, olibani, mastiches, colophoniæ, picis nig. boli, gallæ, gypsi, cornu ceruini incensi, arist. ro. gallę ana drach. v. fac puluerem, & in vuluam iniice, quæ priùs fomentetur aqua pluuiali, in qua cocta sint grana vuæ, cortex castaneæ, & pulegium.

Confectio ad idem. CAP. CXCII.

Recipe symphyti, corticum mali gra. & mespilorum, & quercus foliorum, rosæ caninæ, hypocystidos, ana vnc. j. maceris, cinnamomi, gariofilorũ, nucis muscatæ, anisi, antheræ pulueris ana vnc. v. ista omnia trita & puluerizata collige cum aqua ros. vel pluuiali, in qua rosæ decoctæ fuerint, & inde trochiscis formatis ad solem siccentur, & quando opus fuerit vnum eorum in aqua ro. vel pluuiali resolue, & inde stricta vulua post balneum diutissimè fomentetur. symphyti decoctio idem operatur. Ad idem. Tolle symphytum, & gallum, & gummi pineæ, & cinnamum, & amentum dulce, & fac puluerem, & misce cum pauca aqua, & laua locum, & miraberis.

Ad menstrua prouocanda.

CAP. CXCIII.

Recipe ammoniaci albi, galbani, opopanacis, aloes hepatici, colocynthidis interioris, myrrhæ, cicutæ feminis ana drac. ij. tere, & cum suc. porrorum con fice, & fac pilulas ad modum pisi, & da drach. ij. vel iij. in aqua tepida. Item ad idem. Ante dies iiij. venam de tibiis incide, aut tibias scarifica, aut in ambobus talis venam incide, ita vt in vna die vnam incidas, & in alia aliam, & post hoc dabis tenues cibos, & sic post vij. dies castorium cum pulegio bibendum dabis, aut calamentho. educit enim menstrua pulegium, & calamentum coctum cum mulsa. Est autem tempus dandæ decoctionis vel potionis vtile post balneum in fabanis, quia sic data multum operatur, & plus his dictamus, & fauina data similiter. vtiliter etiam datur picra, quæ est, Recipe aloes drach. vnam, quando autem ex plenitudi ne, & pingui superfluitate retinentur menstrua, centau rii maioris succo, & radicibus minoris excludantur.

Ad idem in duabus aquæ partibus, & una uini.

CAP. CXCIIII.

Artemisiæ, & saluiæ, blateos, calamenthæ, matrisyluæ ana M. j. allii quantum de omnibus aliis, & lento igne ad tertiam decoque, de quo ter in die fomen tatio fiat, mane, & meridie, et sero eunti dormitum climax detur cum decoctione cymini. quæ est, recipe elenii vnc. iiij. fœniculi vnc. iij. piperis, sesami Syriaci ana vnc. ij. erucæ, seminis sileris montani ana vnc. j. mel quod sufficit. Item ad idem. Artemisiæ, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturtii ana trita in aqua, fac balneum, et da bibendam triferam magnam cum aqua tepida. Item ad idem. Vrticæ maioris radicẽ, asari, hyperici, epithymi polypodii ana hęc omnia coque in vino ad medietatẽ, da mane et sero. Ad idẽ. Baccas lauri xxxvij. tritas cum vino bibat. Itẽ accipe artemisiam et rutam æqualiter, et adde oleum laurinum, et ca lefac parumper ad ignem, et facto ex panno pessario intinge, et in os vuluę iniice.

Galen.

Ad sanguinem stringendum.

A CAP. CXCV.

Recipe myrrhę. ℥. iij. cinnami, mastiches ana vnc. ij. facto puluere accipiatur cum succo strychni, vel morellæ. Si qua mulier post partum se purgare non poterit, esdræ potionem, aut achariftum accipiat, vel solum suffumigium de fungis siccis, aut de assa, aut phia la plena succo caulium, sotira, et trifera, accepta menstrua educit.

Ad menstrua superflua. CAP. CXCVI.

Aluminis scissi, myrrhæ, rubi, thuris ana vnc. vnam tere, et cum aceto confice, et pessariũ de lana munda, et intinctum in eo suppone vuluę. Ad idem. Recipe sponsam solis, et tere, et succum da bibendum, pastillum verò in vulua suppone, et athanasiam dabis.

Ad menstrua prouocanda.

B CAP. CXCVII.

Ex sagapeno, opopanace, myrrha, et felle fac pessarium.

Ad sanguinis profluuium.

CAP. CXCVIII.

Faecem, quę ex quercu exit, da bibendam mulieri cum aqua calida pluuiali. Ad idem. Accipe lignum syluatici libystici, et mediam corticem quercus, et testas marinas rubras: quę inueniuntur iuxta mare, et pone in vase aliquo, et fac bullire ad ignem cum aqua pluuiali, et fomenta. Item tolle polygonium, et coque cum aqua pluuiali, et da vt bibat.

Vt mulier concipiat.

CAP. CXCIX.

In nouem phialis optimi vini mitte nouem rotulas mandragorę, et fœniculi radices tres, et ad tertiam bullire fac, et bene cola, et phiala mellis addita nouies

C nouem grana piperis sparge in puluerem, et iterum ali quantulum bullire permitte: quando autem infrigidatum fuerit, tempore menstruorum per septem dies bibat mane phialam vnam, et in obscuro loco iaceat, remotis amicis prêter pedissequam, quę eam custodiat, circa sextam verò horam pullus gallinaceus elixus cum pipere, aniso, et modico anetho conditus simul cum iure suo offeratur vt manducet, et de iusculo ad satietatem bibat vinum leue et modicum accipiat, et in nocte iaceat cum viro, et vir eius vespere et mane diacameron, aut climacem, aut alexandrinam sumat.

Ad concipiendum eadem die sine periculo.

CAP. CC.

Myrrhę drac. j. piperis grana xl. staphisagrię scrup. j. dabis in vino post balneum. Item nepitam cum vino coque ad tertiam, et mitte ibi calamentum aromaticum, galangam, irim Illyricam, spicam nardi ęquo

D pondere, coque ad tertiam, & da bibere per tres dies ie iuno. Item centauream cum foliis tere, & misce cum aqua, & fac pilulas ad similitudinem ossis dactyli, & inuolue cum terebynthina, & desuper mitte lanam, ne terebynthina cadat, et iniice. Item viscum, qui est in arboribus, tritum cum vino da bibere menstruo incipien te, aut desinente. Item in phialis nouem optimi vini de radice herbę barbę syluanę libram. j. coque ad medietatẽ, & decolato succo, mellis adde phialas duas, et pulueris cymini vnc. j. et modicum fac bullire: tempore ve ro menstruali per quinque dies singulas phialas ieiunę propina mane, et sero in decoctione illius herbę sedeat, diúque calefiat, et sic cum viro suo coeat. Item coaguli leporis, corticum mandragorę, ana drac. iij. opii drach mas duas, trita cum melle despumato confice, et mane ad modum auellanę maioris cum tepido vino sumat nõ

ieiuna. Item teſticuli cerui pulverizati, & in vino bibiti, & fel capreoli ſuppoſitum idem præſtant.

Item ut mulier concipiat. CAP. CCI.

LEporis vuluam aſſatam tere, & da cum vino in balneo in ſabanis ſedenti vt bibat, & in ipſa die aut nocte ſi tacta fuerit à viro ſtatim concipiet.

Potio ad eas, quæ non concipiunt, & quibus menſtrua non apparent. CAP. CCII.

REcipe matriſſyluæ, rutæ, artemiſiæ, cicutæ, radicũ brancæ vrſinæ, ſingularũ faſciculos, quæ pinſitæ, & miſtæ cum vino albo vſque ad tertiam coquantur, & eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cerui adhibeantur priùs, quàm ad tertiam redeat decoctio, deinde coletur cum panno, & colaturæ adhibeantur tria cochlearia olei, & dragaganti drachmæ tres de Conſtantinopoli, & ſimul omnia bulliant, & vnaquaq; die mane accipiat phialam vnam illa, cui neceſſe eſt. Si matrix deſcenderit, cum bonis odoribus nares ſuffumigabis: ſin minus, aſpalathum ſit inferiùs fumigatum ita, vt in vuluam fumus ingrediatur, & peſſarium de ſtyrace, calamintha cum lana ſuccida imponatur: ſi verò volueris vt concipiat, priùs purgetur cum Theodorico anacardino, et poſt purgationem balneetur, & coagulum leporis in balneo bibat, et etiã viro ſuo tribuat, et pòſt cum ipſo iaceat, et ſi coagulum fuerit maſculi, maſculum, ſi fœminæ, fœminam concipiet.

Vt mulier non abortiat, & fœtum contineat.

CAP. CCIII.

CAncrum fluuialem contere, & in vino veteri da bibendum, aut leporem prægnantem viuum accipe, et tolle ei catulos de ventre, & coagulum eius cum vino potui dato, et vltra non eiiciet.

Vnguentum ad omnes dolores matricis poſt partum. CAP. CCIIII.

REcipe adipis pullini, ſampſuchi ana vnc. vij. myrrhę. ℥. ij. butyri, ceræ ana. ℥ vj. adipis anſerini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, caſiæ, mellis ana vnc. vij. aloes vnc. ij. confice, et vtere. Ad idem. Fac bullire oleum, et anethum, & mitte vnum birrum de lana ſuccida, & calidum pone ad matricem.

Ad apoſtema. CAP. CCV.

SVccus frondium porrorum, ſuccus cichorii, vel heliotropii, ſuccus petroſelini, æquali pondere, puluis ferruginis, puluis paleæ hordei, hæc omnia bulliant, et bibat. Si matrix foras exierit, aut tumorem habuerit, folia cicutæ, abrotoni, herbæ canforatæ, pinſe fortiter, et pone deſuper.

Ad retinendum partum. CAP. CCVI.

SPolium ſerpentis cum mica panis dabis comedendum neſcienti, mirè prodeſt.

Ad matricem reuocandam. CAP. CCVII.

TEſtas ouorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende, deinde ſuperaſperge picem nigram, & ſuperextende, & reuocabitur ex toto.

Ad excitandam mulieris libidinem. CAP. CCVIII.

SAnguis veſpertilionis in floccello lanæ collectus neſcienti ſub capite ponatur.

De paßionibus genuum, & tibiarum.

CAP. CCIX.

CEntri galli ſuccus, genibus, et cruribus ad ignem, vel ad ſolem illinitus, omnem dolorem extirpat, et neruorum contractionem penitus tollit: probatum eſt.

Ad hulcera tibiarum. CAP. CCX.

FEl caprinum cum reſina, et ceruſa miſce, et pone ſuper hulcera.

Emplaſtrum ad inflationem, quæ fit in cruribus, & in coxis. CAP. CCXI.

STercus columbinum album cum forti aceto miſtum, & tritum: & in aluta inductum ſuperpone.

Aliud probatum ad inflationem, quæ fit cum rubore, & calore. CAP. CCXII.

FArinam hordei, & fabæ tolle, & in aqua coque, & ſuperpone.

Ad omnem hulcerationem tibiarum, cicatricem, uel maculam nigram, uel albam.

CAP. CCXIII.

PVlueris plumbi vſti facti cum ligno auellanæ, aut lentiſci vnc. viij. olibani, myrrhæ, aloes, maſtiches ana vnc. j. oleum viride, & modicum aceti exagita miſcendo in corpus vnum, et in foliis hederæ inductum ſuperpone.

Ad tumorem genu. CAP. CCXIIII.

FAc bullire radicem bruſci bene, & poſteà pinſe cum axungia, et pauco ſalis, & infaſcia, omnem tumorem tollit.

Vnguentum ad tibias fractas de phlegmate ſalſo.

CAP. CCXV.

FOlia perſici, hederæ terreſtris, colophoniæ picis, oleum de ſpica, oleum commune, ſepum, & ceram, et lithargyrum de auro.

Ad dolorem genuum. CAP. CCXVI.

BIbe ſuccum rutæ.

Pro dolore podagræ. CAP. CCXVII.

TEre, & fac pulverem de gith, et vnge vbi dolor eſt, et ſuperpone ſtagnum, et inſuper ſtupam vnge de ipſo puluere, et ſtatim dolor recedet.

Vnguentum ad idem, & ad qualencunque dolorem. CAP. CCXVIII.

REcipe maſtiches, olibani ana drach. j. adipem vrſinum, & albumen ouorum inſimul miſce, & accipe cimulas virides lentiſci, et tolle ex eis ſuccum, et adiunge vetus oleum, et diſtempera, & fac vnguentum. theodoricon emperiſtõ, iſchiadicis, et podagricis ſubuenit, idem facit philanthropos. Ad idem. Recipe gariofilorũ, zingiberis, cinnamomi ana vnc. ij. hermodactylorum vnc. v. coſti, diagridii ana vnc. ij. mel quod ſufficit. Item ad calidam podagrã, ſuccus radicis filicis cum oleo roſeo miſtus, et iunctus prodeſt.

Ad hominem ſubtiliandum.

CAP. CCXIX.

PVluis Aſſyricus vtilis ad pinguem hominem ſubtiliandum, et craſsitiem ſuperfluam deponendam, ita vt ad temperiem tenuitatis, & ſiccitatis patientem deducat. Curat etiam leproſos, et hernioſos, pruriginoſos, et ſcabioſos, et ſi quis hoc vſus fuerit, podagrico, vel arthritico, vel alio aliquo dolore non moleſtabitur. Quicunque hoc puluere fricari voluerit, in balneo, poſtquam ſudare cœperit, fricetur, et hoc tribus diebus, vel amplius interpoſitis. Diebus autem, quibus vtitur, nullo alio vnguento patiẽs fricetur. à pipere, et ſalſamentis, et acrimoniis caueat. Recipe nitri aſſati, myrrhæ aſſatæ, ſulfuris viui, opociſsi, id eſt ſucci hederæ, iridis Illyricę ana vnc. iiij. baccarum lauri ſiccarum, ſampſuchi, ellebori albi, pumicis marini aſſati, chamæleontis nigri, pyrethri, ſinapis, gallæ alexandrinæ, peucedani, pollinis fœnigræci, cimoliæ, tartari, ariſtolochiæ longæ & rotundę, gith, orobi, piperis nigri, caulis agreſtis, ſtruthii, cardamomi, marhubii, cantharidum, ſucci ſicci elaterii, ana drach. ij, confice ſic, hæc omnia ſubtiliter tere, & in vaſe vitreo conde, & quando opus fuerit vtere.

Electuarium ad idem. CAP. CCXX.

RECipe Gariofilorum, ſpicæ, galangæ, zingiberis ana drach. s. ſacchari libras duas & ſemis, muſci ſcrup. j. ſaccharum coque cum aqua roſata, & ipſa pigmenta pinſe diligenter, & miſce cum ipſa ſaccharum, ſuper ignem ſemper agitando, & quando decoctum fuerit, in funde ſuper marmor.

Ad hominem nimis craſſum. CAP. CCXXI.

IMple patellam floribus auellanæ, & ſuperfuſo vino agita fortiter, & bulliat die, ac nocte, & ſemper quando ſiccatur funde vinum, & cola, & bibat ieiunus vnc. iij. per dies quinque, & comedat ad prandium, hoc faciat in menſe Februario. Ad idem. Tolle tartarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede. Deſiccat enim pinguedinem. Hiera rufina ſcabioſis, & leproſis vtiliſsima eſt.

Vnguentum ad mala naſcentia.

CAP. CCXXII.

ALoes, olibani, maſtiches, myrrhæ, arſenici, boli Armeni, colophoniæ, ſandaracæ, terebinthinæ, æruginis campanæ, ſpumæ argenti, galbani, Ammoniaci, ſagapeni, reſinę, gummi Perſici, picis naualis ana lib. ij. dragaganti, ariſtolochiæ longæ, confitæ, caſtorii, floris plumbi ana vnc. iij. ceræ lib. ij. ſepi taurini vncias quatuor.

Oleum frumenti ad ſcabiem, & ad herpetas, quod ita conficitur. CAP. CCXXIII.

POne frumentum inter duo ferramenta calida, & exprime fortiter oleum.

Ad ſacrum ignem. CAP. CCXXIIII.

ACcipe picem, & vitellum oui crudi, & fac emplaſtrum, & pone deſuper. Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum eſt.

Ad morfeam nigram. CAP. CCXXV.

ERyſimon cum vino bibat, & ſanabitur.

Ad ſanguinem ſtringendum, undecunque exeat.

CAP. CCXXVI.

TEſticulos in aceto pone, pedes infrigida, & ſtatim ceſſabit.

Ad carbunculos. CAP. CCXXVII.

IN primis liga maluas coctas cum butyro, vel ſagimine, & appone, & mutetur in die, déinde appone emplaſtrum iſtud quod carbunculum citò aperit. Recipe ficuum pinguium paſſarum, cæpæ coctæ, galbani, Ammoniaci, lactis mulieris, maluarum coctarum, carbonum, vel cinerum vitis vineæ, teſtudinis viuæ vnius, pinguedinis porci recentis vel veteris, æquale pondus, tere & appone, vſque dum aperiat. Ad idem. Accipe cinerem pruni, & diſtempera cum vitellis ouorũ, & pone ſuper, & poſteà accipe ficus ſiccas, & parũ olei, & arſenici, & tempera totum ſimul, & appone, déinde appone terebinthinam, & galbanum, quando putredo exire cœperit: ſi multi carbunculi exierint, tolle ſanguinem de brachiis, & da laxatiuum.

Ad puſtulas, quas habet infans in manibus, & pedibus ultra modum. CAP. CCXXVIII.

ACcipe ſcillam, & hyoſcyamum ipſam herbam, & ſabuci frondes, ęquo pondere, & pinſito, & coque in aceto inde multùm, & appone.

Ad omnia apoſtemata exteriora, ſiue tumores.

CAP. CCXXIX.

AGrimoniam, verbenam, quinquefolium, æquis, ſi teres, & impones, ponderibus, cum aceto coquas adiecta ſemperuiua, ſanabis.

Ad rumpendum apoſtema CAP. CCXXX.

FErmentum, olibanum, axungia, lac fœminæ. Galen.

A *Ad apoſtema ſubtiliandum.* CAP. CCXXXI.

LIbyſticum feruefaciat in aqua, pinſito cum pinguedine, & pone deſuper.

Ad ſacrum ignem, uel calorem membrorum, qui per aliquam occaſionem naſcitur.

CAP. CCXXXII.

REcipe ſiſymbrii, rutæ, rubi, ſolani, omnium quatuor cimarũ M. j. radicis lilii domeſtici vnc. j. aloes drach. ij. cymini vnc. j. albumen oui vnum, aceti phialam vnam, olei phialam vnam. Prædictas herbas tere fortiter, & ſuccum earum cum prædictis commiſce, for titérque cola, & cum penna vnge loca languentia, & mi raberis.

Ad ſcabiem. CAP. CCXXXIII.

RAdices lapatioli coque, & axungiam porcinam cum eis vehementer tere, & argentum viuum cum cinere, & ſputo diſtempera, & cum eis miſce, & vehe-
B menter confice, inunge, & miraberis.

Vnguentum ad puſtulas, uel lepram, ſiue pruritum.

CAP. CCXXXIIII.

FLorem tithymalli cum aceto coque fortiter, & oleum modicum miſce, & inunge vſque dum ſanus fuerit.

De modo cognoſcendi cancrum à carbunculo.

CAP. CCXXXV.

SIc poteris cognoſcere cancrũ à carbunculo, in principio carbunculus quippe durus eſt, & rubens nimis, & ardens, & dolet quàm plurimùm in oſsibus, & neruis, et citò facit caput: ſed cancer non tantùm rubet, neque tantùm dolet, ſed durior eſt, et non tam citò facit caput, et plus occupat, qui quando molleſcere incipit, perfora cum ferro quaſi carbunculum, & nepitam,
C apium, betonicam, agrimoniam, chamædryn, trifoliũ, ſatureiam, pimpinellam, ſubtuſillam, carduum, fragifolium, millefolium, ana M. j. teras, & cum vino, et pipere dabis in potum mane, et ſero.

Item alia optima, ſed ualde grauior.

CAP. CCXXXVI.

ALoes drach. ij. ariſtolochiæ longæ drach. v. ſanguinis draconis drach. iij. caſtorii drach. ij. pæoniæ drach. v. thuris, myrrhæ ana drach. iiij. Ammoniaci drach. ij. ſucci ſaluiæ, vel foliorum, ana drach. iij. decoque vſque ad dimidium lento igne, ipſâmque in vaſe picato mitte, et pigmenta in linteolo mundiſsimo ligata in medium liquorem pendere facias, et de populo arbore puluerem facias, de ſuprà dicta potione calicem medium dabis quotidie, et de puluere populi quantum tribus digitis leuare poteris in vino cocto diſtempera-
D to. Ad idem. Accipe album ſeceſſum canis, praſiũ, plantaginem, ana vnc. s. calcis viuæ drach. ij. pulueriza totum, et ſupra malum pone, et poſteà pone vnguentum marciatum, mane, et ſero muta illud, et ablue in omni mutatione de vino calido. Si verò aliqua pars mortuæ carnis remanſerit, abſcinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, et per prædicta ſanari non poterit, oportet incidere circuncirca, et poſteà apponere prædicta. Ad idem. Lenticulæ, quæ in ſtagnis naſcitur, vel fontibus, vel aliis aquis ſuccus ſupra cancrum poſitus eum occidit. Similiter facit doliachæ ſuccus cum porcina pinguedine miſtus, et ipſa herba pinſita, et ſuperpoſita cum ſucco, et pinguedine dictis prodeſt valde. Ad idem. Succum ebuli, ſuccum ariſtolochiæ rotundæ, aut puluerem eius, et albumen oui fortiter commiſce, ſed non vt durum ſit, ſed molle, et taliter totum cancrum ex eo penna linies, et de frondibus ſeptemneruiæ illum cooperies, ſed per

ſingulos dies mane & ſero mutabis, & quando mutare volueris, cum penna in vino infuſa cancrum priùs ablue, & vnge doctrina ſuprà dicta.

Puluis ad cancrum. CAP. CCXXXVII.

Calcis viuæ non ablutæ, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei, fac focaciolam, & ſub teſta coque vſque dum incendatur, & pinſito, & fac puluerem, & vbi opus fuerit, mitte.

Vnguentum ad ſerpiginem, & carnem mortuam manducandam. CAP. CCXXXVIII.

Recipe ariſtolochiæ rotundæ, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotium hominis, hæc omnia ſimul coque fortiter, poſteà pinſe, & conſice cum axungia, & vtere.

Ad cancrum. CAP. CCXXXIX.

Vlcus primùm forti & calido aceto bene laua, deinde cum panno lineo detergendo exicca, quo facto, puluerem gallæ ſubtilem ſuperaſperge, hoc fac bis, vel ter in die, donec ſanetur. Ad idem. Sume menthaſtrum, & eo ſiccato fortiter frica inter manus, cui menthaſtro tertiam partem ſalis miſce, & ſimul omnia fortiter tere, quibus tritis ſuper ſtipites ardentes pone, vt vtrunque bene comburatur. Quod quando fuerit combuſtum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die aſpergatur.

Pro carne ſananda. CAP. CCXL.

Linguæ bouis radicem tere, ſuccum cuius vt paſtillum ſuperpone.

Res probata ad cancroſa uulnera, quæ depaſcuntur in circuitu. CAP. CCXLI.

Accipe quotquot habere poteris felliculorum, & ſcinde, & extrahe ſuccum, vt ſit dimidia phiala, ſed priùs laua plagam de vino tepido, & tunc accipe tres petiolas de panno lineo, & in ſucco illo infunde, & ad ignem calefactæ vna poſt aliam ſuper vulnus apponantur, & poſteà de farina tenuiſsima panis hordeacei cum ſuprà dicto ſucco eidem plagæ, ſuperponatur.

Ad cancrum res probata. CAP. CCXLII.

Caput gruis, & ventriculum cum petris omnibus, quæ in eis ſunt, ſicca in furno, & fac puluerem, & ſuperſparge: hoc non ſolum cancrum, ſed omnia vulnera ſanat.

Item aliud probatum ad idem.
CAP. CCXLIII.

Muſtellam viuam mitte in ollam nouam, & bene cooperi de tegula, & argilla, & mitte in furnum calidum, & ea combuſta fac puluerem, & de oſtreæ teſta ſimiliter, & aſperge, & poſt diem tertium laua de vino.

Probatum ad fiſtulam. CAP. CCXLIIII.

Accipe terram francigenam, & galetum, id eſt, gallam rotundam, & pulueriza, & pone deſuper, & ſanabitur. Cortice quercino ſiccetur fiſtula primò, poſteà ſanatur, ſi mumia ſæpe bibatur, maiorum pulueris hominum rapta ſepulcris.

Ad ſcabiem probatum. CAP. CCXLV.

Accipe ſigiam Græcam, & olei communis partem vnam, & duas aceti, & coque in modum vnguenti, & vnge in balneo.

Puluis ad cancrum. CAP. CCXLVI.

Recipe atramenti, ſarcocollæ, amenti ſalſi, & dulcis, ſalis gemmæ, olibani, maſtiches, ana vnc. j. piperis vnc. vj. Ad idem. Brancam lupinam, quæ inferiùs eſt rotunda tere cum ſale, & fuligine, & parum de ſanguine, & pone, eo mortuo ad ſanãdum puluerem aloes pone.

Ad carnem malam, uel ad cancrum.
CAP. CCXLVII.

Pinſe tartarum fortiter temperatum cum melle, & mitte in panno lineo, & liga cum lycio, & mitte in foco, vt ardeat, & fac puluerem, & ſuperpone. Item teſtam allii, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum iſto puluere miſce puluerem gallæ, & ſalis, laua priùs de vino, & poſteà ſparge de hoc in die bis, vel ter.

De fiſtula. CAP. CCXLVIII.

Ad fiſtulam. Radicem lapathioli, qui rufum ſemen habet in fiſtula mitte, & donec purgata fuerit, per ſingulos dies ſingulas radices mutabis: & quando purgata fuerit, cognoſces, quia non vt aqua pus, ſed quaſi putredo fluit tantùm: quando autem hoc videris, hoc vnguento ſanabitur. Recipe picem, galbanum, Ammoniacum, aloen, ſepum porcinum non multum, cerã, & parum olei: prædictas guttas, & gummi genera, & picem, & aloen æqualiter commiſta liqua ad ignem, & poſteà ceram, & ſepum ſemotim liquefacta deſuper addas, & agita donec conficiatur.

Ad fiſtulam. CAP. CCXLIX.

Raphanum pulueriżatum, & quolibet modo fiſtulis immiſſum, anteà tamen ex aceto ipſa fiſtula valde abluta, valet: & modo quocunque ſuperpoſitum, et infra, vel intra eam liberat. Ad idem. Sume herbam excuminatam nomine, et tere, cuius ſuccum infirmanti manè quando ieiunus fuerit, da ad potandum, et ipſo ſucco per ipſum foramen pone donec ſanus fiat æger. Item accipe coſtã folii raphani, et mitte vſque ad profundum plagæ, ita vt ſanguis egrediatur, aliquanto autem ſpatio intermiſſo accipiatur fel taurinum, et calefacito ita vt duritiem perdat, et oſſa gallinarum combuſta, et in ſubtiliſsimum puluerem redacta: ex his ellychnium componatur, et ad fundum plagæ mittatur, et interdum ellychnium de combuſto puluere ſaccharo aſpergatur, et ipſum interdum minuas, donec ſanetur vulnus. Ad idem. Sepi arietis vnc. j. gummi vnc. s. colophoniæ drach. ij. s. opopanacis, ariſtolochiæ longæ, ſarcocollæ, æris viridis ana drach. ij. ceræ citrinæ drach. ij. terenda tere, et de oleo parum pone, vt poſſint ibi temperari, et ſuper ignem pone, donec ſepum et gummi genera liquefiant, et vtere quando opus fuerit.

Ad fiſtulas tollendas, & uermes occidendos.
CAP. CCL.

Succum plantaginis mitte ſępius. Item ad idem. Potentillam bibat per dies xxx. probatum eſt.

Ad fiſtulam claudendam. CAP. CCLI.

Thus maſculum diligenter tere cum vino veteri, et inde perunge. Ad idem. Accipe in primis de carne ſalſa lardonẽ, et mitte ibi per tres dies, et poſteà emplaſtrum fac hoc modo: accipe frondes libyſtici ſyluatici, et tere fortiter, et miſce ibi de ſale cocto puluerizato tantum, quantum ſunt frondes, deinde adde axungiam veterem ſufficienter, et tere omnia hęc inſimul, et fac emplaſtrum. Ad idem. Accipe tithymallum cum ſua radice, et mitte in clibano vt exiccetur, et fac puluerem, et inſuffla intus. Item accipe piper, aloe, galbanum, ceram, et oleum, et fac emplaſtrũ, et vtere. Ad idem. Pone emplaſtrum de farina, et alburno, et ſinape, et ſale cocto, et de calce extincta, et de ſapone ſpatulano, et de capitello per nouẽ dies, deinde teres tres cimas rubi, et tres vrticę per tres dies. Itẽ piper, allium, ficus ſiccas, radicem petroſelini miſce, et tere ſimul, & fac emplaſtrum, & ſuperpone, & ſtatim interficit. Item accipe marmor, quod videtur eſſe ſicut ſal,

ſal,& fac puluerem,& inſuffla intus. Ad idem. Accipe farinam lupini,raphani, ſinapis, mel arſum, alburni carbonem, omnibus tritis diſtempera cum ſapone ſpatulano, & admiſto de capitello fac tentam de lycio torto ad menſuram fiſtulæ, & ablue eam mane & ſero de capitello.

De paralyſi. CAP. CCLII.

HIera fortiſsima G. theodoricon emperiſton, potio ſancti Pauli, & opopyri, paralyticis, arthriticis, & aliis diuerſis cauſis ſuccurrit.

Potio ad paralyſin Ioannis filii Ligorii medici. Recipe mandragoræ vnc. iiij. caſtorii vnc. iij. piperis grana ccc. nepitæ manu plena, vini optimi phialas xiiij. bulliat ad medietatem, & ieiunus bibat phialam vnam, & vſque ad nonam ieiunet. Ad idem. Recipe ſaluię, ſatureiæ, dictami, ſauinæ, menthæ nigrę, cerfolii, foliorum teneræ lauri, quinquefoliæ, betonicæ, febrifugæ, peucedani, agrimoniæ, pimpinellæ, artemiſiæ, chamædryos, hyperici, millefolii, balſamitæ, pulegii, trifolii, hypocyſtidos, hyſſopi, praſii, origani, ana M.j. dabis cum vino. probatum eſt.

Vnguentum ad paralyſin. CAP. CCLIII.

REcipe ſauinæ pulueris, ſaluiæ, menthæ, ocymi, pulueris vrticæ, balſamitæ pulueris ana vnc. ij. olei lauri phialam. j. ceræ lib. j. olei zz. ana vnc. vj. omnia ar bitrio tuo tere, & coque, & vnge. Ad idem. Herbam centumneruiam, id eſt, barbam ſyluanam laua cum nouem aquis, & tere, et in ſucco adde duo cochlearia mellis, et ſic vnge digitos in phialis, da primo galli cantu, ſi laxat, non euadet.

Item ad arthriticum dolorem.

CAP. CCLIIII.

ACcipe micam panis madefactam aqua, & tere, deinde diſtempera cum ſucco morgellinę, vel ſolatri, vel portulacæ, vel ſemperuiuæ, vel alicuius refrigeratiuæ, deinde ſuperpone loco dolenti, primùm inuncto oleo roſeo, poſteà verò ne nimis loca neruoſa deficcentur, adde emplaſtrum hoc. Recipe radicem altheæ, atque ſemen lini, & coque in aqua, atque fomenta, ad vltimum accipe farinam lentis, & coque in quatuor partibus mellis, et aqua quantum ſufficit, et ſic ſuperpone. Probatum eſt.

Vnguentum ad guttam. CAP. CCLV.

REcipe radicis bryoniæ, corticis medianæ ſabuci, abſynthii, rutæ, ſaluiæ, hederæ, chelidoniæ, arnogloſsi, ſaliuncæ, aloes, thuris, mellis, olei, cerę quantum tibi videtur, et confice.

Emplaſtrum ad idem. CAP. CCLVI.

ABſynthii, radicis ebuli, furfuris tritici, ſtercoris caprini, fac puluerem: acetum mitte in cacabo, & ſalis ſatis, fac bulliat fortiter, & ſuperpone.

Item unguentum ad guttam. CAP. CCLVII.

REcipe rutę, hederę terreſtris, abſynthii, abrotoni, barbæ Iouis, omnium ana M. j. ſauinæ M. ij. ſimul tere, & coque in oleo, & butyro, et adipe taurino, vel veruecino æqualiter, cola, & vbicunque fuerit gutta, vnge, & poſteà in albo panno indue, et pone.

De ratione medendi ad os fractum.

CAP. CCLVIII.

REcipe betonicæ, violæ albæ panem mundum ad cernendum, melangiæ, hederę terreſtris, piloſellę, agrimoniæ, ſinimphæ, ſaluiæ, ne intumeſcat. Item betonica ſanat, et tollit dolorem, ſaluia aufert dolorem, hedera terranea curat, & mundat, viola ſanat, melangia iuuat, vt non claudatur vulnus. Quòd ſi ex omnibus his habere non poteris, accipe ſaluiam, betonicam, hederam terraneam, violam, agrimoniam, plantaginē,

A contere, & ſuccum vino miſtum, donec ſanus ſit æger, ſolum accipiat potum. foliis ſuprà ſcriptorum deficientibus, radices indifferēter, aut puluerem ad eundem accipies vſum. Abſtineat verò patiēs ne comedat herbas, caſeum, lac, fructus, carnes, niſi de caſtratis, oua, & panem niſi azymum, pultes. Ad idem. Recipe farinam de germano, id eſt, de ſilagine partes duas, abſynthii partem vnam, tere, & miſce cum melle, et panno impone, et de raſo lardo ſuperpone ei, et ſupra plaga pone bis mutando per diem.

De plaga. CAP. CCLIX.

AD plagam. Piloſellæ ſuccum da bibere, ſi reiicit, morietur: ſi non, viuet: prima die plantaginem, & fragam in vino dabis, ſecunda die gariofilatam adiunge prædicto vino, tertia die piloſellam, quarto die pim
B pinellam, quinto die hederam terreſtrem, ſeptemneruiam ſexto die, trāſactis verò diebus ſeptem, ſubtrahere debes ſingillatim, econuerſo incipiens ab hedera vſque ad primam, quæ eſt fraga.

Antidotum contra plagas. CAP. CCLX.

ANgelicam, betonicam, agrimoniam, piloſellam, hederam terreſtrem, ſeptemneruiam, violam minorē de angelica, coque in vino, et potet tribus vicibus in die. Si ſanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide vrticam, et intinctam in forti aceto, pone in plaga: ſtatímque ceſſabit ſanguinis fluxus.

Vnguentum ad plagas. CAP. CCLXI.

ANguillas coque in aqua, et collige adipem, qui ſupernatauerit, et de gallinis, et de anſeribus, & de ſcrofino ſine ſale, ſaluię ſuccum, rutæ, abſynthii, hederę terreſtris, linguę canis, artemiſię, matricalę, cicutę, her-
C bę citri, hyoſcyami, ſtrychniboli, olibani, aloes, myrrhę, Ammoniaci de ſpeciebus ana vnc. j. farinę de molendino collectę in gyro, dactyli oſsium, croci orienta lis, ſandali, acacię, ceræ quantum ſufficit, vt album fiat.

Tractum ad aperiendum, purgandum, ſanandum dolorem, & carnem mortuam, & carbunculum auferendum.

CAP. CCLXII.

REcipe ſucci ebuli, abſynthii, cimarum rubi, vrticęs carui, apii, omnium æqualiter, mellis cochleare, vnum, & albumen vnius ouigallinę, farinę ſiliginis, vel cuiuſlibet eorum, quę ſunt ad tenuitatem. confice ſic: ſuccos, & cetera pone in vaſe, et commiſcendo exagita, donec ſpiſſum ſit, & tenax: ſi plaga profunda ſit, pone ex hoc ellychnium perunctum: ſi verò patula, id eſt, plana, pone ſuper pannum donec ſanetur: ſi verò tracta nimium deficcatur, renoua cum ſucco ſolius apii.

Vnguentum ad plagam. CAP. CCLXIII.

D REcipe cerę citrinę vnc. ſ. picis Colophonię ana drach. ij. ſ. ſepi arietis vnc. ij. infunde cum oleo, et pone ſuper ignem, donec vnguentum fiat.

Potio ad plagatos. CAP. CCLXIIII.

BEtonicam, agrimoniā, fragifoliam, aſari, violę, linguę bouis, ambroſię, plantaginis, memitę, quinquefolii, hyperici, picis, linguę ceruinę, pimpinellę ana M. j. tere, & adde aquę libras iij. mellis cochlear vnum. cola, et appone piperis grana c. et quantò frequentiùs biberit, tātò celeriùs ſanabitur: ſed à venere abſtineat, et omnibus contrariis. Ad idem. Fac ſagimen de lardo, et accipe mel, et farinam de ſecali, et vinum: et coque ſimul, et mitte ſuper plagam, mire curat, et ſanat. Item ſuccus apii, et albumen oui, quibus adde puluerem thuris, et tantum de farina frumenti, vt ſatis ſpiſſum ſit.

Ad capitis plagam sic fit. CAP. CCLXV.

DIligenter inquire vtrum longa sit, an non. An os fractum sit, an non: his præmissis si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tūde, & deinde panni ellychnium absque vllo medicamine, vel lardi frustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatem incisum in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extendat, vel aliquid morbi generet, pone, & pòst pone primò embrocham, quæ sic fit: vinum, & oleum, & panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, vel aliquo vase, deinde vnguentum fuscum vnaquaque die in plagella pone. Memento tamen vt prædictum ellychnium semper adsit, donec caro crescat: quod si os ruptum non fuerit, sue cum acu in duobus vel tribus locis, hoc dico, si plaga magna fuerit: deinde tonsis capillis, embrocham prædictam ad prædictum terminum, & vnguentum fuscum in plagella pone.

Ad plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.

CAP. CCLXVI.

PRimùm pone lardum, quantum tibi videtur, & vnguento fusco vnge: & tunc pultes hoc modo compositas pone. Vinum, farinam, oleum commune, mel, rutam, saluiam, absynthium, trita cum axungia porcina omnia æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cum panno superpone quousque plaga deficcetur. Memento vt vnaquaque die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone semper æqua quantitate vsque ad septem dies: deinde vnaquaque die, prout caro solidescet, paulatim minue, quousque plaga clausa videatur: & tunc impone emplastrum aliquod. In capite autem non oportet imponere pultem hanc, sed embrocham prędictam: quia non conuenit, nisi pili nascantur, propter constrictionem pororum.

Vnguentum fuscum sic fit. CAP. CCLXVII.

REcipe olei lib. j. sepi, ceræ, ana vnc. vj. picis vnc. iij. saluiæ, sisymbrii, lentisci, sauinæ, allii, cimarū rutæ, ana M. j. confice sic. Herbas cum seuo diu contusas cū oleo coque, & cola, deinde ceram adde, vltimò picem, quandóque liquefactum fuerit remoue, & vsui reserua.

Potio ad plagam sanandam. CAP. CCLXVIII.

REcipe agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem, folia hederæ terrestris, herbæ venti, pinsitis his, confice cùm vino, da bibere quousque sanus fit.

Emplastrum ad plagam sanandam.

CAP. CCLXIX.

REcipe farinam siliginis, absynthium, oleū de oliua, axungiam porcinam veterem, mel quod sufficit.

Vnguentum album. CAP. CCLXX.

REcipe cerusæ vnc. iij. lithargyri vnc. ij. mastiches, condisi ana vnc. j. s. olibani vnc. j. olei rosei, & aceti, quod sufficit.

Ad ossa fracta. CAP. CCLXXI.

RAtio medendi ossa fracta hęc est: primùm prouide vt leuissimis manibus aptes ad proprium locum malè incisas fracturas, quo facto sal, & mel in sartagine compone, & diutissimè feruere dimitte, & prout pati poterit, calidū superpone cū stupa, aut bombace, deinde lignula recta plana ad inuicem restibus concatenata circunliga: hoc per triduum fieri necesse est: post triduum verò, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthea, aut marciato circunlinies, & bombace, vel stupa circumuolue: & sic vnguentum circumuoluere, & circunligare, & fomentare contemplata ętate bis in die mane et vesperę oportet. vsque ad xx. enim dies solidantur: habita tamen diligenti cura: iuuenis verò vsque ad septendecim dies: A senum autem vsque ad xxj. vel xxij. vel xxiiij. Puerorū itaque expectatio vsque ad xv. dies. In his ergo diebus constrictorium iuxta prædictam rationem facies ita. Recipe olibani, mastiches, ceræ, boli Armenii, æquali pondere, ceram solue, & horum puluerem triconizatū superasperge: & ad modum ceroti cōque, et tepidum su perpone. Memento tamen vt priùs sapone, & aqua calida, vel aliquo tali optimè lauetur: & sic cerotum superpone. Non enim adhæret appositum, propter vnguentum. Oportet etiam scire si hulcus adfuerit. Non enim debet apponi in hulcere: quod si aliquo casu accidente disiuncta fuerit, ex vtraque parte trahatur manibus: vt ad pristinum locum redeat iunctura: quo facto, palma vtrarunque manuum locus constringatur, & posteà fomentetur aqua calida: deinde circunliniatur agrippa, & tabulæ superponātur: huius autem mutatio B fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, et post, suprà scriptum constrictorium appone. Si qua verò costarum hominis fracta fuerit, & interiùs plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora: fac con stitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat ventrē, & costam: tunc verò habens mel coctum, vnge manus vtrasque ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blandè tange locum, et trahe suauiter: sic sæpe facies trahendo, donec æqualis sit aliis costis: deinde marciato, cæterísq; vnguentis foueatur, et emplastrum apostolicon, vel diachrysu, vel aliquod quodlibet, donec sanetur, exteriùs ponatur.

Emplastrum diachrysu, quod Latinè aureum dicitur, ossium fracturam sanat, parotidas, glandulas sanat: spleniticum, callum pedis, & hemicraniā mirè curat: apostemata, & nascentias, & carbunculos dispergit: emprosthotonum, uel C cui in capite, uel ceruice, uel scapulis nerui contrahuntur, & omnem indignationem, uel phrenitim infantium sanat.

CAP. CCLXXII.

REcipe colophoniæ, resinæ, ana vnc. ij. olei vnc. iij. picis lib. j. olibani, auripigmēti, aluminis, ana vnc. ij. aceti quod sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas: Cutem superincide ferro: deinde cum hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe, & tandiu abstrahe pelliculas circuncidendo cum spathula, donec omnes venulas earum habeas: et sic embrocham de panno incenso superpone, vel aliquod idoneum, vt sanguis stringatur, & sanies: embrocha tunc cauatura lauetur, deinde vnguentum fuscum apponatur.

De osse fracto. CAP. CCLXXIII.

D ADos fractum. Cerebrum canis cum aceto calido distempera, & superpone in panno lineo: per tres dies dimitte.

Item ad os fractum, uel scissum.

CAP. CCLXXIIII.

INsimul albumen oui cum stupa induc, et circunduc, et desuper liga. Ad idem. Ceræ nouæ, Ammoniaci, rosæ, myrrhæ, croci, ana malagma facito, et linteolo apponito.

Tractum ad omnem plagam. CAP. CCLXXV.

ALoes, myrrhæ olibanæ, mastiches, ana vnc. j. picis, ceræ, colophoniæ, ana vnc. ij. sicca tere, liquida solue: cola per linteolum, fac magdalionem.

De febribus, & diebus timendis.

CAP. CCLXXVI.

RVbra ad febrē tollendam. Recipe cymini, cozumbri, myrrhę, anisi, croci, dauci Cretici, hyoscyami, añ.

añ.℥.j.opii ʒ.j.ſeminis apii ℥.j.mellis quod ſufficit.

Hydropoton ad febrem quotidianam, tertianam, ſed maximè quartanam, & ad omnes acceſsiones, & anguſtias, ſomnum facit, faſtidium tollit, ſudorem prouocat. CAP. CCLXXVII.

Recipe ameos, myrrhæ, aniſi, croci, hyoſcyami, opii, ana ʒ.ij.chamædryos, apii, petroſelini, ſpermatis mãdragoræ, thuris, ana ʒ.j.mel quod ſufficit, dabis cum aqua calida.

Ad quotidianam. CAP. CCLXXVIII.

Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram miſtã cum hydropoto ante horas acceſſionis: pòſt bibat aquam frigidam. Si verò frigus fuerit, magnum vinum bibat, aut aquam calidam. Si verò non profuerit iſtud, accipiat pãcriſti, pòſt bibat mulſam. Si verò ſtomachus fuerit plenus humore, vt vomat, bibat oxymeli. quod? Recipe aceti phialas duas, mellis lib.j. ſeminis radicis, & atriplicis, ana ℥.j. quæ coquantur vſque ad medietatem, & ante acceſſionẽ bibat, & ieiunet vna hora, poſteà ſi non vomuerit, accipiet aquã calidam, & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina, cõfectum cum oleo farina, porcellos, hœdos: de volatilibus, faſianos, turdos, perdices, ficedulas: de piſcibus, ſaxatiles, aut aſſos, aut elixos: de pomis, mala cydonia, & vuas, & mala granata: de vino, album & leue.

Potio probata ad frigiditatem, & febrem. CAP. CCLXXIX.

Recipe ſeminis trifolii acuti, opopanacis, ſerpylli, ana ʒ.iij.aniſi, fœniculi, amyli, apii, ana ʒ.ij.farinæ orobi ℥.j.hæc ſimul tere, & pone in vino bono paululũ, & pòſt colligantur in modum victorialis ponderis ℈.iij.dantur cum vino calido.

Electuarium quartanariis, & quotidianariis. CAP. CCLXXX.

Recipe ſiler, piper, amyli, marathri, ana ℥.j.zz.pyrethri, ana ʒ.iij.gariofilorum, galangæ, ana ʒ.j. mellis quod ſufficit.

Ad quotidianam, tertianam, & quartanam. CAP. CCLXXXI.

Recipe roſarum ʒ.xx.ſacchari ʒ.xl.coſti dulcis, rhu barbari, arſenici, cinnamomi, nardi, maſtiches, ſpodii albi, ſandali citrini, & albi, berberis, gariofili, croci, ana ʒ.ij.tere, & confice cum ſyrupo violato, doſis eius ʒ.iij.ante acceſſionem, & poſt.

Epithema ut ſudor febris exeat. CAP. CCLXXXII.

Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone ſuper ſtomachum.

Ad quotidianas acutas in æſtate. CAP. CCLXXXIII.

Si habuerint turbidam vrinã, ex ſanguine eſt: prima, vel ſecunda die, vel vſque ad ſeptimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplaſtrũ, vel epithema, quod valet ad febrem acutam. Succum ſolani tempera cum farina hordei, & induci in panno, & pone ſuper ſtomachum. Item panem aſſatũ diu, ita vt fiat velut carbo extinctus, poſteà tere, & cribra puluerem, & tempera cum vino, & fac epithema. Diæta vtantur ea li: ſucco ptiſanæ expurgato hordeo. Nam hordeũ poſitum in aqua vna nocte, tundatur, & ad menſurã vnius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & coquatur lento igne vſq; ad tertiã partem, & coletur per linteolum, & vtantur farre molli: & de pomis, malo ſerico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario ſuprà dicto. Quòd ſi in tempore autumni venerit, & ſine typo fuerit, ſimiliter curabitur. Si cũ ty-

Galen

po, vomitum prouocabis cum aqua calida, & oleo, aut
A cum oxymelite ſuprà ſcripto: & ſi fuerit conſtrictus, oxymeli catharticum dabis, quod conficitur ſic: Mitte acetum, & mel, & elaterii ℈.s.vel ſecũdum vires ægroti. De cibis, ſuperiùs dictum eſt, quòd ſi fuerit ſolutus, cibos ſtypticos damus: potu vtere vino Græco. Si verò in ſuo tempore venerit cum typo, aut ſine typo, primùm catharticum dabis ad phlegma deponendum, id eſt, diacalamithes cum adriano, vel omnes potiones calidas, vt picra, muſa, athanaſia, hydrocopion cum aqua calida: cibos ſuprà ſcriptos: pannis autem, aut ceroniũ, aut oxyocroceũ cum cerotis cataplaſma. Recipe hæc, micam panis, fabæ, abſynthii, farinæ fœnigræci, omnia æquali pondere, confice cum ouo molli aſſato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & ſupra viſcera impone. expertum eſt. Si autem in tempore veris, curabitur cum potione rubra, & eſdræ. Cibos au-
B tem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium volatilium. De leguminibus, cicer, far. De oleribus, fœniculos, betas, coctana. De piſcibus, ſaxatiles. Vinum, album & leue.

De febribus tertianis cum typo. CAP. CCLXXXIIII.

Ad febres tertianas cum typo. Muſam potionem ante acceſſionis horã accipiat, & pòſt bibat aquã calidam.

Ad duplices tertianas. CAP. CCLXXXV.

Vtatur hydrocopio, & muſa, & rubra quaſi vna potione.

Ad tertianam miſtam quotidianæ. CAP. CCLXXXVI.

Pancriſti, & rubra hydrocopio, quaſi vna potione vtantur.

C *Ad tertianas acutas.* CAP. CCLXXXVII.

Si vomitu egent, ponatur mel, & acetum, quibus adhibeantur atriplicis ʒ.iij.& vtantur. Si cõſtipati fuerint, accipias pulueris violæ ℥.s.& bibant interpolato die cum aqua frigida, & vtantur epithemate. quod eſt. Recipe farinæ hordei ℥.iij.roſæ ſiccæ ℥.j.ſandali albi ℥.s.ſpodii ʒ.ij.maſtiches ʒ.j.camphoræ ℈.j. tempera cũ ſucco ſolani, & quaſi vnguento vngantur: & vtantur deſuper tegumento ſtupæ: & bibant quotidie ſuccum mali granati mane, & poſt ſeptem dies, ſi vrina fuerit turbida, & rufa, & nihil ſuperiora profuerint, balneo vtatur, & fomentetur ex aqua & oleo, & poſt fomentũ phlebotometur de media vena dextri brachii.

Epithema ad omnes acutas febres. CAP. CCLXXXVIII.

Recipe roſ.ſeminis portulacæ, ſandali albi & rubri,
D ana ʒ.ij. dragaganti parum, tempera cum aqua roſea, aut ſucco mali granati, vel vuæ lupinæ. Si verò volueris vt dormiat, vngantur frons, & nares, & aures, ex oleo violato, & lacte mulieris, & pedes loti in aqua in qua papauer, & ſemen lactucæ, vel ipſæ herbæ decoctæ ſunt, vngantur.

Antidotum ad idem. CAP. CCLXXXIX.

Recipe ſandali albi, ci.& ru.ana ℥.j.draga.℥..s.roſ. ℥.iij.ſacchari ℥.iij.ſyrupi quod ſufficit. Cibos dabis ſuccũ oryzæ, aut alicæ, ius galli, piſces ſaxatiles, poma frigidiſſima: de oleribus lactucas cum aceto, portulacas, ſolanum, omnes cibos parum ſalitos, dabis aquam frigidam, & mulſam de hydromelite, et ſi fuerit ſolutus, dabis ei cydonium melle confectum ita: ſucci mali cydonii partem vnam, mellis partes ij.coque ad lentum ignem, donec veniat ad ſpiſſitudinem mellis, et dabis exinde mulſam.

Epithema ad idem. CAP. CCXC.

RECipe mastiches, thuris, fœnigræci, feminis lini, farinæ hordei, croci, omnia æquali pôdere, trita distempera cum vitello ouorũ, & cum oleo rof. hoc modo confecto: tolle oleum, & rosas cum rore suo, & mitte simul in puteum, aut in aquam viuam per xx. dies: posteà tolle éxinde, & pone ad solem vndecim diebus: posteà habeas ad vmbram: hoc oleum frigidissimũ est, & si vnxeris igneam febrem de hoc oleo, mitigat eam, & solet eam amputare. Hæc eadem febris si fuerit in autumno, curabitur: si diateseron tẽperabitur cum vino, cum rubra, cum mulsa. Cibandi sunt talibus vt est far, simila, & granum bene coctum, carnes pecudũ, & pedes porcini, & gallinæ, vinum album & leue. In tẽpore hyemis, si fuerit cum typo, curabitur cum mulsa, & hydrocopio, & rubra: & si sine typo fuerit, prolõgabitur: lexopyreton dabis cum aqua calida: cibos, carnes porcellorum, cerebella eorum, phasianos, & agrestia volatilia. Quòd si fuerit in tẽpore veris, curabitur potione rubra, & rosata simplici quod est, recipe croci orientalis vnc. j. drag. vnc. j. succi liquiritiæ vnc. j. ferminis citri. melo. ana vnc. j. rosæ vnc. iiij. tempera cum melle rosa. & aqua rosea.

Rhodasacchara ad idem. CAP. CCXCI.

ACcipe rosarum albarum lib. j. minutatim incide rosas, & frica bene cum manibus ipsas cum saccharo, & pone in vase, & ligabis, ponásq; ad solem lx. diebus donec bone coquatur, & nocte auferes.

Diacydonion ad idem. CAP. CCXCII.

COctana mundabis interiùs, & exteriùs, & coques cum aqua bene, & in vna libra pomorum, pone ij. lib. sacchari, & iterum coques ad spissitudinem, posteà addes pulueris sandali rubri, & citrini, ana vnc. s. spodii drach. vj. rosæ drach. x. feminis portulacæ drachm. iiij. succi liquiritiæ, succi rhu. draga. feminis cucu. añ. drac. ij. mannæ, casiæ fistu. añ. drach. vj. croci drach. ij. masti. drach. j. camphoræ drach. j. adde siru. violati simplicis quod sufficit. Cibos dabis, succum oryzę, aut alicæ, ius gallinæ, &c. sicut superiùs notandum est.

De febre quartana cum typo. CAP. CCXCIII.

AD febrem quartanam cum typo. Si fuerit in ęstate, ante horam accessionis dabis potionem musam. Si fuerit in hyeme, vtãtur potione diasulphuris, & dialtheæ vnguento: de cibis, vtantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, mala cydonia: de vino, neque leui neque forti.

Ad duplicem quartanam. CAP. CCXCIIII.

AD duplicem quartanam. Adriano, & pancristo tẽperatis vtantur cũ balsamo: quartana si fuerit tem pore veris, curabitur potione esdræ, mista cum potione sancti Pauli, & musa ænea. Vnctionem talẽ facimus: sinapi vngimus dorsum ante vnam horam accessionis, cibos autẽ calidos, & stypticos damus: vt lepores, phasianos, perdices, anates, anseres: de leguminibus, granũ bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, fœnicu lum, capita raparum, rutas agrestes coctas, vinum rubrum & forte. In æstate verò ru. mista cum theriaca mũ dissima cum vino temperata damus: & vnguento marciato vngimus totum corpus, ante vnam horam accessionis prope ignem donec sudet, & prætereà hora accessionis. Cibos autem superiùs diximus. Si tempore autumni venerit, curabitur potione adriani, & diacalaminthes, & trochiscis probatis ad quartanam: petroleũ dabis bibendum. Vngimus totum corpus ante & retro dialtheas, & quotidie damus origanum ad bibendum, cibos verò vt suprá.

A

Vnguentum ad quartanam. CAP. CCXCV.

REcipe cinnamomi ℥. ij. croci ℥. j. myrrhæ, styracis, sagapeni, ana ℥. v. laseris ℥. iiij. gentianæ ℥. ij. mellis quod sufficit, da in modum lupini, cum aqua calida. Ad idem. Oleo pulegino vtere cũ nepita. purgat stomachum, & thoracem, cæteráq; mẽbra, ita vt priùs vtatur commistione sancti Pauli, & calidarũ potione, confricetur totum corpus cum vino austero.

De febribus ephemeris. CAP. CCXCVI.

AD ephemeras febres. Si nascantur ex calore, vtantur tenui balneo, & fomententur ex aqua calida, & oleo: & bibant aquam frigidam, vel tenue vinum, & vtantur frigida diæta, scilicet cucurbita, portulaca, malo matiano, vel syriaco, vel succo mali granati. de carnibus pipionibus, syluaticis volucribus. Si autem ex frigore fuerit, vngatur stomachus oleo mastichino, quod recipit olei rof. ℥. ij. mastiches ℥. iij. costi ℥. j. rutæ viridis ℥. ij. simul in oleo coquantur, & ex eo vngatur stomachus, & detur potio diatrionpepereon. Diæta, accipiant pecorinam carnem vnius anni, & agninam, & pipiones domesticos, & bibãt vinum rubrum, & subtile, & ferantur ad balneum calidum.

B

De synocha febre. CAP. CCXCVII.

AD synocham. Si ex sanguine fit, vel ex cholera rubra, phlebotoma in prima die, vel secunda, aut ad summum in iij. die: si masculus fuerit, in dextro: si fœmina, in sinistro. Si ventrem habuerit constrictum, clysterizabis ita: accipe succum cantabri, & maluas tunsas, coquantur cum oleo, déinde colato per linteum, & vtere. Si autem desiderauerit balneum, concede sibi, & vtatur fomento ex calida, & oleo: Diæta vtatur tali: succo ptisanæ, & farre molli, & malis matianis, & syriacis, & pane in aqua.

C

De homotono CAP. CCXCVIII.

HOmotonus curabitur sic: potionem rosatam superiùs scriptam teneat sub lingua vsque dum liquescat, & saliuam eius glutiat. Vnctionem talem facimus: Oleo roseo frequenter vngimus caput, & præcordia. Epithema tale facimus. Recipe croci orientalis ℥. s. mastiches, olibani ana ℥. j. ouorum assorum vitelli quantũ tibi videtur: confice cum oleo roseo, & pauco aceti, su per præcordia ponas.

Item alia unctio. CAP. CCXCIX.

OLeum roseum, cum portulacæ succo, aut cũ succo verbenæ, aut cum succo cucurbitæ, super præcordia pone. Dietam talem damus: suc. alicæ, & suc. orizæ: à vino abstineat: sed mulsam Atticam damus. Ad idem. Si ventrem constrictum habuerit, clysterizabis cũ succo cantabri, aut bibat psyllium in tribus aquis lotam, & vtatur mali granati succo, & malis, & pyris, & sorbis maturis, & vngatur vnctione, quæ recipit succum semperuiuæ, succũ portulacæ, succũ rasuræ cucurbitæ, olei rof. ana ℥. j. & vngatur ex his totum caput præter locа vbi cerebrum est: epithemate vtantur vt suprá.

D

De causo. CAP. CCC.

CAusus nascitur ex cholera rubra nimium sic: circa subtiliores venas hepatis, quæ his signis cognoscitur: sitis, & insomnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: quãdo hæc signa ante triduum habuerint, quã febris fiat, dolor capitis sentitur, & buccinæ auriũ, ipse dolor cum forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione, & frigida adiutoria necessaria sunt his, quæ supra diximus. Euacuetur autem

autem humor cholericus, extinguatur, & dissoluatur per sudorem, aut per vomitum, aut per vētris solutionem. Certissimè autē extinguitur, si biberit aquam multam, & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat, aut lauacrum intret vt sudet, sed non descendat in solidum, nec diutiùs moretur. De escis verò nihil nisi ptisanam manducet.

De nephritica passione. CAP. CCCI.

AD nephriticam passionem. Si fuerit ex cholera rubra, in dextro latere, detur ei musa, vel iustinū minus, post elixaturam apii & fœniculi, quæ cōficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. Si fuerit in sinistro latere, ex phlegmate, vel cholera nigra, detur ante adrianum, & iustinū maius, cum decocto apii, & petroselini Macedonici. Si fuerit sine febre, vinum bibat, si fuerit cum febre, aquam: & vtantur emplastro ceronio, & fomententur cum aqua calida, & succum cressonis per se bibant. Diæta verò, omnia calida & leuia: & vtantur crescionibus, & alexandris, & vrticis, petroselinis, & apio, & asparagis. De carnibus, porcina, agnina, hœdina. De volatilibus, phasianis, perdicibus, turdis, ficedulis. De leguminibus, cicere. De piscibus, nulla tenus. De vino, claro & rubro vtantur.

De Pleuritide. CAP. CCCII.

AD pleuritin. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdem partis, & cozumbrum coctum in patella cum melle, plagellæ imponatur ita, vt refrigerata altera calida imponatur. Si fuerit ex cholera rubra, vtatur electuario, quod recipit amygdalarum vnc. ij. pineæ mundatæ vnc. ij. gūmi saracenici vnc. j. dragagāti albi vel rubri vnc. j. seminis citruli, melo. cucu. cucur. mundatorum, ana vnc. j. tempera cum decoctione epithymi, amygdalæ purgatę terantur, & ex succo aqua inficiatur, & ita bibat: si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctionem hyssopi cum aqua, vel puluere facto de caprifico cocto in pice in modum emplastri vtatur. Diæta verò sit, pultes, far molle, & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

De Phrenitide. CAP. CCCIII.

PHrenitis si fuerit tempore veris, curabitur sic. Venam, quæ in media fronte est post vij. dies tāgimus, & eos sternutare facimus cū elleboro albo, & euphorbii puluere. quod si sternutauerit, bonum. Vnctionem facimus talem: Oleo roseo, vel oleo violato frontem, & præcordia inungimus: & sæpius faciem eius aqua frigida irrigamus, vt non dormiat. Si fuerit tēpore æstatis, vngimus præcordia eius cum oleo rosato, & succo semperuiuæ.

Antidotum Basilij, hemitritæis omnibus.
CAP. CCCIIII.

REcipe costi, carpobalsami, celticæ, gariofilorum, aā. drach. j. croci scrup. j. nardostachyos, meliloti aā. scrup. ij. casiæ fistulæ foliorum, semperuiuæ foliorum, ana vnc. ij. mel. lib. j. aquæ lib. j. & s. aut ij. tere, & infunde. cataplasma ad omnes febres. Recipe lini semē, hordeum, fœnūgræ. absynthium, anethum, apium, petroselinum, libysticum, & lupinos, ex suprà dictis farina facta mittas oleum desuper, aut axungiam veterē, & facto ita cataplasmate, induc in linteolo, & calidum super stomachum impone: omnibus diebus mutando, & calefaciendo.

De diebus timendis. CAP. CCCV.

QVisquis prima die cuiusq; mensis in infirmitatē ceciderit, sequens tertia dies est timenda, quam si transierit, vsque ad triginta dies euadet. Qui verò secunda die ceciderit, xiiij. timenda est: quā si transierit,
A diu euadet, licet ægrotans. Qui autē tertia die deciderit, sine molestia liberabitur in proximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatē, grauiter vsque ad xviij. diem infirmus erit, sed euadet. Quinta die ægrotans, licet grauiter patiatur, euadet. Sexta die decidēs licet sanari videatur, quinta tamē die alterius mēsis morietur. Qui septima die deciderit, absq; molestia liberabitur. Octaua die ægrotans, si nō fuerit factus sanus vsque ad xv. diem, morietur. Nona die ægrotans, quanuis cum sūma molestia, euadet. Decima die qui deciderit, proculdubio morietur. Vndecima die qui deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die qui deciderit, nisi liberatus fuerit xv. die, morietur. Tertiadecima die qui deciderit, infirmus erit vsque ad xviij. quā si trāsierit, euadet. Quartadecima die si quis deciderit, manebit vsque ad xv. diem, & sic euadet. Quintadecima die si quis
B deciderit, nisi intra xviij. dies conualuerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licet per xxviij. dies molestetur, tamē liberabitur. Decimaseptima die decidens infirmus, vsq; ad xviij. dies euadet. Decimaoctaua die decidens subitò sanabitur. Decimanona die decidens euadet similiter. Vigesima die decidens v. diebus euadet, sed tamen sequenti mense morietur. Vigesimaprima die ægrotans, nisi periculum mortis incurrerit, intra x. dies alterius mensis liberabitur. Vigesimasecunda die decidens, licet x. diebus patiatur grauiter, liberabitur. Vigesimatertia die decidens, quanuis cū molestia, altero mēse liberabitur. Vigesimaquarta die decidens ægrotans xxvij. die quasi liberabitur: attamē mense sequenti morietur. Vigesimaquinta die decidens, licet aliquantulū patiatur, euadet. Vigesimasexta die decidēs nō morietur. Vigesimaseptima die decidēs, licet
C vsq; ad exitum patiatur, tamē in altero mense liberabitur. Vigesimaoctaua die decidenti mors minatur. Vigesimanona die decidens ægrotans, paulatim altero mense liberabitur. Trigesima die, vtrum infirmus euadat, dubium est. Similiter qui trigesimaprima die ęgrotauerit: verum euadet ignoratur.

De vrina, & pulsu. CAP. CCCVI.

QVoniam & causarum omnium, & nonnullarū dimensiones, atq; imminentis spiritus præuidere difficile est, vrinæ diuersitates, & varios pulsus argu to stylo conscripsi: nec confusa ratione medicinæ vel ordinata quærenti pernoscere fecissent errorem.

De vrina & pulsu in febribus ephemeris.
CAP. CCCVII.

D EPhemeræ febris pulsus est simplex, non valde inæqualis, aut sordidus, aut difficilis: quarum ex vrina, si guttatim fuerit egressa, & patiens dolorem capitis senserit, hæmorrhoidas scias esse venturas. Si verò ex animi ægritudine, id est, tristitia, aut cupiditate febris nata fuerit, pulsus eius est lassus, tenuis in principio: ita vt putes eum multis temporibus ex longinqua infirmitate ægrotasse. Vrina in his rufior inuenitur, quàm in cæteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia ægritudo nata fuerit, & febris fuerit in magnitudine, & in nimietate, pulsus fit non minuēs, atque definens. Sicut in his, qui ex tristitiis, & vigiliis, atque cogitationibus laborant, vrina crocea est, & ignea, & extra consuetudinem cholerica euenit cum morsu veretri exiens. Nam qui ex multo labore sudantes deficiunt, & frigescunt, pulsus eorum mitior inuenitur, & lassior: vrina viridis, & turbulenta apparet. Quæ si subitò asperitatem, & rubri vini colorem assumpserit,

& cal

& calor defecerit:aut si fuerit versa in album colorem aut dolorem articulorum, aut auriũ nuntiat apostema, id est parotidas. Quòd si colore suprà dicta vrina abũdans fuerit,& nõ suprà dictum dolorem habuerit, eius ægritudinis solutionem ostendit futuram. Vrina alba & spissa bonã significat sanitatem: si tamen capitis dolor non fuerit. Si autem talis coloris vrina in initio ægritudinis venerit, contractiònem corporis futuram denuntiat. Illi verò, qui nimia fatigatione fuerint lassi, pulsum habent maiorem, & lassiorem, in hísque vrina rubra est, & candida. Quibus verò indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labentior, & mitior ictu,& procedente tempore acrior fit. Vrina verò eorum multum rubra est. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulsus est maximus, & grandis ictu,& velox, atque spissus. Vrina his subalbido colore apparet,& communis vt in cæteris ephemeris.

De urina, & pulsu causi, synochi, & synochæ. CAP. CCCVIII.

CAusus,& synochus, hi ambo habent pulsum synochæ consimilem, non horarum declinationes similes: quibus si lingua fuerit arida,& vomitus cholericus, & vrina liuida, mors significatur. Vrina crocea,& turbulenta cum nebulis non bonis, & pluribus diebus in eis non egesta, aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatim stillando fuerit egesta, ventris constrictionem malam cum animi turbatione,& angustia ostendit. Vrina alba,& aquosa in augmento ægritudinis, aut in statu veniens, laborem corporis cum frigore,& maciem nuntiat futuram. Si verò pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermati hominis, imminentia nuntiat. Vrina viridis critico die immutata, mortem ostendit. Vrina viridis si se mutauerit in album, aut aquosum colorem, typicã ægritudinem venturam significat. Vrina æruginosa stranguriam significat. Vrina nigra & tenuis cum nebulis, phrenitim ostendit: maximè si odor vitiosus fuerit ei. Quibus autem fluxus sanguinis ex naribus venerit, solutionem eius ægritudinis statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem, spasmum significat. Vrina nigra & tenuis cum aurium obtusione,& insomnia,& in se nebulam habens, tempus lõgum eius ægritudinis nuntiat, & sanguinis fluxum imminere ostẽdit. Vrina sanguinea cum dolore capitis & hypochondrii dextræ partis, statim subitaneam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eueniens, apoplexiam facit, quæ cùm soluta fuerit, caliginem oculorum citò transeuntem,& delectationem cibi ostendit. Vrina turbulenta,& non varia, crisim cum dolore aliquo venturam ostendit.

De Vrina, & pulsu in homotono, aucmastico, & paraucmastico. CAP. CCCIX.

HOmotonus pulsum habet grauem, spissum,& sordidum. Aucmasticus verò pulsum habet vigentẽ, & sordidum, sine intermissione: quibus grauis est, per singulos dies & horas febris augmentatur, nullo statu, vel declinatione interueniente. Vrina rufa in his inuenitur. Paraucmasticus autem in secundo vel tertio die cum declinatione pulsum tenet mitiorem, quanuis in principio vehemens fuerit. In his ergo omnibus præscriptis passionibus si vrina fuerit colore liuida, & tenuis constitutione, phrenitin futuram denuntiat, quam longo tempore protrahi significat. Vrina colore alba, & constitutione tenuis, cum nebulis non bonis, renum & dolorem, & indignationem significat: si in bono colore,& in die critico cõuersa fuerit, certum discussionis tempus denuntiat. Si verò ex bono colore in malũ die critico conuersa fuerit, futuram mortem ostendit. Vrina cholerico colore, nebulam albam habens,& fur fures supernatantes, aut longam ægritudinẽ, aut mortem significat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitin, siue mortem, aut spasmum significat. Vrina alba si se mutauerit, apostema celeriùs venturum scias. Vrina turbulenta,& tardiùs residens, maximè si sanitas intraneorum fuerit,& per multos dies perseuerauerit, & nõ se mutauerit, pro certo scias acutas febres in tertianam conuerti. Vrina subalbida,& spumosa, aut rufa, & si ex cholerico humore ipsa ægritudo nata fuerit, mortem significat: quòd si eo tempore sanguis de naribus fluxerit aquosus subitò, & à solito abundãs,& tenuem se vrina fecerit,& diu perseuerans non se mutauerit, frigus subitaneum demonstrat venire: pro quo frigore fit ægritudinis solutio non bona. Vrina cum sudore si in febrium augmento fuerit, & abundantia vrinæ fuerit, mortem citò venturam nuntiat. Vrina rubra et spissa modo suprà dicto, mortem citò futuram significat. Vrina rubra et spissa si fuerit egesta frequentiùs: et si dolor capitis, et scapularum affuerit, et auditum patiens obtusum habuerit, et hypochondriorum dolorem senserit futuram phrenitin denuntiat: quod si infra septem dies soluta fuerit, ictericum facit: et si non fuerit soluta, et in macronoxiam venerit, et nebulæ non bonæ in eadẽ fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, et aquosa, et nebulam bonam habẽs, et cum odore bono egesta, suprà dictam phrenitin purgat. Vrina lactea si in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonum significat. Vrina alba, spumosa, et nebulosa, non bonũ significat, et si in critico die aut post criticum diem superuenerit, solutionem ægritudinis ostendit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina puluerulenta, et maximè si frigus, et lippitudo oculorum fuerit, et caligo, et superiores partes in sudorem veniant, venturum spasmum denuntiat: quòd si se suprà dicta vrina abstinuerit, et dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmum statim venturum ostendit. Vrina non bonum colorem habens, et si non fuerit digesta, vel constitutionem vrinæ animalis similem habuerit, et missa in calice citò resederit, etamens patiens fuerit, et insomniã senserit, spasmum significat, aut mortem. Vrina sine nebula turbulenta, non bonum significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, et spissa, laborem, et dolorem, et grauedinem in hac ægritudine, siue mortem ostendit. Vrina tenuis, maximè si dolor capitis, et scapularum, et insomnia fuerit, phrenitin, et paracopen, et dementiam, siue cardiacam significat. Mulieribus tamen hoc tale signum mortem significat. Vrina tenuis in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem venturum demonstrat. Vrina suprà scripta post crisim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina spissa, et cholerica si fuerit augmento febris, mortẽ significat. Vrina nigra, per varios colores frequẽter mutata, cũ nebulis non bonis, et velut concisis, et separatis, et frequẽter in nigrũ colorẽ cõuersa, phrenitin cum morte significat. Vrina nigra, et lucida, cum sudore, et dolore hypochõdriorum, mortem nuntiat. Vrina tenuis, et boni coloris, frequens, et multa egesta, macronoxiam, et solutionem ægritudinis ostendit, sed

fed apoftema fcias effe futurum, & per ventris folutionem ægritudinis crifim demonftrari. Vrina alba & turbulenta,& non compofita, aliquem dolorem cum periculo nuntiat. Vrina nigra,& fpiffa,non boni coloris, fi multus veficæ dolor fuerit,mortem fignificat. Vrina nigra,& tenuis,& æftuofa, fi æftuatio fuerit cum faftidio,& fi turbatum fenfum patiens habuerit, & non rectè intelligat,& loquatur, aut malefactio non defuerit, mortem oftendit. Vrina,quæ veluti florem vini fupernatantem habuerit, phrenitin, aut paracopen venturam oftendit. Vrina valde lucida, phrenitin venturam oftendit.

De *quartanis febribus.* CAP. CCCX.

Quartana febris in initio pulfum rarum,& fegnem facit, & in alto pofitum: declinante autem paffione inuenitur pulfus laffus,fordidus,& fegnis. Cui caufæ tempore accidente frigido, minuitur pulfus accenfo calore. Vrina in his mifto calore apparet maximè pallida,vel fufca,& indigefta videtur.

De *tertianis febribus.* CAP. CCCXI.

Tertianariis pulfus eft ingens, citatus, vehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut fatis rubra,quafi fanguinea videtur.

De *quotidianis febribus.* CAP. CCCXII.

Quotidianis febribus pulfus eft minor quàm quartanæ. Vrina eorum candida apparet,aut fpiffa, aut turbulenta. Vrina alba fi longo tempore perfeuerauerit,frigora foluit. Memineris autem quantò quartanariorum pulfus à tertianariis minor eft, tantò quotidianorum à quartanariis inferiorem effe. Vrina nigra quartanam nuntiat. Vrina cum nebulis fciffis,macronoxiam fignificat. Vrina nebulas cholericas habens, in ægritudinem acutam tranfire fignificat. Vrina, quæ velut rafuram habuerit,& arenam,& nebulis quafi fanguinem,fyntexim renum,id eft, colliquationem oftendit. Vrina phlegmatica fi apparuerit ficut fol in limpidis coloribus,indignationem renum denuntiat. Vrina alba fi fe fubitò in malum colorem mutauerit, proximam nuntiat mortem. Vrina tenuis fi poft crifim venerit, & longo tempore perfeuerauerit,repetitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis fi in malum colorem fe poft crifim mutauerit,& ii,qui patiuntur,prima ætate fuerint,contractionem corporis fignificat. Vrina afpera fi poft crifim fuerit,in eandem febrem reintegrari demonftrat ægrotum.

De *dolore capitis.* CAP. CCCXIII.

Caput dolentibus fi vrina liuida fuerit, augmentũ fignificat. Vrina rufa vt fuperior demonftrat,quibus fi fanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet folutio.

De *fynanchicis.* CAP. CCCXIIII.

Synanchicis pulfus eft paruus, velox, & denfus, qui quando ad periculum veniunt,fine pulfu funt.

De *cardiacis.* CAP. CCCXV.

Cardiacis pulfus eft paruus,& denfus,quibus imminente periculo pulfus fit catoryctus, id eft, defoffus, vel deciduus, & quando creuerit,quafi iaculum contrahitur, & fit velox,& paruus,& minùs clarus, & inanis, & velut creber,ac vbi cœperit crebrefcere paffio,incipit vibrans effe,nõ clarus,cum tremore, & formicatione,incognitus,& fe fubducens. At vbi cœperit grauari,pulfus fit denfior,& pòft defectior, quibus velut inclufus effe fentitur, quod eft peffimum fignum, quæ quando ad melius venerit, pulfus inuenitur exaltatus,& bene difpofitus,& leuis ictus. Vrina eorum alba,& aquofa,cum nebulis albis,eorum ægritudinis folutionem oftendit. Vrina in eis fpiffa quãdo fuerit, quæ fpiffitudo,fi velut fciffa apparet,paralyfin fignificat.

A

De *pleuriticis.* CAP. CCCXVI.

Pleuriticorum pulfus eft fpiffus, quæ paffio quando facta fuerit grauior,pulfus plus confpiffatur, & fit velox, & validus,& veluti fluctuans, & infpicientiũ digitis velut vngues fentitur. Quando autem ad peripleumoniam conuertitur pulfus, fit fpiffior, quàm fuprà dictis. Vrina tenuis, & faniofa fi in initio ægritudinis venerit, & per multos dies manferit,phrenitin futuram nuntiat, maximè fi ei tuffis ficca, & infomnia fuerit: quibus fi fanguis narium, & plurimus dolor venerit,folutionem ægritudinis huius futuram nuntiat. Vrina pinguis,& rufa,mortem futuram oftendit. Vrina alba,& fubliuida mortem demonftrat. Vrina tenuis habens veluti limum liuidum,indigeftionem,aut mortem nuntiat.

B

De *peripleumonicis.* CAP. CCCXVII.

Peripleumonicis pulfus eft validus, & fpiffus, qui quando ad periculum venerint, pulfus fit tardus, & velut non comparens,& formicans. Vrina eorum nigra,cum variis nebulis,mortem futuram oftendit. Vrina fanguinea,cum nebulis fuprà dictis, vitæ periculũ nuntiat. Vrina indigefta in initio,& ante crifim, fignificat mortem futuram.

De *cachecticis.* CAP. CCCXVIII.

Cachecticis, & phthificis pulfus eft laffior, & talis morituris imminenter efficitur.

De *dyfentericis,* CAP. CCCXIX.

Dyfentericis, & iliacis eft pulfus laffus,minùs tamẽ quàm cachecticis, quibus fi cum fingultatione pulfus fuerit,mortem futuram oftendit.

De *hepaticis.* CAP. CCCXX.

Hepaticorum vrina alba,& fpiffa,& plurimùm egefta,fanitatem promittit. Vrina fanguinea,mortifera eft. Vrina nigra, & turbulenta,& velut capillofa,& aliquid rafuræ habens,mortem fignificat.

C

De *fpleniticis.* CAP. CCCXXI.

Spleniticorum vrina rufa, vel nigra intemperata, & tenuis,periculum venturum oftendit. Vrina lucida nimis,bonum fignum fignificat, quæ fi cum nebulis fuerit,quafi conglobatione inftanti, bona imminentia oftendit.

De *ictericis.* CAP. CCCXXII.

Ictericorum vrina intemperata etiam vt fupra, protractionem in longum tempus fignificat. Vrina rufa, & fpiffa plurimùm egefta, fanitatem,& folutionem ventris promittit.

De *hydropicis.* CAP. CCCXXIII.

Hydropicorum vrina intemperata,& pauca, & rufa quando fuerit,mortem enuntiat.

D

De *Iliacis.* CAP. CCCXXIIII.

Qui dolorem patiuntur ilis,pulfus eft denfus: & fi ad periculum veniunt,fit eis pulfus mitior.

De *ijs,qui in renibus patiuntur.* CAP. CCCXXV.

Iis,qui in renibus patiuntur, pulfus pigrior in vna manu, maior ac vehemens, plenus, vel ficcus, aut celer inuenitur. In altera verò manu pulfus inuenitur paruus,aut imbecillis,aut inanis, difpari tempore refpondens.

De *nephriticis.* CAP. CCCXXVI.

Nephriticorum pulfus laffus. Vrina in his rufa fi fuerit,non bonum fignificat:fi caufa in peius protrahit. Vrina in his fpiffa,& calor velut fperma hominis,mortem fignificat. Vrina vinofa,augmentum doloris fignificat.

De

De apostematibus. CAP. CCCXXVII.

QVi eruptionem patiuntur apostematum, his pulsus est spissus, qui neque in declinatione, neque in augmento mutatur.

De hulceratione renum. CAP. CCCXXVIII.

IIs, qui renum hulcerationem habent, vrina spissa apparet, habens velut carnes supernatantes, nimium dolorem ventris significat.

De scabie. CAP. CCCXXIX.

SCabiem in vesica habentibus vrina si spissa apparet cum furfuribus supernatantibus, dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa, & plurimū egesta, & velut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus, aut initiū calculi in proximo venturum ostendit.

De ischiadicis. CAP. CCCXXX.

ISchiadicorum vrina sanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem si venerit, acriorem dolorem venturum ostendit.

De arthriticis. CAP. CCCXXXI.

ARtithricorum vrina sanguinea, & tenuis, nimios labores venturos indicat. Vrina rubra, & nebulosa, dolorem cessare significat.

De opisthotonicis, & emprosthotonicis.

CAP. CCCXXXII.

OPisthotonicis, & emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urinæ. CAP. CCCXXXIII.

IN omnibus his infirmitatibus, id est, phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripleumonia, paralysi, cholica, dysenteria, si vrina rubra fuerit, mortē significat. In phrenitica verò, vel pleuritica, synocha, causo, tertiana, si vrina alba fuerit, aut subliuida mortē significat. Vrina alba sine febribus, in masculis, siue fœminis, dolorē laterum, & aliquādo renū significat: & prægnantē fœminam significat aliquātulùm. Vrina asterica, id est, habens quasi stellas, vbi fœmina est, multum dolorem stomachi, grauitatémve capitis, masculis, scapularum dolorem significat. Vrina si superiùs claritatem habuerit, & inferiùs nebulosa, & subliuida fuerit, dolorē renum significat, & coxæ, & genu, & superiùs stomachi. Vrina si superiùs fuerit subnigra, & plena, & inferiùs claritatem habuerit, inferiùs dolorem renum, & superiùs grauitatem capitis, obturationem aurium, & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba, & nuda in omnibus debilitatem, & frigiditatem significat corporis. Vrina alba, & pinguedinosa, vel iumentina, dolorem renum significat, & vesicæ, & capitis aliquantulùm. Qui sæpius ad vrinam vadit, infrigidationem vesicæ significat. Qui patitur vitium hepatis, vrinam rubram, & obscurā habet. Vrina pulmonis pinguedinosa, & alba, peripleumoniam significat. Si vrina spumosa superiùs fuerit, significat stomachi vētositatem: & aliquādo desideriū veneris, & tussim, & frigiditatē.

De febribus maioribus. CAP. CCCXXXIIII.

VRina quasi ignea, significat tertianam. Vrina sanguinea, synochū causon significat. Vrina sanguinea, & obscura, causon significat. Vrina de pleuritide quasi fæx est. Iuuenes rarò moriuntur inde, & senes rarò euadunt: sed qui quarta die solutionem habuerint, non euadunt. Vrina in febribus rosea, & obscura, phrenitin significat. De synocho enim incidit homo in phrenitin. Si fœmina habuerit vrinam velut iumento similem, dolorem vuluæ, & matricis, & febrem significat. Cura fœminarum hæc est, si doluerit vulua, post balneum accipiat triferam magnā, & serò mittat scrup. ij. de eadem in vulua.

De uulneribus sanandis. CAP. CCCXXXV.

A MIstura ad vulnera sananda. Recipe pilosellā pro hulcere, saluiam pro paralysi, violam pro dolore, agrimoniam ad curandum, hederam terrestrem ad sanandum, melangiam ad aperiendum, opopanacem, ne contrarii sint sibi cibi, tenericulam pro pleuritide, dictamum, quæ etiam irrationabilibus subuenit, morsus serpentum curat, betonicam pro febre, quinquefolia pro expellendo sanguine, vel pure: ad constringendum plantaginem, ad consolidandum consolidam, eiecta pilosella, & melangia.

Mistura perfectißima ad plagam.

CAP. CCCXXXVI.

REcipe buglum, id est, herbā venti maiorem, id est, consolidam, fœniculum, peplium, vel pimpinellā, pindemontis.

Emplastrum ad uomitum restringendum.

B CAP. CCCXXXVII.

REcipe masticheś, cymini, añ. vnc. j. baccarum lauri vnc. j. tere, & cum succo rutæ collige, & super stomachum pone, & miraberis effectū. Ad idem. Zingiberis vnc. iij. pinse, confice cum melle, in stomacho pone, statim stringit.

Emplastrum ab febrem. CAP. CCCXXXVIII.

TOlle radices raphani, & frige cum melle, & fac indetentam, & mitte intus, posteà tolle agrimoniā, & pinse: et fac emplastrum, et superpone. Si vis scrofulas absque plaga curare, pone super eas corticem nucis valde pinsitam, et post ij. vel iij. dies aufer, et pone ibidem nepitam herbam, tunsam: et post iij. dies tolle, et impone sanguisugas, et sanabitur.

Emplastrum barbaræ, quod facit ad omnia uulnera recentia, propriè autem neruorum, & musculorū contusiones, & laxata intumescere non patitur, articulos incisos iungit, & omnium hominum periculosißima sanat mirificè, interius prius iniectum, posteà extra appositum plagas ueteres, & fistulas sanat, uel consolidat. C CAP. CCCXXXIX.

REcipe ceræ, resinæ frixæ, picis frixi, bituminis, omniū añ. drac. iiij. opopanacis, aluminis, et vitreoli, croci, gallæ omphacinæ, olei veteris, añ. vnc. ij. cerusæ, mamnæ thuris, aluminis scissi, æruginis cāpanæ, omniū añ. vnc. iiij. cōfice sic puluerē. Terēda cū sufficiēti aceto in mortario sine intermissione tere, solubilia cum oleo et cera soluta medicamini adde, et sufficienter commisce: quando autem commistum fuerit compositis magdaliunculis conde, et vsui reserua.

Ad ficum. CAP. CCCXL.

PVluerem radicis philipendulæ, id est, sisalidos, dabis patienti interiùs, et exteriùs superpone.

Medicamen ad dolorem dentium. CAP. CCCXLI.

D SVcco hederæ terraneæ, aut herbæ in aure misso, in ea parte, qua dolor est, statim mitigatur dolor. Ad idem. Senecionis succus in aure eiusdem partis missus, mirabiliter tollit dolorem. Ad idem. Succus herbæ calendulæ per nares eius partis missus, quæ dolet, dentes putridos excutit, et dolorem sedat.

Fumigium ad destillationem uuulæ, & ad rheumatismum faucium. CAP. CCCXLII.

REcipe styracis, ficuum pinguium, florum amygdalarū, hyoscyami seminis, omniū quatuor vnc. vij. fac sic: hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficubus, et styrace diu terendo commisce, et in trochiscos informa: quandóq; opus fuerit, positos super carbones lentisci, vt traiectorium superimpone, et patiens ore aperto fumū accipiat, donec sustinere præualet, & hoc ter in die faciat, mane, & meridie, & vesperi, & interpositis

fitis tribus diebus,aut quinque,iterum, atque iterum faciat,donec fanus erit. Accipe auripigmentum, & diu tere,vt multùm tenuis puluis inde fiat, & album oui,& mifce cum prædicto puluere: quibus bene miftis, accipe pannum fubtiliffimű,& infice in illo mifto, ita quòd totum abforbeatur ab illo panno, poftea pone ad folẽ vt bene ficcetur: poftea incide pannũ, & recipe frufta ad minus demum vfque ad ix.dies. ponat vnum fruftũ fuper prunas pofitas in tegula, & inueniat infundibulum, mittatque fuper pannum,fumum,qui inde exhalauerit,per canellam infundibuli in ore recipiat.

Ad guttam probatiſsimũ experimentũ. CAP. CCCXLIII.

ACcipe cornu cerui,& incide per partes, quas incifas pone in lebete cum vino albo,& tandiu fac bullire, quòd folummodo fexta pars vini remaneat, & fic cornu proiice,& vinum in pyxide repone,quod coagulabitur,& de illo loca dolentia perunge. Ad idem. Accipe nouem folia laurus,& pone vnum in veru, poftea lardi fruftum,& fic facias pro vnoquoque folio vnum fruftum lardi,quibus pofitis accende, & guttas lardi in parophide collige,& loca dolentia perunge.

Ad ficum deſtruendum. CAP. CCCXLIIII.

ACcipe puluerem herbæ capilli veneris,& cæpæ, & ariftolochiam rotundam, appone fuper ipfum,& fine dubio deftruitur.

Ad hominẽ loqui impotẽtẽ propter phrenitin. CAP. CCCLXV.

ACcipe lapillum de oche, & bene tere,& puluerem cũ aqua tepida tribue, & fine dubio liberabitur.

CLAVDIO GALENO Adfcriptus Liber De Spermate.

ARGVMENTA CAPITVM Libri fequentis.

CAPVT I.

SPERMA hominis defcendit ex omni corporis humore, qui fit ex fubtiliori natura quatuor humorum. Hoc autem fperma habet neruos,& venas proprias, attrahẽtes fe à toto corpore ad tefticulos: qui nerui, & venæ, ex fricationis calefactione viri & mulieris emittunt illud, ficut ex collifione ferri & petræ elicitur ignis. Et hi nerui & venæ diuerfi fũt à neruis & venis vrinæ. Vrina enim fuos proprios meatus habet,& iftud fuos. Sperma viri fortius eft,& calidius muliebri, muliebre verò, nutrimentum eft fpermatis virilis. Secundum igitur naturã fpermatis, vt ex fubtiliori natura quatuor humorum procreati,in coeundo emittitur completum & animatum, ac tunc fpermati muliebri affociatũ recipitur cũ quodam fpiritu in matrice,& ibi impinguefcit ex matricis calore & fométo, fpiritu per arterias fubtiles attracto. alius enim fpiritus eft ille, qui venit per arterias fubtiles,& fouet matricẽ exteriùs: alius eft, qui cũ vtroque fpermate in eam intrat: & ille fpiritus, qui exterior eft, nõ permittit exire fpiritũ interiorẽ, fed cõftringit eum ad fouẽdũ infantẽ,& calefaciẽdũ. Poftea verò venit in matricẽ quidã alius fpiritus exiftẽs ex fubtiliori natura fanguinis, qui iũgẽs fe fpermati, vertit illud in naturã carnalẽ per matricis calorẽ, ficut hepar vertit phlegma in fanguinẽ in duobus vafis, in quibus operatur fortiter operã fuã cũ virtute fellis. Nec mirũ fi hepar operatur illud fortiter cũ opera fellis: quia indiget magna opera, vt vertat illud, quod graue eft, in fanguinẽ: fpiritus verò, qui eft ex fubtiliori natura fanguinis non indiget tanta opera: leuiter enim vertitur in fanguinẽ per matricis calorẽ fperma, quòd ex fubtilioris fanguinis conftet natura. Quibus in fanguinem conuerfis, illa fubftantia incipit fufcipere figuram hominis per calorem naturæ, & vnaquaq; die in fui fomẽtum fanguinem attrahit,& in carnẽ vertit, crefcitq; in formatione hominis per naturalem fpiritum, propriam naturam fingulis dans membris, & fimilitudinem, fcilicet aliàs ex acutis acuta firmans, vt digitos, vel res acutas cum acutis, vt in iunctũris offium, & fic in cæteris. Priùs autem formantur humeri, ex quibus caput, & latera,

ra,& brachia,& tibia:ex lateribus renes:ex renibus coxæ:priùs simul iunctæ,& posteà vna formando separatur ab altera. Demum verò formantur nerui & venæ:& post hæc interior natura semper mittit harmoniam suã ad nutrimentum totius corporis,intus & extrà. Intestina verò ex spiritu efficiuntur, & expletis diebus triginta apparet masculi figura, fœminæ verò figura peractis diebus quadraginta. Figura itaque humana peracta crescit infans, impinguescit : & tunc aperitur os, incipiúntque ossa crassescere ex calore veniente à matrice per spiritum naturalem. Hic enim calor habet virtutem confirmandi totum corpus. Fiunt autem ossa ex quatuor humoribus, principaliter tamen ex grauiori sanguinis natura. purgat enim sanguinem. Medullam verò ex subtiliori natura illius grauedinis. Ossa acuuntur in compositione digitorum, manuum, & pedum,& peractis mensibus tribus, in masculo venæ incipiunt exire inguinum constitutionem : in fœmina verò post tres menses. Et déinceps mouetur infans in vtero:& sanguis menstruus,qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris augetur,vel efficitur, agitatur in corpore,volẽs exire:& subtilitate sua per poros, quos aperit,venit in mamillas, vbi ex earũ colore & humiditate mutatur in album,& dulce: sed maior pars illius menstrui descendit in matricem ad nutriendum infantem. Quod autem infans ex sanguine ad matricem descendente nutriatur, qui emitti solet menstruo tempore ante conceptum,testatur Hippocrates sic: Vidi fœminam prægnãtem minuisse sanguinem per brachium, & in tertia die abortum emisisse. Viri autem menstrua ideo nõ patiuntur,quia poros habẽt, per quos sanguis ille tendens vertitur in pilos, quod patet in brachiis,& pedibus,& in cæteris partibus. Spiritus quoque per os & nares fortiores emittunt,quã fœminæ,per quæ exiccantur humores illius sanguinis,qui per sudorem emittuntur. Sicut enim aqua exiccatur in vase ex ignis calore,& per fumum emittitur,sic ille sanguis à suo proprio calore exiccatus,fumum ex se generat,qui per os & nares exit,pilósque, & sudorem,qui per poros subtiles exeunt:fœmina verò non tantum. Non enim tanti caloris est.

De natura pueri secũdum quantitatẽ, & qualitatem matricis, & spermatis.

CAPVT II.

QVntitas autem infantis formatur ex quãtitate matricis hoc modo: si matrix lõga & stricta fuerit,longus,& gracilis puer erit,& sic in cæteris. Sunt autem in matrice spermatis receptacula septem, & tot creantur pueri,in quot ex illis ceciderit sperma. In dextram matricis partem si sperma cadet, masculus fiet infans :illhic enim calor & humiditas per hepar,calor & siccitas ex felle vigent. Si autem sperma viri debile spermati mulieris fortiori associatũ illhuc venerit, infans licet masculus,muliebris tamẽ est fragilitate membrorum,& animi,& moribus. Potéstque fieri etiam ex prædicta spermatis viri fragilitate cum forti mulieris spermate infans vtriusque sexus. Si autem sperma in sinistram matricis partem cadet, fit fœmina,ex splenis,& phlegmatis qualitatibus. Et si sperma virile præualet,fit virilis, ac fortis fœmina, quandoque pilos agranones habens: potéstque, vt diximus suprà de virili,fœmineum sperma hoc similiter nimis fragile vtriusque sexus infantẽ reddere. Et nota quòd si sperma viri forte sit,masculus est,si debile fœmina. Et fœtus ligatur in vmbilico matris:& per eundem locum recipit nutrimentum dum est in matrice,& non per os. Vmbilicus enim fœtus vmbilico matris continuatur.

A

De alteratione sanguinis, aliorúmque humorum in spermate. CAP. III.

ORgana spermatis sunt arteriæ,& venæ, in quibus sanguis vertitur in sperma hoc modo: Sicut enim in mamillis mulierum per quandam decoctionem sanguis in lac vertitur, sic & in arteriis, & venis ad nutrimentum earum vertitur sanguis in calidam & humidã substantiam, phlegmatis habentem figuram,& nutriendo venas & arterias vertitur illa substantia in sperma, quod mox in caput ascendit cum magna venarum & pororum subtilitate. Et déinde descendit per duas venas,& duas arterias ad testiculos. Solet autem contingere quòd sperma descendens à capite poros narium, & auriũ obturat ita,vt vitalis flatus exire inde, vel introire nequeat. Sperma retentum præter naturam,idẽ
B operatur quod venenum,crescénsque in venis,& arteriis suis,dum nequit descendere in sanguinis massam, nimiam generat passionem in faucibus quandam : quæ Græcè λυκοειδὴς dicitur, Latinè lupus,id est, strangulator. Quòd autem sperma principaliter ex sanguine, secundariò ex aliis humoribus efficiatur, hac ratione probatur,quia in multo coitu spermate deficiente sanguis emittitur. Si verò sperma à capite descendens nõ impeditur, venit ad testiculos, ad vnum per venam vnam, & arteriam, ad alium per arteriam, & venam alteram.

De testiculorum compositione.

CAP. IIII.

TEsticuli verò, quatuor habent panniculos, quorũ duo calorem & humorem habent, alii duo habent acutionem, quæ acutio sperma adiuuaret: habent qua-
C tuor vasa etiã, id est, suprà dictas venas,& arterias, quatuor seminaria,quorum duo ex recto semine,alia duo sunt adenes,quæ sunt attrahẽtia, & purgantia sperma. Solet nãque cum vero spermate descendere aquosum phlegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur vel dormiẽdo,vel vigilando:quod semper liquefit:ex quo liquore acuto testiculi magnum pruritum, & ardorem recipiunt,vnde generatur voluntas coeundi. Habent etiam testiculi neruos duos pendentes,& descendentes à principali osse colli,& fundamẽto corporis,per dorsum & renes,qui nerui alios habent neruos coniunctos aliis ossibus totius corporis. Notandũ autem est,quòd vna vena est propria spermatis, vacua ab aliis, quæ recipit id sperma à quatuor aliis venis, illæ verò recipiunt ab aliis venientibus ab omnibus partibus corporis,& ab omnibus ossibus medullam habentibus, quæ
D vena ducit illud sperma ad caput, vt suprà dictum est, quarum quatuor prædictarum venarum talis est natura: vna est iuxta renes,altera est iuxta cor, & stomachum,tertia in pectore,& extenditur iuxta pulmonẽ, quarta est prope formositatem hepatis, in quo est potestas sanguinis, vnde diffunditur per totum corpus: ex cuius superfluitate nascuntur spasmus, apoplexia, diaphragmatis apostemata multimoda, & multæ aliæ passiones. In pectore verò est potestas phlegmatis, vnde diffunditur per totum corpus, ex superfluitate cuius fit asthma. Primum enim asthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonem: secundum verò fit ex fumositate phlegmatis ad caput ascendente, & inde ad pulmonem redeunte:& apostema diaphragmatis, & apostema multi generis,& aliæ passiones contrariæ musculis pectoris: qui sunt organa spiritus, quem ad se trahit pulmo, & à se remittit: & omnibus corde verbum

commit

committentibus,& multæ aliæ paſsiones. Cholera enim poteſtatem habet ſuam in renibus, vnde decurrit per totum corpus:ex eius ſuperfluitate naſcuntur paſsiones in renibus, & petra. Sperma etiam inuiſcatum, & dolor in renibus generatur: & in veretro, ideóque aliquando non poteſt tenere vrinam, vel non poteſt emittere, & in omnibus neruis vſq; ad pedem patitur. Renum etiam ſiccatio inde prouenit. Vnde ſi cum muliere iacuerit, poſt patitur ſolutionem ſimilem debili ſpermati ſuper renes, & generatur apoſtema:ex quo aliquando procreantur vermes, & ſimilia.

De domiciliis humorum ſperma deſcendens alterantibus. CAP. V.

HAbent autem præfati humores proprias ſedes, & ab illis diuerſas, de quibus diximus, in quibus ſuas habent poteſtates. Propria enim ſanguinis ſedes eſt hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel, choleræ nigræ ſplen. Ex poteſtate choleræ rubræ, quæ habetur in ſtomacho, quædam fumoſitas ad caput aſcendit generans ibi dolores, diaphragmatis apoſtemata, & alias paſsiones. Inde etiam deſcendit catarrhus ad pulmonem, vnde naſcitur aſthma, & phthiſis, & puſtulæ in pulmone. Quando autem ſperma deſcendit à capite, & ſuſcipitur à duabus venis, & à duabus arteriis ſuprà dictis, ducentibus illud ad teſticulos, antè, quam ad teſticulos perueniat, deſcendit per loca illa, in quibus ſuprà dicti humores ſuam exercent poteſtatem, & ibi accipit naturam humoris ibi manentis. In hepate fit calidum & humidum, in pectore mutatur in frigidum & humidum, in corde & ſtomacho in calidum & ſiccum, in renibus in frigidum & ſiccum. Sic ergo ſperma quatuor humorum qualitatibus formatum in renibus, deſcendit in teſticulos, ibíque mundatum, & completum recipitur à matrice mulieris: ſicque homo ex quatuor conſtat humoribus. In coitu igitur, cuius ſperma ſuperabundat, illi ſimilis infans procreatur. Similis matri etiam hac cauſa fit, quia ſperma eius eſt nutrimentum ſpermatis viri. Aliquando tamen vno ſuperante humore non eſt ſimilis illi infans, cuius eſt ſperma: nam alii humores debilitantur propter ſuperfluitatem alterius. Aliquando enim ſanis genitoribus ſtrabo infans, vel claudus, vel naſo torto naſcitur: propter ſuperfluitatem humorum, vel minutionē: quia quam poteſtatem habet ſperma in loco ſuo, eandem habet natura in matrice. Item genitorum quolibet paſsione aliqua occupato, infans ſimilem trahit qualitatem. Et aliquando ex lacte matris. Sicut enim ſperma viri habet poteſtatem in toto corpore, ita natura poteſtatem habet in matrice. Sicut enim ſanguis, ex cuius ſubtilitate omnium fit ſperma, habet poteſtatem eundi per corpus, ita & ſperma, quod inde fit, habet poteſtatem excundi ſine voluntate hominis vniuerſaliter, dormiēdo, vel vigilando. Sicut enim natura corporis ſequēdo quatuor mutationes in die, mutat corpus ſecundum illas, ſic natura mutat ſperma in matrice ſecundum eaſdem mutationes. Natura humani corporis propriè dicitur ſubtilitas fumoſitatis principaliter ſanguinis, ſecundariò aliorum humorum, & etiam aeris agentis, & commouentis ipſum ſanguinem in venis, & arteriis: quæ infixa in carne eſt temperamētum omnium membrorum, teſtante Hippocrate quòd natura eſt medius gradus in caliditate, & humiditate, & ſeptem materierum. Vnde venit quòd quidam ſunt cholerici, & quidam melancholici, quidam ſanguinei, quidam phlegmatici. Quod niſi eſſet, omnes eiuſdem eſſent naturæ, licet non ſemper. Aetas enim, vel diæta, ſeu aliud, naturas quandoque reprimit: ſicut qui eſt ſanguineus, naturaliter eſt ira-

Galen.

A cundus, tamen iram deponit à corde procedentem naturaliter, aliqua occaſione ſuperueniente. Sic ergo natura quieſcit, & mutatur, ſed eius proprietas eſt inconuertibilis: quia qui naturaliter eſt ſanguineus, iracundus eſt, iram tamen deponit. Sicut enim ignis priùs acuitur, & poſteà quieſcit, non tamen amittit naturam ſuam: ſic ille naturaliter priùs acuitur, & poſteà quieſcit, non tamen mutatur.

De natura pueri concepti in horis ſanguinis. CAP. VI.

IN tribus horis ſanguinis, ſperma conceptum à muliere in ſanguinis mutatur naturam & informatur: homo inde editus ruber eſt: ſupercilia eius grauia: venæ temporum graues, & plenæ: oculi ſanguinei, nebuloſi, paſsionibus ſemper abundantes: facies rubra, labia tenera, gingiuæ ſanguineæ: ſæpe fluit ſanguis à naribus: B guttur ſanguine impeditur: inde vox grauis, rauca, debilis: os, dentes, guttur, & caput ſæpe dolent: capilli tendunt in rubedinem: ambulatio moderata: paſsiones ex rheumate ſanguinis, & ſynochus, & alia ex ſanguine procedentia.

De natura pueri concepti in horis choleræ rubræ. CAP. VII.

IN horis choleræ rubræ conceptus, rubens, & citrinus, & capilli: venæ craſſæ, latæ, & plenæ, & citrinæ: color citrinus, aliquando viridis: guttur, & os, & ſputum, amara ſemper, & ſicca: genua, crura, pedes, & oſſa dolent, rheuma ſiccum per corpus ſæpe currit totum: inde naſcuntur gutta, paſsiones ventris, dolores, vt dyſenteria, tranſuerſio ventris, lienteria: fiunt in ſomnis pauor, in fronte dolor, ambulatio acuta.

C *De natura pueri concepti in horis phlegmatis.* CAP. VIII.

SI verò in hora phlegmatis concipitur, albus, ſed ſæpe pallidus, oculi craſsi, delati, aliquando ſimiles oculis accipitris: palpebræ graues, capilli flaui: vox grauis, craſſa: grauiter dormit, & ſæpe ſtertit: os abundat phlegmate, ambulatio grauis: paſsiones, nimia tuſsis, amphimerina, aſthma, apoſtemata articulis, nephropoma, colica, voluntas vomendi aliquādo, quartana, paralyſis, ſolutio naturalis, & alia ex phlegmate procedētia.

De natura pueri concepti in horis choleræ nigræ. CAP. IX.

SI in horis choleræ nigræ, vultus niger, partim albus, oculi nigri, ſicci, acuti: capilli nigri: vox ſubtilis, non alta. Riſor propter ſplenem, à quo procedit riſus: ambulatio acuta, non audax: paſsiones, quartanæ, quotidianæ, D mania, mentis obliuio, cardiaca, id eſt, verberatio cordis, nephropoma, id eſt, renum dolor, paralyſis, phantaſiæ, ſtupor mentis, omnis oſsium harmonia ſibi dolet, & alia, quæ ex cholera nigra contingunt.

De natura humana, cur cunctis ſit agilior. CAP. X.

PErſcrutati ſunt philoſophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur, vt de ſanguine fiant ſanguinea, de phlegmate phlegmatica, ſecundum horas, ſigna, planetas, & in aliis: quod ſic ſoluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia prēditum eſſe neceſſarium eſt, vt facilè addiſcat omnem, ad quæ anima intendit, phantaſiam. Homo enim theologus in virtute ſapientiæ cum vi rationis ſuæ ad vniuerſalita-

tem progreditur: & ideo corpus subtile, & agile susci- pit, vt facilè rationem speculatricem sequatur, & imaginetur omnia: sic denique fit perfectum hominis organum in theorica, & practica: itaque multa sua agilitate ex humoribus, quando concipitur, in ipsorum proprietates transfertur, & ex planetarum, atque signorum operatione existente varias sortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non sic mutatur: sed tamen ex prima illorum eis in dicta proprietate omnia vnius complexionis sunt: nam breuis numerus est ei collatus. Vnde cùm vnus sit velox, alter piger, alius paruus, alius magnus, & in hunc modum, eiusdem tamen complexionis sunt semper. Si enim ita ad plenum sequeretur numerus, vt homines aliis alii præessent & stultitia, & prudétia, cæterísque intelligentiis, neque sicut in hominibus hora præualet materiæ spermatis eorum, vt conuertat illud, & firmet in humorum proprietates, quibus horæ illæ deputatæ sunt, sed extra infirmitas & natura spermatis eorum trahit vim, & dominium humorum in sui materiam: quia adeò fixum, & inconuertibile est sperma eorum, vt nunquàm omne, sed aliquando ex parte mutari contingat: quod in omnibus certum est: quia in tantum agile & conuertibile eorum sperma est, vt vis horarum, & dominium humorum potiùs præualeat spermati ad illud commutãdum, quàm vis spermatis illius. Nam & si in singulis horis ternis singuli dominentur humores in vnoquoque homine, horæ tamen illius semper præualet vis, in cuius horis natus est. Nam ex debilitate spermatis aliquando contingit vt minùs vigeat in homine vis humoris, in cuius horis natus est.

De immortali substantia, qualiter visibili & mortali copuletur. CAP. XI.

PErscrutati sunt alii philosophi Porphyrici quomodo substantia incorporea possit vel esse vel iungi in substantia mortali: sed non sicut quatuor elementa cõiunguntur in constitutione alicuius substantiæ, sed animæ spiritualis virtus sensuum corporis, qui sunt virtus corporis, iungitur verbum: & etiam hoc causa non est extranea à cognitione quòd substantia incorporea sit humiliata ad constitutionem alterius substantiæ: post cuius completionem illa substantia tenet se in sua proprietate: & eius differentia semper similiter fit per se: & eius altitudo nunquàm est accidentalis, sicut altitudo illius substantiæ, quam complet: & eius differentia diffinit omnem accidentalem differentiam corpoream: & nulla differentia accidẽtalis potest esse firma in sua substantia. Hoc dicit Porphyrius ad ostensionem coniunctionis animę cum corpore: & per hoc affirmat verbum Dei in sapientia hominis esse: ad quod ostendendum fecit Isagogas, in quibus ostendit differentias animæ firmas, & immortales, & differentias corporis esse mortales.

De spiritu quid sit: & qualiter operetur in tota parte. CAP. XII.

SPermatici spiritus virtutes sunt tres: quarum prima est necessitas: secunda virtus: tertia organum. Necessitatis duo sunt opera: nam & calorem custodit, & spiritum animalem nutrit: virtus verò est complementum: organum verò discernit omnia ex opere animæ: spiritus autem ille, cuius origo est à corde, porrigit se per arterias, & venas, dans in venis sanguinẽ, mutando se in calorem naturalem, & spiritualem vitam. Fumus autem progrediens ex calore sanguinis, est nutrimentum ipsi spiritui: qui fumus spiritualis mittit se à venis in arte-

A rias, existens animatio totius corporis, & nutrimentum: quæ partim vertitur in carnẽ, & partim per poros mittitur ad procreationem pilorum. Nec solùm est fumus sanguinis, imò habet admistam sibi subtilitatem spiritus, decurrens per totum corpus. Sanguis purgatur per hepar: spiritus verò in arteriis clarificatur ex fumo caloris à corde veniẽtis: cuius clarior pars ascẽdit per quasdam arterias ad caput: & ibi de secundario clarificatur per calorem sursum procedentem à corde: & clarificatus vadit per duas arterias in neruos, qui sunt harmonia trium ventriculorum capitis vsque ad animam, cui ex nimia subtilitate sui connexa est anima: per quam anima ministrat phantasiam suam harmoniæ totius corporis, & harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, & alii cõplures, quòd ille spiritus est corporeus: & ipse idem est anima, hac ratione, quòd ministrando phantasiam sensibus, & sensus corpori, findens

B se per poros dat corpori sensum. Hinc etiam accidẽtalis probatur esse, quia harmonia capitis eo consumpto necessariò trahit alium spiritum per easdem arterias ad nutrimentum animæ: quia si substantialiter inesset, non esset opus alium attrahi. Vnde per hunc & ipsa anima corporea probatur. Porphyrius nõ cõsiderat quidem animam, sed considerat spiritum animatum rationalem, ostendens spiritum hunc in Isagogis corporeum esse ad opus animæ, non ipsam animam. Sed Socrates, Plato, Aristoteles, & Theodorus Platonicus, & Andronicus Peripateticus, & Porphyrius, & alii complures vnanimiter affirmant, quòd nec corporea est, nec lege loci tenetur, nec scinditur: quia cùm totum corpus virtute sui illuminet ad quælibet exteriora progressa, non tamen in substantia sua aliquam scissionem patitur: & sicut aër sole illuminatur, sic corpus anima: et sicut aër per Solis

C lumen primam omnium rerum confert oculis intelligentiam, sic anima corporis harmoniæ per spiritualem suæ sapientiæ lucem, et primam, et secundam intelligẽtiam confert: et sicut lux Solis, quę incorporea est, suum complens effectum, nullam patitur diuisionem, sic et anima. Sicut etiam lumen Solis, quod incorporeum est, separatur ab aere, et ab omni intelligentia oculorum sine corruptione, sic anima, quæ incorporea est, separatur sine corruptione à corpore. Empernomos philosophus dicit non esse mirum, animam, quæ est substantia incorporea, posse separari à corpore, cùm ignis, qui est substantia corporea possit separari à lignis, quibus est iunctus, et reuerti in primam, et propriam naturam sine sui corruptione. Sicut etiam Solis lumen illustrandum hominibus sola vi vtitur sua, non indigens vi alterius, quæ attrahat quasi ad complemẽtum prioris vir-

D tutis, sic et anima. Dicit Aristoteles in physica esse quinque partes animæ, phyticon, id est, nutricem, æstheticon, id est, sensualem, cineticon cata topon, id est, vim ad omnia loca progrediendi, noeticon, id est, rationem. Anima enim quoniã generatur à natura corporis, cum natura ipsius corporis vadit ad quatuor elementa: inde ad substantias inanimatas, vt ad lapides, ferrum, aurum, propter nutrimentum: inde ad arbores, dehinc ad bestias, inde ad homines. Quemadmodum enim aqua diuiditur in partes, quæ posteà redeunt ad hominem: qui si bonus, et purus sit, eius anima in cælum clara redit. Sed Porphyrius non consentiens Aristoteli, dicit quòd nulla harum partium separatur à substantia animæ, cùm omnes physici dicant animam nouam de cælo immitti, & associari spermati in matrice, vel puero priùs formato: vnde si malus fuerit homo, vadit in bestiam, et inde redit ad hominem, à quo si bonus fuerit, vadit in glo- riam.

riam. Porphyrius verò negans hæc omnia, dicit animam potiùs de beſtia in beſtiam ire, de homine in hominem, deinde in cælum.

De natura pueri ſecundum horas humorum.

CAP. XIII.

NOtandum autem eſt, ſperma non ſemper animatum ab homine venire in matricem: ſed tunc tantùm, quando à Deo ſtatutum eſt gigni infantem: & tunc anima ſociatur ſpermati. Stoici dicebant animas quotidie creari: & corpori priùs in matrice compoſito immitti: & omne corpus nouum, & temporaliter creatum, eſſe mortale. Porphyrius renuit, oſtendens ſic opus Dei eſſe debile: cùm ſit neceſſe quotidie creari. Sed ſciẽdum nobis eſt quòd animæ ſemper ſuam vitam firmam habent, & ſtabilem ab initio: & ſic non eſt opus Deo facere nouas vnaquaque hora. Dicit Hippocrates quòd ſi mulier recipit ſperma in prima, vel in ſecunda, vel tertia hora noctis, vel diei, infans contrahit proprietates ſanguinis, quia horæ ſunt eius: ſi in quarta, quinta, ſexta, choleræ rubræ: ſi in ſeptima, octaua, nona, phlegmatis: ſi decima, vndecima, duodecima, choleræ nigræ. Quòd ſi in ſiniſtra parte matricis in horis ſanguinis cõceptus maneat, pater verò & mater in horis choleræ rubræ cõcepti fuerint, non trahit infans figuram ex cholera rubra patris, ac matris, propter fragilitatem ſiniſtræ partis: & habet cauſas paſsionum ex phlegmate, vel à cholera nigra plus quàm ex cholera rubra: non tamen tanti acuminis, quantum ſi eſſet in dextra parte: licet autem in iſta parte ſit virtus choleræ nigræ, & propter fragilitatem eius ſit virtus phlegmatis ibi, tamẽ infans à ſanguine ſuarum ſumit initium paſsionum. Si verò in dextra parte ſit conceptus in horis ſanguinis, pater verò, & mater in horis choleræ rubræ, licet plus retineat figuram à patre, & à matre ex cholera rubra, quàm ex ſanguine, tamen retinet proprietatem paſsionum à ſuo principio, id eſt, ex ſanguine: quæ paſsiones ſunt hæ: ſynochus, pleuritis, ſpaſmus, apoſtemata, cauſus, & aliæ paſsiones huiuſmodi: habet etiã ſanguis acutionẽ à cholera rubra. Si infans cõceptus eſt in horis choleræ rubrę, & genitores in horis ſanguinis, ex his trahit figurã: magis tamen à ſuis, à quibus proprietatem paſsionum retinet: quæ ſunt febris acuta, tertiana, ſynochus, dyſenteria, cephalalgia, phrenitis, icteritia, & ſimilia. Si verò in ſiniſtra conceptus ſit horis prædictis exiſtentibus ſuis & genitorum, puella magis retinet figuram ſanguinis à patre, & matre, quã ex natura choleræ rubræ. Frigiditas enim ſiniſtri lateris ſuperat proprietates paſsionum: tamen inhærent ei choleræ rubræ: quæ propter frigiditatem minùs ſunt acutæ, quàm in dextra parte. Si verò in horis choleræ nigræ concepti ſunt pater & mater, & infans in ſiniſtra fit parte, ſi puella eſt, naturaliter melancholica eſt, vel paralytica, ſplenitica, quartanaria, epileptica, ſtulta, et iners: ſimilis eſt etiam patri et matri: nec alio modo poteſt temperari natura eius. Si verò ſperma eſt in dextra, non ſemper, nec ita prędictas habebit paſsiones propter temperamẽtum caloris hepatis, & fellis, et quia hic calor accidentalis eſt ei, non poteſt prorſus pellere naturalia. Horæ autem choleræ nigræ, et cæterorum humorum determinantur per curſum planetarũ. Quòd ſi puella ſit concepta in horis choleræ nigræ, pater, & mater verò in horis phlegmatis, puella retinet figuram phlegmatis: magis tamen choleræ nigræ, et inde habet cauſas paſsionum. Si ſit in dextra, magis retinet figuram patris ex phlegmate temperato à ſanguine: ſed paſsionum proprietatem habet à cholera nigra non ita acutarum, propter calorem dextræ partis. Si conceptio

omnium ſit in horis phlegmatis, & ſperma ſit in ſiniſtra, puella eſt phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthiſica, cephalalgica, dolens in omni membro, dolẽs in renibus, in matrice, & ſimilia: et partim habet paſſiones à cholera nigra, propter affinitatem phlegmatis. Si verò ſit in dextra parte puer, eadem patietur, ſed temperatè, propter ſanguinem, & choleram rubram. Si pater, et mater concepti ſunt in horis phlegmatis, puella in horis ſanguinis, trahit à phlegmate, ſed non acutiùs, propter maiorem ſanguinis proprietatem. Si verò pater, et mater concepti ſunt in horis ſanguinis, et puella in horis phlegmatis, contrahit paſsiones à cholera rubra, et ſanguine æqualiter: magis tamen à phlegmate: quæ paſsiones temperantur per ſanguinem. Quòd ſi cõceptio ſit in horis ſanguinis, patris verò in horis phlegmatis, matris in horis choleræ nigræ, à ſanguine paſſionem ducit: et figuram, et partem à patre: nullam verò à matre figuram, ſed tamen debilitatem, et inertiam. Si in ſiniſtra eſt, plus à matre, minus à patre: proprietatem paſsionum à ſanguine, quæ propter frigiditatem ſiniſtrę non ſunt ita acutæ, ſicut in dextra eſſent. Quòd ſi puer conceptus ſit in horis choleræ nigræ, pater in horis choleræ rubræ, et mater in horis ſanguinis, partem figuræ retinet ex patre et matre, minorem partem ex cholera nigra: ſed maiorem partem paſsionum habet ex cholera rubra, minorem verò accidentaliter à ſanguine et cholera rubra, quæ paſsiones aliquantulum ſunt temperatæ. Si in ſiniſtra eſt puella, plus continet ex cholera nigra, minus enim à matre, nihil ex patre: paſsiones ducit ex cholera nigra, et ſunt acutæ. Quòd ſi pater et mater concepti ſunt in horis choleræ rubræ, et puer in horis ſanguinis, vel phlegmatis, plus retinet figuram patris à cholera rubra, mediocrem figuram à matre et minorem: paſsiones à cholera rubra, et ſunt temperatæ. Si pater et mater concepti ſunt in horis ſanguinis, puer in horis phlegmatis, et ſit in ſiniſtra, maiorem partem figuræ habet ex patre, mediocrem à matre, minorem à phlegmate, paſsiones à phlegmate et ſanguine. Si verò eſt in ſiniſtra, plus habet à cholera nigra, et phlegmate, minus à matre, nihil ex patre, paſsiones ex phlegmate et cholera nigra. Quòd ſi omnium conceptio eſt in horis ſanguinis, habet figuram à patre: et ſi ſperma matricis ſuperabundet, et ſit ſanum, tota eſt ex parte patris figura: paſsiones ſanguinis, et acutæ. Si conceptio omnium in prædictis ſit horis, et in ſiniſtra ſperma, et matris ſperma ſit debile, tunc filia maiorem partem figuræ retinet à matre, minorem ex cholera nigra. Si ſperma matris eſt debile, patris verò ſanum, et forte, totam figuram habet à patre, debilitatem verò corporis à matre: paſsiones à ſanguine, partim à cholera nigra accidentaliter. Si omnis conceptio eſt in horis choleræ rubræ, et ſperma patris eſt forte, et matris debile, totam figuram habet à patre: et ſperma matris eſt forte, et patris debile, æquam vtriuſque contrahit formam: et aliquantulùm tamen habet à cholera rubra, et paſsiones acutas. Et ſi tunc fuerit in ſiniſtra, partem figuræ habet à cholera, et tantundem ab vtroque, paſsiones verò à cholera rubra. Si verò ſperma patris ſanum eſt, matris verò debile, figuram habet vtriuſque: ſi vtrunque debile, totam figuram habet à phlegmate, parum à ſanguine, et cholera rubra: et ſi tunc in ſiniſtra fuerit, parum habet ab vtroque, ſcilicet partim à cholera nigra, et phlegmate: plus à cholera nigra propter frigiditatem illius partis. Quòd ſi æqualia ſint, et ſana, ab vtroque continet figuram æqualiter: parũ verò à cholera nigra, et accidentaliter. Quòd ſi ſperma abundet, et ſanum ſit,

plus habet à matre,quàm à patre: paſsiones ex phlegmate. Quòd ſi conceptio omnium fuerit in horis choleræ nigræ,& vtrunque ſperma debile fuerit,ab vtroque partim figuram recipit:plus verò à cholera nigra,& aliquantulum à cholera rubra, & ſanguine accidentaliter. Si verò ſana fuerint,vtriuſque figuram retinet, parum à cholera nigra,& etiam à cholera rubra accidentaliter. Quòd ſi ſperma abundet matris , plus figuram habet à matre. Et ſi ſperma patris ſuperabundet,plus habet à patre,& à cholera nigra paſsiones:ſi ſana fuerit,vtriuſque figuram retinet,ſed plus à matre:& etiam ſi ſperma matris eſt ſanum, patris verò debile, habet figuram à matre, minus verò à patre. Si contrà eſt, æquam habet ab vtroque figuram:& cholera nigra. Si plus ſuperabundat materia,plus habet à matre, paſsiones à cholera nigra, plus, minus à phlegmate. Si ſperma omnium fuerit in matrice matris eorum in eiſdem horis,magnæ eloquentiæ erunt. Si pater & auus,infans, vel puer cõcepti ſunt in horis ſanguinis infantis, mater verò in horis phlegmatis,& ſperma matris ſuperet,ſed tamẽ debile,à neutro trahit figuram:quia illius ſperma minus eſt,huius verò debile eſt. Quando verò habet puer principium ab horis ſanguinis,ſicut auus eius, retinet ab eo figuram. Si pater fuderit ſemen in horis ſanguinis, mater verò cõcepta ſit in eiſdem horis,cuius ſperma fortius & ſanius ſit ſpermate viri debili , non capit figuram patris, quia ſperma eſt debile: ſperma verò mulieris fortius, & ſanius vertit ſperma viri in ſuam proprietatem, ſed poſteà ſuperueniente aliqua paſsione,vel phlegmate, vel cholera nigra,vel aliis humoribus,debilitatur figura matris: & ideò puer non potuit eius retinere figuram. Et quia auia eius pueri eſt concepta in hora ſanguinis: & ſicut puer,cuius ſperma reduxit ſperma viri ſui ad naturam, ſperma illud, quia eſt materia pueri acuens ſe in ſeptima,non potuit venire in figuram patris & matris , propter ſuprà dictas paſsiones, venit autem in figuram auiæ. Si verò fortius eſt ſperma aui ſpermate auiæ, tunc retinet figuram aui,ſi concepti fuerint in eiſdem horis: ideo puer exiſtens in tertio ab auo ſuo, vel auia, iuuamen habuerit ſuæ figuræ , & non à patre vel matre, qui ſunt in ſecundo loco, vel vtriuſque ſperma fuit debile: tamen quia opera planetarum ſemper ſolent miniſtrare proſperitatem ſecundum imparem vſum , vel diuerſitatem naturę ſecundum parem numerum. Si verò ſperma patris vel matris debile fuerit , tunc nec humores , nec ſecundus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo, vel auia : & hoc propter naturam , & vim loci, & horarum.

De conceptione pueri alterata à ſtellis,& non à parentibus. CAP. XIIII.

COntingit etiam aliquando infantem nulli parentum eſſe ſimilem:& hoc fieri per naturam planetarum. Naſcitur enim aliquando mutus , vel carens pedibus, manibus,oculis,&c. Philoſophi verò indubitanter aſſerunt,teſte Hippocrate,quod omnis ſubſtantia corporea animata iuncta ſit,& ligata in planetis, & ſignis,quatuórque elementorum nexibus. Et hoc approbo authoritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ, ſic dicentis, quòd Natanabus rex Aegyptiorum pater eius fecũdum opera planetarum cum matre ſua Olympiade concubuit:& per ſuam mathematicam & aſtronomicã rationem præcauit vt nõ cognoſceret eam , niſi in talibus horis,in quibus ex operatione planetarum & ſignorum figuram traheret, non ex patre vel matre. Conſiderauit enim propriè Solem venturum in Leonem,& Saturnum in Taurum , à quibus volebat filium ſuum naſciturũ

A figuram,& naturam principaliter retinere. A Leone igitur tenuit criſpitudinem capillorum, citrinum colorẽ, & toruum aſpectum,& vultum, iram, & robur. Et quia aquila retinet proprietatem à leone in hoc ſolo, quòd aquila altiùs volat cæteris auibus , & acutiùs videt, ideo Alexander habuit ex proprietate ſui ſigni oculũ vnum aquileum & naſum. Et vt ſol clarus eſt præ cæteris, & quando eſt in Leone fortior eſt: ſic ille toti Mundo dominatus eſt. Ex Tauro verò contraxit cornutam frontem,& corpus altum,& ferociam. Taurus enim terram ſindit ingenio ſimplici,& opere pio. Et quia draco habet proprietatẽ in ſigno Tauri , & magnitudine,& ſenſu,& draco ſupra habet dentes acutos , & alterum oculum,in ſimilitudinem draconis oculos habuit: & vt Saturnus altior eſt in omnibus planetis,& in humilitate,et ſubtilitate ſuperat opus cæterorũ planetarum, ſic Alexander totum orbem ſuperauit.

B *De natura duodecim ſignorum.* CAP. XV.

SCiendum itaque eſt de ſignis duodecim, tria eſſe calida,et ſicca. Aries enim calidus eſt in ſecundo gradu, ſiccus in tertio. Leo calidus eſt et ſiccus in quarto gradu. Sagittarius calidus in primo , ſiccus in ſecundo gradu. Alia tria ſunt frigida,et humida, ſcilicet Cancer, Scorpio,et Piſcis. Nam Cancer eſt lunæ ſedes. Scorpio humidus in primo, frigidus in ſecundo: Piſcis frigidus in primo,humidus in ſecundo gradu. Alia tria ſunt calida et humida. Gemini calidum eſt in ſecundo, humidum in primo: Libra calida eſt in primo , humida in ſecundo: Aquarius calidus in primo , humidus in ſecundo. Alia tria ſunt frigida et ſicca. Taurus frigidus in tertio,ſiccus in ſecundo. Capricornus frigidus in ſecundo,ſiccus in tertio. Virgo frigida in ſecundo, ſicca in tertio. Alii philoſophi dicunt quod Gemini ſunt calidi
C et ſicci in tertio gradu , et Virgo calida et humida in primo,et Sagittarius calidus et humidus in principio ſecundi , et Aquarius frigidus et ſiccus in tertio gradu. Aries , Leo, Sagittarius, ſunt orientales,calidi,ignei,et ſicci. Taurus, Virgo, Capricornus, ſunt terrei, frigidi,et ſicci,meridionales. Gemini, Libra, Aquarius, ſunt occidentales,aerei,calidi,et humidi. Cãcer, Scorpio, Piſcis, ſunt aquatici,frigidi,et humidi, ſeptentrionales.

De differentia ſeptem planetarum. CAP. XVI.

AB his omnibus ducunt elementa rerum naturas ſuas,et qualitates prædictas, et opera planetarum complentur,et perficiuntur per ſigna prædicta. Et quia elementa iuncta ſunt ſignis naturaliter, etiam ex elemẽtis conſtat omnis ſubſtantia corporea animata : ergo elementa opus recipiũt planetarum à ſignis, et illud attrahunt
D omni ſubſtantiæ animatæ corporeæ,et illud eſſe natura à ſignis habet:et aliud,id eſt, efficaciam,et operationes à planetis. Naturam enim dicimus in calore,et frigiditate,et cæteris:operationem verò in valetudine, pulchritudine,pigritia,velocitate, et ſimilibus quæ cõtingunt infantibus : etiam ſi non fuere in genitoribus. Multa enim de huiuſmodi materia dicturi ſumus, ſed in præſenti omittamus.

De alteratione ſignorum,& planetarum. CAP. XVII

QVatuor autem ſunt elementa,ac temporaneæ mutationes,quæ fiunt ſecundum curſum,et rationem ſignorum,et planetarum. Temporum quidem aliud eſt calidum et ſiccum, vt ęſtas:et hoc fit ex natura ſignorum eiuſdem complexionis, ſcilicet calida et ſicca. Aliud verò calidum et humidum, id eſt, ver, ſicut alia tria ſigna. Aliud frigidum et ſiccum ſcilicet autumnus ſecundum ſua

ſua tria ſigna. Aliud verò frigidum & humidum, ſcilicet hyems ſecundum ſua tria ſigna. Et vnumquodque tempus ſecundum naturam ſuorum ſignorum acuit, & mouet materiem elementorum, quæ ſibi eſt conueniẽs: quod tamen aliquando mutari ſolet. Nam cùm æſtas debeat eſſe calida & ſicca naturaliter, tamen eius calor minuitur & temperatur ex frigiditate, non ex ſua natura, ſed ſignorum. Nam ſi ex poteſtate Capricorni & planetæ eius generentur, ſeu creentur res alicuius anni, ex eorum frigiditate temperatur æſtatis calor, & ex illa frigiditate innaturali æſtatis currentis & contrariante, contrariæ naſcuntur paſsiones. Aeſtate verò tranſeunte venit autumnus, qui frigidus & ſiccus naturaliter eſt, ſed ex Capricorni natura, qui poteſtatem habet anni, vt diximus, ſuperuenit altera frigiditas, quæ auget frigiditatem, & ſiccitatem autumni: quæ res eſt contraria quatuor elementis in corpore exiſtentibus. Eſt enim in illo tempore maxima grauitas, & intemperies. Et ex affinitate autumni, qui nimis eſt frigidus & ſiccus, ſuperuenit hyemi magna intemperies, adeò vt ſuperetur in omnibus quatuor elementorum temperata natura. Putrefacta enim liqueſcit à ſua proprietate. Adueniente autem vere, quod eſt calidum & humidum, temperatur eius calor ex frigiditate Capricorni, atq; hyemis iam peractæ. Déinde calor veris & æſtatis contemperantur hyemis peractę, & Capricorni frigiditate, cuius poteſtas illo viget anno: ſicut vnumquodque ſignum ſuam habet poteſtatem ſecundum ſuam naturam, & mutationem ſuam. Et mouetur natura temporis anni illius, qui pertinet ad ſignum illud, & etiam per frigiditatem præfatam natura veris mutatur: qua mutata turbatur naturalis calor humanæ naturæ: & quæ priùs erat per frigiditatem hyemis & Capricorni, rupta, & putrefacta mouetur, & acuitur: & generantur paſsiones, quæ ſunt propriæ illorum temporum: quæ ſunt mortiferæ. Si verò ex poteſtate Læſionis, & planetæ eius, qui ſunt calidi & ſicci, generẽtur res, atque creentur, æſtas erit magni caloris, & ſiccitatis: veniẽte autem autumno, ex calore Leonis & Solis eius frigiditas temperatur, & hyemis: ideóque turbatur aeris natura, & acuitur, tum propter naturam ſigni, & planetæ, quæ ſunt calidæ naturæ, tum propter naturam ſui ipſius, qui eſt calidus, & acuendo ſe pugnat contra naturas illorum temporum, ſcilicet hyemis, & autumni, quæ frigidæ ſunt naturæ: ſicque natura humana putrida mortiferas generat paſsiones, quæ propriæ non ſunt illorum temporum. Nam ſi in anno Leonis, & eius planetæ, in æſtate generentur paſsiones acutæ, & graues, tunc ſunt propriæ eorum: ſi verò hyeme, vel in aliis temporibus eorum, quæ non ſunt propria, generantur paſsiones ad eorum proprietatem, tunc illæ paſsiones magis erunt propriæ eorum Leonis & Solis, qui ſunt calidi & ſicci, quàm eorum temporum, in quibus generantur. Generant autem aliquando paſsiones permutata natura vtrorumque, id eſt, temporum ſigna planetæ: quæ paſsiones generant alias, quæ non ſunt ſignorum, vel planetæ, vel temporum. Quod autem dictum eſt de prædicto ſigno, & planeta, quę in eis ſunt propria, & quæ non, de reliquis intellige ſignis, & planetis, & tẽporibus. Sole enim aſcendente frigiditas: cùm tamen potiùs ex Sole calor ineſſe debeat, quod confert poteſtas Saturni ex Capricorno, cuius frigiditas terræ acuit frigiditatem, quæ aduenit: fumus in aere aſcendit, ex quo calor aeris turbatur. Aeſtatem verò ex ſole calor, & ſiccitas, ex terrę fumoſitate frigiditas & ſiccitas aerẽ corrumpunt: vnde animalia, & nos turbamur in illo Capricorni anno: homines grauibus infirmantur morbis: ſi-

A cut apparet in anno Leonis deſcendente ſole ſuper terram: & quando frigiditas adeſſe debet natura hyemis redeuntis, acuitur aer igne: & acuendo turbatus generat graues paſsiones, quæ propriè ſunt temporis illius, vt dictũ eſt. Similiter apparet in anno Cancri, qui ex eius natura acuitur natura aquæ: qua acuente, inde aſcendit quædam fumoſitas in aerem, ex qua turbatur aer. Inde frigidæ & humidæ fiunt paſsiones non propriæ illius temporis ſed ſigni. Si verò annus eſt Libræ, acuitur, & acuendo trahit ad ſe calorem ab igne: & tunc tempus eſt multum calidum, & humidum, ſcilicet hyems, et inde fiunt graues paſsiones, quæ propriæ ſunt veris et hyemis: ſunt enim calidæ, et humidæ.

De alteratione ſignorum, & ſeptem climatum mundi. CAP. XVIII.

POteſtas tamen ſignorum, & planetarum non eodem modo ſe habet in omnibus partibus totius terræ.
B Climata enim Mundi ſeptem ſunt, ſecundum planetarum rationẽ. Anno igitur Capricorni, qui eſt frigidus, et ſiccus, eſt maior frigiditas, et ſiccitas in partibus illis terræ, quæ propriè ſunt ſub planeta, id eſt, Saturno, qui eſt frigidus, et ſiccus. Nam cùm illæ partes terræ naturaliter ſint frigidæ et ſiccæ, tamen ex natura et poteſtate Capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur, et perturbantur, quàm aliæ terræ, quę non ſunt propriæ eorum. Quòd ſi annus eorum nõ fuerit, tunc terra non habet moueri cauſa eorum niſi in hyeme et vere, ſcilicet per naturam: ſed quando planeta ſuperponitur, eſt alia ſignificatio. Illæ verò terræ, quæ propriè ſunt ſuppoſitæ Lunæ, et Cancro, propter affinitatẽ frigiditatis, quam habent, inferunt commotionem in ſuo anno, non tantam, quantam inferunt ſuæ propriæ terræ: quia terra illa frigida eſt, et humida, ſicut Cancer et Luna.
C Aliis verò terris, quæ neque frigidæ ſunt, neque ſiccæ naturaliter, licet inferant contrarietatem, et commotionem, tamen paruam inferunt. Similiter Leo et Sol maiorem commotionem dant terræ ſibi propriè ſubiectæ, quàm aliis: illi tamẽ quę ſubiecta eſt Libræ et Arieti, licet non dent tantam commotionem, quantam dant ſuæ propriæ terræ, tamen propter affinitatem caloris dãt ei maiorem commotionem, quàm aliis, cum quibus nullam habent affinitatem. Si verò fuerit annus Leonis et Solis, vt dictum eſt, tunc toto illo anno dant commotionem in æſtate tribus menſibus, et hoc, vt dictum eſt, per naturam.

De alteratione quatuor partium Mundi. CAP. IX.

EST et alia in terris mutatio ſecundum quatuor Mundi partes, diſpoſitas ſcilicet ad orientem, vel occidentem, auſtrum, et ſeptentrionem: et ſecundum altitudinem montium Soli accidentium, et ima vallium à
D Sole remotarum. Conſideret ergo medicus an ſit mutatio temporum propria, an accidentalis, vt ſuprà dictum eſt. Aetates quoque hominum, figuras, colores, terram, vſum, paſsiones terræ, in qua ſunt geniti, vtrum ſint cõſuetudinariæ, an propriæ: an veniant accidentaliter ſecundum mutationem temporũ, vel naturaliter. Si enim ſunt paſsiones ex natura terræ, aliud exigunt medicamen, quàm ex mutatione temporum naturaliter, et accidentaliter.

De dyſcraſia propria naturæ temporis paßionum, uel non propria. CAP. XX.

INtuendum eſt etiam an natura hominis ſuæ concordet paſsioni, et temporum mutationi, an paſsio ſit accidentalis, et mutatio temporum, an mutatio ſit ſubſtantialis, et paſsio accidentalis. Solet enim paſsio choleri-

ca, et sanguinea mutationi temporum concordare, sed à natura patiẽtis discordare, & econtrario. Pulsus quoque videndus est an cõueniat cum sua natura, & passione, & temporum mutatione, an tantùm conueniat cum mutatione, & non cum passione, nec cum natura, an conueniat passioni, & non immutationi, neque naturæ, an naturæ, & non immutationi, vel passioni, an nulli? Adhuc etiam sciendum est an tempus transierit, vel præsens sit, seu futurum, in quo pharmacum dari infirmo debeat. His enim ignoratis, nec bene euenientibus, miratur, & citò desperat medicus. Oportet etiã medicum nosse vtrum infirmitas debeat augeri: & hoc an sui natura, an temporis, an passione alia superueniente: & sic poterit dare medicamen tempore congruo, vt vel decrescentem deprimat, & tollat ægritudinem, vel imminente resistat, ne nimis ægrum tardet. Nam si leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruam fore ægritudinem, nihil fecisse videbitur, quando grandis infirmitas superuenerit. Sciendum autem est, quasdam infirmitates quibusdam esse substantiales, aliis accidentales. In æstate enim synochus, & causus sunt naturales infirmitates cholericis, & sanguineis, phlegmaticis accidentales. Et ideo non eodem modo curandæ. Nam quæ potio conuenit cholericis per naturam temporis, & morbi naturalis eis, est cõtraria aliis, & causa alterius morbi, id est, phlegmaticis. Est enim tẽpus, vt diximus, & morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis synocha, & causo occupato eãdem dedit eiusdem mensuræ medicinam, quam & cholerico, æstate citò sanabitur, quia eius complexio non est cholerica, & sicca, sed his contraria: cholerici verò diu infirmi manebunt, quia calidi sunt, & sicci, & tempus. Vertitur enim accidentalis febris in substantialem, scilicet frigidã, quæ est phlegmaticorũ. Oportet etiam scire complexionem: quoniam idem experimentum, & eadem potio non omni danda est infirmo. Contingit enim vt quæ potio vtilis ei fuerit in primo, vel secundo, vel tertio periodo, in aliis non conueniat: & ideo secundum diuersas ægritudinum mutationes ad diuersos periodos, diuersa cõuenit dari purgantia. Attende secundum quas horas, scilicet an sanguinis, vel cholerę rubrę, vel phlegmatis, vel melancholiæ, magis acuatur passio, vel minuatur. Synocha enim in horis sanguinis si acuatur, scias eius originem esse ex accidentali mutatione sanguinis, non à principio cholerę rubrę. Mutatur enim sanguis aliquando ex commistione, aliquando ex Solis ardore, aliquando ex itineris fatigatione, & generatur synocha: ex qua commotione sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quiescit sanguis, & synochus, & causus generantur ex acuitate choleræ rubræ. Si verò ephemera febris acuitur in horis sanguinis, scias esse ex phlegmate falso cõiuncto sanguini: quod phlegma acuens ex affinitate sanguinis solet verti in choleram rubram, & inde solet generari febris tertiana. Quartana verò si in horis sanguinis acuitur, scias eius materiam, id est, melancholiam, generari ex putrido sanguine sub planeta naturæ propriæ. Quòd si synocha magis acuitur in horis choleræ rubræ, non est propria synocha, quia vel mutabitur in tertianam, vel in causon. Si verò tertiana acuitur in illis, vera tertiana est, & propria: in illam enim aliquando mutabitur febrem. Quotidiana verò si acuitur, & mutatur in horis choleræ rubræ, citò vertitur in tertianam. Si verò quartana acuitur, & mouetur in horis cholerę rubræ, citò vertitur in tertianam. Si verò quartana mouetur, & acuitur in horis eiusdem, scias principium eius non fuisse ex putrido sanguine,

A sed ex cholera rubra perusta in melancholiam conuersa. Quòd si synocha acuitur, & mouetur in phlegmate, sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguine iuncto phlegmati falso: & propriè post terminum suum completum mutabitur vel in quotidianam, vel tertianam, licet magis affinis sit tertianæ, quàm quotidianæ propter calorem. Si verò tertiana phlegmatica mouetur, & acuitur sicut in horis choleræ rubræ, minùs est periculosa: mutabitur enim in quotidianam: de quotidiana verò fiet quartana: & aliquando reddit tertianã. Quòd si quartana moueatur, & acuatur in horis phlegmatis, principium eius fuit falsi phlegmatis, quod versum in choleram rubram incenditur, & vertitur in melancholiam, sicut viride lignum vertitur in viuum carbonem, deinde in cinerem. Quòd si synocha mouetur in horis choleræ nigræ, minùs grauis passio, & æger est piger, & grauis, & illa infirmitas habet partem non solùm ex bo B no sanguine, sed etiam ex putrido: & propriè post terminum suum completũ veniet infirmus in quartanam. Si verò tertiana acuitur, & mouetur in horis melancholiæ, subitò vertitur in quartanam. Quòd si quartana mouetur in horis illis, firma est, & propria, nec mutatur in aliam propter prædictas passiones. Omnes enim aliæ habẽt moueri, et acui secundũ prędictas horas, et earum naturam, et rationem: et secundum motũ, et acutionem ipsarum, bene discernentur, et tactu, et pulsu, sicut ex prædictis horis.

De cognitione ægritudinis secundum planetam, diem, & horam. CAP. XXI.

Scire etiam medicum decet planetam, et signum, in quo æger ægrotare cœpit, et tempus secũdum diem et horam. Nam si infirmitas fuerit secundũ signa et pla- C netas, sed accidentaliter ex acutione signi et planetæ esset, habet aliam distinctionem. Si verò medicus nesciuerit infirmitatem per numerum, id est, per naturam signi, et planetæ, perscrutetur pulsum et horas, vt dictum est.

De qualitate & efficacia errantium planetarum septem climatum. CAP. XXII.

Asserunt etiam physici omnia in terris firmari, et compleri secundum cursum, et operationem superiorum corporum: quorum operatio omnis summi Creatoris virtute consistit. Elementa igitur quatuor, signis duodecim, et septem planetis iuncta sunt: et eorum causas, quatuor habent temporum mutationes: secundum quas humana et omnium subiectorum natura mouetur, et acuitur: per quam motionem, et acutionẽ passiones fiunt. Hæc autem mutatio est vniuersalis omnibus mundanis. Est et alia mutatio ex natura terræ spe- D cialiter, et planetarum constans in diuersis regionibus. Quadrifidus enim orbis etiam in septẽ diuisus est partes secundum septem planetas, quæ per astrolabium discernuntur. Sciendum est tamen, partes illas septem non esse continuas, sed in toto Mundo diuisas. Terra enim illa, quæ est frigida, et sicca in quarto gradu, sub potestate est Saturni, qui eiusdem est naturæ. Quæ verò frigida est, et sicca in primo gradu, sub Iouis imperio, qui eiusdem est naturæ, et qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium: maximéque ad gaudium pertinentium. Sed quæ calida in secundo, humida in primo, sub Martis ditione est, et suæ naturæ conuenit eiusdem. Sed quæ est calida et sicca in quarto, Soli conuenit, et concedit. Quæ autem calida et humida in primo gradu, sub Mercurio. Quæ verò humida in primo, frigida in secundo, habens aliquantulum temperamẽti calidi, Veneri subiacet. Sed quæ frigida et humida in primo gradu,

du, Lunæ conuenit. Quæque autem singulæ terrarum partes sui retinent planetę qualitates, accidentaliter tamen in naturam vertuntur planetæ alterius. Terra enim, quæ ex sui planetæ natura propriè frigida, seu calida esse debet, in contrariam vertitur naturam, & complexionē. In complexionibus ergo præfatis, déinde etiam in altitudine, & profunditate, & erectione, & casu, et harmonia cuiusque planetæ conuenire debet, ad cuius similitudinem composita est, & inde omne corpus sanum vel ægrum est. Vnde Andronicus Peripateticus asserit nos esse secundum nostrā voluntatem: & extra nostram voluntatem ambulamus, & etiam cōtra nostram voluntatem, quando nostra anima ducimur, vel quando accidentaliter ex natura corporis, aut iræ furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam secundariò aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere. Sicut enim musicus nequit chorda falsa sonitum reddere, sic anima prauū corpus, scilicet libidinosum, vel aliud, ratione sui nequit regere: & symphonia instrumenti artificis animæ, id est, corporis displicet. Andronicus igitur commotiones planetarum, & compositiones meritò asserit veras: & cætera vitia non esse naturalia animę: nec animam ex natura corporis constare, quod quidam voluere. Si enim eiusdem esset naturæ, nil repugnaret quin anima rationibus spiritualibus subderet corpus, scilicet ieiuniis, & cæteris virtutibus corporis vitia subderet. Et ideo dicit Plato in logica, dum iuuētus est per sensum & rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoscetis omnem veritatem: omnis enim prauitas extra naturam. At aliis elementis corpore composito, ipsum corpus animam mouet: quod eorum contrahit qualitates. Dicit Hippocrates in Physica, quòd terra est apposita generare naturam corporum. Est autem vt terra alia dulcis & temperata, ita & homines eius dulces & mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam suam omnem bonam operationem. Est & alia terra per naturam planetarum acuta: vnde eius homines veniunt bellicosi. Et quia operatio corporeæ materiæ ligata est quatuor elementis, ideò dicit Plato quòd ratio conuenit ex superioribus, & ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem discernit superiora & inferiora, vera et falsa in theorica, et practica, id est, in diuina rerum consideratione, & operum faciendorum doctrina, & instructione. Praxis enim Græcè, operatio Latinè. Et quia sensus nō fit cum imaginatione animæ, citò ducitur ad dissensiones rerum, vnde theorica efficitur: Deus enim omnia imprimit, & vbique est, et omnia implet. Inde dicit Plato quòd homines existentes ante suum tempus, nō ex virtute rationis, sed ex natura corporis suam praxim adimplebant. Et inde affirmat Isaac, quòd terra per operationem planetarum generat naturam corporis: natura verò corporis mouet corpus in consuetudines malas, & mutationes malas: & mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa, et septem planetas: maior est autem per Lunam et Solem. Luna verò vnoquoque mense Mundum perambulat, et dat motus quatuor elementis. Sol verò quatuor tempora anni conficit, scilicet ver calidum et humidum. Quod si non esset, sed siccum, vt quidam volunt, siccarentur gramina, non autem augerentur, vel fouerentur: et alia inconuenientia essent, si aer tunc siccus esset.

De natura coniunctionis & adiunctionis quatuor elementorum. CAP. XXIII.

Asserebant falsò quidam philosophorum, quòd homine mortuo humores separarentur, et ad propriam redirent naturam, vt sanguis in aerem, cholera ru-

bra in ignem, melācholia in terram, phlegma in aquam. Hippocrates autem, et Aristoteles, et alii philosophi asserunt, destitutis et mortuis humores in terram redire. A Dissentiunt etiam Socrates, et Hippocrates à quibusdā aliis physicis dicentibus quòd quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum à sua substantia, sed remanent integra, nec corrumpuntur in constitutione corporis humani: sed quædam differentia accidentalis egrediens ab illis quatuor elementis temperat, et regit humana corpora, quæ perit cum illis corporibus: sicut albedo, vel nigredo consistens accidentaliter in corpore destructo perit: et aliqua differentia destructa non patiuntur illa elemēta aliquod damnum: quia semper sunt fixa, et integra in sua substantia. Dicunt enim Aristoteles, et Hippocrates, quòd omnis creatura incorporea penetrat totam substantiam, cui aduenit intus et extra: vnde illa differentia cùm sit incorporea, est veniens ad B humana corpora ab illis quatuor elementis æqualiter intus et extra. Sed illa differentia tantùm est extra, et non in figura incorporea. Nam si illa differentia esset adiuncta corporibus humanis, vt illi dicunt, tunc illa corpora per illam differētiam intus et extra essent vbique eiusdem naturæ, et eiusdem coloris, sicut aqua vbique in tota substantia per calorem calida, per frigus frigida. Ergo sicut calor, et frigiditas, quæ sunt accidentales differentiæ aquæ, possunt separari ab ipsa, et destrui, permanente substantia ipsius aquæ: sic illa differentia quando accidit corporibus nostris perit, remanente natura, et proprietate nostrorum corporum: quorum differentia accidentalis apparet extrà, et potest destrui, sicut ipsa corpora sunt mortalia. Dicit nanque Hippo- C crates, sicut nulla substantia incorporea habet nutrimētum à differentia corporea, sic nulla substantia corporea potest nutriri à differentia incorporea. Vnde, testātē Hippocrate, aer, et aqua, et ignis iunguntur, et efficiuntur vnum, quibus terra propter sui nimiam ponderositatem nequit adiungi, sed mandat suam frigiditatem, et siccitatem, quæ temperat illa tria, et sic complent naturam corporum, sicque mortuis omnia illa rediguntur in terram. Et ideo sciendum est, quòd terra secundum grauedinem suam non potest associari aliis tribus elementis in constitutione humanorum corporum. Nam posteà illa tria propter grauedinem terræ non possunt explicare suam operationem, sicut aqua turbulenta, et commista terræ non potest se mouere, nec in aliam partem suam vim emittere. Item sicut videmus quòd turbati sanguis, et cholera vertuntur in melancholiam, melancholia verò in nullum suprà dictorum, nisi in phlegma, et de phlegmate in alios: ita aer, ignis, et aqua vertuntur in terram, de terra in humiditatem, et de D humiditate in alia elementa.

De mutatione elementorum qualiter fiat.

CAP. XXIIII.

Suprà dictam hanc mutationem vocant physici hoc modo: terra enim crescens vnaquaque hora ex mortalitate corporum vertitur in aquam: cuius subtilitas calefacta vertitur in aerem: subtilitas autem aeris calefacta vertitur in ignem. Sicut enim aqua amittens humiditatem suam vertitur in terram accidentaliter, sic terra inde crescens accidentaliter, amittit tunc siccitatem suam, et vertitur in aquam, et sic considerant naturā aliorum elementorum. Et ideo dicit Aristoteles quòd nullum difficile, aut dissolubile nomen est fixum, et firmum circa aliquam substantiam. Nam illud quomodo dicitur per suprà dictam creaturam quòd terra vertitur in aquam, aqua in aerem, aer in ignem, sic ignis ingrossa-

tus, & infectus vertitur in aerem, aer ingrossatus vertitur in aquam, aqua ingrossata in terram: quæ, vt dictum est, iuncta insimul fiunt corpora nostra. Corpora verò nostra vertuntur in terram, & vnumquodque vertitur in aliud. Et ideo dicit Aristoteles, quòd hæ quatuor materiæ non habent hæc suprà dicta nomina fixa, & stabilia sibi: sed propriè dicitur substãtia. Nam in quodcunque vertitur aer vel aqua, tunc dicitur substantia.

De mutuis conuersionibus quatuor elementorum. CAP. XXV.

A

CONueniunt autem, & differunt elementa differentiis, & qualitatibus. Sicut enim aqua frigida, & humida contraria est igni, & mutat eius proprietatem: ignis verò calidus & siccus: terra frigida & sicca: aer calidus & humidus: aqua frigida & humida: & his qualitatibus ad se inuicem colligantur, attrahentes semper consimiles qualitates: vt aqua terram siccam frigidam: deinde contemperant se in contrariis. Nam siccitas terræ per prędictam frigiditatem trahitur ad humiditatem aquæ siccandam: ita etiam humiditas aquæ ascẽdit ad ignem tracta per aerem illhuc, & ita vel annihilat contrariũ suum, vel attrahit. Aqua igitur per frigiditatem suam terræ iuncta à terra trahit frigiditatem, & non siccitatem: aer aquæ per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis verò aeri per caliditatem conuenit, & illam suscipit ab aere. Vnde dicit Aristoteles quòd duo sunt genera aeris, vnum ex fumositate aquæ, aliud ex fumositate ignis, qui suam caliditatem & siccitatem mutans vertitur in fumosam materiam. Hoc facto, associatur suprà dictæ materiæ, quæ est fumosa, & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui alíquando ex frigiditate & humiditate aquæ acuitur, & inuoluitur, & inuoluendo amittit suum calorem, & sic vertitur in suam materiem, ex qua fit, id est, aquam. Ex eius enim constat fumositate, vt dictum est. Aqua verò si de terra, inspissatur, & amittit humiditatem. Recipitq; aqua & terra siccitatem, & in eius redigitur naturam. Nascuntur ex his corruptelæ corporum. Nam aer intra ignem & aquam stans tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur, & calefit: & fumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbatur, & etiam frigiditate contrahente à terra, & calore desursum ab igne. Nouem autem sunt naturæ, seu qualitates corporum: octo intemperatæ scilicet, & quæ conueniũt omni animali, scilicet calida, frigida, humida, sicca. Calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Nona verò soli homini conuenit, & eius solam temperat naturam. Et ideo vtile est nosse quæ harum octo sunt substantiæ, & quæ differentiæ. In igne ergo calor eius est differentia virtutis ipsius: quo calore amoto attrahit siccitatem, & remanet quædam fumositas calida, quæ est substantia: aeris verò differentia est calor,

B

qui designatur, & reuertitur sæpius, vt dictum est. Substantia verò eius est humiditas, quæ alíquando desiccatur, vt solet fieri, quandò vertitur in terram: illa enim siccitas est ei accidentalis, quia et siccitas est accidentalis, si duret frigiditas. Nam dum redit in suam propriam naturam, amittit siccitatem, semper autem est humida. Et sciendum est quòd aquæ humiditas est idem, quod eius frigiditas, nec sunt habendæ pro duabus differentiis, sed pro vna tantùm. Nam ex nimia frigiditate terræ fit nimia frigiditas aquæ, vnde in aqua differentia est eius humiditas. Siccitas autem terræ est differentia. Potest tamen remoueri à terra eius siccitas, licet videatur eius substantia: est enim cum ipsa frigiditate. Verùm & ipsa potest remoueri à terra. Est igitur eius substantia humiditas. In primis enim terra fuit humida: & eius siccitate remota, et frigiditate, quæ est eius siccitatis, terra vertitur in humiditatem.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO

Adſcriptus Liber De Natura & Ordine cuiuslibet corporis, ad Nepotem ſuum.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Cap. 1. De quatuor humoribus, vnde corpus hominis conſtet, eorúmque natura, & varijs effectibus. 2. De diſpoſitione formationis fœtus in vtero, tempore, & ordine formationis, & natura partium corporis ex anatomica inſpectione, &c. 3. De cognoſcendis febribus.

CAPVT I.

LICET te ſciam, chariſsime nepos, Græcis literis eruditum ad hanc diſciplinam poſſe pertingere, tamen ne quid tibi poſcenti ad memoriam denegetur, ex libris medicinalibus Hippocratis intima Latina feci: quod quia dignus es, fideliter trado, daturus tibi aui tui patris mei librũ, ex quo Mundi rationem cognoſcas: vt noſſe poſsis quãta fuerit generis noſtri ſapientia. Nunc verò tibi corporis vniuſcuiuſque naturam, & ordinem aggrediar exemplificare. Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus conſtat. Nam habet in ſe ſanguinem, choleram rubram, choleram nigram, & phlegma: qui quatuor humores habitãt, vel dominantur in locis ſuis. Sanguis dominatur in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus: ſic & cholera rubra ibidem dominatur. In ſiniſtro verò latere, id eſt, in ſplene cholera nigra dominatur. Phlegma autem in capite, & alia pars in veſica: alia pars ſanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipſorum talis eſt. Sanguis eſt feruens, humidus, & dulcis: Cholera rubra eſt amara, ignea, & ſicca. Cholera melancholica, id eſt, nigra, eſt acida, frigida, & ſicca. Phlegma verò eſt frigidum, ſalſum, & humidum. Hæc omnia creſcunt ſuis temporibus. Sanguis enim creſcit tẽpore ab octauo Idus Februarii, vſque in octauum Idus Maii, & ſunt dies xcii. Cholera verò rubra in æſtate ob octauo Idus Maii, vſque in octauum Idus Auguſti, & ſunt dies nonagintanouem. Cholera autem nigra autumno ab octauo Idus Auguſti, vſque in octauum Idus Nouembris, & ſunt dies nonagintaunus. Phlegma verò hyeme ab octauo Idus Nouembris, vſque in octauum Idus Februarii, & ſunt dies xciii. Hi quatuor humores hoc idẽ patiuntur die ac nocte. Sanguis enim dominatur horis ſeptem ab hora noctis nona vſque in horam diei tertiam. Exinde dominatur cholera rubra vſque in nonam diei horam. Déinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona vſque in horam noctis tertiã. Phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia vſque in horam noctis nonam. Hæc omnia habẽt reſpirationes ſuas per ſingulas partes corporis. Sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os. A Diuiduntur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates, id eſt, phlegma in pueris ab ineunte ætate vſque ad xiiii. annos cum ſanguine: éxinde cholera rubra dominatur vſque in annos xxv. & éxinde dominatur vſque in annos xlii. maxima pars ſanguinis cum choleris nigris. Dominatur éxinde vſque in ſummam ætatem phlegma, ſicut in pueris dominatur. Preterea hi quatuor humores faciunt in hominibus tales mores. Sanguis facit homines boni voti, ſimplices, modeſtos, blandos, euchymos, ſiue plenos. Cholera rubra facit homines iracundos, ingenioſos, acutos, leues, macilentos, plurimùm comedentes, & citò digerẽtes. Cholera nigra facit homines ſubdolos cum iracundia, auaros, timidos, triſtes, ſeditioſos, inuidioſos, habẽtes ſæpius cicatrices nigras in pedibus, vel in aliis membris. Phlegma facit homines compoſitos, inuigilantes, inter ſe cogitantes, citò afferentes canos in capite, minùs audaces. B Omnia ergo, quæ calidas habent virtutes, in ſuperioribus locis corporis dominantur. Pulſus autem ſuos hi quatuor humores habent, vel faciunt. Sanguis enim pulſus facit plenos, humidos, æquales. Cholera rubra facit pulſum tenuem, citatúmque. Cholera nigra facit pulſum plus tenuem, ſed tabentem, veluti percuſſum, & aſperitantem. Phlegma facit pulſum minùs plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi humores ſine ſe eſſe non poſſunt, & in omnibus ætatibus dominantur: ſed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit, tunc facit ægritudinem longam. Et cauſæ veteres pro ſua vetuſtate, & temperantiam, & æquitatẽ, & æqualitatem pro corpore ætatum omnium hi humores ſingulis ætatibus faciũt, quoties quiſque eorum augmentum acceperit, & tunc longam ægritudinem facit, ſi imperitum medicum habuerit, aut certè negligẽtem, C aut qui cauſam non intellexit, aut ex quo humore ægritudo nata fuit. Et quidem tunc diligens, & doctus ęgrotanti poteſt ſuccurrere. Si verò negligens fuerit, aut nõ intelligens, tandiu protrahit ægritudinem, quandiu tranſeat humoris ipſius tempus, & alius exterius humor augmẽtum accipiat, ita vt iſte humor excludatur, ex quo ægritudo fuerat nata. Nam ſi ſit ex cauſa ſanguinis, qui ſanguis eſt dulcis, & calidus, & humidus, occurrendum eſt ſic. Adhibeatur ei contrarium, quod ſit frigidum, amarum, & ſiccum. Si fuerit cauſa cholera rubra, quæ eſt amara, viridis, & ignea, & ſicca, & acris, debet adhiberi quod ſit frigidum & humidum. Si autẽ cholera nigra fuerit cauſa, debet adhiberi, cùm ſit frigida, & ſicca, & acetoſa, illud, quod eſt calidum, & humidum,

& dulce. Si ex phlegmate nata fuerit ægritudo,cùm ipſum ſit frigidum,ſalſum, & humidum, debet adhiberi quod ſit dulce,calidũ, & ſiccum. Hæc quando adhibita fuerit, tunc & peritus medicus inuenitur, & æger citò ad ſanitatem reuertitur. Hæc tibi pro noſtri memoria, religioſe nepos,dedi,maiora te putans adepturum.

De diſpoſitione plaſmationis fœtus in utero.
CAP. II.

EXpoſitionem membrorum quo ordine, vel quibus iunćturis,vel quo ſchemate homo in vtero materno plaſmetur,hîc docemus, exordium à capite ſumentes. Maioribus enim noſtris, Apollini, Hippocrati, Apollonio,& cæteris anatomicis placuit, mortuorum viſcera ſcrutari, vt hoc ſcirent vnde,vel quomodo morerentur. Hoc autem nobis facere ipſa humanitas prohibet, eò quòd ipſis ſcrutantibus omnia manifeſta, atque aperta ſunt.& quid dixerunt? Caput noſtrum commiſſuras habet quinque anguloſas ſe inuicẽ continentes: ſicut ſummus anatomicus philoſophus hîc memorans dicit, maſculus in galea commiſſuras habet quinque: fœmina verò in circuitu cõmiſſuras habet,cui galea ſuperpoſita eſt quam Græci κράνιον appellant: quæ cohæret membranis,& ſuperpoſita eſt cunćtis,quæ habet cauſa decoris, ſcilicet vt ab æſtu,& frigore oculos cuſtodiat. Vbi verò galea eſt,ſubiacent tempora,quæ continetur ſpiritualibus venis cerebri,quibus ſuperpoſita ſunt ſupercilia,vt ſi copioſus ſudor fronti aduenerit,oppoſita ſtatione pilorum contineatur,donec excuſſus ab oculo ſudor auferatur; oculi quoque iſto ſchemate continentur. Ex naſo cerebri foramina orta ſunt duo,per quæ tenuiſsimæ venæ dextra læuáque alterius inuicem ſibi continentur. Tunicæ ſunt quatuor vel quinque. Prima tunica appellatur ceratoides,ſecũda choroides, tertia oroenomides, quarta tinſenoides,quinta criſtalloides. Suppoſita ſunt oſſa oculi,quæ malas vocamus. Dentes etiam habent viri xxxii. mulieres autẽ xxx. author Apollonius memorat,dicens dentes vſque ad caninos ſingulas habẽt radices. Alii verò interiùs,qui molares dicũtur,habent ternas,& quaternas radices. Palato lingua ſubiacet,quę cooperit canalẽ ſpiritualem,quem Græci πνευματικὸν dicunt quem canalem modò aperit,modò claudit. Aperit enim ſpiritualem canalem, quando loquimur, claudit autem,quando manducamus: quod probare poſſumus, quando forti cibo,vel potu vtimur, & currit ex ſuprà dićto cibo in ſpiritualem canalem aliquid, ſtatim tuſsis conſequitur,donec impellente ſpiritu illud repat, & in propria iterum reuocet. Huic linguę dexta læuáque parte glandulæ ſuprapoſitæ. Quod autem ſuperpendet, vuula appellatur. Poſtquam cauernę ſunt duę, per quas fit infuſio,vel raptus, quod Græci anarrhophema vocant: naréſque cum ſuprà dićtis cauernis inferunt,& per eaſdem vſque ad cerebrum tendunt. Aures verò vię ſunt auditoriæ,ſicut rerum Natura compoſuit ad cerebrũ, & à cerebro deſcendentes faciunt exhalationem. Coniungitur autem gula pulmoni. Pulmo verò in modum fabri ferrarii follis eſt conſtitutus, alter alteri ſpiritum tradẽs: & implet pećtoris arcana. Stomachus autem vẽtri coniunćtus eſt, qui infra pennas pulmonis medium poſsidet. Cor verò venas habet quatuor: duas, quæ ſpiritum continent,& duas,quæ ſanguinem trahunt. Quæ ſpiritum continent,pulmoni affixæ ſunt, quarum firma fačta concatenatione totum per corpus ſanguis diffunditur,& ſic venæ pulſum reddunt. Pulſus ita nutritur, modò recipit ſanguinem,modò repellit. Cor verò,vt diximus,eſt coniunćtum pulmoni: in ſiniſtra parte dominationem tenet: id circa poſitum eſt,quod Gręci πόρικάρδιον vocant, attingens extremas partes pulmonis, Sed hîc poſita ſunt præcordia, quæ Græci διάφραγμα vocant. Continet autem pulmonis ſubſtantiam, ventrémque,& quæ inteſtina: cui iunćta ſunt latera,& ſpina. Vẽter autem orificia habet duo,vnum proximum mẽbranæ: quod Græci πόρικάρδιον vocant,in ſiniſtra inclinatum: hoc Græci ςόμαχον vocant: aliud verò in dextra parte circa iecur poſitum eſt,extenſum vſque ad longaonem,quod Græci πυλωρὸν vocant. Inde ad vtranque partẽ renes. Deinde verò ineſt follis veſicæ. In ſiniſtra parte poſitus eſt ſplen,oblongus,ventri coniunćtus: continens membranas tenues, habens pinguiſsimas venas,quæ inteſtina tegunt,& calefaciũt: hoc Græci ἐπίπλοον vocant, ab orbo extenſum vſque ad renem ſiniſtrum. Subiacet autem ſub hoc inteſtinum, quod Græci κῶλον vocant. Sub hoc autem eſt locus continens longaonem, qui iunćtus eſt veſicæ habenti collũ longum, quod veretro ineſt. Veſica verò renibus continetur media vtriuſque: ex quibus renibus decurrit ad neruos, quibus teſticuli pendent, quos Græci vocant κρεμαςῆρας, à quibus iunćtæ ſunt venæ tenuiſsimæ,quæ ſperma deducunt ex cerebro: oritúrque ex ſpinæ medulla. Viris quoque teſticulos ineſſe manifeſtum eſt: ſed alio ſchemate formati ſunt viris. Mulierum verò teſticuli breuiores, & fragiliores ſunt. Nam quæ maiores habent, viragines appellantur. Igitur manifeſtum eſt,vnam eſſe viris,& mulierib us interiorum viſcerum compaginatam lineationem ſed mul, tæ ſunt tunicæ teſticulorum: prima euſtrephes, id eſt, bene retorta: ſecunda pericochliades,id eſt,circum tortuoſa: tertia perizoma, id eſt,circuncinćtorium: quarta verò tunica tenuiſsima arcys, id eſt,rete appellatur. Similiter & matrix habet ſubiećta membra,quibus continetur: quæ Græci κυητικὰ id eſt, genitalia vocant: nam vt eſt maſculo veretrum, ita eſt matrix mulieri columna. Matrix enim naturaliter fragilis, & mobiliſsima eſt, conſtans ex neruis, & paruiſsimis venulis,& tunicis duabus. Exteriùs neruis eſt firma,interius carnoſa, & mollis, quæ eſt direćta contra inteſtina: cuius ceruix tribus foraminibus erigitur vſque ad longaonem. Siniſtra verò eſt matrix, in qua ſperma miſcetur,quando conceptio celebratur natura volente, id eſt, viri ſemine, & mulieris ſanguine: quanuis & virile ſperma ſanguis noſcatur eſſe. Vnde & maiores noſtri conſanguineos appellarunt ex conſanguinitate paterna vel materna natos. Nunc dicitur ab imperitis,quomodo ſperma ſanguis eſſe poteſt,cùm ſit album? Nos tamen certa ratione probauimus. Mare enim vt ei Natura tribuit, eſt colore viride: quando autem in tempeſtatibus mouetur, ſpumam albam emittit. Vel ſi vinum nigrum in quolibet vaſe exagitaretur, ſpumam candidam faceret. Simili verò ratione & ſanguinis feruor concuſſus in albedinem vertitur. Dum enim coitio fit, non ſtatim formatur infans: nam ſi quoties coitus fit, toties conceptio fieret, innumerabilis eſſet multitudo filiorum. Certo enim tempore mulier concipit, aut in initio purgationis, aut in fine. Nam purgatio ſperma corrumpit,plurimo vſu ſanguinis materia ſuperante. Temporibus certis infantem componi, atque formari in vtero materno manifeſtũ eſt. Omnis enim figura formatur in xl. diebus: aliquando in diebus xxx. Qui verò xl. die formãtur, ix. vel x. menſe impingente naſcuntur. Manifeſtũ eſt enim infantes in vtero materno ita formari. Primo enim mẽſe iaćtu ſeminis cõgregatur in vmbilico, & fit rhyſis,id eſt

eſt congregatio ſanguinis. Secundo méſe expreſsio corporis animam tribuit. Tertio menſe vngulæ, atque capilli naſcuntur, & motum facit infans. Ideoque & quarto menſe mulieribus nauſeæ fiunt, quas Græci ναυτίας vocant. Quinto autem menſe facit creſcere ſinum, atq; adulteria demonſtrat. Sexto menſe facit neruorum com poſitionem. Septimo menſe medullam confirmat. Octauo, cum pelliculis oſſa confirmat. Nono verò menſe maturum mouet infantem. Infans verò maſculus in dextra matricis cōtinetur, fœmina verò in ſiniſtra. Nam & hæc ſigna præcedere ſolent. Quòd ſi maſculus fuerit in vtero materno dextro, robuſtior eſt: ſi fœmina, ſiniſtra. Dū ergo infans in vtero matris eſt, oculi genibus oppoſiti ſunt. Vnde hoc probauimus? quia genua tumentia, oculi autē concaui. Ideóque mater rerū Natura ita natura impoſuit genua: & genę, quin cū acri dolore vel nimiū percuſſus homo fuerit, & genua curauerit, oculi continuò lacrymantur: non enim vult Natura eos obliuiſci ſocietatem genuum. Dētes autem noſtri organa ſunt quodam modo linguæ. Infans verò dum dentes nō habuerit, vagit. Dum verò duos vel quatuor dentes habuerit, muſsitat. Dum verò os dentes repleuerint, loquetur. Dentes enim noſtri, quos habemus, alii vocantur cynodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendum habemus. Dentes enim noſtri oſſa non ſunt, nec medullam habent: ideóque omnia oſſa confringunt, ſed aſsiduo humore capitis veniente vitiantur. Sicut enim aſsiduus humor ex alto in naſum veniens perforat: ita dentes vitiantur à capite.

De cognoſcendis febribus.

CAP. III.

DE cognoſcendis febribus omnibus ſuperius ſcriptum eſt. Nunc illud ſciendum. Scito quòd maximè iam dixi primùm cognoſcendas cauſas, & origines, & ſpecies febrium, & vt ſciamus quæ ſunt generales, &

A quæ ſunt ſpeciales, id eſt, quæ ſunt veræ, & quæ nō ſunt veræ, & quæ ſunt tropicę, & quæ ſunt acutę, vel quę ſunt ſimplices, & quæ ſunt duplices, vel quæ ſunt quæ cum aliis febribus geminatæ fiunt, & quomodo accedant, & quomodo recedant, id eſt, qualiter moueantur, & qualiter declinent, & quibus horis, diebus, & noctibus, vel quot horis paroxyſmus, id eſt, commotio teneat, vel quando faciet paracmen, id eſt, declinationem, quidve ſignificant, & quò ægrum ducant, conſiderandum eſt: & iterum virtus ægrotantis, qualitas, & impetus ægritudinis, & quātitas: ex hoc enim vitæ, mortiſque indicia maximè, & ex pulſu, & cōſideratione vrinæ, ac genus febris præuidere poteris, ſi fuerit aſsiduus lectionis doctiſsimus vſus: necnon ex aliis ſignis, quæ noſter Hippocrates in Prognoſticis probat: & futura ante prædicit. Indicant enim & quaſi tacitè loquūtur agrotantis color, oculi, vultus, vox, taciturnitas, poſitio iacentis, ſchema, corporis habitudo: quæ omnia in ægris diligenter conſide-
B rāda ſunt, vt ſciamus manifeſtè quid tenere, vel quid refugere debeamus: ne fortè hoc ignorantes ægros lædamus. Addas & illud in his, vt cōſideres in omnibus ſemper ęgritudinibus regionem, qualitatem, poſitionem locorum, aeris temperantiam, temporum mutationē, ætatem, conſuetudinem ægrotantis, naturam corporis, animi vigorem, cauſas, & originem: necnon & illud, ne aut animi, aut corporis vitio ægritudo nata ſit, aut ne extraneus aduenerit ex cibo aut potu, vel ex corruptela aeris quando enim hæc omnia conſideras, tunc rationem bene & verè eſſe cognoueris, & optimè facies quicquid ad hæc omnia facere conueniat: quoniam tunc medici beneficia vincuntur, quando non in ſuo tempore adiutoria offeruntur, aut natura corporis à morbo fugata beneficia non ſentit. Itaque præuidenti omnia diligenter perſpicienda, & præuiſis, atque cognitis cauſis, vt dixi, ſuis curis, ſuíſque temporibus curanda.

CLAVDIO GALENO ADſcriptus Liber De Anatomia Parua.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

De anatomia porci.

CAP. I.

QVONIAM interiorum membrorū corporis humani paſsiones erant ignotæ, placuit veteribus medicis, & maximè Galeno, vt per anatomiam brutorum animaliū, interiorum partes manifeſtarentur. Et cùm quædā bruta animalia, vt ſimia, inueniantur nobis in exterioribus ſimilia, ita ſecundum interiorum poſitionē nulla inueniūtur adeò ſimilia vt porci: & ideo in eis anatomiam fieri deſtinamus. Eſt autē anatomia, recta diuiſio mēbrorum, quę ſic fit: Porcū debes inuerſum ponere, & per mediū gutturis incidere: & tunc tibi primùm lingua occurrit, quæ dextroſum & ſiniſtroſum qui buſdam neruis alligata eſt, qui reuerſiui dicuntur: quia cū ipſi à cerebro veniant ad pulmonē, à pulmone vertūtur ad linguā, per quos lingua mouetur ad voces formandas. Ibi iuxtà ſunt quædā carnes glanduloſæ, quæ dicūtur farynges. Qui colligitur humor, in eis facit brancos. In radicibus linguæ oriūtur duo meatus, ſcilicet trachea arteria, per quā tranſit aer ad pulmonem: & œſophagus, per quē immittitur cibus ad ſtomachum: & eſt trachea
C arteria ſuper œſophagum: ſuper quem quædā chartilago eſt, quæ dicitur epiglottis, quæ eleuatur aliquando, vt cibus, & potus per tracheam nō deſcendat, & aperitur vt aer intret, & exeat. Inter tracheā arteriam, & œſophagū eſt locus, qui dicitur iſthmos, id eſt, inter duo principia, in quo aliquando humor colligitur ad apoſtema, quod dicitur angina: aliquando pars eſt intus, & pars extrà, & dicitur ſquinantia: aliquando eſt totus extrà, & dicitur ſynantia. Tūc debes ſeparare tracheā arteriam ab œſophago, & inuenies pulmonem, & cor. Cor verò eſt in ſiniſtra parte, & pulmo in dextra, quorum quilibet in ſua capſula continetur. In capſula verò cordis colligitur materia, quæ facit ſyncopen. In capſula pulmonis colligitur materia, quę facit peripleumoniam: & tunc videbis quandam venā, quæ concaua dicitur: quæ ab hepate venit per medium diaphragmatis, & ſubintrat inferiorem auriculam cordis: & fit arteria, de qua ſunt omnes arteriæ aliæ, quæ procedunt ad membra, in quibus fiunt

pulſus

pulſus, quibus mediantibus cor alligatum eſt pulmoni, A
& tracheæ arteriæ,& fiſtulis pulmonis,in quibus colli-
gitur humor, qui facit ſanſugium, aliquando colligitur
extra eas,& facit anhelitum,& aliquando intus,& extra
eas,& facit orthopnœã. Et quòd pulmo ſit cauernoſus,
poteſtis probare, ſi cum calamo intromiſſo inſletur.
Sub illis mēbris eſt panniculus,qui dicitur diaphragma,
qui diuidit ea à nutritiuis,qui coniungitur teneritatibus
coſtarum,in quibus colligitur humor, qui facit pleuri-
tin: tunc debes reuerti ad interiora, & ad nutritiua, et
computa longitudinem œſophagi vſque ad ſeptimum
ſpondylũ,& ibi incipit os ſtomachi ſupra diaphragma:
ſtomachus vero inferiùs. Sub ſtomacho eſt inteſtinum,
quòd dicitur portonarium. Sub portonario eſt duode-
num. Sub duodeno ieiunum. Sub ieiuno orbum. Sub or
bo ſaccus. Sub ſacco longaon:& ſunt ibi quædam gra-
cilia inteſtina,quæ lateralia vocantur,in quibus eſt ilia-
ca paſsio. Ex dextra parte ſub fundo ſtomachi eſt hepar B
poſitum,in cuius ſubſtantia eſt quaſi quædam veſica,quæ
cyſtis fellis appellatur. Et ſuper hepar ſunt duo panni-
culi,girbus,& ſifac,qui ſunt impliciti velut rete,quod ap
paret ibi pinguedo,& dicitur groſſus girbus. Qui autē
ſubtilis,ſifac. Qui procedunt vſque ad ſplenē,per quos
venæ tranſeunt, per quas melancholia ad ſplenem ex
hepate mittitur. Eſt autem ſplen membrum oblongum
in ſiniſtro latere poſitum. Loca,quæ ſunt ſub ſplene, &
hepate dicuntur hypochondria. Tunc debes omnia inte
ſtina extrahere:& tunc occurret tibi in medio ſpinæ ar-
teria magna: ſub qua & vena magna continetur, quæ ar-
teria fit de omnibus arteriis capitis,quæ de recto con-
denſantur in venam magnam,& arteriam,quæ deſcēdit
ad lumbos:& ad ſe varias arterias tranſmittit tam dex-
trorſum,quàm ſiniſtrorſum ad inferiora. Vena autē ma-
gna fit de venis capitis condenſatis,quæ venit vſque ad C
renes,& bifurcatur,& ibi fit caua vena, in qua infundun
tur capillares venæ,quæ præ nimia paruitate ſui videri
non poſſunt,per quas vrina cum quatuor humoribus ve
nit ad renes. Sunt inter ea autem,& renes, quædam mē-
bra oblonga,& concaua,in principiis lumborum poſita:
& in renibus decolatur vrina à quatuor humoribus. Tũc
inuenies ibi duos meatus,qui vreteres dicuntur pori:&
per eos reſudat vrina in veſica. Nam inſiguntur veſicæ,
qui etiam tranſeunt per quendam panniculum,quo om-
nia inteſtina præter longaonem clauduntur,qui vocatur
hypezeugmenus,quo aliquo erupto cadit inteſtinum in
oſcheum, ſupra quem eſt quædam pinguedo,quæ voca
tur omentum: ſupra omentum eſt ſumen.

Nunc de anatomia matricis dicendum eſt. CAP. II.

A SCiendum eſt autem quòd Natura hoc membrum in
mulieribus diſpoſuit,vt quicquid in toto menſe de
ſuperfluitate generaretur, ad hoc membrũ in conſueto
tempore tãquam ad ſentinam totius corporis mitteret.
Et inde mulieres naturaliter menſtrua habuerunt. Eſt
etiam hoc membrum ager Naturæ,qui excolitur vt fru-
ctificet,in quo aliquando vt in bonam terram ſemen eii-
citur,quod adhæret in ea, & per actionem cooperantis
naturæ calidæ,& ſpiritu mediante inferius ſcinditur mo
re grani:& à ſe ramuſculos emittit per quaſdam radices
vel ora,quibus inſigitur matrici,& per quæ nutrimen-
tum ſibi miniſtratur,& futuro fœtui,& ſic poſteà actio-
ne virtutum,vt ſæpe à me vobis dictũ eſt,ſi bene recoli-
tis,futurus fœtus generatur & augmentatur. Eſt autem
poſita matrix ſuper inteſtina,& ſupra collum eius eſt ve
ſica,& ſub ea longaon eſt,& inferiùs eſt vulua. Tunc de
B bes ſcindere matricem per mediũ os, vbi inuenies duos
teſticulos ſuperpoſitos,per quos ſperma mulieris mitti
tur ad matricem,vt ex eo,& virili fiat fœtus. Habet autē
matrix ſeptem cellulas, & ſi prægnans eſt, in ea fœtum
inuenies,ſupra quem videbis quandã tunicam quaſi quã-
dam camiſiã,quæ ſecundina dicitur,quæ rumpitur quã-
do fœtus recalcitrat ad exitum, quæ alligata matrici &
fœtui venis per eam tranſeuntibus nutrimentum ad ma
tricem & ad fœtum trãſmittit:& illi meatus,quibus fœ-
tus alligatur,dicuntur cotylidones. Eſt etiã ibi quidam
magnus meatus,qui vmbilicus dicitur,qui rumpitur iux
ta matricem in quantitate quatuor digitorum, ex cuius
ligatura fiunt phlegmonæ in vmbilico.

Nunc de anatomia cerebri uideamus.

CAP. III.

DEbes ergo in ſummitate capitis incidere, & remo-
ta cute inuenies pelliculas quaſdam, quæ dicuntur
C muſculi,ſub quibus inuenies os,quod dicitur cranium.
Sub cranio eſt pellicula,quæ dicitur dura mater,ſub qua
eſt pia mater, denique cerebrum. In oculis eſt tunica,
quæ appellatur coniunctiua,& apparet alba. Quæ eſt iux
ta eam, aliquantulùm eſt ſubnigra, & dicitur cornea.
Quę eſt ſub illa,magis eſt nigra,&minor, & dicitur vuea.
Tunc incide per medium,& humor,qui priùs exibit,di-
citur albugineus,qui poſt eum eſt,clarus eſt,& coagula-
tus in modum cryſtalli,& dicitur cryſtallinus:& qui vl-
timò eſt,ipſe vitreus appellatur. Neruus,qui ab interio-
ribus venit ad oculum,qui eſt albus,& anguſtus,ipſe di-
citur opticus,& qui venit ad aures, dicitur auditorius
neruus.

CLAVDIO

CLAVDIO GALENO Attributus Liber De Anatomia Viuorum.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Diuisio partium corporis in simplices, & compositas.

CAPVT I.

MEDICORVM anatomicos necesse est præcognoscere quòd humanum corpus cùm sit compositũ, ad hoc vt sit substentaculum motuũ, & operationum diuersarum, ex multis & diuersis componitur instrumẽtis. Coniungitur enim nobilissimæ animæ, à qua influunt ei potentiæ nobiles, & virtutes multiplices, quarum ministeriis regatur, & saluetur in esse, & prohibeatur à corruptione, & à casu veloci. Sed cũ nullius virtutis ministeriũ cõpleatur nisi per organũ conuenienter adaptatũ, tunc exigitur adaptatio & preparatio organorũ multiformiũ, ad texturã corporis humani ordinãdã, per quæ virtutes negotientur, & effectus, quos intẽdũt, attingant. Verùm quia operatio quælibet absque multiplici iuuamento non saluatur diu, neque etiam fit, tunc oportuit vt organa specialia haberent speciales texturas ex partibus diuersis. Et dico quòd tam ea, quàm partes eorum, à medicis membra appellantur: quarũ generatio est ex humoribus proportionatis, sicut humorũ ex cibis.

A Vnde mẽbrorum alia simplicia, alia cõposita. Simplicia sunt, quorum quamcunq; partem sensibilẽ assumpseris, erit illa toti communicans in nomine & diffinitione: sicut os, & caro composita sunt, quorũ quamcunque partem assumpseris animalis, toti cõmunicãs nõ erit nomine & diffinitione, sicut manus, & facies. Membrorũ similium partiũ primum est os, quod creatum est durũ, quoniam corporis est fundamentũ, & motuum sustentamentum. Tamẽ & ipsum etiã secundũ magis, & minus in duritie diuersatur. Post ipsum est chartilago in duritie mollior, ad flectendũ humilis, sed omnibus aliis durior, in cuius creatione iuuamentum fuit, vt per ipsam osiiũ cum pelliculis, & carnibus facilior, & melior fieret continuatio. Si enim molle cũ duro absque medio cõponeretur, accideret ei pasio vehemens apud percusionem, & coarctationem seu constrictionẽ: & ex casu ipsius supra durum immediatè & resistentia, seu repulsione duri constantis: quare ordinata fuit positio mollis cũ duro: &

B inuestitæ fuerunt osiiũ extremitates bucellares, & concauæ hoc corpore medio, sicut est in oculo, scapula, & in osibus costarum, et in epiglottali chartilagine, & in osse suspẽso in furcula, & in aliis pluribus. Non solũ autẽ hoc iuuamentũ, sed etiã alia in eis reperiũtur iuuamenta plura, sicut in osse, quod suspenditur in furcula ad defensionem oris stomachi. Et quãdoq; per ipsam melior vicinitas fit iũcturarũ sese inuicẽ fricantiũ: alioquin sui duritie rumperentur. Et aliquando iuuat in sustentando membrũ molle extensum, & elongatũ in suo itinere: propter quod alio indiget, cui innitatur, & à quo confortetur. Posteà sunt nerui, qui sunt tanquã virgulta orta à cerebro, & à spinali medulla, à substantia, seu vicaria in ipsis, durã, & flexuosam habentes substantiam, ad separandum difficilẽ: & iuuamentũ eorũ est, deferre virtutes sensibiles à cerebro, & motiuas ad partes alias: & corroborare totũ corpus, per quod incedũt, & dilatare quãdo-

C que se in cinctorio mẽbrorũ, ceu carentiũ, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. Ista enim mẽbra & si sensum non habẽt, positũ est tamẽ super ea cinctoriũ neruosum cooperiens ea, quę quãdo apostematibus, & vẽtositate tẽsa fuerint, peruenit apostematis grauedo, seu põdus, aut ventositatis extẽsio ad cinctoriũ, & ad ipsius radicem, & sentit ipsam. Posteà sunt chordæ ab extremitatibus musculorũ ducentes originẽ, quarũ substãtia substãtiæ neruorũ similis est, ad mẽbra tendẽtes mobilia. Quæ quando retrorsum trahũtur, propter sui principii attractionẽ ea retrahũt, quibus alligantur. & quãdoq; laxantur, quia eis accidit relaxatio ex eo, quod relaxãtur sua principia & ad suos tẽdunt situs. Et quandoque extendunt: sicut apud sui extensionẽ, quã habent ex suis principiis egredientibus mensuram suę longitudinis consuetæ. Et substantia chordæ componitur ex neruo, & ligamento ingredientibus musculũ, in quo perficiũtur, & fiunt tãquã fila in eo, & vt plurimùm penetrant per medium illius,

&ex

&ex altera parte egrediuntur,et aggregantur in vnum, & chordam constituunt:quæ quãdo separatur à musculo,ad iuncturam vadit,aut ad membrum mouendum,& colligitur in se ipsa,& inchordat ipsum sicut chorda ar cum. Posteà sunt ligamenta, sicut prædiximus, similia neruis. Et quædam eorum absolutè ligamenta vocantur, & quædam sunt, quibus appropriatur nomen alhacab: illud autem, quod ad musculos extenditur, non vocatur nisi ligamentum,quod autem ad musculum nõ extenditur,sed continuatur inter duo extrema ossium, aut inter alia membra,annectendo vnum alii firmiter, & ligamentum, & alhacab appellatur, & ipsius extractio,& origo est ab osse. Vnde & sensu caret, sicut & os. Et hoc prouisum est ei melius, ne propter motuum suorum vehementiam, & multam fricationem doleat. Iuuamentum ipsius est nexio, & concatenatio iuncturarum, & corroboratio neruorum. Quandoque enim nerui separãtur de suis principiis,& partiuntur,& ramificantur in membris, & propter hoc in suo processu magis subtiliantur,quantò magis remouentur à suo ortu,cùm rami ipsorum multò fiant subtiliores, quàm radix. Quàm ob rem ne cadant in defectum,& corruptionem,gubernauit eos Dei sapientia misericorditer agẽs. Etenim ex ossibus rem similem sibi extraxit, quæ connexio,vel ligamentum appellatur, & ipsam neruo miscuit,& ex eis quasi rem vnam effecit, & sic acquisita sibi crassitie securiùs incedit neruus ad membra longinqua,& non est timor de resolutione virtutis eius,& prætereà non erat conueniens vt nerui ossibus continuarentur,quæ sunt sustentamenta,& radices membrorum mobilium. Ossa enim sunt solida,& dura nimiùm, neruorum autem substantia mollis, & subtilis. Post ligamenta sunt arteriæ,quæ sunt organa concaua, in longitudine extensa,neruosa, & in sui substantia ligamentalia,habentes motiones diuersas,& quietes assimulatas,seu proportionatas motionibus,& quietibus cordis, quod est earum principium:& sunt compositæ ad hoc, vt per ipsas euentetur cor à suis fumis, & respiret calor naturalis,& spiritus distribuatur in mẽbra,quæ sunt post ipsum, propter partitionem & ramificationem quam suscipiunt. Et posteà sunt venæ, arteriis in aliquibus assimulatæ, non habentes motum dilationis, vel constrictionis, sicut & arteria:& hoc est,quòd quietæ nominantur. Et sunt creatæ ad hoc, vt sint viæ, per quas feratur sanguis nutrimentalis,et membris par tiatur secundum quod necessarium est. Vnde de necessitate ad omne membrum instrumentale veniunt duæ venæ, pulsatilis, & non pulsatilis, ad deferendum duo genera sanguinis, quibus membra indigent ad sui conseruationem & nutritionem: licet et aliam habeant vtilitatem istæ venæ in corpore,communem cum neruis in eo quòd sunt ligamenta carnium, sicut postes in pariete. Et significatio super hoc est quod videmus, quod in corporibus in quibus liquefiunt membra, et caro, apparent venæ crassiores aliis membris magis diminutis. Et alia est necessitas suæ manifestationis, vt per venulas paruas diuidatur sanguis, et faciliùs accipiat alterationem, et conuersionem. Et iterum, vt sanguis crassus remaneat, & retineatur ab eis, & cohibeatur ab exitu: & in quibus relinquuntur orificia ampla, non coerceetur sanguis ab exitu suo omnino. Vnde in palato, naribus, et ano, fiunt multoties sanguinis exituræ. Et post hæc sunt panniculi, quorum textura est de filis neruosis sensu nequaquam perceptis, quorum spissitudo est tenuitas quædam in superficiem suscitata,ad hoc vt sint continentes conuenienter, et bene coopèrientes superficiem corporum aliorum,propter iuuamenta plura: ex quibus est, vt semitam eorum,in quibus est in sua figura,& facta bene custodiant. Et hoc iuuamentum est in tunicis cerebrorum, & grandinis glacialis, & humorum suorum, quorum substantia de natura currens, & mobilis est,indigent tamen vt sigantur, et stent ordinati in suis figuris, ne accidat error in operationibus virtutum perficiendis, quarum necessitate creantur,& existunt, vt suam existentiam in consequentiam contrahant,& ex eis est vt fiant suspensiora aliorum corporum, sicut renum à dorso: & vt sint continentia quędam, sicut stomachum, et intestina: et vt per ea membra quædam sensum in superficie solùm habeant, sicut pulmo, hepar,& splen,& renes. Et ex eis est, vt per eos distinctio, et diuisio habeatur super membra diuersarum intentionum, sicut inter os & carnem, inter spiritualia & nutrientia propria diaphragma: & vt inter duas concauitates compares. Et hæc est intentio velaminis separantis thoracem. Et posteà est caro, cuius iuuamentum est vt adimpleat tunicas, & connectat ramos, quæ in suis complexionibus, & coloribus diuersa in diuersis membris reperitur:sicut alba & mollis in coniunctionibus, & in glandulis omnibus, et in mamillis, & in ouis, rufa, seu rosea in pulmone, rubra vt in pluribus, rubicunda vt in corde, purpurea vt in hepate,subnigra,seu nigra vt in splene, & etiam in vua. Et membra alba albificant materias, quas conuertunt,sicut mamillæ lac, oua semen:& rubra rubrificant,sicut hepar sanguinem. Splen verò,& renes sanguinem rubrum quasi similem magis appetunt. Similem dico in colore,& natura. Et verum est quod glandulæ sunt species carnium diuersorum iuuamentorum. In locis enim iuncturalibus, et etiam sub lingua, ponuntur ad nutritionem humiditatis necessariæ,ad motum facilem, et velocem,& prohibitionem arefactionis superfluæ, aduenientis propter fortitudinem motuum,& quandoque ad recipiendum venas transeuntes ab vno in aliud, sicut mesaraicas euntes ab hepate ad stomachum,& intestina: quæ indigent solo,cui innitantur: sicut res honoratæ in hora suæ laxationis, ne prosternatur virtus earum. Et consimile est iuuamentum glandulæ pinealis suppositæ cerebro: propter quod replet interstitia venarum transeuntium ad diuersas partes cerebri. Adipem, & medullam non negat Aristoteles partes animalis esse necessarias,quarum generatio est ex eo, quod relinquitur de nutrimento caloris innati: & coagulatur propter sui imbecillitatem, cùm consumi non possit. Et est aeriæ substantiæ multum, ad quod se conuertit Natura, & transfert in vsum necessarium, & recipit ab eo iuuamentum multiplex,quorum vnum est vt non dimittat calorem innatum euanescere, imò retineat ipsum, et coadunet,& multiplicet. Et hoc notum est in zirbo,& in pinguedine renum. Quare circa membra frigida de natura, calore multo indigentia, propter humiditatem multam, quæ solet in ipsis dominari, circumdata est in animalibus,et plurima reti, & præcipuè in locis distantibus à principio caloris naturalis,& maximè in frigidis com plexione,et humidis. Medulla est superfluitas sanguinis in ossibus concauitatẽ habentibus. Et hoc significatur, per quod omne animal abundãs in sepo, et pinguedine, abũdat & in medulla:& puer,quãdo est puer. In osse enim eius reperitur sanguis. Et conualescẽte calore in ipso,& decoctione albescit. Et quod sit superfluitas sanguinis ossa nutrientis significatur,quia illa medulla est calida

& hum ida

& humida,& oſſa ſunt frigida & ſicca:& ſuperfluitas eſt cõtraria ei,cuius eſt ſuperfluitas. Quare videtur quòd potiùs ſit ſuperfluitas oſsis medulla, quàm eius nutrimentum. Et hoc ſignificatur per hoc, quod in oſsibus animalium frigidorum multa reperitur medulla,quia calor oſsium in eis non poteſt diſſoluere pinguedinem, ſiue medullam: propter quod leo non habet medullam, quoniam conſumitur ex calore in ipſo oſſe. Iuuamentum medullæ oſsis eſt, vt ipſum fomentet,& humectet, & vt ipſum mollificet ne frangatur, & ideo quia motus ipſum exiccat,& vt os per ipſam forte ſit, & ſolidum. Poſt partes iſtas vltimæ in mollitie,& à duritie maximè elongatæ ſunt humiditates viſui deſeruientes,& præcipuè albuginea,quæ clara eſt valde, & ſubtilis. Creata eſt enim in facie glacialis. Clara igitur poſita eſt propterea, quòd grauetur delatio luminis ſuper glacialem. Si enim ſpiſſa crearetur,obtegeret,& velaret lumẽ ab omni eo, quod ipſum ſequitur. Spinalis medulla ergo à quibuſdam putabatur medulla,ſed Ariſtoteles dixit quod nõ fuit medulla, quia in ſe habet duritiem,quæ non accidit medullæ. Et dixit quòd ipſius iuuamentum erat per ſpinam tranſire ad modum tigni,iuuando remotionẽ ſpondylorum,& ſpinæ,& omnium, quæ ex eis oriuntur. Sed poſteriores aliam inuenerunt ipſius vtilitatem. Deſcendit enim à cerebro ſenſificans virtutes,& mouens membra ſequentia caput. Et hæc ſunt hominis ſimplicia mẽbra,in quorum vnoquoque ſunt virtutes ad ſui regendi cuſtodiam & tutelam. Et ſunt duæ res neceſſariæ, ſcilicet motiua de loco ad locum,& digeſtiua, ſeu maturatiua. Et motiuam de loco ad locum diuidunt medici in tres,ſcilicet in apetitiuam, quæ trahit rem neceſſariam ad locum,& ex pulſiuam,quæ expellit rem non neceſſariam de loco,& retentiuam,quæ retinet quod neceſſarium eſt in loco. Licet eadem virtus ſit apud philoſophum,ponentem principium motus & quietis ab illo motu eſſe indifferens. Et dico quòd materia vniuſcuiuſque membri ſimilium partium aut eſt ex ſpermate, aut ex ſanguine. Quæ generãtur ex ſpermate ſunt omnia membra præter carnem,& adipem,quorum generatio eſt ex ſanguine. Et ſecundum philoſophum ſperma maſculi & fœminæ diuerſarum eſt intentionum. Intentio enim ſpermatis maſculi eſt informare ad ſimilitudinem eius, à quo ſperma ſeparatum eſt. Et intentio ſpermatis mulieris eſt recipere formam ſecundum ſimilitudinem eius, à quo ſeminatum eſt. A ſpermate igitur maſculi ſpiritus eſt,& artifex,& forma: & à ſpermate mulieris eſt fundamentum,generatio,& materia. Caro verò ad replenda loca vacua,ex ſanguine ſolo generatur ſpiſſo,quem caliditas & ſiccitas coagulauerat. Adeps verò, ex eius aquoſitate,& vnctuoſitate,quam coagulauit frigiditas. Ideo caliditas eam diſſoluit. Et ex ſanguine generata renaſcũtur poſt perditionem ſuam,& illud, quod eſt generatũ ex ſanguine,in quo adhuc eſt virtus ex iſtis ſpermatibus ſi tollatur,iterum renaſci poteſt,ſicut dentes in pueritia. Item quæ complexioni ſanguinis vicina ſunt,non indigent multitudine conuerſionis ſanguinis ad ſui nutritionem: imò ſtatim in ſuo occurſu in eo conuertũtur. Quorum verò eſt materia ſperma,& ſunt à complexione ſanguinis remota, neceſſe eſt vt multis conuerſionibus ſanguis in eorum nutrimentum ſecundum ordinem conuertatur. Quapropter in quibuſdam membris tanta ſunt foramina,ſicut in oſsibus,quatenus eorum nutrimentum ſanguineum ſtet in ipſis, & moretur, vt ea procedant paulatim, & paulatim conuertendo illud in ſui ſimilitudinem perfectè. A carne autem ſeparata eſt iſta foraminum diuerſitas.

De uillis, ſeu filis uaſorum.
Cap. II.

A PRæterea licet plura prædictorum membrorum ſimplicia nominentur à medicis,non ſuis tamen carent complexionibus, & texturis, ſicut venæ, & arteriæ, & panniculi omnes. Componuntur enim ex villis,ſeu filis ordinatim in eorum textura poſitis, ſicut quandoque videmus in artificialibus,& hoc propter neceſsitatem plurimam. Nullus enim motus, niſi per villos, completur. Motus enim voluntarius per villos fit in muſculis. Et motus naturalis, qui eſt attractio, retentio,& expulſio,fit cauſa villorum,ex quibus vaſa naturalia texuntur,ſicut ſtomachus,& inteſtina,venæ,arteriæ,veſica,guſa. Et ſicut in artificiali textura tenduntur fila quædam in longitudine, quædam in latitudine, quædam in tranſuerſo quandoque,ita in naturali: quæ

B protenduntur in longum,appropriantur attractioni: in latitudine vero tenſa,expulſioni, & ſunt conſtringentia: quæ verò cadunt ſecundum tranſuerſum, propriè deſeruiunt retentioni: & ſunt tanquam fræna ſecundum formam ſituum ſuorum in medio poſita,ad prohibendum ſuperfluam velocitatem motuum expulſiuorum,& attractiuorum. Neque ſunt naturæ motus cum impetu,ſed quadam ſucceſsione,& gradatione volunt fieri. Et quandoque omnes iſtæ ſpecies villorum in eadem tunica ſimul reperiuntur, & quandoque in diuerſis: & in diuerſis tunc reperiuntur,quæ in latitudine tunc tenduntur magis in tunica extrinſeca, & aliæ duæ villorum ſpecies in tunica intrinſeca magis. Veruntamen illi, qui in longitudine procedunt,ad ſuperficiem magis declinant intrinſecam. Et iſta ſeparatio villorum non fuit facta,niſi vt vterque motus proue-

C niret meliùs,& magis expeditè. Et in membris,in quibus exigitur multa mora,& fixio longa,fortiùs commiſcentur villi retentionis cum villis expulſionis,ſicut in ſtomacho,matrice,veſica,& monoculo,quæ omnia ampla ſunt,& concauitatem habentia. In membris autem, in quibus non habet locum iſta neceſsitas, vehementer, nõ ita, ſicut in inteſtinis,quibus magis neceſſaria eſt attractio multa cum forti expulſione. Item membrorum ſubſtantiæ neruoſæ, & quæ propriè vaſa ſunt,quędam vnam tunicam habent,quædam duas. Vnam tantùm habent illa,de quibus non eſt timor vt accidat eis læſio ex materia contenta,cùm ſit mollis,& quieta, ſicut ſanguis quietus, qui habitat in venis. Vnde nec venæ,nec veſica indigent multiplicitate tunicarũ cooperientium, niſi neceſsitate coacta: imò ſemper conantur corpus alleuiare,quantum poſsibile eſt. Igitur multiplicatio tunicarum propter multiplicem neceſsitatem, & magnam communitatem creata eſt cum pro-

D uidentia. Neceſſaria eſt enim quandoque fortitudo, & ſpiſsitudo vaſis, propter bonam cuſtodiam ſecuram,ne fortè findatur propter motũ materiæ contentæ, cũ fortis ſit,& cõtinuus. Alia eſt neceſsitas plurima in cuſtodia vehemẽti materiæ mobilis,circundãte ne ſoluatur,& pereat,ex quo immineret periculũ maximum,præcipuè cũ ipſa ſit vehiculum propriũ animæ. Et ideo ſtudendum valde fuit in cuſtodia eius. Et hæc materia eſt ſpiritus, & ſanguis,qui in arteriis repoſitus eſt,& eſt primus theſaurus,& melior,quem habet Natura. Et hæc eſt cauſa multiplicationis tunicarum in arteriis. Tertia neceſſitas,eſt vehemẽs attractio,& vehemẽs expulſio, quibus indiget membrum ſeparatũ, Vnde vtrunque inſtrumentum factũ eſt membrũ ſingulariter,& abſque permiſtione. Et hoc manifeſtũ eſt in ſtomacho, & inteſtinis. Quar

ta ne

ta necessitas est operationum diuersitas, quæ à diuersis procedunt principiis, & diuersas habent intentiones, & complétur meliùs secundum complexionum diuersarum naturas. Cùm igitur huiusmodi operationes sint ineuitabiles in aliquo membro, & maximè necessariæ, voluit Natura inter eas diuidere, & vnicuique operationi instrumentum proprium præparare ad hoc, quod vtraque operatio secundum quod melius est, per se in actum procederet: sicut in stomacho, in quo fuit necessaria operatio sensibilis, quæ melius completur per membrum neruosum: & operatio digestibilis, quę melius cōpletur in membro carnoso. Vnde ipsum Natura tunica carnosa muniuit, & neruosa, vt per neruosam fieret temperantiæ, & distemperantiæ rei ingredientis perceptio, & per carnosam, rei digerendæ, secundum quod possibile est, maturatio accidit. Et Natura situs istarum tunicarum cum prouidentia, & discretione ordinauit. Neruosam enim, & sensibilem interius posuit. Carnosam verò digestibilem exteriùs. Potest enim digerentis actio ad digerendum sine occursu prouenire. Actio verò tangibilis absque obuiatione rei tangendæ non fit. Et cutis, quæ est totius corporis indumentum, ex duabus laminis constat: quare accidit eleuatio vnius laminæ absque alia cum vesicula. Laminæ autem illæ ortum habent ab extremitatibus venarum, & arteriarum, & neruorum, quæ terminantur in eis. Et creata est cutis perforata vt cribellum, ad hoc, vt per ipsam fiat respiratio vaporosarum substantiarum, seu superfluitatum interiorum membrorum, ex quibus in pluribus partibus studet Natura pilos multiplicare, vt eos obiiciat rebus nociuis, & permutatiuis, & vt sint tutamentum, & defensio nobilis membri, in cuius regimine solicita est nimiùm Natura. Et hæc est intentio in creatione palpebrarum, & pilorum superciliorum, videlicet vt sint in defensione à lumine superfluo, à fumo, à puluere, & ab omni eo, quod ad oculum volat, aut descendit de capite ad ipsum. Et sensificatur cutis à diuersis neruorum extremitatibus procedentibus à cerebro, & à diuersis spondylis medullæ spinalis. Et ipsius sensus debilitas, vel subtractio semper sequitur nocumentum nerui deferentis sensum ad ipsam: sicut sequitur mollities cutis in posteriori parte capitis ex læsione partis neruorum egredientis à foraminibus existentibus inter primum & secundum spondylum colli. Cutis itaque diuersatur in raritate & spissitudine. Vbi enim est magis rara, & pilosa, magis est aspera. Vbi magis spissa, magis lenis, & plana: & siccior magis est aspera, humidior magis est mollis. Et quandoque multiplicantur tunicæ, vel cortices in membro propter fortitudinem, & tutelam, sicut in tunica dura, seu cornea, quę secundum veritatem composita est ex tunicis subtilibus quatuor, quæ sunt cortices superpositi, & vt si excorietur vnus eorum, non fiat commune nocumentum, & propter hoc quòd locus opponitur foramini, est magis indigens fortitudine, & tutela. Et hæc dicta sunt de partibus simplicibus pluralitatem in tunicis habentibus.

Instrumentalium partium diuisio.
Cap. III.

Organorum verò alia sunt, quibus fit seruitium, & sunt regalia, & alia sunt instrumentalia seruitia. Regalia igitur, quibus seruitium fit, sunt ea, super quæ est repletio vitæ, & sunt mineræ virtutum spiritualium animæ, & spiritus, & intellectus, & sunt officialia, & loca eorum. Membra verò regalia intrinseca sunt septem,

A & quædam eorum præeminent in sublimitate, & principalitate eorum. Quorum sublimitas, & principalitas magis notificantur, sunt quatuor, cor, cerebrū, hepar, stomachus: & ista creata sunt famosa in sublimitate, quoniam sunt mineræ virtutum spiritualium regētium corpus hominis. Et post illa in celsitudine sunt testiculi duo, & renes, & vesica. Ista enim septem sunt diuersa secundum septem orbes stellarum, & centra earum. Et si istis addamus pulmonem, & splenem, iam reperiemus nouem in dignitate famosa, comparata nouem sphæris, & diuisa iuxta nouem orbes Mundi. Regalibus seruientia quædam sunt apparentia & extrinseca, vt oculi, aures manus, & pedes: intrinseca verò quatuor, epiglottis, gula, canna, intestina, & similia. Et posuit Deus carnem, & neruos, & renes, & testiculos, & velamen cordis, & pectoris, vuulam, & epiglottidē, & duas amygdalas, & linguam ex parte sanguinis. Et dico quòd sanguis est emanans ab hepate. Et locus eius sunt venæ, & cor. Et dominium eius est in superficie corporis,
B & anteriori parte capitis, & proprietates consequentes ipsum sunt risus, desiderium, gaudium, coitus, multitudo somni. Et proprietates eius in stomacho est velocitas digestionis, facilitas penetrationis, & in corpore toto facilitas alterationis substantiæ eius ad substantiam carnis. Et creauit Deus excelsus cerebrum, & pulmonem, & omne, quod est in corpore, ex membris frigidis, & humidis, & phlegmaticis, & ipsorū principiū, & elementum posuit phlegma, & diuisit ipsum sicut aquas in diuisiones, scilicet super faciem terræ. Et in diuisione aeris, quam deferunt nubes. Similiter pars phlegmatis, quæ currit in cannali pulmonis, & cōtinuatur aeri, adiuuat ipsum in præparando ad cor cum facilitate, & excitatur per ipsum: & confortatur virtus
C anhelitus in expulsione fumi calidi, cuius retentio posset esse causa combustionis cordis. Et est pars alia, quæ ascendit à pulmone ad cerebrum: & post sui compressionem descendit de cerebro, sicut descendit ros ex aere propinquo terræ. Et eius dominiū est in parte posteriori cerebri, & in pectore: & in moribus sequitur dominium ipsius id, quod est castitas, pietas, paucitas desiderii coitus. In motu autem id, quod est pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas responsionis. In corpore autem, id, quod est paralysis, tremor, debilitas. Et proprietas eius naturæ in stomacho, est infrigidatio caloris, & ex acuitate ciborum, & potuum, & reliquarum materiarum superuenientium stomacho, & cordi. Quod est, quia virtus expulsiua confortatur, cùm sit ei simile, sicut simile per suum simile, & compar per suum com-
D par. Et creauit Deus excelsus, & gloriosus fel, quod est calidum, & siccum, & igneum, & domus choleræ citrinæ: & posuit ipsum annexum hepati, adiuuans hepar super decoctione cibi. Et posuit dominium choleræ citrinæ in vertice, propter sui leuitatem, & sublimitatem, & eius altitudinem, & eleuationem. Eius autem respiratio est in vtrisque auribus, quia sunt ex diuisione eius, & ipsius natura: & assimulatur ei ex membris, quod est calidum, & siccum. Et ipsa quidem cholera currit in corpore cùm sanguine, propter conuenientiam, & combinationem eorum, sicut est conuenientia olei ad lampadem. Et de proprietatibus naturæ eius in stomacho est attractio cibi, & adiutorium super digestionem, & emundandi fæcem. Et hoc, quod consequitur virtus moralis ex actionibus eius, est inconstantia, furor, & subtilitas, & acuitas, & solertia, & audacia, & eleuatio, & desiderium coitus, & memoria, & velocitas responsionis. Et totum corpus consequitur ex eo calorem & siccitatem. Et assimulauit

ſimulauit Deus oſſa, chartilagines,pilos,& vngues, &
ligamenta choleræ nigræ.Omne enim membrum cō-
gelatum,terreſtre,priuatum ſenſu, eſt ex malancholia:
& ſedes ipſius eſt in ſplene: & dominium in viſu, & in
ſiniſtro corporis:& per eam accidit taciturnitas,& co-
gitatio,& grauitas,& fletus,& tarditas,& timor, & ſo-
litudo,& puſillanimitas, & aſpectus, & in ſucceſſioni-
bus, & in ſtomacho proprietatem habet retinendi, &
expellendi,& excitandi appetitum, & corpus ex ea con
ſequitur frigiditatem,& ſiccitatem carnium, & immo-
bilitatem proportionatam ſibi ſecundum magis, &
minus.

De corde,eiúſque partibus. CAP. IIII.

POſita ſunt autem quatuor principia regalia corpo
ris animalis à quibuſdam:ab aliis verò tria: ab aliis
autem duo.Sed à ſapiēte verificatum eſt vnū eſſe prin-
cipium tantùm in animali,& iſtud eſt cor. Anima enim
vna eſt virtus actu,potentia verò plures. Tunc exigi-
tur quòd alicui vni coniungatur priuatio,à quo omnia
ſequentia ſuas, trahant virtutes vitales, & operationes
naturales,& deſcendat ab eo,vt reducatur ad ipſum, ſi-
cut in particularibus reducimus ad ſenſum communē
omnes ſenſus particulares.Quare in animalibus diuer
ſa membra officialia neceſſaria fuerunt, contrahentia
ſcilicet virtutem ab vno membro, & vno principio,
quod in perfectis animalibus eſt officiale, & in imperfe
ctis conſimile,ſicut in oſtreis, ſcilicet quæ non habent
ſenſum niſi vnicum, ſcilicet tactum,& membris carēt
officialibus,habent tamen membrum conſimile. Sed
cùm calor naturalis ſigatur,& ſuſtētetur in corde,me-
ritò ipſum eſt principium omnium aliorum. Omnia
enim trahunt aliquid ab eo. Ipſum autem non de ne-
ceſſitate ab omnibus.Itē cùm ſit poſitū fundamentum
ſpirituū,& caloris vitalis,&cū ſpiritus ſit vehiculū vir-
tutum vitalium, ſenſibilium, & motiuarum,neceſſariū
igitur fuit vt viæ ſuæ per ipſum calefierent, & perfice-
rentur ab eo, & ita vt haberent ſpiritum tantùm apud
ſui radicem. Calor enim, & ipſius via,ſicut effectus, &
cauſa,ab ipſius radice conſurgunt,vt dicit Ariſtoteles.
Sed Galenus dicit quòd hepar eſt principium nutri-
cationis,cerebrum verò ſenſus,& motus. Sed non vi-
demus hominem communitatem habere ad plantas ſe-
cundum ſenſum,& motum,ſed ſecundum nutritionem
tantùm,quare cor,cùm non ſit principium nutritionis,
neque ſenſus,& motus,ſecundum ipſum non erit prin
cipium. Sed ſi dicas,quòd aliqua virtus habeat princi-
pium à corde,quæ non pertinet ad nutritionem,neque
ad ſenſum,neque ad motum, tunc illa virtus erit præ-
ter ſenſum,& motum, & præter virtutē, in qua anima-
lia communicant cum plantis,conueniet omnibus mē-
bris. Sed non reperimus talem in animalibus, neque in
membris ipſorum.Et ſi dicas quòd ſit principium mo-
tus, quod eſt ſecundum pulſum, tunc omnia membra
communicant cum eo in pulſu: aliter non eſſet princi-
pium vniuerſale omnium membrorum animalis. Et ſi
dicas quòd cor habet filum longum ad vnam opera-
tionem motiuam, & alia in latum ad operationem aliā,
& in tranſuerſo propter operationem tertiam, ſecun-
dum quod attrahit,retinet,et expellit,quare non eſt vo
luntarius, iam iſte motus conuenit aliis mēbris,vt ſto-
macho,matrici. Quare cor nō eſt principium alicuius,
quod falſum eſt:aut, ſcilicet eſt principium nutrimen-
ti,et ſenſus,et motus. Quod autem ita ſit, ſignum eſt,
quoniam alius eſt pulſus in dormiente, qui coniunctus
eſt cum digeſtione nutrimenti,et alius in vigilante, qui
Galen.
coniunctus eſt cum operationibus animalibus. Ad idē
A quoque alias proponit oſtenſiones Ariſtoteles dicens:
Quoniam ad id,ad quod nulla vena vadit, et à quo o-
mnes venæ tendunt, debet eſſe principium venarum,
et nullum membrum reperitur tale,niſi cor. Item o-
mne,quod naſcitur ab alio, debet eſſe principium ei
id,à quo naſcitur.Sed hepar,cùm ſit totum carnoſum,
ab eo vena non naſcitur,cùm ſit ſubſtantiæ venæ,ipſius
ſubſtantia valde diſſimilis,ergo non potuit eſſe princi
pium venarum. Verùm huic rationi inſtat Ariſtoteles,
dicens quòd corallus naſcitur in terra molli et lutoſa
in mari,et tamen eſt arbor duriſſima. Propterea repe-
ritur vena penetrare per mediū ipſius ſubſtantiæ hepa-
tis,& in penetrando diuiſiones,et ramificationes ſuſci
pere:ergo in eo non habebit oriri. Cor autem et quie-
tam,et pulſatilem in ſe terminat,et iūgit, et tam iſtius,
quàm illius materias, quas deferunt, bene continuat,
B neque habet venam aliquā in ſe, niſi poſtquam exierit,
in ſe iterum reflectatur,et redeat. Antecedit etiam in
ordine naturæ,et creatione præparatio cordis præpa-
rationi hepatis. Non enim nutritur,vel ſenſificatur mē
brum animalis,niſi in quo eſt ſubſtentatio vitæ cum ca
lore naturali. Cùm ergo ita ſit, neceſſe eſt præparatio-
nem,et formationē membri præmittere,quod ſit crea-
tio,et ſubſtentaculum caloris,et ſpiritus,ante creatio-
nem nutrientis ipſum,et ſenſificantis. Sed hoc eſt cor:
quare ipſum eſt antiquius,et ſublimius in corpore ani-
malis,et non habet ſibi compar,et omnia alia ſunt poſt
ipſum,et diſpoſita ſecundum ipſum,et ei inclinata. Et
Galenus mores,et virtutum naturalium operationes
diuerſas diuiſit iuxta diuiſionem complexionum cor-
dis,et poſuit earum proceſſum ordinatum,et rectum ſu
pra ipſius temperātiam,errorem verò,et inordinatio-
C nem ſupra ipſius diſtemperantiam. Conſequens ergo
eſt apud eum,ſecundum rationem et non ſecundum ſen
ſum diiudicantem,cor eſſe baſim,et radicem virtutum
moralium,et eis deſeruientium. Ad motum enim radi-
cum ſunt motus ramorum:et non conuertitur. Cùm
enim ipſius forma radicalis ſit, ſupra quam mouentur
virtutes morales,et ipſum erit radix inſtrumentorum
moralium.Sicut enim ſe habet perfectio vnius ad per-
fectionem alterius, ita ſe habet vnum perfectum ad a-
liud perfectum.In eo enim quod Galenus dicit, quòd
hepar eſt principium ſanguinis propter hoc,quòd neq;
in matrice,neque in ſtomacho, neque in inteſtino ſe-
quentis ipſum reperitur primò ſanguis, ſed in hepate,
propter hoc quòd hepar circunſtant receptacula fæcis
ſanguinis,vt cyſtis fellis, ſplen,et veſica:videtur magis
ſequi ſemitam ſenſus vt medicus, quoniā et ſi ſanguis
D in prima ſui perfectione appareat in hepate,et in venis
poſt ipſum, non tamen eſt ibi in ſua peroptima perfe-
ctione. Optimam enim,et digniſſimam perfectionem
cōſequitur ſanguis in corde.Iterū vbi admiſcetur ei ſpi
ritus,et vbi ſit ſpiritualis,& vitalis,ſūmè. Quare poſt-
eà in vaſis,et magis ſecuris ponitur à Natura,propter
timorē vehemētē de perditione ipſius,cùm ipſe ſit me-
lior theſaurus Naturæ. Cor igitur ſecundum Ariſto-
telem, eſt primum mouens, et vltimum membrorum
animalium, ſpiritu plenum,et virtutibus, quæ aliis cō-
municantur per influentiam ab ipſo. Et cordis vna ex-
tremitas ſubtiliata eſt, et ad vnum punctum aggregata:
et hic punctus eſt,à quo incipit Natura primò protra-
here informationem totius corporis: et altera ſui ex-
tremitas eſt in circulum. Et iſtæ duæ extremitates con
iunguntur figura circuli mediante,cuius initium angu-
ſtiſſimum eſt apud punctum, deinde multiplicat ſe cō-

tinuè fecũdum circulos crefcentes, donec attingat extremitatem aliam, quæ eft in circulo maximo circulorum cordis. Et fic gradata eft ipfius figura ad fimilitudinem pineæ, quatenus ipfa ingeniofa fabricatio fuperior, & inferior fit conueniens, & bona, & non fit in ea fuperfluitas euagans in angulos, in quibus lateat nocumentum, & iuuamentum. In fubtiliatione vnius partis ipfius eft, vt fit minor pars partium ipfius, quæ parata eft lædi ex contactu offium. Et facta eft dura fimiliter hæc pars cum fuperfluitate, vt meliùs obuiet, & minùs lædatur, feu patiatur à rebus fibi occurrentibus. Et dilatata eft ipfius extremitas altera ad meliorem compræhenfionem materiæ ingredientis fanguineæ, feu aeriæ, & ad euacuationem faciliorem egredientium ab eo, & vt fit fufficientia in origine eis, quæ ab eo oriuntur. Et apud ipfius radicem prædictum eft membrum, quod pro fundamento imponitur fimile chartilagini paruum, vt fit ei bafis fixa, & firma. Et eleuata eft ipfius pars fuperior, vt elongetur ab inhæfione fuper offa pectoris, & vt faciliùs accedat calor fpiritualis ad eleuationem virtutum vitalium, & perueniant mores boni: & elongatæ funt à depreffione, quæ eft caufa timoris, & triftitiæ, & auaritiæ: & quandoq; fitus partium cordis, fcilicet ante, & retro, dextrorfum & finiftrorfum, furfum & deorfum operantur fitus partium corporis: & receffus earum à fuis fitibus naturalibus eft caufa receffus ipfarum à fuis fitibus naturalibus, ex quo accidit deformitas in exterioribus cum deformitate mentis. Subftantia quidem cordis ex diuerfis confimilibus compofita eft. Sicut enim principium omnibus aliis cõpofitis, & fimplicibus partibus affimilatur, fcilicet in fui compofitione compofitis, & in fimplicitate fuarũ partium fimplicibus. Componentia verò ipfum funt caro, villus neruofus, & chartilago, vel fimile chartilagini, in fui carne carnibus, in villis fuis neruofis neruis, chordis, ligamentis, panniculis, adiutoriis in fubftantia fimili chartilagini membris duris, vt offibus, & chartilaginibus affimilatur, cùm caro illius fortis fit, & folida, & ficca, & dura, vt fit difficilè paffibilis. Species etiam villorum fortium plurimæ diuerfitatis in eo contentæ funt, longitudinalium, fcilicet attractiuorum, latitudinalium expreffiuorum, & tranfuerfalium retentiuorũ, vt fint ei fufficientes fpecies motuum. Et apud ipfius radicem pofitum eft ibi fundamentum membrũ quoddam chartilagini fimile, vt dictum eft. Iftæ igitur partes confimiles, cùm fint duræ, & ficcæ, & terreftres, magis attinent complexioni terreftri. Quare ipfum conftans ex eis eft frigidum, & ficcum magis. Et hæc eft intentio Sapientis. Quæ enim eft comparatio fornacis ad ignẽ contentum, eadem eft comparatio cordis ad calorem, & fpiritum contentum: & ficut fornacis cõpofitio ex igitur effe ex rebus folidis, lapideis, & indiffolubilibus coram igne, ita & cordis compofitio ex duris, & compactis, & non liquabilibus effe exigitur, propter calorem fortem, quem continet: quoniam aliter ftare non poffet in facie multitudinis fui caloris. Signum fuper hoc eft, quòd confortatur magis apud fui diffolutionẽ, & remollitionem ex fubftantiis duris lapideis, quales funt coralli, margaritæ, fapphyri, hyacinthi, & fimilibus, ficut iuuatur fimile à fuo fimili, & compar à fuo cõpari: licet Galenus pofuerit omne cor calidum & ficcum, refpiciens difpofitionem, quam trahit ex fpiritu calido contento, & ex fuis motibus, cuius fimile imprimit in aliis membris per exufflationem, & tranfmiffionem caloris fui ad ea. Veruntamen eft ita quòd ifta difpofitio eft naturalis ei fecundum quod cor, & non impedit quin partes primæ compofitiuæ fui à principiis fint frigidæ, & ficcæ, licet ipfum ex parte

A complexionis, & perfectionis, quam trahit ex anima, fit calidũ, & ficcum, propter fpiritum calidum, & motum, quem habet ex parte animæ. Et corpus ipfius pofitum eft in panniculo fpiffo, & folido valde, cui non inuenitur cõpar in fpiffitudine in corpore hominis, vt fit clypeus, & tutamen. Et in ipfo funt duo ventres, & fouea, quæ eft quafi meatus quidam inter ventres, & non eft venter. Duo funt ei ventres, vt fint receptacula nutrimenti duplicis quo nutritur, fpiritualis, & aerii fcilicet, & fanguinis craffi: Et fouea eft minera generati fpiritus in ipfo, & fanguinis vitalis, & locus perfectionis, & miftionis eorum: & dilatatur apud dilatationem cordis, & conftringitur apud fui conftrictionem. Et finiftra ventris bafis eleuata eft fuper ventris dextri bafim: & bafis ventris dextri depreffa eft multùm defcendens. Ap-

B præhenfum verò à dextro, craffum eft, & terreftre. Cõpræhenfum verò à finiftro, fubtile, & lene eft. Lene autem faciliùs ducitur ad fuperiora, craffum autẽ ad inferiora. Temperatior ergo natura reperitur in ipfius medio. Et funt duo orificia cordi, introitus duarum materierum, fcilicet fanguinis, & aeris attracti, ficut duæ aures, quæ creatæ funt neruofæ: rugofa, & mollificata dum conftringuntur villi, in dilatatione verò tẽfa. Subtiliata ergo, & mollificata funt, vt meliùs fint obediẽtia vtrique motui: & facta funt neruofa, & extenfibilia, vt remotiora fint à paffionibus. Similiter ergo duo orificia prædicta funt duæ arcæ recipientes à vafis, deinde remittentes receptum ad cor cum moderantia. Et à parte dextra egreditur vena magna, deferens nutrimentum ab hepate, quod eft fanguis. Et hæc eft pars occupata in attractione ipfius, magis vicinans hepati. Sed arteriarum origo eft à ventre finiftro: quæ omnes

C creatæ funt cum duabus tunicis: quare interior eft magis dura, vt fit bene obuians percuffioni, & motui forti fubftantiæ fpiritus, præter vnam, cuius via eft ad pulmonem, quæ eft habens vnam tunicam, ab omnibus aliis arteriis diuerfa, & nominatur arteria venalis. Sicut in vẽtriculo dextro nafcitur vena, quæ penetrat ad pulmonem, quæ fola inter omnes venas habet duas tunicas: & inde eam arterialem venam vocant, cuius caufa deinceps dicetur. Pofitum autem eft cor in loco medio medii pectoris, quoniam locus ille tẽperatior exiftit. Sed eius declinatio aliquãtula eft ad finiftram partem, vt amplificet locum hepati. Hepati enim melius eft cedere, quàm fpleni, quoniam eft fublimius. Et eft alia ratio declinationis ad finiftram, vt non totus calor coadunetur in dextra. Superfluè enim caleficeret, propter vicinitatem nimiam vtriufque principii calidi, & pars finiftra fuperfluè infrigidaretur, propter eorum elon-

D gationem. Et propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem finiftram, vt temperetur per ipfum latus finiftrum, præcipuè cùm fplen ipfum non fit calidum valde. Et tertia ratio eft, vt faciat viam venæ ventrem habenti, afcendenti ad ipfum ab hepate, vel defcendẽti ab ipfo ad hepar. Et locus cordis in medio eft corporis, vt magis vicinetur æqualiter omnibus circunftantibus, & faciliùs eis afferantur ab eo iuuamenta, & alia famulantia ipfum circunftent vndique. Et menfurauit Deus quãtitatem cordis in fufficientia, abfque fuperfluitate, & diminutione, vt non fit ei grauitas, propter quantitatem immoderatam, neque fractura, vel anguftia in fuis extremitatibus, propter diminutionem. Ab eo enim eft origo arteriarum, fufpenfio ligamẽtorum, & virtus omnis in vniuerfo. Veruntamen exceffus ipfiu

ipfius fecundum diminutionem, & fuperfluitatem frequenter in diuerfis particularibus reperitur. Et dico quòd ipfius quantitas fuperflua in comparatione corporis eius, non eft caufa audaciæ, vt quidam autumant, neque quantitas parua caufa timoris, & pauiditatis. Animalia enim plura habent nimiam quantitatem cordis in comparatione fui corporis, & funt cum hoc pauida plurimùm, & timida, vt lepores, cerui. Cuius caufa eft, quoniam in eis calor paruus eft, & extrà fertur pars plurima ab eo ad membra viuificanda, & fenfificãda, & mouenda: quare non calefacit ipfum integrum, fed relinquitur frigidum, & vacuum, vnde & pauiditas. Sed quædam funt econuerfo parui cordis, & hæc funt audacia, quoniam in eorum corde eft caliditas plurima, & coarctatur propter loci anguftiam, & cum vehementia ebullit. Vnde illa, quæ plurimùm funt audacia, funt ea, quæ funt magni cordis, & plurimi caloris. Et cor nutritur cum fuis virtutibus naturalibus, & earum motibus, qui funt diaftole, & fyftole, & quietibus duabus inter ipfas. Neceffe eft enim vt inter omnes duos motus contrarios quies interueniat. Et in his reperitur ars muficæ cum Natura: quoniam quemadmodum ars muficæ completur per adiunctionem fonorũ fecundum proportionem continuantem eos inter acuitatem, & grauitatem per circulos cafuum temporum, quæ funt inter eorum percuffiones: fimiliter eft difpofitio pulfationis cordis, quoniam proportio fuorum temporum in velocitate, & fpiffitudine, eft ficut proportio fonorum eius: & proportio difpofitionum eius in fortitudine, & debilitate, & quantitate, eft ficut proportio adiunctionis eius. Et funt motiones proportionatæ ad inuicem, & quietes fimiliter: & motiones quietibus, & econuerfo. Et cùm omnia ifta concurrũt in conuenientia fecundum ordinem, tunc faluum eft regimen corporis, & procedunt omnia cum incolumitate, & quiete vera. Et fi prædicta cum fuis difpofitionibus proportiones naturales egrediantur, difturbationem Naturæ portendunt. Et etiam difturbationis quantitas, eft ficut quantitas egreffa à proportione. Eft ergo cordis pulfatio, harmoniam principiorum complexionis corporis animati affimulans, vel eorundem difcordiam natam propter occafionem ducentem ad fuperfluitatem, & diminutionem, ficut manifeftum eft in paffionibus animæ, timore, & fpe, & lætitia, caftitate & luxuria, largitate & auaritia, & in ægritudinibus corporalibus, cali. fri. hu. & fic. Et terminus, ad quem fe extendit cor maximè, eft in contactu tunicæ, & panniculi fui exterioris, qui fibi datur ad tutelam, & cuftodiam, & eft fpatium pofitum inter hoc & hoc, vbi oriuntur ab eo. Et fimiliter apud radicem ipfius, vt in ipfo dilatari poffit abfque præfocatione, & conftringi, ficut in fpatio amplo. Et motiones ipfius efficiunt motiones in arteriis confimiles, ita quòd dilatatio dilatationem, & conftrictio conftrictionem. Licet alii aliter ponant, inducentes exemplum de follibus, cui experientia contradicit. Verbi gratia, fi ponas manum fupra cor alicuius, & alteram fuper arteriam, videbis femper depreffionem cordis & depreffionem arteriæ fimul fieri. Et verum eft, quòd pulfum rarum, & tardum efficit triftitia, quod nequaquam fieret, fi per compreffionem cordis dilataretur arteria. Item fecundum hoc magis deberet apparere facies inflata, & rotunda in triftitia, quàm in ira, & pulfus magis eleuatus in humili, quàm in fuperbo: fed in omnibus huiufmodi accidit oppofitum. Quare oportet vt ad eleuationem cor-

Galen.

A dis fequatur eleuatio arteriæ, & compreffionem compreffio. Proceffio igitur caloris vitalis, incipiens eft à cordis fundamento, vbi oritur fcilicet apud principiũ monftratum, fuperius tendens in latum, & amplum cõtinuè, cuius motus confequitur figuram cordis, quoad exeat, & recipiatur à vafis, & feratur in fpatium ampliũ totius corporis, & fpargatur in eo, & terminetur apud extremitates ipfius. Quare motui fuo fe ipfum affimulat cor in figura fua. Et ficut motus ifte eft primus motuum in veritate, ita & figura ipfius, cùm fit huiufmodi motum affimulãs, eft prima, & mater figurarum in omni membro confequente. Intentio autem Ifaac multùm eft diuerfa ab hac intentione. Erectio fiquidem totius animalis fupra cor pofita eft à Natura, tanquam fupra radicem vltimam, fed propter diuerfitatem virtutum nobilium ab eo egredientium neceffaria fuit creatio diuerforum organorum abfque permi-

B ftione aliqua, per quæ ferantur, & in quibus fuftententur, propter feparationem operationum fuarum meliorem, & faciliorem prouentum earum. Identitas enim organorum penitus confunderet, & earũ permiftio vehementer impediret. Melius ergo cum feparatione certa funt, & diuerfa Naturæ receptacula, quatenus fingulis fingulæ fpecificentur, & compleantur operationes nobiles, cum alleuatione, & abfque impedimento. Proptereà creata funt cerebrum, & hepar, & pulmo, & ftomachus, & funt tanquam nodi propinqui primæ radici, fupra quos déinde & nodi alii eleuantur, qui in eorum eleuatione funt fecundarii. Quoniam ficut in terræ nafcentibus radix eft principium, fupra quam figitur, & poft ipfum fequuntur nodi afcendentes vt in pluribus, in quibus coadunat fe Natura, vt iterum fortiùs progrediatur, & attingat meliùs

C quod intendit: ita & in animali fupra radicem ipfius, quæ eft cor, eleuantur membra confequentia ipfum, quæ funt in comparatione nodorum in terræ nafcentibus, vt in ipfis efficiat. Natura operationes diuerfas, fecundum quod neceffariæ funt ex parte regiminis animalis. Sed cùm bipartita fit Naturæ folicitudo, quarum vna confiftit in reftauratione refolutorum, & reliqua in cuftodia, & protectione reftaurationis, caufa exitus ipfius à corde eft duplex, & iter ipfius fimiliter bipartitum, & virtutes reftaurantis, præter penetrationem ad exteriora corporis. Ipfa enim opera fua quærit celari magis. Quare cum fuis fornacibus, & nodis fepulta eft interiùs in fuis concauitatibus, quæ funt duo ventres fibi coniuncti, à Natura præparati, fuperior fcilicet, & inferior, quos feparat diaphragma: licet fuperiorem feparet panniculus, pectus per mediũ

D partiens: & fuperior eft domus cordis, & pulmonis, in quo eft fpiritus præparatio, & rectificatio antè, quàm cor ingrediatur. Et attractio aeris ad hanc partem, eft per cannam magnam, & per cannales nafi. Inferior verò venter, domus eft organorum, in quibus affimulatur nutrimentum, cuius ingreffio eft per gulam, & ad quæ abiiciuntur fuperfluitates eius. Ex parte igitur aeris, fiue viæ arteriæ, exigitur nodus quidam, qui eft pulmo, fuper quem eleuatur canna cum cymbalari, & cannales: & ex parte viæ fanguinis fuprà cor, exigitur nodus alius magnus, qui eft hepar, in quo eft prima apparitio fanguinis: & ipfi fupponuntur & alii duo nodi parui in comparatione ipfius, qui funt domus fuperfluitatis, & grauaminis fanguinis, & vrinæ colatoria. Et fupra hepar etiam eleuatur ftomachus cum fuis appendicibus, licet confimiliter fuftentetur fupra cere-

brum, & super radicem primam, per aliam viam, propter quantitatem ipsius sanguinis superfluam, & suarũ appendicum, & propter quantitatem sui ponderis in hora suæ repletionis: & supra ipsam erigitur gulam, recipiens cibum ab ore. Virtutis autem positæ in custodia, & protectione nutrimentalis, & totius compositi processio, est magis ad exteriora. Eleuatur ergo, & ascendit in locum magis eminentem in toto, qui locus est magis dignus speculatori exercitus: & est magis dignus in custodia membrorum. Et in loco isto coadunatur nodus, in quo complentur operationes mirabiles valde, & nodus iste appellatur cerebrũ, super quod merguntur nodi plures: in quibus operantur quinque sensus, qui sunt exteriores speculatores, & in quibus operantur irascibilis, & concupiscibilis. Et isti nodi sunt musculi sparsi per vniuersum corpus, tam in quibusdam intrinsecis, quàm extrinsecis ea cooperientibus, & in extremitatibus, quæ sunt rami mediorum: sicut in manibus, & pedibus, & capite. Et nodi, qui sunt principia generationis, eleuati sunt supra cerebrum secundum Isaac: licet sapientes post ipsum erexerint, & sustentauerint ab aliis pariter, & per viam etiam spiritualem à radice prima. Et verum est quòd est ramificatio ab vnoquoque nodo primo procedens ad alium, & virtutum diuersarum adinuicem transmissio, quatenus vnusquisque sustineatur, & confortetur ex parte alterius virtutis. Et demonstratio per hoc est, quòd omnes ab eadem oriuntur radice.

De anatomia arteriarum, & pulmonis.
CAP. V.

A sinistro cordis ventriculo duæ oriuntur arteriæ, quarum vna ad pulmonem tendit, & in ipso partitur, propterea vt aer attrahatur, & vt etiam sanguis nutrimentalis pulmonis primò ad ipsum à corde deferatur. Et hoc est, quoniam nutrimentum pulmonis primò defertur ad cor, in quo melioratur, & pòst ad pulmonem transmittitur. Et hoc est vnicam tunicam habens, in quo differt ab omnibus aliis arteriis: quare appellatur arteria venalis. Et si comparaueris inter duplicitatem tunicarum, & firmitudinem, seu soliditatẽ, & inter vnitatem tunicæ, & lenitatem, & raritatem, si magis est necessaria, & tunicæ vnitatem, propter hoc. Lenitas enim, & raritas faciunt ei dilatationem facilẽ, & constrictionem, & resudationem eius, quod ab ea resudat ad pulmonem, qui est sanguis subtilis vaporosus substantiæ pulmonis magis aptus, & similis. Et hæc arteria venalis in anteriori parte pulmonis spargitur, & in ipsa submergitur, & est deferens sanguinem subtilẽ, vaporosum, propinquum completæ digestioni, & non completè digestum. Et non timetur super hoc propter propinquitatẽ ipsius ad cor, à quo ad ipsum venit virtus calida facilè digerens, & conuertens. Et est vena, quæ à dextro cordis ventriculo exiens subintrat pulmonem. Et ipsa creata fuit duas habẽs tunicas, & ideo eam arterialem vocãt venam. Primum autem iuuamẽtum in hoc existit, vt sit sanguini, qui ab ea resudat, subtiliatio perfecta: quoniã in eo nõ est talis digestio, qualis est eius, qui ad arteriam effunditur venalem. Vnde oportuit vt vena eum portans ingrossaretur multũ cum suis tunicis. Et aliud est, vt non resudet ab ea sanguis, nisi subtilis, & bene coctus, propinquus sanguini à sinistra concauitate exeunti in quantum possibile est, quasi spiritus subtiliatus, pulmonem magis iuuans in suo motu. Factus est igitur pulmo quatenus sit receptaculum aeris frigidi, qui veniens ad cor temperet ipsum. Nisi enim esset aer iste, iam cor cremaretur ex calore in ipso. Vnde omne animal habens calorem magnum, necessarium fuit habere pulmonem magnum. Ideóque quadrupeda magnum pulmonem sunt habentia. Aues autem cùm sint frigidioris naturæ, habẽt paruum pulmonem, quia aer inspiratus sufficit eis ad nutrimentum caloris spiritualis, ita etiam quòd quædam earum non potant, neque sitim habent. Sufficit enim aer inspiratus calori earum. Et non dixit Galenus quòd attrahebatur aer ad cor ad nutrimentum cordis, quia aer, cùm sit simplex, non transit in nutrimentum, sicut neque aqua simplex, propter remotionem similitudinis, & distantiam plurimam inter ipsam. Vnde vtrunque eorum aut est pars nutrimenti, aut est faciens ipsum penetrare in eo, quod dat ei lubricitatem. Et dico quòd aqua est ad nutrimentum corporis: aer verò ad nutrimentum spiritus. Et vnumquodque duorum, scilicet nutrimenti corporis, & spiritus, est corpus compositum, & non simplex. Modus autem, per quem accidit temperantia in corde, & in spiritu eius per aerẽ, est euentatio superfluitatis adustæ spiritus, qui est fumositas propinqua adustioni, & inflammationi, per motum sui introitus, præcipuè cùm sit frigidus in comparatione materiæ fumosæ calidæ egredientis. Et infrigidatio cordis per aerem attractum propinqua est infrigidationi stomachi, quæ euenit ei in hora suæ repletionis, propter motum, & descensum ciborum. Vnde philosophus, Venter vacuus calefit, & repletus infrigidatur, propter motum. Et est pulmo compositus ex partibus, quarum vna, canna est, secunda est rami arteriæ venalis, & tertia rami venæ arterialis, quas proculdubio coniungit caro mollis rara, causata ex sanguine magis tenui, & magis subtili, ex quo nutritur, & sustentatur in esse. Est ergo pulmo mollis, rarus, ad albedinem declinans, & plurimorum meatuum, quatenus in ipso capiatur aer, & digeratur, & expellatur superfluitas eius ab eo: sicut creatum est hepar, secundum quod melius in comparatione ad cibum. Mollis autem est, vt sit præparatus duobus motibus secundum attractionem & respirationem, quos tamen motus consequitur ex parte thoracis. Carnis autem ipsius est iuuamentum, vt adimpleat rimas, & coniungat ramos. Declinatio autem ipsius ad albedinem, est propter dominium aquæ super illud, quo nutritur, & propter illius plurimam frigiditatem. Est enim sedes aquæ, vt per ipsam confortetur virtus anhelitus in expulsione fumorum calidorum. Et continuatur etiam aeri, adiuuãs ipsum in festinando ad cor cum facilitate. Sed raritas eius est, vt redeat ad attractionem aeris, & recipiat ipsum. Aeris enim penetratio non est solummodo in canna, imò plurimùm euadit ad corpus pulmonis ex eo: & propter hoc est multiplicatio ipsius aeris in eo, apparens manifesta. Et est aliud iuuamentum raritatis ipsius, vt adiuuet in constrictione ad expulsionem. Præparatur igitur duobus motibus: & propter hoc aperitur pulmo cum inflatione, & clauditur cum exufflatione. Ipsius tamen constrictio sequitur constrictionem thoracis, & dilatationem dilatatio, sicut dictũ est. Et hoc ne locus sit vacuus. Et est simile videre in spongia, quæ compressa manu, coarctatur in spatio breui, & angusto: quæ si explicetur, sequitur eam spongia, & ingreditur eam aer, & dilatabitur, & redibit ad locum amplum, sicut primò fuerat. Et pulmo est diuisus

sus

ſus in duas partes, in quibus attenditur ipſius gemi-natio, ſicut eſt geminatio cæterorum morborum in homine: licet dubitetur de hepate, vtrum geminetur in homine: licet in piſcibus duplex ſit hepar à dupli-ci lacerto. Et quia homo habet hemicraniam, & pa-titur quandoque paralyſin vnius partis, & non alte-rius, ideo cognoſcitur geminatio partium in cerebro. Iuuamentum verò partitionis pulmonis in duas par-tes, vt non eſſet anhelitus, propter nocumentum vni duarum partium adueniens. Et vtraque diuiſio ra-mificantur in duos ramos: licet in latere dextro qua-ſi non reperiatur ramus, cuius iuuamentum non eſt magnum in anhelitu, ſed eſt ibi tanquam lectus ſub-ſtratus venæ concauæ aſcendenti ad cor cum nutri-mento ſanguineo cordis. Et ſecundæ diuiſiones pul-monis ſunt ſicut primæ ipſius diuiſiones: & vt ſint tan-quam digiti ipſius propter bonam cõpreſſionem cor-dis. Veruntamen additio ſectionis in dextra eſt ad hoc, vt occupet ſpatiũ pectoris, & æquet ipſum, quo-niam declinatio cordis eſt magis ad ſiniſtram partem. Et pulmo inſenſibilis creatus eſt in ſe, & immobilis per ſe, quoniam ipſum non penetrat neruus aliquis: & omnis ſenſus, & motus influens, influit per neruum. Cooperimentum tamen ipſius, panniculoſum, & ner-uoſum eſt, vt ſit ei ſenſus aliquo modo in ſuperficie, ſecundum quod determinatum eſt. Et pulmo ipſe ſub-ſternitur cordi, ſicut culcitra ſuſtentans, & leniens ipſum. Et gibboſitas ipſius eſt à parte dorſi. Et eſt du-plex, vt meliùs recipiatur in concauitatibus à duabus partibus ſpinæ. Concauitas autem ipſius reſpicit ante-riora magis, ad hoc vt amplectatur faciliùs cor, & me-liùs. Et ſpiſſitudo maior eſt apud exitum cannæ, poſt-eà deſcenditattenuando ſe gradatim vſque ad ſui ter-minum, & inſpiſſatio eius eſt ſuperiùs magis neceſſa-ria, ad ſubleuationem meliorem capitis cordis, magis lati, & magis ſpiſſi, quare indiget fulcimento ſpiſſo & molli ſuperiùs. Sed conſequenter cedit hæc ſpiſſitudi-nis neceſſitas. Vnde poſteà attenuata eſt, ſecundum quod proportionaliter cor ad acuitatem tendit, & ſub-limitatem. Et comparationem etiam habet ad folium, quod poſitum eſt in cuſtodia, & protectione fructus, ſicut ipſe poſitus eſt in protectione, & cuſtodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augmentatæ, quæ eſt ſupra ipſum, eſt multiplex. Et vnum eſt, vt ſit continẽs pulmonis aeris, qui ſufficiat pluribus pulſationibus cordis. Si enim numerus inſpirationum numero pul-ſuũ propter paruitatem pulmonis cogeretur adæqua ri, iam ceſſarent plurimæ nobiles operationes, ſicut emiſſio longæ vocis: quæ neceſſaria eſt in ſermonibus, vociferationibus, & cantibus: & non poſſet detineri inſpiratio coram ſe fœtida, & corrupta: neque etiam in hora deglutitionis: imò accideret vt ſuperoccupa-rentur inſpiratione & expiratione: quare diu perma-nere non poſſet, quando neceſſaria eſt plurima quan-titas ipſius, vt ſpiritui cordis ſit materia ſufficiens, dũ ſummergitur in aquis animal, aut quando neceſſarium eſt ei vocem prolongare cum continuatione, aut quã-do abhorret attractionem aeris propter corruptio-nem, & fœtorem eius. Et etiam notandum quòd quæ-dam animalia ſunt habentia pulmonem, quædam au-tem non. Quæ autem ſunt ambulabilia, & ſangui-nea, pulmonem habent: & piſcibus loco pulmonis ſunt branchiæ. Et in quibuſdam animalibus loco pulmonis ſunt cannales. Delphinus quoque, & lepus marinus, & animalia alia, quæ ſunt communia terræ, & mari, (quæ Arabicè cenalia dicuntur) & piſces re-
A ſpirant vaporem per branchias. Paucus enim vapor ſufficit eis, cùm participent multum frigiditatis. Vtrũ autem aliqui piſces reſpirẽt aerem, dubitatur propter-eà, quòd dicunt piſcatores de delphino, quòd quando dormit in ſuperficie aquæ, ſentiunt ipſum ſtertere: & Galenus promiſit ſe tractaturum hoc.

De anatomia oculorum.
CAP. VI.

Creauit Deus caput animalis, & poſuit ipſum in ſu-periori parte animalis, præcipuè propter oculos. Et anteriorem partem capitis eleuatiorem fecit, vt o-culi in illa parte ſiti eſſent in eminenti, inſtar ſpecula-toris vndique proſpicientis aciem, ſiue exercitum vn dique in plano poſitum: ſic & oculi compaginem in-
B feriùs ſpeculantur. Vnde quædam animalia paruum habent caput, & decliuos habẽt oculos, poſitos in qui-buſdam neruorum extremitatibus, quos quandoque emittunt à ſe, quandoque retrahunt ad ſe, vt patet in limace, cuius extremitates vulgus cornua vocat. Qui-buſdam verò animalibus illæ extremitates protenſæ duriores ſunt, neque retrahi poſſunt, ſed habent quæ-dam defenſoria ſuppoſita, quaſi duos clypeos duorum oculorum, vt patet in cancro. A cerebro autem ex-eunt duo nerui, quorum vterque duobus panniculis eſt obuolutus, à duabus matribus, ſiue meningibus or-tum habentibus, qui panniculi ad duos orbes oculo-rum tandem peruenientes ibi dilatantur per circuitum, vt intra ſe deglutitionem humorum poſſint accipere. Eſt ergo cryſtallinus humor, qui grando glacialis ab Ariſtotele appellatur, quia in forma, & calore eſt ſi-milis glaciei, in profundo, & medio poſitus, duplici ex
C cauſa, quia medium dignior eſt ſitus in cuſtodia: & vt à circunſtantibus iuuamentum accipiat vndique. Iſte humor in poſteriori parte ſphæricam habet formam, in anteriori aliquantulùm planam: & hac ratione, quo-niam ſi vndique haberet ſphæricam, imago rei viſæ quodam modo lubricaret ſuper ipſum, & tangeret in puncto. Item anteriùs planum eſt, vt parua corpora viſa multam haberent in eo ſectionem. Iſte autem humor diaphanus, & tranſlucens eſt, vt ſit ſuſceptibi-lis omnium formarum intra ſe. Poſt cryſtallinum humorem interiùs verſus cerebrum poſitus eſt vitreus humor, qui ſic appellatur, quia vitro liquefacto aſſimi-latur, cuius color medius eſt inter rubrum & album ſi-milis vitro. Et eſt iſte humor ad rectificandum nutri-mentum cryſtallini humoris, & vt fiat gradatio ſangui-nis, dum conuertitur in cryſtallinũ humorem. Si enim perueniret ſanguis in ſuo rubore ad nutrimentum cry
D ſtallini, inficeret ipſum, & faceret omnia viſa apparere rubra: & eleuatur iſte humor ad maiorem circulum cry ſtallini, faciendo ſemiſphæram circa ipſum. Et ſe ha-bet iſte humor ad cryſtallinum in comparatione ſto-machi ad hepar. Ex oppoſita autẽ parte vitrei humo-ris exteriùs ante cryſtallinum poſitus eſt albugineus hu mor, qui ſimilis eſt albumini oui: cuius finis multiplex eſt, ſcilicet vt ex humoroſitate ſua defendat cryſtallinũ humorem ab arefactione aeris exterioris: qui quidem humor eſt defenſorium cryſtallini ex alia parte, & eſt ſuperfluitas illius, ſicut vngues, capilli, cornua ſunt ſu-perfluitates animalis, & defenſoria eiuſdem. Item iſte humor præponitur cryſtallino, vt fiat gradatio lucis, & imaginis ad ipſum cryſtallinum: quia Natura nõ ſu-

ſtinet repentinas immutationes. Vnde iſto læſo deſtruitur viſus. Itẽ iſte humor liquidus eſt, vt ex liquiditate imago rei ingrediens diſtinctionẽ ſuſcipiat. Et eſt iſte humor poſitus in foramine vueæ tunicæ, quod quidem foramen, pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum cryſtallini humoris, claudens intra ſe ferè duos humores, ſcilicet cryſtallinum ferè, & vitreum ex toto. Et vocatur tunica ſecundina, quia à ſecunda matre, ſcilicet pia matre naſcitur. A qua quidem tunica, in eodem termino naſcuntur aliæ tres tunicæ, ſcilicet vna, quæ inferiùs reflectitur, interponẽs ſe cryſtallino humori, & vitreo, ſeparatorium illorum ex vna parte: & vocatur retina, inſtar retis. Partes habet innumerabiles ex venis, neruis, & aliis. Ab eodem loco naſcitur tunica alia, quæ aranea nuncupatur, perficiens ſphæram cum retina, circũdantẽ cryſtallinum humorẽ. Et dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ ſubtilis eſt, ne impediat lumen ingrediẽs ad cryſtallinum, & albugineum. Ex alia parte extra hanc tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica naſcitur alia tunica, cum ſecundina ſphæram perficiẽs exteriùs. Hæc tunica appellatur vuea, quia perforatur ad modum vuæ, ſuſpenſorio eius ablato. Figuram illius, & colorem cæleſtem habet, colorem ſcilicet medium, admiſtum ſcilicet nigro ſecundum maius, & albo ſecundum minus: quia ſi ex toto eſſet albus, nimiũ diſgregaret viſum: ſi niger ex toto, nimis congregaret. Tunica aliquantulùm eſt ſpiſſa, interiùs autem mollior, vt ſit ſimilis in mollitie cryſtallino: exteriùs durior, vt ſit corneæ tunicæ ſimilis. Rugoſa autem eſt circa ipſum foramen, vt quando opus ſit, conſtringi poſſit ad modum burſæ: & hoc quando virtus laxatur, & indiget recreatione. Et quando opus eſt dilatari poſſit, quando viſus diffuſione lucis indiget. In foramine huius poſitus eſt albugineus humor, qui illas replet rugas interiùs: qui quidem humor quandoque conſtringitur, quandoque dilatatur, ſecundum dilatationem, & conſtrictionem illius foraminis. Item ab exteriori panniculo oritur tunica, proximo loco includens ſecundinam, procedẽs ad modum ſphæræ, quę ſclerotica propter ſui duritiem appellatur: à qua naſcitur tunica cornea, cum ea ſphæram vnam perficiens, quæ aſſimilatur cornu lucido bene abraſo, & polito in luciditate, & in duritie, vt ex illa duritie defendat interiora, & ex ſua luciditate ſit diaphanum, ſiue peruium luci. Vnde per medium ipſius apparet circulus latus, foramen habens in medio de vuea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellatur. Et hæc tunica in ſui cõſtitutione quatuor habet cortices: & ſi deſtruantur duo, vel tres illorum, quartus remanet: quo deſtructo, omnes deſtruuntur. Vltimo loco ſuperuenit coniunctiua, coniungẽs omnes illas partes, quæ naſcitur à quodam neruo, & non à matribus: & componitur hæc tunica ex carne alba, & humida, & tenera, & ex neruis, & venis ſubtilibus: & habet foramen in medio, per quod apparet corona oculi, quæ eſt pars vueæ tunicæ, quę pupilla appellatur: quæ propter ſui profunditatem prætendit alium colorem album. Quæ re vera cùm ibi ſit, ſicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cùm tamen ſit alba. Habet autem hæc tunica ſex paria lacertorum, ſiue muſculorum, totum motum oculi perficientium: quorum vnus mouet oculum ſurſum, alius déorſum, alii ad duos angulos, vnus ad angulum domeſticum, ſiue lacrymalem, alius ad angulum ſylueſtrem. Item ſunt alii duo ex trãſuerſo poſiti, qui mouent oculũ circulari motu. Et de compoſitione oculi hæc ſufficiant.

A

De anatomia aurium.
CAP. VII.

CReauit Deus aurem, vt deſeruiret auditui: cuius interior figura eſt anfractuoſa, quoniam breue eſt cerebri ad aurem ſpatium. Si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex ſui qualitate, & ſubſtantia læderet cerebrum: propter hoc anfractuoſus eſt eius meatus, vt per tam breue ſpatium prolongaretur. Et eius foramen à petroſo oſſe incipit, quod medium eſt inter os, & petram, ſicut conchæ piſcium: & propter hoc vtriuſque ſuſcipit denominationem. Et ſimiliter anfractuoſus eſt, vt in prolatione variæ voces, & variæ ipſarum differentiæ percipiãtur, & cum ipſo perficiat tinnitus neceſſarios, quæ non acciderent, ſi directus eſſet
B tranſitus. Et eadem eſt cauſa, quare prolongatur iter aeris per aurem, cum cauſa quare prolongatur per tracheam, ſcilicet ne lædat cerebrum, ibi verò ne lædat cor ipſum. In interiori autem concauitate oſſis petroſi, ſine comparatione manet aer quietus. Ibi autem diſcernuntur omnes vocum differentiæ. Et ſe habet illa pars oſſis petroſi ea comparatione ad auditum, in qua ſe habet cryſtallinus humor ad viſum. Reſidua verò pars ab oſſe petroſo extrà apparens, chartilaginoſa eſt, non tamen mollis ſicut caro, vt debitam figuram ſibi retinere poſſit: neq; tam dura ſicut os, vt flecti poſſit, non frangi ad offendiculum. Poſita eſt auris ad latus, non in anteriori parte ſicut viſus, quia immutatio viſus directè procedit, ſed immutatio auditus indifferenter. Item nerui audibiles procedunt à media cellula, propter hoc ſub illa lateraliter poſita eſt auris: & po
C tiùs ſub capite, quàm ſuperiùs, ne propter ipſos impediretur auditus. Item quidam panniculus exit à neruo deſcendente à quinto pari neruorum cerebri, qui interiùs inueſtit os petroſum, & totam præſtat ei ſenſibilitatem, quam habet: & eſt foramen ad ipſam aurem, in comparatione pupillæ ad oculum.

De anatomia naſi. CAP. VIII.

NAſum creauit Deus pręcipuè propter tria iuuamẽta, quorum vnum eſt, vt vapor deferens odorem rei odoriferæ, recipiatur in concauitatibus ipſius, & ibi quodam modo temperetur, & præparetur odoratui. Aliud eſt, vt aer recipiatur ibi in magna quantitate, pro parte tranſmittendus ad pulmonem, pro parte ad cerebrum. Sicut enim cor conſtringitur, & dilatatur, &
D infrigidatur per aerem, ſic & cerebrũ ſuo modo: quod ne lædatur ab aere recepto ſubitò, recipit ipſum tanquam præparatorium, mediante colatorio iſto, ſicut & trachea arteria. Tertium iuuamentum eſt, vt ſit vnũ emunctorium ſuperfluitatum cerebri. Vnde longam, & eminentem habet formam, ſcilicet vt tegat mucilagines exeuntes à cerebro, & celet eas. In interiori autem parte iuxta duram matrem, eſt quoddam concauũ os duo habens foramina, per quæ intrat odor, & exit mucilago. In oſſis concauitate iacent duæ carunculæ ſpongioſæ, inſtar duarum paruarum mamillarũ, à quibus ſugitur fumus, qui eſt vapor deferens odorem: ſub quibus mamillis ſunt duo oſſa foramen triangulare habentia, quæ coniunguntur ad vnum latus leuatum ſecundum foramẽ naſi, & duos angulos, à termino quorum inferiori adiungitur chartilago quædam, ſicut in aliis

aliis locis,coniungens carnem cum offibus, quafi inhæfio carnis pendentis circa foramina narium. Item in foliis narium funt duo lacerti, quorum motus dilatatur,& conftringitur in horis neceffitatis, vt in impedimentis diaphragmatis. Item fuperiùs in radice nafi funt duo foramina exeuntia ad angulos lacrymales oculorum, quibus exeunt lacrymæ:fignum huius rei eft fcilicet, quando collyrium apponitur, eius odor fentitur:fed fapor lingua percipitur. Item ferè ab interiori parte nafi directè poft palatum procedunt foramina duo,quadam tela interpofita vfque ad radicem linguę: quorum iuuamentum eft vt intret aer ad cor refrigerandum,& pro parte exeat,ne totus cadat in offenfionem vocis. Vnde illi,qui habent illa foramina ftricta, vel oppilata,imperfectè,& confufè formant voces. Sed quæritur quare inter cætera organa fenfuum, femper aures,ac nares funt patulæ,alia quandoq; aperta, cùm continua operatio debilitet fenfum: vt patet in oculis pifcium,qui non difcernunt intermedios colores propter debilitatem vifus ex continua apertione:& in hominum odoratu,qui non difcernunt intermedios odores,fed inter extremos tantùm,fcilicet inter fœtidum, & aromaticū. Ad hoc poteft dici, quòd nares femper funt apertæ,vt per ipfas continua fiat infpiratio aeris ad infrigidationem cordis,dum os clauditur, cùm vehemens odoratus non fit neceffarius hominibus, ficut quibufdam brutis, quæ mediante odoratu nutrimētum acquirunt.

De anotomia oris.
CAP. IX.

Creauit Deus os tanquam neceffarium inftrumentum guftus. In cuius radice funt duo foramina interiùs. Vnum foramen ad ventrem inferiorem,per quod intrat cibus in ftomachum. Aliud ad ventrem fuperiorem, per quod intrat aer ad cor,& pulmonem. Eft ergo os, vas vniuerfale organorum locutionis in homine, & vociferationis in brutis, quæ funt dentes, labia,palatum,& lingua,& vua, & duæ amygdalæ. Sūt autem linguæ multa iuuamenta. Vnum eft decifio vocis,& extractio literarum. Aliud iuuamentum,eft conuerfio cibi mafticati. Tertium,eft difcretio guftus. Et ei præftat fenfibilitatem quidam neruus defcendens à quinto pari neruorum cerebri, qui circundat ipfam. Sub radice linguæ funt duæ concauitates, quæ fontes, fiue hauritoria appellātur,in quibus faliua digeritur. In iftis concauitatibus funt quædam carnes glandulofæ, quæ parant humiditatē organis oris,ne ex nimio motu arefiant. Componitur autem lingua ex carne alba cum rubore,ex venis minutis,& fubtilibus, deferentibus fanguinem per diuerfas partes eius. Propria figura eft linguæ,vt fit mediocriter lata,longa, fpiffa, acumen habens in fuo principio. Vnde qui habent linguā nimis acutā,vel nimis obtufam, peccāt in formatione vocis. Habet autem lingua nouem mufculos in fui compofitione,varios eius motus perficientes: & habet binos & binos mufculos fingulis motibus deferuientes: non enim tanti, & tam varii motus ab vno mufculo poterant perfici. Veniunt autem duo mufculi ei ab additamentis fefaminis,id eft,quibufdam paruis officulis ad modum feminis fefami: & funt fupplementa fpondylorum colli. Primi ergo duo à latere fubintrant linguā, facientes motum dilatationis. Veniunt autem alii duo mufculi ei à fuperiori parte lambdæ, directè fubintrantes ipfam,facientes motum circumuolutionis. Veniūt

Galen.

A vero ei alii duo ab inferiori mandibula, vnus ab vna parte,alius ab alia,facientes motum duplicationis. Venit iterum ei mufculus vnus à fuperiori parte lambdæ, attingens vfque ad medium linguæ, faciens motū retardationis. Et ficut cerebrum diuifum eft in multas partes, vt fi impedita fuerit operatio vnius virtutis & partis, vigeat altera pars: fic & lingua diuifa in duas partes confimiles,vt fi fortè paralytica fit vna medietas,reliqua motum fuum,& fenfum non amittat.

De anatomia dentium.
CAP. X.

Creauit Deus dentes propter multiplex iuuamentum,fcilicet propter decifionem cibi, ad præparandum ftomacho,& meliorem decifionem vocis, & propter arma in quibufdam animalibus,ficut in apris. B Horum tres funt fpecies fecundum tres fpeciales decifiones ciborum. Quidam enim dicuntur incifores,fiue incifiui, qui lineare habent acumen ad modum cultelli, quorum officium fpeciale eft, frangere, fiue incidere. Quidam dicuntur canini,qui pineale habent acumen, quorum fpeciale eft, frangere,fiue conftringere. Quidam latam habent figuram fuperiùs, & afperam, ficut mola,quorum fpeciale officium eft, molere, & remollire,& in minutiffimas partes cibos diuidere. Infiguntur autem dentes gingiuis in quibufdam caueis per fortia ligamenta,quorum radices tegūtur quibufdam additamentis carnium. Maiores autem dentes per plures radices figuntur,parui dentes per pauciores, vt per vnam,vel duas. In brutis animalibus, ficut in hominibus, vnicus eft ordo dentium, præterquam in quibufdam,vt pifcibus, in quibus eft multiplex ordo dētium, C fed vna maneries tantùm,fcilicet dentes fractores, fiue canini: non enim eft eis neceffe nifi vt frangant cibos. Non enim poffunt molere, & diu tenere in ore, & hoc aqua impediente,quæ fubintrat. Similiter in lupis multiplex eft ordo dentium. Quibufdam etiam dantur dentes ad armaturam, ficut apris: & ficut cornua dantur aliis ad armaturam. Quędam animalia habent duas maneries tantùm,ficut incifiuos,& molares,vt oues,& boues,& equi,& cætera alia multa. Dicuntur autem fecūdum curfum naturalem in homine & numerum xxxij. dentes, xvj. in fuperiori mandibula,& totidem in inferiori. Vnde fuperiùs in anteriori parte duo incifores, poftea duo quadrupli, vnus ex vna parte, alius ex alia: qui duo dentes vltimò adueniunt, ficut poftremo tempore crefcunt ipfius crementa, fcilicet in iuuentute.

De anotomia uuulæ.
CAP. XI.

D Vula autem eft quoddam membrum fupra radicem linguæ fitum, & apparet vifui aperto ore, & demiffa lingua. Huius eft iuuamentum duplex, fcilicet vt detineat aerem,ne fubitò intret cū fuis nociuis qualitatibus ad ipfum cor:aliud, ad meliorem formationē vocis. Eft enim quafi fecunda canna vocis, epiglottis verò prima. Vnde illi, qui habent incifam vuulam,aut deperditam, plurimùm habent raucam vocem. Vnde Hippocrates in Prognofticis, Vuulam incidere timendum eft. Subiacent ei duæ pelliculæ, quæ galfamach dicuntur,iuuantes ipfum in fuo officio. Duæ amygdalæ funt quafi duæ auriculæ ante os gulæ, quodam modo claudentes cibum: & vuula media inter has, ne declinet in hanc partem,vel illam.

De anatomia gulæ. CAP. XII.

GVla,eſt quoddam membrum compoſitum ex duobus panniculis,recipiens cibum,& potum intra ſe, qui fertur ad ſtomachum. Huius interior panniculus componitur ex villis lõgitudinalibus, ex quibus habet vehementem attractum. Exterior verò panniculus cõponitur ex villis latitudinalibus, ex quibus facit compreſſionem eorum,quæ recipit: & componitur in aliis villis tranſuerſoriis,ex quibus habet aliquantulum retinere:propter hoc difficilis eſt vomitus. Procedit autem gula directè vſque ad quartum ſpondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare verſus dextram partem, donec coniungatur cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. Poſteà declinat ab ipſo,donec perueniat ad locum , vbi coniungitur cum ore ſtomachi , vt circa xij.ſpondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram partem ipſa gula, ſcilicet vt faciat venæ concauæ locum,trãſeunti ab hepate ad ipſum cor. Si quæritur vtrum ipſa gula cum ore ſtomachi continuetur, poteſt dici quòd continua eſt cum eo , tamen habens aliam compoſitionem,quoniam os ſtomachi magis eſt neruoſum,gula verò minùs. Continuatur verò gula ſuperiùs cum palato.

De anatomia ſtomachi. CAP. XIII.

CReauit Deus ſtomachum, membrum concauum, & oblongum,rotundum in ſua longitudine. Concauum,propter meliorem receptionem. Rotundum,nè ſi eſſet anguloſus,colligeret in ſe nociuas ſuperfluitates. Oblongum,quia ſi fuerit penitus rotundus,impediret ipſum diaphragma à motu ſuo,& ipſa ſpiritualia. Vnde illi,qui habent ſtomachum rotundum , poſt prãdium difficulter inſpirant,& expirant. De tali loquitur Galenus: Vidi quendam,&c. Habet autem ſtomachus duplex os. Vnum inferius,quod clauditur,quandiu celebratur digeſtio prima , poſteà aperitur , & exit maſſa in eo contenta ad inteſtina. Os verò ſuperius neruoſum eſt valde. Nam quidam neruus craſſus deſcendit à cerebro,& intrat gulam,& per ipſam deſcendit ad os ſtomachi , in quo dilatatur, vt ipſum efficiat multùm ſenſibilem,vt ex ſenſibilitate ſua ſentiat ſuam inanitionem, ſimiliter & repletionem. Membra enim inanita trahunt à venis,venæ verò ſugunt ab hepate. Hepar à venis meſaraicis,meſaraicæ ab inteſtinis,& ſtomacho, ſtomachus autem inanitus appetit. Vnde ſi prædicta patiuntur oppilationem,ſtomachus patitur faſtidium. Cõponitur autem ſtomachus ex duobus panniculis, quorum interior eſt magis tener,& magis neruoſus, exterior verò ſpiſſior, & magis carnoſus. Interior verò panniculus componitur ex quibuſdam filis longitudinalibus,quibus mediãtibus fortiter attrahit,& ex quibuſdam tranſuerſis. Exterior verò panniculus componitur ex filis latitudinalibus , vt comprimat, & exprimat maſſam in ſtomacho contentam, quando opus eſt. Sed quæritur , cùm virtus digeſtiua fundetur in exteriori panniculo,ſenſibilitas in interiori, quare neruoſitas ſit magis interiùs, quã exteriùs. Ad hoc dicendũ, quòd digeſtio viget ſecundum caliditatem: calor autẽ agit in partes remotas,ſicut in propinquas : ſenſus autem tactus in propinquas tantùm: propter hoc panniculus deſeruiens tactui,magis neruoſus eſt. Aſcendunt autem exteriorem panniculum venæ & arteriæ , deferentes ſanguinem ad eius nutritionem , quia carnoſus eſt,& caro habet nutriri ex ſanguine: quæ tandem venæ,& arteriæ dilatantur in tantum, quòd circundant totum ſtomachum,& inteſtina in modum cuiuſdã ſac-
A ci,quod tegmẽ,& girbus appellatur: & eſt ſpiſſum,carnoſum,pingue,vt intus detineat calorem naturalẽ ſtomachi. Pinguedo enim extrà circundans ipſum, claudit fumos calidos ne euaporent:ſicut patet in cibis pinguibus:& ſub pinguedine ſupernatante diutiùs retinetur calor. Et talem habet ſitum , & poſitionem ſtomachus. Et ſuperior eius pars declinat verſus ſiniſtram, vt det locum hepati ſuperiacenti ſibi lateraliter in dextra parte. Secundum magis tamen declinat eius ſuperior,quàm inferior pars, quia maiorem locum occupat hepar,quàm ſplen,cùm in ſe contineat hepar materiam,& nutrimentum totius corporis, ſplen verò vnã eius ſuperfluitatem,ſcilicet fæcem , ſiue ſanguinẽ melancholicum,qui tranſmittitur ad ſuperiorem partem ſtomachi , vt ex ſua ſtypticitate , & acetoſitate prouocet appetitum. Vnde ſtyptica,& acetoſa prouocant ap-
B petitum. Et hoc eſt vnum iuuamentum ſplenis à ſuperiori. Aliud autem iuuamentum inferius eſt , quia quãuis ex ſua complexione ſit frigidus,& ſiccus, tamen ex calore actuali,quem habet in ſe , calefacit ſtomachum inferiùs. A cyſti autem fellis tranſmittitur cholera ex alia parte ad ſtomachum,propter digeſtionem confortandam,& propter eius nutritionem. Vnde ſtomachus debet habere triplex nutrimentum. Vnum à maſſa, quam continet in ſe. Aliud à ſanguine tranſmiſſo ſibi ab hepate. Tertium à cholera ſibi tranſmiſſa à cyſti fellis. Hepar autem in ſui concauitate, quæ ſima appellatur,amplectitur vnam partem ſtomachi: vnde illa pars cæteris calidior eſt.

De anatomia inteſtinorum. CAP. XIIII.

CReauit Deus plura vaſa fæcum in longitudine ſua inuoluta,& reuoluta, vt moram faciat in eis maſſa contenta, donec attrahatur ab hepate per venas meſa-
C raicas id,quod ſubtilius eſt, & melius ad nutritionem omnium membrorum. Si enim omnium vnum vas eſſet,& breue ipſarum fæcum, ſtatim ſepararetur fæx illa à corpore. Vnde duplex accideret incommodum, reſumptio continua ciborum, & cõtinua deſeſſio. Per primum impediretur homo à ſuis negotiis aliis , & oporteret eum ſemper vacare ſuper acquiſitionem victus. Per ſecundum & turpe haberet nocumentum , & potius aſſimilaretur beluæ, quàm creaturæ rationali. Item alia eſt ratio melior, quare ſunt longa, & inuoluta,ſcilicet vt nutrimentum contentum in inteſtinis euadat,& elabatur à primo ordine venarum meſaraicarum , & reuolutione ſequente redeat ad tertium ordinem, quia multiplex eſt ordo venarum meſaraicarum: quarum quædam ſugunt à ſtomacho, quædam ab inteſtinis,quæ quidem venæ in multis locis ſubintrãt ipſa
D inteſtina,quædam ſuperiùs, quædam inferiùs, quarum venarum orificia contiguantur cum fæcibus ipſis. Sunt autem ſex inteſtina numero: quorum primum eſt duodenum, ſiue portenarium, ſecũdum ieiunum, tertium inuolutum,ſiue ileon,quartum cæcum,ſiue orbũ, aut monoculum,quintum colõ, ſextum extale, vel extenſum,ſiue longaon. Quorum inteſtinorum ſuperiora tria ſunt graciliora,& ſubtiliora, propter hoc, vt faciliùs penetret ad ea virtus delata ab hepate,quia maſſa in eis contenta & ſubtilior,& liquidior eſt. Tria verò inferiora ſunt craſſa, quia maſſa in eis cõtenta craſſior eſt, & terreſtrior, pungens, & mordicans ipſa vaſa,in quibus continetur. Primum autem inteſtinum quod dictum eſt,duodenum appellatur, quia continet duodecim digitos eius, cuius eſt, in longitudine , & coniun

coniungitur ipsi stomacho inferiùs, sicut gula superiùs. Differunt tamen, quia largum est orificium gulæ plus, quàm illius intestini: & ipsa gula crassiorem, & fortiorem habet compositionem, propter massam crassioré, quam in se continet, quæ est liquidior, quando descendit in hoc intestinum. Dominatur autem in hoc intestino neruus secundum latitudinem, quo mediante expellit contenta à se. Et componitur ex duabus tunicis, sicut quodlibet aliorum, tamen debilem habet expulsiuam. Attractiuam verò non oportet vt fortem habeat, quia stomachus superpositus expellit à se quod continet ipsum intestinum, & inferius intestinum trahit ab ipso intestino, massa ex sui grauitate se ipsam deprimit. Est autem hoc intestinum rectum, & extensum duplici de causa, quarum vna est, vt det locum hepati à dextra parte, & spleni à sinistra. Alia causa est, quia omnis penetratio per rectum, & extensum facilior est, quàm per nodosum, & tortuosum. Post hoc intestinum sequitur aliud, quod ieiunum appellatur, quia in animalibus mortuis vacuùm inuenitur, cuius rei causa duplex assignatur: vna, multitudo venarum mesaraicarum sugentium ab ipso fortiter massam in eo coadunatam. Alia causa est multitudo choleræ descendentis à cysti fellis ipsum pungentis, & mordicantis ipsum, & cogentis ad expulsionem. Sed quæritur quare non accidit idem de inferioribus intestinis? Ad hoc dico quòd cholera in stomacho pura est, & sine admistione cum massa, & propter hoc magis violenta, quàm in aliis intestinis, in quibus admiscetur cũ fæcibus, & vires suas amittit. Hoc intestinum sequitur aliud, quod ileon appellatur, ab ile, quoniam confusum, siue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones propter multiplicem ordinem venarum mesaraicarum ad ipsum descendentium, cuius inuolutionis ratio superiùs assignata est. Post hoc sequitur aliud, quod orbum, siue monoculum appellatur, quod crassum, & gibbosum est, absque inuolutione, vt in eo tota fæx colligi possit: quia in ipso intestino primò fit putrefactio massæ, quia colliguntur ibi sordes, vt simul expelli possint, quia facilior est expulsio fæcis in summa, quàm illius dispartitę. Item aliud est in causa, scilicet ne descendant in colon, & ibi ex crassitie, & multitudine faciant oppilationem. Item aliud est in causa, vt colligantur sordes, siue fęces, vt excusetur homo à continua desessione: quod accideret, si statim, quando acciperetur, descenderet fæx illa. Item hoc intestinum declinat magis in dextram partem, vt confortetur per calorem hepatis in illa parte existentis. Crassam, & amplam habet compositioné, ne lædatur à crassitie fæcis contentæ in ipso. Habet autem vnum solum foramen, & hoc propter situm suum, & positionem. Nõ dico quòd sicut stomachus, quia stomachus protenditur in longum, vnde facta sunt ei duo orificia, vnum inferius, & aliud superius. Istud verò eleuatur in gibbositatem, & latus versus dextram: &, vt dictum est, vnum foramen habet à latere, cui iunguntur duo foramina duorum intestinorum, quorum vni continuatur inferiùs, & alteri superiùs. Et decipiuntur quidam dicentes in stomacho crassari fæces propter nimiam suctionem venarum mesaraicarum ab ipso, cùm paucæ, vel nullæ ad ipsum dirigantur. Post hoc intestinum sequitur aliud, quod colon appellatur, à colando, quia angustum est ad modum colatorii. Istud inuolutum est, vt fiat gradatio fæcis contentæ in orbo ad ipsum, ne simul tota fæx ad vnum descendat. Vnde in ipso diuersæ accidunt passiones, propter eius angustationem, & fæcis crassitiem. Eius inuolutio incipit ab vna parte, & flectitur in oppositum, & tandem redit ad

A medium, vbi coniungitur cum ore vltimi intestini, quod longaon, vel extensum appellatur. Et in sui extremitate quatuor habet lacertos, quibus mediantibus anus clauditur, vt teneatur fæx, & expellatur. Istud autem intestinum habet villos longitudinales, quibus mediantibus fortem habet attractionem. Sed quæritur quare non habet villos latitudinales propter compressionem, quæ ei necessaria esset? Ad hoc dicendum, quòd ab extrinseco habet iuuamentum fortis expulsionis, quia in mirach pellicula inuoluente intestina sunt octo lacerti, quibus mediantibus fit expulsio fortis ab isto intestino. Hoc autem vltimum intestinum, rectum, & extensum est ratione superiùs assignata. Sed proximum suprà positum, scilicet colon, est inuolutum, ne si esset rectum, & extensum, fæx tota de-

B scenderet in ipsum, quæ debet colligi in orbo paulatim, & successiué. Et in illa comparatione se habet orbus ad stomachum, colligendo eius superfluitates, in qua comparatione se habet vesica ad hepar, colligendo eius superfluitates.

De anatomia hepatis. CAP. XV.

ET creauit Deus hepar, vt esset vas generationis sanguinis, & origo venarum. Tamen in hoc dissentiunt Aristoteles, & Galenus. Vult enim Aristoteles quòd cor sit principium sanguinis: & probat quòd hepar nõ, his rationibus. Hepar enim componitur ex venis: Componentia verò sunt priora composito: ergo hepar non est principium venarum. Item hepar carnosum est: & venæ potius à neruo, quàm à carne nascuntur: neruo enim magis assimilantur. Item virtus vitalis influit à

C corde ad cætera membra. Vita autem in calido & humido consistit, & ita in sanguine: quare sanguis à corde. Galenus dicit quòd ab hepate, hac ratione: Sanguis generatur ab hepate: ergo hepar est principium sanguinis. Item alia ratione, Superfluitates rei, originem illius circunstant: sed vrina est vna superfluitas sanguinis, quæ continetur in vesica. Item sanguis melancholicus est alia superfluitas, quæ continetur in splene. Item sanguis cholericus est alia superfluitas, quæ continetur in cysti. Omnes istæ superfluitates, & earum vasa collocantur circa hepar: ergo in hepate est principium sanguinis, cùm superfluitates circunstent ipsum. Ad hoc dicit author, quòd nihil prohibet sanguinem ortum habere ab hepate, licet hepar carnosum sit, vena autem sit neruo similis, sicut in luto crescit corallus. Potest autem dici quòd tam cor, quàm hepar, est principium sanguinis: sed primum & media-

D tum principium est cor: ab eo enim est calor artifex. Hepar verò est principium immediatum, & proximum. Hepar concauum est ex vna parte, gibbosum ex alia, positum sub diaphragmate, declinans magis versus dextram. Concauum, propter meliorem receptionem: recipit enim stomachum ex parte intra concauitatem sui. Vnde habet plura additamenta, quædam minora, quædam maiora: quæ se habent ad concauitatem stomachi, in cõparatione digiti ad manum. Membra enim bonæ compræhensionis debent esse, sicut volæ manuum, &c. Extrinsecus autem gibbosum est hepar, vt forma eius exterior sit similis formæ corporis interioris: corpus enim interius rotundum est. Et hepar coniungitur spinæ dorsi: vnde secundum formam rotundam ei assimilatur. Ponitur autem in dextra parte ex directo, vt directè suscipiat suprà se in-

Galen.

ſufflationem cordis ipſum viuificantis. Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quædam vena, quæ poſt ſuum exitum in vna parte diuiditur in plures ramos, ſcilicet in quaſdam venas ſubtiles, quæ meſaraicæ dicuntur, quarum quædam ſubintrant inteſtina, & ſugunt ab eis, quædam verò ſubintrant ſtomachum, & ibi terminantur, ſugentes ab ipſo quod melius eſt, & ſubtilius. Prædicta autem vena ramificatur, & diffunditur per totam ipſius ſubſtantiam. Ex parte quidem eius gibboſa rami hepatis iterum conueniunt, & conſtituunt quandam venam maximam à gibbo hepatis, quæ caua vena appellatur, & dirigitur ad ipſum cor, vbi ramificatur interiùs in concauitate, quæ lactea appellatur, quia quaſi lacteus eſt humor ille, quem ſugit ab inteſtinis, & à ſtomacho.

De anatomia ueſicæ fellis, & ſplenis, CAP. XVI.

CReauit Deus ſingula vaſa ſingulis ſuperfluitatibus ſanguinis, quia plura conferunt iuuamenta Naturæ. In ſecũda enim digeſtione tres ſuperfluitates exeũt à ſanguine, ſcilicet ſpumoſa ſuperfluitas ſuperiùs calida, & ſicca, quæ cholera appellatur: & fæx inferiùs reſidet, quæ melancholia dicitur: & aquoſa ſuperfluitas, quæ admiſta ſanguini phlegma appellatur: intrans autem veſicam, vrina dicitur. Fecit enim Natura duas cyſtes, id eſt, veſicas, maiorem ſcilicet, & minorem, ſed maiorem ſcilicet veſicam vrinæ, minorem autem, quæ cyſtis fellis appellatur, ſcilicet folliculus continens choleram: & ſupponitur ille folliculus, ſcilicet cyſtis fellis, in concauitate hepatis, ſcilicet in loco generationis ſanguinis, habens continuationem cum hepate, & habet tres meatus. Vnus dirigitur ad fundum ſtomachi, quo tranſmittitur cholera in ipſo ſtomacho, propter digeſtionem confortandam. Alium habet meatum, qui ad inteſtina dirigitur per plures ramos, vt ad ieiunum, per quos tranſmittitur cholera ad mundificationem ipſorum inteſtinorum. Vnde ex oppilatione cyſteos fellis plures accidunt paſsiones in inteſtinis. Cholera enim, quę tranſmittitur, mordicando, & pungendo mouet inteſtina ad expulſionem. Habet autem meatum ad ipſum hepar, quo mediante ſugit ab hepate quod calidum eſt ad ſui nutrimentum, quia calidę & ſiccæ complexionis eſt. Collum habet iſte folliculus, in quo dominantur fila longitudinalia, propter attractionem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulſionem, & filis tranſuerſis propter retentionem. Proprium autem vas ſuperfluitatis melancholicæ eſt ſplen. Ponitur autem ſplen inter duo membra calida, cor ſcilicet, & hepar, vt ſua potentiali frigiditate inducat temperantiam in extremis: eſt enim melancholicę complexionis. Et habet duos meatus: vnum, qui dirigitur ad os ſtomachi, quo mediante tranſmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitum. Vnde ex oppilatione ſplenis accidit faſtidium: ſicut ex nimia apertione eius, & tranſmiſſione melancholiæ ſuperflua accidit bulimus, ſiue caninus appetitus. Alium autem meatum habet, qui dirigitur ad hepar, quo mediante ſugit ab ipſo quod melancholicum eſt ad ſui nutrimentum. Habet autem figuram linguę aliquantulùm oblongam, & ad modum cinguli cingit ipſum ſtomachum. Ex altera parte coniungitur hepati, vt ſugat ab eo, quod melancholicum eſt. Et propter hoc in paſsione ſplenis patitur ſtomachus, quoniam non tranſmittit ad ipſum melancholiam in debita quantitate. Patitur etiam hepar quando non at-

A trahitur ab eo melancholia in debita quantitate, quoniam ex retentione eius in hepate infrigidatur hepar, & accidit error ſecundæ digeſtionis. Componitur autem ſplen ex craſſa carne, & dura, & melancholica, rara tamen, & poroſa, vt poſsit ſuſcipere intra ſe melancholiam ad ſui nutrimentum, cùm melancholica ſuperfluitas generetur ex ſanguine, vt deportet ſanguinem per membra. Neque enim eſt neceſſarium, totam ſuperfluitatem illam diſpergi per membra. Neceſſe autem fuit, illam ſeparari à ſanguine, & vno loco deponi, donec eiiceretur à corpore.

De anatomia renum. CAP. XVII.

CReauit Deus duo colatoria, quibus ſeparetur aquoſitas à ſanguine, ne ſanguis corrumpatur per ipſam: quæ quidem renes appellãtur. Et ſunt duo potiùs, quã vnum: quia ſi eſſet vnum ſolũ, oporteret eſſe amplum, B propter ſuperfluitatem aquoſam, quam reciperet, & ſui amplitudine impediret alia membra vicina ſibi: propterea ſunt duo parui, vt ſuppleatur officium vnius magni, quia non habet locum aliis membris ſufficientem. Item alia eſt ratio, quare ſunt gemini, vt ſi impediatur vnus aquoſam ſuperfluitatem recipiendo, accipiat eam alter pro maiori quantitate. Habet autem ſitum vnus in dextra parte, alter in ſiniſtra, vt directè ſibi opponantur: quia ille, qui eſt à dextra parte, ſuperiùs collocatur, & coniungitur hepati. Ille, qui eſt à ſiniſtra, inferiùs locatur, vt amplificet locum ſpleni. Sunt autem renes ex ſolida ſubſtantia, propter multiplex iuuamẽtum. Vnum eſt, vt concurrant multa in paruo ſpatio, & recipiant multam ſuperfluitatem in paruo ſpatio. Aliud eſt, vt ſua ſoliditate reſiſtant humoribus, vt humori cholerico pungenti, & ſcindenti, qui tranſiit ad ipſos C à ſtomacho. Tertium iuuamentum eſt, vt ex ſua duritie, & ſoliditate, comprimant ſanguinem cum ſuperfluitate, ad modum duorum nodorum comprimentium aliquos meatus, rectificando ſanguinem ad ſui nutrimentum, reprimendo aquoſitatem. Triplex enim eſt ſeparatio ſanguinis ab aquoſitate. Prima, in gibbo hepatis. Secunda, in caua vena, à qua tranſmittitur aquoſitas cum primo ſanguine, quaſi lotura carnium ad ipſos renes, quibus fit ſecunda ſeparatio. In renibus verò, tertia. Vnde ſi meatus renum nimis aperiantur, vt ſanguis fluat in veſicam, ſanguis tunc exit in vrina. Habent autem renes duplex os. Vnum ſuperius, per quod trahũt ab hepate per quoſdam canales: aliud, per quod emittitur inferiùs ad veſicam. Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferens eis ſpiritum vitalem, ſiue vitam. Item quædam D venæ diriguntur ab hepate ad ipſos renes exteriùs, deferentes ſanguinis nutrimentum ad exteriores partes renũ. Interiùs enim non habẽt renes venas, ſed nutriũtur à ſanguine, quem attrahunt per canales cum aquoſa ſuperfluitate. Coniunguntur autem renes cum quibuſdam ſpondylis dorſi, vnde tranſmittunt ei veſtem, quæ veſtit eos exteriùs, & dant eis ſenſibilitatem. Habent autem figuram intus concauam aliquantulùm, exteriùs gibboſam, & nodoſam. Et circa orificia, quædam habent additamenta, quæ circundantur pinguedine, cuius ratio per ſimilia alibi aſsignatur.

De anatomia ueſicæ. CAP. XVIII.

SIcut creauit Deus proprium vas ſuperfluitatis primæ digeſtionis, ita creauit proprium vas ſuperfluitatis ſecundæ digeſtionis, vt veſicam vas vrinæ. Habent ergo renes duo emũctoria, quaſi duos canales per quos

quos tranſuehitur vrina poſt ſeparationem eius à ſanguine in veſica. Subintrant ergo illi duo canales exteriores tunicam veſicæ circa medium tumorem eius, & fluit vrina inter duas tunicas ex vtraque parte veſicę ad os illius, vbi tandem intrant per interiorem tunicam veſicæ penetrando ipſam. Et dum intrat veſicam vrina tranſmiſſa à renibus, clauditur exterius os veſicæ, ne aliquid exeat. Et econuerſo dum exit vrina à veſica, clauduntur duo prædicti meatus, ne aliquid ſubintret veſicam interim: & hoc per dilatationem interioris tunicæ, & comprehenſionem eius cum exteriori. Contexta eſt autem exterior tunica ex filis longitudinalibus, & viget in ea magis attractiua. Interior autem tunica contexitur ex filis latitudinibus: & hoc propter comprehenſionem: & ex tranſuerſis propter retentionem. Os autem veſicæ conſtat ex quibuſdam lacertis, quibus mediantibus conſtringitur, & aperitur in horis neceſſariis. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem, & in fundo veſicæ, quia neceſſarium fuit vt eſſet denſa, & fortis, ne acutis humoribus, & ſanguine melãcholico ſcinderetur: quod accideret ſibi, ſi ſubtilis eſſet compoſitionis.

De anatomia matricis, & ſpermate utriuſque ſexus, & formatione fœtus.

CAP. XIX.

CReauit Deus matricum radicem, vt eſſet inſtrumentum, & locus generationis in muliere: cuius collum eſt in comparatione virilis virgæ, & eius ſiphac, ſcilicet interior concauitas, eſt in comparatione ochei, id eſt, burſæ teſticulorum: & hac comparatione ſe habet inſtrumentum generationis in muliere ad inſtrumentum generationis in maſculo, in qua ſigillum imprimens ſe habet ad ſigilli impreſsionem in cera. Inſtrumentum fœminæ habet figuram inuerſam, & protenſam, id eſt, fundatam intus. Inſtrumentum hominis habet inuerſam protenſam extrà. Collum autem matricis lacertoſum eſt, multas habens pelliculas, & inuolutiones ad modum burſæ, ſicut & collum veſicæ, vt poſſit dilatari, & conſtringi, quãdo opus fuerit. Quoniam ante horam partus ipſius fœminæ os matricis conſtringitur ſecundum omnes ſui plicas ad modum roſæ, cuius folia complicantur antè, quàm expandatur ipſa. Vnde ita ſtrictus eſt meatus colli matricis, quòd ſolummodo viam habet vrina per ipſum. In prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & rumpuntur quædam venę ſubtiles, quę ſunt in dextra parte ipſius colli, & exit ſanguis. Duplex verò eſt os matricis. Vnum exterius, & apparet viſui, ad quod terminatur collum matricis: aliud verò interius, in quo inchoatur collum. Iſtud verò os in hora conceptionis ita clauditur, quòd non poſſet etiam acus intrare. Ita enim diſpoſuit Natura, ne poſt conceptionem aliquid de ſpermate exeat, vel de aliis ſuperfluitatibus ſubintret, & lædat fœtum. In hora autem partus ita dilatatur collum matricis, quòd eius amplitudo ferè concauitati interiori ipſius matricis adæquatur, ad modum roſæ, quæ tota expanditur ſecundum omnes ſui partes. Interiùs autem circa medium tumorem ipſius matricis ſunt duo additamenta inuerſa, ſiue protenſa, ſicut duo cornua, vel duo capita mamillarum, quibus adhærent duo fœtus, vnus à dextra parte, ſcilicet maſculus, alius à ſiniſtra, ſcilicet fœmina. Sicut enim Natura præparauit duo inſtrumenta nutritionis, ſcilicet duas mamillas, ita interiùs duo ſuſpẽſoria: & ſicut plures ſunt mamillæ extrà & intrà, & plura ſunt iuuamenta matricis interiùs, quæ etiam viſui apparent. Vnde quidam per ſimile dicebant, decepti in muliere, eſſe quinque cellulas, quidam ſeptem, quia tot fœtus poſſunt ſimul eſſe in matrice. Ad hoc dicendum, quòd ſicut in arbore plura pyra apparent, vel adhærent in ſtipite prouenienti ex arbore, à quo accipiunt nutrimentum, ita in matrice poſſunt plures fœtus adhærere vni additamento, à quo omnes accipiunt. Patiuntur autem iſta duo additamenta duas diſtinctiones corporis mamillæ. Vnam, propter colligantiam vnius cum dextra mamilla: reliquam, ob alterius cum ſiniſtra. Dicit Hippocrates quòd ſi gracileſcat dextra mamilla, maſculi abortum faciet. Ponitur inter longaonem, & veſicam, & illi eſt illud inteſtinum quaſi culcitra, ſuper quam quieſcit. In quibuſdam collum matricis eſt gracilius, & longius, & tortuoſius, & in quibuſdã breuius, & rectius, & craſsius: ſicut in quibuſdam viris virga gracilis, longa, & tortuoſa, in quibuſdam aliter diſpoſita. Componitur autem matrix ex duabus tunicis, quarum exterior magis carnoſa eſt, interior verò magis neruoſa aliquantulùm, vt ſenſum poſſit habere, non tamen magnum: quia ſi nimium ſenſum haberet, matrix nimis læderetur in partu. Exterior autem ſpiſsior eſt propter hoc, vt ſeruaret naturalem calorem. Interior autem ligamẽtalis eſt, id eſt, ex ligamentis, & componitur ex omni genere neruorũ, ſcilicet longitudinalibus, latitudinalibus, & tranſuerſalibus. Alligatur autem matrix ſpinæ dorſi fortiter poſteriùs, & duabus coxis. Similiter eius ligamenta deſcendunt ad genua, & à genibus vſque ad pedes. Superiùs autẽ alligatur diaphragmati, cuius ligamenta aſcendunt vſque ad mamillas, & oculos. Sub iſtis autem additamentis extrà ex vtraque parte inferiùs prope os matricis ponũtur duo ianitores, quaſi duo oua, ſcilicet teſticuli, qui ſcilicet aliquantulùm ſunt latiores, quàm teſticuli maris, qui aliquãtulùm ſunt oblongi: illi latiores propter humiditatem deſcendentem, iſti oblongi propter caliditatem. Creauit autem Natura iſta gemina, vt in eis eſſet locus digeſtionis ipſius ſpermatis, ad hoc vt ex ipſo eſſet materia corporis humani. Sunt autẽ vaſa ſeminaria antecedentia & conſequentia, quibus defertur ſperma, vel materia ſpermatis. Vaſa autem antecedẽtia ſunt quædam venę, quę prodeunt à cerebro vſque ad teſticulos, & deferunt ſanguinem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri ad ipſos teſticulos, qui mediante ſua virtute attractiua talem ſanguinem attrahunt ad nutrimentum. Reſiduum autem illius nutrimenti à teſticulis tranſmittitur per ſeminaria vaſa conſequentia in ipſa virga virili, & per illam in matricem ad generationem fœtus: cuius quod ſpermatis in homine ſtrictus eſt meatus, & tortuoſus, & longus, vt ſubtilietur, & habilitetur per longum tempus, in muliere non eſt ita neceſſarium vt ſubtilietur, quia eius ſperma debet craſsius eſſe, & humidius, quàm ſperma viri, maximè ab iſto agente patiẽs. Propter hoc breuior eſt tranſitus à teſticulis mulieris in matricẽ: ſtatim enim ſubintrat matricẽ ſub inferiori ore à latere matricis ex vtraque parte illius, & non per illud os. Vnde non coniungitur cũ ſpermate maris antè, quàm vtriuſq; ſperma perueniat in matricẽ. Sub inferiore autem ore matricis illius iacet os aliud, ſcilicet veſicæ, quod ſubintrat collũ matricis, & ita exit vrina ſecundũ eandem viam, per quam intrat ſperma. Conueniunt autem ſpermata maris & mulieris in matrice ita, quòd ſperma maris agit in ſperma mulieris. Sperma autem maris naturaliter intendit imprimere formã eius, à quo deciditur, & ſperma mulieris intẽdit ſuſcipere. Illud autẽ facit ſperma viri in ſpermate mulieris, vt dicũt alii,

alii, in ſanguine menſtruo, quod facit fermentum in paſta, ſcilicet ebullitionem. Et Galenus vult quòd vtrunque agat in reliquum, & patiatur à reliquo. In principio enim admiſcentur ſpermata, & fit ſpuma in eis mediante ventoſitate eleuante ampullas. In ipſis enim ſunt tres ſpiritus, ſcilicet naturalis, ſpiritualis, & vitalis, qui mouent materiam quolibet genere motus, quorum quilibet intendit ad generationem propriæ cauſæ materialis, ſcilicet ſpiritus vitalis ad generationem cordis, ſpiritus naturalis ad generationem hepatis, & animalis ad generationem cerebri. Subintrante ergo in profundum ſpermatis ventoſitate, actione trium ſpirituum in medio naſcitur veſicula quædam: ſuperiùs autem propè alia veſicula: à latere iuxta inferiorem alia. Ex prima veſicula formatur ipſum cor. E ſecunda ſuperiùs poſita, cerebrum. Ex tertia, hepar. Tamen maxima eſt diſſenſio inter authores de ordine formationis. Hippocrates enim in libro De natura fœtus, voluit quòd cerebrum eſſet primum in creatione, vt patet ex ſenſu, quia in ouo primo apparet caput pulli. Iſaac videtur conſentire, quia comparat hominem arbori inuerſæ, & cerebrum radici arboris. Alii volunt quòd hepar primum fit in creatione, quia illud membrum, cuius operatio primò eſt neceſſaria, primò debet creari: ſin minùs, inordinatè procederetur. Et iſta ratione dicit Ariſtoteles, quòd cor primò creatur, quia eius operatio primò eſt neceſſaria: & ideo primò debet creari: nõ enim poſſet nutriri, niſi primò vel priùs fieret vita. Vnde cùm operatio vitalis primò fit in corde, primò creatur cor. In iſtis tribus mẽbris, artifice Natura petẽte exteriores partes, exterius terminatur vehiculum, quo mediante alligatur fœtus vni partium capitum mamillarum, per cuius vehiculi inferiorem meatum tranſmittitur de puro ſanguine menſtruo matris, vel alio, per quem membra, quæ priùs erant alba, rubificantur. Illud autem vehiculum alligat fœtum matrici: & cùm illud vehiculum poſterius ſit in conceptione, aliis tamen prius eſt in perfectione. Per ſex autem primos dies in illa materia apparet ſpuma, & aliæ tres ampullę principalium membrorum. Poſteà per tres ſequentes dies inchoantur interiùs lineationes, & punctationes aliorum membrorum. Per primos autem ſex dies nihil attrahitur à matrice, quia parum, aut nihil deperditur de illa materia: & ſi deperditur, non eſt vtilis reſtauratio, vnde nihil attrahitur. Per ſex autem dies ſequentes penetrante ventoſitate, & ſpiritibus ad exteriora, perficiuntur ramificationes venarum, & arteriarum. Per duodecim dies ſequentes, ſubintrat ſanguis per vniuerſa membra carnea. Vnde in abortu apparent tunc temporis fruſta carnea. Et per ipſos diuiditur etiam ſpinalis medulla à cerebro per ſpinam dorſi. Item per nouem dies ſequentes diſtinguuntur membra à ſe inuicem, latera à collo, & collum à capite, coxæ à natibus, & ita de ſingulis aliis. Et ita in vniuerſo erunt xxxv. dies: tamen in quibuſdam iſta tempora formationis anticipantur, & in quibuſdam poſtponuntur partitiones totalis temporis formationis, tum per vnum diem, tum per plures. Tripliciter ergo variatur totum tempus formationis. Quoddam enim terminatur in xxx. diebus, quoddam in xxxv. quoddam in xl. ita quòd quinque dies ſemper interueniunt, & intercidunt. Cauſa autem huius diuerſitatis eſt calor intenſior in quibuſdam, remiſsior in aliis, & materia magis & minùs obediẽs. Fœminæ corpus tardiùs formatur, quàm corpus maris. Tempus autem motus, id eſt, illud, in quo apparet, vel ſentitur motus voluntarius ex anima

A ſenſibili, duplum eſt ad tempus formationis. Tempus autem partus triplum ad tempus motus. Et propter iſtas diuerſitates temporum formationis, etiam varian tur tempora partus. Et ideo quidam naſcuntur in ſeptimo menſe, quidam in octauo, & quidam in nono. Totum autem, quod dictum eſt de temporibus formationis, experimento compertum eſt per diuerſa tempora abortuum, in quibus apparent viſui antiquorum medicorum ſucceſsiuæ diuerſitates formationum.

De anatomia panniculorum fœtus.
Cap. xx.

In quibuſdam autem materiis calor eſt maior. Statim autem declinante calore, & penetrante in profundũ, extremitatibus relictis, induitur pellicula ad modum corticis exteriùs, ſicut patet in ouis, quæ veſtiuntur extrà tenuiſsima tela priùs, & poſteà teſta duriore. Similiter in arboribus, quæ veſtiũtur triplici cortice, & in fructibus quarundam arborum, qui duabus, vel tribus tunicis tegũtur. Similiter fœtus in vtero matris inuoluitur tribus pelliculis: quarum prima verſus fœtum tenuiſsima eſt, & dicitur camiſia pueri, vel profundatio ſudoris. Iſta enim pellicula abſtergit puerum à ſudore, qui eſt, quaſi aerea ſuperfluitas. Inter hanc pelliculam & ſequentem recipitur ſecunda ſuperfluitas, ſcilicet vrina. Statim enim quando excolatur per renes, non intrat ſtatim veſicam, ſed per quendam meatum dirigitur ad vmbilicum, vbi exit, & ſubintrat iſtas duas pelliculas, & non expellitur inde ante partum, imò exit cum puero. Cuius retentionis hæc eſt cauſa, ſcilicet vt ex humiditate mollificet, & infundat matricem, vt ſufficienter amplificetur ad exitum pueri, quia faciliùs excolatur per humidum, quàm per ſiccum. Interior autem tunica ſubtilior eſt cęteris: & componitur ex arteriis, & venis, in quibus defertur ſanguis ad nutrimentum fœtus, venalis ſanguis hepati, arterialis cordi: & hæc eſt tunica ſimilis retinæ. Prima autem ſuperfluitas non eſt in fœtu, quia nihil, dum eſt in matrice, intrat per os, & ita nihil in ſtomachum, & inteſtina, quod poſteà exeat per ſeceſſum. Venit autem ei nutrimentum per vmbilicum de ſaguine materno, qui tranſmittitur ad hepar, & ibi quandam ſuſcipit digeſtionem. Inuoluitur ergo tribus panniculis fœtus, ſed nõ propter dictas cauſas ſolùm, ſed vt fœtus firmiter adhæreat matrici. Non enim ſufficeret illud vnum ſolum vinculum per vmbilicum, niſi in pluribus locis per pelliculas illas alligaretur matrici. Habet enim fœtus poſitionem, & ſitum membrorum naturalem ſecundum diuerſas ſui plicaturas naturales. Ambas autem manus habet poſitas ſupra duo genua brachiis extenſis ex vtroque latere, & faciem poſitã inter manus, & naſum inter genua: & habet genua flexa, & pedes iunctos. Proceſſu autem temporis creſcit, & augetur vehementiùs, & fortiùs mouetur. Et tendit ad exitum triplici de cauſa. Vna cauſa eſt, propter anguſtiam loci in vtero materno. Alia cauſa eſt, propter defectum nutrimenti: non enim ſufficit ei, quod tranſmittitur à matrice. Tertia cauſa eſt anguſtia inſpirandi, & expirandi, & paucitas aeris, qui quidem nimis calidus attrahitur. In matrice ergo tempore partus puer conuertit ſe ad exitũ, ſcilicet caput inferiùs, & extremitatis ſuperiùs. Hic naturalis ordo eſt in exeundo, vt præcedat caput, & ſequãtur cætera mẽbra. Caput enim ex ſua craſsitie, & grauitate facit locum cęteris mẽbris gracilioribus: quando verò præcedũt pedes, timendũ eſt ne brachia frãgantur: quando pręcedit vnus pes, timendũ eſt de alio. Idẽ dico de cæteris membris.

bris. Rumpuntur enim cotylidones, & exit sanguis cũ aquositate, qui retentus inter pelliculas mollificat, & infundit matricem. Matrix autem post tantam dilatationem citò redit ad propriam vel pristinam constrictionem,& hoc nimia operatione Naturæ.

De anatomia genitalis uirgæ.

CAP. XXI.

HAbet autam virga virilis compositionem ligamentalem. Componitur enim ex crassis venis, neruis, & arteriis: vt recipiat multum intra se de spiritu, & ventositate, quæ faciunt ipsam inflari, & erigi, quando opus fuerit,& per ipsam deportari materiam sementalem. Longitudinem naturalem habet inter sex & nouem digitos, vt possit attingere ad locum sibi destinatum in proiectione spermatis. Item habet duos meatus: vnum,in quo defertur sperma à testiculis: alium in quo defertur vrina à vesica, qui tamen meatus conueniunt tandem in vnum meatum. In ipsa enim virga sic accidit, sicut in collo matricis, quia per alium meatum exit vrina, & per alium meatum intrat sperma viri, tamen ipsi duo conueniunt in ipso collo, & fit meatus vnus. Veniunt autem nerui ad eius compositionem ab inferiori parte spinalis medullæ:veniunt etiam quædam ligamenta à pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorum: vnum par longitudinalium, & protensorum, quibus erigitur,& extenditur: & aliud par habet musculorum transuersorum, quibus mediantibus erigitur. Quare si vnus musculorum spasmaretur, tunc declinat versus vnum latus:alter versus alterum declinat, si neu ter dirigitur. Istis etiam mediantibus post iniectionem spermatis retrahitur ad priorem mensuram.

De anatomia cordis. CAP. XXII.

CReauit Deus cor ex carne crassa, forti, & dura, vt esset longinquum à læsionibus,neque nimis velox, neque nimis tardum esset ad motum,neq; nimis paruũ, propter multum aerem,& sanguinem,quem recipit. Figura autem eius est pineata,quia latum aliquantulùm in rotundum est in parte vna: & hoc vt locum haberent amplum venæ, & arteriæ exeuntes, et subintrantes in illa parte. Et in alia sui extremitate punctale habet acumen, vt in vna sui parte contingeret ossa costarum, quibus vicinatur,ne læderetur ab ipsis. Et pineatam habet figuram,& rotundã,quia nulla figura meliùs,quàm ista, coniungit punctum cum superficie, cùm à puncto per crescentes circulos gradatim perueniatur ad vltimam superficiem. Inuoluitur autem cor in quodam for ti panniculo ad sui defensionem,qui capsula cordis appellatur:inter quem et ipsum cor, tantum vacat spatiũ, quod sufficit ad plurimam cordis dilatationem, ne ex constrictione inducat suffocationem in ipso. Colligatur autem cordi in tribus locis, scilicet in punctali extremitate,vbi magis est chartilaginosa, propter defensionem illius partis à duritie ossium vicinorum: et in duabus auriculis similiter: quæ quidem auriculæ apparent extrà, quasi duo additamẽta carnium,per quarum inferiorem subintrat vena deportans sanguinem ab he pate ad nutrimentum cordis,et ad generationem spirituum,& sanguinis vitalis. Superiorem autem auriculam subintrat canna pulmonis, deportans aerem ad temperationem caloris innati: et ita leuioris, scilicet aeris meatus est superior. Cor autem habet tres distinctiones,siue folliculos, ad modum quarundam bursarum, in quarum parte suprema recipitur aer,in quarum infima recipitur sanguis, in quarum media, quæ fouea appellatur, fit aeris, & sanguinis commistio, et spirituum generatio. Vnde ille locus in corde dicitur minera spi-
A rituum. Componitur autem cor ex omnibus generibus filorum,scilicet longitudinalibus,quibus attrahit, latitudinalibus,quibus expellit, et transuersis vtrorumq;, quibus retinet. Vergit autem cor versus sinistrum aliquantulùm,vt det locum hepati posito in dextra parte, ne duo tam calida membra in vna parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo subintrantia cor,vena concaua deferens sanguinem ad nutrimentum cordis, et generationem spirituum, et canna pulmonis deferens aerem,vt ex ipso,et aere generetur spiritus. Duo egrediuntur,sicut est vena arterialis, vel arteria venalis:quæ sic appellatur,quia media est inter venam et arteriam, quæ deferunt sanguinem calidum, et subtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicunt quidam quòd pulmo calidam, et siccam habet
B complexionem,quia nutritur calido et sicco sanguine, scilicet cholerico:tamen ex accidenti frigidus est,et humidus:vnde dicitur proprium vas phlegmatis. Humor enim distillat à cerebro ad pulmonem quasi pluuia,vnde ex accidenti abundat in eo phlegmatica humiditas. Ista autem vena vnam tantùm habet tunicam, cùm omnes aliæ ad minus duas habeant:& hanc mollem habet,& hoc multiplici ratione. Vna ratio est,quia intrat substantiam pulmonis,quæ tenera est,& mollis:& si vena esset crassa & dura, de facili posset siccari, & suscipere rimã, & fissurã, & pulmo per ipsam. Alia ratio est, quia mollis est,vt sequatur motum pulmonis: quod nõ faceret,si esset dura: & est ad modum iunci in aqua, qui ex sua mollitie, & flexibilitate sequitur motum aquæ. Alia ratio est,quia vena non procedit per longam viã, imò tantùm per substantiam pulmonis. Vnde iacet super pulmonem sicut super culcitram. Vnde si sanguis
C venam impleat,cùm non habeat durum,& resistens, nõ lædetur ex percussione. Alia vena egrediens à corde est illa, quæ dicitur aorta, quæ defert sanguinem vitalem per totum corpus: & habet duas tunicas, interiorem duram, et exteriorem mollem. Duram, propter subtiliorem sanguinem, et penetrantem, ne ille extrà resudaret: defert enim sanguinem pulsatilem ista. Exteriorem habet mollem, quia si haberet eam duram, cùm iste sanguis pulsatilis impleret illam interiorem, & ipsa exterior ex eius duritia repercuteretur,& lederetur tunc: & propter hoc exterior mollis est, vt receptio ictus,siue pulsus sit tanquam in molli. Ramificatur autem ista per totũ corpus:& eius rami interiùs superiacent venis quietis,vt tanquam volubile omnino sustentetur ab illis. Exteriùs verò iuxta superficiem corporis supponuntur eis,vnde habeãt,ea quasi scuta, & tegmẽta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis, qui vitalis est,
D ab ipso,qui nutrimentalis est, quoniã hic saltando exit interpolatè,alius continuè,et quieté.

De anatomia pulmonis. CAP. XXIII.

VIuit cor cum suis dilatationibus, et constrictionibus,et quietibus intermediis,cuius calor excellẽs, signum est audaciæ:superexcellens verò, signum est maniæ. Non enim magnitudo cordis causa est audacię,neque paruitas est causa timiditatis: quoniam lepus, & ceruus magnum cor habent secundum mensuralem sibi proportionem, cùm timidi sint. Quædam similiter animalia paruum habent cor, sed calidum, et propter hoc audacia sunt, sicut serpens tirus, mustela, &c. Et quoniam cordi necessaria fuit continua aeris attractio, vt in animalibus ambulabilibus,neque potuit attrahi ab extrinseco, tum propter loquelam, et vociferationem

siue

ſiue cantum, tum propter corruptionem aeris exteriùs, neceſſarium fuit vt eſſet aliquod vas receptaculum aeris attracti interiùs, vt aer reſeruaretur ad tempus, & rectificaretur à ſuis nociuis qualitatibus: quod quidem vas pulmo vocatur. Eſt igitur pulmo caro tenera, & rara, vt recipiat aerem in magna quantitate. Vnde animalia, quæ magnum habent pulmonem, & valde rarum, multùm morantur ſub aqua: quæ paruum, parum morantur. Hi enim frequenter inſpirant & expirant: alii verò rariùs. Habet autem pulmo magnam quandam cannam, quæ ſuperiùs terminatur ad epiglottidem, per quam attrahitur aer: quæ quidem canna ramificatur, & diſpergitur per multam ſubſtantiam pulmonis: & iterum ex oppoſita eius parte eſt canna, quæ ſubintrat cor deſcendendo. Non autem mouetur pulmo per ſe, & ſuo proprio motu, ſed potiùs motu dilatationis in inſpiratione, & conſtrictionis in reſpiratione, qui quidem motus à corde ſunt, quoniam in ſui compoſitione pulmo non habet neruum, à quo eſt motus communis membro animalis. Exteriùs autem inuoluitur quadam pellicula, quæ fit ex neruo dilatato circa ipſum: & ex iſta pellicula totum ſenſum habet in ſe. Et eſt pulmo in illa comparatione ad animalia ambulantia, in qua ſunt branchiæ piſcium ad ipſos piſces. Habet autem pulmo quinque diſtinctiones, pelliculas ſcilicet, tres ex vna ſui parte, & duas ex altera, duas maiores, & tres minores, vt ſi fortè lædatur in vna vel duabus ſui partibus, ſaluetur in aliis: quoniam ſi eſſet continuatio in ſui parte, læſio vnius partis per continuationem totale membrum læderet. Habet autem pulmo diſtinctiones duas maximas, & quinque ſubdiſtinctiones paruas, quas pelliculas nuncupamus, vt ſi fortè vna earum lædatur, & impediatur à ſuo effectu, & actione, altera ſuppleat, neque ceſſet ab officio ſuo. Tres autem illarum pellicularum magis vergunt verſus dextram: quarum vna non mouetur ſicut cæteræ, ſed tantùm ad hoc eſt, vt per eam tranſeat vena concaua, quæ ab hepate dirigitur ad ipſum cor, & illa vena eſt quaſi lectus, in quo iacet. Duæ verò pelliculæ magis vergunt verſus ſiniſtrum, cuius dictionis hæc eſt ratio: quia tres pelliculæ à dextris ſunt, vt vna illarum ſi vicinior venę concauę, quam veſtit. Alia ratio eſt, vt exeuntes ex æquo duo panniculi ex parte cordis, cum ipſo corde teneant ſiniſtram partem pectoris. Et tres pelliculę ex parte hepatis tenebunt dextram partem pectoris ex æquo, ne aliqua pars pectoris relinquatur vacua magis, quàm alia. Tibia autem pulmonis inſtar ſtipitis habentis multas radices ramificatur ſecundum ſubſtantiam pulmonis, qui quidem rami per totum pulmonem diffunduntur ita, quòd eorũ capita, ſiue orificia extrinſecè ſunt aperta, neque aliquo tempore clauduntur, ſed ſugunt continuè, & attrahunt ſuperfluitates pectoralium, deſcentes è capite ad loca inferiora pectoris. Neque ſolùm per illos ramos cannæ pulmonis attrahuntur ſuperfluitates cordis, ſed etiam ſuperfluitates à capite deſcendentes. Eſt autem pellicula quædam diuidens ſuos thoraces à ſe inuicem, tranſiens per maiorem diuiſionem pulmonis, quaſi diſtinguens eum in duas medietates, alligatas cum ſpinis dorſi poſteriùs, anteriùs verò pectori. Cuius cauſa finalis prohibet ne trãſeat aliquod læſiuum ab vno thorace ad alium, ſi læditur, vel patiatur priùs, quàm alius. Canna autem pulmonis ſuperiùs componitur ex annulis quibuſdam perfectis: inferiùs autẽ ex annulis imperfectis. Quantò enim magis aſcendit canna, tantò perfectiores ſunt circuli, ita quòd in aſcenſu decreſcunt, donec perueniat ad perfectionem.

Gibboſitas autem ipſorum annulorum vergit exteriùs,
A & efficit gutturis tumorem. Verſus autem interiorem partem, vbi deficiunt circuli, eſt quædam pellicula fortis, & ſpiſſa, quę ſupplet officium circulorum. Quando autem cibus recipitur in gulam, illa pellicula cedit ipſi, & reflectitur interiùs hora deglutitionis, ne impediat illam, ſicut impediret, ſi eſſet chartilago interiùs, ſicut exteriùs. Superioris autem partis illius cannæ, & exterioris illius duplex eſt iuuamentum. Vnum, vt inſpiratio, & expiratio fiat per ipſum. Aliud, vt ſit primum inſtrumentum formationis vocis, & ita fiat inſtrumentum virtutis voluntariè mobilis. Et eſt ſimile de pellicula cooperiente cerebrum, cuius duplex eſt iuuamentum. Vnum, vt coniungat venas, & neruos, & arterias exeuntes à cerebro. Aliud, vt tegat, & inuoluat cerebrum, ne lædatur, & diſſipetur, cùm ſit teneræ ſubſtantiæ. Expiratur ergo ſuperfluitas aerea, quæ perueniens
B ad guttur format vocem. Natura ergo format ſibi ſuperfluitates, & adaptat ad quædam ſui iuuamenta, ſcilicet ſquamas in piſcibus, & pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus fruſtulis ad formandam vocem ſecundum plures ſui differentias, ſcilicet gracilem, et craſſam, et ita de aliis: quoniam ad diuerſos motus, et contrarios alicuius membri, neceſſaria ſunt plura fruſtula alicuius membri: ſicut patet in digitis, qui ad varios motus aptantur: quorum primum fruſtulum eſt quædam chartilago compoſita ad modum aliarum cannarum ambarum. Interiùs circulus eſt imperfectus, ad modum peltæ, cuius gibboſitas extrà apparet in gutture. Eius verò defectus eſt verſus gulam: vnde chartilago peltalis vocatur. Cuius quodam modo ſupplet defectum quædam chartilago ſuppoſita iſti inferiùs, ſimiliter circulum faciens imperfectum: ſed contrario mo-
C do ſe habet peltali, quia eius gibboſitas interiùs eſt verſus gulam, defectus verò exteriùs verſus guttur eſt. Et ita ſe habet hæc chartilago, quòd oritur, ſeu collocatur ſuper inferiorem chartilaginem: cuius opus eſt ne impediat deglutitionem, quando gula dilatatur verſus ipſam. Hæc autem chartilago cymbalaris, & coopertoria vocatur. Et eſt alia chartilago, quæ appellatur nomen non habens, cùm modò collocetur verſus partem exteriorem, modò verſus interiorem, quando opus fuerit: quia eius iuuamentum eſt, vt quando deglutitur cibus in gulam, interim tegat os tracheæ, & iterum cùm formetur vox in gutture, interim tegat os gulæ. Si autem accidat quòd loquatur deglutiens aliquid, remouetur id operculum, & aperitur os tracheæ: & quando ſubintrat mica panis per tracheam, tunc Natura per fortem tuſsim conatur expellere illam. Chartilago au-
D tem nomen non habens duo habet additamenta hæc illa, quæ ſubintrant illud cooperculum, ſiue cymbalarem chartilaginem, & tenent ipſam in debito loco, & poſitione. In formatione autem vocis, quantò magis eleuatur peltalis, & cymbalaris, tantò magis gracileſcit vox, & trachea arteria tantò magis elongatur, & arctatur: quando verò illæ chartilagines deprimuntur, vox craſſeſcit, & trachea dilatatur intus magis.

De anatomia diaphragmatis.
CAP. XXIIII.

Diaphragma eſt quædam pellicula diuidens regionem vitaliũ à regione nutriuorũ: vnde dicitur diaphragma quaſi duo frangens. Cuius compoſitio eſt ex neruis, & ligamentis. Habet autem illud iuuamentum, ſcilicet vt ſit primum principiũ motus inſpirationis, & expi

expirationis. Motu enim diaphragmatis mouetur pulmo: pulmo autem non mouetur ex se, vel per se, cùm nō habeat neruum in se. Alligatur autem diaphragma spinæ dorsi retro, & anteriùs pectori. Et annexum est circunquaque corpus corpori per circuitum, per musculos autem habet motum circularem. Cùm autem motus dilatationis in circulo, à medio puncto incipiat, & terminetur in extremitatibus, & motus constrictionis incipiat ab extremitatibus, & terminetur in medio, necesse fuit vt principium motus diaphragmatis esset in medio illius. Descendit ergo à sexto pari neruorū quidam neruus directè, & perpendiculariter per medium punctum ipsius diaphragmatis, præstans & sensum & motum, qui posteà ramificatur, & diffunditur per totū diaphragma. Præterea veniunt alii duo nerui à quinto & quarto pari neruorū ab ipsa spinali medulla, & spondylis, ferentes prædicto neruo principium: qui quidem vt adhæreat, vestitur carne, vt in suo defectu subintret pelliculam illam, quæ est diuidens duos thoraces, facientes duas distinctiones pectoris: & quodam modo vestitur, & adhæret donec perueniat ad diaphragma. Contingit autem quòd diaphragma quandoque apostematur, & impeditur à suo motu, & tunc iuuatur à quibusdam musculis lateraliter ei venientibus, qui sunt octogintaquatuor, teste Galeno: & etiam iuuatur à foliis narium per vehementem inspirationem, & expirationem.

De anatomia cerebri.
CAP. XXV.

ET cerebrum diuiditur in tres substantias, in velarem, medullarem, & ventres plenos spirituum, qui sunt principia neruorum à cerebro orientium. Cerebrum autem est frigidum, & humidum, frigidum verò ne inflammetur vapore fumorum ascendentium à stomacho, & ne inflammetur motu neruorum sensibilium, vel per operationes sensibiles, vt imaginationes, & cogitationes, & vt temperet sua frigiditate spiritus vitales calidos ascendentes. Molle & humidum est, vt de facili suscipiat impressiones sensibiles, & vt possit esse nutrimentum neruorū, qui à principio sui molles sunt, & gradatim, & successiuè indurantur. Item leues sunt nerui, rari, & flexuosi. Leues, vt suscipiant spiritus. Rari, vt præstarent ei facilem motum, & directum, & velocem. Flexuosi, vt deseruiant membris ad regendum se faciliter versus quamlibet partem. Item cerebrum in anteriori sui parte est mollius, & humidius, propter neruos sensibiles inde orientes, qui molliores habēt esse, quàm nerui motiui. In posteriori sui parte durius est, propter neruos motiuos inde orientes, qui duriores habēt esse, quàm nerui sensibiles, & propter illam partem, in qua est thesaurus memoriæ, & repositio formarum. Cerebrum autem secundum latitudinem diuisum est in duas partes, vt hoc membrum vnum sit, sicut & cætera membra bina, vt si fortè lædatur vna eius pars, altera seruetur illęsa. Descendit autem posterior pars cerebri cum suis velaminibus in concauitatem spinæ, & ex illa parte oriuntur nerui, ex vtraq; parte lateraliter, atque ad ambas partes corporis vicinas tendunt.

De anatomia neruorum à spinali medulla orientium.
CAP. XXVI.

A Spinali medulla triginta paria neruorum oriuntur, & vnus neruus, qui caret pari: quorum septem à spondylis colli oriuntur: alia verò septem à superio-
A rum costarum spondylis oriuntur, quæ in rectitudine pectoris sita sunt. Alia verò quinque, quæ sunt post ipsa, ab inferioribus costarum spondylis nascuntur. Oriuntur & alia quinque à quinque spondylis renum. Ab osse verò, quod renibus supponitur, oriuntur alia tria: post quæ alia tria ab osse caudæ nascuntur. A caudæ autem summitate neruus carens pari oritur. Primi paris egresio est à duobus spondyli primi foraminibus, quod in capitis solum musculis spargitur, & est paruum, & minutum: quoniam melius videtur, cùm locus, à quo egreditur, sit angustus. Par secundum à foramine, quod est inter primum spondylum, & secundum oritur: cuius maior pars transuersa ad cutem capitis ascendit, dans ei motum. Et quod primum minùs facit propter sui paruitatem, consequens ipsum complete emendat: musculóque colli, & maxillarum coniungi-
B tur, dans ei motum. Par tertium exiens à foramine inter secundum & tertium spondylum, statim in duo diuiditur ex vtraque parte, quarum vna musculis, qui maxillas mouent, transmittitur: & est quādo musculis miscetur temporum, & cum musculis aurium in bestiis, & quandoque in hominibus. Alia verò pars ipsius per musculos dispergitur, qui inter vtrasque locantur scapulas. Par verò quartum inter tertium, & quartū spondylum exoritur, & partitur in duo, sicut præcedens: sed pars ipsius ascendens est parua. Et quidam dixerūt iam quòd ab ea penetrāt rami, sicut araneę tela extensa supra venam, donec ad diaphragma perueniat, separās super duo latera diaphragmatis, & pectus in duo media partiēdo incedēs: sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorū profundatur, donec ad suprema vadat: & musculis mandat ramos, qui inter ca-
C put, & collum sunt communes. Et dixerunt quidam quòd ab eo ad dorsum descendit ramus. Quintum verò par inter quartum & quintum egressum in tres diuiditur partes: & est vnus ramus, & est, minor pars perueniens ad musculos, qui caput anterius peruertunt, & ad alios musculos, qui capiti sunt communes, & collo: & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & miscetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. Par verò sextum, septimum, & octauum, ab aliis secundum ordinem egreditur foraminibus. Sed octaui egresio est à foramine communi inter finem spondylorum colli, & primum spondylum dorsi: & eorum rami vehementi miscentur mistura. Secundum plurimum eius ad scapulæ peruenit superficiem: & pars eius maior, quæ est ex quarto, & minori parte, quæ est ex tertio, peruenit ad diaphragma: & plurimum septem peruenit in adiuto-
D rium: licet sint quidam, qui ex ipsis ramis ad musculos capitis, & colli, & dorsi, cum ramis quinti associati vadant ad diaphragma: sed tamen ille, qui est ex quinto ad partem manus tendit, & non transit scapulam. Sexti verò paris quidam ad musculos scapularum diriguntur, & alii mouent adiutorium: alii verò à superioribus partibus dant sensum adiutorio, alii mouent brachium, alii per cutem adiutorii. Septimi verò paris quidam mandantur musculis, qui sunt in adiutorio, qui sparguntur dantes eis sensum. Octaui verò paris partes quædam per cutem hanc quidem partiuntur, dantes eis sensum: alii verò ad musculos brachii tendunt motum manibus præstantes. Primum autem par ex paribus membrorum pectoris egreditur inter primum & secundum spondylum pectoris, quod in duas diuiditur partes. Quæ autem maior est, in omnibus musculis spargitur costarum, & in mu

in muſculis dorſi ſuper primas coſtas extenſum procedit,& octauo neruorum colli obuiat,& ſimiliter ad manus protenditur, donec ad digitos, & palmam perueniat,& manũ,& ſegregatur per eam, dans ei motum, vel ſenſum. Par verò ſecundum, à foramine egreditur, quod prædictum ſequitur foramen, cuius pars ad adiutorii tendit ſuperficiem, dans ei ſenſum: & ipſius reſiduum cum aliis partibus, quæ remanſerunt, aggregantur, & ad muſculos ſcapulæ, qui ſuper eam poſiti ſunt, aſcendunt, ipſius mouentes iuncturam: & ad muſculos perueniunt dorſi, qui ex iſtis neruis ſpondylorum pectoris oriuntur. Et ramus, qui ad ſcapulam non protenditur, ad muſculos dorſi vadit, & ad muſculos, qui ſunt inter coſtas primas in poſterioribus pectoris poſitas. Qui verò ex ſpondylis ſecundarum naſcuntur coſtarum, ad muſculos veniunt, qui ſunt inter coſtas, & ramos, cum iſtorum neruorum ramis. Præterea à ramis neruorum arteriæ, & venæ apertè currunt, & ſpinalem medullam ingrediuntur per loca, vnde ipſi egrediuntur. Nerui exeuntes à duobus ſpondylis pectoris in hoc communicant, quòd pars eorum ad muſculos dorſi peruenit, & pars ad muſculos ventris, & ad muſculos, qui ſunt in dorſo preſſi. Tertia autem ſuperior cũ neruis miſcetur, quia à cerebro ſunt deſcendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurum multos tranſmittunt ramos, cum quibus ramus tertiæ partis, & ramus nerui primi, oſſibus alchatim miſcentur. Sed iſti duo rami coxæ non pertranſeunt iuncturam, ſed in ipſius ſparguntur muſculis, & ita eos pertranſeũt incedendo ad crura. Neruorum autem crurum, & pedum forma, à neruis manuum, & pedum ſeparatur in eo, quòd non iunguntur, & inclinant ſubmerſi ad cerebrum. Non eſt autem forma continuitatis adiutorii cum ſcapula, ſicut forma continuitatis femoris cum coxa, neque extremitates cum origine ſuorum neruorum. Et iſti quidem nerui ex parte cruris, diuerſis tendunt modis. Sunt enim ex eis, qui occultantur, ſunt qui manifeſtantur, ſunt qui ſubmergũtur ſub muſculis cooperti. Et quia muſculi, qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad vtroſque pedes non habuerunt à poſterioribus partibus, neque ab occulto femorum, propterea ibi muſculi multi, & venæ factę fuerunt, vt pars neruorum, quæ eſt in pectine, curreret, & penetraret in foramine, quod ad teſticulos deſcendit, donec ad muſculos vadat femoris, & deſcendat ad muſculos poplitis. Primum autem par ex neruis ſequentium ſpondylorum commiſcetur cum neruis antecedentibus, ſicut diximus. Alia verò paria, & vnum par, quod ab extremitate oritur caudæ, muſculis ſpargũtur ſphincteris, & ipſius virgæ, & muſculo veſicæ, & matricis, & in panniculis ventris, & in partibus domeſticis ſuperioribus oſſis femoris, & in muſculis, qui naſcuntur ab oſſibus alchatim.

De anatomia venæ concauæ. Cap. XXVII.

VEna ventrem habens ad cor, quando venit in rectitudinem diaphragmatis, tranſmittit ramos ad ipſum nutriendum: quæ poſteà perforat diaphragma, per cuius foramen venæ ſubtiles ab eis diſgregatæ panniculo, qui pectus in duas diuidit partes, & cordis capſulæ, atq; glandulæ, quæ à medicis vocatur mina, continuantur, & per prædicta ſparguntur membra. Poſteà verò quidam magnus ramus ab eis ſeparatur, qui vni duarum cordis auricularum, dextræ ſcilicet continuatur, & diuiditur in tres partes, quarum maior dextram cordis autem intrat: ſecunda cordis ſuperficiem exteriorem circuit: tertia verò ad inferiora ramos tranſmit-

A tit, & poſteà procedit aſcẽdẽdo, & retorquet ad furculas. Et tranſmittit à ſe ramos ad nutritionem omniũ partium vicinarum, interiorum, & exteriorum. Quando autem ramificatur ex vtraque parte, & venit in rectitudine axillarum, ramus quidam magnus exteriùs ab ea egreditur, & ad locum, qui eſt in alis axillæ protenditur, quæ baſilica appellatur. Sed etiam prior, quæ relinquitur circa furculas, quæ eſt ſtipes huius baſilicæ, in duas diuiditur partes: quarum vna ad dextram, altera ad ſiniſtram tendit. Et iterum vtraque iſtarum ſubdiuiditur, quarum vna diuiſio humero ſuperpoſita ad manum tendit, & vocatur cephalica. Alia verò diuiſio vtrinque in duas diuiditur partes, quarum vna per interiores partes colli aſcendit quouſque cranium intret, & partes membrorum cerebri, & ſuorum panniculorum ibidem irrigat. Et in tranſitu eius per collum vſque ad cerebrum diuiduntur ab eo rami ſubtiles, qui
B membra in collo humectant: & hæc vena gaudet cholera. Alia verò manifeſta aſcendit, quouſque per faciem, oculos, caput, & nares diuiditur, vt omnia membra nutriat, quæ ideo manifeſta vocatur. A vena autem humerali, dum per cubitum tranſit, rami quidam ſubtiles ſeparantur, à quibus ea, quæ in adiutorio exteriùs manifeſta ſunt, irrigantur. Similiter ſub vena axillarum aggregantur rami ſubtiles, qui rami adiutorii muſculos nutriũt. Et quãdo humeralis vena, & axillaris prope cubiti iuncturam veniunt, duæ partes ab eis ſeparantur, vna ſcilicet ab axillari, alia ab humerali: & coniuncti deſcendunt quouſque ex eis vna fiat vena, quæ purpurea vocatur. Alia verò humeralis pars protenditur ſecundum diuerſas adiutorii partes, & ſuper arundine altera tranſit: & vocatur funis brachii. Axillaris verò
C pars altera, quæ vna eſt ex inferioribus partibus brachii, quę eſt in profundo, vſque adeo protenditur, quouſque ad caput inferioris arundinis perueniat, & fit ex ramis ſuis vena vna, quæ eſt inter medium & auricularem, quæ ſaluatella appellatur. Pars autem, quæ ad corporis inferiora deſcendit, ſuper ſpondylos coſtarum tranſit, deſcendẽdóque inferiùs porrigitur: à qua egrediuntur rami, qui vadunt ad renum faſcias, & ſuorum panniculorum, & ad membra, quæ ex eis diſponuntur, & ea nutriunt. A qua poſteà duo rami magni ſeparantur, qui renum intrant cõcauitates: poſt quos reperiuntur duo alii, qui ad teſticulos vadunt. Déinceps ab eodem in rectitudinem cuiuſque ſpondyli duo alii ſeparantur, qui ad vtraque procedentes membra, quæ circa ipſa ſunt, vel quæ ſunt occulta, vt vulua, veſica: vel manifeſta, ſicut venter, ilia humectant. Quæ quando ad
D vltimum venerit ſpondylum, in duas ſeparatur. Quarum vna ad dextrum pedem, & alia ad ſiniſtrum vadit. Et ab his ſegregantur partes, quæ femorum muſculos nutriunt. Quarum quædam ſunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur muſculi, quædam manifeſtæ, quæ manifeſtos humectant muſculos. Quæ iterum quando peruenerit ad genu, in tres diuiditur partes. Quarum vna per molam tranſit, cuius rami, omnes cruris muſculos nutriunt, qui interiùs, & exteriùs inueniuntur. Alia verò ad partem cruris domeſticam tendit, quæ ſimiliter occultatur vſque adeò taliter, donec partem ſuper malleolum interiorem operire incipiat: & tunc ex ea, quæ ſaphena vocatur, fit vena. Pars verò tertia ad partem cruris ſylueſtrem tendit, quæ ſimiliter occultatur quouſque ad malleolum veniat exteriorem, quæ dicitur iſchiadica. Ab vtraque autem iſtarum, quando ad pedẽ perueniunt, ſeparantur partes, quæ per pedem ſpargũtur: quarum illæ, quæ partibus digitorum ſunt, & ſi ab

eo reperiantur, venæ ischiadicæ sunt partes.

De anatomia uenarum manus. Item de uenis, & arterijs quæ inciduntur. CAP. XXVIII.

VEnæ autem manus, quæ phlebotomantur, sunt quinque, nigra, siue purpurea, basilica, funis brachii, et axillaris, quæ est ramus basilicæ, & sceilē, et cephalica, quæ omnibus maior est. Basilica verò magni timoris est, propterea quòd arteria cadit sub ea: et neruus, et musculus etiam sub ea cadunt. In basilica quoque phlebotomanda quantò plus ad brachium descenderis, erit sanius. Propterea sciendum quòd basilica, axillaris, et cephalica super iuncturam phlebotomiæ appropiantur, et non sub ea, neq; in ea: vt sanguis be ne saliat, & sit securitas à nocumentis neruorum, & arteriarū. Cephalica verò quod est ex collo supra ipsum partim, & partim sub ipso euacuat, & terminum partis hepatis non pertransit, neq; hypochondriorū. Basilica verò euacuat partes pectoris, & quod est à parte ventris inferiùs. Nigræ verò iudicium inter cephalicam, & basilicam medium est. Funis verò brachii similis est cephalicæ. Sceilem, siue saluatella quidem, quæ in dextra, doloribus hepatis cōfert, & quæ in sinistra, doloribus splenis: & quòd sanguis phlebotomiæ dimittatur, donec per se restringitur. Manus quoque illius, qui phlebotomatur, in aqua calida ponitur, ne citò sanguis restringatur. Sed arteria manus, quæ phlebotomatur, est arteria, quæ inter pollicem, & indicē existit. Eius iuuamentum in antiquis doloribus hepatis, & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc vidit somnians, et expertus est posteà. Et ex venis pedū, quæ phlebotomantur, vna est ischiadica, et est à parte syluestri calcanei. Est alia sub eo, aut supra ipsum. Et ligatur in fascia, et inuoluitur, quod est supra ipsum, in summitate coxæ vsq; ad calcaneum fortiter. Et melius quidem est, vt balneetur antè. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorum phlebotometur ramorum, qui inter minimum, et secundum existit. Et iuuamentum phlebotomiæ ischiadicæ magnum est in dolore sciæ, et podagræ, et in varice, et elephantiasi. Et saphena, quæ est versus inferiorem partem pedis, manifestior est, quàm ischiadica, quæ phlebotomatur ad euacuationem sanguinis ex membris sub hepate, et vt sanguis à superioribus ad inferiora declinet. Quare menstrua prouocat, et hæmorrhoidum orificia aperit. Et super calcaneum retro est vena, quæ est saphenæ ramus, et operatur quantum ipsa. Et ad summum phlebotomia venarum pedum cōfert ægritudinibus, quæ fiunt ex materiebus ad caput declinantibus, et ægritudinibus matricis: et magis debilitat, quàm phlebotomia venarum manus. In venis capitis, quæ phlebotomantur, quædam sunt quietæ, quædā pulsatiles. Quietæ sunt vena frontis, quæ inter duo existit supercilia, cuius phlebotomia confert grauitati capitis, et propriè illi, quæ est in posteriori parte, et grauitati oculorū, et dolori capitis. Super cornu capitis phlebotomatur propter hemicraniā, et hulcera capitis. Et duæ venæ temporum, quæ flexuosæ incedunt. Et duæ venæ, quæ sunt in angulis oculorum lacrymalibus, non apparent multùm, nisi propter constrictionem suffocantem. Et in ipsis non est profundandus phlebotomus, quoniam fortè fierent fistulæ: et non egreditur sanguis, nisi paucus. Iuuamentum phlebotomiæ harū existit in dolore capitis, et hemicrania, et ophthalmia antiqua, et lacrymis, et panno, et scabie palpebrarum, et nyctalopibus. Et sunt tres venæ, quarum locus est post locum, vbi extremitas auris tangit, quando pro-

Galen.

A uenit ad capillos. Et vna earum est magis manifesta, quę phlebotomatur in principio aquę, et quando caput stomachi fumum recipit: et post hoc confert hulceribus crurum, et colli, et posteriorum capitis. Et ex istis sunt duę iugulares: et minuuntur in principio lepre, et fortis anginę, et angustatione anhelitus, et in asthmate acuto, et in raucedine vocis, et in apostemate pulmonis, et in spirandi difficultate, quę ex multo sanguine fit calido, et ęgritudinibus splenis, et laterū. Modus ligandi eas est, quòd oportet trahere caput ad contrarium partis phlebotomię, vt vena extendatur, sicut chorda. Et ex eis sunt venę labiorum, scilicet quatuor. Super vnumquodque existit par; quę conferunt hulceribus oris, et pustulis, et doloribus gingiuarum, et earum apostematibus, et earum laxitati, et hulceribus, et fistulis, et scissuris, quę sunt in eis. Et ex eis est vena, quę est sub lingua: et propter grauitatem lin B guę, quę est ex sanguine, minuitur. Et ex eis est vena, et est inter mentum, et labium inferius, quę phlebotomatur propter oris fœtorem. Et ex eis est vena furculę, quę phlebotomatur in mordicationibus oris stomachi. Et ex venis, quę phlebotomantur in corpore, sunt duę venę supra ventrem, quarum vna supra hepar, altera supra splenem: et phlebotomatur dextra in hydrope, et sinistra in ęgritudinibus splenis. Ex arteriis verò, quę sunt in capite, est arteria temporis, quę quandoq; phlebotomatur, quandoq; inciditur, quandoq; extrahitur, quandoq; aduritur. Et hoc fit, vt rheumatismi subtiles constringantur, qui ad oculos descendunt. Et duę arteriæ, quæ sunt post aures, quæ phlebotomantur propter species ophthalmię, et principium aquæ, et pannos, et nyctalopas, et antiquum dolorem hepatis. In earum tamen phlebotomia semper existit C timor, et tardatur consolidatio.

De anatomia membrorum consimilium.

CAP. XXIX.

OMnis operatio ab anima procedēns, vt meliùs in actum procedat, in corporibus nostris perficitur. Instrumentorum autem corporalium alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt, quorū quancunq; partem sumpseris, sensibilem communitatem habet cum corpore, et diffinitionem. Composita verò sunt illa, quę non, &c. Sed quoniam simplicia sunt in compositis, et non conuertitur; de his priùs dicendum.

De oßibus. CAP. XXX.

INter simplicia primum est os, quod est fundamentum totius corporis, et reiectio, et sustentamentum motus, et sensus. Quędam ossa specialia habent iuuamenta. Quoddam enim propter fundamentum est, vt D os spinæ, siue ossa spondylorum. Quædam vt sint sustentamentum sensus, et motus, vt sunt ossa pedum, tibiarum, et crurum. Quoddam ad tuendum, vt os cranii, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinseco nocumento. Quoddam ad replendum, vt os, quod supra spondylum excrescit, quasi additamentum. Et hæc ossa sesamina, vel simenia dicuntur. Huiusmodi ossa maximè reperiuntur piscium, scilicet qui non habent medullam transeuntem per medium spondylorum: quare parum apparent huiusmodi ossa in eis.

De chartilagine. CAP. XXXI.

ESt autem chartilago, membrum mediocre in natura inter os et carnem. Est enim mollior osse, durior carne: et est propter hoc in animali, vt sit diuisionū ossis à carne, ne nimis durum coniungatur cum molli immediatè. Propterea verò caro, quando vulneratur,

& quaſſatur ab extrinſeco, magis læditur ab intrinſeco oſſe propter ſui duritiem. Quædam tamen chartilagines ſpecialia habent iuuamenta. Vnde quædam poſita eſt in animali, vt ſit iuuamentum extremitatũ buccellarum ingredientium vacuitates alterius oſsis, & concauitatem eiuſdem: quoniam inter illa minor læſio eſt, quàm ſi durum ſupra durum fricaretur in motu. Quædam poſita eſt in extremitate ſcapularum, & humerorum, vt in hora percuſsionis minor fiat læſio. Quædam ad defenſaculum nocumenti extrinſecus aduenientis, vt chartilago ante os ſtomachi poſita, quaſi enſis protenſa. Quædam eſt ſuſcipiens, & retinens muſculos è remotis partibus venientes, & dicitur chartilago epiglottalis. Quædam vt ſit ſuſpenſorium carnium inferiorum, quæ ponitur in extremitatibus coſtarum inferiorum, & perfectarum.

De neruo. CAP. XXXII.

Neruus, eſt membrum mediocre in duritia, dilatabile, & extenſibile, ſolutionem continuitatis nõ de facili recipiens ſiue rupturam, ſuſtentaculum motus, & ſenſus ad vniuerſa corporis membra.

De chorda. CAP. XXXIII.

Chorda, eſt membrum ab extremitatibus muſculi ortum habens, ad ſimilitudinem chordæ arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incurua ta incuruatur arcus, & relaxata relaxatur ſic muſculo relaxato chorda impellitur à muſculo, & relaxatur, quare membrum extenditur: muſculo verò contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De ligamento. CAP. XXXIIII.

Ligamentum, eſt membrum inſenſibile, ortum habens ab extremitate oſsis, inſenſibile per ſe, ſenſibile tamen per accidens, quoniam per muſculum. Et eſt duplicis iuuamenti in corpore. Vnum eſt, vt ipſo medio iungatur os cum neruo. Aliud eſt, vt cum neruo iungatur ad hoc, vt fortis ſit, cùm ſubtilis ſit in eius ortu, à cerebro ſcilicet, vel à ſpinali medulla alba, & cùm multiplicem ſuſcipiat deciſionem in eius proceſſu.

De muſculo. CAP. XXXV.

Muſculus, eſt membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum, & neruorum interſtitia replens, compoſitum, vt ipſo tracto, vel dilatato ſecundum ſui partes, ſequatur extenſio, vel incuruatio membri mediante chorda. Et eſt muſculus idem, quod lacertus, quaſi laceratus, id eſt, diuiſus ſecundum diuerſas ſui partes. Tendo autem non eſt ligamentum, vt quidam exiſtimant, ſed eſt idem, quod chorda.

De arteria. CAP. XXXVI.

Arteria, eſt membrum, ortum habens à corde, concauum exiſtens, vt per eius concauitatem concurrat ſpiritus vitalis ad omnes partes corporis.

De uena. CAP. XXXVII.

Vena, eſt membrum ortum habens ab hepate, ſecundum Galenũ, concauum exiſtens, vt per eius concauitatem ſanguis nutrimentalis tranſmittatur ad omnes partes corporis.

De panniculo. CAP. XXXVIII.

Panniculus propter multam neceſsitatem in corpore creatus eſt. Quidam enim continet membrum in ſua forma debita, & poſitione, vt panniculus inuoluens cerebrum. Ipſum enim eſt molle, ſimiliter inuoluens inteſtina. Quidam eſt diuidens nutritiua à ſpiritualibus, vt diaphragma. Quidam eſt cooperiens intrinſecam coſtarum ſuperficiem. Quidam eſt ſenſi-
A ficans, & tales ſunt, qui pulmonis, hepatis, ſplenis, renum habentur. Vnde in profunditate ſubſtantiæ eorũ non ſenſificatur homo extrinſecus, niſi ſecundũ duos panniculos. Prætereà renes mediante ſuo panniculo ſuſpenduntur in fine dorſi.

De medulla oſsium. CAP. XXXIX.

Medullam quidam exiſtimant eſſe membrum, cùm mihi dubium ſit. Mollis eſt in ſubſtantia vnctuoſa, quoniam mediante eius virtute ſuſtentatur.

De carne. CAP. XL.

Caro, eſt propter hoc, vt repleat interſtitia neruorum, & ligamentorum, venarum, & arteriarum.

De humore. CAP. XLI.

Eſt humor membrum molle, ad ſuſcipiendum impreſsionem de facili. Ex his ergo poteſt elici,
B quòd membrorum ſimplicium quædam ſunt dura, vt oſſa: quædam mollia, vt humor: quædam media inter mollitiem & duritiem, vt media: quædam magis accedentia ad duritiem, quædam magis ad mollitiem. Item quòd omnium membrorum ſimplicium, ſiue cõſimilium cauſa materialis eſt ſperma, præter quàm carnis, & adipis, ſiue pinguedinis. Adipis enim cauſa materialis eſt vnctuoſitas ſanguinis, frigiditas, & humiditas efficiens, & remotio à partibus à principio caloris, ſcilicet à corde. Eſt poſitio eius localis, ſcilicet circa partes ventris, & renes. Carnis verò, purior pars ſanguinis eſt cauſa materialis: efficiens, calor, & ſiccitas, villorum à ſe deciſione, venarum, & arteriarum interſtitia ſecundum ſui poſitionem debitam adimplens. Item carnis diuerſæ ſunt ſpecies. Quædam enim dura, vt caro cordis. Quędam mollis, vt caro pulmonis. Quædam mediocris, vt caro hepatis. Itẽ carnes diffe-
C runt ſecundum colorem. Quædam enim nigra, vt caro ſplenis. Quædam alba, vt caro glandis, teſticulorum. Quædam albior, vt caro vberum. Quędam purpurea, vt caro hepatis. Quædam rubra, vt caro communis. Quædam rubicunda, vt caro cordis. Quædam flammeola, vt caro pulmonis. Quædam crocea, vt caro maxillarũ. De ſpermate autem dubitatur vtrũ ſit materia prædictorum, vt dictum eſt, propter diuerſas opiniones Ariſtotelis & Galeni. Secundum Ariſtotelem ſperma viri coagulo comparatur: ſperma autem mulieris lacti. Quare in ſpermate viri eſt virtus coagulationis actiuè, in ſpermate mulieris coagulationi paſsiuè. Secundum Galenum vtriuſq; ſperma coaguli eſt materia: ſed virile fortius, muliebre debilius. Item pars ſpermatis tranſit ad glandulosam car-
D nem in oſcheum depoſita, ſimilis ex ſimili producta, ad ſimilitudinem partis paſtæ depoſitæ quaſi fermentum alterius. Item glandularum quædam poſita eſt in radice linguæ humiditatis collectiua, vnde hauritorium ſaliuæ dicitur. Quædam in locis iuncturalibus, ſimiliter humiditatis collectiua, vt ſub axillis, & in inguinibus. Item quædam carnes ſunt villoſæ: quædam carent villis, vt caro pulmonis, hepatis, ſplenis, renũ. Villoſæ, vt muſculi, quibus deferuntur ſenſus, & motus per diuerſa corporis membra. Membrorum autẽ villos habentium quædam habent villos longitudinales, & hi ſunt attractiui: quędã latitudinales, et hi ſunt villi expulſiui: quædam verò tranſuerſales, & hi ſunt retentiui. Quoddam autem membrum magis habet de villis longitudinalibus et latitudinalibus, vt gula: quoddam magis de tranſuerſis, & latitudinalibus, vt ſtoma

ftomachus: quoddam magis de latitudinalibus,quàm de aliis,vt inteftina. Item membrorum villos haben- tium quædam habent vnam tunicam tantùm,vt ve- fica: quia huiufmodi ratione mollis fubftantiæ con- tentiuæ: quædam duas, vt arteriæ, ftomachus, & inteftina. Et hoc ne fiat fiffura in his, quà exiret fan- guis: quoniam nimia relaxatione,ipfius exhalarent fpi ritus. Et ad impedimentũ vtriufq; operationis, pro- pter diuerfas operationes defcendẽtes à diuerfis prin cipiis diuerfarum compofitionum.

CAP. XLII.

Item inter omnia corporis membra, feptem funt membra regalia, & famofa, multam fublimitatem habentia fecundum feptem orbes planetarum, & eo- rum contradiftinctа,quæ membra funt mineræ fpiri- tuum animæ,& intelligentiæ,fcilicet cerebrum, cor, hepar,& ftomachus. Reliqua minùs principalia,fcili- cet renes, vefica,tefticuli.

Secundum verò quofdam, quatuor funt principa- lia tantùm,fcilicet cerebrum, cor, hepar,& tefticuli: fecũdum quofdam verò, tria funt principalia,fcilicet cerebrum,cor,hepar,& tefticuli non,eò quòd non fa ciunt ad effe indiuidui,fed ad effe fpeciei. Secundum alios duo tantùm,fcilicet principium fenfus, & mo- tus,fcilicet cerebrum, principium vitæ, fcilicet cor: fecundum Ariftotelem verò vnum tantùm, fcilicet principium vitæ,id eft,cor. Vnde videndũ eft,quæ fit eius fubftãtia,quæ compofitio,quæ complexio, quæ forma,quis fitus,qualis fit eius motus. Subftantia ve- rò eius eft caro craffa,dura,& folida,vnde ratione fo- liditatis põderofa. Quòd fit dura probo. Caro eius me lancholię eft generatiua. Item fi cor diftemperetur,re ducetur ad temperantiam cum lapidibus, fcilicet co- rallis,margaritis,hyacinthis, & fimilibus duram fub- ftantiam habentibus. Quare non eft aliqua pars hu- mani corporis, fub æquali proportione ad ipfum, quæ ita pẽdeat,ficut cor. Eft frigidæ complexionis de fubftantia: & hoc fecundum Ariftotelem: fecundum verò Galenum eft de calida, & ficca complexione, eò quòd continet in fe calorem totius corporis, fcilicet materiam caloris,fcilicet fanguinem,&fpiritum vita lem,quos per vniuerfa corporis mẽbra exufflat. Qua- re ratione continentiæ,& influentiæ,fecundum Gale- num,dicitur calidæ & ficcæ complexionis. Comple- xionem habet cor ex diuerfis fubftantiis,aliorũ mem brorum fubftantiis fimilibus, fcilicet ex carne dura, vt prædictum eft,& chartilagine extrinfecus in radice eius exiftente, quæ non multùm differt à natura of- fis,& panniculis fortibus, & fpifsis ipfum cor inuol- uentibus, nec etiam ipfum contingentibus in aliqua fui parte,præterquam in duobus ventriculis, & parte pineata extrinfecus:& hoc,vt pofsit fe dilatare,& cõ ftringere fecundum quod neceffe eft animali. Vnde fe cundum diuerfas partes ipfum componentes, vniuer faliùs afsimilatur aliis membris, quàm aliquod aliud membrum: quare eft principium,& vniuerfalius aliis. Item formam habet ad modum pineæ aliquantulum rotundam. Talis enim forma minùs eft fuperfluitatis collectiua læfionem præftituræ. Superiùs eft lata,vt fe cundum eius latitudinem venæ,& arteriæ competen ter orirentur ab eo. Inferiùs pineata,& obftructa,vt fecundum illam partẽ thoracem alioquantulùm con- tingentem minùs læderetur ab ipfo. Item intrinfecus formam habet rugofam, quando conftringitur,planã quando dilatatur. Item intrinfecus vẽtres habet tres, fcilicet dextrum,finiftrum,& medium. Dexter eft in-

Galen.

ferior,& magis verfus hepar difpofitus, attrahens ab
A hepate,quod fibi neceffarium eft ad fui nutrimentum. Sinifter eft minor & fuperior verfus pulmonem pofi- tus,attrahens ab eo de aere,quod fibi neceffarium eft. Inter hos ventres eft medius meatus quidam, fiue fo- uea ab authoribus appellata, in profundo cordis fita, in qua fanguis cum aere attracto commifcetur, & fit ex his fpiritus vitalis,quem per vniuerfa corporis mẽ bra exufflat. Cordis verò pofitio eft in medio, vt o- mnem corporis partem calefaciendo refpiret, & ab omnibus attrahat ad fui iuuamentũ: declinans verò verfus finiftrum magis:& hoc,vt hepar ampliorem ha beat locum,quoniam valde regale eft. Præterea vt ve na concaua viam habeat ampliorem ab hepate ad cor, fibi deferẽs fanguinem. Præterea,vt pars finiftra pro- portionetur dextræ in calore: quoniam fplen mem- brum frigidum eft,id eft,remiffè calidum, fecundum
B medicos. Hepar verò membrum calidum eft. Et ita quod minus eft ex parte fplenis de calore, reperitur ex parte cordis. Itẽ prædicta duo habẽt additamenta, cordis duabus auriculis comparata,quafi coxæ depofi ta,materiam fpiritus vitalis vtraq; recipiẽtia, & vfq; ad profunditatem cordis tranfeuntia. Item huiufmo- di additamenta in cordis conftrictione funt rugofa,in eius dilatione,extenfa, id eft, fuis villis latitudinali- bus,& tranfuerfis, vt fit in ipfo corde attractio, & ex- pulfio,& ita in his, tanquam inftrumentis, fit motus cordis. Motus autem cordi principium eft virtus mo tiua. Virtutis autem motiuæ caufa eft anima. Caloris autem,motus,fortitudinis verò caloris,fortis motus & frequens. Cor autem fortiter & frequẽter mouetur. Motus verò cordis dilatatiui caufa eft attractio nu- trimenti cibalis. Cibatur enim fpiritu, & fanguine at
C tracto. Fortiter autem mouetur, vt fortiter attrahat à membris, quæ priùs hora conftrictionis exiccantur. Præterea fortiter mouetur,& frequenter, vt recupe- retur in eo,quod ferè continuè à calore eius confumi tur. Item motus cordis conftrictionis caufa, eft fuper- fluitatum collectarum expulfio fortis. Motus caufa, eft fortitudo virtutis: frequentiæ motus caufa, eft ne- cefsitas. Item motu conftrictionis exufflatur calor à corde per totum corpus,fanguinem fubtilians,curfi- bilem efficiens ipfum,à putrefactione defendẽs. Pre- terea motu fpiritus, fubtiliatur fanguis, & curfibilis efficitur. Sunt enim coniunctæ pulfatilis vena, et ve- na quieta: fed quieta fuppofita, pulfatilis fuperpofita in interioribus membris, quia pulfatilis dignior eft. In exterioribus verò pulfatilis fuppofita, quieta fu- perpofita,vt fit eius defenfaculum à nocumento exte- riori. Itẽ cor non folùm mouetur motu dilatationis,
D et conftrictionis, licet villos in fui conftructione ha- beat,fed etiam cerebrum: fed diuerfimode, quoniam cor per fe,cerebrũ verò per accidens,id eft,per exuf- flationẽ fpiritus vitalis à corde fit dilatatio cerebri, et per recurfum eius fit conftrictio. Similiter inferius orificium ftomachi dilatando,et conftringendo mo- uetur,horis tamen determinatis. Similiter oris ma- tricis in hora egreffus fœtus,et hora ingreffus fperma tis,fit dilatatio,et tempore retentionis eiufdem fit cõ ftrictio. Similiter omnes venæ mefaraicæ quandoque aperiunt ea orificia,quandoq; claudũt. Item propter multitudinem materiæ contentæ in corde fit animal audax,propter paruitatem eiufdem,fit timidum. Si- militer propter diuerfas qualitates materiæ conten- tæ fufcipit cor in fe diuerfiones, et non propter fui magnitudinem, et paruitatem vt quidam exiftimant.

Item tres posuit Aristoteles rationes persuadentes cor esse principium venarum, & arteriarum existentium in corpore. Prima talis est, Principium caloris est cor: sed calore fit digestio nutrimenti: ergo cor est principium digestionis nutrimenti. Item est principiũ digestionis nutrimenti: ergo & eorum, in quibus fit digestio. Sed sunt venæ & arteriæ: ergo est principium illarum. Si principium verum: ergo vltimum. Cõtradicit Galenus, quòd caua vena vadit ad ipsum, deferẽdo ei nutrimentum ab hepate: ergo à simili, cùm venæ exeant à stomacho ad hepar, similiter ab intestinis tribus, ad hepar venæ, non erit hepar principium venarum, sicut neq; cor. Item contra Galenus sic. Omne, quod trahit originem ab aliquo assimilatur illi: sed venæ trahunt ab hepate: ergo assimilantur illi. Contrà, venæ frigidæ, & siccæ complexionis sunt: ergo hepar. quod falsum est. Item hepar componitur ex venis, & arteriis. Sed componentia præcedunt compositum in natura. Non ergo hepar est principium illarum. Item omnia membra perforata sunt ex venis, & arteriis, præter cor: quibus mediantibus exufflatur calor ad vniuersa corporis membra, sicut hepar, splen, renes, testiculi, stomachus, pulmo, & diaphragma, similiter & cerebrum. Decurrunt enim venæ, & arteriæ à corde ad anterius cerebri: ab anteriori ad medium: à medio ad posterius, & sic ad spinalem medullam: & ita ad neruos principium habentes à cerebro. Arteriæ, dico, deferentes spiritum vitalem exufflantur à corde ad neruos: quare patet, cerebrum esse perforatum. Cor autem non est perforatum. Sic ergo cor est principium illarum. Contrà, intra totam substantiam cordis contingit inuenire venas & arterias: ergo est cor perforatum, sicut alia membra: non ergo erit principium illarum. Solutio. Tam venæ, quam arteriæ originem habent à radice cordis: & egredientes, totam substantiam cordis ipsius intrinsecus perforant. Vnde arteriæ venientes ad sinistram auriculam ipsius, in egressu reciprocantur in substantiam ipsius extrinsecus, & ita perforant extrinsecus. Similiter venæ ad dextram aurem venientes, iterum reciprocantur in substantiam propriam, sed non aliæ venæ, & arteriæ, trahentes originem ab alio principio, præter quàm ab ipso. Item à forma, Sicut ab anima, simplici in essentia, tanquam puncto existenti effunduntur omnes virtutes ad vniuersas partes corporis, vt anima in suis operationibus perficiatur: sic à cono cordis, & radice, & puncto porriguntur venæ, & arteriæ ad sui circulũ, & sic ad totum: in quibus defertur calor, qui exufflatur ad totum corpus: sicq; anima est principium virtutum. Ergo à simili, cor est principium venarum, & arteriarum: quod concedimus. Item dictum est Aristotelis, Omne, quod habet ortum ab alio, assimilatur illi, à quo oritur: quare venæ non habent ortum ab hepate. Contra hoc autem, ergo corallus, qui est arbor durissima, non habet ortum à luto, & re molli in fundo maris existẽte. Solutio. Aristoteles intelligit quod dixit quantum ad manentem materiam: oppositio autem est secundum materiam transeuntem. Item dicit Aristoteles, quòd supra cor est reuelatio vitæ. Item supra communionem animalis ad plantas non percepit alias præter sensum & motum. Sed secundum Galenum cerebrum est principium sensus, & motus, hepar principium digestionis. Sed cor aut est principium vniuersale, aut non. Si primum, ergo ab eo sunt sensus & motus, similiter, & digestio à principio. Si non, contrà, aliquam habet virtutem aliam, à qua fit sensus, & motus, & aliam ab illa, qua fit digestio. Illa, virtus quid erit, si virtus sit? quare fit pulsus? Cùm cor sit principium vniuersale ad omnia membra, erit & eius virtus vniuersalis: & ita pulsus fieret in omni membro, quod falsum est, præter quàm in arteria solùm. Item in corde fundantur omnes virtutes morales. Quod patet per hoc, quòd ad complexionem cordis variatam sequitur variatio virtutum moralium. Morales enim virtutes sunt dispositiones animalis interiores. Virtus autem motiua, & sensibilis exteriores. Ergo cor erit principium illarum. Item virtus motiua, & sensibilis fundatur in corde. Ergo virtus vegetabilis. Ergo, vt priùs, cor erit principium vegetationis. Item, propter duas rationes posuit Galenus hepar esse principium. Vna talis. In hepate primò reperitur sanguis, & in eo fit digestio: ergo ipsum est principium digestionis. & alia talis, In qualibet digestione expelluntur superfluitates ad sua propria receptacula, sicut ad vesicam fellis cholera, ad splenem melancholia, ad vesicam vrina. Sed huiusmodi receptacula circunstant hepar, & non cor: ergo hepar est principium digestionis, & immediatum, vt à quo: & cor est principium mediatum: & proximum, & immediatum est hepar. Et ita patet diuersitas inter Galenum, & Aristotelem.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO Adſcriptus Liber De Anatomia oculorum,

NICOLAO REGIO Calabro Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM Libri ſequentis.

Caput 1. De libri huius intentione, & vtilitate. 2. De tunicis & humoribus oculorum. 3. De muſculis oculorum, & palpebrarum.

CAPVT PRIMVM.

QVIA oportet ſecundum amorem ſcientiæ, & vtilitatem artis eos, qui conantur paſsiones, quæ circa oculos conſiſtunt, curare, ſcire naturam, & poſitionem oculorum, qui in integritate, & ſanitate ſunt, (nam & vetus ait magiſter naturam corporis eſſe principium eius, quod opus eſt ad medicationem) ideo neceſſarium putauimus exiſtere pauca de oculis ante vſum, & initiationem operationum dicere, vt in diſpoſitionibus, quæ in oculis conſiſtunt, vel à poſitione, vel à periptoſi aliqua, & doloribus, quę ſequuntur, & conſenſoriis paſsionibus, ſicut licet videre in punctione facta in cornea tunica, & cùm ea videlicet in ſecunda, & tertia, (nam magna ex parte in ſequenti die ſequitur alteratio) poſsimus eam, quæ ſecundum naturam ſcientes, cognoſcere ſtatim cauſam, & ita conuenientem, & congruam curam adhibere.

De tunicis, & humoribus oculorum.

CAP. II.

COnſiſtit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor, humoribus verò tribus, & muſculis ſex, ſecũdum alterutrum oculum, qui motus actum efficiunt: & aliis duobus, qui compræhendunt radicem nerui optici, & tunicæ, quæ dicitur circumocularis: quæ à Natura creata ſubſternitur toti oculo, circumtangens, & circuminduens os, vt oculus non applicetur vacuitatibus oſsium nudis. Accedit igitur illa circumocularis à craſſa meninge. Pertranſiens enim ipſa ſuturas, & pericraniam, quam circumoſſalem vocamus, ex eis peruenit ad frontem per ſpatia oculorum, & eorum, quæ ſunt circa oculum: & vſq; ad iridis quidem circulum, vnde cornea incipit ſubtiliari, peruenit. Prorſum autem non procedent, ſed è conuerſo radiens reſiduam induitionem operatur corpori. Hanc igitur tunicam dicimus oculo heterocraniacam paſsionem operari: ac etiam chemoſes, quæ fiunt, illa ſuſcipit. Videmus enim in huius diſpoſitionibus, circunſcripta ſecundum circulum iride, reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatiõe exiſtere. Et quidem illi, qui de hac parte medicatiuæ diligentiùs tractauerunt, ita notificauerunt chemoſim, quæ eſt, quando album oculi tumefactum ſuperat circulum iridis, vt & nigrum oculi concauum videatur. Quo ſignificatur nobis, quòd in circumoculari habuit conſiſtentiam, & non in cornea. Sequitur autem ſemper vt & circulus iridis ſimilis eleuationi, & æqualis fiat. Sed tamen non eſt poſsibile, corneam per ſe talem ſuſtinere diſpoſitionem, ceu chartilaginoſa exiſtens, & denſa, ſed totam eius circumferentiam, præterquàm ſi aliquando toto oculo à baſi eius moto diſponatur ſimiliter toti corneæ. Manifeſtè autem & pterygia, quæ conſiſtunt circa oculos, oſtendunt iſtius naturam. Aucta enim, & modo quodam induplicata hac tunica efficitur pterygium: ita quòd aliquando eius augmento procedente, & compræhendente partes corneæ, cooperiatur non ſolùm iris ipſa, ſed & pupilla: et ſic aliquando compræhenſa tota pupilla, non ſolùm inuiſibilitas ſequitur, ſed et deformitas, et improperium, pulchritudine oculi cooperta à pterygio, et nõ apparente. Et de circumoſſali quidem tunica, vnde habeat principium, et quomodo perueniat ad oculos, moderatè dictum ſit. De reliquis verò particulis conſequenter dicamus. A baſi cerebri pori duo oriuntur, ab vna radice habentes et ipſi principium, ſubtiliata meninge, quæ cerebrum compræhendit. In modum autem literæ λ Græcæ diuiſi perueniunt ad concauitates oculorum, portantes per foramina, quæ in eis ſunt, ſpiritum viſiuum. Vterq; verò ipſorum procedens, et figuratus anguſtationi oſsis, contexit tunicas, adimplens concauitatem, quæ eſt in eis. Simul enim atq; in poris incipit finem habere, incipit cornea ampliari, et inflata perficit prædictam tunicam. Iſta igitur tunica ab anguſtia quidem pori, vnde habet principium, vſq; ad circulum iridis ſimilis eſt, et ſibi ipſi per totũ chartilaginoſa exiſtens, et craſſa. Inde autem, ingeniante Natura vt poſsit ſpiritus viſiuus procedere, et obie-

ctum comprehendere, subtiliatur, & crassitiem permutans fit neruosa magis, & ita cornu similis cùm fiat, A prębet luciditatem spiritui, qui venit à parte interna. Fides autem eius subtilitatis, est cicatrix, quæ consistit in oculis. Si enim quando post hulcus illius loci fiat cicatrix, crassa accipiente tunica naturalem crassitiem, quam & extra circulum iridis habebat, in colore quidem talis apparet, qualis erat & ante iridem. Operationem verò visus, quæ desuper veniebat impediens offuscat, non adhuc potente visiuo spiritu pertransire, sicut quando naturaliter se habebat oculus. Secunda verò tunica à poro optico habet explanationem. Proueniens autem & ipsa secundum propinquã positionem primę tunicę vsq; ad iridem, colorẽ suum ostendit per corneam: déinde circa medium oculum veniens, finẽ accipit ex foramine derelicto, quod nominant pupillam, in qua & tui visus simulacrum vides, per quod spiritus pertingit ad id, quod extra est. Et huius gratia foraminalis vocata est. Secundùm in- B trinsecam verò partem cyanea est. Gaudet enim hoc colore visiuus spiritus. Neq; enim nigram ipsam omnifariam fecit, ne tenebraretur visiuus spiritus: neq; albam, ne dispersus fatigaretur quando aspicit: sed vt resumptio, & reintegratio ei fieret, sic facta est. Cũ hoc autem colore adhuc & hispida consistit tunica vuea: vnde & vuiformis vocata est consimiliter acinis vuę. Habet autem & vasorum multùm in forma retis, vnde & retiformis vocatur, quia est sicut & retiformis meninx, quę est multis vasis complexa in modũ retis, vt spiritus, qui fertur desuper inhabitet: nõ quia præbeat reliquis particulis de visu, sed partiatur in toto oculo, & vt sustẽtatio fiat crystalloidi, & sedes. Tertia verò tunica & ipsa à poro procedens, & perueniens secundum propinquam positionem vsq; ad circulum, applicatur ad secundum vas palpebralium explantationum, ad ipsam à cornea in circuitu explantatarũ, C déinde inde reuertens, similiter reti super attracto: vnde & retina vocata est. Sua enim peluicula amplectitur vitriformen humorem: qui humor efficit molem oculi, premens per suam repletionem, & conuexum faciẽs oculum apud extrinsecam partẽ. Vnde & his, à quibus euacuatur ab aliqua plaga, concidit & residet inferiùs, tanquam humore, qui figuram eius custodiebat, effuso, & exciso. Subtilis enim est valde tunica assimulans, & próinde araneiformis vocata est. De quarta verò tunica quæstio non parua facta est à medicis. Quidam enim aiunt esse tunicam, & cõtinere humorem crystalloidem, qui effunditur in peluiculam tertiæ tunicæ, veniens quidem aduersus vitriformem, sustentata autem à tunicis, quæ sunt extrorsum. Et sicut circumocularis perueniebat ad oculum vsq; ad iri- D dem, ita & araneiformis vsq; ad medietatem perueniens non compræhendit totum, ne impediat visum. Alii autem tunicam ipsam quidem non esse aiunt. Neq; enim explanationem habere à poro, sed supernatare, membranam autẽm esse crystalloidis humoris in hominibus. Raró autem aliquando in aliquibus animalibus, sicut in leonibus. Est autẽ & tertia humor aqueus, qui, sicut dicit Asclepiades, replet intermediũ spatium humoris vitrei, & tertiæ tunicæ, materiam præbens ad videndum. Vt autem dicunt quidam, in medio primæ & secundæ tunicæ est, & simulacra, quæ apparent, facit videri. Et hic humor coagulatur in suffusionibus.

De musculis oculorum, & palpebrarum.

CAP. III.

MVsculi in oculis sunt sex secundum vtrunq; oculorum, habentes substratam pinguedinem: quibus actus commotionis spiritus commissus est, perficientis motus eius per ipsos. Facti sunt autem vt facilè circunducantur oculi, quando volumus huc & illhuc nuere. Et duos quidem aiunt musculos habere superiorem palpebram et inferiorem: quarum superior fortioribus indiguit, vt quocunq; voluerit nuere oculus, contrahatur, et ad se attrahatur. Vnum autem secundum vtrunq; angulum, vt per eos flexiones oculorum efficiãtur. Quorum rursus ille, qui est extra, et apud paruum angulũ maior, et fortior est, propter prædictam causam ingeminatus et ipse. Secundum alios verò octo dicuntur esse musculi oculi, vtrique parti duos distribuentes. Est autem et illorum fidem considerare ex his. Si enim aliquando aliquis eorum patiatur offensam siue à generatione, siue à periptosi, strabismi causa fit, vel spasmi. Et à generatione quidẽ fortassis paralysis offendet oculum, augmentum suscipiẽdo, vt habeat spatium oculus declinandi ad alteram partẽ. Quomodo efficiuntur strabismi, oppositis quidem musculis trahentibus ad se oculum secundum naturam: eis verò, qui patiuntur assentientibus tractioni illorum. Et strabismus quidem ita fiet à generatione. Ex periptosi autem, adueniente aliqua causa, quæ musculo plagam infligat, et spasmi, et tractus apud eum causa fiat. Ac etiam musculorum, qui secundum oculum aliquis percussus, offendet oculum, vel secundum lagophthalmum, vel secundum relaxationem. Si enim aliquis inexpertè et inartificialiter hydatidem auferens fecerit appunctionem phlebotomi vltra medicinalem coniecturam, et percusserit musculum, si quidem à phlegmone spasmaticè disponatur, passionis lagophthalmæ efficietur causa. Si verò relaxatio fiat, relaxabit palpebram, vt neq; conante patiente eleuare musculus palpebram possit, aut aliquo modo oculos aperire, sed grauata palpebra propter relaxationem feretur semper deorsum. Quocirca oportet in chirurgiis huius pinguedinis maximè quidem cautè, et cum aduertentia facere intromissionem phlebotomi. Maximè autẽ in medio palpebræ oportet incisionem facere apud ventres musculorum. Non enim ita ventres, quando vulnerantur, anxiantur, sicut neruorum exortus, cauendo ab apostematibus, quę accidũt, vt vituperia circa curam effugiens quis, fortiatur finem venerabilem. Hæc igitur de humoribus, et tunicis, et periophthalmio, seu circumoculari, ac etiam musculis secundum nostram possibilitatem, quæ non erant in memoria audientium, ad nostram vtilitatem, et amationem boni designauimus.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO

Adſcitus Liber de Compagine Membrorum, ſiue de Natura humana.

ARGVMENTA CAPITVM Libri ſequentis.

De cerebro, & partium eius diuiſione. CAP. I.

CEREBRVM naturâ quidem frigidum, & humidum eſt, & ideo, vt facillimè ad ſuſceptionem diuerſorum conuertatur, & vt membris mouendis habilitatē preſtet, & vt calido & ſicco ſpiritui ad caput exhalanti tempe riē inferat: cuius meninx frigida eſt, & ſicca, & denſa: & intra quam ſunt diuiſiones tres. Prima dicitur phantaſia: ſecunda rationalis: tertia memorialis. Inter phantaſiam, & rationalem eſt pannus quidam frigidus, & ſiccus, denſior eo, qui diuidit inter memorialem & rationalem, habens in ſe modicum tenuiſsimæ carnis. Ex memoriali verò procedunt duo canales tenues, & humidi, vt ſpinalis medulla, qui penetrant per totam compaginem, & veniunt vſq; ad phantaſiæ cellulā, per quos poſsit phantaſticus ſpiritus, & rationalis commendari memoriç, & iterum memorialis duci ad rationem, & phantaſiam.

Qualiter fiat auditus. CAP. II.

VNicuiq; auri ſupponitur vnū os frigidum, & ſiccum, & ſine ſpiritu quidem, inferius adhærens illi tenui panno, qui diuidit inter phātaſiam & rationem: quibus ſunt ſingula foramina in obliquo facta, habentia tenue initiū ab ipſo panno: quæ intrinſecus habēt indumentū tenuiſsimum, frigidum tamen & ſiccū: per quod ducitur animalis ſpiritus ab ipſo interiori pāno, præſtans auribus virtutem audiendi. Et eſt audibilis qualitas calida, & humida, vt qualiſcunq; ſonus per aera infertur auri, atq; ab humiditate ſuſcipitur, à calore attrahatur ad cerebrum, vt ſciatur qualis ſit. Siccitas verò oſsium ad hoc eſt, vt ſonitus in eis æquè obſeruetur ſecundum exteriorem euentum.

Qualiter uiſus oculis adueniat. CAP. III.

OCulorum autem tres ſunt humores interiores frigidi & humidi. Primus eſt, vt aqua coagulata lucidiſsima, in qua virtus viſibilis eſt. Secundus eſt, vt A tenue oui album. Tertius, vt vitrum, modicum habens citrini coloris ab ipſa. Sunt autem ſeptē tunicæ, quarum nomina ad præſens tacemus. Dicendum autem eſt quomodo viſibilis qualitas adueniat oculis, & vnde, ab ipſo ſcilicet tenuiſsimo panno, qui diuidit inter phantaſiam, & rationem. Procedunt duo tenuiſsimi canales frigidi & ſicci, per quos fertur ſpiritus ab eodem pāno ad humiditates oculorum calidus, & ſiccus, & tenuis: qui penetrās omnes compagines oculorum præſtat eis viſibilem qualitatem: quæ progrediēs longiùs prope album ampliatur. Vnde quæ propè ſunt, largiùs videntur, quę verò lōgè, tenuiùs. Quę ſtatim, quādo egreditur, ſi ſint viſibiles res, rurſus reuertitur ad eoſdem oculos, & præſcriptis humiditatibus imprimit cognitam in ſe rei ſimilitudinem. vn- B de producitur cerebro, & à cerebro cordi præſtatur notitia. Eſt autem viſibilis qualitas calida & ſicca. Calida, vt per eam aperiat, & exeat: ſicca verò vt per eam ad præſcripta loca proprios habeat reditus.

Qualiter odoratus naribus adueniat. CAP. IIII.

NAribus virtus odorabilis præſtatur: quarum poſitio ſe habet ita: ſuperiùs oſſeæ ſunt, & foratæ, intrinſecus inuolutæ tenuibus tunicis, frigidis tamen, & ſiccis: quæ principium à phantaſtico panno habentes, ferūt ab eodem ſpiritum odorabilem qualitatem naribus præſtantem. Inferius autem ab oſſe, chartilaginoſæ, & mobiles ſunt, quarum natura frigida eſt, & ſicca. Frigida eſt, vt prædictam virtutem intus obſeruēt. Sicca, vt aereum odorem naribus applicatum intus attrahant, & cerebro ad diſcretionem miniſtrent. C Sunt & alia duo foramina intra chartilaginoſas concauitates ſita: principium à palato, & finem infra ipſas nares habentia: quibus duæ virtutes ſunt, ſcilicet attractiua & redditiua. Quarum vnam attractiuam à ſuperioribus habent partibus: & ideo quando attrahunt, nares deponunt. Alteram verò vt redditiuam, ab inferioribus palato adhærentibus: & ideo quando reddunt, quaſi replendo eleuant.

Quibus partibus guſtabilem qualitatem præſtent. CAP. V.

IN totum autem ore præſtatur guſtabilis qualitas gingiuis, palato, capiti gurgulionis, et linguæ, ſed magis omnibus linguæ: quoniam tenuiſsimæ carnis, et ſpongioſæ eſt, habens tenuiſsimum intra ſe humorem, qui ſaporatis rebus intra os poſitis ſe admiſcens, eodē ad ſe tracto, infert ſibi varios ſapores: intra quos ſpecies ſunt nouem, ſcilicet dulce, amarum, acre, ſalſum, conditum, acidum, comprimens linguam, formicans, et ſine ſapore: quorum alios amicabiliter ſuſcipit, ſcilicet dulce, et conditum, et ſine ſapore: alios verò inuoluntariè. Guſtabilis qualitas, frigida, et humida eſt.

Frigida, vt obtineat: humida, vt saporum diuersitatem excipiat.

Quòd qualitas tactibilis toti corpori præstetur.

CAP. VI.

TActibilis virtus toti attribuitur corpori, sed maximè manibus, magis autem harum interioribus partibus, eò quòd singulariter nerui lati, & tenues spiritum tactibilem à cerebro ferentes per medias plantas vsq; ad digitos transeunt: ibíque naturaliter manētes, ea loca sensibiliora cæteris reddunt. Natura verò tactibilis virtutis penè æqua est, media scilicet inter calidum & frigidum, & siccum & humidum. Vnde calidum & frigidum, durum & molle, asperum & lene, & cætera, æqualiter sentiunt. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet, alias naturales. Accidentales verò amittit, quando ab aliquo vicino membro vicissim patitur, vt in epilepsia sensus, & intellectus, & memoria perduntur: illud verò humidū, quod per spinæ medullam dorso, & cæteris membris, & per viam consimilem linguæ naturaliter ab eodem concéditur cerebro, in ipsas omnes angustias præstare non cessat, & non admittit humiditatem.

Qualitas uuulæ, & organorum respirationis.

CAP. VII.

VVula proptereà palato suspensa est, vt tenuiter consimilem linguæ humiditatem tribuat, eámq; flexibilem præstet, vt cibum ori applicitum dentibus ad molendum subdat, & œsophago ad ingluriendum concedat: etenim aliter inglutire non posset. Canales ad interiora ferentes duo sunt, vnus pneumaticus, quem Latini spiritualem dicunt: alter œsophagus, cui nomen Latini gulam attribuunt. Spiritualis autē ipse gulæ superponitur: quorum capita quadam tenuissima chartilagine nectuntur, vt aperto ore, quando aliquid gulæ infertur, ex ipsa chartilagine spiritualis porus constrictus quicquam ex eo suscipere non permittatur. Quando vero os clauditur, eadem chartilagine œsophago constricto, spiritualis porus ad inspirandū aptus, aut apertus redditur. Eius constitutio non vt arteria, vel vena continuatur, sed partibus quidem quibusdam lacertosis, & tenuibus vnitis carnibus constituitur. Quod ita factū ad hoc asseritur, vt quando pulmo dextra, læuáque sequestratur ad suscipiendum aerem exteriorem, valeat ad superiora ascendere. Quando verò ad expellendas superfluitates innati spiritus constringitur, facillimo motu ad inferiora descēdat. Eius inferior pars pulmoni affigitur: quæ diuiditur in duos canales: quorum vnus per dextram pennam pulmonis, alter per sinistram deriuatur. Quorum dexter dextræ auri cordis, sinister verò sinistræ suppositus adhæret: qui superius suscipientes frigidum & humidum aerem aliquantulùm excoquunt, & excoctum auribus cordis ministrant: ibíque paulisper detentus iterum excoquitur, & sic interiori cellulæ cordis ad temperiem, & circa cor intra marsupium, quo circundatur, ad euentationem faciendam præstatur.

Qualitas cordis.

CAP. VIII.

COr verò in summo crassum est, & in fine acutum. Est autem spiritualium membrorum principalissimum, & naturalis caloris fundamentum, & omnibus membris corporis calidius, quia inde calor naturalis ad omnia membra viuificanda procedit. Calidum enim est & siccum: de cuius interiori parte procedit arteria, quæ in simo hepatis coniungitur, per quam attrahat sibi nutribilem sanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quę in duos diuisa canales, per vnum nutribilem sanguinem, & spiritum cerebro præstat, per alium verò in multis subdiuisa canalibus, naturalem ca-

A lorem simul cum sanguine per totum corpus ad ministerium naturale infundit. Marsupium, quo ipsum cor tegitur, duabus existit, & constat membranis, vna interiore, & altera exteriore, mediante tenui carne, qua nectuntur. Et propterea ita à Natura factum asseritur, vt sit obstaculum cōtra ea, quæ exteriùs cordi nocere possunt: & obseruet frigidum, & humidum aerem, qui cordi ad temperiem faciendam tribuitur, vt superiùs admonitū, aut cōmendatum est: cuius natura similitudinem dat, aut fert epiglottidis membranæ, quæ diuidit spiritualia membra, id est, pulmonē, & cor in superiori cella manentia à nutribilibus membris in inferiori degentibus. Et de eorum natura in sequenti tractabo.

De œsophago. CAP. IX.

B OEsophagus, per quē cibus, & potus stomacho attribuitur, frigidus, & siccus est. Et ex altera parte pneumatico canali supponitur velatus, ex alia verò ceruici quibusdam tenuibus musculis nectitur, in similitudinem spinosæ cameræ subleuatus, quousq; ad epiglottidis membranam producitur: quod penetrans ori circumplicatur stomachi, quod ipsi epiglottidi suspensum est.

De qualitate stomachi. CAP. X.

STomachus autem constat ex neruis tenuibus, & lōgis, qui lineares, & ex transuersis, qui textiles, & ex obliquis, qui vertētes dicuntur: quorum lineares helcticen, id est, attractiuam, & anecticen, id est retentiuā transuersi, apocriticen verò, id est expulsiuam obliqui sibi vendicant potestatem, qui intrinsecus quibusdam obteguntur membranulis trino schemate consistentibus: breui scilicet, & medio prolixiore, quibus potū,
C & cibum naturali calore in lacteum succū cōuersum, & ita quasi remis quibusdam ad portam impingit stomachi. Quę ideo porta dicitur, quoniam musculis in ea positis, ministerio naturali vsq; ad perfectam decoctionem nutribilis materiæ constricta clauditur. Qua decocta, eisdem mollificatis aperta redditur, quousq; præscriptū succū duodeno intestino infundat. Quod propterea duodenum dicitur, eò quòd duodecim digitis spatietur: à quo accepta vice ieiunum intestinū succū ipsum suscipiens aliquantulùm decoquit: quod in duo diuisum: alterum, quod tenue est, in mesaraicis venis sibi spongiosis capitibus inhærentibus ab ipso subtrahitur: alterum verò, id est, crassum longo, & patulo, cuidam axungiæ innexo intestino conceditur: à quo monomacum suscipiens aliquātulùm decoquit, & sic crasso concedit intestino, quod manica dicitur: déinde ex tali diffusum, & ibidem à cholera decoctū
D coloratur: cuius translatione, aut titillatione per pudicum circulum foras dimittitur. Monomacum enim ideo dicitur, quia vno aperitur foramine, quod insitū est ori manicę, vt sibi quicquid à longo accipit, sine cō trarietate reddere possit: Nam manica, eò quòd largū magis cæteris est, nominatur. Subtilis verò pars per mesaraicas de ieiuno subtractum: quæ in obliquū positæ, subtractum ad se succum decoquunt, & excoctum hepaticæ summæ ministrant, quo ibidem moram faciente, adminiculo virtutis naturalis in sanguinē vertitur. Qui in duas diuiditur partes, quarum quæ tenuior est, & vritis dicitur, alto cōceditur hepatis: quę per duos vritides canales renibus deriuatur, ibíq; manens decoquitur: de qua sibi renes quod vtilius est ad nutrimentum obseruant. Cæterum verò de eisdē poris ve

ris vesicæ dimittitur. Quod autē ad collū vesicę venit coniunctim vnitur. Collū autem vesicæ diuiditur quo dam panno mediāte, cui vritis porus ex vna parte, & ex altera superiori membranæ scimatico schemate cō glutinatur: vnde vrina, & quicquid ex renibus affluit, fundo destinatur vesicæ. Per aliam verò, id est, per inferiorem, cum virga quadam continuitate coniungitur, & secundū naturam, & extra naturā vesica ipsam vrinam existentem foras trāsmittit. Altera verò pars, quæ adicialis dicitur, cholericū rubrum felli, melancholicum spleni transmittit, aut attribuit. Sanguinis verò, quod vtilius est, ipsum hepar sibi ad nutrimentum obseruat. De quo quod tenuius est cordi, ipsum cor cerebro, vt præparatum est, ministrat. Cæterū verò diuersis corporis partibus per quasdam venas vnicuiq; propriè destinatas additionem largitur diuturnam, quod bene coquentes ad similitudinem suæ naturæ à proprio esse mutantes, quod nutribile est sibi retinent, inutile autem, cùm fortes sint extrinsecus, per hæc decenter expellunt, per capillos, & vngulas, per aures ceratas gūmas, per lacrymas, per sputa, per egestiones, per vrinas, per sudorē, & per cutis sordes.

De sensibus animalibus. CAP. XI.

PEr animales quinq; sensitiuas corpus fruitur nouem voluptatibus, sibi à cerebro illatis, scilicet dilectione, odio, tristitia, gaudio, audacia, timore, verecundia, ira, & furore. Nam per visum, auditum, gustū, odoratum, & tactum diligit, vel odit, gaudet, vel tristatur, audet, vel timet, verecundatur vel irascitur, vel furit. Quando autem aliquis per aliquem horū quinq; ad alicuius amorem erigitur, cor cōcutitur: & ex eius concussione duo quidem prodeunt spiritus calidi & sicci, quorum vnus, qui tenuior est, cerebrum adit, alter verò, qui densior est, subitò per neruos diffusus ad virgam ducitur, qui inter neruos, quibus constituitur, & membranulas, quibus inuoluitur insiliēs, erigit eā, & tensione quadam eam inflexibilem reddit. Alter verò, quem cerebro adesse diximus, humidum quoddam ab ipso suscipiens, per spinalem medullam ad viam renum deducitur: per cuius duo foramina immissus, sibi substratum attingit membranulum: Quod calefactum penetrat, & sicut membranam egreditur, & penetrat, sic venarum retinaculū prædicto membranulo annexum aggreditur, ex quo tenuissimum sanguinem secū à cerebro delatū huic miscet, & per duos canales inde procedentes ad testiculos funditur, ibiq; paulisper permanens excoquitur, & in lacteum, & tenacem succum conuertens, inde per geminos canales virgæ applicitos completo communi opere secum foras educit. Nam pterygomatibus, id est, alis (& sunt orificia vasorum spermatis, ex quibus mulieris sperma ad fundum matricis mittitur) surgentibus, per collum matricis subtrahitur, & sic ad inferiores cellulas eiusdem destinatur.

De communi sapore coitus. CAP. XII.

SApor igitur communis huiusmodi viris in tota virga, sed maximè in preputio est: mulieribus verò circa pectinem in confinio vuluæ. Mulierū testiculi duo sunt, quorum vnus sub dextro rene, alter sub sinistro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per singulos ex se procedētes, incitata venere, ad cellulas eiusdē sperma ministrant. Quod si simul cum viri spermate cōueniat, vel modicum antè, vel post, priùs, quàm prælatū frigescat, vnitur. Si verò in sinistra cellula matricis simul spermata conueniunt, fœmineum embryum generant. Si verò in dextra, masculinum procreant. Si verò in media, quæ secundum calidum, & frigidum æqua est, secundum plus vel minus vtriusq; sperma- A tis, aut masculinum, aut fœmininum procreant.

De embryo. CAP. XIII.

OPortet autem in embryi dispositione aliquātisper immorari, & dicetur quid in vnoquoq; mēse à primo vsq; ad nonū sibi naturaliter fiat, et qualiter à primo mense vsq; ad septimum, et à septimo vsq; ad nonum, si genitum fuerit, pereat: et in ipso septimo, vel nono, si editum fuerit, salubre perduret. Cùm ergo vtrunq; sperma, viri scilicet, et mulieris in matrice cō uenerint, si frigidum, et humidum fuerit, omnino dissoluitur. Si verò calidum, et siccum, consumptionem incurret. Si autem æqualitate perfruitur, nulla impediente concipiet qualitate.

De coniunctione spermatis. CAP. XIIII.

SPermate igitur vtriusq; coniuncto, in specie con- B chulę expanditur: et radice producta sibi superficie tenus alligatur: ex cuius calore præfati spermatis summitatibus decoctis ab ipsa diuiditur: et ex sola radice, per quam nutrimentum accipit, cum ipso tenetur. Medium autem, quod infra decoctas summitates in modum nucis eminet, inter eadem spatia sanguineam glebulam quadam frigiditate constrictam primo mense obseruat, nulla alicuius similitudinis imagine in ea impressa. Secundo in vermiculi longi scilicet, et rotundi producitur speciem. Tertio in eo crura diuidūtur, et à lateribus brachia: collum, capútque perficitur. Quarto formatur cor, et hepar, et anima id ingreditur, et naturaliter mouetur. Quinto omnis interior completur compositio, intestina scilicet quadam dispositione formantur: Digiti manuum, pedúmq; scinduntur: Aures, nares, os, veretrum, et ipse pudicus formatur cir- C culus. Sexto oculi scinduntur, supercilia formantur, palpebræ crescunt, capilli, et vngulæ producuntur. Septimo fiunt axungię, et caro perficitur: cutis, et omnis humiditas secundum diuersas vasculorum compositiones constituitur: et completis secūdum naturalem dispositionem omnibus, laborat, vt exeat. Matrix autē nititur vt obtineat, et vt calore, quæ completa sunt, confirmet, et muniat. Si verò debilis est, concedit ei vt exeat: et durat, eò quòd naturaliter completum est. Si autem matricis natura fortis est, vt id retineat, in octauo embryon expugnato exitu non sibi concesso, fatigatus quiescit. In nono matricis calore iam firmato, et crassitie confecto, Natura concedente patet ei aditus, et exire permittitur.

De ætate planetarum in embryo. CAP. XV.

HAbent autem septem planetæ aliquid in compositione embryi speciale. Saturnus quidem frigi- D dus et siccus, sua frigiditate primo mense spermati grauedinem, et sui siccitate compaginē parat: et ideo non crescit embryum, sed à suo calore in sanguinem commutatum sine augmento permanet. Secundò Iupiter calidus et humidus, calefaciendo confortans, et humectando replens, in longi et rotundi vermiculi speciem sperma producit. Tertiò mars calidus et siccus, calore roborans, et siccitate incidens, crura diuidit: à lateribus brachia separat: collum et caput informat. Quartò sol minus Marte calidus et siccus et animam, et cor, et hepar creat, et cerebrum: et creatis animam ingerens, naturaliter embryo motum præstat. Quintò venus frigida, et humida, omnia interiora format, aures, nares, os, virgam, et pudicum circulum format, pedum, et manuū digitos diuidit. Sextò Mercurius secundum calidum et humidum, frigidum et siccum æquus, in quo manualis

habetur ſciẽtia:et ponit ſupercilia:oculos ſcindit:pal
pebras creſcere facit, capillos, et vngulas producit.
Septimò Luna frigida, et humida, replens axungias,
carnem, et ſuperficiem complet, venis, et arteriis hu-
miditatem tribuens, toti corpori nutrimentũ præſtat.
Et quia omnia perfecta ſunt, ſi prægnans parturiet, ſa-
lubriter perdurat: ſed quoniam adhuc in eo ſunt mem
bra non bene firmata, indiget alio tempore ad id ope
ris explendum. In octauo Saturnus, reiterata vice ſimi
liter infrigidando embryum, matrici grauitatem in-
fert, ſuáq; ſiccitate humores extenuans, embryo nutri
mentum parcius tribuit: et propterea ægrè prægnan-
tes in hac tenuitate exiſtunt. Nonò autem Iupiter ca-
lefaciendo infrigidata, et replendo tenuia, embryum
corroborat, et matricis aperit aditus, et ſic exitus,
omnibus naturaliter perfectis conceditur. Pri-
mo autem menſe vſq; ad ſeptimum ſi genitum fuerit,
non perdurat, eò quòd naturaliter imperfectum habe
tur. A ſeptima vſq; ad perfectum nonum, quanuis na
turâ perfectum ſit, tamen ſi generetur, non ſubſiſtit,
quia Saturni infrigidatione ſtupidum, et eius ſiccita-
te minorato nutrimento afflictum, vel obſtrictum,
corrupta matricis naturalitate, calore materno exu-
ſtum ſi excuſſum fuerit, diſſoluitur.

Cauſæ partium, quæ deſunt, aut abundant. CAP. XVI.

A SOlet autem non omnibus membris perfectũ, vt in
pluribus apparet, embryon generari: plerũq; verò
craſſo capite, et tenui collo, vel magnis pedibus, et
ſubtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut
manuum ſingulis, vel duobus digitis perditis hac luce
perfrui. Sed hoc dupliciter in embryi cõpoſitione cõ
tingit. Aut enim Natura æquam habet materiã, et re-
darguentem ſpiritũ, et ſecundũ horum duorum ęqui-
tatem, moderatè vel perfectè informat: aut abundãtia
materiæ et ſpiritu moderato, eidem materiei abundã
tiam alicui reddit mẽbro, ex quo naſcitur maius cæte
ris: vel ampliato ſpiritu, et materia minorata, aut ex
parte membra attenuat, aut ex toto non dimittit pro-
creari. Et hæc omnia aut æquitate vtriuſque, materiei
ſcilicet, et ſpiritus Natura perficit, aut augmẽtatione
vel minoratione horum vnius. Solet etiam in genera-
tione quibuſdã viris illud muliebre, et quibuſdam fœ
minis illud virile, quo luxuriatur, adiici, ſed illud im-
pedita, vel oblita Natura ſic perficitur. Nam quando
aliquo euentu impeditur, vel obliuiſcitur, illud mate-
riei humidum ſuperfluum, quod ad naturalitatem, vel
ad numerum alicuius membri ſolet diſponere, ad al-
terius Naturæ membrum, ſine ratione mutat.

CLAVDIO GALENO
Attributus Liber De Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus.

ARGVMENTA CAPITVM Libri Sequentis.

Cap. 1. Virtutes corporis noſtri ex tribus principijs, corde, hepate, & iecore prouenire: & ſingularum ex his tribus partium effectus ſint, quæ item paſſiones. 2. De ſpiritu vitali, & animali. Et quòd ſenſus, motúſque à cerebro oriantur. 3. De generatione, & quæ functiones ſint trium iam dictorum principiorum.

CAPVT PRIMVM.

DE diſpẽſantibus cor
pus noſtrum virtuti-
bus, quot ſint nume-
ro, et quæ ſit vna-
quæq;, et quem in a-
nimali quælibet lo-
cum obtineat, neceſ-
ſariũ eſt ſcire omnes
medicos, ad ſcrutan
dum de paſsionibus,
et inueſtigandum eã,
quæ patitur, et ſanan
dum maximè ipſam. Scire igitur oportet ipſas ex tri-
bus prouenire particulis. Ex capite quidem eam, qua
ratiocinamur, et meminimus, et ſentimus, et de loco
ad locum permutamur. Ex corde verò eam, qua iraſci
mur, et percalidi ſumus, et adhuc pulſum habemus in
ipſo corde, et in omnibus arteriis. Ex hepate autẽ eã,
ſecundũ quam nutrimur, et augemur, et cibũ appeti-
mus, et aſſumptũ elaboramus cõcoctione, et digeſtio-
ne, et ſanguificatione, et appoſitione, et proſphyſi, et
diſcretione, et excretione. Ad has autẽ ſuppoſitiones
ſequitur neceſſariò deſipientias quidem, et manias, et
B melãcholias, et phreneſes, et lethargos, et catarrhos,
et apoplexias, et epilepſias primi principii eſſe ægritu
tudines, et omnino in eis pati caput, vel primum et ſo
lum, vel compatiens alteri particulæ. Febres verò a-
lias, et epialas, et impulſatilitates, et malas pulſatilita-
tes, et infrigidationes, et rigores, et ſyncopas, et ma-
raſmos, et quæcunq; alia talia, alterius principii eſſe
paſsiones, et pati in eis ipſum cor, vel compatiens ali
cui alteri, et maximè ortorũ ab eo, vel ſolo ipſo ſe-
cundum ſe malè habente. Atrophias autem, et cache-
xias, et cacochymias, et diſcolorationes, et icteros, et
diarrhœas, et vrinarum immoderatas excretiones, et
elephantiaſes, et cancros, et vniuerſos hydropas ter-
tio principio fieri patiente, vel aliquo ortorũ ab eo.
C II. Spiritus autem, qui ſecundũ arterias, et cor, vi
talis eſt, et nũcupatur. Qui verò ſecundum cerebrum,
animalis: non ceu exiſtens ſubſtãtia animæ, ſed vt pri
mum eius organũ habitantis in cerebro, quicunq; ſit
ſecundum ſubſtantiã. Ignorare enim eam confiteor,
cùm à nullo demõſtrationẽ euidentẽ didicerim, ſolũ
autem adinuenerim complexionẽ cerebri oportere
cuſtodire commenſuratã neceſſariò eos, qui medita-
ri, et viuere rectè eligunt. Sicut autem vitalis ſpiritus
ſecundum arterias, et cor generatur, materiam habẽs
generationis ex inſpiratione, et humorum vapore, ita
animalis ex vitali amplius elaborato habet genera-
tionem. Decẽs enim fuit magis omnibus eum trãſmu
tatione certiſsima potiri. Quocirca & velut labyrin-
thum

thum telam, per quam variam condidit Natura prope cerebrum, retiformen plicaturam, diuturnã eius moram in vasis ingenians. Omnes verò particulæ corporis, à cerebro habent sensum & motum: peruenientibus aliis quidem neruis ad organa sensuum ad dignotionem sensibilium, aliis autem mouentibus ea, quæcunq; mouentur motu, qui secundum impetum. Cerebrum quidem non sensibile organum à natura, sed sensuum factum est. Hæc igitur sufficiant ad præsens.

CAP. III.

Generatio verò animalis, dispẽsatio à tribus principiis consistit. Vno quidẽ eo, quod in capite seruatum est: cuius sunt opera secundum se quidẽ phantasia, & memoria, & reminiscentia, & scientia, & intellectus, & excogitatio. In ad aliquid verò principalis

A sensus sentientibus animalis particulis, & eis, quę mouentur secundum impetum. Alio autem eo, quod in corde situatum est: cuius opera secundum se quidem modo est velut vigor animæ, & permanentia vt non vincantur: secundum passionem verò, velut ebullitio innatæ caliditatis, desiderante anima punire eum, qui existimatur tristasse. Et hoc vocatur ira. In ad aliquid autem, principium caliditatis esse iis, quæ secundum partem particulis, & arteriis motionis pulsatilis. Tertii verò principii firmati in hepate sunt omnia, quæ secundum nutritionem animalis: quorum maximum in nobis, & in omnibus ferè animalibus est sanguinis generatio. Huius autem vsus est et delectabilium finitio, in qua vehementiùs nocent motu secundum intemperantiam et voluptatem operationum.

CLAVDIO GALENO Adscriptus Liber De Voce Et Anhelitu.

ARGVMENTA CAPITVM Libri Sequentis.

Caput 1. siue Tractatus 1. De voce in genere, & partibus ei seruientibus: quomodo fiat, vel impediatur, vel destruatur. 2. De neruis, & musculis ad vocem necessarijs. De glandulis linguæ, & colli. De causis differentiæ vocis in grauitate, & acuitate, & craßitie, & magnitudine. 3. De musculis epiglottidis: & quæ nocumenta voci læsis eis eueniant. De anhelitu, voce, raucedine: neruis ad vocem facientibus, &c. 4. Spinalis medullæ nocumenta, quomodo anhelitum, aut vocem lædant. De neruis quibusdam, & musculis inter costas. Anhelitus naturalisne an voluntaria actio sit.

TRACTATVS PRIMVS.

DIXIT Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas, acciderit scissio prope spondylos, destruetur vox, & anhelitus. Hoc autem idem accidet si ossa costarum scindantur, aut spinalis medulla secundum latitudinem inter finem colli, et initium spondylorum, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spinalis medulla infra huius loci initium scindatur, nec anhelitus omnino, neq; vox omnino priuabitur, sed tantùm de vtroq; priuabitur secundum numerum spondylorum, qui opponuntur pectori. Similiter accidit ex incisione costarum secũdum magis et minus. Musculus est organum motus voluntarii. Et ad vnum quenq; musculum peruenit neruus à cerebro, aut spinali medulla: qui si scindatur, non mouebitur musculus. Interior autem musculus, qui est inter costas, facit anhelitum: & tunc fit, quando aer expellit vehementer à pectore: & ex eodem anhelitu fit vox, & est ei quasi materia. Et voco collum, illum locum, qui est inter superius epiglottidis, & superius œsophagi, vsq; ad radicem linguæ. In collo autem sunt musculi branchorum. Et raucedo accidit quando musculi colli extenduntur, & inchordãtur, vt extenduntur in assumptione cibi, & potus. Et quando epiglottis inchordatur ita quòd constringatur, fit vox: & quan-

B do constringitur, inchordantur musculi, ex quibus pendet. Et anhelitus quidẽ fit apud extensionẽ musculorũ pectoris, & solutionem musculorum colli, & epiglottidis, & tracheæ arteriæ. Raucedo autẽ accidit ex extensione musculorũ colli, aliis omnibus remanẽtibus in suo statu. Vox etiã fit, si musculi epiglottidis extendantur, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus cõponitur chartilaginibus inæqualibus & dissimilibus: quarũ vna est anterius, scilicet maior, duæ verò posterius: quarũ altera supponitur alteri: quarũ superior est minor. Habent quoq; quatuor iuncturas, quarũ duæ sunt inter primã & secundam chartilaginẽ: & duo capita primæ chartilaginis intrant in secundã: & sunt duæ iuncturæ inter secundã & tertiã, quas continent sex musculi. In vtraq;, scilicet iunctura sunt duo musculi, qui contrahũt etiã chartilaginẽ ad posterius, et aperiunt os epiglottidis. Econtrario agũt alii duo

C musculi, & sunt anteriùs, et quãdo ambo extendũtur, claudũt os epiglottidis clausura perfecta, ita quòd nihil ex aere egrediatur. Necesse est autẽ, ad hoc vt fiat vox, vt duo modi musculorũ, qui mouent epiglottidẽ sint fortes ita, vt neutrũ par cedat alteri in actione. Et intellige per hos musculos, illos, quibus aperitur, et clauditur: et sunt erecti, et positi in rectitudine: & cõtinuantur ex inferiori, et non superius: et mouent iũcturã per superiorẽ extremitatem: et habent duos neruos proprios, vnũ à dextra parte epiglottidis, et alterũ in sinistra: qui mouent tertiã chartilaginem: quorũ cõcursus est ex inferiori parte ad superius. Qui si scindantur, laxabuntur illi scilicet musculi, qui mouẽt epiglottidẽ, et destruetur motus eorũ. Dũ vox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi musculorũ, illi scilicet qui aperiunt, et illi qui claudunt. Sed si illi, qui claudunt, soli agunt, tunc accidet retentio anhelitus. Et si illi, qui aperiũt soli agũt: aut neuter, tũc accidet anhelitus. Destruitur autem vox quando musculi, qui claudũt epiglottidem, destruũtur, siue illi, qui aperiũt, saluantur. Non enim addunt, neq; diminuunt in destructione vocis. Quando Creator voluit in nobis ponere instrumentum vocis, primò posuit aliquid

quo

quo aer fit in nobis velociter, et est pectus: deinde posuit occursum aeris in ipso ex via ampla ad canalem strictum, vt aer per stricturam canalium velociùs currat. Velocitas enim facit ipsum fortiorem. Qui quando percusserit chartilagines, tunc fiet vox. Percutit etiam præter hoc tracheam arteriam, et vuulam, et superiùs palatum, et locum cursus aeris per nares. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem vox, sed quasi vox vt stertitio, et azegiz. Vox autem non fiet, nisi quando aer percutit primam epiglottidem: et est posita supra caput tracheæ arteriæ ad modum instrumenti, quo musici vtūtur tibicines. Si epiglottis amplietur plus, quàm oportet, minuetur velocitas motus aeris, et sic diminuetur fortitudo venti tunc secundum diminutionem velocitatis, et debilitatem percusionis: tunc enim minùs resistent chartilagines aeri: non enim ampliantur, nisi quando non extenduntur, et remanent laxatæ. Quando autem epiglottis constringitur plus, quàm oportet, tunc aer, qui exit ex epiglottide, erit paruus, et tunc erit minor percusio, quapropter vox erit parua. Vox enim non potest crescere, nisi crescāt illa duo, quibus fit, aer scilicet, et percusio cremento proportionali. Quodlibet enim crescit propter crementum illius, à quo constat in substantia. Egresio aeris violenta non fit, nisi per extensionem musculorum ipsorum: hoc autem differt secundum magis, et minus, secundum fortitudinem extensionis, et secundum multitudinem, et paucitatem musculorum. In egresione autem aeris violenta nimis, necesse est vt omnes musculi pectoris extendantur nimis, et maximè musculi costarum. Anhelitus autem, et vox, nunquàm fiūt absq; his musculis: in quibus si aliquod impedimentum aut nocumentum acciderit, secundum numerum nocumentorum erit destructio vocis. Si enim motus medii numeri illorum destruitur, medietas vocis destruitur: et si tertia pars motus destruetur, tunc destruetur et tertia pars vocis. Et vniuersaliter illa pars, quæ destruetur de voce, erit secundum partem destructam de numero illorum musculorū. Adiuuant autem hos musculos duo musculi, qui sunt apud radicem costarum, et illi, qui sunt ex duobus lateribus spondylorum: et ex duobus musculis procedentibus in longitudinem, musculi, qui sunt sub diaphragmate positi. Sermo est ex voce. Vox est ei quasi materia. Cū enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ipsa epiglottide existente æquali in amplitudine, fiet vox: nam quādo percusserit illam, fiet illud, quod fit in fistula apud exufflationem.

TRACTATVS SECVNDVS.

Ex duobus neruis sexti paris ramificantur ex parte pectoris duo parui rami: qui reuertuntur ascendentes ad collum ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quousq; perueniant ad epiglottidem: quorum vterq; continuatur cum quatuor musculis epiglottidis. Et sex ex octo musculis omnino necessarii sunt ad hoc quòd vox fiat: duo autem alii non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio est, dum epiglottis clauditur completa clausura. Ex istis autem sex, duo sunt in ipso canali epiglottidis: aliorum verò quatuor, duo sunt à lateribus, & duo posterius. Duo autem musculi, qui intrant in ipsum canalem epiglottidis, attrahunt iuncturam, quæ est inter secundam & tertiam chartilaginem, & aperiunt illam duo musculi, qui sunt in lateribus, attrahendo illam iuncturam ad latera: & aperiunt eam duo alii musculi, qui sunt posteriùs, attrahendo eandem iuncturam retro. Et sex nerui præter

A duos prædictos neruos continuantur cum musculis epiglottidis: quorum duo nerui descendūt supernè: & ramificantur ex septimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropinquat collo: & subiungitur per omnes musculos, qui sunt extra chartilaginem scutalem. Et duo nerui ex illis sex descendunt ex trāsuerso, & intrant interius epiglottidis, & illhic diuidūtur. Et sunt duo nerui descendentes, qui occurrunt duobus neruis ascendentibus de pectore. Cooperculum epiglottidis est locus strictus, & est in medio primæ chartilaginis: in quo loco propriè fit vox, & aer, qui venit ex pulmone, currit per tracheam arteriam: & primo occurrit de amplissimo loco, & percutit ipsum: deinde occurrit orificio cooperculi epiglottidis, quod est strictissimum ex illo coopertorio: & acquirit velocitatem motus, & fortitudinem: & illhic fortiter percutitur coopertorium epiglottidis, & fit
B vox. Extensio duorum musculorum, qui sunt intra epiglottidem, prohibet ne coopertorium claudatur apud vocem: nam quando aer vehementer eleuatur, & continet in circuitu partes coopertorii epiglottidis, constringit illud coopertorium, & claudit orificium eius, & sic prohibet ne fiat vox. Cùm enim hi duo musculi ponantur circundantes coopertorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, resistent aeri, qui venit fortiter. Coopertorium epiglottidis, quando homo vociferat, & quando anhelat anhelitu, aperitur, & ampliatur multùm. Quando autem anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfectè clauditur tūc, adeò quòd nihil ex illo trāsibit, neq; ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Causa autem huiusmodi clausuræ est in ipsa substantia coopertorii epiglottidis: est enim neruosa, mollis, & leuis, vt
C fit constans, & apta motui. Voci & orationi posita sunt tria membra: lingua scilicet, & epiglottis, & trachea arteria. Et vnicuiq; eorum est positum quoddam instrumētum glandulatum ad hoc, vt temperet ipsum conuenienti humiditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus sunt duæ venæ, in quibus currit saliua ad linguam, & ad totum os: Collum autem habet duas glandulas, in quibus generatur humiditas. In epiglottide verò generatur humor phlegmaticus viscosus ad hoc, vt humectet illa instrumēta. Sed ex duabus glandulis, quæ sunt in collo, & ex corpore, quod est in epiglottide, non proueniunt venæ, in quibus currit humor, sicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illæ, quæ sunt in collo, sunt in natura spongiæ, ex quibus pertrāsit humor ille, qui currit supernè deórsum, sine hoc quòd indigeat eis, aut sint ei necessariæ venæ, in quibus currat. Et posuit in epiglot-
D tide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad concludendum orificium coopertorii epiglottidis. Et sunt ibi duo musculi continui, continentes radicem tertiæ chartilaginis. Et necesse est ad hoc, quòd vox fiat, quòd aer exeat vehemēter, & quòd cursus eius in epiglottide sit strictus. Quādo verò canna erit stricta, vox erit acuta: & si ampla, erit grauis. Si curta, erit addens in acumine: & si longa, crescit in grauitate. Humiditas autē epiglottidis facit vocis grauitatem: siccitas vero acuitatē. Initiū generationis vocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificiū quātò magis extenditur, tantò magis aeris percusio crescit. Existēte ergo amplitudine orificii in suo statu, si longitudo crescit, altitudo vocis cadit, sed magnitudo eius crescit secundum extensionem orificii linguę epiglottidis. Amplitudo autem linguæ dum percussio fit,

ſio fit, illa potentia, quæ erat antè, quàm creſceret amplitudo epiglottidi, minuit acuitatem vocis, & creſcit in craſsitie, & magnitudine. Si verò lingua creuerit nimis, & minuerit de potentia percuſsionis, tunc creſcet craſsities vocis, quantum creſcet in grauitate, ſed non creſcet in magnitudine. Vox autem craſſa fit ex multo aere ſine potentia. Cætera autem inſtrumenta facta ad vocem, ſeruiunt huic inſtrumento, ſicut illa, quæ ſunt anteriùs vſq; ad orificium linguæ, quę facta ſunt ad magnificandum vocem, non ad acuendam.

TRACTATVS TERTIVS.

Duo ſunt muſculi eorum, qui ſunt epiglottidis, qui procedunt rectè in longitudine, & cõtinuant chartilaginem ſcutalem cum oſſe, quod eſt inter linguam, & epiglottidem, & attrahũt maximam chartilaginem epiglottidis ſurſum, & antè: & incipiunt à loco alto, déinde deſcendũt ad epiglottidem, ex quo habemus, quòd illi attrahunt ſcutalem chartilaginem ad ſuum caput. Et ſimiliter vnuſquiſq; aliorum muſculorum attrahit membrum, cum quo continuatur, ad partem ſui capitis. Et ſi hi duo muſculi incidantur, accidet voci maximum nocumentum. Eradicabitur enim ſcutalis chartilago, & amplificabitur locus ille totus: & laxatur multùm, ita quòd non poteſt reſiſtere aeri: non enim remanet in ipſo niſi tela, quæ continet œſophagum, & cannam tantùm. Si autem neruus, qui continuatur cum illis, ſcindatur, nimis nocebit voci: diminuetur enim magnitudo eius, & fiet raucedo. Et ſunt quidam muſculi, qui continuant inter hanc chartilaginem & ſecundam: quorum motus ſi deſtruatur, modicum accidet nocumentum voci, ſcilicet duo muſculi parui, qui ſi ſcindantur parua erit remotio, quæ fiet inter primam & ſecundam chartilaginem. Et dixi de quatuor muſculis, qui ſunt ſuper chartilagines epiglottidis, quoniam continent cannam, & epiglottidẽ intus: nam caput vniuſcuiuſq; eorum eſt ſuperiùs. Nõ ergo poſſunt declinari ad poſterius, quia ſpõdyli colli hoc prohibent: nec ad anterius, propter hos muſculos: neq; ad latera, propter muſculos ex tranſuerſo poſitos: & ſic remanent in canna, & epiglottide extenſi. Hoc autem multum iuuat in hoc quòd fiat vox: aer enim ex quo fit vox indiget curſu recto, & ſtricto. Si trachea arteria ex vna eſſet chartilagine continua, nõ poſſet fieri fluctuatio in aliqua parte eius in perſecutione aeris: ſed facta eſt ex pluribus chartilaginibus, quas continet quædam tela gracilis, & ſic mouetur & fluctuat quando aer occurrit: ideo neceſſarii fuerunt muſculi ad hoc, vt adiuuent, & coniungant ipſam. Et quia trachea arteria facta eſt, & ad anhelitum, & ad vocem, ideo poſita eſt anhelitui tela, quæ ligat ipſam inter chartilagines. Voci autem facti ſunt cum chartilaginibus iſti muſculi, vt conſtringant, & adiuuent tracheam arteriam. Sunt enim duo muſculi in canali vocis, quibus propriè fit vox: ſunt & alii duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cum œſophago, & duo muſculi, qui mouent cannam. Apud deſtructionẽ motus eorũ fit raucedo, & fit vox rauca propter hoc, quòd aliquod corpus non ſonorum percutit anhelitum. Et ipſa canna eſt non ſonora in radice, quia eſt carnoſa humida. Epiglottis autem eſt ſonora acutæ vocis, cùm ſit chartilaginoſa ſicca, reſiſtens aeri: ideo quãdo humefit, accidit raucedo. Et tela, quæ eſt ſuper cannã, humefit, propter multa humida, quæ per ipſam tranſeunt. Vnde ante aut potum, aut cibum vox eſt clara, poſt autem minùs clara. Quòd ſi potus fuerit plus, quàm oportet, vox erit rauca: & ideo magis accidit A raucedo ſenibus, propter multas ſuperfluitates, quæ generantur in eis. Et in omnibus corporibus illa, quę ſunt ſicca, ſunt clarioris vocis, quàm illa, quę ſunt humida. Si omnia inſtrumenta vocis aperiantur, tunc exit multus aer ſubitò, & eſt anhelitus. Si verò cõſtringantur, tũc cum anhelitu exit aliquod audibile, quod diuerſatur ſecundum diuerſitatem inſtrumenti, quod cõſtringitur, adeò quòd fiet percuſsio. Si verò epiglottis fuerit illud, quod conſtringitur, tunc ille anhelitus erit vox acuta. Si autem fuerit cãna, erit quiddam inter anhelitum & vocem, & eſt raucedo: & hoc erit, ſi nõ moueris epiglottidem, & dimiſeris eam otioſam. Si verò dimiſeris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tunc fiet vox ſine raucedine. Canna autem nullam habet actionem in voce, niſi in hoc ſolummo- B do. Origo autem duorum neruorum, qui ſunt in collo à parte duorum neruorum ab alis, ex ipſo cerebro eſt: & hoc eſt, quia actio eorum eſt de nobilioribus actionibus animalibus, & ſubtilior. Genera autem actionum ſunt tria, ſcilicet cogitatio, voluntatis conſeruatio, & imaginatio rerum. Et mittuntur à cerebro ſenſus, & motus voluntarius ad alia membra. Vox autem eſt nobiliſsima actio voluntaria. Fit autẽ ex nobiliſsimo motu animę, ſcilicet ex motu cogitationis, & deliberationis. Vnde hi duo nerui deſcendunt ex ipſo cerebro ad ſtomachum, vt quando cibus defuerit ſentiat homo. Vnde orificium ſtomachi fuit maioris ſenſus, quàm cætera membra: & ex illo aſcendũt duo nerui ad muſculos epiglottidis. Et non poſuit Creator hos neruos ex medulla ſpinali, quę eſt inferior, & propinquior his muſculis, ſed origo eorum neruorũ fuit C à cerebro, vt inſtrumenta vocis ſint continua cũ eo, quod regit vocem, ſcilicet cogitatione, quæ eſt in cerebro. Reuerſio autem horum duorum neruorum infernè, fuit, vt continuentur cum muſculis infernè, et motus fit ſupernè, ſcilicet ex capitibus ſuis. Et duo nerui, qui oriuntur à cerebro, diuiduntur in quatuor ramos vnuſquiſq;: et currunt ſuper radices coſtarum ex ſuperiori ad inferius: et vnus eorum intrat cor, et pulmonem: alius ſtomachum: tertius intrat ad radicẽ muſculorum epiglottidis: cæteri autẽ intrant alia mẽbra interiora, et canales, et apoſtemata muſculorum epiglottidis dicũtur angina interior, et exterior. Et ſi in ſuperiori parte palati acciderit humiditas, tunc claritas vocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate, et grauitate, quos ſi exceſſerit, deſtruetur: nã ſi orificium coopertorii epiglottidis poſt ſtricturam, quam habet in acuitate vocis, ampliùs conſtringatur, abſcindetur: ſi verò extendatur, et amplificetur poſt D amplificationem, qua vox fit in vltimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacror: & ſecundum diminutionem anhelitus, ſi fuerit medius ab anhelitu, qui eſt in nimia velocitate, erit diminutio percuſsionis aeris in coopertorium epiglottidis à prima percuſsione. Si verò anhelitus almacror medius iungatur amplitudini mediæ in orificio coopertorii epiglottidis, tunc vox in veritate erit media inter acutam, et grauem: quia motus pectoris indiget potentia. Ideóque qui multùm debilitatur, tacet frequentiùs, niſi ex aliqua ſolicitudine: et tunc cum magna anguſtia loquitur: et tunc muſculi debiliter conſtringunt pectus: et tranſitus aeris erit tardus: cogetur ergo vt coopertorium epiglottidis ponat valde ſtrictum quando voluerit loqui, vt quod deficit ex velocitate aeris, perficiatur ex ſtrictura curſus eius in epiglo

epiglottide: nam ſi inſtrumenta vocis ampliſsima eſſent, tunc vox deſtrueretur.

TRACTATVS QVARTVS.

Si ſpinalis medulla abſcindatur in initio pectoris, et fine colli, et in initio dorſi, vbi ſeptimus ſpondylus occurrit octauo, deſtrueretur exufflatio totaliter, et vox omnino. Nerui enim veniunt ad omnes muſculos, qui ſunt intra coſtas, et intra hunc ſpondylum. Ad diaphragma veniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex ſpinæ medulla poſt ſpondylum tertium ſpondylorum colli: aliud oritur ex ſpinali medulla poſt ſpondylum nonum: tertium ex medio inter hæc quidem oritur ex ipſo cerebro. Si ergo ſpinalis medulla abſcindatur apud tertium ſpondylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum, et remanebit ei motus tertii paris, quod venit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per muſculos, qui ſunt inter coſtas: et muſculi, qui ſunt ſupra ventrem, augmentāt anhelitum: et tamen vox non ex actione iſtorum muſculorum augmentatur. Et ſi duo nerui, qui ſunt ad

A partem duarum venarum pulſatilium deſtruātur, vox erit: et accidet muſculis, qui ſunt inter coſtas, aliqua occaſio: et ramificantur ex his duobus neruis rami, qui continuantur cum canna et pulmone, et diaphragmate, et ſtomacho, et hepate, et ſplene, et omnibus inteſtinis. Ad muſculos autem, qui ſunt inter coſtas non veniunt nerui, niſi ex ſola ſpinali medulla. Et inter muſculos, et neruos, qui ſunt in epiglottide, et canna non eſt continuatio. Et omnes muſculi, qui ſunt inter coſtas, ſunt vigintiduo, qui totidem habent neruos: quorū ſi vnus abſcindatur ab vno latere, deſtruetur medietas anhelitus, et medietas vocis. Quidam putauerunt quòd actio anhelitus ſit naturalis, cùm fiat in ſomno, et vigilia æqualiter, et ſine volūtate: alii dicunt ipſum eſſe voluntarium, quoniam, quando volumus, anhelamus, et quando volumus, retinemus. Et hoc eſt verum ſecundum nos, vt patet ex noſtra anatomia. Alii dicunt quòd eſt medius inter voluntatem, et naturam.

CLAVDIO GALENO
Attributus Liber De Vtilitate Reſpirationis.

CALOREM vitalē, qui eſt in corde, dicit Ariſtoteles nutriri à ſanguine, pingui, et vnctuo ſo exiſtente, eodem modo, quo flamma nutritur ab oleo. Et eiuſdem caloris extinctionem, quemadmodum et flammæ dupliciter fieri. Nā ſicut flāma extinguitur dupliciter, ſiue conſumpto oleo, ſiue addita ei maiore flāma: ſimiliter calor vitalis extinguitur in morte animalis, aut ex defectu puri, et pinguis ſanguinis, vt in conſumptis, aut aquoſo ſanguine repletis, aut ex ſuperuentu caloris maioris, vt in febrientibus. Inueſtigans autem Ariſtoteles quare maior flamma extinguit minorem flammam ei appoſitam, dicit maiorem flammam conſumere nutrimentum minoris flammæ vſqueadeò citò, vt non poſsit æquè citò nutrimentum ſuccedere. Dico autem maiorem flammam trahere ad ſe minorem cauſa ſimilitudinis vſqueadeò citò, vt non poſsit æquè citò minor flamma attrahere aliam flammam ex eo, à quo nutritur, ſibi ſuccedente. Nutritur autem flamma nō ſolùm à pinguedine aliqua, imò etiā ab aere vicino. Et fit nutritio, non, vt quidam putant, per alterationem nutrimenti, neq; per aſsimilationem eius ad id, quod nutritur, ſed per attractionē partium nutrimenti, ſimilium ei, quod nutritur: id enim, à quo nutritur ignis, neceſſe eſt vt in ſe habeat igneas partes. Quòd autem ignis nutriatur ex aere, probatur ex eo, quia ſi inter terram fodiatur ſpecus ampla anguſti oris, et magna lignorū congeries intermiſſa incēdatur immiſſo igne, obſtruſo quidem foramine, neceſſe eſt ligna eodem momēto omnino extingui: exit enim ignis per poros terræ ſuperiectæ, et non poteſt aer ſubintrare ad reparationē ignis exeuntis, tum quia aer obſtruſior eſt igne, nec

B æquè mobilis eſt vt ignis, tum quia neceſſe eſt plus aeris influere quàm ſit ignis affluens, qui reparandus eſt ex eo, pro eo quòd nō ex toto aere, ſed ex ſolis igneis partibus, quæ ſunt in aere, fit ignis: ſitq; ex plurimo aere multò minor ignis: nam et ſimiliter in omni nutritione fit ex multo nutrimento res modica per digeſtionem. Vniuerſaliter etiam quicquid fit ex alio, minus eſt eo, à quo generatur, quod tamē pleriq; negāt: nam ſicut, inquiūt, ex modica aqua fit multus fumus, ſimiliter quoque ex modica aqua fit multus aer, ita quoq; ex modico aere fit multus ignis. Dico autem quòd fumus non fit ex ſola aqua, ſed habet plurimum aerē, in quo diſſeminatæ ſunt aqueæ particulæ, quod eſt videre hoc modo: nam quando bullit aqua in vaſe ad ignem, ignis quidem tranſit per poros vaſis ad aquam, faciens illam tumeſcere, et ampullas eleuari: fiūntq; ampullæ ex directo ignis, qui eſt ſub vaſe: ſicq;

C ad mediam aquam tranſit ignis aſcendens in aerē: attrahítq; ſecum aqueas particulas, cum quibus aeri admiſcentur, feruntúrq; aqueæ particulæ ſurſum, donec deferūtur à calore inferiori aere, quem frigidum eſſe conſtat, vt oſtenſum eſt aliàs. Ampliùs autem nubes, cùm ſit fumus, congelata quidem, fit nix, quemadmodum pluuia congelata ſit grādo: nix autem plurimum habet aerem, quemadmodum ſpuma: et eſt alba vtraq; propter aerem ſibi commiſtum: quem Ariſtoteles eſſe album oſtendit: ſed hæc hactenus. Quoniam autem flamma in continuo fluxu eſt, et continuè generatur alia, et alia flamma, ſuccedítque poſterior flamma in locum prioris, imò in modum fluuii, putant quidam priorem flammam ſurſum aſcendentem extingui ab aere. Dico autem eam admiſceri aeri, diſſeminaríque in eo per minutas particulas: nam et ſimiliter diſſeminata fuerat priùs, non ſolùm in eo, à quo generata eſt, imò etiam et in aere vicino, præſertim cùm multò plus nutrimenti habeat flamma ex aere, quàm ex aliquo alio. Sicut autem flamma in continuo

tinuo motu eſt, & in modum fluuii alia alii ſuccedit, & ita calor continuè effluit à corde ad venas, & per venas ad totum corpus, & inde continuè effluit extra corpus: nam & veſtes non ob aliud calefaciunt, quàm quia retinent calorem continuè euaporantem à corpore per poros. Sunt autem pori venæ ſubtiliſsimæ, per quas effluit calor, & etiam ſudor, qui nihil aliud eſt, quàm aqua ſanguini admiſta: quandoq; poris amplius dilatatis effluit ipſe ſanguis. Quòd autem pori ſint venæ ſubtiliſsimæ, inde patet, quòd quælibet vena producit ex ſe aliam venam minorem, & aliam ite rum minorem, vſq; dum diuiſio perueniat ad capillares venas. Accidit autem poros per frigiditatem, aut aliquo viſcoſo fumo oppilari: & tunc calor multiplicatur in venis: non enim ſufficienter euaporare poteſt, tum propter anguſtiā pororum, tum quia fugit interiùs, propter frigiditatem ſibi contrariam, quę eſt exteriùs. Dicit enim Ariſtoteles, vltimam digeſtionē cibi fieri in corde, ſanguinémque in ventribus cordis generari. Dicit quoq; Ariſtoteles, Primum, & vniuerſale inſtrumentum omnium ſenſuum eſt cor: non autem cerebrum vt quidam aſſerunt. Hoc autem eſt indicium, quòd impoſsibile eſt dolorem fieri in aliqua parte corporis, quin fiat paſsio in corde. Et ſi mul tus fuerit dolor, facit ſyncopen cordis. Nam omnes partes corporis colligentiam habent ad cor per me dias venas, & pelliculas, & neruos. A duobus igitur ventriculis cordis procedunt magna vena, & arteria ad ſupremum ſpōdylum colli. Nam magna vena, quæ dicitur caua, procedit à dextro vētre cordis: & primò tranſit ad gibbum hepatis: & inde per dorſum ad caput. Magna verò arteria, quæ dicitur aorta, quando procedit à ſiniſtro ventre cordis, primò trāſit ad quin tum ſpondylum dorſi, qui cæteris ſpondylis vicinior eſt cordi. Vnde quando œſophagus ſpondylis inniti tur, declinat quidem in quinto ſpondylo dorſi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriæ. Prædicta vena, & arteria venientes ad caput, coniunguntur duabus pelliculis cerebri, & etiam pelli, quæ per omnes ſpondylos protenditur, & tegit ſpinalem medullam. Dicunt autem Anatomici duplici pelle tegi ſpinalē medullam, quemadmodum & cerebrum. Ab his verò pellibus cerebri, & ſpinalis medullæ procedūt omnes nerui corporis. Nihil igitur de corpore ſenſibile eſt, præter venas, & arterias, & pelliculas, & neruos, cùm ſit ex eis vnum quoddam continuum cum corde. Alia verò membra inſenſibilia ſunt, vt oſſa, & ligamenta oſsium. Quorum duplex eſt genus: nam eorum quibuſdam colligantur oſſa ad ſe inuicem: aliis verò colligantur ad muſculos. Sunt autem & chartilagines omnes inſenſibiles, quemadmodum & oſſa: nam & ple runq; ab oſsibus procedunt, & ſi non omnes. Sunt autem maximæ duæ chartilagines corporis, altera quidem ex qua conſtat trachea arteria, & altera, quæ procedit ab oſſe pubis: & eſt maxima pars virgæ virilis, & colli matricis. Sunt etiam inſenſibiles omnes pinguedines, & medullæ, & ipſum cerebrum, & eſt etiam caro pulmonis inſenſibilis. Circundatur autem tribus pelliculis, quarum duæ procedunt à vena, & ab arteria, quæ à duobus ventribus cordis procedunt: & hæ duæ pelliculæ ſunt ſenſibiles, tertia verò procedit à trachea arteria, quæ eſt inſenſibilis, quemadmodum ipſa trachea arteria, à qua procedit: fitque per hanc inſpiſſatio aeris ad cor ſecundum fiſtulas ipſius, quę à trachea arteria procedunt. Similiter autem hepar & ſplen inſenſibilia ſunt, quemadmoum & pulmo: excepitis etiam quibuſdam venis, neruis, & pellibus, quæ

A in eis ſunt, quæ procedunt ad pulmonem, & hepar, & ſplenem, dilatantúrq; in eis. Sunt autem glandulæ omnes inſenſibiles, quemadmodum & pinguedines, cùm ſint de genere pinguedinis, quanuis quædam videantur ſenſibiles, propter pelliculas ſibi inſertas. Sūt autem tam pinguedines, quàm glādulę omnes in corpore ad fomentum, & conſeruationem caloris naturalis. Quanuis enim calor à corde ad totum corpus procedat, ſunt tamen quædam corporis partes magis ſuſceptibiles caloris quàm cæteræ. Pinguedo enim, quæ ſuperpoſita eſt hepati, & ſpleni, & inteſtinis, calefacit ea, facítq; nutrimentum digeri in eis. Vnde cùm cuidam pugili pinguedo hæc in palæſtra rupta eſſet, & poſtmodum liuida facta, à medico erepta eſſet, cœpit pugil ſupra modum frigoris eſſe impatiens, &

B conſueta cibi digeſtio in ventre mutata eſt. Glandulæ autem, quæ à radice linguæ ſunt, non ſolùm generant ſaliuam, ſed etiam digerunt ſanguinem in venis, quæ ad meningas cerebri coniunguntur: cùm enim meninges cerebri conſtent ex ſubtiliſsimis uenis, quæ à craſsis venis colli procedunt, non poteſt ſanguis venas meningum ſubintrare, niſi fuerit plurimùm digeſtus. Item glandulæ ſunt in meſenterio caloris cauſa, attrahentis ſuccum cibi ab inteſtinis ad venam he patis. Item teſticuli, & mamillæ glanduloſæ ſunt ad generandum ſperma & lac: adiacent etiam collo veſicæ glandulæ, caloris cauſa attrahentis vrinam à renibus, & inſuper ſperma digerentes. Quidam etiam inter glandulas annumerant renes, qui vrinam attrahunt à vena, quæ eſt in gibbo hepatis: quanuis Ariſtoteles dicat nō ob aliud renes eſſe in corpore, quàm

C vt per eos excoletur vrina: nam vaſa duo deferentia vrinam à gibbo hepatis terminantur ad duos renes: & rurſus ex alia parte renum oriuntur alia vaſa vrinalia, procedentia vſq; ad veſicam, perforata intra veſicam foraminibus pluribus, atq; ſubtilibus, per quæ fluit vrina veſicæ: & hęc quidē foramina in mortuo animali non apparent, pro eo quòd frigiditate obtuſa ſunt.

Dico autem calorem, qui eſt in ſiniſtro ventre cordis, & in arteriis, non ſolùm nutriri ab aere influente per fiſtulas pulmonis, imò etiam ab aere influente per poros corporis. Quod probatur ex eo, quod accidit in paſsione quadam, quę dicitur ſuffocatio matricis, in qua nulla fit manifeſta inſpiratio aeris. Dico autem in hac paſsione cor comprimi à matrice ſurſum eleuata, modicúmq; calorem remanere, in eo, quod nutritur à modico aere influente per poros: nam & ſimiliter plura animalia viuunt, non habentia cor, neq; pulmonē, quorum calor vitalis, cùm ſit modicus, nutritur ab ex

D teriori aere influente per poros. Hęc autem ſunt parua animalia, vt muſcę, & ſimilia. & etiā in piſcibus polypodes, et alii omnes, qui ſanguinem non habent: quanuis etiam de cęteris piſcibus ſanguinem habentibus dubitetur quomodo ſpirent intra aquam. Conſtat autem maiores piſces ſpirare aerem extra aquam, quos etiam pulmonem habere manifeſtum eſt: minores verò piſces, qui loco pulmonis branchias habent, ſpirant intra aquam: ſpirántque aerem, qui modicus eſt, intra aquam, per poros branchiarum, qui ſunt proportionales fiſtulis pulmonis. Quemadmodum enim fiſtulæ pulmonis, ita ſimiliter et pori branchiarum vſqueadeò anguſtantur in ea parte, quæ terminatur ad cor, vt non capiant aquam, ſed aerem ſolùm, qui per poros excolatur ab aqua, tranſiens ad cor. Quòd autem

aer

aer fit intra aquam,probatur ex eo quòd quando con-
gelatur aqua, fit minor,propter aeris expreſsionem.
Vnde Ariſtoteli viſum eſt quòd piſces,qui brãchias ha
bent loco pulmonis,non attrahant aerem,ſed aquam
attrahant,ad refrigerandum calorem cordis: nam &
ſimiliter de habentibus pulmonem dicit Ariſtoteles,
quòd attrahunt aerem,ad refrigerandum calorẽ cor-
dis,cùm oſtenſum ſit, aerem inſpiratum præſtare nu-
trimentum calori cordis. Hippocrates autem in lib.
De generatione animalium , dicit aerem inſpiratum
refrigerare pariter,ac nutrire calorem cordis. Ariſto
teles quoq; in quodam loco affirmat,quòd omne nu-
trimentum influens,refrigerat id,quod nutrit. Et ad-
dit etiam,quòd deficiente nutrimento,fiat caloris au
gmentatio,ratione vacuitatis. Et hoc oſtendit per ſi-
mile eius,quod accidit in vẽtre,& matrice,quæ poſt-
quam ſunt vacua,calidiora fiunt, quàm quando plena
fuerint.Huius autem cauſam determinauimus in lib.
quem De ſpermate edidimus. Et hoc quidem hacte-
nus. His igitur præmiſsis,póſtmodum ſcire oportet,
quòd cũ in corpore ſint vena,& pellis,& neruus, quæ
ſunt receptacula ſanguinis,& ſpiritus, & pellis quidẽ
mediam habet naturam inter neruum,& venam:& ma
nifeſtum eſt quòd ad omnem pelliculam coniungitur
aliqua vena,quę in ipſa pelle diuiditur in multas ſub-
tiles venulas,ſubtilem ſanguinem capientes. Habet
autem & neruus venulas. Ideo & findi poteſt in lon-
gum:ſed habet eas plurimùm ſubtiles,ſolum capien-
tes ſpiritum. Dico etiam quòd inſtrumẽta omnia ſen-
ſuum continentur pelliculis , fiúntque ſenſus in ipſis
pelliculis,vt eſt videre in oculo , cuius pelliculæ ple-
næ ſunt humore aqueo,& originem habent à cerebri
pelliculis:ſitq; viſus non in cryſtallino humore ocu-
li,vt Ariſtoteli viſum eſt,ſed in pelliculis oculi : qua-
rum duæ procedunt à duabus pelliculis cerebri,& ter
tia à neruo,qui opticus dicitur,id eſt,viſibilis, proce-
dítq; ab ipſis pelliculis cerebri. Eſt autem præter has
pelliculas tres,quædam alia quarta, quæ eſt in oculo,
quæ alba eſt,& continet omnes alias:procedítq; à pel-
licula,quæ tegit cranium,& eſt inſenſibilis. Eſt autem
hæc pellicula in piſcibus valde dura,& ferè in modũ
oſsis. Similiter autem & pellicula plena aere locata
eſt intra aurem,in qua fit auditus. Et pelliculæ plenæ
ſpongioſa carne locatæ ſunt intra nares,in quibus fit
olfactus. Et omnes hæ pelliculæ originẽ habent à pel
liculis cerebri. Idem quoq; oportet intelligi & de pel
liculis linguæ,in qua fit guſtus. De tactu autem dicit
Ariſtoteles , quòd fit in carne totius corporis. Dico
autem quòd non fit in carne,ſed in pelliculis carni cõ
miſtis. Manifeſtum eſt enim,reticulatam carnem eſſe
pelliculis valde ſubtilibus, quæ à craſsis venis proce-
dunt,& ab eis deportant ſubtilem ſanguinem ad nu-
trimentum carnis. Probat autẽ Ariſtoteles quòd prin
cipium motus,quemadmodum & ſenſus,eſt in corde,
pro eo quòd omnis motio fit cum vi, & conatu. Vim
autem facit contentio ſpiritus. Origo autem ſpiritus
eſt in corde:déinde ex contentione ſpiritus , fit in o-
mni conatu inflatio venarum,& neruorum , & etiam
pellium cerebri,& ſpinalis medullæ , & principaliter
diaphragmatis. Conſtat enim vires corporis omnes
eſſe ex neruorum tenſione:cauſa autem tenſionis ner-
ui nulla eſt alia,quàm ſpiritus neruum inflãs. Sed quia
origo ſpiritus eſt à corde, oportet priùs diaphragma
inflari,& póſtmodum venas,déinde duplicem pellem
ſpinalis medullæ, & ipſius cerebri , vltimò verò ner-
uos. Spiritum autem voco nõ ſolum vaporem ſangui

nis , ſed etiam aerem inſpiratum , qui ei admiſcetur.
A Tranſit enim aer inſpiratus à pulmone ad ambos ven
tres cordis,& inde per venas,& pelles vſq; ad neruos.
In omni igitur conatu fit per contentionem anheli-
tus, concluſio ſpiritus inter diaphragma, & in ipſis fi-
ſtulis pulmonis,quæ procedunt à trachea arteria, per
quam fit aeris inſpiratio: & inde ſpiritus compræhen
ſione diaphragmatis tranſmittitur per fiſtulas pulmo
nis ad ventres cordis, & inde ad venas, & pelles,& ner
uos. Contingit autem oppilationem fieri in loco,in
quo vena,& arteria procedentes à corde, tranſeuntes
per collum,coniunguntur ad pelliculas cerebri,& ſpi
nalis medullæ,ex humore , aut fũmo multo , aut par-
uo,& tantùm craſſo,aut ſubtili:ſitq; ibi oppilatio per
anguſtiam venularum , quæ procedunt ab illis venis,
diſſeminantúrque in pelliculis cerebri, & ſpinalis me
B dullę. Dico autem ex hac oppilatione fieri ſomnum,
quandoq; epilepſiam , & quandoq; etiam apoplexiã.
Fit autem apoplexia ex humore plurimo,et craſſo:e-
pilepſia ex humore non tanto,neq; adeò ſpiſſo:et quã
doq; ex ſolo fumo craſſo,aſcendente à ſtomacho, aut
pede,aut aliquo membro alio. In his quidem videtur
aura ſubtilis, et frigida aſcendere ad caput. Somnus
autem fit ex multo fumo ſubtili, faciente diuturnio-
rem,ſed minorem,et facilè ſolubilem oppilationem.
Vnde quidam in ſomno ſentiunt,et mouentur , et e-
tiam loquuntur, et imaginantur ſomniantes: nam et
ſimiliter imaginantur quidam in epilepſia,et etiam in
ſyncopi,quæ eſt paſsio cordis. Fit autem quibuſdam
in epilepſia ſpuma circa os, dum ſpiritus , qui fertur
à corde in venas ſurſum,occurrit humori facienti op-
pilationem , et ei admiſtus ſpuma fit. Eſt enim ſpu-
C ma,admiſtio aeris,et aquæ,aut humoris: ideóque al-
ba eſt vt aer:et ephialtes quædam epilepſia, quæ fit in
ſomno. Fit autem ex miſtione tanquam epilepſia.
Ideóque non in vigilante , ſed in dormiente: vt enim
prædictum eſt,ſomnus, et epilepſia fiunt in eodem lo
co,et ex ſimili cauſa. Vnde Ariſtoteles dicit,epilepſiã
eſſe ſomnum quendam:verùm ephialtes longo tempo
re perdurans in epilepſiam conuertitur. Amplius au-
tem dicit Ariſtoteles, quòd quibuſdam venis colli cõ
preſsis fit homo inſenſibilis,et ſimilis dormienti: vn-
de et antiqui venas illas vocauerunt carotidas, pro-
ptereà quòd in eis fit caros, quod eſt inſenſibilitas , et
immobilitas totius corporis. Compreſsio diaphra
gmatis,quæ fit in reſpirando,cauſa eſt prolationis vo
cum,quando vuula, quæ eſt in gutture, ſupponitur tra
cheæ arteriæ,ita vt reſpiratio fiat per anguſtum. Spiri
tus enim exiens per anguſtum, quando colliditur vuu
læ ſibi oppoſitæ, facit ſonum: alioqui fit reſpiratio ſine
D ſono,quãdo ſpiritus liberum habet exitum. Eſt enim
diaphragma, reſpirationis origo,et vocis,et omnium
virium corporis. Eſt autem et ipſa vuula principium
vocis,quia ſenſibilis,ac mobilis,quemadmodum dia-
phragma. Et inſuper efficit vires corporis , quemad-
modum et ipſum diaphragma. Nam in omni conatu
fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ ſuppoſitæ
vuulæ,vt compreſsione diaphragmatis, ſpiritus , qui
eſt in fiſtulis pulmonis, non poſsit ſurſum per os exi-
re,ſed tranſmittatur ad cor,et à corde ad venas, et in-
de ad pelles cerebri,et ſpinalis medullæ,à quibus no-
uiſsimè tranſmittitur ad neruos: quorum tenſio vires
corporis efficit. Tendũtur autem, modico ſpiritu eos
ſubintrante,et inflante. Pulmo autem eſt immobilis
ſecundum ſe ipſum , et inſenſibilis , quemadmodum
et ipſa trachea arteria. Vnde et in peripleumonia non
ſentitur

ſentitur dolor, ſed grauitas ſola. Mouetur autem pulmo cum diaphragmate, eò quòd colligantiam habet ad ipſum quibuſdam pelliculis: & inſuper ex eo, quia dilatatione diaphragmatis, maior exiſtit capacitas inter diaphragma, quam neceſſe eſt impleri ex aere in ſpirando, & inflante fiſtulas pulmonis, quæ intra diaphragma cõtinentur. Quæritur autẽ de motu diaphragmatis, vtrùm ſit voluntarius. Si enim eſt volũtarius, quomodo igitur fit in dormiente? Si autem non eſt voluntarius, quomodo ergo poteſt voluntariè retineri? Nam & quidam leguntur tandiu continuiſſe, donec extincti ſunt. Dico autem motum diaphragmatis voluntarium eſſe, fieri quidem voluntariè per neruos, nihilo minùs etiã fieri propter aliam cauſam. Nam cùm calor continuè effluat à corde, neceſſe eſt continuè influere aerem ad cor, qui inflat pulmonem: & propter hoc totũ diaphragma, pro eo quòd pulmone inflato, neceſſe eſt capacitatem diaphragmatis augmentari. Non ſolùm autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inſpirato, cauſa eſt vt diaphragma dilatetur, imò etia quia aer inſpiratus tranſit à pulmone per cor ad venas diaphragmatis, procedentes à corde, in quo eſt origo venarum omnium, non ſolùm pulſantium, imò etiam & aliarum, vt alibi oſtenditur. Non ſolùm autem venæ diaphragmatis inflantur ſpiritu, imò etiam aliæ venæ remotiores à corde, vt in forti conatu eſt videre: nam & venas pellium cerebri ab eadem cauſa accidit inflari, vt apparet in habentibus fractum cranium, ſi anhelitum contineant. Nam & ſpiritus, qui neruos ſubintrat, procedit à corde ad neruos per intermedias venas. Quod probatur ex eo, quòd quibuſdam venis colli compreſsis, fit homo abſque omni ſenſu, & motu. Non ſolùm autem pulmo miniſtrat cordi aerem ad nutrimentum caloris vitalis, imò etiam communit, & conſeruat calorem, qui eſt in corde: cuius ſimile eſt in cinere videre, qui ſuperponitur igni ad conſeruandum ipſum. Habet autem pulmo, quemadmodum & cinis, plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam reſpirationem, & moderatam aeris influxionem. Fítque inſpiratio, & reſpiratio per fiſtulas procedentes à trachea arteria, ad cor terminatas, quæ ſunt in pelle circuntegente pulmonem. Manifeſtum eſt enim, quòd ad conſeruationem ignis neceſſarius eſt aer: non, vt quidam putant, propter refrigerationem, ſed nutrimenti cauſa. Eſt enim aer nutrimentum ignis. Omne autem nutrimentum ſimile fit ei, cuius eſt nutrimentum. Aer enim influens per poros cineris, ignitur, ad reſtaurationem euaporationis ignis. Aer enim per digeſtionem fit ignis. Digeſtionem voco ſeparationem ignearum aeris partium ab aliis partibus. Eſt enim aer corpus diſsimilium partium, habens caliditatis, & frigiditatis particulas in ſe ipſo. Vnde nec aer eſt elementum: ſed, ſicut alibi oſtenſum eſt, duo tantùm ſunt elementa, calidum, & frigidum. Dico etam quòd ex aere fit aqua, euaporatione ignearum partium. Nam cùm omnium fluminum origo ſit à montibus, dicit Ariſtoteles, non ſolùm vapores aqueos aſcẽdere infernè per venas quaſdam ad crepidinem montiũ, & inde diſtillare, ſed etiam in ipſis venis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifeſtum etiam quòd nec aqua eſt elementum, nec aer: fit enim ex aqua glacies, expreſsione aeris, qui in ea erat. Vnde minor eſt glacies, quàm fuerit aqua propter aeris eductionem. Nam & omne metallum maius fit, ſi liquefiat, quàm fuerit priùs. Ignis enim ſubintrans liquefacit aquam, quæ in poris metalli congelata eſt. Sunt autẽ pori in metallo adeò anguſti, vt non poſſit aer, ſed ſolus ignis ſubintrare. Rurſus autem oportet

A ſcire, in omni nutritione, id, quod nutritur, attrahere, & cõgregare particulas ſibi ſimiles, quæ diſſeminatæ ſunt in eo, à quo fit nutrimentum, pro eo quòd naturaliter ſimile ad ſuum ſimile tendit. Fit autem digeſtio nutrimenti per calorem, pro eo quòd calor, vt ait Ariſtoteles, aggregat ſimilia, & diſgregat diſsimilia. Quemadmodum enim in ventilatione adunatur per commotionem granum ſeorſum à platea, ita etiam in nutrimento fit per calorem commotio omnium ſimiliter partium: & in ipſa commotione ſimiliter in nutrimento ſimilium ad ſe inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem, pro eo quòd in continuo motu eſt, vt eſt videre in aqua bulliente. Ampliùs autem calor inſpiſſat nutrimentum, dum continua ſua euaporatione partes aqueas ſecum trahit. Déinceps autem oportet ſcire ſolum diaphragma eſſe principale inſtrumentum reſpirationis, pulmonem autem fiſtulis plenum recipere multitudi-

B nem inſpirati aeris in fiſtulis ſuis: & ob hoc receptaculum ſpiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rurſus paulatim detumeſcit, aere paulatim tranſmiſſo ad cor, ad nutrimentum caloris, qui eſt in corde: vnde quia colligitur multus aer in pulmone, qui ſufficit aliquandiu ad nutrimentum caloris cordis, inde eſt quòd aliquis poteſt alíquando abſq; ſpiratione perdurare, & alíquando abſque interpollatione, vocẽ protrahere. Inſuper autem & aer breui alíquando tempore permanens in pulmone calido exiſtente, ibíque digeſtus efficitur competentius nutrimẽtum caloris cordis. Dicit enim Ariſtoteles, quòd piſces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interiùs aquam, ad refrigerandum calorem vitalem cordis. Dico autem calorem vitalem nutrimento indigere, non autem refrigeratione: nutrimentum verò ignis nullatenus eſt aqua, ſed aer.

C Sunt enim in prædictis piſcibus pori quidem branchiarum ad cor adeò ſubtiles, quòd non capiunt niſi aerem ſolum, per quos tranſit aer, qui eſt aquæ commiſtus. Dicit autẽ Ariſtoteles, aerem non eſſe intra aquã, perſuadens hoc ex eo, quòd cùm aer leuior ſit, aquæ ſupernatat, non autem admiſcetur ipſi. Eſt autem ſibi ipſi contrarius, cùm alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expreſſionem aeris, qui eſt in ea. Verùm piſces pulmonem habentes multò plus habent caloris, quàm cæteri piſces, vt delphini, & phoca, & canis, & cete omnia, & ſimilia. Quoniam igitur multus calor, qui eſt in eis, multo indiget aere ad ſui nutrimentum, inde eſt, quòd ſpirant extra aquam. Scire autẽ oportet quòd trachea arteria veniens ad pulmonem, facit circa eum pellem plenam fiſtulis pluribus, ac ſubtilibus, quæ terminantur ad ventrem ſiniſtrum cordis: habéntque foramina ſubtiliſsima, per quæ capiunt aerem ſolum, non autem ſanguinẽ:

D fitque per hæc foramina inſpiratio aeris ad ſiniſtrum ventrem cordis. Sanguis autem, qui eſt in ſiniſtro vẽtre cordis, non poteſt per ea effluere, propter eorum anguſtiam. Amplius autem vena, & arteria procedẽtes à duobus ventribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas venis, & arteriis pluribus, ac ſubtilibus. Quoniam autem in conatu fit concluſio ſpiritus, non ſolùm in fiſtulis pulmonis, ſed etiam in venis, & neruis, contingit quandoque terminos venarum ex multo ſpiritu dilatari, ſpiritúque exeunte trahere ſecum ſanguinem, éſtque ſanguis hoc modo exiens ſpumoſus, propter ſpiritum ſibi admiſtũ. Accidit etiam eadem cauſa ſudorem exire per poros corporis. Eſt autem ſudor, ſanguini aqua admiſta. Pori verò ſunt venæ ſubtiliſsimæ, quæ à craſsis venis procedunt. Contingit autem poros ex multo aut feruido ſpiritu vſqueadeò

dilatari, vt etiam exeat ſanguis per eos, fiátque ſudor
ſanguineus. Miror autem plurimùm ſuper eo, quod di-
cit Ariſtoteles, ſe vidiſſe poros cordis in pulmone, per
quos fit aeris inſpiratio, & expiratio, cùm ſint imper-
ceptibiles, propter ſui paruitatem, quemadmodum &
pori veſicæ, per quos ingreditur vrina, maximè cùm per
frigiditatem obſtruantur huiuſmodi pori in mortuo
animali. Dicit enim tres eſſe ventres cordis: cùm ſit pa-
tens viſui eſſe tantùm duos. Ab vno enim procedit ma-
gna vena, & ab alio magna arteria. In paruis etiam ani-
malibus vnum tantùm eſſe, à quo procedit magna arte-
ria. Poſtmodum autem ſcire oportet, quòd pulmo, cùm
ſit ſpongioſus, & calidus, habet vim attractiuam: attra-
hítque aerem ad ſe, ad refrigerandum calidum cordis:
quemadmodum vẽtoſa igne intromiſſo: exit enim ignis
per poros ventoſæ, & neceſſe eſt aerem ſubingredi.
Idem quoq; eſt videre in hepate, quod ſpongioſum eſt,
& calidum. attrahítq; ſuccum cibi ab inteſtinis per me-
dias venulas cuiuſdam pellis, quæ media eſt per inteſti-
na & concauam venam hepatis, & continuata eſt vtriſ-
que. Dicũtur autem venulæ illæ meſaraicæ, ſiue meſen-
tericæ, pellis, in qua ſunt, meſenterium, ſiue meſaræum
appellatur, & protenditur à medio ventre per inteſtina.
Dicit enim Ariſtoteles meſenterium vicem radicis ob-
tinere: ſicut enim radix attrahit nutrimentum à terra, ita
& meſenterium ab inteſtinis nutrimentum corporis
animalis. Cor etiam, in cuius concauitate plurimus eſt
calor continuè effluens, attrahit continuè à fiſtulis pul-
monis: attrahit etiam ſuccum cibi à concaua vena hepa-
tis: quia, vt ait Ariſtoteles in corde perfectè digeſtus ſan
guis fit. Rurſus autem cor attrahit ab inteſtinis ſuccum
cibi aliunde, quàm per hepar, id eſt, per mediam arte-
riam. Arteria enim, quæ protenditur à corde per dor-
ſum, & coniungitur meſenterio, non tranſit per hepar,
cùm dicat Ariſtoteles, in hepate nulla eſt omnino arte-
ria. Eſt autem ſanguis arteriæ liquidior, quàm venæ: &
præ nimia ſui aquoſitate non coagulatur, quemadmo-
dum ſanguis, qui eſt in vena. Huius autem hæc eſt cauſa,
quòd hepar venæ ſuperpoſitum maximam habet vim
attrahendi, attrahítque ſuccum cibi multum, ac ſpiſſum
ab inteſtinis: ideóque in vena multus eſt ſanguis, ac ſpiſ-
ſus, qui citò coagulatur euaporante aqua. Econtrario
verò ſanguis arteriæ modicus eſt, & aquoſus, pro eo
quòd arteria habet vim attrahẽdi debilem ex ſolo pro-
prio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Ariſtoteles,
quòd in quibuſdam animalibus ſanguis ipſius venæ li-
quidus eſt, & non poteſt coagulari, vt in ceruo, & lepo-
re: ſúntque huiuſmodi animalia timida, pro eo quòd ha-
bent ſanguinem frigidum, & aquoſum. Rurſus autem
quædam animalia habent ſanguinem valde ſpiſſum, ac
terreſtrem, qui coagulatur ſtatim, vt taurus: cuius etiam
ſanguis venenoſus eſt. Et huiuſmodi quidem animalia
habent pinguedinem quandam terreſtrem, quæ ſepum
dicitur: & ſunt plurimùm oſſuoſa: & ſunt etiam calida &
audacia. Nam ſanguis terreſtris plurimùm calidus eſt,
pro eo quòd eſt receptaculum amoris: ſed priùs cõtin-
git calorem in eis egiſſe, vt eſt videre in calce, & cinere,
ſimiliter & ſale: nam ſal genus terræ eſt: éſtque ſal terra
incenſa. Quod probat Ariſtoteles ex eo, quòd quibuſ-
dam calamis incenſis, & incineratis fit ſal, ſi miſtus fue-
A rit aquæ, & eadem aqua bulliat ad ignem. Vinum etiam
quantò fortius eſt, tantò terreſtrius eſt. Quod probatur
ex eo, quòd quantò fortius eſt, tantò ponderis plus ha-
bet, adeò etiam quòd ſupernatat ouum in eo. Amplius
autem vinum, & liquores alii varios ſapores habent ex
terra ſibi admiſta. Vnde in quadam regione vinum ſuſ-
penſum ad ignem in vtribus, indureſcit in modum ſa-
lis, euaporante aqua. Dicit etiam Ariſtoteles quòd in
ſanguine ſpiſſo inueniuntur neruuli quidam: & quantò
ſpiſsior eſt ſanguis, tantò plures inſunt. In liquido au-
tem ſanguine nulli poſſunt inueniri. Dicit etiam Ariſto
teles quòd homines liquidioris ſanguinis, ſunt timidi,
ſed boni ſenſus, ex eo quòd molles carnes habẽt, ſúntq;
paſsibilia maximè in eis inſtrumenta ſenſus. Videndum
autem eſt deinceps, vtrum aliquis meatus ſit à vena ad
arteriam. Quod quidem probatur ex eo, quòd ſi ſcindi-
tur vena aut arteria, effluit omnis ſanguis, tam qui eſt in
B venis, quàm qui eſt in arteriis. Quæritur autem quo-
modo ſanguis intret arteriam, ſi verũ eſt, vt plurimi pu-
tant, totum ſuccum cibi, ex quo fit ſanguis, tranſire ad
venam hepatis. Aiunt igitur quidam: quòd cùm vena, &
arteria habeant in corpore parietem communem fiſtu-
las quaſdam habentem, ſunt quidem in medio illarum
fiſtularum quidam meatus anguſti, per quos excolatur
ſanguis: & meatus illi in mortuo animali non apparent,
quoniam per frigiditatem ſunt obſtructi. Dico etiam
meſaraicum, per quod trãſit ſuccus cibi ab inteſtinis per
totum corpus, non ſolùm continuari venis hepatis, imò
etiam arteriæ cuidam procedenti à dorſo, & non tran-
ſeunti per hepar, ſicut teſtantur omnes, qui de anatomia
C ſcripſerunt. Ex quo manifeſtum eſt, ſuccum cibi non
omnino tranſmitti ad venam hepatis, imò etiam partim
ad arteriam. Amplius autem vena, & arteria ſimul in to-
to corpore ſunt, præterquam, vt ait Ariſtoteles in hepa
te, & ſplene: iunguntúrque adinuicem quibuſdam pelli-
culis, in quibus ſunt venulæ ſubtiles, per quas ab arteria
ad venam excolatur liquidus ſanguis. Scire etiam opor-
tet quòd non ſolum à vena hepatis, imò etiam ab arte-
ria ſunt meatus quidam ad renes. Dico autem quòd ab
omnibus venis, & arteriis corporis mittitur vrina, quẽ-
admodum & ſudor: nam quemadmodũ vrina, ita quoq;
ſudor nihil aliud eſt, quàm aqua ſanguini admiſta. Dico
etiam quòd quemadmodum hepar, ita quoque & ſplen
attrahit ſuccum cibi ab inteſtinis per medium meſente-
rium, cui continuata eſt vena ſplenis, quemadmodum &
hepatis vena. Vnde ſplen, vt ait Ariſtoteles rectè hepar
ſiniſtrum poteſt appellari. Item à corde protẽditur ve-
na ad ſplenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor
attrahit ſibi ſuccum cibi à ſplene, quemadmodum ab he
D pate. In ſplene autem vt ait Ariſtoteles nulla eſt arteria,
quemadmodum nec in hepate. Dico autẽ quòd in cur-
uatura hepatis, & ſplenis inueniuntur tam arterię, quàm
venæ: in gibbo autem hepatis ſolæ inueniuntur venæ,
quæ conueniunt ad cauam venam: in gibbo verò ſplenis
nec vena eſt, nec arteria. Miror autem quàm plurimos
antiquorum ignoraſſe vſum ſplenis in corpore huma-
no: alios autem opinatos noſſe, penitus erraſſe: ſolus ve-
rò Ariſtoteles in libro De particulis animalium, dili-
genter ſuper hoc ſcripſit, qui fuit verus ſolus veritatis
oſtenſor.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO

Adſcriptus Liber, Cui Titulus Eſt, Compendium Pulſuum.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

PROOEMIVM.

HOC ei, quod de pulſibus poſsibile eſt, competentem modũ circuit. Primùm autem aiunt egenum antiquum de pulſibus, item nõ de pulſibus hoc intitulaſſe: ſed de palmon, id eſt, de ſaltibus. Ignorauit enim vt decens hic vir quæ exiſtat differentia pulſus & palmi, id eſt, ſaltus, ſicut déinceps oſtendemus, primùm dicentes quid ſit pulſus.

De diffinitione pulſus. CAP. I.

PVlſus igitur eſt diaſtole, id eſt, dilatatio, & ſyſtole, id eſt, conſtrictio cordis, & arteriarum. Solæ enim hæ eorum, quæ in nobis, pulſuali motu mouentur. Alia verò, quæcunque videntur & ipſa pulſualiter moueri, vt meninges, quæ circa cerebrum ſunt in pueris viſæ, ſecundum participationem arteriarum mouentur, circa quas particulas fit palmos, id eſt, ſaltus, & tremor, & ſpaſmus.

De his, quæ pulſui ſimilantur. CAP. II.

SImilia verò pulſui ſunt, & palmos, id eſt, ſaltus, & ſpaſmus, & tremor: etenim & hæc videntur quibuſdam ita fieri, ſicut & pulſus, ex diaſtole & ſyſtole. Differétia verò in eis exiſtit plurima. Igitur Praxagoras quidem exiſtimauit hæc ad ſe inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulſu qui magis, eo circa motum extenſo, palmon, id eſt, ſaltum: ex palmo verò, tremorem. Et hoc quidem Praxagoras vir non liber, neque in his, quæ ſecũdum medicinam ſunt, contemplationibus, neque in aliis ſecularibus. Herophilus verò diligentiùs inſiſtens huic loco, in qualitate magis eas differentias inuenit. Fieri enim pulſum circa arterias ſolas, & cor: palmon autem, id eſt, ſaltum, & ſpaſmum, circa muſculos, & neruos: & pulſum ſimiliter generari cum animali, & mori eum eo. Fit autem pulſus ita, quando cor attraxerit ex pulmone ſpiritũ, primùm quidem eum ſuſcipit in ſiniſtrum ſuum ventriculum, demum ſuper concidens déinceps ipſis arteriis præbet.

Galen.

A Contingit igitur in conciſione, repletis his, quę in corpore ſunt, arteriis pulſum perfici, euacuatis autem, ſyſtolen. Igitur arteriæ quidem, ſicut dixi, repletæ pulſum perficiunt, aſſumentes ſpiritum, cor autem euacuatum, ſicut déinceps demonſtrauimus. Proprium igitur terminum, id eſt, diffinitionem dedimus eius, pulſum dicẽtes eſſe diaſtolen, & ſyſtolen cordis, & arteriarum.

Vnde pulſus conſtet. CAP. III.

COnſiſtit autem pulſus ex diaſtole, & ſyſtole: quia verò impari, & eodem tempore & cor, & arteriæ pulſum perficiunt, & propterea exiſtimant ferè omnes quòd repletis vtriſque ſimiliter fiat, volo repræſentare eorum errorem. Nam quòd quidem impari tempore ex arteriis & corde pulſum, qui fit, aſſumimus, manifeſtum eſt: quòd autem arteriis quidem repletis, corde verò euacuato hoc fiat, volebam remittere eos, qui volunt diſcere, ad anatomiam, id eſt, ad inciſionem: vt autem non videar inuidus eſſe, & liuorem habere, paucis repręſentabo. Corpus cordis, id eſt, ſubſtantia, pinea forma
B exiſtit: & ampla quidem pars eius, in qua ſunt ora ventriculorum eius, pulmoni vnitur, & in medio quatuor fibrarum iacet. Vna enim fibra breuiſsima reliquarum exiſtens, tertium thoracis ſpatium repleuit. Acuta verò pars eius, & oblonga ſecundum ſurſum cum pectore, non vt ſit continua, ſicut eſt baſis eius pulmoni, ſed eſt abſoluta. Continetur autem vndique cor membrana, quod vocatur pericardion, id eſt, circa cor. Hoc autem non ſolum pulmoni vnitum eſſe inuenies à latioribus, ſed & pectori, in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum abſolutum iacere. Contingit autem ita, quãdoquidem ex pulmone attraxerit ſpiritum repletũ vndique ipſum ad latera incedere, & multum ſpiritum à pectore auferre: quando verò rurſum euacuabitur cor, & euacuatum in naturalem figuram recurrerit, tunc proſilit pectori & percuſsionem facit, & ita concidens pulſum perficit.

De differentiis naturalium pulſuum ſequentium ætatem. CAP. IIII.

C HIs autem ita habentibus, dicemus priùs differentias naturalium vnamquanque ætatum ſequentium pulſuum, demum eas, quæ ſunt in febribus, & poſteà pulſus, qui inueniuntur ſecundum paſsionem. In fine verò, pulſus, qui ablati ſunt denominati.

De pulſu puerorum nouiter genitorum.

IGitur modò genitorum pulſus puerorum exiſtit breuis omnino, & indeterminatus, & in diaſtole & ſyſtole. Hunc pulſum Herophilus alogon, id eſt, irrationalem cõſiſtere ait. Irrationalem verò vocat pulſum eum, qui nõ habet aliquam analogiam, id eſt, proportionem: neque enim duplicem, neque hemioliam, neque aliam quandam rationem habet hic, ſed breuis eſt omnino, & magnitudine punctaræ acus nobis aduenit: ideo & pri-

mũm Herophilus alogon,id eſt,irrationalem eum competenter dixit.

A

De pulſu creſcentium. CAP. V.

PRocedente verò ætate, & corpore in augmentationem veniente, & ad rationem, & pulſus augetur ad rationem, diaſtolen latiorem ſyſtole accipiens: quando de reliquo eſt eis logon, id eſt, rationem adæquare ad demonſtrationem eius, quæ ex grammatica manuductionis. Nam primus quidem pulſus, qui in modò genitis pueris inuenitur, rhythmum,id eſt,tenorem eum,qui breuis ſyllabæ exiſtit,etiam in diaſtole,& ſyſtole habet:& propterea ditonus intelligitur.Pulſus autem eorum,qui apud augmentationem ſunt,proportionalis eſt pedi,qui apud eos theo. Eſt autem hic tritonus, diaſtolen, quidem in duo tempora accipiens, in vnum verò ſyſtolen. Pulſus verò eorum, qui in ſtatu ætate ſunt, in vtriſque par exiſtit, vt in diaſtole, & ſyſtole, comparatus pedi vocato ſpondeo, qui vtique diſſyllaborum pedum longiſsimus eſt: conſtat igitur ex temporibus quatuor. Hunc pulſum Herophilus per paria vocat his,qui pedi.Declinantium verò, & firmè iam ſenum pulſus, & ipſe ex tribus componitur temporibus, diaſtole duplo ſyſtolen accipiens longiorem: & hi quidem ſunt pulſus, qui ſecundum latitudinem ætates in ſanis ſequuntur; deinceps autem ſunt in febricitantibus.

De pulſu in febribus. CAP. VI.

EOrum,qui incipiunt febrire, pulſus paruus omnino eſt,& ſubintrans,perſecutionem patiens in vtriſque & in diaſtole & ſyſtole, vt fermè quandoque & vix incidat tactui: in ſuperadditione verò ſecundum parum adauget,diaſtolen, & ſyſtolen accipiens, & maiorem, & prolixiorem propter ſpiritus aſcenſionem: in ſtatu verò in vtriſque par exiſtit,& in ſyſtole,& diaſtole, ceu & febri parilitatem accipiente:in deſcenſione verò ſyſtolen quidem diaſtole accipit prolixiorem.Calor verò in ventre, ſuperabundat magis, quàm in extremis: quia in primis quidem ferè vniuerſus calor in mediis ſuperabundat,vt multoties & infrigidari contingat extrema. Quando autem ſunt in ſuperadditionibus, circa media quidem amplior eſt calor, in extremitatibus verò paucior:ſtatum autem accipiente febri, & calor pariter inuenitur in extremitatibus, & in mediis. Et hi quidem ſunt, qui ſecundum latitudinem ſequuntur febrientes pulſus.

De pulſibus paßionum in gnerali.
CAP. VII.

PVlſibus autem, qui ſecundum paſsiones fiunt, multis,& diuerſis exiſtentibus, & de his pulſibus, qui in acutis paſsionibus ſequuntur,dicemus.

De pulſu phreniticorum.

PHreniticorum verò pulſus breuis,& erroneus,& nõ bene robuſtus, propterea quòd continuè ſpiritus à vigiliis motus ſuperaccidit tactui,ac ſi accideret motus ab arcu tenſi nerui, & chordæ:& omnino minimis periculis manuũ noſtrarũ ſuperaccideret,id eſt, occurrerit.

De pulſu lethargicorum. CAP VIII.

LEthargicorum verò pulſus eſt magnus,& vacuus ſecundum longitudinem,& latitudinem,nobis ſuperaccidens profundo intellectò:quare & quidam præſumpſerunt dicere pulſum incorporeum.

De pulſu cardiacorum. CAP. IX.

CArdiacorum verò pulſus eſt,minor,qui finaliter eſt pulſus phreniticorum:robuſtior verò, & quaſi moroſior,vt & aliis partibus ſubaccidat,id eſt, ſentiatur tactu:hoc autem fit ſpiritu quandoque quidem remiſsionem accipiente, & retentionem, quandoque verò intenſionem.

De pulſu pleuriticorum. CAP. X.

PLeuriticorum, & peripleumonicorum pulſuum in paucis quidem eſt differentia, ſolùm autem his, qui valde empirici,id eſt,exercitati,ſeu experimentati ſunt, compræhenſibilis eſt:acutus enim, & vehemens quàm plurimum inuenitur:et immiſsiones anomale,id eſt, inæqualiter,multoties faciens.

De pulſu epilepticorum. CAP. XI.

EPilepticorum verò, eorum quidem, qui fiunt ſine ſpaſmo,et contractione particularum, pulſus eſt magnus,et diacenus,id eſt, vacuus,et continuus,et fugatus, perſecutionem patiens quàm plurimum. Et hi quidem ſunt pulſus, qui ſecundum hanc paſsionem ſecundum plurimum aſſequuntur, ſimiles pulſui lethargicorum. Eorum autem,qui fiũt cum ſpaſmis, pulſus eſt magnus,

B

et diacenus,id eſt, vacuus.

De nominibus pulſuum. CAP. XII.

SCiendum autem quòd omnis pulſus conſiſtit ex magnitudine,et velocitate, et plenitudine, et rhythmo, et tenore. Et magnus eſt ſecundum longitudinem,et latitudinem,et profundum,digna ratione tactui accidens. Plenus autem eſt vehemens, et quaſi neruiter tactũ percutiens. Eurhythmos autem,id eſt,bene tenoratus pulſus,qui in vnaquaque ætate naturalem conſequentiam ſeruat. Dicitur autem hic pulſus eurhythmus. Pararrhythmus verò eſt,qui citò deſilit à manu. Velocitas autem à ſpiſsitudine differt. Nam velocitas quidem ſecundum vnam poterit arteriæ intelligi percuſsionem, ſpiſsitudo verò ſecundum plures. Ita denique dicimus quidem velocem eum,qui in paruo tempore,longitudinem explet. Spiſſum autem,qui continuè per eundem locũ deuenit.

C

De generibus pulſuum. CAP. XIII.

GEnera pulſuum ſecundum quietem ſpiſsitudo, et raritas:in quo velocitas, et tarditas: ſecundum totum robur,id eſt, tenſionem, vehementia,et amydrotes, id eſt obſcuritas: ſecundum corpus arteriæ, durities, et mollities. igitur hi quidem ita.

De nominibus ſecundum antiquos quorundam pulſuum. CAP. XIIII.

DEinceps autem de his pulſibus, qui à veteribus ſcripti ſunt,et neceſſarii maximè ſunt, et in quiete exiſtunt,dicamus. Dicitur quis pulſus myurizon,id eſt, muris modo caudatus: cuius ſunt rurſus duæ differentiæ. Hic quidem nanque attritis digitis manus et vehemens, demum eas,quæ deinceps,ſunt, diaſtoles longiores accipiens,in fine rurſus et citus,et magnus, et vehemens ſentitur. Alius verò paruus ſentitur, et eas,quę deinceps ſunt,immiſsiones magnas operãs,rurſus et citus,et paruus accidit. Hic pulſus quidem quandoque inuenitur et

D

ſanos naturaliter aſſequens. Quando verò inuentus fuerit in ægrotantibus in paruitate ſuperabundans,eos, qui debent abire,perindicat. Qui verò in magnitudine, eos, qui in lethargum. Dicitur pulſus et parempipton, id eſt,intercidens, quando plures diaſtolas, et ſyſtolas operari dimiſerit,ſecundam diaſtolen ſpiſsiorem attulerit. Hic pulſus quidem quandoque ſequitur et ſanos, quãdo verò in ægrotantibus inuentus fuerit, nihil irrationale ſignificat. Dicitur quidem pulſus dicrotus,quando diſtans arteria maiorem vnam diaſtolen,alteram attulerit breuiorem. Hic pulſus fit in ſanis quidem, à curſibus,vel exercitiis,vel aliud quid citò nobis operantibus. In ægrotantibus verò, manibus maximè febrientiũ inuenitur. Dicitur autem pulſus et dorcadizon,quando magnus priùs accidens, mox breuis accidit, vt putetur antè

antè, quàm ſyſtolē faciat finaliter, arteria rurſus dilatari. Hic pulſus inuenitur magis in ægritudinibus, quæ ſunt circa thoracē. Dicitur pulſus myrmecizon. Hic autē eſt, qui continuè, et ſubtiliter diaſtolem facit, vt videatur myrmecos, id eſt, formicæ in manu fieri deambulatio. Ferè ex omnibus deficiendo inuenitur. Vltimus verò

A omnium eorum, & breuiſsimus eſt, qui vocatur ſcolecizon, id eſt, vermiculans: hic verò ita paruus, & languidus, & amydros, id eſt, obſcurus exiſtit, quòd formicu-lãte, & breuiſsimo penitus exiſtēte intelligatur diaſtole & ſyſtole: in hoc autem nequaquam, ſed velut deſinentia ſolũ et reuolutio ſpiritus in arteriis perficitur in eo.

CLAVDIO GALENO

Adſcriptus Liber De Motibus Manifeſtis Et Obſcuris, quem Ioannitius de Græca Lingua in Arabicam tranſtulit, M. autem Toletanus de Arabica in Latinam.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Cap. 1. De motus corporis partium differentiis, cauſis, & ordine in genere. 2. De motu reſpirationis, qui notior eſt viſus veteribus. 3. Comparatur cognitio aliorum immanifeſtorum motuum, & liquidorum, quorundam ad antiquorum cognitionem: & ponitur excuſatio tractationis illius. 4. De motu virgæ. 5. De motu linguæ. 6. De motu vomitus, & deuorationis. 7. De motu egerendi, & vomendi. 8. De membris, quæ mouentur motu voluntario. 9. De motu palpebrarum. 10. De motu clibani pectoris in tuſsi, riſu, & ſternutatione. 11. De motu gutturis in deglutiendo.

CAPVT. I.

INQVIT Galenus, illi, quorũ proprium eſt anatomiam meditari, per hoc, quòd dicũt motus liquidos, eos, qui videntur in corporibus animalium, ſenſui manifeſtos intelligunt: veruntamen quo membro fiāt penitus ignoramus: & quanuis hoc videamus, qualiter fiant non ſcimus: ideo de his doctrinam oportet nos agere. Principium autem inquiſitionis de motibus liquidis eſt, vt primò inſpiciamus an ſint actiones membrorum, & an ex eo, quòd ſint paſsiones ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes imprimentes: & per paſsiones, motus intelligo, qui fiunt à motore agente, quando ipſe mouet aliquid aliud. Et tu poteris vnico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere: nam motus manuum & pedum, diſtendendo, & complicando, vel inclinando, & mouendo ad vtranque partem, quæ quidem oſsibus eorum interiacēt iuncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ eſt in compoſitione oſsis adiutorii: & hæc quidem iunctura vocatur mabit: & iunctura, quæ eſt in compoſitio-

B ne duorum fociliũ, eſt cum oſsibus, & iunctura oſsium baſium, quæ interiacent duobus focilibus, & pectini, & vocatur raſceta, & iuncturis digitorũ. Pedum verò motus fiunt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorũ. Et ſi quis deſiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intromittit in ſignificatione diuerſitatem per hoc vel varietatem: veruntamen ſufficit in hac ſignificatione, vt dicatur quòd pomum oſsis adiutorii, in iunctura componitur humeri cum pyxide, quæ eſt in oſſe ſcapulæ: & quòd ſummitas oſsis adiutorii inferior, compoſita eſt in iunctura mabit cum duobus brachii focilibus: ſicut duæ ſummitates duorum focilium, ab inferiori cum oſsibus paruis raſcetæ componuntur. Similiter in pedibus iuncturæ ex compoſitione oſsium, quæ ſunt in eis, erunt. Quòd ſi res in hoc ita ſe habet Anatomici verum in hoc dixerunt, quòd motus manuum & pedum fiunt oſsibus, non tamen ab eis: quoniam hæc quidem eſt actio lacerti mouentis ea. Prouenit ergo ex hoc vt motus lacerti ſit operatio lacerti, & motus oſsiũ

C ſit paſsio eorum, & paſsio eius, quod fit, et actio eius, quod agit, ſimul exiſtant. Diſcrepant tamen in eo, quòd agens eſt principium ſui motus ab ipſo, et patiens eſt principium ſui motus ab alio. Sicut ergo quando lacertus agit, mouet quidem primò vnum duorum oſsium compoſitorum in iunctura, et eſt illud os, quod continuatur cum adiutorio, déinde mouet ſecundò ipſam iuncturam mouendo os: ita anatomiam conſiderantes inueſtigauerunt an oporteat dici quòd lacertus ipſe agit primò, aut recipit etiam virtutem motus ab aliquo alio. Vt autem viderunt quòd vnicuique lacertorum continuantur arteria, et vena, et tertium quiddam, id eſt neruus, vnicuique eorum intendentes vnumquodque ſingillatim vinculo conſtrinxerunt, conſiderantes in ipſa conſtructione an motus impediretur lacertorũ, aut mobiles permanerent. Pòſtquam autem motum lacertorum ſtrictis arteriis, et venis in ſuo manentem ſtatu deprægenderunt, ipſúmque ſtrictis neruis impediri, quod

ad lacertos quidem virtus digeritur à neruis aliqua, per quam fit actio eorum, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc viam inquisiuerunt diligenter an hæc actio sit neruis ex sua natura, an supra neruos aliquod membrum sit, quod neruis virtutem motus exhibeat, sicut lacertis exhibere viderunt. Adhærentes autem neruis, eósque præcidentes, sectionem eorum superiorem in sua sensus, & motus habitudine persistere deprahenderunt: inferiorem autem à loco sectionis sensu priuari, & motu. Ex hoc itaque quod eis apparuit, virtutem motus etiam neruis ab alio membro eis superiori transmitti, coniecturauerunt. Prospicientes igitur primam neruorum originem, eámque indagantes, quosdam eorum oriri à spinali medulla, quosdam à cerebro deprahenderunt. Abscindentes itaque spinalem medullam, deprahenderunt quòd ab inferiori parte sectionis non transmittitur virtus ad neruos quidem, à quibus virtus oritur, quæ priùs transmittebatur ante abscisionem: & à superiori verò sectione, quę est super abscisionem, quæ priùs transmittebatur virtus transmittitur. Ac tunc iudicauerunt virtutē quidem motus ad neruos à cerebro transmitti. Deinde postmodum inquisiuerunt, an sit hoc quoniam illa virtus sit innata substantiæ suæ propria, an à corde sibi transmittitur. Neque ad hoc in isto loco necessitas vrget, cùm nos inueniamus vtiq; neruos exhibere lacertis virtutem motus à cerebro procedentem. Primum igitur membrum, ac præcipuum, vniuersa quidem mēbra corporis animalis mouens motu voluntario, est cerebrum: cætera verò, quæ quidem cerebro interiacent, & vltimo membro, quod mouetur, mouēt se secundum ordinem, ita quòd vnumquodque eorum mouens, ac motum existat. Restat ergo vt cerebrum moueat tantùm, nec aliud moueat ipsum. Similiter fit vt manus, ac pedes moueantur tantùm. Etiam declaraui in tractatibus, quibus inuestigaui de virtute ordinatiua de virtutibus animæ, quòd cerebrum eget hepate, & corde, ad conseruandum substantiam suam: & quòd non transmittitur ab illis virtus, qua fit motus voluntarius. Hîc autē non est aliquid, quod nos cogat, vt probationem ad hoc inducamus, cùm sufficiat in hoc tractatu conclusione propositionis illius vti dúntaxat: quia non memoraui quòd apparet in anatomia, vt exponerem per hoc quòd virtus ordinatiua transmittitur per neruos à cerebro ad lacertos, verùm vt à me intelligeretur sufficienter in quo differunt motus & actio: quoniam significatio, quam significat nomen motus, generalior est: & significatio, quam significat actio, specialior est: cùm nos appellemus actionem, motū agentem, & passionē, motū ab alio prodeuntem.

De motu respirationis, qui notior est uisus ueteribus. CAP. II.

ET sermo iste, in quo nos sumus, est, quo intendo inuestigare de vnoquoque motu, quod sit membrum, quod ab eo patitur, & quod membrum operatur ipsum. Verbi gratia, de anhelitu: quare melius est vt ponam sermonem meum de ipso, vt exempli causa lucescat: cùm non conferat ex exempli quidem ratione dúntaxat: verùm cùm ipso exemplo non est vtique modica pars, de qua inuestigare proponimus. Videmus enim manifestè quòd anhelamus: & hæc quippe actio animalis est composita ex aeris inspiratione ab exteriori ad interius, & expiratione econuerso: & apparet etiam id, quod mouetur in concauitate pectoris, in anhelitu facili suauiter, concutitur inferiùs dúntaxat. In anhelitu verò magno, non solùm mouentur inferiora tantùm, verùm etiá mouentur loca lateribus omnibus vicina. Discordes etiam fuerunt medici in motu anhelitus, an sit etiam ex lacer-

A tis, vt sunt alii motus voluntarii, aut aliter. Et quidam iudicauerunt quòd hæc actio naturalis est, sicut pulsus arteriarum, & cordis: alii verò iudicauerunt actionem esse voluntariam: alii autem quòd sit actio composita. Et hæc quidem inquisitio magis ad dialecticam, quàm ad medicinam spectat. Inquisitio autem, quę dignior est in operibus medicinæ, est, qua quidem inuestigatur, quo instrumento mouetur clibanus, id est, concauitas pectoris, per quam fit anhelitus: quoniam hic quidem dilatatur, prout apparet in anatomia: apparet quoque in anatomia quòd hic clibanus ex ossibus, qui latera vocantur, & ex lacertis componitur interiacētibus. Meritò ergo anatomiam considerantes dixerunt, quòd illud mēbrum, quod diaphragma vocatur, est vna pars istius clibani, nec tamen illud totaliter: & hoc quidem vsque ad tempus magistrorum nostrorū homines arbitrati sunt, quòd membrum istud instrumentis anhelitus nobilius
B existit. In nostro verò tempore factum eius patuit ex eo quod de operatione huius membri declaraui, quòd scilicet mouet partes clibani dúntaxat inferiores: quemadmodum illud, quod mouet superiores eius, est lacertus à collo descendens. Mouet quoque id, quod interiacet lacertus quidam, qui inter latera constituitur: nisi quia hic lacertus quidem non dilatat clibanum tantùm, verùm etiam ipsum constringit: cùm vnusquisque eorum habeat duas tunicas positione diuersas. Lacerti nanque descendentes à loco, qui est supra collum, dilatant, & distendunt clibanum tantùm. Et vidi sæpe plures homines in facto neruorum, qui mouent huiusmodi lacertos, quos prædiximus, quandoquidem vinculo cōstrin-
C gebantur absque clibani ruptura, quod vinculum illud eos motu clibani penitus priuabat: & discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum, quod declaraui, intelligerent. Et sententia illorum, qui dicunt quòd anhelitus est motus voluntarius, vel actio voluntaria, nullum argumentum inducit, quod maioris, quàm hæc, existat roboris ad probandum veritatem eorum: quoniam motus clibani impeditur statim: & animal extinguitur subitò ore aperto cupiens anhelitum, cùm nequeat clibanum mouere. Vnumquodque horum fuit ab antiquis inuentum: & quædam præter illa, quæ ipsi inuenerunt, postmodum reperi.

Comparatur cognitio aliorum immanifestorum motuum, & liquidorum quorundam ad antiquorum cognitionem: & ponitur excusatio tractationis illius. CAP. III.

ET quodlibet horum antiquitus reputabatur ignotū, quoniam de ipso nihil anatomiam inspicientes tetigerunt: cui posset aliquis acquiescere, vel quo posset es-
D se contentus, nedum sufficienter probarent. Vtinam autem aliquis motuum, & aliqua actionum harum, quæ reputabatur esse ignota, reperirentur à quo membro animalis prodirent: & qualiter ab agente causa quando quidem agit: multa quippe horum, quę vltimò comperi, penes me priùs erant ignota, quemadmodum de motu clibani retuli. Et in tractatu quidem tertio De motu pectoris & pulmonis quædam, siquidem mei docuerunt me doctores ad tempora sua: quibus adieci postmodum in libro, quem de passionibus anhelitus edidi, quod adinueni, postquam à magistris meis didici. Confessus sum etiam in libro De iuuamento membrorum ignorantiam meam, quam habui de motu palpebrarum superiorum: deinde verò narraui postmodum qualiter hoc fit in tractatu decimo libri mei De cura anatomię. Eodem quoque modo ignorabam esse duorum neruorum ex vtraq; parte arteriarum constitutorum, qui falsò, & sine ratio-
ne

ne vocantur apoplectici: cùm fuerit in eis ingreſſa malitia, qualiter vox impeditur: demum quippe cum labore maximo, ac difficultate comperi hoc, cùm nullus quicquam de ipſis tractauerit ſufficienter. Et hæc quippe ſignificatio erat incognita, demum facta eſt nunc nota: quia reperi neruos mouétes lacertos epiglottidis à duobus neruis duabus arteriis vicinis, qui apoplectici vocantur, oriri. Ignorabatur quoq; cur ex ſpondylis dorſi medulla ſpodyli primi, ſi ſecundum latum tota abſcindatur, donec extrema non ſeſe contingant, vox impeditur illius animalis. Et ſimiliter ſi vnus ſpondylus locum deſerit: quia ſpinæ medulla comprimitur fortiter. Inueni quoque hæc, & alia, quæ reputabant illi, qui fuerunt ante me, ignota de anhelitu, & voce: & eorum inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoque lacertum, qui vtranque mouet genam, cùm priùs fuiſſet ignotus. Nec intelligo quidem in loco per vtranque genam duo mandibularum oſſa, ſicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro ſuo de iuncturis, quem quidem econtrario nempe vocauerunt. Sed intelligo per vtranque genam, corpora, quæ duas continent mandibulas, quæ recipiunt quod os implet de humiditatibus, & cibariis, aut vēto, prout in illo, qui vtres inflat, videtur. Specierum item laſsitudinis, actio diuerſitatis earum per anatomiam fuit reperta: quando in quibuſdam, qui laborabant hac paſsione, vel membri, quod laſſatur, ſenſus impeditur, vel in quibuſdam motus, vel vtrunque ſimul: & in pluribus eorum nunquàm in hac ſpecie locus putabatur eſſe dubietatis. Quoniam quidem non dubitatur quòd in neruis, qui vadūt ad membra, in quibus accidit ægritudo, quando ingreditur malitia, noceat ſenſui, & motui. Duæ verò ſpecies aliæ non putabantur, donec reperi ſecundum quem modū erant in membris corporis, in quibus accidit illud, & non in aliis: quoniam hoc quidem nullatenus accidit in omnibus membris: ob hoc, quòd non reperitur in omnibus membris neruus, qui ſenſum tribuat, & motum lacerto, qui eſt in membro patiēte, præterquam neruus, qui ſenſum tribuit cuti, membrum ſiquidem illud includenti.

De motu uirgæ. CAP. IIII.

ET iam narraui omnia iſta, quæ apparent ex iſtis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagatur de iſtis rebus, remouet hæſitationem earum: & patet eſſe eius per hoc, quod apparet in anatomia. Et quædam harum rerum magis congruit vt per dialecticam diſcutiantur: niſi quia cum hoc ad hoc anatomia iuuamur, vtpote linguę prolixitas, donec emineat ori. Et ſatyriaſis, quæ accidit in pueris: & in quibuſdam eſt velocior, quando intuentur quam amant, aut imaginantur eam. Quia cauſa augmenti ex vtroq; modo eſt difficilis, ſiue ex voluntate fiat hominis, ſiue naturaliter ſine voluntate. Et in omnibus motibus, qui fiunt voluntate, nihil obſcurius, & dubitabilius hoc. Quoniam in pueris ego video, nedum in aliis, quando ipſi volunt aliquod membrum ex membris ſuis replicare, aut diſtendere, aut in partem declinare, hoc quidem faciant ex voluntate. Et hoc quidem ipſi faciunt per lacertum, qui deſtinatur illi motui, & appropriatur, licet ipſi quidem lacertum illū ignorent: & non ipſi tantùm, ſed etiā multi medicorum. Et illud eſt, quoniam inuenio membra corporis moueri per lacertum, cui Creator, qui nos creauit, & plaſmauit, & in omni tempore præſens eſt nobis, prudenter indidit potentiam mouēdi. Quando igitur aliquem volumus motuum, mouet lacertum, quem ad hunc plaſmauit, & creauit. Et declaraui in libro meo de iuuamento

Galen.

A membrorum, quod creauit nos non ſolùm prudens ſcire quid oportebat melius agere, imò cum prudentia habuit potentiam, qua quidem nihil ei de hoc quod melius & competentius prouidit eſſe, defuit agendum: & bonitatem, ac largitatem, in qua nulla fuit auaritia creandi quod melius eſt: & imperſcrutabile videtur opus, Creatoris eſſe veraciter ſcire. Et qualiter ineſt corporibus animalium. Veruntamen non eſt quippe licitum dicere eum non viuere, vel non agere: imò vtique eſt ſummè prudens, & potens, ac benignus, ſicut iam declarauimus: & ſi notum eſt, & publicum quod in omnibus corporibus eſt animalium, ſicut quidam putant, verbum iſtud inducit ad hoc, quòd duæ ſunt in corporibus animalium animæ: quarum vna creatur naturaliter, & plaſmatur omnibus membris, & eſt præpoſita omnibus quidem voluntatibus eius, ex quibus actiones procedunt per motum lacertorum, qui
B deputantur illis actionibus propriè. Alia verò eſt anima, qua voluntas ineſt actionum. Quidam tamen hoc reſpuentes non fuerunt contenti hoc, & ab ipſo fugerunt, dicentes quòd anima, qua quidem voluntas exiſtit, eſt illa, quæ per ſe, & ſuam eſſentiam vniuerſæ corporis membra imaginatur, vt quod voluerit de actionibus compleatur. Et huiuſmodi quidem dicti apparet peremptio, proptereà quòd ſi in nobis eſſet hæc anima, ignoraremus eum ignorantia actionum inuenire an illi quidem lacerti ſint, aut non ſint. Et ex eo quod competit ei, quod diximus, eſt quidem, quoniam illud, quod diximus, non ſolùm eſt verum in animis hominum, verùm etiam in animalibus remotioribus intellectu, hoc eſt, in brutis, vt aſini, oues, porci: adeò quippe vt animas habeant in ſumma potentia, & prudentia, & bonitate, ac largitate, iuxta quod expoſcit
C natura corporum, aut creatura exigit. Et ſi nos quoque cætera dimiſerimus animalia, & ſimus homine contenti, cui quorundam animalium comparatione intellectus attribuitur propriè infra illa, videbimus quòd vita in actionibus, quæ fiunt à voluntate, cōſiſtit: nec in aliis liquet actionibus, & non nobilioribus, atque præcipuis. Congruit igitur vt dicatur, quòd non eſt actio quidem nobilior homini, nec conuenientior rationi, quàm ratiocinari, ac loqui. Et hoc quidem erit cum diſtinctione, quam lingua agit in voce expedita, ab epiglottide diſtincta. Cùm lacertos habeat lingua, quorum quidam ipſam ſurſum attrahunt ad partem palati ad oris ſuprema. Alii verò in contrariam eius partem trahunt eam, donec ad inferiorem deponant mandibulam. Lacertos quoque alios habet complures, qui ad vtranque partem eam declinant. Neque aliquis eſt puerorum, neq; adultorum, & eorundem, qui
D anatomiā inſpiciunt, qui lacertos linguæ nouerint, quādo voluerit aliquod nominū pronuntiare. Verbi gratia, ſi dicat Petrus, quòd valeat priùs excogitare, & intelligere, quo lacerto, & quo motuum illud nomen profert. Conuenit igitur, & competit, vt muſculus, cui libido fuerit irrogata, ſecundum hanc rationem incurrat ſatyriaſim, quando libidinem autumat & imaginatur per aptitudinem rei ad hoc. Et quod membrorum corporis immutatio imitatur animæ immutationem, non in motibus tantùm, ſed in alteratione coloris erit inſtar huiuſmodi. Et ante modos huiuſmodi alterationum, quædam ſunt alterationes, quæ fiunt calore, & frigore. Et ex hoc eſt, quòd ſæpe contingit diminutio ei, quem arripit timor ſubitus, vel horror, vel anguſtia. Et ex hoc arguerunt quidam, dicentes quòd animæ quidem non ſunt aliquid per ſe exiſtens, adueniens corpori, vt

poſsibile ſit abſque corporibus exiſtere, verùm animæ ſunt quid ex corpore. Et quoniam hi inueſtigauerunt A de loco quid ſit, diuerſificati ſunt diuerſificatione non modica. Quidam enim dixerunt quòd eſt ſpiritus: & quidam ipſorum dixerunt quòd eſt alia maneries de commiſtione elementorum, quam vnuſquiſque eorum profitetur, aut ex compoſitione eorum. Et quidam nempe exiſtimauerunt, quòd virtus eſſet ſubſtantiæ, quæ vnicuique appropriatur animali. Et quidam putauerunt ipſi eidem animali eſſentiam ſibi propriam. Verùm ſubſtantiæ, quæ ſentiunt, & mouentur voluntate, ſunt illæ, quæ animalia nuncupantur. Operatio verò eorum, quæ operantur ex eis, ſecundum epithetum ſubſtantiæ, quam habent ex commiſtione elementorum. Et iam ſententias in libro noſtro elementorum cæteras deteximus ſecundum ſententiam Hippocratis, cùm vera ſit iſtorum ſententia, qui dixerunt quòd ſubſtantia generationi, & corruptioni ſubiecta, quali- B tatibus quatuor, calida, frigida, ſicca, & humida, & non aliis immutatur. Inquirere autem de anima an eius ſubſtantia ſit corporea, neque ceſſet quando corpus accidit alicuius rei animalis deſcendere in ea: aut ſit aliquid corpori continuum, quod cum corpore accidit: aut ſpermatis ſit virtus, & potentia aliqua, cui conueniant quidem cum creatione corporis accidentia animæ, relinquo hoc illis, qui de ſe exiſtimant quòd hoc ſciunt veraciter. Satyriaſis autem virgæ ſcio manifeſtè, quòd ſit voluntate, & fortaſſe imaginatione tantùm. Similiter ſcio ab ore cuiuslibet hominis egredi linguam quādo hanc actionem vult. Cauſæ autem propinquæ, hac appellatione appellantur à peritis & ſapientibus viris in C hoc ca. & ſubtilis ſpeculationis. Meritò autem dixerunt quòd earum cauſæ duę ſunt ſimplices, & vna compoſita. Cauſæ duæ ſimplices ſunt, quòd ab arteriis ſpiritus ad iſta duo membra deſtinantur, cùm ſint rara, & poroſa interiùs, ſcilicet virga virilis, & lingua: vel à ſe habent vt erigantur, & dilatentur: & vtriuſque erectio ſequitur, & comitatur ſpiritum intra venas exiſtentem vſque ad exteriora vtriuſque: & pori, qui ſunt inter vtranque, neceſsitate vacuitatis implentur. Sic enim virgæ virilis impletio ſit ab imaginatione, & voluntate. Et diſtenſio quidem vehemens habitudine & valida, prout dicunt, & teſtantur medici conſiderantes anatomiam, lacertis aliquibus attribuitur paruis, & ſpiritibus, qui continentur in arteriis. Et eodem modo fit in lingua, quando erigitur, & dilatatur, ei quidem continuè ſpiritus immittuntur, cum eo etiam, quòd aliqui lacerti in ea habitudine diſtenduntur. Veritati quidem huiuſmodi dicti atteſtatur, quòd arteriæ in lingua, & virga virili confixæ maiores quàm in cæteris membris D exiſtunt. Cauebo ergo eum, qui verbum meum hoc audit, ne quippe abhorreat verbum meum, exiſtimando quòd arteriæ ſpiritum quidem dúntaxat continent, ſicut Eraſiſtratus exiſtimauit, ſed ſæpius dixi, quòd in arteriis ſanguis ſubtilis continetur calidus, cum ſubſtantia quippe aerea: & extrema venarum orificia ſunt adeò ſtricta, quòd id quod ab eis egreditur, ſpiritus eſt tantùm. Et poteris quidem præcognoſcere quod de duobus dictis propinquius exiſtit veritati. Et magis elegi verbum illius, qui dixit, quòd diſtenſio virgæ virilis non eſt minor cauſa, quàm illius, qui dixit, quòd ab arteriis quidem ſpiritus deſtinantur ad virgam virilem, & linguam per id, quod narrabo. Quod eſt quia præſumet aliquis & anticipabit dicere, quòd vnumquodque membrum, ſui ipſius intendit commodo, & reparationi. Et hoc quidem non ſolùm eſt ſufficiens, ſed & verum. Sed quod dicitur quòd membrum, alterius intendat commodo, modum & quantitatem naturæ excedit, cùm hoc quippe in hominibus cunctis non reperiatur, nedum in brutis. Et hoc quidem declarauimus ſufficienter in libro noſtro de virtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat, & aſſerit, eſt quòd ſtomachus nequaquam cibaria digerit, vt per hoc intendat omnia membra animalis reparare: neque hepar quoque cibum alterat hac intentione, & immutat à ſtomacho progreſſum ad ipſum, vt conuertat in ſanguinem, & ad cætera membra mittat. Similiter quoque cor, non quidem pulſus actio prodit ab eo pro alio membro, ſed pro ſui commodo. Quod autem dictum eſt veriſimilius ſententiæ naturali, vt dicatur quòd vnumquodque membrum attrahat ſibi quod conuenit ei, vt ex ipſo nutriatur: deinde illud immutat quod attraxit, & retinet, & aſsimilat ſibi, & expellit à ſe quod eſt ſibi diuerſum. Quod verò dicitur quòd vnumquodque membrum non intendit quidem reparationi ſuæ, ſed quicquid operatur, operatur vt præſtet obſequium aliis membris, non eſt verum. Cùm ergo hoc ſit vnum de iis, quæ in libro noſtro de virtutibus naturalibus declarauimus, oportet ergo vt principium repletionis accidat quidem membris, quæ implentur, non ex arteriis, ſicut quidam dixerunt: verùm ipſamet membra cùm habeant erigi, & propriè dilatari, attrahunt ſpiritus ab arteriis, & implentur ex eis.

De motu linguæ. CAP. V.

Virga verò virilis augetur manifeſtè, & fit magna, ſuſcipiendo augmentum non ſolùm in longitudine, verùm etiam in circuitione. Sed linguam videmus in longitudine diſtendi, quando ab ore educitur, non tamen augeri in omne corpus ſuum, quemadmodum virga virilis. Similiter quoque non videtur ab ore vniformiter egredi, quando fortiùs homo, quàm poteſt, os ſuum aperit, aut quando penitus non extat apertum, aut quando inter duas habitudines mediocriter ſe habet. Quoniam in ipſo, cuius eſt os apertum fortiter, ac valde plus, quàm poſsit, inuoluitur in inferiori labio intantum, quòd ſi conetur, quantum poteſt, eam eleuare, non valebit eam adaptare, vt ad figuram attingat mediocrem, propter hoc quòd mandibula quidem inferior concomitabitur eam, donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os, & in claudendo, eſt huius mandibulæ tantùm, ſuperiori quidem mandibula quieſcente. Et maximè quando aliquis quæſierit linguam eleuare ſurſum cum conamine, donec exteriùs inuoluatur ſuper labium ſuperius, eam concomitatur mandibula inferior, donec concurrant labia, & os claudatur: & hoc fit quia vinculum linguæ eſt ex parte inferiori anterius: deinde poſt ipſum eſt extremitas linguæ abſoluta, qua fit propriè diſtinctio vocis, vt fiat pronunciatio, & locutio. Et hæc extremitas eſt, quæ egreditur exterius ab ore: cùm oris apertio quidem fiat, quando mandibula inferior inferiùs attrahitur, & lingua mandibulæ ſigillatur, cùm ſit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur vt non extrahatur extremitas linguæ ſurſum in illa habitudine, cùm vinculum ab inferiori attrahat ipſam, & prohibeat. Et ſecundum hanc rationem, ſi aliquis quæſierit violēter linguam ſuam ſurſum eleuare, videbit mandibulam ſuam inferiorē ſequi eam, & appropinquare mandibulæ ſuperiori: & attinget hoc quoque concluſionem oris. Cùmque iam præmiſimus

hoc, concludemus ſermonem noſtrum ſicut oportet concluſione ſua:& narrabimus hæſitationem quæ accidit nobis de eſſe linguæ. Et dignum fuit, & meritò accidit nobis, cùm non inueniamus cauſam, propter quam lingua prolixatur, donec ab ore quidem exeat. Nec reſponſio,quam videmus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim quòd lacertus mouens linguam, ſumit principium ex partibus tunicæ nodi gutturis, & oſsis,quod aſsimulatur lambda literæ. Ideo oportebat tunc neceſſariò,vt ſi lingua attrahatur ad illas partes, aſcendat interdum per lacertos, qui continuantur ei deſuper:& humilietur per lacertum, qui continuatur ei déorſum,quando ipſe ad ſe attrahit: & declinat interdum, deuiando ad aliquam partium per lacertum, qui circũdat quidem in duas partes.Cùm ergo anatomiam inſpicientes in hoc conueniant,quòd nullus motus obedit voluntati,niſi motus lacerti tantùm,nec aliquis lacertus linguæ continuatus diſtendit eam,donec adducat eam extra os, tunc meritò in titubatione incidimus, quando ſcire volumus qualiter actio fiat linguæ. Et ſi motus aliquis poſſet in corporibus animalis inueniri, qui voluntate fieret abſque aliquo lacerto, non incideret in hanc quæſtionem aliquid ambiguitatis.

De motu uomitus,& deuorationis.

CAP. VI.

OPortet ergo de hoc inquiſitione vehementi inquirere,donec ad veritatem pertingamus huius rei. Et inſpiciamus ſi fortè inueniantur in aliis quoque membris motus voluntates animalis imitantes:& non ſolùm voluntates eius,verùm id,quod imaginamur,exiſtimando,ſicut in virga fit virili:quia impletur corpus rarificatum ex vento velociter,ac leuiter,déinde ad tantum attingit motum, quòd impletione ſui creſcit. Et tu poteris ſcire,quòd motus voluntarius non eſt ſolius lacerti,manifeſtius ex animali quod ruminat:quia hoc animal poſtquam implet ventrem ſuum herbis,aut ex alio nutrimento,redit in idem,& erigit ipſum paulatim ex eo, quod tranſglutiuit,ad os ſuum,vt molat ipſum, & terat actione ruminationis. Quidam etiam hominum intendunt euomere quod potauerunt præter conatum vehementem,volentes expellere facilè,ac velociter, vt non oporteat eos caput conquaſſare,ſicut alii faciunt, & nõ egeant membrorum prouocatione, quibus euomitur, neque eorum diſtenſione. Et manifeſtum eſt hoc procedere ex eis,qui inſtructi ſunt in hac actione plus,quã alii,& conſueuerunt omni die quando exeunt à balneo, euomitare,& ſumunt potum ante cibum. Quòd ſi aliquis dixerit quòd œſophagus obedit voluntati in huius actionibus,& ſi dixerit quòd ſtomachus obſequitur voluntati,& ſi dicat quòd vterque ei obſequitur, nihil in hoc caſu refert,in quo ſumus inter hæc,niſi quia alio modo,quam oportet, inquiritur, cùm intenderimus inueſtigare de motu membrorum : & non ſumus quidem contenti perſpicere ex quibus membris illi fiant motus, quin conſideremus cum hoc ſecundum quem modum fiat actio illorum. Et video manifeſtè in lingua,& in generationis inſtrumentis illa eadem membra, quæ mouentur: & cum hoc quoque video ſcientia manifeſta, quòd actio linguæ,quæ accidit,quando ducitur ab ore, voluntati quidem obſequitur:actio verò generationis inſtrumentorum non fit à voluntate tantùm,ſed ſæpius ſine voluntate, obſequendo ei, quod anima format, & imaginatur. In animali quoque ruminante,& in euomente facilè, meritò quiſquis fuerit, quæſiuit an illa actio fuerit ſolius œſophagi,vel ſtomachi,& ſimiliter habi-

A tudo in volũtate. Iam diuerſificati ſunt homines in hoc. Et quidam eorum actionem eius attractioni ſtomachi attribuunt. Et quidam eorum attribuunt eam compreſſioni quidem œſophagi,qua comprimitur id, quod diſcurrit per ipſum, & coarctatur. Qui autem in ſermone ſuo diſtinxit,& perſcrutatus eſt breuiter actionẽ membrorum,dixit quòd œſophagus ex duabus componitur tunicis: vna intrinſeca, quæ quidem obedit ſtomacho, per quam ipſe attrahit quod tranſglutitur, ſicut quod per manum trahit aliquis. Alia verò extrinſeca impellit comprimendo circumquaque rem, quæ tranſglutitur, donec ad ſtomachum perueniat,quemadmodum coqui faciunt, quando manibus ſuis comprimendo id, quod continent,inteſtina emungunt. Et quidam viderũt quod vtraque tunica œſophagi agit in tranſglutiẽdo,niſi quia maior virtus,ac dignior in hac actione,eſt in interiori tunica,& exterior ei facilè ſuffragatur. Et iam quidẽ de-
B claraui in libro meo de virtutibus naturalibus, quòd præcipua virtus, & maior,& dignior,quę ad tranſglutiẽdum operatur,eſt quidẽ tunicæ intrinſecæ œſophagi: actio autẽ,quæ eſt in tẽpore vomitus,quæ eſt contraria trãſglutitioni,fit quidẽ per aliã tunicã,ſcilicet extrinſecam. Oportet ergo vt ponamus cauſam in maiori parte, virtutẽ,quę eſt in ſtomacho expulſiuã:quę nõ eſt voluntaria,ſed naturalis. Et fortaſsis cauſa in illa operatione virtus eſt volũtaria. Et fortè virtus naturalis in illa habitudine,virtuti ſuffragatur volũtarię facilè, & modicũ. Sed quando vomitat homo ſine volũtate cibum,quando eleuatur ad orificium ſtomachi,ſicut accidit pueris dormientibus,oportet quidem exiſtimare quòd cauſa in illa actione eſt virtus expulſiua. Et hæc virtus etiam inuenitur in inteſtinis,& veſica manifeſtè,& matrice:& inue-
C nitur etiam non minùs in cæteris membris animalis omnibus:niſi quia in iſtis occultiùs inuenitur adeò, vt probatione indigeat. Et iam adinuenimus in eis probationes,& fundauimus in libro noſtro de virtutibus naturalibus.

De motu egerendi,& uomendi.

CAP. VII.

ET ſicut quidam vomitus fit à virtute naturali ſola, & quidam vel totus,vel maxima pars ipſius fit prorſus à virtute voluntaria,ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionem, id eſt, per anum,& in euacuatione quæ fit per vrinam,quando mingitur. Duplici quidem actione. Fortaſsis enim fiet hoc ab aliquo lacerti iuuamento,qui congruit ei,extrinſecus condenſando,& cõprimendo anum,vel fortè abſque illius lacerti iuuamento fiet ab inteſtinis vt egrediatur egeſtio,vel à veſica per vrinam. Et hoc fiet à dormiente:& prouenit hoc etiam
D propter vigiliam nimiam,vel propter multam materiã, quam quidem continent illa loca: vel propter materiæ punctionem, vt demum dimittatur abſque voluntate. Et illa loca non comprimantur à lacerto. Neque in illa quidem habitudine quicquam habeant de actione voluntaria,niſi tantum vnicam,ſcilicet relaxationis actionem:& circularium impedimentum lacertorum, qui continent quidem extrema lacertorũ illorum. Qui ne fiat abſque volũtate purgatio,ſolũ virtutem prohibent naturalem in eo,qui permanet in ſuo curſu naturali. Quòd ſi quidẽ accidat lacertis illis laxatio,aut incidãtur penitus,donec ſectio totaliter appareat,& egeſtio quidẽ, & vrina tunc progreditur prorſus abſq; volũtate. Et iam quidã in hoc loco litigium induxerunt,vt vincere videãtur,nõ ex eo quòd ſequerentur inde commodum, interrogantes an

actionis lacerti laxatio, comprimẽtis orificia meatuum, & impedimentum eius, de actione computentur voluntaria. Et dixerunt quòd actio quidem lacerti ſit per diſtentionem eius, & incuruationem, & non per relaxationem. Congruit itaque, in hoc capitulo ſententia eorum, qui ſentiunt quòd rerum virtutes æſtimandæ ſunt: cùm in eis iam conueniatur inquirere de nominibus. Reſtat autem cõcordes ſimus quòd lacerti, quando meatuum extremitates comprimuntur, non egreditur quicquam ab eis. Quando verò ab eius actione arcetur, quod in illis extitit meatibus egreditur. Meritò igitur dicit obiector, quòd illud, quod egreditur quidem ab illis meatibus, quando relaxatio vincit, illi quippe lacerto contingit actio non voluntaria, quæ fit per virtutem tantùm naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in ſua manente complexione, quando ſuffragatur lacertus illis conueniens inſtrumentis extrinſecus, actio fit voluntaria, veraciter erit ſecundum primam intentionem, vel viam, vel ſemitam primam, vel qualiter voluerit nominare. Et ſi quidem intendit voluntate ſua, illorum lacertorum impedire, vel laxare actionem, ipſis in ſua natura non permanentibus, illud, quod egreditur, actio voluntaria per ſecundam intentionem, & viam ſecundam, non primam appellatur,

De membris, quæ mouentur motu uoluntario.

CAP. VIII.

ET ſub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: imò quidem, ſi dignius eſt verum dicere, ſub hoc capitulo omnia, quæ quidem accidunt & arcentur, à noſtra voluntate continentur: quoniam ambulare, currere, calcitrare, & cæteræ, quæ pedibus actiones perpetrantur, voluntariæ dicuntur actiones, per intentionem primam. Similiter actiones, quæ manibus aguntur, voluntariæ dicuntur. Vox, & locutio dicuntur eſſe à voluntate, prima quidem intentione. Manuum autem, & pedum quietudo, & ceſſatio à ſermone, dicuntur actiones voluntariæ, intentione quippe, & ſententia ſecunda: quoniam ſicut quando membra noſtra volumus mouere, eſt illud, quod volumus, actio voluntaria, ita idem etiam quando nolimus ea mouere, erit quidem quod volumus: & hoc ſequetur præciſionem conſilii apud homines in aliqua actionum voluntaria. Nec hoc quidem currit in ſermone dúntaxat hominum, verùm reperitur ad inſtar hoc in ſermone Dei ſublimis viro comminantis, tempore neceſsitatis præſenti amico non ſubuenienti, in hunc modum dicentis. Nunquid tu præſens fuiſti, ac amico quidem tuo in mortis articulo iam conſtituto non ſubueniſti? déinde me fraudulẽter adiiſti, Egredere à meo ſancto altari. Et quidam hominum non admittunt hunc ſermonem: & exiſtimant quidem quòd non eſt appellanda cauſa illius, quod accidit, niſi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quę accidit: & cogitur, qui hoc dicit verbũ, dicere quòd qui ſe, ne in exercitum magnum vadat ex regis edicto ad pugnam, & ad ſupponendum ſe periculo, occultat, nullam pœnam meretur: quoniam pugnantes illius exercitus ſi ceciderint, ipſe cadet inter eos ratione cadentiũ, non quia ipſe occultauit ſe ab eis. Et determinaui inter eos, qui dicebant verbum hoc, & inter illos, qui aliud verbum dicebant, hoc modo diſcordiam magnam, & validam. Et iam orta fuerat ſæpius inter medicos & philoſophos diſcordia, atque altercatio, vtrum priuatio, vel non factio, eſſet quidem cauſa accidentiæ rei, quæ accidit. Et doctores legum, & reges, eos, qui ſe abſentant à pugna, & eam ſubterfugiunt voluntariè, acriùs

A puniunt, quàm illos, qui poſt victoriam hoſtium fugiũt. Illi enim, qui exiſtimant, quòd non eſt aliquid priuatum cauſa accidentiæ rei, non poſſunt ratione defendere ſe in aliquo contra illum, qui dicit, quòd illi, qui ſubterfugiunt pugnam timore cædis, vel mortis, iuſtè puniuntur: ſed contenti ſunt hoc verbum dicere, & ipſum ſæpius iterare, & ſucceſsiuè, cùm non poſsint declarare, atque oſtendere, quòd nequit aliquis eis ſufficienter probare, priuatum licet eſſe cauſam eius, quod accidit præſentialiter. Et quidam medicorum intendentes hoc fundamentum obſeruare, fundauerunt ſe ſuper ipſum, exiſtimantes quòd egreſſus egeſtionis, & vrinæ, quando fit abſque voluntate lacerti, qui eſt ſuper orificia meatuum, actio eſt naturalis, & non voluntaria, neque de actionibus animalibus prorſus. Sed qui ſophiſtarum relinquit altercationes, & contrarietates, & inten-

B dit in eis, quæ in arte iuuant, & medicinæ, concedit ei, qui vult actiones iſtas appellare qualitercunque, & intendit inſpicere qualiter ea, quæ iuuant, & vtilia ſunt, dúntaxat inueniantur, quod eſt qualiter hæ fiant actiones. Exempli cauſa, quòd in ſtomacho & inteſtinis, virtus viget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate ſua, vel qualitate nocua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non ſit nocuum quando non iuuat: & hoc quidem in membris in ſua manentibus natura, quando conſequitur ex hoc quòd continetur commodum per temperantiam. Et fortaſſe aliquid intendunt expellere membra in tempore indebito, & non opportuno, & imitatur ipſa lacertus, qui comprimit, & coarctat illorum orificia meatuum, vt quid expellat, donec tranſiliat, & egrediatur: & ſimiliter quando tempus accedit, quo ſentitur ille exi-

C tus ſuperfluitatum, ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quieſcit ab actione ſua, de quo ſermo præceſsit. Nec huius negotii fecimus mentionem niſi ob id, quòd ſermo ſe ingeſsit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intentione, quæ propoſito, quod intendebam, neceſſaria exiſteret præſenti. Nec eſt quidem abſurdum cum eo, quod præceſsit, rememorari quod ſum narraturus. Quod eſt, quia qui videt ophthalmiam patientem inſuetus hoc videre, oculi eius primò replentur humiditate: & ſi diutiùs inſpiciat, ophthalmiam quoque incurrit & ipſe: quia oculi formidantes ægritudinem debilitantur ex illa: & euaneſcit virtus illorum eſſentialis adeò, vt aliquid ab oculiis admittat vicinis, qui ſibi continuantur, quando fuerit in eis ſuperfluus humor, atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his ſimilia ex eo, quòd corpori communicat cogitatio, & compatitur in accidentibus, ſermone, quem ſcripſit in

D libro humorum huiuſmodi. Et fortaſſe quidem videt homo ſerpentem ſubitò, & in colore ſuo accidit pallor. Et fortaſſe quis incedens ſuper apicem pinnaculi, aut montis excelſi, timet, & pedes eius tremũt. Similiter quoque homo videt alium mingentem, aut egerentem, aut pandiculationes agentem, & ad hoc prouocatur idem operari, quaſi in membris ipſis viſio ſit intellectus, & inſpectio. Et manifeſtiùs hoc declaratur, ac liquidiùs, ſicut dixi in actionibus, quæ fiunt in lacertis: quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, quãdo voces imitantur, quales alios audiunt proferentes, cùm ignorent ipſi lacertos linguam mouentes, adeò vt incidant vocẽ inciſione locutionem formãte. Similiter accidit inſpiratio, & expiratio, anhelãte lacertum, quo hoc operatur, ignorante. Nõ eſt ergo mirandũ, linguam

quidem

quidem moueri à lacerto voluntate dúntaxat: ſed in ea virtutem eſſe, qua quidem perpendit quod appetit intellectus, adeò vt moueat ſe ipſam motu, vt ab ore quid educatur competenti. Et iam quidem prædixi qualiter hoc fiat. Et cauſam quidē quomodo hoc fit, ſcilicet linguæ raritatem, ac poroſitatem eius, ſicut in virga virili. Sed quia poroſitates in virga virili ampliores exiſtunt, augmentum virgæ virilis immenſum, multam aeris comitatur ſubſtātiam: linguæ verò poroſitates modicæ. Ideóq; non accidunt in ea raritates multæ, vel magnæ. Et huius generis quidem eſt, quod de dolore quæritur: quid nanque eſt, quòd illud, quod quidem incurrit occupatus ex aliquo, & negotioſus in loco, in quo eſt, apoſtema eſt minus. Quando ergo euacuatur, cum eo quoque, quòd ab eo non deſiſtit, augmentatur. Quidam autem dixerūt quòd pars animæ diſpoſitiua, & ordinatiua, qua fit ordinatio, quia cauſa motus exiſtit voluntarii, & ſenſuum omnium membrorum ſenſibilium, quando cogitatione detinetur, & occupatur alicuius rei, retardat præuentionem. Et quidam dixerunt quòd in ipſis mēbris eſt quædam virtus. Quādo ergo illa pars ad anguſtiā peruenit, ordinatiua animæ, & debilitatur, & euaneſcit, & etiam laxatur: res autem debilitata, & euaneſcens, habet neceſſe vt contra id, quod nocet ei, validiùs inſurgat. Et hoc quidem excogitauit vir quidam philoſophus, cuius philoſophia, atque prudentia pura quidem, & non turbata fuit, neque inuidia ducebatur, veritatem ſecutus nō verbo tātùm, ſed etiam opere. Percuſsionem ſuſtinuit is in femore, ex qua ſibi contingit apoſtema. Factum eſt ergo per hoc in quo dubitauit: & illud fuit, quoniam mirabatur ad plurimum qualiter languor eius nocte magis intendebatur, cùm etiam maioribus vteretur remediis in tenebris, & pedes eius tunc magis otiabantur, quàm in luce, & totum corpus eius erat opertum, & calefactū. Et ipſe dixit, quòd ſicut reuelatum fuit, illud quidem non fuit, niſi quia nō erat de nocte alio negotio occupatus videndi, vel audiendi, neque aliquid agēdi, neq; in aliquo proſpiciendi, nec cogitandi, ſed eius cogitatio conuertebatur in apoſtema coxæ dúntaxat. Et dixit quòd acciderat ei apoſtema priùs ſemel in oculis ſuis, & dolebat nocte vehementiús. Et illud eſt, quoniam ſicut quando oculus ſanus aſpicit alium oculum ægrotum, & intendit circa ægritudinem cogitare, & imaginari, etiam ipſe oculis ægrotat. Sic ita nō eſt mirandum vt cogitatio operetur, ac imaginatio illud. Et quanuis ſit in ægritudine femoris, quia diſpoſitio eius, licet admodum ſit modica, tunc tamen ægritudo intenditur, & augmentatur. Hæ autem res, licet ad veritatem earū nō attingamus perfecta probatione, quod tamen de eis dicimus firmè, eſt ſufficiens & poſsibile eſt vt non ſit ſufficiens tantùm, ſed verum.

De motu palpebrarum.
CAP. IX.

ET iam tempus eſt vt ad aliam ſpeciem motuum liquidorum redeamus, ac ſi ſit conuerſio eius, quod narrauimus: quoniam ſicut quædam membra reguntur in virtutibus naturalibus, & motus in eis apparent animales, vel actionibus permiſti naturalibus: ſic inuenio alia membra, quaſi voluntatem ſequētia, & voluntas eis prædominatur dominio manifeſto. Et cum hoc inuenio quòd permiſcentur eis motus naturales, ſicut motus palpebrarum: quoniam quidem hæc actio erit in pluribus hominibus abſque voluntate: & non reperies aliquē ferè, qui ſic arceat palpebras ſuas, vt non moueat eas, & apertis permaneat oculis vſque dum velit eos claudere, & claudat niſi raró.

De motu clibani pectoris in tuſsi, riſu, & ſternutatione.
CAP. X.

ETiam inuenimus quoque in motu clibani pectoris totius in tempore tuſsis, riſus, ac ſternutationis, locum ambiguitatis. Et hoc quidem eſt, quoniam iſtud mēbrum animalis mouetur vtique ſemper per lacertum: & initium motus lacerti mouentis ipſum, procedit à fundamento neruorum, & origine illorum, adeò quòd homo, ſi intenderet illis neruis, & illos amputaret omnes, incōtinenti prępediretur anhelitus illius animalis. Et ſi quis voluerit forti conamine tuſsi reſiſtere, vt fortaſsis valeat anhelitū arcere, ac continere propter tuſsim paululùm, ſi fortis fuerit virtus in arcendo, & comprimendo anhelitum ſuum dominando ei, diuturniori tamen tempore non poterit reſiſtere, quin deficiat, & vincatur, donec ſiue velit, ſiue nolit tuſsiat. Similiter fit in ſternutatione: quoniam nequit actor eius ipſam comprimere, quando violenter inuadit. Eodem quoque modo hoc quidem inueſtigatur & anhelitus. Et quidam exiſtimauerunt quòd anhelitus eſſet actio naturalis, non voluntaria, ob id ſi quidem, quia viderunt eam in ſoporato, & apoplectico. Et iam ſufficienter quidem expoſuimus de anhelitu in tractatu ſecundo libri noſtri de motu lacertorum: & librum noſtrum inſpicienti competit quod ibi diximus de anhelitu, ad tuſsim reducere, & ſternutationem. Riſus autem incitatus ex eo, quòd ſuperficialia tanguntur loca ſub axilis, & volæ pedum, non quidem ſub hoc capitulo compræhenditur. Neque video quidē ad cognoſcendam cauſam, propter quam ſi tangantur huiuſmodi loca, huiuſcemodi tactu moueantur motu huiuſmodi: velut quando aliquid videtur riſibile, vel auditur ſecundum aliquam ſemitā penitus: nec ad cognoſcendam cauſam, propter quam quando ſimilia viderimus iſtis, vel audierimus, corpus prorumpit in motum riſus: & ſi velimus arceri ab eo, & continere quanto poſſumus conamine ſoliciti. Tuſsis verò, ſternuationis, oſcitationis, ſingultus, pandiculationis habitudinem narraui quidem in cauſis accidentium.

De motu gutturis in deglutiendo.
CAP. XI.

COntentus ſum autem impræſentiarum ponere, quidem exemplum ad inquiſitionem aperiendam de actionibus ambiguis, de quibus hæſitatur quomodo fiāt. Et iam aliquid ex hoc narraui in tractatu ſecundo libri mei de anatomia viuorum animalium. Nunc autem narrabo modum in alia ſpecie animalium, cauſa quippe exercitii, conſcius inter omnia, nihil eſſe vtilius ei, qui voluerit acquirere ſecundum habitudinem & modum in arte medicinæ, vt in pluribus exercitetur exemplis. Cùm in tranſitu eius, quod tranſglutitur in œſophago plures diſcordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere qualiter rei veritas reperiatur. Et primò narrabo ex anatomia totam formam œſophagi qualiter ſit: déinde poſtmodum omnia alia membra, quæ ſibi continuantur. Et primum eorum, quæ ſibi continuātur, & dignius omnibus eſt ſtomachus. At quidem ſi aliquis dicat œſophagum ipſius eſſe partem, non verebitur hoc dictum, neque verecundabitur. Secundū autem de iis, quæ cōtinuantur œſophago, eſt nodus gutturis: demū lingua, atq; os. Et illud eſt, quoniā vna tunicarum œſophagi, ſcilicet interior in ſua natura neruoſa, cūcta, quę ſunt in ore & nodo gutturis, inuoluit. Et videtur apparibiliter (quādo id, quod tranſglutitur ad ſtomachum, per œſophagū tranſmittitur) de ſuo loco nodus gutturis moueri primò, &

mò, & ad partem gutturis eleuari. Quando autem, quod transglutitum est, residet in fundo stomachi, nodus gutturis incontinenti subtrahitur, donec ad pristinum locum redeat. Et ex hoc quidem, quod apparet in hoc capitulo, nobis aperitur initiũ inquisitionis: & oritur quæstio, an nodus gutturis tres habeat partes, quæ sint, nomen nõ habens, peltaris, & cymbalaris: & an nodus gutturis in aliquo suffragetur, semetipsum erigẽdo ad trãsglutiendum nutrimentũ. An quidem moueatur motu aliquo, quem agit, & operatur deuoratio: postquam autem cogitauit ille, qui magnæ fuit inuestigationis in inquisitione huiusmodi actionis, quòd antecedit deuoratio transitum eius, quod transglutitur in ore, & gutture, indagauit an in motu nodi gutturis sit aliquod instrumentorum, quod actionẽ operetur illam, scilicet trãsitũ nutrimenti in ore, & gutture: an non sit ad hanc causam possibile vt nodus gutturis attrahatur sursum: sed sequatur necessariò motum membrorum, quibus fit transitus nutrimenti in œsophago. Deinde nescio qualiter discordauerunt, vt quidam essent quibusdam contrarii. Et duę illarum sectarum antiquiores, à veritate fuerunt remotiores, quæ iudicarunt quòd nodi gutturis eleuatio, atq; erectio motum quidem linguę contingit: qui mouet eam immittendo quod trãsglutitur, donec ipsum ad œsophagum perducit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipse quidem existimauit quòd lingua quando magis flectitur in transglutiendo, sursum attrahit duos lacertos: & attrahunt sursum illi duo lacerti nodum gutturis per attractionem suam: quoniam inter radicem linguæ, & nodum gutturis infiguntur: propterea quidem quòd continuantur chartilagini, quę scuto assimilatur. Et assertores huius verbi existimant quòd duæ duorum lacertorum extremitates horum desinant in chartilaginem. Cùm omnes ergo, qui profitentur anatomiã, in hoc quidem cõmunicent, quòd cuiusque lacerti corpus quando operatur, & agit, versus caput suum retrahitur, non est ergo mirandum, si quando lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorum lacertorum versus caput, eorum corpora vnumquodque duorum sursum contrahit, & loca eorum iuxta linguam, & secũ quoque chartilaginem sursum scuto similem. Cùm ergo residuæ chartilagines duæ nodi gutturis huic continuentur chartilagini, totus idcirco nodus gutturis eleuatur, atque erigitur. Quòd si res sicut existimarunt, quod apparebat in anatomia, se haberet, verbum, quod dixerunt, omnibus, quæ dixerant, sufficientius esset. Sed quia duo lacerti, qui chartilagini quidem continuantur scuto simili, non continuantur vtique cum lingua, sed capitum eorum origo existit à duobus ossis lateribus, quod lambda literæ Græcæ assimilatur, eorum patet error: qui quidem existimauerunt quòd chartilago nodi gutturis assimilata scuto mouetur, siquidem motu linguæ per attractionem duorum lacertorũ, quos prædiximus, sursum. Et quanuis etiam cum hoc quòd existimauerunt, verum existeret quod apparebat in anatomia, non quidem cum chartilagine scutea sursum quidem attractæ duæ chartilagines residuæ de chartilaginibus nodi gutturis attraherentur, cùm in eis distinctiones essent manifestæ valde inter quasdam chartilagines adinuicem. Quòd si quidem in animali intendas mortuo, illos duos lacertos sursum trahere, videbis & chartilaginem vnicam sursum trahi parum: & non videbis ipsum mouere nodum gutturis totum per motum eius. Et hoc apparet in cæteris lacertis nodi gutturis, quoniam vnusquisque eorum mouet quidẽ chartilaginem illam, quæ continuatur cum eo duntaxat,

A motu facili valde. Et manifestior quidem modus, quo deprehenditur error huius sententiæ, est, quod in animali viuo apparet: quoniam si tu duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labia coniungas vulneris, & vinculo constringas, & dimittas animal agere quodlibet, videbis post modicum temporis ipsum transglutire cibum suum, & potum, & mouebit nodum gutturis sui, sicut prius. Neque hoc faceret si fortè lacertus, qui ipsum mouet, amputaretur. Et quod non prolongetur spatium temporis inter incisionem illius lacerti, quam facis, & quod de hoc dixi, oportet videre. Est ergo vt animal, quod incidis, & scarificas, priùs affligas fame, vel siti: & quod de hoc dixi, est superfluũ, quo ad illud, quod necesse habetur cum eorum ignorantia. Cùm quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem huiusmodi sententiæ, & consilii detegendum. Quoniam quidẽ hos duos

B lacertos infixos esse video in duobus lateribus ossis lambdæ literæ assimilatis: & duos alios lacertos video à summo vniuscuiusque laterum illius ossis oriundos, abinde versus linguam tendentes, duobus quippe lacertis continuatis ad nodum gutturis discurrentibus. Et videtur mihi quòd decepti sunt, & errauerunt in anatomia simiarum: quoniam in hoc quidem animali reperiuntur duo capita duorum lacertorum superiorum iuncta duobus duorum lacertorum capitibus inferiorum, ita quòd se contãgunt, quando animal carnosum extiterit, & delicatum: & hoc erit præ angustia duorum laterum ossis lambda literæ Græcæ similis, & subtilitate vtriusque. In animali verò, cuius duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidem capita istorum duorum lacertorum videbis adinuicem seiuncta manifestè: & maximè quando animal extiterit magnum, vt taurus, & si-

C milia. Et inter illa capita, distantia quoque longitudinis est sensibilis in omnibus animalibus dentatis. Studeas igitur exerceri quidem primò in huiusmodi speciebus animalis, vt inter capita lacertorum horum, de quibus fui locutus, bene distinguas: deinde hoc idem in equis, & in cæteris habentibus vngues coneris. Quando igitur hoc feceris, poteris inter vtrunque bene distinguere. In simiis etiam facile: & maximè quidem si priùs exercueris in simiis, quarum capita capitibus canum assimilantur. Et quando fuerit animal antiquius, & macrius, anatomiam omnium lacertorũ meliùs perscrutaberis. Post autem quàm perfectè deprehẽdimus, & verè scimus quòd huiusmodi verbi professores, quod perscrutati sumus, errauerunt in eo: consideremus igitur an ab alia re, quæ sit in ore de membris, sit causa attractionis, & erectionis nodi gutturis tempore transglutitionis: & aperiam inspectionem inquirens secundo,

D cùm inter ipsum, & œsophagum sit communicatio nõ modica per tunicam quidem interiorem, in qua substantia carnis est modica valde: deinde cessat in ea caro annihilari paulatim, donec ea priuetur penitus: & fit in modum pelliculæ spissæ, qua totus nodus tegitur gutturis, & os, & cum ea tegitur superior pars linguæ. Etiam vidi semel quosdam brutorum animalium medicos, ac chirurgicos volentes in œsophagum infundere quædã quibus infunduntur animalia: & tenebatur eius lingua cum mandibula fortiter inferiori, ita quòd nõ mouebatur. Et memini quorundã, quę infunduntur hominibus, quãdo apoplexiam incurrunt. Nos quoque intendimus faucibus oris quidem, & ponimus quædam in eis cibaria humida liquida, & in radicẽ linguæ immitto, & infundo quod est in vase in œsophagum: & video quòd nodus gutturis tunc eleuatur. Et ex hoc patet manifestè quòd

eleuatio

eleuatio nodi gutturis eſt accidens ineuitabile tranſitus eius, quod tranſit per œſophagum. Et fortaſſe ponimus in œſophago grana modica rotunda, quo quidem tranſglutiantur narcotica, & quædam pharmacica, & quædam quippe, quæ alia opera faciunt, retenta cum extremitate linguæ, vel interiùs impulſa, ne prohibeat digitos noſtros, quibus intermittuntur grana, donec ad principium perducantur œſophagi: neque tamen ex hoc huiuſmodi veritas patet verbi, verùm etiam ex hoc, quòd non eſt poſsibile, vt alius excogitetur modus, quā iſte, quem dixerunt quidam in lacertis, quo liceat linguæ, quando mouetur, ad ſe nodum gutturis attrahere. Et illud eſt, quoniam cùm radix linguæ, & duo lacerti deſcendāt ad ipſam à duobus locis, quæ prædiximus, oportuit illis duobus lacertis linguam, neque aliquid aliud moueri: quoniā verbi, quod author aſſerebat, quòd poſſibile quidem erat nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis ſurſum deſcendentibus ad chartilaginem ſcuteam, error eius detectus eſt, & patuit falſitas. Cùm ergo ſit hìc quidem exiſtimare alium modum, quo poſsit hoc ſtare præter hunc, manifeſtè patet hoc eſſe falſum: neque aliquis aliud poterit dicere. Similiter etiam nullus poterit dicere, niſi quòd motus nodi gutturis erit cum tranſitu eius, quod tranſglutitur in œſophago, non cum actione linguæ: cùm actio quidem linguæ tranſitū eius, quod in œſophago trāſglutitur, antecedebat: déinde quieſcit, & præpeditur tempore, quo cibus in œſophagū tranſit. Reſtat ergo nobis indagare cauſam, propter quam mouetur nodus gutturis cum tranſitu rei iniectæ in œſophago à principio vſque ad finē, donec incipiat eius motus, quando iniectum inchoat in œſophago tranſire, & quieſcit, quando quieſcit illud, & reſidet. Et res etiam patet, & manifeſtatur ei, qui non exercuit cogitationem ſuam multo exercitio, quod non poteſt eſſe, quin ſit vno duorū modorū, ſiue quòd nodus gutturis innatū habeat intellectū, quò moueat ſe ipſum, cùm videat hoc eſſe ſibi melius, ac dignius, ſiue quòd eleuetur per attractionem. Cùm ergo primum dictum ſit abſurdum, reſtat vt ſecundum ſit verum, ſcilicet quod nodus gutturis eleuetur, quādo trahit ipſum œſophagus. Et approbat hoc eſſe verum, & atteſtatur naturalis, quo declarauimus, quòd in omni membro virtus eſt attractiua, qua quidē id, quod eſt ſimile, attrahit ſibi, & aſsimilat: quemadmodum in vnoquoque ipſorum eſt virtus expulſiua ad id, quod eſt contrarium ei, & odit. Quod ſi eſt verum, eſt quod declarauimus, quòd deſiderium eſt actio oris ſtomachi, & quod œſophagus attrahit, quemadmodum res attrahit manu, quod competit ei, & deſiderat quod eſt in gula. Tunicæ verò alterius pellicula, quæ currit, & inueſtit in circuitu ſecundum latitudinem, vtilis eſt quidem, & ſuffragatur, quando ſtomachus quidem ad euomen-

A dum aliquid mouetur. Similiter pellicula quædam, quæ eſt in inteſtinis omnibus, inueſtit in circuitu in latū: nec aliqua pellicula in eis exiſtit, quæ aliter, quàm hoc modo inueſtiat, quoniam natura non aptauit ad attrahendum aliquid conueniens, ſed ad educendum quod in ſtomacho ſuperfluit, ſicut explicui in libro meo de virtutibus naturalibus. Probationes ergo ſecundum hāc viam apud eum, qui cogitationem ſuam circa virtutes actionum exercuit naturalium, ſunt veriores, & magis vrgentes, & ad credendum digniores, quàm argumenta, quæ ſunt præmiſſa. Ille autem, cui non eſt inſitum à Natura, nec eſt aptus ad intelligendum ſubtilia, neque cogitationem ſuam circa doctrinam eorum, quibus verè comprehenditur cognitio, à pueritia exercuit, nec poſteà in ſcientia rerum naturalium intentionem ſuam diu appoſuit, probationes, quæ fiunt ſenſui manifeſtè ſecundum modum illarum, quas ſuperiùs narrauimus, non

B erunt ei firmiores, & magis vrgentes. Non enim proſpexit, & ſciuit quòd Natura nil operatur fruſtrà, & incaſſum. Et quia vna tunica, ſcilicet interior œſophagi, ſola videtur habere ſolicitudinem apparabiliter in œſophagi actione, non reputo quenquam ad tantam deueniſſe ignorantiam, quòd dicat, quòd ſtomachus attrahat id, quod competit ei per pelliculam, quę diſponitur circulariter in latum, & expellat per pelliculam, quæ tendit linealiter in longum: niſi quis in hac vita nihil de hoc excogitauit, ſed acquieſcat quidem ei, quod nouit ſenſu, donec ipſum veraciter compræhendat: veluti quidam oſtendere volens cuidam volenti hanc viam in gallo, quòd pellicula, quæ diſponitur in latum, quæ eſt in tunica œſophagi exteriori, quando amputatur amputatione in longum, videtur illud animal traiicere. Et manifeſtum eſt quòd hac vtique anatomia debemus vti in gal-

C lo, fame priùs afflicto. Et illud eſt, quoniam poſtquam fuerit vſus hac abſciſione ſecundum rectitudinem facta in longum, cùm non in aliquo ſibi, quo ad conſeruandum vitam officiat, ipſe quidem comedit, & bibit prius, quàm locus vulneratus apoſtemetur, & doleat: & tunc abſtinebit ab eſu, & potu. Et non ſic quidem declaratur ei, cuius hæc fuerit via ſua, ſcilicet de tunica œſophagi, cuius villi tranſeunt linealiter in longum: & non quia cū interiori parte nodi gutturis continuetur. Hoc quidem modo factum, in quo ſumus, magis declarabitur, quàm illo modo, quem prædiximus: neque declarabitur ei cuius fuerit hæc via ſua, id quod accidit quibuſdam piſcibus, ſcilicet chamæ, & illi, qui vocatur ſonedis, quòd ſtomachus vniuſcuiuſque illorum, quādo intenſa fame conatur aliquod animal minus eo capere, & euadet illud, ſæpius inuenitur erectus vſque ad os ſuum. Et hoc quippe, quia in his animalibus appetitus valde intenditur, & ſuperat.

CLAVDIO

CLAVDIO GALENO

Attributus Liber De dissolutione Continua Corporis Humani, & de natura alimentorum, quibus, quod effluxerit restituitur.

QVIA corpora hominum ſunt in continua diſſolutione, & propter calorem naturalem, qui eſt in ipſis, & propter calorem aeris circundantis ea extrinſecus, fuit neceſſarium reſtaurare in eis quod diſſolutum eſt de ipſis. Ideóque fuerunt neceſſarii cibi, & potus: & fuit infuſa in ipſis virtus appetitus ad cognoſcendã horam neceſsitatis eorum, & quantitatem aſſumendam de eis, & ſpeciem conuenientem eis. Verùm quia non reſtauratur id quod diſſoluitur, nec ſtat loco eius, niſi ſit ſibi ſimile, nec inuenitur in cibo, & potu aliquod ſimile ei, quod diſſoluitur de corpore, ideo fuit neceſſarium Naturam mutare cibum, & potum, vt ſtet loco eius, quod diſſolutum eſt, & ingrediatur in locum eius. Neque poteſt virtus, quæ mutat, & conuertit cibum, & potum in corpore hominis, facere quod mutetur, & conuertatur, niſi quod eſt ſimile corpori, & proprium. Et quoniam non tantum, quod comeditur, & bibitur, aſsimilatur corpori, ideo non eſt dubium quin remaneat ex cibis, & potibus ſuperfluitas in corpore: quam de corpore mũdificare oportet, & ab eo eiicere. Nam ſicut ciborum, & potuum quãdo intrauerint ſtomachum, operatúſque fuerit in eis ſtomachus ſuas operationes, eorum pars tranſit ad hepar, & reſiduum fit egeſtio mundificanda de corpore, ſimiliter faciunt organa corporis, & loca, ad quæ peruenit nutrimentum ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum, qui vult cuſtodire ſanitatem, ad duas res intentionem ſuam dirigere, quarum vna eſt ad corpus cum cibo conueniente, loco eius quod diſſolutum eſt de ipſo. Alia eſt mundificatio ab ipſo eius, quod generatum eſt de ſuperfluitatibus ciborum. Verùm oportet te ſcire diuerſitates naturarum ciborum, & diuerſitates naturarum corporum, & nocumenta eorum, vt ſcias conuenientiam cuiuslibet ſpecierum, ſiue cuiuslibet differentiarum hominis, propterea quòd naturæ ciborum ſunt diuerſæ. Nam eorum quidam ſunt temperati, ſicut ex quibus generatur ſanguis purus & mundus, & quidã eorũ ſunt non temperati, ſicut ex quibus generatur ſanguis cũ cholera, aut phlegmate, aut cholera nigra ſuperfluè, aut ventoſitas craſſa, & inflatiua. Et eorum quidam ſunt craſsi, & quidam ſubtiles, & quidam, ex quibus generatur humor viſcoſus, & eorum, ex quibus generatur humor, ſine viſcoſitate nocuus, & eorum, qui iuuant propriè naturas

A alicuius membrorum, & non alias. Et corporum quædã ſunt tẽperata etiã, quibus dominatur naturalis ſanguis purus, & mũdus: & quędã ſunt nõ tẽperata, & dominatur eis phlegma, aut vna ex choleris, ſiue vna duarum cholerarũ, & quædã eorũ ſunt rara, & velocis diſſolutionis: & quędã ſunt ſpiſſa, & tardæ diſſolutionis: & quędã, quæ in omnibus membris ſunt ſana, & quædam ſunt, quæ ſunt læſa in aliquo membrorum, & non in aliis. Itaque oportet quando dominans eſt ſecundum corpus ſanguis mundus, quòd miniſtrẽtur cibi ęquales in quantitate, & temperati in naturis ſuis: & quando eſt phlegma dominans, oportet quòd ſint cibi calefacientes, & exiccantes, & nutriatur cum his, quæ addunt in caliditate, & conſumunt humiditatem. Et quando ei fuerit dominans cholera, oportet quòd nutriatur cum iis, quę extingunt choleram, & addunt in humiditatem: & quando ei nigra cholera dominatur, oportet quòd nutriatur cibis calidis, & humidis. Et quando corpus eſt ſpiſ-

B ſum, & tardæ diſſolutionis, oportet quòd nutriatur cibis paucis, & ſubtilibus, & humidis, quia paucum eſt, quod diſſoluitur de corpore. Et quando corpus fuerit rarum, oportet quòd nutriatur cibis multis craſsis, ſiccis, & viſcoſis, propter multitudinem eius, quod diſſoluitur de corpore. Et hoc regimen eſt conueniens de neceſsitate, niſi ſit in aliquo membrorum corporis læſio, aut dolor: quia quando fuerit læſio, aut dolor in aliquo membrorum, oportet quòd fiat conſideratio de cibis conuenientibus membro dolenti: & ſi fuerit diuerſum à neceſsitate reſidui corporis, ſicut quando hepar eſt frigidum, & ſtomachus, & in viis ſunt oppilationes, oportet quòd adminiſtrentur cibi ſubtiles, & dimittat cibos craſſos, & ſi ſit reſiduum corporis præter neceſſitatem eorum propter maiorem tenuitatem, & raritatem, vt non faciant cibaria craſſa opilationem in he-

C pate. Aut ſi eſt aliquando hepar calidum, prohibebis cibaria dulcia, & ſi ipſi corpori conueniant, propter velocitatem conuerſionis eorum in choleram rubram. Et quando ſtomachus eſt debilis, oportet cõfortare ipſum nutrientibus: & quãdo eſt quòd in ipſo generatur phlegma, opportet ipſum lauare, & abſtergere: & quando eſt quòd in eo cholera generatur velociter multa, conueniunt quæ extinguunt acuitatem choleræ, aut quòd prætermittantur res generantes ipſam. Et ſi eſt aliquando cibus remanens natans in orificio ſtomachi, miniſtrentur cibi craſsi ponderoſi, vt ponderoſitate ſua deſcendant in fundum ſtomachi: & præcipias ei quòd paulatim moueatur poſt cibum, vt declinet cibus de ore ſtomachi: & quãdo hoc nõ fecerit, nõ eſt neceſſe

quod

quod memorauimus de cibo & motu. Et quando eſt deſcenſus cibi de ſtomacho ante digeſtionem ſuam, indigemus his, quæ ſtringunt, & retinent. Et quando eſt ſuperfluitas cibi difficilis deſcenſus de ſtomacho & inteſtinis, indigemus his, quæ deſcendere faciant, & ventrē mollificent. Et quando caput eſt calidum ſuſcipiens vapores, prætermittamus cibaria calida, & ſicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet quòd non ſis cō tentus his, quæ memorauimus, ſine conſideratione ſcilicet quantitatis motus ante cibum & ſomnum poſt. Nam quando eſt motus ante cibum multus, ciba bene, non cibis multis, craſsis, viſcoſis, ad ſiccitatem declinantibus, qui ſint difficilis diſſolutionis: neque iniungas ei diætam, quia parum conuenit ei. Et quando non eſt ante cibum motus, vel eſt paucus, oportet quòd non ſit contentus diæta, cùm ſcilicet paucis cibis, & ſubtilibus ſine adiutorio, in purgando cum medicina laxatiua, vel cum balneo illud, quod generatur in corpore de ſuperfluitatibus: & quandoque cum prouocatione vrinæ, & cum minutione ſanguinis. Et quando motus eſt conueniens, dabimus cibos temperatos in ſubtilitate, & craſſitie. Et quando eſt ſomnus poſt cibum multus, oportet quòd donemus cibos multos, & craſſos. Et hoc conuenit fieri in hyeme, propter longitudinem noctis, & multitudinem ſomni. Et quando ſomnus eſt paucus, & leuis, ſubtilibus nutriatur, ſicut in æſtate, propter breuitatem noctis, & paucitatem ſomni. Et dicamus quòd oportet quòd menſuremus in cibis quatuor modos. Primus eſt, quòd nutriatur corpus bonis cibariis hora, qua nutritur, ſicut antè memorauimus: quia quando eſt dominans ſecundum corpus caliditas, indigemus cibis frigidis. Et quando dominatur ei frigiditas, indigemus cibis calidis. Et quādo eſt temperatum, conueniunt ei cibi temperati ſimiles. Et quando eſt aliquis ciborum præter bonitatem, nec eſt ei conueniens, oportet ne ſit ſimplex, imò admiſceas ei alios, & comedas cum eo cibos conuenientes, vt rectificetur quod cum eo timetur de nocumento cibi mali, quibus vtitur cum eo. Similiter & modus ſecundus eſt menſura etiam ciborum ita, vt ſint in menſura virtutis digeſtiuæ: quia & ſi eſt cibus in ſe ipſo bonus, & eſt corpori conueniens, & eſt virtutem digeſtiuam debilitans quantitate ſua, generatur ex ipſo nutrimentum malum. Et modus tertius eſt prætermittere ex cibariis, quæ oportet prætermittere, & poſtponere quæ oportet poſtponere. Verbi gratia, quia aliquando aggregat homo cibos lenientes corpus in vna comeſtione, & cibos ſtypticantes ipſum: quod ſi præmiſit lenitiuum, & ſecuti ſunt ei alii, leuiter deſcendunt cibi poſt digeſtionem ſuam. Sed quando præmiſit ſtypticum, & ſecutus eſt leniens, non deſcendunt, ſed corrumpitur totum. Et hoc ideo, quia lenitiuus ſeparat inter ſtomachum & inter deſcenſum cibi ſtyptici, & remanet in ſtomacho poſt digeſtionem ſuam, & corrūpitur, & corrumpit corruptione ſua cibum alium. Sed quando eſt cibus leniens ante ſtypticum, leniens deſcendit poſt digeſtionem ſuam, & ſtypticum leuiter per vias deſcendit. Et ideo ſi aggregat aliquis in comeſtione vna cibos velocis digeſtionis, & alios duræ, & tardæ digeſtionis, præponat cibos duræ, & tardæ digeſtionis in fundum ſtomachi: propterea, quia fundus ſtomachi eſt calidior, & potentior ſuper digeſtionem, propter multitudinem compactionis eius, quæ eſt in eo de partibus carnis: & ſuperius ſtomachi eſt neruoſum, frigidum, debilis digeſtionis: & ideo quando natat cibus in ſtomacho, nō digeritur. Et modus quartus eſt aſſumptio ciborum in hora ſua: & ideo qui accipit cibum ſecundū poſt deſcen-

A ſionem primi, & præmiſit motum ſufficientem, & ſecutus fuit ſomnus ſufficiens, fit bona digeſtio: & qui accipit cibum, & remanſerunt in ſtomacho, aut inteſtinis reliquiæ in quantitate ex priori cibo preter digeſtionē, corrumpitur cibus ſecundus cum reliquiis primi. Et qui comedit cibum poſt motum ſufficientem, & accipit ſuper mundificationem, & ſuper neceſsitatem corporis, inuenit cibus calorem naturalem, ſicut ignis quando ardet: & qui ſumpſit cibum præter motum, & accipit præter mundificationem, & præter neceſsitatem corporis, inuenit cibus ſecundus calorem naturalem ſubmerſum, ſicut ignis, quando operitur cinere. Et in quo ſomnus ſequitur cibum, reuocatur calor naturalis in ipſo, & aggregatur in interioribus corporis, & digerit cibum: et in quo motus ſequitur cibum, deſcendit cibus de ſtomacho præter digeſtionem ſuam, et intrat venas ſine mutatione, et adducit in hepate oppilationem, et renibus,
B & reliquis membris, et morbum. Et aliquando eſt membrum debile vt ſtomachus, et natat in ipſo cibus. Et nō iniungas ſomnum, donec non deſcenderit cibus de ſtomacho. Et ſumant immediatè aliquid de vino, vt deſcendat cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu, donec deueniat in fundum ſtomachi: et antè præcipias eum mouere parum, ſicut memorauimus iam. Nec oportet vnquā quòd accipiat ex vino multum in principio acceptionis cibi, ne deſcendat cibus cum vino et prohibeat digeſtionem, propterea quòd ſeparet intra ſubſtantiam ſtomachi, et inter cibum. Et quando non tangit ſtomachus cibum, non mutat in ſimilitudinem corporis conuenientem: ſed remanet in ipſo indigeſtus. Et debent iſti, qui accipiunt cibum, cum ipſo ſumere de vino quod ſolum ſedet ſitim. Et abſtineant ſe cum quātitate, qua poſsint: & quieſcant donec digeſtio fiat. Poſteà ſumant de vi-
C no prout optauerint. Nam ipſum adiuuat ad deſcenſum cibi, et ſubtiliat vt penetret, et vt ingrediatur in venas ſubtiles. Et debet ſimiliter eſſe acceptio cibi in hora motus appetitus, propterea quod quando mouetur appetitus, et non incipit accipere cibum, attrahit ſtomachus ex ſuperfluitatibus corporis: quæ cùm intrent ſtomachum, deſtruunt appetitum, et corrumpunt cibum, quando admiſcetur ei. Et melior horarum in accipiendo cibum, eſt hora frigiditatis, propter aggregationem caloris naturalis in interiortbus corporis. Sed in hora caliditatis oportet quod dimittatur acceptio cibi: quia caliditas aeris attrahit calorem naturalem ad exteriora corporis, et euacuatur ab interioribus, et debilitatur calor in interioribus corporis ad indigeſtionem. Et propter hoc eſt quòd antiqui præferebant cœnam prandio, præcipientes quòd ſumeretur plus in cœna, propter aggregationem caloris in interiora corporis frigiditate noctis, et ſomnum: quia caliditas in ſomno reuocatur,
D & calefacit interiùs corpus, & infrigidat extrinſecus. Sed in vigilia accidit contrarium huiuſmodi: quia calor extenditur in exteriora corporis, & debilitatur in interioribus. Et ideo neceſſarium eſt quòd homo, cui eſt dominium complexionis calidæ, et cuius ſtomachus eſt calefactionis velocis propter generationem choleræ citrinæ, & cui generatur in ſtomacho, aut effunditur ei multa cholera citrina, nutriatur cibis craſsis duræ digeſtionis: & digerit eos, & non digeret cibos leues ſubtiles velocis digeſtionis: quia cholera eſt potentior ſuper leuibus cibis, & corrumpit eos, & non eſt potens corrumpere craſſos. Et ideo inuenimus homines, qui digerunt carnes bouinas, & non digerunt carnes pullinas, & quæ ſimilantur eis ex cibis leuibus. Et cōſuetudo in eis addit magnam partem: quoniam qui conſueuit

ſueuit prandere,& remouetur ab eo,& eſt cōtentus cœna,magnificat nocumentum ſibi:& qui conſueuit ſumere cibum in aliqua hora determinata,& mutatur ad aliā præter iſtam horam, declarabitur ſibi hæc permutatio nocua. Et ſi mutauerit cibum ex horis malis ad horas bonas, & debet propterea imitari conſuetudinem, quando eſt antiquata,& longa,& ſi ſit non bona, quando non adducit aliquid neceſsitatis ad mutationem ſuā. Nam conſuetudo eſt natura ſecunda, ſicut memorat ſapiens Hippocrates. Quòd ſi eueniat aliquid vi ducens, quod mutetur ab ea, conuenientior rerū eſt in eis, quòd mutetur ab ea paulatim. Et appetitus etiam in opere digeſtionis cibi eſt maior pars, quia ſignificat ſuperconuenientiam,& bonitatem. Et quando ſunt cibi duo æquales in bonitate,& eſt neceſsitas appetitus de eis ad vnum eorum declinans, conſentiemus dare rem appetitam præ alia, quia conuentior eſt naturæ ſuæ, & leuior ea in digeſtione. Et quando duo cibi ſunt,& vnus eorum eſt melior altero, & neceſsitas appetitus in eo eſt ad peiorem declinans, eligimus eum ſuper meliorem eorum, dummodo non timeamus ex ipſo nocumentum plurimum, quàm eueniat ex ipſo iuuamentum, propterea quòd libenter ſumatur,& melius ſtomachus digerat ipſum, vt explanauimus in eo, quod rememorati ſumus, quòd oportet ſtudere miniſtrare cibos bonos, & electos, ſecundum cognitionem diuerſitatum naturæ corporum,& operationum eorum, & diuerſitatem virtutum ciborum. Et declarauimus diuerſitatem naturarum corporum, & operationes eorum, & quod conuenit cuilibet vni eorum ex ſpeciebus ciborum & potuum. Et ego nominabo ſpecies ciborum,& rememorabor quod eſt in qualibet ſpecie: & nomina quæ ſunt in qualibet ſpecie ipſorum:& rememorabor in qualibet ſpecie diſpoſitionis corporis, & conuenientium eorum. Ciborum ſubtiliantium tria ſunt genera: eorum enim ſunt, ex quibus generatur ſanguis ſubtilis,& dicuntur ipſi ſubtiliantes, quia ſanguis generatus ex eis quando cōmiſcetur ſanguini, qui eſt in corpore, reddit totum ſubtilius, quàm priùs eſſet, ſicut medulla panis frumenti fermentati, loti lotionibus pluribus,& carnes pullorum,& carnes aduragi, & phaſiani, & ſtarnæ, & axillæ auium omnium, & carnes piſcium paruorum, in quibus non eſt viſcoſitas, & cucurbitæ, & almeſci,& quod ſimilatur eis. Et huius generis cibi conferent ei, qui non mouetur,& cuius labor naturalis in corpore ſuo eſt debilis, & qui non ſecuratur quin in corpore eius generetur humor craſſus: & generetur in hepate, aut in ſplene oppilatio, aut renibus, aut in pectore, aut in cerebro, aut aliquid in iunčturis ſuis phlegmatis. Ciborū ſubtiliātium genus aliud eſt, quod ſubtiliat quod inuenit ex re craſſa, propter id, quod eſt in eis de caliditate,& acuitate. Sed ipſa ſunt in ſubſtantia ſua craſſa, generantia humorem craſſum, ſicut paſtinacæ, cæpæ, raphanus,& rapæ,& quod ſimilatur iſtis. Et huius generis ciborum, quando coquuntur, & aſſantur, ſeparatur ab eis caliditas, acuitas, & inciſio, & remanet ſubſtantia mala. Et quidem poſsibile eſt quòd eueniat iuuamentum per inciſionem iſtorum ciborum, & ſubtilitatem eorum,& quòd diſcedant à ſubſtantiæ ſuæ natura ſecundum vnum trium modorum, aut coquantur ſimul,& eius craſsities attenuetur, ſicut fit de cæpis, aut exprimantur, aut coquantur,& pòſt ſumatur aqua ſua: ſicut fit de raphano: aut quòd comedatur aliquid crudum ad inciſionē phlegmatis, & vomatur cum eo, ſicut faciunt cum eo omnes. Et tertium genus ciborum ſubtiliantium eſt, ex quibus generatur ſanguis ſub-

A tilis, & tenuat quod inuenit de humoribus craſsis, & viſcoſis in corpore. Huiuſmodi generis ciborum ſubtilium ſunt quatuor differentiæ. Prima eorum differentia eſt eius, quod eſt ſapidum, dulce, ſubtile, propter id, quod eſt in eis de virtute mundificatiua, ſicut aqua hordei, & batheca, & ficus ſiccæ,& amygdalæ, & fiſtici,& mel,& hæc ex his, quæ abſtergunt. Et hæc differentia eſt propinqua in iuuamento ſubtiliantibus cibis, qui ſunt ex primo genere, niſi quòd illorum perfectio eſt in ſubtili corpore. Et ſecunda differentia eſt acutior, inciſiua, ſicut ſinapis, naſturtium, allium, porrum, apium, eruca, origanum, ficus, mentha, menthaſtrū, fœniculus, ruta, anethum, cyminum, carui, vinum citrinum, clarum, ſubtile, antiquum, calidum. Et hæc differentia confert ei, qui indiget apertione oppilationis ſplenis, hepatis, pectoris, & cerebri, & incidit ſubſtantiam,& tenuat: ſed non oportet aliquis multùm vtatur
B eis. Nam ſanguinem adurunt,& reddunt ipſum aquoſum. Et hi cibi minuunt corpus, & poſteà ipſum debilitant: & poſteà calefaciunt ſanguinem calefactione nimia: & redit plurimum eius cholera citrina: & poſteà, ſi continuus ſit vſus eorum, ex ipſorum continua aſſumptione diſſoluitur ſanguis ſubtilis,& deducitur ad exiccationem,& craſsitiem, & plurimum fit cholera nigra: & quandoque generatur ex iſtis lapis in renibus nocturus. Et hæc differentia vehemētiùs,& perfectiùs operatur in eo, in quo eſt cholera citrina dominans. Et tertia differentia eorum, quæ diſſoluunt,& tenuant cum ſalſedine ſua, ſicut muria, & piſces quando ſunt ſaliti leuis carnis,& paucæ pinguedinis,& ſicla,& aqua caſei ſaliti,& omnes cibi, in quibus poſitum eſt ſal, & muria, & bauroch, & huiuſmodi differentiæ iuuamentum, & nocumentum eſt propinquum iuuamento ſuperacuta-
C rum,& nocumento earum, niſi quòd hæc differentia in mundificando ſtomachum,& inteſtina,& leniendo naturam, eſt perfectior. Et quarta differentia eſt eorum, quæ incidunt,& tenuant cum acetoſitate ſua, ſicut acetum,& ſecanibin,& acetoſitas citri, & aquæ granatorum acetoſorum,& omnes cibi, qui cum eis accipiuntur. Et hæc differentia confert ei, qui eſt in ſtomacho, & in reliquo corpore calidus,& quando generatur in eo phlegma ex craſsitie ciborum aſſumptorum, aut ex multitudine eorum. Cibaria craſſa quando inueniunt corpus calidum, multùm laborantur: & ſomni multi poſt cibum, digerunt, & nutriunt corpus nutrimento plurimo adhærente,& confortant confortatione plurima. Et melius eſt quòd ſumantur hæc cibaria in hyeme, propter aggregationem caloris in interioribus corporis,& longitudinem ſomni,& quando quis ſentit in corpore ſuo diminutionem manifeſtam. Et ſi comedat aliquis,& ſit in corpore ſuo caliditas pauca,& pro-
D priè in ſtomacho,& labor ante cibum paucus,& ſomnus poſt paucus, non perficitur digeſtio, ſed generatur in corpore humor ex eis craſſus nimiùm, crudus, generans oppilationem in hepate,& ſplene. Ideo oportet, eum, qui comedit cibos craſſos, & præter neceſsitatem dominii appetitus eius, quòd paucos ex eis accipiat, & cōmiſtos, nec aſſueſcat eis. Et ſunt ex cibis craſsis, qui cum craſsitie, & viſcoſitate ſunt multum nutrientes, quando digeruntur. Sed ſi non digerantur, ipſi eorum multitudine generant oppilationem. Et cibaria craſſa dominante eis ſiccitate, duritie, & viſcoſitate,& ſimplicia,& commiſta faciunt idem. Et hoc eſt, quod rememoramus. Aliquando enim propter nutrimentum ex natura rei,& aliquando adducit eis ex contactu caliditatis & coctione, & lenticulæ, & glandes,& lepores,

lepores,et fungi,& fabæ assæ sunt crassa,quia siccitas est dominans eis in natura eorū,& hepata,& oua dura elixa,aut assa,& omne,quod est frixum ex eis, & lac coctum coctionibus pluribus,& vbera,& vinum vuæ, quod est coctum,& specialiter quod est ex vua crassa in natura sua,omnia sunt crassa, quia caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem,& coagulationem:& caro cerui,& hirci,& carnes bouinæ,& ventres,& intestina,hæc sunt crassa,propter duritiem naturæ eorum. Et eodem modo lupini,& grana pini,& rapæ,& faseoli,& panis furni in exterioribus est crassus , propter id,quod acquisiuit eis ignis ex siccitate:& in interioribus est crassus,propter viscositatem,quæ in pane est de natura frumenti. Et similiter omne quod non est bonum,vt iassatum,& confectum,& fermentatum,aut nimis digestum ex pane,aut tenuius coctum:& omnis panis in testis cum oleo,& sine oleo,& dactyli,& sesamū, & fungi,& similia:& lagana,cerebra,omnia sunt crassa,propter viscositatem,quæ est in natura eorū,& pultes sunt crassi,propter coagulationem eorū,& viscositatem acquisitas eis ex decoctione:& melongianæ sunt crassæ,propter siccitatem,& viscositatem, quæ sunt in natura earum:& pisces duri,& viscosi sunt crassi,propter aggregationem durarum rerum ex tribus in ipsis rebus:& caseus est crassus , propter aggregationē triū rerum in eo:& aures,& labia,& extremitates musculorū,sunt generantia humorem viscosum,non cū crassitie:& etiam generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus crassus, propter debilitatem calidi corporis, & digestionis,& subtiliationis suæ,sicut accidit ex comestione fructuum ante maturationem eorum , & ex comestione citrulorum,& cucumeris,& carnis citri,& lactis acetosi. Et qui est in corpore temperatus,& sanus,nec labor eius est multus,nec est labor in virtute, meliora sunt cibaria media inter subtilia,& crassa,quia ipsa ei conueniunt,& non debilitant,sicut cibaria subtilia,nec generant cruditatem, & oppilationem , sicut crassa. Et omnis panis bene præparatus arte,ouum gallinarum,caro hœdi anniculi,caput,& caro agni,& pecudum,omnes sunt humidæ & viscosæ:& caro pullorum columbarum,& paruarum auium generat sanguinem calidiorem,& crassiorem sanguine tēperato. Sed hepata pullorum, & anserum,& axillæ ipsorum sunt temperata:& reliquum corpus est multarum superfluitatum. Et omnis auis,quæ est multi motus,& cuius pascua sunt in locum boni nutrimenti,mūdi aeris,& sicci,est melior multùm , & subtilior. Omnis verò auis quietis,est opposita,& peior,& immūdior magis. Sed omnia oua bene præparata,& maximè quæ sunt proiecta super aquam calidam,& recipiuntur antè quàm indurescant,sunt tēperatæ crassitiei: & omnes pisces nō duræ carnis,nec multæ viscositatis,aut quibus non est viscositas,& sunt boni saporis,& quorum pascua sunt in aquis mūdis à sorditie,& aquis fluminum,sunt temperati,& boni nutrimēti. Et de fructibus,vuæ,& ficus, quando sunt bene maturæ super arborem, & citò descendunt de corpore:& quod generatur ex eis temperatum est in subtilitate:& si non citò descendunt,non sunt bonæ. Et de oleribus,endiuia,lactuca,& asparagi. Et omne vinum,cuius color est color granati clarus, nec est nimis antiquum . Cibaria velocis digestionis sunt vnius horum modorum. Primus modus est,quādo sunt naturæ, non siccæ , sicut sunt lenticulæ : neque sunt duræ,sicut lupinus:nec sunt viscosa nimis, vt triticum:nec aspera multùm, vt milium , & panicū, nec multū vnctuosa,sicut sesamum, nec abominabilia,

Galen.

vt vinum Ponticum nimis:nec sunt plurium superfluitatum,vt caro pullorum anseris:nec dominatur eis A frigiditas vehemens,sicut lacti acetoso: nec caliditas vehemens,sicut melli. Et modus secundus est secundū naturam digerentium ea:& hoc est vno duorum modorum. Modus primus est conuenientia cibariorum & similitudo complexionis naturalis corporis,sicut quæ appetuntur,& sapiunt cuilibet homini. Et iam inuenimus homines diuersos in appetitu eorum: & quilibet tamen eorum meliùs digerit quod appetit,& ad quæ multùm declinat eius appetitus, quàm quæ nō appetit, & ad quæ non declinat. Et modus secundus est ex complexione accidentali corporis,in accipiendo cibos cō trarios ei:sicut apparet, quòd cui dominatur caliditas ex aliqua causa,est cibos frigidos fortiùs digerere,quia extinguunt caliditatem corporis, & temperant eam, nec calidos digerit:& cui dominatur frigiditas,calidos B digerit,sed non digerit frigidos. Et cui est corpus humidum totum,stomachus digerit cibos siccos,nec digerit humidos. Et cui est actualiter siccum , est oppositum isti. Et iam declarauimus quòd cibaria subtilia,& media,de se sunt velocis digestionis. Et iam aliquando euenit quòd cibaria crassa velociter digeruntur in aliquo corpore,sicut iā memorauimus. Et declarauimus quòd panis bene præparatus,& caro gallinæ , duragi, & starnæ,& hepata pullorum anserum,& eorū axillę, & omnium auium pinguium,& iuuenum, velociùs digeruntur,quàm axillæ macrarum,& antiquarū. Et carnes auium omnium velociùs digeruntur,quā quadrupedum. & omne,quod est ex animalibus siccis,paruum velociùs digeritur,quàm magnum:& ideo caro vituli velociùs digeritur,quàm caro bouis. Et hœdi anniculi,& agni,velociùs digeruntur,quā caro antiquorum, C & quàm capra. Et omne,quod est ex animalibus humidis maius,velociùs digeritur ante,quàm durescat,quā minus,& ideo anniculus ex pecude velociùs digeritur, quā agnus,& caro omnis animalis,quod est in augmento,& cremento, velociùs digeritur,quàm eius , quod inueteratū,& antiquū est:& caro,cuius pascua sunt in locis siccis , velociùs digeritur, quā cuius pascua sunt in locis humidis,propter superfluitatum paucitatem, quæ sunt in eo,cuius pascua sunt in locis siccis,& multitudinem eorum,cuius pascua sunt in locis humidis. Et omne,cuius substantia est rara,velociùs digeritur, quàm cuius substantia est spissa:& ideo nuces velocioris sunt digestionis,quàm auellana:& oua non dura velociùs digeruntur,quàm dura,& omne quod leuiter, & facilè masticatur:& similiter lactucæ , & endiuia , & citruli,& cucurbita,digestibiliora sunt , quàm apium, D et carbthū:& omnis cibus,qui meliùs sapit,est digestibilior abominabili: & ideo vinum dulce digestibilius est aspero. Quæ tardè digeruntur,tarditatem habent, quia in natura sua sunt aut sicca,aut dura, aut viscosa, aut spissa,aut multæ vnctuositatis , aut superfluitatis, aut abominabilis saporis,aut caliditas est in eis nimia, aut frigiditas:& quod est contrarium complexioni naturali,quando non appetit:& quod est conueniens,accidentaliter diminuendo corpus,aut addēdo in ipsum & caro bouis,& caro cerui,& venter,& intestina,et interiora,& aures omnium animalium, et caseus , et oua dura tardè digeruntur,propter siccitatem,et duritiem eorum:et eorum,quæ sunt ex auibus alcarasym,galfaguelut ,et pauones,et ventres omnium auium. Et de granis,oryza,et lupini,et lentes,et milium,et glandes, et castaneæ,et caro hirci,et maiores capræ,sicut meminimus, propter spumositatē,et abominationem eorū:

et caro pecudum,et hepata omnium animalium,et pulli anſerum ſunt tardæ digeſtionis,propter multitudinem ſuperfluitatū eorū:& lac acetoſum, propter frigiditatē ſuam:& frumentū coctū,propter eius viſcoſitatē,& ſpiſsitudinem:& fabæ,& faſeoli,propter multitudinem inflationis eorum,& ſeſamū, propter multitudinem oleagineæ ſubſtantiæ:& vuæ,& ficus, & reliqui fructus,qui non valde maturantur,& caro citri, & bedaruch,& rapæ,& paſtinacæ,& omnia olera, & radices,& vinum nouum craſſum,propter ſuperfluitatem eorum. Cibi multarum ſuperfluitatum ſunt caro pullorum anſerum,præter axillas,& interiora omnium animalium,& cerebra,& aues de paludibus, & lacubus, & culturę, & cicera recentia,& fabæ virides,& caro animalis lactantis,& omnis caro quieſcens non velocis exercitii,& piſces,ſicut meminimus,& iſtorū,qui ſunt de aquis ſordidis thermarum. Cibi non habentes ſuperfluitates ſunt axillæ auium,& pedes quadrupedum, & genua,& animalia,quorum paſcua ſunt in deſertis, & in locis ſiccis. Cibi multi nutrimenti ſunt omnes cibi craſsi,quando digeruntur bene in multitudine,& omne,quod eſt ſuperfluitatum paucarum,& eſt plurimi nutrimenti. Sed oportet quòd cibi multi nutrimenti ſumantur ab eo,qui indiget cibis paucis nutrientibus cum nutrimento multo, ſicut eſt conualeſcens,& hi cibi grauant ſtomachum,propter multitudinem eorum & corpori conueniunt indigenti nutrimēto multo. Et caro vaccina,& cerebra,& medullæ,& interiora,& vētriculi auium omnium:& piſces craſſæ,& viſcoſæ carnis,& ſimilia,& fabę,& cicera,& faſeoli,& lentes,& lupini,& dactyli,& glandes,& caſtaneæ,& rapæ,nutriūt eum,qui digerit ea nutrimento multo craſſo. Sed axillæ pullorum anſerum,& panis ſimilæ,& vuæ paſſæ plenæ dulces,& ficus, & lac recenter mulſum, & vinum nutriunt multùm propter paucitatem ſuperfluitatum eorum,& plurimam conuenientiam eorum ad corpus: & nutrimentum lactis eſt craſſum, licet ſubtilius minùs nutriat,& craſſum incraſſat,ſicut vaccæ: & ſubtilius eſt lac aſinæ lacte camelę:& lac capræ eſt medium inter iſta. Et nutribilius eſt vinum rubrum craſſum dulce:& poſt hoc nigrum craſſum dulce:& poſt hoc albū craſſum dulce:& poſt hoc craſſum rubrum aſperum: poſteà nigrum craſſum aſperum,& poſt hoc vinū ſubtile:& de iſtis etiam omne,quod declinat ad rubedinem & dulcedinem, eſt magis nutritiuum:& minus nutritiuum eſt album ſubtile. Omnes cibi ſubtiles ſunt pauci nutrimenti:& omnes,in quibus eſt nimia ſiccitas,et humiditas,aut multa ſuperfluitas,ſunt minoris nutrimenti,ſicut pedes,et vēter,et inteſtina,et aures,et pinguedo,et pulmo,et caro omnium auium,et animalium antiquorum,parum nutriunt,propter ſiccitatem,quę eſt in eis:et ideo panicum,et milium,et papauer,et oliuæ, et nuces,et amygdalæ,et auellanę,et zarur,et caules,et capares,et fructus lentiſci,et vuæ paſſæ Ponticæ,et pyra Pontica,omnia parum nutriunt,propter ſiccitatem eorū. Sed piſces,et cucurbitæ, et granata, et mora, et poma,et pruna,et chryſomela,parū nutriunt,propter multitudinem humiditatis eorum,et nutrimentum eorum neque remanet,ſed diſſoluitur citó. Vnde panis hordei,et furfur,et fabę humidæ,et omnia olera,velut caules,et ſicla,et acetoſa,et portulaca,et raphanus, et ſinapis,et naſturtium,et paſtinacæ,parum uutriūt,propter multitudinem ſuperfluitatum eorum. Et cæpæ,allia,et porri quando comeduntur cruda,non bene nutriunt. Sed quando coquuntur in cibis,nutriunt nutrimēto pauco bono,ſicut memorauimus. Et medulla panis lota bene,& amylum,ſunt nutrimenti pauci

A propter ſubtilitatem eorum:ſed ficus, & vuæ paſſæ, ſunt inter ea,quæ minùs nutriunt,& quę plurimum nutriūt: & eorum nutrimentum eſt tenerum humidum:& ſimiliter eſt nutrimentum fabarum: & omnes cibi, quibus hoc dominatur dominatione forti admittunt ea, quando elixantur, aut aſſantur, aut infunduntur, & nutriunt nutrimento paruo. Cibaria boni chymi ſunt omnia cibaria temperata,in quibus non eſt nimia fortitudo,& in quibus non fit egreſsio in quantitate,generant ſanguinem clarum,mundū,ſanum:& omne,quod eſt ſimile iſtis eſt conueniens omni corpori,& omni tēpore,in corpore temperato,& in tempore temperato: ſed corpora,quæ egrediuntur temperamentum,indigent cibariis,quorum virtus ſit egreſſa temperamentū contrariis virtuti dominanti ſuper corpus temperatū: et ſimiliter etiam corpora temperata in tempore non

B temperato. Ac cibariorum temperatorum quædā ſunt craſſa,& quædam ſubtilia,& quędā ſunt media horū: & hæc cibaria temperata, media inter ſubtile craſſum ſunt meliora omnibus hominibus,& maximè temperatis,& in tempore temperato. Et iam quidem narrauimus cibos craſſos,& ſubtiles, & medios,& nominauimus eos,qui ſunt boni, & quando quælibet eorū eſt bona ſpecies:& remanſit vt nominemus cibos generantes chymum bonum,& diminutos,ſecundum quod dīuiſimus. Dico quòd panis frumenti mundi bene factus arte ſua,quando comeditur in die ſuo,& caro gallinæ,& hœdi anniculi caput,et piſces nō cum duritie, nec multæ viſcoſitatis,quibus non eſt zinuma,nec malitia,nec pinguendo plurima,& quorum ſunt paſcua in aquis non ſordidis,nec aquis thermarum,qui non nutriūtur malè,nec ſunt velocis corruptionis,ſed rema-

C nēt tēpore longo antè,quā mutētur:& omnia oua non dura,bene parata,& cocta,& omne vinum boni odoris,leue, in quo eſt dulcedo pauca, omnia ſunt boni chymi temperati inter ſubtile & craſſum. Sed panis de ſimila bene paratus ex arte,& phaſiani,et duragi,et pulli columborum,& axillæ omnium auium,& piſces parui,quibus nō eſt pinguedo multa,& ſunt teneri,in quibus non eſt viſcoſitas manifeſta,& quorū paſcua ſunt ſecundū quod nominauimus,& piſcibus paruis teneris ſal remouet viſcoſitatem,& furfur hordei,& vinum boni odoris,perſicum, vel citrinum,omnia hæc ſunt boni chymi,ac ſubtilis:& lac recenter mulſum eſt boni chymi,niſi quod ipſum eſt craſſum:& ideo aliquando caſeatur in ſtomacho,& propterea admiſcetur ei mel, & ſal,& tenuatur cum aqua. Et melius lac & temperatius,eſt lac capræ,quia eſt ſubtilius,quàm lac pecudū, & vaccæ,& eſt craſsius,quā lac aſinæ,& camelæ:& de-

D bet accipi lac ex animalibus ſanis,iuuenibus,bene nutritis:nec eſt accipiendum in tempore,quo lactantur: quia tūc eſt craſſum,& tenuatur poſt paulatim, donec ſit aquoſum. Et melius eſt recipere lac ſtatim mulſum antè,quā immutetur ab aere:quia velociter immutatur. Et lagana,& caſeus humidus,& panis ſimilæ bene paratus,& ex arte coctus,& panis frumenti,& caro vituli,& partes,& vbera,& hepata,& interiora,& de granis fabæ,& de vino id,quod boni eſt odoris dulce,omnia hæc generant chymum bonum,& craſſum.

Omnia cibaria,quæ non temperata ſunt,non generant ſanguinem purum,mundum,clarum. Et cibariorum mali chymi tres ſunt ſpecies. Eorum enim ſunt, quæ addunt in phlegma:& eorum ſunt,quæ addunt in choleram rubrā. Et eorū quædam ſunt, quæ addunt in cholerā nigrā,& oportet omnem hominem dimit-

tere

tere multitudinem eorum,& continuationem assumptionis eorum:& si enim digerant ea,nec inferant nocumentum citò,tamen adunantur in corpore continuantis acceptionem eorũ in longo tẽpore chymi generantes ægritudines malas:& non modò dimittat omnem speciem eorum,quæ addit in eo id,quod dominatur in corpore eius,sed accipiat etiam id , quod est oppositũ ei,quod dominatur corpori,quod est nocuũ minùs. Et ego finio rememorationem horum cibariorum,& memoro quod generatur ex quolibet eorum: & dico quòd omne,quod accipitur ex pane,& farina multi furfuris,& frumenti antiqui, & farinæ, est mali chymi,addens in choleram nigram,& caro pecudis omnis addit aliquid in phlegma:& caro capræ multorũ annorũ omnis addit in melancholiam:& mala est caro hirci,& caro bouis,& hirci syluestris:& pòst caro hirci maximè nõ castrati: & post caro pecudũ multorum annorũ:& pòst caro bouina:& ex istis caro cástrati est melior multũ. Et caro capreoli,cerui,& leporis, sunt pręter malitiã,quã memorauimus, Et de membris animaliũ, renes sunt mali chymi,propter spumositatẽ,& superfluitatem,quas acquisiuerunt ex malitia vrinæ:& cerebrum addit in phlegma:& omnes ventres addunt in phlegma,propter multitudinem superfluitatis eorum,& oua cocta in degamine, vel in testis, generant nutrimentum crassum,& corruptibile,& similiter caseus,& maximè antiquus. Fungi generant chymũ crassum & frigidum. Et fœnugræcum,& cicera,sunt mali chymi,propter id,quod est in eis de caliditate. Et lentes addunt in melancholiam. Et milium,& panicum generant sanguinem crassum. Et pisces duri,quibus dominatur viscositas,generant phlegma. Et si fuerint saliti & antiqui,generant melancholiam. Et ficus siccæ, si multæ sumantur ex eis,generãt superfluitates putridas,& multiplicant pediculos. Et pyra,& poma,si comedantur matura,generant chymum frigidũ. Et similiter cucumeres,& citruli,& aqua bathecæ,& cucurbitæ aliquando antè,quam digerantur,adducunt in corpore accidentia mala:& aliquãdo faciunt in stomacho corruptionem:corrumpuntur enim in eo,& generant chymum malum:& maximè si inueniant in stomacho malã superfluitatem:& ideo accidit indigestio illi, qui comedit bathecã. Et olera omnia sunt mali chymi,propter multitudinem superfluitatum in eis,& paucitatẽ nutrimenti. Et cæpæ,& allia,& raphanus,& rapæ,& pastinacæ,propter malitiam caliditatis,quæ est in eis, & acuitatis. Et quandoque addunt in choleram,& quandoque in melancholiam,sicut meminimus iã. Sed quæ coquuntur,& effunduntur ab aqua illa, & coquuntur cum alia,mouetur caliditas,& acuitas ab eis. Et bedarus calefacit sanguinem calefactione forti. Et caules generant melancholiam:& similiter omnes herbæ similes. Cibaria media sunt panis de farina crassa,& caro castrati,& ex vacca,& pecude,& ex membris,lingua & intestina,& aures. Et ex fructibus,vuæ,& batheca,& maximè appensæ,& ficus maturæ humidæ,& siccæ, cũ nucibus,& castaneæ. Et ex oleribus,lactuca,& pòst endiuia:& pòst citruli,& attriplex,& portulaca,et olus iamenum,& acedula:& olera,quibus non est multa acuitas. Cibaria calida conueniunt ei,cui dominatur frigiditas,& in temporibus,& in partibus frigidis, & in cauitatibus frigidis: & vitare debet ipsa ille, qui est calidæ complexionis,& in temporibus calidis,& in ciuitatibus calidis:quorum sunt frumentum coctum, & panis frumenti,& cicera,& fœnum græcum,& dactyli, & sesamum, & cannabis, & vuæ dulces, & passulæ

Galen.

dulces,& apiũ,& ruta,& raphanus,& rapæ,& sinapis,& **A** pastinacę,& allia,& cępę,& porri, & caseus antiquus, & vinum dulce,et calidum, & vinum dulce,antiquum citrinũ. Cibaria frigida debent administrari ei,qui est calidi corporis,& in temporibus calidis,& in ciuitatibus calidis:& eorum est hordeum,& omne,quod fit ex eo, & miliũ, & panicũ,& cucurbita, & batheca, & cucumeres, et citruli,et pruna,& persica,& quę declinãt ad acetositatem:& ponticitatem, sicut vuę,& passulæ, & fructus palmæ,& radix eius,& lactucæ,et endiuiæ,et portulacæ, et papauer, et poma,et pyra, et granata Pontica sunt frigida terrea,et ea,quę sunt acetosa,sunt frigida,subtilia,et acetũ frigidum,subtile,nocens neruis:et vinum album Ponticum est minus calidũ vino albo,sed tamen hoc est crassum,nocuum,et malum. Cibaria sicca conueniunt ei,in cuius corpore dominatur humiditas,et in temporibus,et in ciuitatibus humi- **B** dis. Et horum sunt lentes,et caules, et sauich sicca, et omne quod assatur,et omne quod frixum est,et omne in quo plurimum vini et muriæ ponitur,et acetum, et sinapis,et caro omnis multorũ annorum animalis.

Cibaria humida conueniunt ei,qui siccæ complexionis est,et in temporibus, et in ciuitatibus siccis. Et eorum est hordeum, et batheca, cucurbita, citruli,et cucumeres,et nuces humidæ,et vuæ:et ficus, et pruna, & radix palmæ,et mora,et lactuca,et olus iamenũ,et cathasi humida,et faseoli humidi. Iam memorauimus quòd quandoque est in aliquo membro corporis morbus:et oportet sit plurimum intẽtionis tuæ in cibariis, quæ conueniunt illi membro:et maximè quando morbus existit in stomacho,aut in capite,aut in hepate,aut in splene,aut in renibus:et quando stomachus est debilis,et mollis,rectificant eum cibaria styptica,sicut cy- **C** donia,et oliuę,et aquæ,quæ sunt salsæ,et acetũ,et oleũ Ponticum,et vuæ sepultæ in vinaciis vuarũ,et aggresta,et vinum Ponticum subtilis odoris,et cortex citri, quando accipitur de eo parum, confortat stomachũ, & quãdo accipitur de eo multũ,grauat:quia substãtia eius sola,est duræ digestionis. Et omnis cibus,et potus stypticus,si præmittatur ante alios cibos,stringit ventrẽ:si accipiatur post alios cibos,et potus,lenit vẽtrẽ. Nã propter duritiẽ eius adiuuat stomachũ in deponẽdo cibũ:et aliquãdo aggregatur in stomacho phlegma viscosum,et adhærens,et auferens appetitum ab eo. Et rectificant eum cibaria,quæ incidunt phlegma,et mundificant stomachum, sicut sinapis, et nasturtium, et raphanus,et vinum calidum,et nuces cum ficubus. Et aliquando est mollis,et debilis,in quo est phlegma adhærens,et conueniunt,quæ amouent phlegma:et mun- **D** dificant ipsum,et corrugant substantiam eius,et confortant, vt caparis præparatus cum aceto solũ,aut cum aceto et melle:et fumus terræ,quando comeditur cum aceto:et vinum Ponticum,quando miscetur cum vino calido boni odoris, et quando generatur in stomacho calido,tunc cuscutæ,et apium mundificant eum.

Sicla est mala stomacho propter mordicationem, quam habet ex acuitate,et bauracitate,et rapæ,quando non valde coquũtur,propter mordicatiuum, quod est in eis et olus iamenum,et cathaf,propter viscositatem eorum. Et ideo oportet quod comedatur cum aceto et muria. Et fœnumgræ cum est malum stomacho:facit enim incensionem, Et sesamum est malum stomacho, propter vnctuositatem, et multitudinem oleaginosæ substantiæ, Et lac, propter velocitatem immutationis eius naturæ:nam acescit in stomacho frigido,et cõuertitur in choleram citrinam in stomacho calido. Et

mel quando plurimum accipitur de eo, pungit stomachum, & facit incensionem. Et batheca similiter facit incensionem, quando non digeritur in stomacho, & generatur ex ipsa humor malus, & ideo generat indigestionem. Et oportet quòd post comestionem bathecę accipiatur cibus plurimus boni chymi. Et cerebra omnia sunt mala stomacho, & ideo oportet quòd comedantur cum origano, & mēthastro syluestri, & sinapi, & sale. Et medullę, & vinum nouum, crassum, nigrum, Ponticum, velociter acescit in stomacho, & facit incēsionem. Lac, & dactyli, & vua, quæ sepulta est in vinaciis vuarum, & ruta, & fœnumgræcū, & sinapis, faciūt dolere caput, & vinum citrinum antiquum facit dolere caput, & inebriat plus, quā vinum Ponticum nigrū: & vinum album non facit dolere caput. Et omne vinū paucam sustinens aquam non facit dolere caput, imò aliquando sedat dolorem capitis: & est capiti melius, quā aqua, quando est sola. Cibaria, quæ inflant ventrem, sunt cicera, & fabæ, & maximè, quæ coquuntur integræ: sed si torrefiant, minuitur earum inflatio. Et post ista faseoli, & almesci, & lentes, & hordeum, quando non bene coquuntur. Et foca, & ficus humidę generant inflationem: sed eorum inflatio descendit velociter. Et vuæ multū maturæ minùs sunt inflatiuæ: sed ficus siccæ non inflant, & humidæ inflant. Et lac generat in stomacho ventositatem. Et mel, quando nō coquitur, sed quando coquitur, & remouetur ab eo spuma eius, non inflat. Et vinū dulce, & Ponticū, & vua.

Omnis cibus inflatiuus, si sit bene paratus ex arte, & bene paratus in coctione, & maturitate, minuitur eius inflatio. Et si misceantur ei species dissoluentes ventositatem, sicut cinnamomum, anisum, & alcheisim, & ruta minuit inflationem, & acetum mistum cum melle similiter tenuat ventrem, & expellit inflationem. De iis, quæ mundificant, est furfur, hordeum, & fœnūgræcum, & batheca, & oleum dulce, & fabæ, & cicera nigra sunt eorum, quæ mundificant renes, & frangunt lapidem generatum in eis. Et cappares cum aceto, & melle, quando comeduntur ante cibum, abstergunt, & mūdificant stomachum, & intestinum, & aperiunt oppilationes. Et ficla etiā aperit oppilationes hepatis, maximè quando comeditur cum sinapi. Et cæpæ, & allia, & porri, & raphanus incidunt, & subtiliant humores crassos: & caseus similiter subtiliat. Et ficus humidæ, & siccæ mundificant, & abstergunt renes. Et amygdalę propriè amaræ mundificant, & tenuant, & aperiūt oppilationes hepatis, & splenis, & adiuuant ad spuendum humiditatem ex pectore, & pulmone. Et fistici confortant hepar, & aperiunt oppilationem eius. Et mel apū tenuat, & mundificat: & maximè quod colligunt apes de arboribus calidis, & siccis: siue planta, sicut est origanum: nam mel tenuat sputum crassum, & iuuat ad spuēdum. Et secaniabin tenuat, et incidit humiditatē crassam, & viscosam, & aperit oppilationē hepatis, & splenis, & mundificat pectus, & pulmonem. Et vinū subtile mundificat venas ab humore crasso, quando ei est acuitas, & incisio, & confert ei, in cuius corpore est humor crassus, & frigidus. Et vinū subtile aquosum adiuuat ad spuendum humiditatem ex pulmone, cum confortatione membrorum, & humectatione, & tenuatione crassarum superfluitatū, quæ sunt in eis. Et hoc etiā operatur vinum dulce. De iis, quæ oppilant, horum est lac, quando in eo fuerit aquositas pauca: & similiter caseus multus, quoniam adducit oppilationem in hepate, & lapidē in renibus ei, qui multiplicat assumptionem eius, & cuius renes, & hepar parata sunt recipere

A læsionem. Et omnes cibi dulces sunt mali hepati, & renibus, quando est in eis crassities. Et lac si comedatur solum, auget crassities splenis, & hepatis. Et si comeditur cum eo, quod subtiliat, & mundificat, sicut est menthastrum syluestre, & origanum, & piper, aperit oppilationem hepatis, & splenis. Et dactyli humidi, & omnia, quæ accipiuntur ex frumento, præter panē bene paratum ex arte: Vinum dulce generat oppilationem in hepate, & lapidē in renibus, & crassum reddit splenem. Omne, quod tardè descendit, est sicut quod accipitur ex medulla frumenti, & fabarum, & lentiū, & cerebra, & hepata, & interiora, & omnia oua dura elixa, & assa, & oua frixa, & faseoli, & sesamum, & glādes, & poma, & pyra Pontica, & vinum dulce, Ponticū, crassum nouum, & omnes aquæ. De iis, quæ velociter corrumpūtur in stomacho, sunt chrysomela, & mora, & batheca: quæ si citò non descendunt de stomacho,

B & obuiant humoribus malis, citò corrumpuntur. Et debent ista comedi ante cibum, amouenda de stomacho, propter velocitatem descensionis eorum, & lubricitatem viarum in eo, qui comedit priùs ista. Nam quādo comeduntur post cibum, corrumpitur propter remanentiam eorum in stomacho, & relinquunt corruptum cibum corruptione eorum: & quandoque taliter corrumpuntur, quòd euenit sicut venenum perniciosum. De cibis, qui non velociter corrumpuntur in stomacho, melior est crassus, solidus, tardę digestionis, sicut caro vaccina, & pedes, & maximè pedes vaccæ, & quæ similantur istis. Quando superfluitates ciborum tardè descēdunt de stomacho, & intestinis, debēt dari cibi lenientes, & pungentes, in quibus sit dulcedo, aut acuitas, aut salsedo, aut nitrositas: vt aquæ cauliū, & lentium. Leniunt enim ventrem, & eorum substantia stringit ventrem. Et brodium galli antiqui, & panis

C multi furfuris, & fœnumgræcum cum melle, & oliuæ cū aqua, quando comeduntur ante cibum cum muria, leniunt ventrem: et quando etiam comeduntur post cibum sine muria, et maximè quæ sunt ponticæ cum aceto confortant stomachum, et deprimunt cibum, sicut iam memorauimus de rebus stypticis confortantibus stomachum, & lac subtile, et multæ aquositatis, et caseus, quando maximè admiscetur ei sal, et mel, et caro paruorum animalium, et ficla, et chataf et okis, et cucurbita, et batheca, et ficus, et passulæ dulces, et nuces humidæ, et siccæ, quādo mollificantur in aqua, et mora, et pruna humida, et sicca, quando infunduntur in aqua mellis, aut comedatur, aut bibatur vinum dulce, et differatur plurimùm cibus, sunt lenitiua ventris: et aqua mellis aliquando tendit velociter in venas, et vadit cum eis totum nutrimentum, et claudunt ventrē,

D et prognosticant vrinam, et aliquando mundificant stomachum, et mordicant, et excitant ad deponendum eibum, et leniendum vētre. Et mel, quādo, nō coquitur, lenit ventrem, et si coquatur, non lenit. Et similiter aqua mellis, quando multum coquitur. Et secaniabin mundificat stomachum, et intestina, et quandoque facit in intestinis tinesmon. Et vinum dulce, et mustum leniunt ventrem. Quando est descensus cibi de stomacho ante suam digestionem, debent ministrari cibi stringentes styptici: et ipsi sunt, in quibus dominatur stypticitas, aut ponticitas, aut crassitudo: et tales sunt cydonia, et pyra, et grana myrti, et fructus spinę albæ, et substantia lenticularū, et castaneę, et glandes, et vinū Ponticum: et hæc stringunt ventrem cum stypticitate et ponticitate ipsorum, et oryza, et panicum, et miliū, et fauic hordei stringunt ventrem cum siccitate eorū.

Et caro

Et caro leporis,& caules cocti poſt effuſionem aquę primæ ab eis cum aqua eorum ſecunda, & lac coctum, & caſeus,ſtringunt ventrem cum craſsitie ſua,et oportet quòd lac coquatur,donec ſit aquoſitas conſumpta: nam eius aquoſitas lenit ventrem. Et etiam poſsibile eſt,quòd lapides fluuiales,aut fruſta ferri igniti remoueant illam ab eo:et quando ſeparatur aqua eius , confert deſcenſui ſuperfluitatum acutarum, niſi ſint multùm craſſæ,quando fit operatio cum eo:ſed aliquando caſeatur, & glutinatur in ſtomacho:& aliquoties A egreditur à ſtomacho,& generat in hepate oppilationes,aut lapidē in renibus:& oportet propterea mittere in ipſo poſt cōſumptionē aquoſitatis aliquid ad ſublationē ipſius,& vt non caſeetur,nec generet oppilationem,nec lapidem:& omnia acetoſa,ſicut poma acetoſa,et granata acetoſa,ſi inueniunt in ſtomacho humorem malum,& craſſum,incidunt,& expellunt, & leniunt vētrem:ſed ſi inueniūt mundum,ſtringunt ventrē.

CLAVDIO GALENO
Attributus Liber De Bonitate Aquæ.

OPtimā aquam aptiſſimam eſſe congruit non ſecūdum guſtū ſolum,ſed etiam ſecūdum odorē. Erit autem iſta certitudinaliter pura,& delectabilis ſimul bibēti, &,vt oportet, ſecedēs ab hypocōdriis: quo non erit ei aliquid melius. De hac enim Hippocrates dicit, Aqua , quæ citò calefit,&c. Quanuis etiam in eis, quæ lutoſum aliquid, vel fœtidum,vel pharmacoſum oſtendunt ſecundum guſtū, huiuſmodi dignotio in decoquēdo fit vtilis. Scaturiginoſæ itaque aquæ (voco autē ſic & eas,quæ ex puteis eò quòd non ſunt fluentes) non ſunt valde ſubtiles: & intus aſſumptæ,minùs madefaciūt , & diſſoluunt cibaria,& minùs digeruntur,& non bene minguntur,eò quòd frigidæ ſunt:fiunt autem potabiliores , quando frequenter hauriūtur,ac ſi fluerent. Paludoſæ verò omnes ſunt peſsimæ . Odorem enim habent inconuenientem,ſicut putreſcentem, & æſtate quidem fiunt calidæ,hyeme verò frigidæ,quod eſt maximum ſignum malitiæ aquarum. Aeſtate igitur ventres perturbant. A veſica verò tardè pertranſeunt:multoties autem & dyſenterias faciunt:hyeme verò ceu frigidæ exiſtētes, ventres humidæ non valde turbant. Sciſsiones autem & pleureſes,& tuſſes faciunt:cōuertuntur verò ad ſplenem:& aliquando deſinunt ad hydropem. Solæ autem paludoſæ,quas vidi in Aegypto,ſunt ſanę,quoniā ęſtate quidem non putreſcit aqua,autumno autem replens eas Nilus,antiquam quidem extrahit,aliam verò nouā in eis ponit. Aquæ verò fluxibiles , multò ſubtiliores ſunt,& ad vrinationem meliores. Et omnes quarumcunque fontes verſus Orientem fluunt,humiditate, &

ſubtilitate,& bono odore,& vt ſint moderatè frigidę, B & calidæ,excellunt alias. Quæ verò fluunt verſus Septentrionem,dulces quidem ſunt,in frigiditate autem excedunt. Quæ autem verſus Occidentem , violentæ quidē ſunt infrigidando , violentæ verò & in duritie: propter quod brancoſæ ſunt, pleuriticæ,& ſpaſmoſę. Quæ verò verſus Auſtrū, ſalſiores ſunt,& calidiores, & ad vrinandum non idoneæ. Sed quāuis non laudem fluentes verſus Auſtrū aquas,Nilum tamen ita laudo, vt ſicut mihi videtur,paucis comparetur fluuiis ſecundum bonitatem aquæ:& ſubit ventrem , & mulieribus in partubus confert. Secundum terræ verò naturam ſcire oportet,quòd alia quidem eſt planities,alia verò ſummitates,& montes. Sed plana quidem deterior eſt ad effluxiones aquarum:& vt plurimum ſunt putei ibi foſsi,& fontes ſtationarii. In ſummitatibus verò ſunt fontes meliores,& aquæ puriores,& melioris odoris, & dulciores eis,quæ ſunt in planitiebus. In aliquibus C enim earum eſt ſalſedo,aut nitroſitas, in aliquibus tamen nō. Et vocant huiuſmodi terram dulcē,vbi aqua melior,& potabilior fit,& tales ſunt ſanæ. Petroſæ verò ſunt plus aliis,& abſq; hypoſtaſi. Maxima etiam fit differentia aquis,& ex metallis.& herbis natis ibi. Metalla igitur ad animalium habitationem nocua ſunt, & ad aquarum potationem:herbæ autem aliquando quidem nocent valde aquæ,aliquando autem iuuant:ſicut ſium,& calaminthe,& adiantum:hęc enim in riuis plurimùm naſcuntur. Et bonis quidem aquis nocent,malas autē iuuant,ſi permiſceatur aliquid pharmacoſum aquis:fiunt autem & ad vrinationē meliores huiuſmodi aquæ. Attendere igitur oportet non minùs,ne à terra,vel aliter aliquod malum adueniat aquis, quod in principio fontes non præbent,ſed ibi quidem eſt dulcis aqua,alibi autem ſalſa,& nitroſa. Aquas verò pluuiales ſcio leuiſsmas eſſe,& ſubtiles,& puras,& bonas, & dulces guſtui. Educit enim ſol,& rapit quod eſt ſubtiliſsimum,non dulcibus de aquis ſolùm,ſed etiam ab

ipso mari: aliquando verò à cadaueribus, & ab aliis corporibus: vnde putrescit citissimè omnium. Quando enim putrescit, qualitatum expers fit: & qui eam biberit occupatur branchis, & tussibus, & grauedinibus capitis. In eis verò, quæ bonæ sunt, si quid decoquatur, citò decoquitur: & si aliquid calefiat, citò calefit. Et si vino permiscueris modicam, ad digestionem, & vrinarū secessionē erit benigna & hepati, & spleni, & renibus, & pulmoni. Sicut enim non habentes virtutem fortiter infrigidantē, decenter propitię fiūt. Vernales igitur, & hyemales temporaneæ sunt, & optimæ, quas ego maximè laudo. Autumnales verò, & æstiuales, cùm in generatione differant, & in bonitatibus, non est dicere quantum à vernalibus deficiant. Terra enim vaporat siccius in æstate, & autumno. Et aer habet permistiones terræ multas, quas purgant pluuiæ: & propter hoc huiusmodi aquæ sunt duriores: & ad secedendū, & abstergendum quidem sufficientes secundum intestina. Non bonæ autem sunt renibus, & pulmoni, & arteriæ. Oportet autem vinum plurimum inferre his, vt earum vincantur malitiæ. Differunt autem aquæ & penes spiritus. Boreas enim si flauerit, dulcior quidē erit, & frigidior: si verò Auster, minùs quidē dulcis: calida verò magis. Omnino autem quæ fiunt in ariditatibus aquæ, nitrosiores sunt eis, quæ fiunt in pluuiositatibus. Ipsarū etiam pluuialium aquarum melior est tonitrualis, quā procellaris. Quæcunque verò sunt à glacie, & à niue dissolutæ, sunt malæ: nam quando congelantur, exprimitur ab eis id, quod est subtilissimum, & fiūt duræ, & in frigiditate excedentes. Dura autem aqua, & frigida, neque ad digestionem, neque ad vrinationem est idonea: mala verò est pectori, & lateribus: & spasmos suscitat, & tetanos, & ruptiones in thorace, & sputiones sanguineas, & empyemata, & permanet secundū vētrem multo tempore, gurgulationes ibi operans. Et si cholericus humor ibi fuerit, corrumpitur simul cum eo: & quando subexierit vix à ventre ad ieiunum, non distribuitur faciliter, neque sputum reducit. Non nutrire aquam, sed solum esse vehiculum cibi, Hippocrati, & Chrysippo, & Erasistrato videtur: & propterea neque vitalem virtutem putant eam confortare. Et est causa, quare iubent melicratum, & oxymeli, & vinum dare in ægrotantibus ab aqua, Quæ igitur maxima sunt, in sermone dicta sunt. Dicantur autē & alia signa bonitatis aquæ. Quæcunque quidem æstate sunt frigidæ, hyeme verò calidæ, optimæ esse videntur. Quæ verò consimiliter habent in caliditate, & frigiditate omnibus horis, pessimæ. Aestate enim in superficie fit caliditas, in hyeme verò in profundū mergitur: & propterea, vt mihi videtur, omnes fontes, qui
A cunque per profundissima loca fluunt, & quicunq; per cauernosa, hyeme quidem calidissimi sunt, æstate autē frigidissimi. Et propter hoc etiam omnes, qui sunt in superficie, & permutantur simul cū horis, quantūcūq; habeat caliditatis, vel frigiditatis. Mirabile autem est, quoniam in quibusdam hyeme quidem disparet aqua, æstate autem abundat, quanuis contrarium deberet esse. Sed & huiusmodi causa est caliditas, quæ simul ducit secum profundas aquarum: ii nanque sentiunt calorē. Quicunque enim profundi sunt fontes, & nō recipiūt multum ab extrinsecis pluuiis, inuenies in hyeme quidem, & vehementissimis frigiditatibus paucissimos, æstate autē maximos. Quocirca & qui in Delo est locus hoc patitur propter easdem causas, & putei multi in Pytho. Vna itaq; bonarū & malarū aquarū est cogni
B tio, si in hyeme quidē est calida, æstate verò frigida. Secunda verò, si pura est, & non læsa secundū colorē, neque malam habet hypostasim. Alia verò, si est leuis, & facilis ponderis. Quæ enim in pondere est leuis, non est permista terræ. Considerare aūt oportet & si citò calefit, & infrigidatur. Melior est enim ista aliis, & qualiter ad digestionem habet, & qualiter ad secessionem. Quæ enim citò digeruntur, sunt meliores, & quæ secedunt secundum vesicam: mala enim est, quæ per intestina aquarum secessio. Differunt autem aquæ secundum colorem, & regionem, & oportet de his ab hominibus locorum interrogare. Est enim aqua in Leontinis, quā si quis bibit, moritur. Talis autem alia est in Ereo Arcadiæ, quam vocant aquam Stygis. Talis etiam alia est in Thracia. Et locus in Sauromatibus, super quem neque auis volare potest. Et alius secundum Medos:
C super quem & regio stat nigra, quæ approximata igni accenditur. Et hoc pharmaco aiunt Medeam corripuisse filiam Creontis. Est etiam et circa Susam aqua, quā si quis biberit, amittit dentes. Sybaris verò fluuius viros ingeneratiuos facit. Is autem qui in Aegypto, depilat capita bibentium. Harum itaque scire naturam est mos, interrogando ab hominibus illorum locorū. Conuersantes autem vbi est praua aqua, ingeniari oportet facere eam potabilem. Optimum igitur est coquere eā in lagenis figularibus, & infrigidando per noctem, & rursus calefaciendo bibere. Si verò exercitui oportet præparare bonam aquam ex mala fouea, decet fodere ab altis locis ad deorsales, & per has ducere aquas, immittēdo ad foueas, in quibus sit dulcis terra, & pinguis & éxinde lagenam trāsfluat. Semper enim in foueis remanebit aquæ malitia.

CLAVD

CLAVDIO GALENO

Adſcriptus Liber de Vinis.

Vinum aquoſum nominant homines id, quod aſsimilatur ſecūdum colorem, & conſiſtentiam aquę, diaphanū enim eſt, & lucidum, & purū, & conſiſtentia ſubtile apparet:& tibi guſtanti videbitur nullum fortem ſaporē habere. Et quando commiſcetur cum aqua, non tolerat aquæ multæ miſtionem. Vnde ab antiquis pauciferum vocatū eſt. Omnino verò à ſtypticando hoc vinum non excidit, ſed eſt omnifariā exolutā habens ſtypticitatē. Virtute etiā ſimile eſt aquæ, neque caput debile tangens, neque neruos debiles, neque calefaciens manifeſtè. Idoneū autē hoc vinum eſt ad eductionem, quæ ex pulmone, virtutem roborans, & humores humectans, & incidens moderatè. Hoc autem & febricitātibus impericuloſius datur aliis vinis. Etenim malitias aquæ, & vini effugit. Multoties autem & capitis dolores ſedat propter eos qui fiunt in ventre, humores. Inuenies enim aliquādo & propter aquæ potationem dolere quibuſdā caput, & maximè quando fuerit praua, vt ipſa corrupta naturale robur exoluat ventris: quo debilitato ichores cholerici aſſueuerunt confluere ad ſpacioſitatem eius ex orificio, ſicut ieiunantibus, à quorum malitia & nocumento prædictum vinum eripit hominē, confeſtim quidem ratione epicraſeos, poſtmodum verò eo quòd roboratus venter pellit inferiùs ea, quæ triſtāt. Eis verò, qui valde calidi ſunt complexionibus, iuuantius vino eſt potus aquæ. Si verò aliquādo indigeant vino, ſubtile, & moderatè auſterum dandum eſt. Mouent autem ad vrinationes aquoſa, & ſubtilia vinorum, pauciſſimum nutrimētum præbentia corpori, & ſola ab aliis omnibus in bono bibuntur, ſicut Fauſtianum nominatum, & quædam eorum, quæ in ſabinis. Generantur autem & in vnaquaque gente talia. In Italia quidem imbecille Sabinū, quod etiā febrientibus dant. In Aſia verò Titacazenum. & Tibinum. Audiēs autē eorū ſigna, in vnaquaque gente faciliùs inuenies talia vina. Apud nos verò citiſsimè fiunt potabilia Tibinum, & Arſuinū, & cū his Titacazenū. Dulce verò vinū, neq; ſubtile certitudinaliter, neq; lucidū inuenies vnquā. Calefacit autē omne vinū dulce:& craſſum eſt cōſiſtentia. Quātū aūt participat craſsitie, tātū eſt tardi trāſitus. Vnde nō ſolum obſtruet aliquā obſtructarū particularū, ſed etiam adiiciet obſtructioni. Et propterea nocuū fit hepati patienti, & maximè adhuc quando phlegmone laborat. Moderatius verò nocumentum operabitur, quādo à craſsis humoribus obſtructum fuerit hoc viſcus: vel quando propter imbecillitatem patitur, ſicut in he-

paticis paſsionibus. Deinceps verò hepati læditur ſplē
A à dulcibus vinis, non tamē pulmo, quādo in bronchiis habet craſſum humorem. Dulce enim vinum in acutis paſsionibus ad expuitionem eſt vtile. Inquantum autē deficiunt à vehementi caliditate vina dulcia, in tantum minùs capitis grauedinem faciunt:& nocumentum prudentiæ, non autem ſunt idonea cholericis. Materia enim ſunt omnia vina dulcia flauæ choleræ. Neque febrientibus competunt, eò quòd ſunt craſſa, neque ad vrinas veniunt citò, neque conducunt ſecū, neq; coeuacuant cholericos humores. Solum autem ineſt eis bonum, lenire ventrem: vnde & præbibunt ea. Siticuloſa verò ſunt iudicanda, quoniam excolantur faciliter. Sunt autē & hæc ventoſa. Inferioribus verò inteſtinis non nocent: propter quod tardant in hypochondrio, quouſque digerantur, & tenuentur finaliter. Dulce verò ſimul, & auſterū vinum, quod ſecundum Ciliciam,
B ex contrariis qualitatibus conſiſtit, prauū exiſtens, & neque ad reditionem veniens, neque ſubgrediens, ſed plurimum permanens in ventre ſpirituat eum. Nigrū verò vinum, quod abſque quòd ſit dulce, auſterum eſt manifeſtè, vel ponticum, repletionale eſt, & tardi trāſitus, & ſeceſſus vtroſque detinet, & multū in hypochondriis moratur, & faciliter acuitur, & ad vomitū prouocat bibitū. Auſterū verò ſimul & album vinū, neque ipſum eſt diureticum: ſed ſi craſſum fuerit, tardat circa hypochondriū: ſi verò nō fuerit craſſum ſicut nigrum, non ſimiliter ad vrinas venit. Cirrhum verò auſterū, cōpetit & id fluxibus ventris. Duplex autem eſt flauū, ſicut & nigrum. Caput verò cirrhum tangit quoniā calidius eſt nigro. Quod verò certitudinaliter eſt flauū,
C calidum eſt, ſicut quod deinceps ei, ſcilicet cirrhū: deinde vltra ea rubrū. deinde dulce. Album verò minùs his calefacit. Album vero nullum eſt dulce, ſed quædā quidē auſtera, & craſſa, quædā autē aquoſa, & ſubtilia. Flaua verò, & cirrha quædam quidem dulcia ſunt moderatè, ſicut Hippodamantium, & Fauſtianū: quædam verò nō omnino dulcia: rubra verò craſsiora ſunt his. Nutritio autem ex eis omnibus proportionale habet: & propterea iis, qui renutricatione indigent, cōcedere oportet bibere dulcia: niſi aliquod viſcus impediat, aut renes. Eis verò, qui craſſum aceruauerunt humorē in venis, ſubtilia conſiſtentia vina ſunt vtilia. Frigidis verò in venis aceruatis humoribus, quæ calida, & antiqua. Melius verò eſt ad euchymiam quod odoriferū, niſi percutiat caput. Auſteris autem vinis gratia roborādi ſtomachum vtimur. Cholericis igitur corporibus neque Falernum, neque Tmolites, neque Ariuſiū, neq; Leſbium eſt idoneum. Calidiora enim ſunt omnia talia. Et parati ſunt, qui bibunt dolere caput, & febrire, & in neruis pati quid. Hæc autem neque cholericis dāda ſunt, neque eis, qui à Solis æſtu, aut via: ſed phlegmaticis, & frigidis complexione, vel frigidum aceruantibus humorem, vel ocioſè viuentibus, vel exiſtentibus

in hyeme, vel conſtitutione frigida, & humida. Omniũ verò vinorũ commune eſt, quæ non valde craſſa ſunt & valde dulcia, vt Theræũ & Scybelitanum, vt quã do in tempus extenſa fuerint, flaua fiant, & quid ſplẽdens habeant, & album, & quale Bithynum eſt. Aminæum, quod antiquum nominant Romani Cecubum, iam quando eſt tale, amarum eſt, & propterea inutile ad potationem. Album verò & auſterũ, & iuuenile, infrigidat ſenſibiliter. Gleucos autem, id eſt muſtum, aliqualiter eſt ventoſum, & indigeſtibile, & craſsi humoris: ſubducit autem ventrem. Citiſsimè autem omnium vinorũ, & aquoſa inueteraſcunt, id eſt promptè ad antiquorum qualitatem permutantur. Hæc autem in tribus annis aceſcunt. In pluribus verò amareſcunt. Contingit autem & quædam antiquari tempore multo. Talia autem in Italia ſunt Tiburtinum, Aminæum, & Surrentinum, quod ferè octo annorum digeſtum eſt, pluribus verò durat non amareſcens. Secundum bonitatem verò adeſt hoc Falerno, cõtrariũ verò his vinis aquoſa præbent, vt Sabinum, & Albanum, & Gabrianũ, & Arſuinum, & Titacazenum, & quæcunque talia: faciliter enim permutantur ad contrarias qualitates, ſcilicet A ad acidam, vel amaram. In principio quidem acidam: ſi verò permanſerit, ad amaram. Hæc autem oportet iacere in principio quidem in frigido loco, poſteà verò in calido, quoniam tepiditas aceſcere facit ea faciliter. Si verò in frigido loco iaceant, permanent annis duobus: è xinde verò calefieri indigent. Vas verò, in quo vinum eſt, ſi diſcoopertũ relinquatur, faciliter aceſcit: ſi verò exiſtente etiam vaſe pleno aceſcit, oportet obſtruere cũ pice, vel gypſo. Vina verò ſunt circa tria apud nos in Aſia, Cinolitum, Lesbiũ, & glorioſiſsimum ab antiquis Ariuſiũ, in Chio proueniẽs, quo omnes vtuntur antiquiores ad antidota.

Sequi hoc loco debere uidebatur liber, qui inter antiquas translationes De præſagitura inſcriptus legitur, Georgio Valla Placentino interprete: ſed cùm partem B hunc libri De conſtitutione medicæ artis poſtremam eſſe animaduerterimus, omiſſum eũ fecimus, ſatiúſque uiſum eſt hoc tantùm indicato ad alia properare.

CLAVDIO GALENO

Adſcriptum præſagium experientia confirmatum.

Georgio Valla Placentino interprete.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Cap. 1. De præſagio in genere, & quot de cauſis ſuccendãtur febres. 2. Signa febris futuræ. 3. De ſignificatione ſudorum. 4. De ſanguinis detractione ex uenis. Pleraque huius capitis deſumpta ſunt ex genuino Galeni De curatione per phlebotomiam libro. 5. De adhibenda cautione in ſanguinis detractione.

CAPVT PRIMVM.

CVICVNQVE PRÆſciſcere libuerit mortis nõ diẽ modò, ſed etiã horã, conſiderare expedit quo potiſſimũ tẽpore languẽs ab acceſsione vehemẽter affligatur, nũ inter accedendũ tũ impenſè obrigeſcat, & æſtu conflagret, diúq; ea permanſerit intẽſio, pulſúſq; ſit exiguus, & ſegniter ſomnũ ceperit, ſomnolẽtúſq; fuerit: vel id genus aliud ſubierit detrimẽtũ, id omne tẽpus ſuſpectũ habere oportet: vel ſi etiã ita mediocriter habuerit. At circa vigorẽ ſi ægrotũ deiectũ, aut cedentẽ, aut mœrentẽ ſpectes, febríſve magnitudinẽ minimè tolerãtẽ, plurimũq; exæſtuãtẽ, & ſe tenebricũ volutãtẽ, & capite dolentẽ, & corde ſuccũbẽtẽ aut tali aliquo effectu vexatũ, ſuſpectum id tempus tibi eſſe maximè oportet, ſi etiã acceſsionis princiA pio, ac vigore ſint mediocria. Verũ id ſi circa vigoris deceſſum fuerit, anima cõſternetur, & ſudores ſint inæquales, aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus inſurgant, pulſúſque obſcuros, & debiles efficiat, aliáque id genus, id tẽpus expedit ſuſpicere: neq; tũtum definiẽdũ quicquã, neque dies mortis proferẽda. Nã ſecũda die ſi cõtingat & quarta acceſsionem vehementiorem eſſe prima, tertius, & quintus, & ſextus diẽ mortis indicabũt. Quot de cauſis ſuccẽdũtur febres? Quãdoque aut ob additamẽtũ idoneæ materiæ, aut ob motũ, aut ob adſtrictionẽ, aut putredinẽ, aut ob acceſſum caloris extrarii. Ac ob additamentũ quidem, vt cũ tẽperamẽtũ nacto calidũ, adiectũ fuerit piper, ſinapi, alliũ, & ſimilia: horũ enim qualitas ſi cordi fuerit inuecta, & inſita, ſuccẽdet caliditatẽ, febrẽmq; inflãmabit. Ob motũ aũt dupliciter. Nã is aut ab anima, aut à corpore ſuſcitatur. Ab anima quidẽ, vt cupiditate, & cura. A corB pore aũt, vt in labore immẽſo. Ob adſtrictionẽ, cũ ob glutinoſitatẽ, aut ob quãpiã craſsitudinẽ exaruerint, obſtructique fuerint incerti corporis meatus, aut extrema vaſorũ, & in profunditatis difflatione febris fuerit incẽſa. Verũ ob putredinem, vt cũ ſubiecta, & redũdãs materia putruerit introſus, cordíq; fuerit obiecta, ac febrem ſuccenderit. Ob acceſſum autẽ caloris alterius, velut cũ in Solis ardore caput exæſtuauerit, præcipuè tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febrẽmque ſuccenderit.

Signa febris futuræ. CAP. II.

Immi

IMminentis febris nuntius est hiatus,horror, oscitatio,nausea,somnolētia, tussicula subaspera,extremorum membrorū infrigidatio:atque hæc quidē extrinsecus præsagia. A pulsibus autē,ex paucitate, & inæqualitate depræhenditur etiam quod desideratur. Ac inictione quidē,cùm impensior correptio,frigétque cum aliquanta inæqualitate,atque exiguitate:at in ascensu ferè sunt improbi,aucta diductione ad perfectum vsq; vigorem,sed calore intēso,primū magnitudo augetur, deinde celeritas assumitur. Nam cùm satis succensa febris conflagrarit,tum ingentes,simúlque celeres efficit pulsus:sin autem impensiùs,etiam crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignuntur?hiant ante febres ægri ob concussionem,& vim ipsos intēdentē. Nam quemadmodum ex ahenis ad ignis violentiā potitis vapor attollitur multus de feruente in ipsis aqua: ita etiā ex eis,quę introrsus in corpore sunt,vapor exhalans intendit,cōuincitque corporis musculos : solēt nanq; nerui tepefacti desidere:atq; ita fiunt oscitationes. At quonā demū pacto capitis dolores febricitātibus incitantur?nempe cū venæ plenæ, & à flatibus intumētes,interfectæ fuerint,in caput dolores aduehūt, vi,ac tenore internorum flatuum, qui immissi,dispersique sunt.

De significatione sudorum. CAP. III.

FEbrem verò sudoribus dissolutū iri cognoscimus ex eo, quòd languor sit vigoris maximi,vt est qui causus nominatur. Biliosus nanque is demum est morbus,qui cū impēsiùs moueri oporteat,rigor efficitur: & perinde si vēter adstrictus sit vrináve,proxima subeunte crisi,rigor erit expectandus. Sin amborū fuerit adstrictio,nec vllus præstò est vomitus, aut sanguinis eruptio,sudor multus consequatur necesse est:præsertim cū languentes prociderint,accessione incremētū capiente,vt ea de causa magis incalescant, nōnullaque corporis sit calida euaporatio, qualis anteà nō fuerit in dudum memoratis. Pulsus ingentes,& sublimes,& celeres,in diductionémq; potiùs properātes, ac velut vndosi,cū arteriæ tunica atra,humidáq; apparet. Totius verò corporis extrema superficies perpruriscit,ac remollescit,& quādoq; ad horas rufescit. Atq; hæc in critica accessione aduenīūt,præeūte cōcoctione,& critica die bona existente,salubrium,ac resoluentiū sudorū fuerint indicia. Nō dubiū quin calorē esse expediat mediocriter sudoris solubilē,& per vniuersum corpus sibi cōstare,exinaniréq; iuxta proportionē,atq; habitiorē,alacriorémq; reddere hominē. At frigidi sudores cū acuta febri erūpētes,mortē subesse minitātur, at cū ardore,morbi lōgitudinē coarguūt. Si à sudoribus febricitātibus fuerit initiū, boni & tertiani,& quintani, & septimani,& nonani,& vndecimani, & quartadecimani,& vigesimiseptimani, & trigesimiquartani. Hi nāq; sudores morbos iudicāt:qui aūt ita nō sunt,laborē significāt,& longitudinē morbi, & subuersionē. Ac vbi est corporis sudor,ibi quoque dicito subesse morbū. Et vbi est corporis frigus,aut calor,ibidē est quoq; morbus. Et vbi in toto corpore mutatio,fuerítq; refrigeratū corpus,aut rursus incaluerit, aut calor ex alio alius emerserit,morbi longitudinem pronuntiat. Sudor ex somno factus citra manifestā causam,corpus significat cibū assumpsisse plurimū. Quòd si eibi plurimi causa nō fuerit,significat egere euacuatione febricitantium corpora. Sudor aduentante febri,nec deficiēte febri,malum: longum nanque morbum,& humiditatis significat copiam.

De sanguinis detractione ex uenis. CAP. IIII.

A IN omni diei,& noctis hora, vrgente necessitate,sanguinem detrahito. Aduertendo tamen in febricitantibus vigorē cessantē accessionis. In aliis autē, siue ex lippitudine,siue ex alia ratione citra febrim , vbi sanguinis detractione ex vena opus sit,doloris aut inflāmationis cōsiderato magnitudinē. Qua enim hora mitigatū dolorē inspexeris,sanguinem de vena mittes:re nulla vrgēte,quò minùs fiat,satius fuerit matutino tēpore de vena sanguinē detrahere. Nec statim cū ex somno experrectus,sed posteaquā ad horam peruigilarint. Ac priùs abluere aliquos præstiterit,& alios priùs obābulare. In quo aūt præoccupata custodiæ causa sanguinē de vena detrahere permittitur,etiā post aliqua cōsueta exercitia sanguis è vena detrahēdus. Cæterū languoris magnitudo,& viriū robur,atque firmitudo,primæ sunt sanguinis è vena detractionis cōsiderationes. Próinde
B perspiciendū cuiusmodi ea sit naturalis hominis cōplexio:ac*arctas habentibus venas , & mediocriter tenues,neq; albis,neq; carne molliculis ad euacuandum minùs parcēdū est. At cōtrà parcendū,quādo sanguinis parū habēt,carnē dilabilem. Hac de causa neq; pueris sanguinē ex vena detraxeris ad quartūdecimū vsq; ætatis annū. At in maximis inflammationibus, validissimísq; doloribus nullū noui maius adiumētū , quā ad deficiētē vsq; animā euacuare. Aduertēda sanè est diligēter qualis sit pulsus eleuatio ab eo,qui ipsum attineat suffluēte adhuc sanguine: quemadmodū in aliis vnde sanguis detrahitur,si quid agere expediat:nequid modò lateat deficiētis animæ,quod ad interitum aduehat. Quòd si tēpus fuerit vernū,locúsq; naturâ tēperatus, & pueri natura concinna,detrahito sanguinē: & impensiùs, vbi pericula insideāt aut pulmonis,aut anginæ,aut
C lateris,aut cuiuspiam alterius acuti,ac vehemētis morbi detrahēdus, vt dictū est,sanguis,pulsu vsq; explorato. Omne nanq; percussum mēbrū aduerteris nō annorū modò numero,sed etiā corporis habitudine. Formidanda verò frigidis tēporibus larga euacuatio,ob consequētē refrigerationē. Neutiquā perscribi pōt singulorū hominū definiēda euacuationis mēsura. Perspexi nanq; in nonnullis nec plus,quā sufficeret,sanguinis libras sex ablatas esse,& cōfestim extinctam febrē,neque vllam consecutā fuisse virium exinanitionē. Quibusdam verò libram dimidiā citra læsionē:quibus si quis duas modò exhausisset,impensissimè offecisset. Vidimus vnā quoq; aliquādo auferri,& minus,ac profuisse. Reuulsionis gratia,qui in rectum languentiū secat venas,cōfestim perspicuā inspexerit vtilitatē. Si quispiā annularis digiti venā secet,vt nōnulli mediā inter mediū & annullarē digitū venā,sinētes sanguinē efflue-
D re quo ad sponte cessauerit,lienem iuuari:vt in ancone venā secādo interiorē. Satis cōmodè nāque lieni prodest malè habēti sanguinis detractio ex manu sinistra. Atque adeò profectò in pleuriticis in rectum languentis ex vena sanguinis detractio vtilitatē frequenter demonstrat euidētissimā. At ex opposita manu,aut prorsus obscuram, aut exspectabilem. Ingentibus oculorū doloribus succurrit,siue humeralis appellata vena,aut quæ ab ea deuians in ancone secta,perspicuam confestim afferendo vtilitatē. In latere autem languente, aut pulmone , aut septo transuerso , aut liene,aut iecore,ac ventre paraxille ac ancoram diffractionem peruenientem diductam secare quidem expedit: præcipuè ad emissionem, quæ per fracturam,cui insidet humerali vena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis detractionis,

*atras

quæ extra,& intra,& quæ media. Quæ igitur intus,infra collum languentibus vtilis,quæ extra,in facie,aut in capite. At medius locus quandoque quidem ambas habet diductas venas ad partes anteriores manus protensas:déinde hic copulatus quãdoque statim in se inuicem existentes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existente sua languentis membri vena,ad mediam aliquam eundum:diductióque potiùs,quã in sua sectio facienda est. Est etiam cũ diffractio infra anconem,quæ in brachio diducenda nihil prohibet,nõ apparentibus in ancone. Vt autẽ dicta omnia membra in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur, ita inferioribus his est,vt in poplitibus & talis. Sunt autem dictorum,quæ ad coxendicẽ,& vesicam, & vuluam renibus alternantes:ideo in ancone quandoque sanguinis detractionibus obtemperant,cùm recens fuerit inflãmatio,& sanguinis vis multa,sin affectio sit, quã propriè phrenitim appellamus,poplitem secare oportet, & in talis venas. Vt in vuluis inflammationes , sectarũ in cruribus venarum adiumẽto,non parum leuantur. Enimuero euacuationibus ab anconibus si quid sit infestum, & obseruandũ frigus,expedierit alimẽtũ exhibere mediocre ad treis aut quatuor modò dieculas. Cũ olim pestilentia ingens Asiam occupasset,qua cadebant innumeri,tum ego secundo die,nulla facta remissione,crus scalpendo,ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi:& périnde deuitaui periculum. Multi quoq; alii eo vsi adiumento cõseruati sunt,præcipuè qui largè sanguinem euacuarunt. At etiam mediocres capitis aufert dolores,fauciúmq; inflammationes. At vetustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaque ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere. Neque quicquã tam ad concinnam conuersionem agit,quã ex scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem verò & pollicem secta vena,& fluens sanguis,quo ad sponte constiterit,vetustum dolorem,præsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorum autem , & plus mediocritate euacuatorum , & refrigeratorum , & resolutorum , & conuulsorum , cessare purgationem expedit,aquámq; tepidam exhibẽdo vomere hortabimur. At præstabit illinire calido oleo manus,& pedes. Sistat nihilò minùs somnum,& lauacrũ. Cæterùm non satis purgatis balnea congruentiora sunt:nam noctu purgãtur. Hos minus pascere conuenit. At tutò purgatis,oua & alicam,& sorbitiones,& vinum dulce exhibere expedit,quo intestinũ purgatione moueatur per xysmũ. A Conuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe,dulcíve vino. Atque ita suffluentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationẽ.

De adhibenda cautione in sanguinis detractione. CAP. V.

QVi detrahere sanguinẽ velit:aduertere debet ne stercus multũ cohibeatur inter intestina. Próinde molli clystere euacuandus æger,ne venæ ab intestinis venentur,attrahántque putridam quampiam superfluitatum essentiam. Ex præsenti igitur morbo,qui sanguinis detractione egent,quouis tẽpore è vena sanguinem detrahemus,vigorem,& delirium in febribus particularem,custodiendo,& accessionem. Si continua sit febris omnino,matutinum tempus accõmodatius, Qui verò non præsenti morbo occurrunt,sed cauen-
B di causa sanguinis exquirunt detractionem,his vernũ congruit tempus. In ætatibus porrò supra quartũdecimum annum detractio facienda,sicut intra annos sexaginta:nisi si qua modò efflagitans nos ingens vrgeat necessitas. In totúmque vires imbecillæ obseruandæ sunt. Necnon sub lingua venas,vt in anginæ morbo, obliquè dissecamus , adstrictionem obseruando, quẽadmodum & in capite, & in oculis ex morbis vetustis eò modo dispescunt. In pede autem, sicut in ischiadicis , aut ob anum supra interiorem talum vtiliter secant. Verùm per morbos acutos , detrahito ex vena sanguinem,si vehemens appareat ægritudo,& occupati morbo iam puberes sint,robúrque eis adsit. Si igitur angina fuerit,delige purgationem,vel si quid fuerit pleuriticum. Quòd si debiliores appareant,si etiã plus sanguinis detraxeris,clysteribus tertio die aluum ex-
C hauri:ac si tutus fuerit æger,etiam inedia vtitor. Detrahendus igitur ex vena sanguis brachii dextri vena interiore,iuxtáque habitudinem auferendus sanguis: ætatísque plus,minúsve considerandum. Eueniũt istorum pluribus talia,rubores faciei,& oculorum, vacillatio,diductióque manuum,pandiculatióque,stridores dẽtium,pulsus, maxillarum contractio,refrigeratióq; extremorum,flatuũ oblationes per venas. Quàm primùm propè sanguis de vena detrahendus sublimibus cunctis existentibus mestis flantibus,& fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferẽdum illud perpetuò est adcuram salubrem victum vniuersum,quàm medicina longè præstantius esse.

D E

DE VRINAE SIGNIFI-catione ex Hippocrate.

Georgio Valla Placentino Interprete.

Argumenta capitum libri Sequentis.

Cap.1. Vrina optima quæ sit, quæ malæ: Aphorismi Hippocratis de urinæ iudicio. 2. De crassis et tenuibus vrinis. Et quòd vrinarum significatio in febribus præcipuè vtilissima sit. 3. De vrinis naturalibus. 4. De vrinis ægrotantium, déque hypostasi, et enæoremate. 5. Quomodo pus album, vel crudus humor albus subsidens ab hypostasi discernantur.
6 Remedia secundũ vrinæ et hypostasis colorem adhibenda.

CAPVT I.

OPtima vrina est, cũ eius alba fuerit hypostasis, quã substã tiã dicere possumus & leuis, & æqualis perpetuò donec iudicatus fuerit morbus. Significat nãq; securitatem, nec diuturnam fore ægritudinẽ. Si verò intermittat, & pura quandoque mingat, quandoque subsidat album quoddam, & læue, tum diuturnior efficitur morbus, & minùs tutus. Si fuerit vrina subrubra, & hypostasis subrubra, & læuis, diuturnior hæc, quàm prima, verùm multò salubrior. Crassioris autem farinæ specie in vrinis hypostases, malæ: quibus adhuc peiores sunt etiam foliosæ: at tenues, & albæ, admodũ malæ: quibus improbiores, furfuraceæ. Nebulæ suspẽsæ, & mobiles in vrinis, albę quidẽ bonæ, nigræ verò malæ. Si erit tenuis, & rutila vrina, ægritudinẽ significat crudã, at diuturnã, & sine periculo esse nõ põt. Lethalis aũt malè olẽs, & aquosa & atra, & crassa. Virilis aũt, siue muliebris atra vrina, pessima: infantibus aũt, aquosa. Quibus vrinæ tenues, & crudę mingũtur diuturnę, si alia signa tãquã euasuris adfuerint, hos abscessum ad septi trãsuersi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoq; supernè innatantes araneosas licebit improbare: colliquefactionis enim signũ est. Cõsiderãdæ porrò vrinæ, in quibus sunt nebulæ, sursúmne, an deorsum meent, quósq; colores habeãt, déorsũ enim labẽtes cũ coloribus iã memoratis, malas esse debet arguere. Nec te fallat vesica ipsa ęgra, quę huiusmodi aliquã reddat vrinã: nec enim totius est corporis signũ, sed ipsius per sese. Quibus vrinæ crassæ grumosæ paucæ nõ febricitãtibus, copia ex his tenuis adueniẽs prodest, præcipuè tales adueniunt quibus à principio, vel è vestigio stabilitur hypostasis. Quibus vrinæ perturbatæ velut iumentorũ, iis cephalalgiæ aut adsunt, aut aderunt. Quibus vrinæ perspicuè albæ sunt, improbę, pręcipuè in phreniticis apparẽtes. Quibus hypochõdria sublata, murmurãtia, illũ dolore accedẽte, iis alui humectantur, nisi flatus erũpãt: vel vrinę proueniat copia: hæc sanè in febribus. Quibus sanguis, vel pus mingitur, renũ, vel vesicæ exhulcerationis est argumẽtũ. Quibus in vrina crassa existente minutæ carunculæ tãquã pili pariter adueniũt, iis à renibus excernitur. Quibus in vrina crassa existente furfuracea emingũtur, eorũ vesica scabiescit. Quibus spõte sanguis mingentibus exit, eis à renibus significatur
A venulæ fractura. Quibus in vrinis arenosa subest materies, iis vesica calculescit. Si noctu mingatur multũ, exiguũ excremẽtũ significatur. Quibus biliosæ hypostases, supernæ autẽ tenuitates, celerẽ ægritudinẽ significant. Quibus in vrinis insidẽt bullæ, ex renibus significãt ægritudinẽ, eãq; longã fore. Quibus febriũ vertigines à principio sunt, & pulsatus capitis, & vrina tenuis, eis expectãda est ad crises febris acumine augeri: nec mirabor cũ caput circũferri videbitur, si in amẽtiã deciderint. Quibus pinguis hypostasis, & accumulata, iis renũ vitia, & acuta significãtur. Quibus ex renibus laborãtibus prædicta signa sint, laboresq; circa musculos spinales extiterint, si ĩ locis sint exterioribus, abscessus quæ Græci ἀποςήματα vocãt, foris expecta futuros sin in locis interioribus fuerint dolores, abscessus in interioribus fore expectato. Si sanguinem meiat, & grumos, strãguriãq; affligatur, dolórq; ad perineũ, ac epigastriũ incidat, significat circa vesicã esse ęgritudinem. Quibus à principio vrinæ sunt nebulosæ, vel etiã crassæ, purgandi sunt, si cætera cõferre videbũtur. Quibus à principio vrinæ sunt tenues, iis medicamẽ ne exhibeas: at si videbitur, clysteribus vtere, ita nanque si curẽ-
B tur, profuerit.

I I Quod futurũ quoq; est, ex vrinis licebit cõiicere: nã si dẽsior, vel pallidior, melior erit vrina: si tenuior, & nigrior, erit deterior, (salutẽ nanq; prõnũtiat). Hunc Hippocratis locũ Galenus hoc modo interpretatur. Manifesto nũc crassiores tenuibus cõparãs dixit: non naturalibus autẽ tenues, & nigras, pessimas ad solas tenues effectas, minimè cõcoctã significãs ægritudinẽ. Integrè nãq; tenuis aquosa est, & périnde etiam alba. Quòd si mutationes habeat, tẽpus significat, & necesse morbũ cõmutari ad inequalitatẽ in deteriorẽ, & meliorẽ. Ex febribus, inquit porrò Hippocrates, pręcipuè morbis vrinarũ significatio colligitur vtilissima, sed quoniã omne cõtra naturã ab eo, quod est naturale, innuenitur, à naturalibus sumamus principium.

I I I Vrina igitur in sanitate & habitu bono constitutis hominibus, optima est quæ subrutila, aut subflaua crassitudine mediocris, quæq; colorẽ nõ mutat, cũque emicta fuerit, læuẽ, & albã, & æqualem perpetuò seruat hypostasim iuxta bibẽtis rationẽ. In fœminis naturalis vrina colore albior sit, quã viri ferè necesse est, maiorẽq; habeat hypostasim. At infantiũ crassa est hypostasis,
C propter puerorum voracitatẽ, inordinatũque & intẽpestiuum motum. Læuem, inquit Galenus, hypostasim vocat Hippocrates, continuã, & indiuulsam significare volens: læue siquidẽ apponitur aspero. Aequalem verò, vt in totũ semper similẽ mingat: nã quæ manet concocta, neq; déinde incõcocta, nõ vtiq; hypostasim vel profusionem totam habet inæqualem. Si quæramus igitur in naturali vrina colorem, vel profusionis constitutionem, & quæ à profusione inferuntur, vt nebulã sub nebula suspensam, & in fundo hypostasim, non dubiũ quin ad hæc conuersa vrina inconcoctionem indicet in venis esse.

I I I I Optima quidẽ, inquit Hipocrates, vrina est in ægro

in ægrotãtibus, quæ ſimillima ſanorũ vrinę, ſubuiridis, vel ſubflaua, & albam, & læuẽ, & æqualem habens hypoſtaſim. At deterior, eleuationem habens albam, & lęuem, & æqualem. Et porrò hac inconcoctior, quæ nebulam habet, quæq; eſt ſubternubilata, in qua enim flatus eſt in profundo craſſus, & incõcoctus, ſi exiguus quidem ſit, extrudit reliquam materiam vt ad fundum vaſis deferatur: ipſámque diſpeſcendo, dirimendóque vniri nõ permittit. Quòd ſi redundet inconcoctus in fundo flatus, attollit ad profuſionis medium hypoſtaſim, facítque eam ſublimitatem appellatam. Quòd ſi flatus implendio plus fuerit inconcoctus ad extremum profuſionis agit hypoſtaſim, quæ nebula nominatur, aut ſubnebula. Quãtò igitur potuerit flatus diſtribuere, nec ſuſtollere hypoſtaſim, tantò inconcoctiorẽ eſſe vrinam arbitrator. Quòd ſi neque hypoſtaſim, neque ſublationem, neque ſubnebulam, neque nebulam vrina habuerit, ſciendum eſt morbum facientes humores naturam concoxiſſe. Quòd ſi quandoque quidem habet hypoſtaſim, vel ſublationem, vel ſubnebulam, vel nebulam, quandoque autem non, pugnam natura oſtendit cum ægritudine. In puris nanque tertianis, & quotidianis nebula ſolũ, vel ſublatio, ſæpenumero ad morbi ſolutionem ſufficit. Quandoque verò bene coloratã dúntaxat eſſe vrinam.

V Plerunque etiam color albus eius, quod intus apparet illatum in profuſione, fallit ignaros, quod hypoſtaſim vtilem, quæ non ſit, eſſe opinentur. Euenit ſiquidem vt crudus humor, & albus cum vrina excretus ſubſidat præbeátque videndam vtilem hypoſtaſim: quandoque etiam iecore, aut renibus languentibus pus cum vrina excernitur, & ſubſidẽdo fallit etiam minùs acutum artificem: ſed priùs definiendum, excutiẽdũq; eſt languere hominem aut ex renibus, aut ex iecinore, alióve membro, vnde per vrinam purgari conſueuit: déinde etiã grauiter olẽs puris particeps inuenitur. At crudus humor per vtiles hypoſtaſes diſtinguitur ab inęquali ſubſtãtia eius quod ſubſidet: neq; enim id ſibi continuum manet, ſed in minutas partes diſpeſcitur tãquã arenulas: neque omnino læue eſt, ſicut vera eſt hypoſtaſis. Súbinde vtilium vrinarum primũ quidem apparet nebula: déinde ſuccedẽs ſublationẽ facit: poſtremò reſidens in fundo vaſis hypoſtaſim facit, cùm perfectè id concoctum fuerit. Verũ in crudis humoribus ſtatim ab initio in vaſis fundo ſubſternitur vis multa, quòd non ſit vtilis, ſed mala tota profuſio: déinde pedetentim concocta, & attenuata ad medium ſuſtollitur profuſionis, facítque ſublationẽ. Cũ verò attenuatior, ac concoctior euaſerit, ſubſidet in profuſione, & nebulam facit: planéque ignaros fallit, vt exiſtiment in deterius lapſam eſſe valetudinem.

VI Si fuerit vrina magis bilioſa, inquit Agrius Hippocratis interpres, & hypoſtaſis ſimilis, debes euacuare ſiue per vrinas, ſiue purgamine: ſi bilioſus fuerit color hypoſtaſis autem alba, erit bilis cum pituita: vtrunque euacuato. Si color albicans, & hypoſtaſis rufa, ſeu manifeſto, ſeu obſcurè, vel plus fuerit, ſi potentia valida firmæque ſint vires, mitte ſanguinem ex vena: ſin imbecillis ſit, medicamen adhibe, aut ei rei accommodatum exhibe cibum.

CLAVDIO GALENO

Attributus Liber De Simplicibus medicaminibus ad Paternianum.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Capita libri De ſimplicibus medicaminibus ad Paternianum numero ſunt 299. ubi ordine alphabeti Latini medicamenta ſimplicia ſingillatim enumerantur, plãtæ, metallica, & quæ ab animalibus ſumuntur, omnia eodem ordine. Vocabula multa inſunt corrupta, Arabica quædam, et barbara.

PRAEFATIO.

CVm mihi propoſuiſſem, chariſsime Paterniane, omnia Sinigmata tam metallica, quàm aromatica, & omnem herbationem deſcribere, optimum duxi, quia ſtudioſiſsimũ, & peritiſsimum eſſe te probaui: itaque accipe, tibi exemplum voluntatis, & ingenii offero. Igitur frater ſolicitè exquire tota tua peritia hanc ſcripturam: ne autem calumniareris proſpexi. Et ne quis dum aut herbulam, aut aliquam aliam ſpeciem, ſiue aromaticam, ſiue metallicam requirit, diutiùs erraret, & totum volumẽ euolueret, ordine primarum literarum A, B, C, D, &c. agam omnia ſinigmata nominare: quæ in ſimplario tractãtur & in vſum medicinæ cadunt: incipiemus igitur ab A, & ſic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De *ære uſto*. CAP. I.

AEs vſtũ fit maximè de clauis cupreis vetuſtis, qui in olla fictili cruda miſsi, in furno incenduntur, aſperſi ſulphure, vel ſale, vel vtroque, vel alumine, & coquuntur. Bonum autem æs, quod eſt optimè vſtum, vtpote rubricæ colorẽ faciet ad ipſa capitula in ſe: quod enim eſt fruitius, eſt cõbuſtum. Eſt ergo virtus, & efficacia æris vſti ſimilis ſquamæ, ſed tamẽ fortior eſt.

De *acacia*. CAP. II.

ACacia fructus eſt arboris ſpinoſæ, quæ maximè in Aegypto naſcitur: hic igitur fructus velut oliua exprimitur: & ſuccus illius in ſole ſiccatur, & in glebã redigitur: erit ergo optima acacia, quę eſt penitus leuis leuiter ſubrubra, ſuauitate odoris ſui ſubacidas tranſit, & guſtu valde ſtyptica. Hæc enim maximè de immaturo fructu premitur: nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia viſcide ſtringere poteſt.

De ær

De ærugine, uel uitreolo, CAP. III.

AErugo circa aliqua metalla in quibuſdam pelagis lentè,& veluti ſtillicidiũ manare perhibetur. Verũ & conficitur hac ratione:Granula interiora vuę quę quaſi ſunt,quæque Græcè τρίταπ]α dicimus,valde ſubſtruuntur in vaſe aperto,& aſperguntur miua,& aceto:déinde ſuperponitur lamina ærea & lata:& iterum operitur eiſdẽ tritaptis ſimiliter aſperſis: & lamina alia ſuperponitur,& hoc vlterius fit,quandiu vas capit: déinde oppilatur diligenter, ne aliquod habeat ſpiramentũ,& ſic die ſeptimo aperitur, & prolatis laminis, ęrugo,quã traxerint,leuiter abraditur,& rurſus intinguũtur. Et hoc fit vſquequo totę cõſumãtur. Alii ſuper acetũ acerrimũ has ipſas laminas ſuſpẽdũt,& dies decem relinquunt:déinde perferunt,& æruginem quantam inueniunt,abradunt. Alii maſſulas æris ligãt,& eis quaſi ſcobis ligamenta decidunt, in acetóq; mittũt:& quotidie bis aut ter commouent,vſquequo ęrugo euadat. Eſt ergo optima ærugo,quæ eſt læuis,& tactu nullam aſperitudinem habet,quaſi æris vſti,vel lepidis,& maximè acutiores.

De Ammoniaco. CAP. IIII.

AMmoniacũ eſt quaſi lacryma herbæ, quæ Gręcè νάρθηξ,id eſt,ferula appellatur,ſimilis altit, id eſt, aſſę:ſed viſcoſior,& foliis pinguioribus, quæ contrita eſt glutinoſa quaſi gluten. Naſcitur autẽ in terris Ammonis quondã regis in vltima Cyrene. Colligitur aũt Ammoniacũ ſic:Maximis ęſtatibus huius herbæ radix,& thyrſus inciditur,& ſic lacrymã fundit:& poſteà in terra colligitur:vnde & ſordẽ capit. Verũ eſt optimũ Ammoniacũ,quod eſt mundiſsimũ,& recentiſsimum,& colore candidum,& quaſi pingue vt thus. Et ſi frangitur,ſpiſſum,& ſplẽdidũ apparet,odore ſubſimile caſtorio:Poteſt igitur efficaciter remollire, & relaxare.

De aloe. CAP. V.

ALoe,ſuccus eſt herbæ,quæ eſt ſimilis ſcillæ,cuius radice inciſa hic ipſe promanat ſuccus:& colligitur vel tota herba contuſa premitur, & ſiccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam collectam in Iudæa, & Aſia,atque in India. Verũ optimam iudicamus, quæ eſt fragilis,gleba munda,pinguis,ſplendida,ſubrufa,et dum aliter facilè exhumidatur odore,ſubuiſcoſa,& guſtu amariſsima. Effectum autem duplicem habet. Si enim bibatur,& deglutiatur, ventrem ſoluit,& purgat putredinem,& choleram,& phlegma deducit. Cũ oxymelite datum drac.ij.ſtomachicis & hepaticis magnũ adiutorium eſt. Alii poſt cœnam bina vel trina grana, ſicut ciceris magnitudine,deuorant, quoniam corpus procurat,& eſcas non corrũpit. Et ſi ſitis fuerit,extinguitur,quando triueris cum ſucco caulium, & feceris ad ciceris magnitudinem. Alii miſcent colocynthidos interiora,& ſcãmoniã,& dant ad typos, vel ad varias infirmitates. Si verò corpus extrinſecus illiniatur, efficaciter ſtringit.

De amylo. CAP. VI.

AMylum omnibus notũ eſt. Eſt enim quaſi medulla frumenti,quod infunditur in ſportellam, & cũ preſſura colatur. Cuius eſt optimum quidem,recentiſſimum,& candidum,& leue, & ſine vllo acrore,vel luctoſo aliquo,aut inquinoſo odore. Poteſt autem leniter ſtringere. Propter quod collyriis ad lacrymam facientibus miſcetur:& ad profluuium ventris prodeſſe comprobatur.

De alumine. CAP. VII.

ALumen dicitur rotundũ,& ſciſſum,& liquidũ. Inuenitur autẽ omne alumẽ in inſula,quæ Melos dicitur:ſed & in Aegypto,& in Macedonia, & pluribus
A locis. Verũ eſt optimũ ſciſſum alumẽ,quod Græcè σχιςὸν dicitur,quíq; illius rotũdi veluti flos eſt. Hoc igitur ſimile eſt albis capillis vexatis,& quodã modo carminatis. Liquidum déinde,quod eſt leue, perlucidũ,& aliquid in ſummo in modum floris quaſi lactis habet: quod ipſum probamus ſiccum ad dulcorem. Syncerũ aũt ſi fit,nõ inficitur ab illo. Rotũdũ eò quòd eſt ſubalbidũ,et aliquo pallore velut pinguenatũ,fragile, mũdũ,& colorẽ mutat aſperſo ſucco,quẽ diximus. Poteſt autem omne alumen vehementer ſtringere.

De auripigmento, & pſilotro. CAP. VIII.

AVripigmentum,quod aliqui arſenicum dicunt, naturale eſt. Intrinſecum colorẽ habet aureũ. Quod cõminutũ in laminas tenues cõminutas finditur,quod in modũ auri refulget. Inuenitur in montibus Aſiæ, et Armeniæ,Ponticæ,et Cappadociæ. Verũ eſt quod de
B Amiſia, et Diſpõto affertur:hoc enim laminas habet latiores,et optimum eſt,et ſynceriſsimũ,et aurigeneo colore limpidiſsimum. Vires quoq; habet ſicut ignis, quod vrere poſsit,et alienationes conſumere. Si cũ calce viua miſtum fuerit,et corpori illinitum,pilos tollit. Vnde Grecè hæc ipſa miſtura ψίλωθρον dicitur, Latinè acilea nuncupatur.

De aphronitro. CAP. IX.

APhronitrum optimum eſt, quod eſt leuiſsimum, candidiſsimum, latum,et fragile. Poteſt enim et calefacere:et cum aliqua mordacitate relaxare,et omnes ſordes de corpore abſtergere.

De aloſardio. CAP. X.

ALoſardium eſt veluti pinguamen, quod aquis ſupernatat,ſtantibus prout ſtant alia,colore crocea to. Cuius optimũ eſt,quod nullo fallimine colligitur:
C hoc enim coloratiſsimũ eſt,et cum aliqua pinguedine, aquoſum,et penè putridum. Poteſt igitur acriter et incidere,et calefacere,et quaſi ſal aliena conſumere. Itẽ collyria,et malagmata colorare.

De alcimonio. CAP. XI.

ALcimonium ſpecies habet duas. Videtur autẽ ſiccũ et liquidũ. Aliqui aiunt vtrunque lacrymã eſſe arboris,quæ in Iudæa,et in aliis locis naſcitur. Alii quidẽ certius veluti pinguamen ſtagnorum eſſe dicunt,valde glutinoſum,et in ſe cohærens:et aquis paluſtribus ſuperſupernatare. Hoc igitur in ſcaphulis puſillis attrahi,et imponi et impletis ſcaphis non aliter præcidi: et ſic in terra expoſitũ ſiccari. Et hoc ipſum maximè in Iudęa, et aliis locis fieri. Liquidum autẽ, quod in Babylone, et Zacyntho colligitur circa quoſdã lacus. Eſt igitur ſiccum aſphaltum,quod eſt optimum, frigidiſsimum,
D et colore rufo veluti purpura ſplendens. Quod autẽ nigreſcit,pice adulteratur liquida:déinde quod eſt lucidũ,et glutinoſum,vtrunque odore grauiſsimo. Vires autem habet viſcidas,et efficaciter relaxantes.

De aphroſelino. CAP. XII.

APhroſelinum in Aegypto tãtummodo inuenitur, quod ita creatur. Ros cæleſtis poſitus ad lunæ claritatem in ſpecie lapidis,quem ſpecularem vocamus, coagulatus ſtringitur: vnde et nomẽ ſumpſiſſe videtur. Cuius eligimus quod eſt colore cæruleo,et lucido. Poteſt autem omnia vitia capitis potatũ emendare,et cephalalgicis,et epilepticis vtiliter prodeſſe.

De argemone, & eupatorio. CAP. XIII.

ARgemone,herba eſt pluribus nota,cuius vires faciunt contra venena ad diuerſas compoſitiones. Huius igitur radicem Græci, ἐυπατόριον dicunt:et eſt diuretica valde.

De api

De *apio*. CAP. XIIII.

APium, herba eſt quæ in hortis naſcitur, omnibus nota:& cuius ſemen facilè nouerunt:magis tamẽ ad medicinam aptum eſt. Mittitur autem in purgatoriis,& in antidotis. Eſt autem viribus acrius,& excalfactorium,& diureticum certum.

De *aniſo*. CAP. XV.

ANiſum optimum eſt Creticum,déinde Aegyptiũ, Gallicum inertiſsimum:veruntamen habet vires relaxantes,& excalfactorias, & diureticas,& ad vſum idoneas. Et eſt ſemen eius ſimile cicutæ. De nutrientibus,ſi bibatur,lac prouocat,et auget odore eius ſuaui.

De *agarico*. CAP. XVI.

AGaricum ab arboribus excreſcit, prout tubera, vel boleti:& eſt fractu leue,& quaſi vanũ. Eſt pallidum valde,& aſpectu ſubrubrũ:penitus ſubalbidum, non diſsimile furfuri. Guſtu initio videtur dulce, ſed ex lento euadit amariſsimum. Quod autẽ eſt optimũ, in Ponto maximè inuenitur:quod autem in aliis locis naſcitur,multùm eſt inertius. Vires autẽ habet acriter relaxantes,& venenoſis morſibus,& potibus reſiſtentes:ſic & ventrem purgat aliquatenus:& choleram, & phlegma deponit. Ideo nec dolorẽ, nec vomitũ facit.

De *abſynthio*. CAP. XVII.

ABſynthium omnibus notum eſt: & Santonicũ, tam Gallicum,& marinum, quã Ponticum, quod ipſum ex omnibus notum eſt. Hoc enim & in ſuccum redigitur contuſa tota herba: & ſuccus eius expreſſus ſiccatur, vel in aqua vſque ad tertias decoquitur,& ſic ipſa aqua recocta in mellis redigitur ſpiſsitudinem. Vſus quoque,& vires abſynthii,& quod lumbricos expellit,nemo ignorat.

De *amurca, uel fæce olei* CAP. XVIII.

AMurca, fæx eſt olei, quando premitur, nigra & aquoſa:quæ coqui ſolet in mellis ſpiſsitudinem. Cuius eſt optima, quæ de recenti coquitur:& ſic venuſtatẽ accipit. Vires habet ſtypticas, valde propinquas ei, quod in emplaſtris inuenitur,& in aliis multis compoſitionibus.

De *ariſtolochia*. CAP. XIX.

ARiſtolochia, eſt rotunda:& hoc ipſum, quod non eſt vetuſtum & graue, Siccum, & quodam modo ſpiſſum,& guſtu amarũ. In emplaſtris mittitur,& caua vulnera compræhendit,& replet. Ad viperarum morſus,& ad alia venena intrinſecus facit.

De *aconito*. CAP. XX.

AConitum, herbula eſt, quæ folia habet à ſua radice duo, vel tria, ſimilia cucumeri,& thyrſulum nõ altum, radicem oblongam,& ad imum magis tenuiorẽ, & minutiorem: ſpeciem & colores ad ſimilitudinem ſcorpionis puſilli ſine pedibus. Vires autẽ habet quaſi thapſia:& valde venenoſa eſſe dicitur.

De *artemiſia*. CAP. XXI.

ARtemiſia, herba eſt ſubſimilis abſynthio, ſed per omnia vaſtior, id eſt, foliis latior, ramis altior, & fortior, ſed aſpectu,& colore humidis. Poteſt autẽ relaxare, mẽſtrua, & vrinam procare,& partũ expellere.

De *aſparago*. CAP. XXII.

ASparagus,& ſemẽ, & radix eius vrinam prouocat: poteſt duritiem relaxare. Vires habet aliquatenus calefactorias,& diureticas.

De *amygdala*. CAP. XXIII.

AMygdala, eſt & ſuauis,& amara:& vtraq; viribus ſtyptica. Magis tamen ſunt in vſu medicinæ, & aptiores amaræ, eò quòd ſubtiles magis.

De *anagallide*. CAP. XXIIII.

ANagallis, eſt herba, quæ naſcitur in locis humidis, & ipſa ſpecies habet duas. Etenim vna cęruleo flore:altera quaſi roſeo. Verũ vtræq; ſunt in reliquo ſimiles. Sunt autem thyrſulo humili, foliis mollibus, & puſillis,& quaſi rotundis, habentes circa ramulos ſuos radiculas minutas, & ſubdulces, viribus ſtringentes. Efficacior quidem eſt illa cærulea, quæ in emplaſtris mittitur. Et ſuccus illarum cum melle Attico ad oculorum facit claritatem.

De *ami*. CAP. XXV.

AMi, ſemen eſt Athiopicum, cymino minutius quidem,& exalbius,& quodã modo ſpiſſum. Cuius optimum eſt quod recens,& non furfuroſum. Vires habet acres,& excalfactorias, & relaxantes. Vnde prorſus inflationẽ ſedat, et vrinã, et mẽſtrua prouocat.

De *ardacha*. CAP. XXVI.

ARdacha naſcitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. Et eſt ſpuma, quæ eſt in ſpecie ſpongiæ, conſimilis halcyonio, ſed aſperior, & ſiccior, & leuis valde. Vires habet acres,& in modum ignis excalfacientes:& ſi corpus de ea fricemus, cum magno calore pũctionis dẽſat,& exanthemata facit.

De *amomo*. CAP. XXVII.

AMomũ, genus eſt herbæ odoratiſsimæ, quæ ramulos habet duros, & ſiccos, virgulis adſimiles, colore ſubrufo:circáque folia habet iuncta, & copioſa, & in ſpeciem racemorum implicata. Flos eius, quaſi violę tota guſtu acriter excalfaciens. Cuius etiam optimum dicitur Armenium: ſequitur Ponticum, quod ipſum aſperius eſt,& durius. Nam de Media, omnium eſt inertiſsimum, eò quòd locis humidis naſcatur. Vires autem habet omne amomum calefacientes, & ſiccantes. Eligere tamen debemus quod ab vna radicula omnes ſuos ramulos excreſcentes,& integros habet foliis, & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus quod gummi conglutinatur coniunctum cum amomo, aut amomide herba, que eſt aſsimilis: ſed caret odore,& flores habet origano ſimiles.

De *aſaro, id eſt, baccare*. CAP. XXVIII.

ASarum, radicula eſt minuta,& nodoſa,& tranſuerſa, ſuauiter olens, quæ & in Gallia, & in Phrygia inuenitur. Verùm optimum aſarum Ponticum,& huius quod eſt recentiſsimum. Vires autem habet excalfacientes,& cum acrimonia relaxantes:vnde & vrinã, & mẽſtrua prouocat:& totũ corpus calefacit cũ oleo, & vino iunctum, atque læuigatum.

De *acoro*. CAP. XXIX.

ACorus herba eſt, quæ & thyrſum emittit, & folia iridi ſimilia, lata,& oblonga,& exalbida,& in ſummo extẽſa,& acuta, quaſi gladius:florem aureum habet: radicẽ quoq; implicatã,& nigriorẽ, quã iris habet, nodoſam,& guſtu acrẽ,& aliquatenus ad odoratũ. Semẽ plenũ, ſpiſſum, integrum,& ipſum odore ſuaui perſtringitur, quomodo & meu: & per omnia eſt efficacius,& magis excalfacit,& intra ſplenẽ videtur cõſumere potũ:& ſuccus radicis illius claritatẽ oculis facit mirificé.

De *auena*. CAP. XXX.

AVena creſcit in ſegetibus,& eſt tota ſimilis foliis, & culmo, frumẽto, ſed fructu differt. Hęc igitur vires habet efficaciter relaxantes,& ad omnẽ tumorem facientes

De *portulaca*. CAP. XXXI.

POrtulaca omnibus nota eſt,& viſcide ſtringit. Propriè tamẽ, maſticata dentium offenſam, quæ ab immaturis fit, quã Græcè *αἱμωδίαν* dicimus, ſanat.

De aſphodelo

De asphodelo. CAP. XXXII.

Albucus, qui dicitur asphodelus, nascitur in molli terra: & habet folia similia porro capitato, & circa terram diffusa: thyrsum lenem, rotundum, & oblongum, in summo ramulos excrescentes, habentes florẽ exalbidum, fruticulum nigrum, radices quoq; oblongas, & rotundas, quæ sunt potentiores. Cōbustę enim, & in cinerem redactæ, alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ipsa bibita renibus dolentibus prodest: vrinã, et menstrua prouocat, et ad tussim veterem facit: nam tunsa, et imposita duritiem emollit.

De abrotono. CAP. XXXIII.

Abrotonum omnibus notum est et amaritudine, et acrimonia sua. Similiter vt absynthium proficit, sic et lumbricos expellit.

De anetho. CAP. XXXIIII.

Anethũ vires habet acres, et excalfactorias et diureticas, aptas, et idoneas rursus ad infrigidationes omnes intestinorum.

De gramine quæ dicitur agrostis. CAP. XXXV.

Agrostis, hærba est, quæ in campis nascitur, & habet folia quasi auena pusilla, & veluti vinculis in terra repentia, nodosa, radiculas quoque longas, spissas, nodosas, quæ faucium vulnera glutinat: potata vrinam prouocat. Canes etiam quando volunt purgari, hanc herbam manducant.

De armenio. CAP. XXXVI.

Armenium, vel minium optimum dicimus, quod est leue, æquale, cæruleum, fragile sine lapillis. Vires habet chrysocollæ, & tamen inferiores. Proprietate genas siccat, & nutrit palpebras.

De alosachne. CAP. XXXVII.

Halosachne, est veluti spuma maris, quæ in petris insidet, & remanet. Vires habet quasi sal, & omne nitrum.

De bdelio. CAP. XXXVIII.

Bdeliũ, lacryma est arboris, quę in Arabia nascitur, quod in modum resinæ manat. Optimum est, quod perlucet cũ aliqua pinguedine, prout chrysocolla. Et gustu est amarum, mundum, & nihil in se sordidũ, aut alienũ habet: molle, & ab igne odorem suauẽ emittit. Potest tamen penitus & in instanti excalefacere, durities neruorum emollire, & stricturas relaxare, & ea quę sine collectione habet, euaporare. Sed & adulteratur gummi ipsius, quod gustu, & sapore depræhendimus. Amittit enim suam mordicationem.

De balaustio. CAP. XXXIX.

Balaustium, flos est syluatici maligranati: cuius floris aliquæ sunt species. Inuenitur autem & album, & purpureum, & simile rosæ. Et quidem ipsum vires easdem cytinis habet.

De butyro. CAP. XL.

A Butyrum fit ex lacte bubulo, & ouillo. Est autẽ optimum ouillũ, quod colore subrufo, & amplius est pingue. Quod ita conficitur: immittitur enim in cupulam longam, & cum virga, quæ habet in capite rotulã, que intra cupam capere possit, agitatur diutissimè hoc ipsum lac: & fit vt quod est illius pinguissimum supernatet: quod colligitur, & in vasculo reponitur. Optimum est ergo butyrum, quod est pinguissimum, & ex ouillo lacte æstate factum. Vires autem habet leuiter relaxantes. Vnde ad vuluæ dolores, & tumores, & loca neruosa, & delicata, & siccitatem pulmonis propriè vi detur facere.

De batrachio. CAP. XLI.

B Batrachium, herba est in modũ cicutę, similis coriãdro, vel apio: arescẽs veluti ferula: & in summo florem habet aureum, & splendidũ valde: & radices subalbidas, & longas. Nascitur in locis humidis. Vires habet causticas, & exhulcerantes.

De bryonia. CAP. XLII.

Brryonia, herbæ radix est plerunque habens vastitudinem rapæ, & longitudinem pastinacæ. Viribus acris, & calefactoria: propter quod oleũ, in quo est cocta, ad acopa, & malagmata facit naturaliter, nascẽs in plurimis locis.

De bulbo erratico. CAP. XLIII.

Bulbi erratici flos est rufus, & odoratus. Cuius est optimus, quod longitudinem, & æqualem habet va C stitudinem, & nimiam vastitudinem, in summo veluti apicem abiicientem. Recens & aspectus, prout succinũ perlucens, & ad tactum non humidus: & ad gustum linguam submordens, & saliuam diu, multúmque inficiẽs. Huiusmodi enim erit optimus, licet Cornetum, licet Sium, vel Aegæum, vel Selgium, vel Syriacum, & Syrenaicum, & Centuripinum, Siculúmque appellemus, vel si quid est aliud à suo tractu aliter cognominatur. Vires autem habet omne crocum leuiter stypticantes. Mitigat enim omnes dolores commistum collyriis, antidotis, & aliis compluribus compositionibus. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum, atque de fructu læuigata cũ ea spuma argenti, aut molybdæna, aut lapide sparto: sed dignoscitur. Aliquid enim tactu bullua strum inuenitur. Odor situosus, & terrenus. Et de fructu, austerus occurrit, & est entissimus.

D

De cadmia. CAP. XLIIII.

Cadmia fit in metallis, vbi æs, cuprum, & argentum coquitur, & conflatur, quando prima terrea pressa sunt. Nam quod est terreum, coctura ipsa separatur: & quasi fuligo lateribus, & cameris ex ipsa plenitate furnorum adglutinatur, & sic tempore crassatum, & in speciem lati lapidis induratum auellitur. Est ergo optima cadmia, & quasi prima, quã Græci βότρυτιμ appellant: quæ extrinsecus quasi racemulos habet, & intrinsecus subuiridicat. Secunda, quam onychiten appellamus. Tertia ostracitis, quæ est tenuissima, & aspectu testæ assimilis. Omnis tamen cadmia styptica est, & vehementer stringere potest: propter quod collyriis miscetur, & vulnera sordida expurgat, & ad cicatricẽ perducit.

De ce

De cerusa. CAP. XLV.

CErusa sic fit: Acetũ acerrimum funditur in amphoram vt faciat quasi dimidiam: déinde plumbum dilatatum, & extenuatum super acetum suspenditur: & sic ipsa vi aceti remissa in soluto plumbo in amphora, veluti fæx subsidet, quam fæcem de limpidato aceto lęuigamus, & in sole siccatam terimus: & ex aqua tandiu lauamus, vt nihil habeat asperum, & læuigatam aquam in sole siccamus. Cuius est optima, quæ est candidissima, et non grauissima, & quæ lingua non denigratur. Vires autẽ habet stypticas, sed ex aqua, & vino potata, venenosa esse dicitur. A

De chitran. CAP. XLVI.

CHitrán, lacticinium est quàm plurimarum arborũ. Omnibus notum est. Cuius quasi optimum eliquimus quod est candidum, & mundum, & glutinosum. Præstat autem quod & dragantum facere dicimus.

De chalcitide. CAP. XLVII.

CHalcitis, gleba est naturalis, quæ est in Cypro insula: quę in metallis inuenitur, colore subaureo, intus venas habens diffusas, prout alumen scissum & in modum stellarum fulgentes, Cuius est optima, quæ est recẽtissima, et mundissima, et ęqualiter fragilis. Potest igitur sine mora vehemẽter stringere. Vnde ad profluuiũ sanguinis, humoris, & ventris, habetur vtilissima.

De como. CAP. XLVIII.

COmum, herba est omnibus nota: cuius semen est simillimum aniso: & ad vsum medicinalem colligitur. Refrigerat autẽ, & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur: nã et ipsum eadẽ præstat. Verùm optimum comum habetur Creticum.

De castorio. CAP. XLIX.

CAstorium, animalculum quadrupes, & qui castor appellatur, testiculus eius est: quod partim in aqua partim in terra viuit, & circa aliqua flumina capitur. Verũ optimum castorium est Ponticum. hoc enim plenissimum inuenitur: & cohærentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo, odore grauissimo. Potest igitur firmiter excalfacere, & relaxare, & sic elimare longinqua vitia neruorum, quæ nimiis doloribus contrahuntur.

De chalcantho. CAP. L.

Chalcanthum in metallis inuenitur. Cuius est quod naturaliter foditur. Cuius quoq; optimũ dicimus, quod est colore cæruleo potiùs, quã pallido. Est aliud quod ex hoc quidem fit: admista enim aqua copiosa coquitur in plumbeo vase satis amplo, & sic ex partibus copiosis instanter compositis veluti laminæ insequuntur: post quod ipsum chalcanthum in glebulas dispartitum spartitoris adglutinat. Verum est optimum, quod est colore, prout diximus, cœruleo, graue, mundum, perlucidum, & viscide stringere potest.

Item de chalcantho. CAP. LI.

CHalcãthum in metallis fit. Quando enim æs remissum est, & purificatur, aqua frigida aspergitur subitò, aut in fimo conficitur. Ipsum, flos est in specie milii, & optimum est, quod est rotũdum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile, si læuigetur. Adulteratur tamen scobe æris, quæ frangitur. Verumenimuero æris flos vires habet viscidas, & stringentes, sic enim cicatrices deducit, & factas in gulis extenuat.

De crocomagmate. CAP. LII.

CRocomagma fit expressis aromaticis crocini vnguẽti: & est quasi gleba lata, & oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorem, & similiter redolet vt myrrha, et gustu linguã submordet, dentes quoque, & saliuam, & manus inficit, graue, & minimè asclosum. Vires quoque & ipsum croco repręsentat, id est, stypticas: nam & hoc stringit. Plures autem in cõpositiones propter prætii distantiã pro crocomagmate mittunt crocum.

De cucurbita syluestri. CAP. LIII.

CVcurbita syluatica nascitur maximè in Aegypto, magnitudine similis infantili pilæ, gustu amarissima, nota compluribus. Hæc igitur amaritudine, & acrimonia sua viscide, & cum vexatione totũ corpus cõmouet: sic & vẽtrẽ purgat, & in antidotis cõmiscetur.

De centaurea. CAP. LIIII.

Centaurea, herba est origano assimilis, aliqua maior, & aliqua minor. Verũ folia habet magis oblonga, quã rotunda, incisa quasi ferula, ramulos ab ipsa radice plures, & longos, in quibus summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes. Vnde totum ventrem purgat, & nigrã bilẽ prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est vasta, ardens velut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine: cuius succus est colore subrufo, & facit suspiriosis, & tussientibus. B

De chelidonia. CAP. LV.

CHelidonia, herba est omnibus nota, quæ succum quasi croceũ emittit, qui in icteritiis citrinis & in nigris bibitur, & collyriis mista ad caliginem oculorũ facit.

De cedro. CAP. LVI.

Cedrum lacryma est arboris eiusdem nominis, solidum, viscidum quoque & ipsum efficaciter, & omni vexatione refrigerat, & stringit, propter quod maximè causticis admiscetur.

De cinabar. CAP. LVII.

C CInabar non est sanguis draconis, quod aliqui putant, sed fit de lapide: qui dicitur argyritis arena. Et est optimum, quod in Hispania fit: hoc enim splẽdidissimum est, & coloratissimum est colore sanguineo, veluti coccineo. Potest igitur leniter stringere: quapropter quidẽ collyriis additur: sed & coloris gratia. Inficit enim, & colorat adhuc magis, quã hæmatites. Aliqui dicunt ipsum esse minium cinnabar.

De cera. CAP. LVIII.

CEra omnibus locis inuenitur: sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, & odore suaui, & quasi melleo. Verũ omnis cera remollit, & laxat durities: propter quod in emplastris, & acopis, & malagmatibus mittitur.

De careo. CAP. LIX.

CAreum, est semen omnibus notum, cuius & vsus, & efficacia ferè talis est, qualis & apii: hoc tamẽ aliquatenus virosius videtur esse, & magis ad compositionem idoneũ: verùm in antidotis, & in purgatoriis mittitur.

De cypero. CAP. LX.

CYperus, radiculæ sunt pusillæ non dissimiles oblongis oliuis: quarũ eligimus, quę sunt grauiores, & splen

& ſplendidiores: ſed & duriores, & veluti lanuginem habentes ad ſimilitudinem ſpicæ: & ipſæ colore fuſcio-res, redolentes ſuauiter, & guſtu acres, & ſubamaræ: viribus excalfacientes, & aliquatenus ſtringentes.

De cocco Cnidio. CAP. LXI.

COccum Cnidium, fructus eſt herbæ, quæ in montuoſis creſcit. Autumno colligitur, & in ſole ſiccatur. Duos habet veluti cortices. Vnum extrinſecus rubrum: alium intra ſe, quaſi nucleum album habentem. Verùm purgat vehementer. Et nimio ſuo calore prout ignis excalfacit.

De cyclamino. CAP. LXII.

CYclaminos, herba eſt, quę radicem habet nigro cortice clauſam in ſpeciem rapæ, & thyrſulum puſillū: circa quam folia ſimilia hederæ, ſed nigriora, tria, vel quatuor, & floſculum roſeum in ſpecie. Hæc igitur radix quo tempore tota herba floreſcit conciditur, & in pila tunditur: & ſic in preſſorio ſuccus eius exprimitur, & in patella fictili ſiccatur: vel etiam coquitur, vſque dum mellis habeat ſpiſsitudinem. Vires autem habet acres, & excalfactorias: vnde & ventrem purgat. Hic ipſe ſuccus potatus, & commiſtus cum melle, aut cum lacte, aut aceto, per nares infuſus, caput purgat, & ſuffuſiones ſuper oculos inunctus diſsipat.

Decoſto. CAP. LXIII.

COſtum, radiculæ ſunt non ignotæ, & plenulæ, & ſpiſſæ, & ſiccæ, non vermiculoſæ, quod dicimus à ereta, eo quòd ſit recens. Tale eſt optimum coſtum. Sed & guſtu ſubmordet, & excalfacit. Hæc omnia in ſe habet, quod ab Aegypto affertur. Sequens eſt Arabicum: hoc enim leuius quidem, & odore ſuauius. Déinde Indicum, quod eſt vaſtum, & nigrum, & leue, prout ferula. Infirmius Syrium eſt: ſtrictum eſt enim, colore buxeo, & graue valde, & odore graui. Verùm omne coſtum vires habet acriter ſtringentes, & excalfacientes.

De cantharidibus. CAP. LXIIII.

CAntharides, animalcula ſunt, quorum ſunt efficacíſsimæ, quæ in ſpicis frumenti adhuc floreſcentis inueniuntur, virides, & quaſi diſtrictæ circa papillas ſuas, violaceo colore, oblongæ, & vaſtæ. Interiores enim ſunt, & minores, & latiores, quæ circa roſas colliguntur. Et adhuc infirmiores quoq; vt colore ſunt. Hæc enim animalia momento à vapore aceti ſuffocantur, & in vas non picatum reponuntur: faciunt enim in aliquibus antidotis, & in aliqua cauſtica. Sed venenoſa eſſe dicuntur.

De chryſocolla. CAP. LXV.

CHryſocolla, eſt quaſi puluis viridis valde: cuius optimam dicimus de Armenia. Eſt enim læuis, & ſine vlla aſpredine, & omnium viridiſsima. Sequens eſt Macedonica, póſtque Cypria, ærugini ſimilis. Verùm omnis chryſocolla vires habet acriter ſtypticas. Vnde & collyriis ad lacrymam facientibus miſcetur: & in cerotis poſita carnes luxuriantes ſtringit.

De caliſiua. CAP. LXVI.

CAliſiua fit de lapide, qui affectatim vritur: & eſt viſcidiſsima, quæ eſt recens, & non mundata. Mittitur autem in emplaſtris, & in cauſticis. Eſt enim & ipſa cauſtica, & vires habet acerrimas.

De coriandro. CAP. LXVII.

COriandrum notiſsimum eſt. Huius ergo ſuccus viſcide refrigerat, & ſtringit: propter quod ad ignem ſacrum propriè facit. Sed & ipſa folia trita & impoſita. Item ſemen eius tritum, & potatum cum oleo, lumbricos occidit.

Galen.

De cymino. CAP. LXVIII.

A CYminum viribus præcipuis præditum videtur Aethiopicum: ſequēs Afrum. Verùm omne cyminum leuiter laxat, & calefacere poteſt: & ſic in flationibus, & tortionibus prodeſt: & viſcide dolorem placat. Et ſi bibatur, pallorem facit.

De chamæleonte. CAP. LXIX.

CHamælegon, herba eſt non vna ſpecie. Inuenitur autem nigra, & albida. Verùm albida, eſt, quæ folia habet circa ſua radicem in terra diffuſa, varia, denſa, aſpera, quaſi ſpinoſa, & in medio velut ſurculum acutum ſtantem: florem purpureum, denſum, & minutum, qui & albeſcit: ſemen quaſi anethum: radicem albam, & vaſtam mole, grauiter redolentem, guſtu ſubdulcem: quæ cum paſsione vrinam mouet, & hydropicos ſiccat, & lumbricos occidit. Nigra déinde quę eſt, folia habet tenuiora, & pauciora, & ſubrubicunda: thyrſulum oblon-
B gum, craſsitudine digiti, et ipſum rufum: in quo ſummo cumulum, et florem ſpinoſum, hyacinthino colore: radicem vaſtam, et nigram, vel variam, ſpiſſam, ſubrufam, et ſubmordentem, ſicut aſſeritur, quæ facit ad maligna hulcera, quæ Græcè κακοήθη dicuntur. Item maculas, et lentigines cum aliis rebus commiſta tollit. Vtranque tamen quibuſdam locis circa folia ſua dicunt viſcum emittere.

De cardamomo. CAP. LXX.

CArdamomum, ſemen eſt, quod naſcitur in Arabia, et in aliis locis. Eſt optimum, quod eſt flauum, plenum, graue, durum, et quaſi lentum, et non rugoſum, et totum concluſum, et, ſi frangatur, pulueroſum, guſtu ſubamarum, excalfaciens, odore graue. Vires habet acres, et excalfactorias, relaxantes. Vnde tortiones, et inflationes ventris ſedat: et vrinam, et menſtrua prouo-
C cat, et partum expellit, et ad tuſſem veterem facit.

De chamæmelo. CAP. LXXI.

CHamæmelus, herba eſt omnibus nota. Cuius virtus, et efficacia eſt cum ſuauitate calefactoria, et cum omni dulcedine temperata, et ſudorem prouocans.

De calamo aromatico. CAP. LXXII.

CAlamus aromaticus eſt, qui in India creſcit, et ſubrufus, et nodoſus maximè, et quaſi araneas habens: et qui frangitur in plura fruſta, ſicca, et minuta: et odore ſuaui: fructu, et viribus ſtypticis, et glutinoſis: acris et excalfaciens. Reprobamus autem qui aut exalbidus eſt, aut nigricans, et nodos raros, et paucos habens.

De chamædrye. CAP. LXXIII.

D CHamædrys, herba eſt oblonga: cuius folia ſunt ſimillima quercus, ſed minora, guſtu amara. thyrſulum, et florem ex parte rubicūdum habens, et puſillum. Naſcitur in locis aſperis. Vires habet acres, et relaxantes: propter quod ad tuſsim veterem facit: et menſtrua, et vrinam prouocat, ſed et partum expellit, et hydropicis prodeſt.

De caſia. CAP. LXXIIII.

CAſia cùm plures habeat ſpecies, et aliquibus locis colligatur, optima eſt, quæ in Arabia inuenitur. Eſt enim aſpectu grauiſsima, colore rufo, tenuis, læuis, longa fiſtula maiori, ad tactum læuiſsima. Hæc igitur ipſa certis eſt cum virgulis, quæ ſibi creſcunt tenues, et oblongæ: quarum cortex tempore certo à virgulis ſuis recedit, et quaſi tribulus adducitur, prout dracones ſquammis ſuis ſe exuere dicuntur. Verùm omnis caſia fiſtula vires habet acriter calfacientes, et ſtringentes:

vnde ad omnia vitia thoracis facit,& in antidotis mittitur:aliquando pro se,aliquando pro cinnamomo,duplicatis ponderibus eius.

De *cyphi.* CAP. LXXV.

CYphi,est quasi suffimenti genus, quod ex his rebus conficitur, calamo aromatico, cinere aspalathi, myrrha,primo cypero,iuniperis veteribus,& nuce elapidata. Puluerizari quæ possunt,tunduntur,& cribrantur,& siccum reliquum in vino maceratur vno die: déinde aspalathum comburitur,& leuigatum aspergitur: & tunc mel decoctum admiscetur:& sic omnia in vnum diligenter commouentur, & in vase fictili reponuntur. Hæc antiqui,qui eis vtebantur. Medici quoque illud in aliquas compositiones mittunt. Potest autem acriter, & efficaciter relaxare.

De *cinnamo.* CAP. LXXVI.

CInnamum sunt quasi ramuli,& virgulę,quæ ab vna radice plures excrescunt rectæ, & minutæ, & non adeò longæ,& colore subrufæ,et extenso cortice,non rugoso:qui cortex vngue non facilè abraditur. Nodulos plures,& interualla habent,& in medio læues: &,si frangantur,quasi puluerem emittunt,odore omnia vincentes. Ferè enim hæc maxima probatio cinnami est, quod est omnium rerum odoratissimum. Gustu verò, & viribus est acre,& excalfactorium: & extensos stringit, & submordet. Propter quod in multas compositiones mittitur. Tamen in antidotis pretiosum est valde.

De *cucumere erratico.* CAP. LXXVII.

CVcumer erraticus nascitur maximè in locis sabulosis:& est per omnia dulci cucumeri similis, sed pilosior,id est,asperior,& multò breuior,& minor. Radicem habet quidem vastam,quæ læuigata,& pro fomento imposita, ad dolorem, vel durities neruorum, & ad podagras facit:& siccata, & rasa,& cribrata,omnia mala de corpore tollit.

De *conyza.* CAP. LXXVIII.

COnyza est omnibus nota, cuius folia præacrimonia sua viperas, & serpentes fugant, & ad morsus earum faciunt:sed & vuluæ longinqua vitia remediant.

De *colchico.* CAP. LXXIX.

COlchicon,vel ephemerum hanc ipsam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt. Effert autem florem album:déinde emittit quasi bulbi fructum in thyrsulo rubrum, radicem subrufam, & nigricantem, intrinsecus albam,& mollem, dulcem, lacte plenam, quæ dicitur vicem fungi strangulatoris facere,& ferro pręcisos sanare linita.

De *clematide,uel uite alba.*

CAP. LXXX.

CLematis, hanc aliqui vitem albam dicunt, flexibilem, subrufam, & quasi circunflexam: folia habet acria,& exhulcerantia:fructum vuæ similem. Phlegma déorsum deducit,& purgat.

De *cnico.* CAP. LXXXI.

CNicum thyrsos habet bene longos,spinosos,capitella,& folia habentes oblonga,aspera,& vitiosa,& ipsa spinosa: florem quasi croceum: semen oblongum, & quasi angulosum,rubrum,& album:quod totum ventrem purgat,& phlegma & choleram deponit. Sed moderatè tunditur semen eius,et expresso succo eius, datóque in ptisana, aut in iure pulli, alumen, vel anisum, vel amygdalas miscẽt, et faciunt dysentericis magnum adiutorium drach.vj.

De *corallo.* CAP. LXXXII.

A COrallus est colore rubro,quasi arbustum. Vires autem habet stypticas. Vnde sanguinem excreãtibus mirè proficit.

De *cuculo,id est,uua lupina.* CAP. LXXXIII.

CVculus Græcè cinenon dicitur, alii strychnon vocant. Et est herba facilè nota. Nascitur in hortis:ramos habet plures,et diffusos:folia autem maiora, et latiora:quæ facit grana rotunda,et viridia primùm,similia quasi granis vuæ: déinde quando maturauerint, nigra efficiuntur. Et dicitur vua lupina. Vires igitur habet stringentes,et bene refrigerantes.

De *cano.* CAP. LXXXIIII.

CAnum optimum habetur quod validissimũ est: et est cęruleum. Inuenitur enim in metallis,in quibus conflatur,et quibusdã litoribus maris. Vires habet,verum acriter stringentes,et quodam modo causticas.

De *cornu cerui.* CAP. LXXXV.

B COrnu ceruinum vires habet stringentes: vnde ad omne profluuiũ facit. Sed et limatur,et raditur, et in ouo in potum datur, et lumbricos expellit. Item si suffumigatur,viperas,et serpentes fugat.

De *coagulo.* CAP. LXXXVI.

COagulum omne stringere,et glutinare potest. Vnde ad omne profluuium aptissimum,et vtilissimum habetur.

De *dictamno.* CAP. LXXXVII.

DIctamnum,herba est mollis, quę quasi ramos emittit rotundos, et oblongos, nodulos copiosos habentes: circa quos foliola excrescunt similia menthæ, sed exalbidiora,& angustiora:et in summis ramulis flosculum roseum,et in ipso veluti semen nigrum,et similastrum: odore penè artemisiæ, sed suauiore: et gustu

C exlento:excalefacit cum amaritudine. Vires habet excalfacientes, et leuiter stringentes. Et propriè tamen vrinam, et menstrua prouocat: sed et fœtum mortuum expellit,et odore suo viperam et serpentes occidit.

De *diphrige.* CAP. LXXXVIII.

DIphriges,est veluti fæx, quæ à cupro vero crescit: quod subinde calefacit: quod similiter, vt calx viua,vritur:quódque primùm in sole siccatur, déinde coquitur. Potest igitur viscidissimè stringere, et in modum niuis refrigerare. Vnde optimum dicimus, quod gustu validissimè stypticum est, et similiter vt alumen exiccat.

De *dryopteride.* CAP. LXXXIX.

DRyopteris, filix est, quæ in arbore crescit: quod Græci πολυπόδιον vocant: per omnia iridi terrestri

D et specie similis,et efficacia.

De *dauco.* CAP. XC.

DAucum optimum est Creticum. Hoc igitur radiculam habet oblongam, crassitudine digiti: thyrsulum eadem longitudine, in quo summo flosculum exalbidum, et in medio semen, quasi pilosum, magnitudine milii. Est et aliud,cuius semen oblongum videtur,et cymino simile. Tertium verò quod cymulam habet quasi coriandri. Verum omne daucum vires habet acres, et excalfactorias: sic protinus ad gustum linguam remordet,et excalfacit. Vrinam quoque et menstrua prouocat,et partum deiicit:et ad tussem veterem, et ad omnia vitia thoracis, quæcunque fuerint, idonea facit.

De *dorycnio.* CAP. XCI.

DOrycnium, et halicacabum aliqui dicunt, folia habet colore similia oliuæ,sed longiora,et aspera:flo

rem

rem habet album:& femen quafi orobi, & in folliculo, quod aliqui quafi amatorium defcribunt. Verùm tota herba venenofa eft.

De cridrio. CAP. XCII.

CRidrium, radicula eft plerunque pufilli digiti, colore humaceo, id eft, terreo maximè penitus: cuius eligimus quæ eft ficca, & fpiffa, non vermiculofa, guftu excalfaciens: vires habet acriter relaxantes: & maximè ad oculorum claritatem facit.

De euphorbio. CAP. XCIII.

EVphorbium, eft lacryma arboris, quæ in Mauritania nafcitur, &, vt aliqui volunt, & in partibus Italiæ, quæ Galliæ adiacent. Optimum eft ergo euphorbium, quod eft recens, fubalbidum, & guttulis fuis afsimile minuto thuri, guftu exlento, linguam vehementer mordens, & excalfaciens. Poteft autem purgando humores ftringere, & calefacere aquaticos humores, prout finapi Alexandrinum, quod eft minùs acutum, & igneum. Hydropicis maximè datur, & colicis omnibus, qui frigidi funt. Ventres autem cholericos turbat, & fitim grauem facit, quia nimis exiccat. Commifcebis autem ei petrofelinon, aut anifum, aut cyminum.

De ebeno. CAP. XCIIII.

EBenum, genus ligni, quod in Aethiopia nafcitur: cuius optimum eft, quod eft nigrum, & æqualiter læue, fimile fua lenitudine cornu. Eft enim aliud in India, quod aliqua in fe abiectitia habet fubrufa. Verùm melius eft ad vfum medicinalem, quod priùs diximus. Vires autem habet ad guftum acres, & aliquatenus ftypticas: vnde fcobes illius collyriis mifcentur, & ad vulnera polyæma.

De oliuæ lacryma, feu ebea. CAP. XCV.

EBeas drachi, oliuæ lacryma eft, & gummi afsimilatur: & fimiliter ab ipfa matrice oliuę manat: & maximè in Aethiopia inuenitur. Cuius eft optimũ, quod eft recens, mundũ, pingue, rufum, guftu fubmordens. Vires autem habet vehementer excalfactorias: & ad oculorum caliginem facit.

De elaterio. CAP. XCVI.

ELaterium fuccus eft erratici cucumeris: quod hac ratione conficitur. Collectis compluribus cucumeribus priùs, quàm ad maturitatem veniant, hos ipfos omnes admordemus, & in colum mittimus, fuppofito alio vafe, quod fuccum excipiat illorum: & fic maximè illos fupprimimus, vt non folum humorem exprimamus, fed etiã ipfius cucumeris quicquid eft carnofum. Déinde, fi fieri poteft, ficcamus in patella fictili, nimifque probatum delimpidamus. Si quid aquofum eft, fupernatat: & quod eft admodum quafi fæculentum, in mortario læuigamus, & in paftillos redigmus. Aliqui etiam aquam mifcent aut pluuialem, aut marinam, & rurfus delimpidant. Déinceps cætera fimiliter faciunt. Verùm optimum eft elaterium ciruzaicum: hoc enim eft candidifsimum, & læuifsimum, & maximam habet amaritudinem: et guftu aliquatenus excalfacit, et faliuam euocat in modum veratri. Quod autem eft quafi pallidum, vel fufcum, & afperum, & graue, peius eft. Vires quoque habet fimiles elleboro, vel etiam vaftiores. Totum enim corpus promouet: fic et ventrem, et vifcera depurgat. et vomitum fufcitat. & fi plus modo fumatur, venenum effe dicitur. Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & læuitatem. Item cinere pollinæ. Item farina orobi, vel fucco ipfius radicis. Hæc tamen intelligũtur eo quòd amaritudinis, & candoris, quod diximus, aliquid amittit, et aliquid grauitudinis affumit: nec ad guftum fic excalfacit.

Galen.

De erificio. CAP. XCVII.

A ERificium, herba eft, quæ in fummis montibus inuenitur: quæ folia habet fimilia apio, & thyrfulum oblongum: in cuius fummo flofculum quafi violaceum habet, & femen in medio: radicem quoque ad magnitudinem et valetudinem in fpecie cæpæ oblongæ, & veluti ad vnum *extuatę: habétque radices alias, quæ fic radiculas minutas è lateribus emittunt nigro cortice claufas. Hæc ipfa viribus eft aconito fimilis, & thapfiæ. Proprio guftu omnes illas probare deuita.

*eleuatæ.

De helenio. CAP. XCVIII.

HElenion, herba eft omnibus nota: nam & in hortis nafcitur: & eft afsimilis lapathio. Folia habet afperiora, et latiora: habet thyrfulum altum, in cuius fummo flos eft aureus. Aliqui fine thyrfulo defcribunt. Radicem habet bene olentem, vaftam, fubrufam, amaram.

B Huiufmodi igitur folia ex vino cocta, & impofita renibus, coxiofos emundant. Item fuccus florum cum ruta, tufsientibus, et ruptis prodeft. Vrinam quoque, et menftrua prouocat, et partum expellit.

De eruca. CAP. XCIX.

ERuca omnibus eft nota: et habet vires excalfactorias, et diureticas: et coitum per fuam virtutem ad venas portitat.

De edera. CAP. C.

EDera nafcitur in diuerfis arboribus, parietibus, vel petris, et terra. Eft omnibus nota. Huius trita folia dyfenterias remediant. Item trita, et pro fomento etiã pofita, ad combufta, et vulnera cancerofa faciunt.

De elelifphaco. CAP. CI.

ELelifphacos herba exalbida, vafta, et oblonga, virgam habet vaftam, et quadratam, folia aliquatenus afpera, odore non infuaui: fructus in fummis ramis quafi ormini fyluani. Nafcitur locis afperis. Poteft au-

C tem acriter ftringere: propter quod ad dyfentericos facit: et fuccus foliorum eius denigrat, et vrinam prouocat.

De epithymo. CAP. CII.

EPithymum, eft flos herbæ afsimilis fetæ, fubuiride, et naufeofum: quod vẽtrem temperat, et vomitum facit. Nam verus epithymi flos exalbidus eft, et afper: et plurimùm in Pamphylia inuenitur. Choleram nigrã foluit tritum drach. vj. aut cum vino dulci, aut cum melicrato: mifcens et modicum falis, et his dabis, quibus precordia ab inflatione vexantur, et hepaticis, et qui fufpirium patiuntur.

De ferpyllo. CAP. CIII.

SErpyllum, herba eft, quæ in hortis feritur, et in campis faudis, et petrofis crefcit. Iacens veluti repens ramulis, et oblongis foliolis denfis, pufillis, odore fuaui in modum fampfuchi, flofculum habens in fummo

D rubicundum. Inuenitur aliquando et ftans. Poteft igitur vrinam, et menftrua prouocare: et in fomentationibus capitis phreniticorum, et lethargicorum aliqui illo vtuntur.

De erythrodano. CAP. CIIII.

ERythrodanum ramulos habet tenues, et quafi nodofos, folia ex interuallo, et iuxta fingula veluti ftellulas: fructum rotundum, viride, déinde rubicundum, et ad maturitatem nigrum: radiculam tenuem, pufillam, rubicundam, diureticam. Cuius vfus ad eadem proficit, ad quæ alias diureticas herbas facere diximus. Latos ramulos habet fex, vel feptem, tenues, et oblongos: folia quafi ex fe pilofa, et ftyptica. Vnde fronti impofita lacrymam oculorum ftringit, et cocta déinde, et

manducata ad dyſentericos facit.

De ebulo, & ſabuco. CAP. CV.

EBulus, & ſabucus videntur quaſi magnitudinem, & folia, & florem, & grana ſimilia habere, & ferè eaſdem habere vires. Propriè tamen ebuli radix hydropicos & inanit, & purgat: ſed & ipſa folia cocta, & manducata, ventris ſunt purgatiua.

De erice. CAP. CVI.

ERice adſimilis myricæ, ſed multò breuior eſt, & acris valde: propter quod & comula illius ſerpentes, & viperas fugat.

De ficu. CAP. CVII.

FIcus, fructus eſt arboris eiuſdem vocabuli: quæ nimiùm comeſtæ ſtomachum comburũt, ventrem deponunt, feruores nutriunt, ſudorem prouocant, ſitim prohibent. Siccæ verò, quæ caricę vocantur, ſtomacho vtiles ſunt, ſitim operantur, & ventrem ſtringunt: faucibus, arteriis, renibus, & veſicæ vtiliter proſunt: & eos, qui ſpiritum tardè recipiunt, iuuant: illos etiam, qui de longa ægritudine colore pallidi videntur, meliorant: hydropicis proſunt: thoracis ſorditiem purgant. Decoctæ verò cum hyſſopo, & careno, potui ieiuno datæ, tuſsibus antiquis proſunt, & pulmonum vitia mundãt: cum aqua verò mulſa decoctæ, arteriis, & tonſillis tumentibus optimum gargariſmum eſt. Duritiés, & parotidas, & feruores ſoluunt, ſicut iris, & intrà decoctæ imponantur. Crudæ quoque ſimiliter, nitro & ſale permiſto, duritiés, & vulnerum rheumatiſmum emendant. In aceto coquantur, & cum eodem ſucco permiſtæ coquantur, & imponantur. Impetigini, & maculis vtiles ſunt.

De fœniculo. CAP. CVIII.

FOeniculum eſt omnibus notum: de cuius radicibus contuſis in pila lignea, vt betæ ſuccus exprimitur. Idoneum eſt ad multa medicinalia, & maximè ad vitia oculorum. Premitur ſimiliter & de ſemine, & de ramis illius adhuc viridibus. Verùm optimus eſt ſuccus, qui de radicibus fit: leniter enim calefacit, et remollit.

De folio. CAP. CIX.

FOlium, folia ſunt herbulæ, quæ in India naſcitur locis humidiſsimis, & paludibus. Colliguntur autem hæc ipſa folia in aqua ſupernatantia. Verùm eſt optimum, quod piloſum, & haſtile eſt: notiſsimum, et integrum læue: exalbidum viſcide: ſuauiter redolens in modum ſpicæ: et eundem odorem diu multúmque ſeruãs: guſtu ſubamarum. Poteſt autem vires habere ſimiles, quas ſpicam habere diximus.

De fæcula. CAP. CX.

FAecula, fæx eſt vini, vel aceti, quæ coquitur, et reponitur. Cuius eſt efficaciſsima, quæ eſt recentiſsima. Mittitur autem in cauſtica.

De filice. CAP. CXI.

FIlix, herba eſt ſine flore, ſine fructu, ramulos habens longos, vaſtos, patulos, diffuſos, et in ſpecie alarum, et pinnarum adapertos: vaſta, extrinſecus nigra, penitus viridis. Naſcitur maximè in locis petroſis. Vires habet acres, et relaxantes, et aliquantulum ventrem mollientes: et propriè tineas et lumbricos expellit ex mulſa aqua potata.

De phu. CAP. CXII.

PHu, herbæ genus eſt, quæ in Ponto naſcitur, quæque habet folia ſimilia apii ſyluatici: thyrſum ruſũ, mollem, cauum, læuem, ex interuallo nodos habentem: et flores maiores, quàm narciſsi, cum aliquo pallore purpuraſcentes: radiculam ſubruſam, vaſtitudine puſilli digiti, ex qua aliæ excreſcunt minores in ſe implicatæ: et quæ tota radix vires habet excalfactorias, et A diureticas.

De fimo. CAP. CXIII.

FImus omnis efficaciſsimè tumorem lenit, et veteres duritiés remollit. Item podagricos in acceſsionibus mitigat. Caninus fimus albus, tritus, cũ melle impoſitus, et tumores, et vulnera delicatè mundat. Aſininus autem cum aceto tritus, vel ſuccus eiuſdem, dentium dolorem tollit.

De felle. CAP. CXIIII.

FEl omne vires habet acres, et thermanticas. vnde poteſt omnem ſordem de corpore abluere, et abſtergere. Item caligines et cicatrices oculorum eximit.

De glaucio. CAP. CXV.

GLaucium ſuccus eſt herbæ eiuſdem nominis, humilis, et folioſæ, quæ folia ſimilia ſunt papaueri. Na- B ſcitur autem locis planis, et humidis. Hæc ipſa folia ſiccant, et calido cinere opprimunt, vt ſic ſuccum remittant. Alii hanc herbam tantummodo in olla noua addunt, et ſic ollam luto vndique circunliniunt, et in furnum feruentem mittunt, et ſic foliis maceratis ſuccum eorum exprimunt, et ſiccatum in ſole in paſtillos redigunt. Alii ex aqua dulci coquunt, quouſque aqua croci colorem habeat, et tunc colant, et ſimiliter ſiccant. Eſt autem optimum glaucium, quod recentiſsimum, et tinctum croci colore, quaſi ſimiliter inficiens croco mundo: odore graui, et defruſtrato, guſtu amaro. Vires autem habet ſtypticas: vnde reſolutum in aqua, et inunctum priùs, impetus lippitudinis, et lacrymas ſtringit.

De galbano. CAP. CXVI.

GAlbanum, eſt lacryma naturaliter manans ex arbuſcula aſsimili ferulę, quæ in Media naſcitur, cuius la- C crymam eligimus, quæ eſt mundiſsima, et ſimilis Ammoniaco, non vda, nec dura, quàm minimè aſtuloſa. Cuius vires hoc præſtant, quod et Ammoniacum.

De git. CAP. CXVII.

GIt, herba eſt, quę in ſegetibus creſcit, habens ſemen nigrum, et minutum, et odore non inſuaui, pluribus notum. Hæc igitur relaxare, et calefacere poteſt. Si potetur, menſtrua, et vrinam prouocat, et lumbricos expellit: impoſita, tumores, et duritiés ſoluit.

De galla. CAP. CXVIII.

GAlla, eſt quaſi nux parua, vel malum arboris aſsimilis quercus: quarum ſunt aliquæ pertuſæ, aliquę integræ, et intrinſecus aſperæ: quæ ipſæ ſunt viſcidiores. Verùm omnis galla vehementer ſtringit. Eligimus tamen quæ ſunt nigriores, integræ, grauiores, et quo- D dam modo pleniores, quas Græci cicidas appellant.

De fœnogræco. CAP. CXIX.

FOenumgræcum eſt omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxantes: vnde ad omnem rigorem, et tumorem idoneè facit.

De glycyrrhiza. CAP. CXX.

GLycyrrhiza herba eſt, quæ folia habet actu pinguia, et gummoſa, circa virgulas oblongas, et floſculum quaſi hyacinthi, fructiculum magnitudine ſimilem pilulis, plantæ radices quaſi buxeo colore oblongas, et in omnem partem diffuſas, in modum viticularum, ad guſtum dulces: ex quibus ſuccus coquitur ſimilis glaucio. Nam habent vires ſuauiter relaxantes, et cum dulcedine exhumectantes. Naſcitur autem locis glareoſis, et in campis. Vnde et ſitim ſedant, et renum, et veſicæ dolorem mitigant. Prouocant enim vrinam, et menſtrua: et omnem tumorem tunſæ, et impoſitę, placant.

De Gen

De Gentiana. CAP. CXXI.

GEntiana, herba eſt aſsimilis coctæ lactucæ: folia quædã in gyro habet inciſa in ſpecie ſerræ,& thyrſum oblongum,craſsitudine digiti,cauum,mollem, ab imo rubicundum:ſemen in folliculis, radicem longam, ſimilem ariſtolochiæ, ſed nigriorem, & lentiorem corticem. Hæc igitur guſtu eſt amariſsima: & habet vires acres, & excalfactorias, & relaxantes: & acrimonia, & amaritudine ſua poteſt partum expellere,& omnem ſerpentem fugare,& aduerſus venenoſa prodeſſe.

De gladiolo. CAP. CXXII.

GLadiolum omnes nouerunt. Huius igitur radix po tata ex vino, & ad venerea percitat, & menſtrua prouocat. Item trita,& in modum fomenti poſita, ſurculos, & ſpinas de corpore extrahit: etenim durities diſſoluit,& euaporat.

De terra Samia. CAP. CXXIII.

TErra Samia,terra eſt naturalis, & genus cretæ: cuius optimam iudicamus,quæ eſt leuiſsima,candidiſſima, mollis, & fragilis, & quæ ſolaria oblonga habet, & linguæ applicata vehementer adhæret. Huiuſmodi quoque eſt,quam florem aſterem appellamus. Facit autem terra Samia ad ea, quæ inſtantiùs ſtringere volumus. Sic & cœliacis, & dyſentericis, & ad omne profluuium fortiter prodeſſe obſeruatur.

De gypſo. CAP. CXXIIII.

GYpſum, lapidis genus eſt, ſimile vitro: cuius optimum eſt, quod venas habet latas, lucentéſque: & hac ratione paratur. In clibano miſſum, vt calx candidum fit. Vires habet, quas & terra Samia, & ampliùs ſtypticas, & refrigerantes fortiter. Vnde illitum fronti,ſanguinis fluxum reſtringit:potatum verò,& dyſentericis,& cœliacis omne profluuium ſiſtit.

De terra Ampelitide. CAP. CXXV.

TErra Ampelitis,terra eſt,& genus cretæ: colore nigra. Cuius optimam dicimus, quæ eſt nigerrima, ſplendida,leuis,& quæ ab humore citò reſoluitur,ſtringens valde,& denigrans:propter quod capillos inficit: ſed & in calliblephara mittitur.

De terra Eretria. CAP. CXXVI.

TErra Eretria,gleba eſt rubicunda,cuius eſt optima, quæ ſine ſabulo eſt, ſine lapillis. Vires habet valde ſtringentes,& efficaciùs,quàm terra Samia.

De terra Chia. CAP. CXXVII.

TErra Chia, gleba eſt alba, & lata, non valde candida. Aufertur aliquando & in patellis rotundis, aut quadratis:& ipſa efficaciter ſtringens: ſed & cutem purgat,& extenuat,& ſplendidam facit.

De terra Selinuſia. CAP. CXXVIII.

TErra Selinuſia vires habet,quas & terra Chia:& eſt optima,quę eſt lucens,candidiſsima,ſplendens, & quæ ab humore citò remadet.

De terra Melina. CAP. CXXIX.

TErra Melina eſt colore ſpodii,& dura valde, ad guſtum ſapore aluminis: & linguam exiccat. Eligimus autem quæ eſt melior,& recens,& quæ ab humore citò reſoluitur:nec in ſe quicquam lapidoſitatis habet. Hanc autem probationem in omni creta deſideramus. Et hæc quoque prioribus illis ſimiliter proficit.

De terra cimolia. CAP. CXXX.

TErra cimolia,eſt aliqua candida,& ſpiſſa,& purpurea, velut pinguis: & melior videtur, & ad tactum frigida:valde quoque illinitur ad ignem ſacrũ,& combuſta:puſtulas enim fieri prohibet.

Galen.

De erbo. CAP. CXXXI.

A ERbum naſcitur in lenticula,quod & ſeritur:et aliud pallidum,aliud ſubrufum. Vires habet acres,& diureticas valde. Et ſi comedatur extra rationem, caput grauat: ventrem ſoluit: per vrinam ſanguinem educit: boues ſaginat,ſi decoctum detur. Fit autem farina de illis, quæ albiora ſunt, ita vt ſi aqua parum aſpergantur, & in patellis aſſentur, corium dimittant, & ſic tundantur,& tenuiſsimè cribellentur. Ventrem vtiliter laxant: vrinã mouent,& colores malos emendant,ad menſurã trium cochleariorum cũ melle vel vino data. Vulnera quoq; ſimiliter cũ melle optimè purgat,et implet:lentigines,vel maculas tollit:duritiem mamillarum ſoluit: carbunculos etiam malignos ſanat:& contra canis,& viperæ morſum vtiliter imponitur. Cum aceto verò acceptum vrinam mouet:tortionibus prodeſt:aqua verò, vbi cocti fuerint, pruritum prohibet, ſi totum corpus

B inde lauetur.

De herba ſauina. CAP. CXXXII.

HErba ſauina omnibus nota eſt inter vires acres, et excalfactorias:propter quod & in vino potata partum expellit,& per vrinam ſanguinem inducit.

De haſeg. CAP. CXXXIII.

HAſeg,id eſt, minium, ſpecies habet duas. Eſt enim vnum lene, et plus venuſtũ,& valde cæruleũ: quod inueniri ſolet circa*primitiuam, & quaſi radiculas fo- *minerã.
liorum calamorum,qui in India naſcuntur. Eſt et aliud, quod maxime in Italia fit, quando purpura tingitur. Nam quod eſt ſpumoſum,et quaſi ſupernatat,et lateribus vaſorum illorum adhæret,colligitur:et cum ipſa ar gyritide terra miſtum in ſimilitudine digitorum forma tur,vel in pilulas ſiccatur. Cuius eſt optimum,quod vehementiſsimè cæruleo colore fulget æqualiter, et fra-

C gile. Poteſt igitur ſiccare,et refrigerare:vnde locis tur gentibus, et diſtenſis impoſitum citò emollit, et quaſi regulas facit.

De huſtolige,id eſt, Chryſocolla. CAP. CXXXIIII.

HVſtolex, eſt quaſi collyrii genus ſubcæruleum, quod confringitur aliquatenus. Huius ipſius ſunt genera duo. Eſt enim, quod foditur, et in terra inuenitur. Eſt quod potiùs reparatur ratione tali: Mortarium eſt cupreum cum piſtillo, et ſic læuigatur alumen liquidum,et ſal, vel nitrũ eiſdem ponderibus,ex aceto acerrimo. Alii et aceti lutei vetuſtiſsimi duas partes commiſcent:et hæc læuigant æſtibus maximis,et in ſole calidiſsimo, vſquequo ſpiſsitudinem aliquam accipiat,et colorem cæruleum: déinde fingitur velùt collyrium. Aliqui ex vrina infantis maſculi hoc faciunt:et fit auri-

D ficibus idoneum valde ad aurum glutinandum. Vires autem habet viſcide ſtringentes valde, et nimis cùm magna exaſperatione.

De iride. CAP. CXXXV.

IRis ad ſimilitudinem iridis, quam in cælo videmus dicitur et hæc cognominata. Quomodo enim illa plures et diſsimiles habet colores, ſic et hæc varios et differentes emittit flores. Aliqui enim purpurei ſunt, aliqui violacei. Verùm folia ſunt ſimilia gladioli, ſed maiora,et latiora,et pinguiora:ramulos quoque ipſos: ſimiliter radiculas nodoſas, et duras, ſuauiter olentes in modum violæ. Quarum optima eſt iris Illyrica, et Macedonica:eſt enim ſpiſsiſsima,et breuis,et nõ fragilis,et ſubrufa,odore ſuauiſsima,et guſtu linguam viſcide excalefacit,et,dum tũditur,ſternutare facit. Ab iſtis Africana laudatur, quæ eſt colore candidior, et guſtu amara. Verùm ſi tempore relinquantur, et quaſi ſene-

ſcant, fiunt quidem vermiculoſæ, ſed odore ſuauiores. Poſſunt igitur excalfacere leniter, & vulnera concaua replere.

De *ibiſco.* CAP. CXXXVI.

IBiſcus, genus eſt herbæ ſimilis erraticę maluę, omnibus notum. Cuius radix, & tota quidem herba, lenit, & efficaciter omnem duritiem, & rigorem mollire, & relaxare poteſt.

De *iunipero.* CAP. CXXXVII.

IVniperum fructus arbuſculæ rubicundus, & dulcis, omnibus notus. Cuius vires ſunt excalfactoriæ, & diureticæ, & ad digeſtionem facientes.

De *ichthyocolla.* CAP. CXXXVIII.

IChthyocolla eſt aliqua, quę cōficitur coctis ex aqua corticibus quorundam piſcium. Eſt aliqua, quæ ventriculus videtur eſſe piſcis: quæ in Ponto naſcitur. Verùm omnis ichthyocolla ſtringere poteſt. Vnde & cutem extendit, & ſplendidam facit.

De *floribus labruſcæ.* CAP. CXXXIX.

OEnanthe, flores ſunt vitis ſyluaticæ, qui ſolſtitio colliguntur Idus viij. Nam qui ante hanc diem, vel poſt eum flos colligitur, infirmus eſt. Vires autem habet œnanthe bene refrigerantes, & ſtomacho præſtantes.

De *chamæpitye.* CAP. CXL.

CHamæpitys, ſpecies habet tres. Eſt autem, quæ ramulos emittit oblongos, & curuos, in ſimilitudinem anchoræ, & fructiculum, tenuem comulam, flores tenues, & aureo colore, ſemen nigrum, & odore plenum. Eſt & alia, quæ maſculus dicitur, quæ folia habet tenuiora, & quaſi piloſa: thyrſulum aſperum, tenuem, molliculum, & ſubaureo colore: ſemen & ipſum pinum redolēs. Eſt & tertium, quod quaſi in terra ſerpit, folia habens ſimilia cardis, ſed quaſi pinguiora, veluti piloſa: floſculum aurei coloris: & ipſa ſimiliter olens prioribus. Verùm omnes vires habent acres, & diureticas.

De *chamædaphne.* CAP. CXLI.

CHamædaphne folia habet quaſi laurus, ſed læuiora, tenuiora, & in extremo ſpinoſa: fructum in ipſis foliis rotundum, & ſubrufum, & diureticum.

De *chamælea.* CAP. CXLII.

CHamælea ramulos habet oblongos, folia fortiora, quàm lapathii, in ſpeciem quaſi foliis oliuæ, denſa, & tenuiora, & ſpinoſa, & guſtu mordentia. Tota herba ventrem purgat tepida attractione.

De *lepide, id eſt, ſquama.* CAP. CXLIII.

LEpis colligitur, quando maſſæ cupreæ diu, multúmque in igne calefactæ, & in aceto luteo extinctę ſuper incudem atteruntur, vt lamulæ, & veluti ſpumellæ decidant. Has igitur colligimus, & Græco nomine λεπίδας appellamus: quæ & ipſa viſcide ſtringere poteſt. Eligimus autem quæ ſit vaſtiſsima, & colore ſubrufa.

De *lycio.* CAP. CXLIIII.

LYcium, ſuccus eſt arbuſculæ puſillæ, & ſpinoſæ: cuius grana, & folia, & radices in vnum ex aqua dulci coquuntur, & diebus admodum quinque relinquuntur, & iterum coquuntur, donec fæcis habeant craſsitudinem: & ſic in vaſcula defunditur. Maximè Ponticum tale eſt. Aliqui diutius coquunt ſic vt in glebam redigant. Verùm eſt optimum lycium radicum: hæc enim gleba eſt extrinſecus nigricās, & intrinſecus ſubrufa: & aſsimilis aloe, guſtum habens amarum, & ſtypticum. Vnde adulteratur amurca, & abſynthii ſucco.

De *laſere.* CAP. CXLV.

A LAſer, lacryma eſt herbæ, quæ ſilphium appellatur: quæ in multis locis in ſpeciem et magnitudinem ferulæ creſcit: folia circa ſe habens maiora, quàm apii: ſemen ſimile. Optimum eſt ergo laſer, quod Cyrenaicum dicitur: hoc enim ſubrufum eſt, et perlucidum, et intus exalbidum: odore viſcidum: et ab humore citò reſoluitur, et ad guſtum confeſtim humorem prouocat. Vires autem habet acerrimas: vnde cum magnis vexationibus excalfacit.

De *libyſtico.* CAP. CXLVI.

LIbyſticum, ſemen eſt herbę eiuſdem vocabuli, acre, vtile ſtomacho, et excalefactorium, et ad digeſtionem valde vtile: propter quod ad inflationes potum facit: et in antidotis, quæ colicis proſunt, admiſcetur.

De *lauro.* CAP. CXLVII.

B LAurus, omnibus nota arbor eſt: fructus illius eſt, quem baccam lauri appellamus: quæ bacca, et tota arbor, vires habet acriter calefacientes, euaporantes, et relaxantes. Lixiuium eius in cauſtica mittitur, et eſt ad vſum medicinæ efficaciſsimum: quod eſt ex cinere, quę de quercu fit, non ſolùm hominibus prodeſt, ſed et pecoribus: multis enim cauſis neceſſarium eſt in vulneribus. Sed et interioribus partibus vt potio datur. Habet enim propriam rationem. Quibus verò cauſis detur, demonſtrabo. Pecora, quibus pulmo tenſione vexatur, et quibus venenata aliqua res per cibum obrepſerit, ex hac ratione liberantur. Hac ratione multum et vulneribus præſtat.

De *lixiuia.* CAP. CXLVIII.

LIxiuia vires habet ſtypticas, et acres: inurit enim, et ex vulnerando inſtaurat: humectantia vulnera exſtaurando, ex exuulnerando ſiccat: ideo vix cohæ-
C rentia vulnera, et fiſtulæ, et his ſimilia, quę fuerint, lixiuia calida clyſterizantur ſępe: facillimè curam medicamenti ſentientia ad ſanitatem perducit: difficilia ad ſanandum vulnera calloſa, longo tempore ſordida, quę nullam medicamentorum virtutem pro longo tempore ſenſerunt, vtile eſt lixiuia quotidie lauari: ex cuius virtute omnis limus, et quęcunque pro vetuſtate ſtupida facta ſunt, auferuntur, ſi quotidie fiat, et poſt hoc déinde curari oportet ſicut ipſa vulnera dictauerunt medicamentis aptis. Virtus enim lixiuię non ſanat, ſed ad ſanandum vulnera diſponit. Hoc idem ſuperiùs in interioribus fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cuíve neceſſaria ſit, et qui cinis, et quomodo temperatus, impoſitus quid pręſtet, vide: etenim ex ſarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit. Dicenda enim eſt resacris, et ſtyptica, cùm tam ſolidè curet, ſed magis ſtringat.
D Sed et ipſe cinis in recentia vulnera in profundum poſitus ſanguinem ſtatuit à curſu. Ideóque omnibus pecoribus caſtratis cinis impoſitus prodeſt, omnibúſque abſciſsis. De ſarmentis tamen oliuę cinis acerrimus eſt: et ex nucleo ſolo acrior eſt. Et ex hoc lixiuia, vulnerum cancerata aufert. Etenim acriore lixiuia ſordida vulnera lauanda ſunt. Caprifici cinis omnibus ſuperioribus acrior eſt.

De *lentiſco.* CAP. CXLIX.

LEntiſcus, arbuſcula eſt ſimilis myrto: corticem in cyma ſubrubrum habet, foliis puſillioribus: virtutis eſt ſtypticę. Huius folia, aut extremitatem amaram, vel radicis corticem in aqua vehementer decoques, quouſque mellis habeat ſpiſsitudinem, et ſic vteris. Facit autem eis, qui ſanguinem reiiciunt. Ex poſca frigida dato ſcrupula v. vel vj. et ad fluxū ventris, et ad dyſentericos ſimiliter oblatum: et ad veretri vitia tritum im

poni

ponito. Fit autem ſuccus de foliis eius, vel cymis contuſis, & expreſsis, ſimilem in omnibus habẽs virtutem. Aqua, in qua folia eius fuerint decocta, ſi fracturas frequenter fomentaueris, aiunt celeriùs ſolidari. Facit & ad dẽtes ſe agitantes. Si enim frequentiùs in ore teneatur, ſtringuntur. Fit quoque de ſemine eius oleum ſimilibus cauſis neceſſarium. Capillis cadentibus inunctum prodeſt, eò quòd calidam, & ſtypticam habet virtutem. Naſcitur verò in Chio inſula. Vtile ſanguinem reiicientibus, & tuſsibus antiquis in potatione ſumpta. Prodeſt hæmoptoicis cum aqua frigida, ſeu poſca: tuſsientibus in mulſa calida. Eſt autem ſtomacho optimum, & ructuoſis, & fœtori oris prodeſt manducatum. Pilos etiam, qui iam in oculis naſcuntur contrarii acu, vel grapiho calefacto optimè colligat. Gingiuas tumentes impoſitum emendat, & ſanat.

De *lenticula*. CAP. CL.

LEnticula, herbæ ſemen eſt, quod fertur locis ſabuloſis, lapilloſis, & toſtis. Quę ſi ſæpius fuerit comeſta non cocta, inducit caliginem turbando. Excoriata verò, & decocta in aceto, ventrem ſtringit. Podagricis cum polline miſtã præſtat medelam: cum melle autem, vulnera purgat, & glutinat. In aceto poſita, cocta, & impoſita, durities, & ſcrophas emollit: oculorum doloribus, vel tumoribus optimum adiutorium eſt. Si cum cydonio in aqua cęleſti fuerit decocta, & oleo roſaceo admiſta, veretri vitia emendat. Et ſi melle adiecto ponatur in ſucco maligranati, ſanat: & ad veſicas, & ad ignẽ ſacrum, & perniones, ſimili modo decoctam imponito.

De *lupinis*. CAP. CLI.

LVpinus, herbę fructus eſt, quæ ſeritur omnibus pro uinciis. Virtus eorũ eſt calida: nutriũt corpus: ſunt indigeſtibiles, & ventrem temperant, ſi cocti manducentur. Aqua verò, vbi cocti fuerint cum ruta & pipere, modicè potui data ſpleniticis prodeſt: ſcabiei maculis, vel feruoribus apta, optima fomentatio eſt. Cum aceto verò in modum cataplaſmatis impoſitus ſcrophas, vſtiones, & malignos humores accipit. Farina verò eorum cum marrubio pari pondere in vmbilico impoſita lumbricos expellit. Radix eorum in aqua decocta, & potu data, vrinam mouet.

De *lipſianis*. CAP. CLII.

LIpſiani comeſti lupinis minores, ſed virtute ſimiles: tamen optimi ſunt, qui maiores ſunt. Nam poſſunt acriter relaxare, & ſua amaritudine nõ ſolùm lumbricos occidere, ſed & partum expellere.

De *lapathio*. CAP. CLIII.

LApathium, herba eſt omnibus nota: & inuiſcatiuum eſſe dicitur. Huius igitur radix, & radicis cortex intus, ex aceto, vel alumine liquido, omnem maculam à ſudore factam infricata in balneo tollit.

De *lilio*. CAP. CLIIII.

LIlium omnes nouerunt: cuius vires poſſunt durities neruorum remollire: & ipſa folia cocta, & impoſita ad combuſta proficere, ſed & potata, aut ipſum ſemen menſtrua prouocat: partum deiicit, & ad ſerpentis morſum facit.

De *ladano*. CAP. CLV.

LAdanum hac ratione colligitur: Funiculi ligati circa ederam diſtrahuntur: & ſic quicquid illis glutinoſum in modum ſordis adhæret, abraditur, & in glebulas expanſas redigitur. Aliquando etiã genibus, & feminibus caprarum, quæ edera veſcuntur, adhærens, hoc ipſum ladanum inuenitur: & ſimiliter abraditur hoc totum. Verùm eſt optimum, quod olet, & quod eſt ſubuiride, & pingue, & reſinoſum, ſine vllo ſabulo. Maximè

Galen.

tamen in Cypro colligitur. Quod enim à Cilicia, vel

A Arabia affertur, infirmum eſt. Vires autem habet ladanum acres, & excalfactorias, & relaxãtes: propter quod in malagmata et in emplaſtra mittitur, et ad tuſſem veterem facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De *lonchitide*. CAP. CLVI.

LOnchitis folia habet rubicunda, florem nigrum, aſſimilem perſonis comœdorum, quorum orificia patent: ſemen album, oblongum in ſpecie lancearum, radicem quaſi dauci, ſimiliter diureticam.

De *lathyride*. CAP. CXVII.

LAthyris naſcitur circa aquam & ipſa, à qua foliolæ habentur puſilla rotundula, floſculum exalbidum. Tota herba eſt acris, diuretica, acuta: thyrſum habet oblongum, vaſtitudine digiti, cauum, et in ſummo qua-

B ſi ramulos diffuſos, folia longa: fruticulum in ſummis ramis triangularem, & penè ſubrotundum, quaſi cappa ris: in quo ſunt tria granula rotunda, & interſtrata tenui membranula: quorum ſeptena, vel nouena ventrem viſcide purgant, aqua frigida ſuperbibita: quæ cholera rubram, et phlegma deponunt.

De *linozoſtide, uel mercuriali herba*.

CAP. CLVIII.

LInozoſtis folia habet quaſi ocymum, thyrſulos binis nodulis, et denſis, et pluribus cauos, fructum fœmina quæ dicitur, habet copioſum, et quaſi racemoſum: quæ déinde maſculus, puſillum, et rotundũ, combinatum quaſi teſticulos, foliis ipſis adhærentem. Verùm vtrunque ventrem ſoluit: ſimiliter et phlegma, et humores calefaciendo deponit: et quaſi olus decoctum manducatur: et ſuccus idem et ius bibitur.

De *lapide hæmatite*. CAP. CLIX.

C LApis hæmatites eſt naturalis, qui ab Aegypto, et India, et Hiſpania affertur·durus eſt extrinſecus, et lenis, et veluti colore liuidus intus, déinde ſanguineus: cuius maximè idoneum iudicamus, qui tritus in cote ex aliquo humore in modum ſanguinis inficitur. Verùm poteſt viſcide ſtringere, et tamen ſine magna acrimonia.

De *lapide ſchiſto*. CAP. CLX.

LApis ſchiſtus colore fuſco eſt aliqua in ſe oſtendens ſubrufa, oblongus, et ſpinas habens directas, prout alumen ſciſſum. Hunc quoque optimum iudicamus, qui et ipſe viſcide ſtringere poteſt.

De *lapide Aſio*. CAP. CLXI.

LApis Aſius in Alexandria tantummodo inuenitur. Cuius eſt optimus ad vſus medicinæ, qui eſt colore candidus, fragilis, læuis in modum pumicis, et veluti puluis in manibus incidens: effectu autem viſcide

D relaxare poteſt. Aliquid enim ſalſuginis, et nitroſi ſaporis oſtendit. Vnde et corpora, quæ in eo ſepeliuntur, tempore conſumit: quapropter Græci σαρκοφάγον appellant.

De *lapide pyrite*. CAP. CLXII.

LApis pyrites eſt duriſsimus et grauiſsimus, colore æris: et ſi ferro percutiatur, ſcintillam, et ignem mittit. Vires habet acres, et ad ſimilitudinem cadmiæ, et propriè ad oculorum claritatem.

De *lapide magnete*. CAP. CLXIII.

LApis magnes inuenitur circa litus Oceani, colore cæruleo, qui probatur, hic quoque ferrum ad ſe trahit: et tenet. Vires autem et purgatorias habet, propter quod hydropicis in potu datur, et omnem humorem per ventrem eminiſtrat.

De lapide gagate. CAP. CLXIIII.

Lapis gagates colligitur in Lycia, circa ripam fluminis, quod Gages appellatur: & est colore niger, & aridus, & quasi latus, leuis valde: cuius est melior, qui ad lucernam accenditur facilè, & odorem asphalti habet. Potest autem remissus ex aqua dentes, qui agitantur, restringere, & stabilire.

De lapide thracia. CAP. CLXV.

Lapis thracias est niger quasi calculus. Nascitur in Scythia amne quodam, qui Pontus dicitur, vires easdem habet, quas gagates, & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De lapide quadrato. CAP. CLXVI.

Lapis quadratus in Aegypto inuenitur: & est exalbidus. Vires habet viscidas, & stringẽtes: vnde conceptum vitiare dicitur. Inuenitur & in Aethiopia.

De lapide Phrygio. CAP. CLXVII.

Lapis Phrygius in Phrygia inuenitur: cuius melior est, qui est pallidior, & aliquatenus grauis. Hic eo quòd nimium stringit, & exhulcerare solet.

De lapide galactite. CAP. CLXVIII.

Lapis galactites est quasi cinereus, & dulcis ad gustum: & humorem facit quasi lacteum, leniter stringens: propter quod ad lacrymam oculorum facit.

De lapide melitite. CAP. CLXIX.

Lapis melitites per omnia priori similis. Sed hic spernitur, quòd dulciore humorem emittit.

De lapide morochtho. CAP. CLXX.

Lapis morochthus in Aegypto inuenitur: & est pallidior. Vires habet & ipse efficaciter stringentes.

De lapide phlogino. CAP. CLXXI.

Lapis phloginus & ipse in Aegypto inuenitur, aureo vel flammeo colore. Illinitus senium facere dicitur.

De lapide crystallo. CAP. CLXXII.

Lapis crystallus est limpidus, & perlucidus colore: vires habet stringentes: & lac prouocare dicitur.

De lapide thyite. CAP. CLXXIII.

Lapis thyites, quem vidimus, in Aethiopia colligitur, colore subuiridis, & ab humore remissus: habet vires acriter mordentes: propter quod caliginem, & cicatrices oculorum extenuat.

De lapide batrachite. CAP. CLXXIIII.

Lapis batrachites ab Aegypto affertur, colore ranæ rubræ, Vires habet lenientes, & relaxantes.

De lapide smiride. CAP. CLXXV.

Lapis smiris potest viscide stringere, & penè nimiè: propter quod in caustica mittitur.

De lapide misye. CAP. CLXXVI.

Lapis misy prout chalcitis & ipse in Cypro insula inuenitur, & in eisdem metallis. Similiter & glebula est, & aurora fulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt perminuta, & in modum sabuli. Optimum autem misy dicimus, quod in aginem colorem maximè splendet, et, dum læuigatur, mollis sentitur, & æqualiter fulget. Qui est idoneus, non est pallidus: & æqualem tractamus, et aqua tantùm citò denigratur. Verùm effectu videtur exuperare chalcitin.

De melle. CAP. CLXXVII.

Mel, succus est roris cęlestis, qui ab apibus colligitur. Cuius sunt genera duo. Vnum, quod in cupiliones ab apibus, quæ sunt oblongæ, colligitur. Aliud est, quod sub terra inuenitur, et Atticum appellatur, quod variolæ, et lanuginosæ, et fortiores apes repo-
A nunt: et habetur melius ad claritatem faciei, et oculorum. Vtriusque virtus est calida. Solum enim mel quasi compositionem in se habet: quia ex multarum flore, vel succo herbarum colligitur: propter quod omnibus valetudinibus pro occursu citato prodesse potest. Ideo omnibus antidotis commiscetur. Vulnerum sorditiem adhibitus comedit adiuncto sale. Illinitur extrinsecus faucibus exiccatis. Deducendo humores aperit. Mel solum fastidiũ tollit, orexin facit, nauseas prohibet: vnde pulmoni, et interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atque ea relaxat.

De myrrha. CAP. CLXXVIII.

Myrrha, lacryma est arboris eiusdem nominis, maximè in Arabia inuenitur: quę aliquo loco incisa, hanc ipsam lacrymam emittit. Est ergo optima myr-
B rha, quæ est mundissima, et tacta quidem aspera, et arida, et fragilis, et leuis, et glebulis pusillis, extrinsecus vno colore: intrinsecus deinde subrufa, et veluti venulas habens albicantes, odore suaui, gustu amara, et excalfaciens. Hæc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autẽ altera myrrha in planis, quę et ipsa est melior, et pinguior, quam exprimere in liquorem solẽt. Quod est illius quasi liquidissimum, in vascula reponitur: et Græci myrrham stacten appellant. Verùm est omnis myrrha styptica, et aeris, et excalfactoria: huius itaque effectus vehementer commouere potest.

De mandragora. CAP. CLXXIX.

Mandragora, herba est pluribus nota. Sic et aliqui herbam ipsam appollinarem appellant. Huius ergo succus colligitur, foliis ipsius herbæ penitus et improbè excisis, vt quasi concauus locus earum relinqua-
C tur: aut ipsam radicem prout panacis, aut mala eius, vel totam radicem in pila tundunt: et sic omnis illius succus organo exprimitur, quod Græcè mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerãtes, et hac ipsa ratione stringentes: sed et grauem marcorem facere potest. Vnde et somnifera creditur. Compescit autem dolores, et vigilias.

De molybdæna. CAP. CLXXX.

Molybdæna, est quasi stercus auri, et argenti. Est et alia, quæ foditur in Corintho. Verùm optima est, quæ est colore, quem diximus, non lapidosa, fragilis, splendida. Vires quoque habet assimiles spumæ argenti.

De malo granato. CAP. CLXXXI.

Malum granatum, quod Græcæ ῥοιὰ dicitur, fructus est arboris eiusdem vocabuli: qui recens et
D maturus manducatur sine suo cortice, qui malicorium, vel sidia dicitur: et cum aliqua dulcedine sui ventrem stringit, et stomachum erigit: magis tamen stringit quod est subacidum. Cuius ipsius flos cytinus dicitur. Vehementissimè stypticus est, et efficacissimè stringit. Vnde dysentericos sanat, et vulnera recentia glutinat. Eadem et cortex illius præstat, quem malicorium diximus nominari.

De medulla. CAP. CLXXXII.

Medulla, omnis quidem medulla leniter mollire, et relaxare durities, et tumores potest. Veruntamen efficacissima videtur ceruina: sequenter vitulina. Inde caprina numeratur.

De mentha. CAP. CLXXXIII.

Mentha, herba est, quam omnes nouerunt: quæ est apta stomacho valde. Valde sanguinis abundantiam stringit, et capitis dolorẽ sedat. Item singultus, et nimios

nimios vomitus reprimit: & cõceptum vetare dicitur.

De *mastiche*. CAP. CLXXXIIII.

MAstiche, genus est resinæ, quæ in modum gummi ab arbore manat, quæ schinus dicitur: & in Chio insula nascitur, locis asperis, & petrosis. Est ergo mastiche aliqua albida: verùm optima est, quæ candidissima, & perlucida, & quæ, dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires autem habet euaporantes, & cum suaui euaporatione laxãtes. Adulteratur resina à cypresso, & à pino: sed ista odore sui dèpræhenduntur.

De *marrubio*. CAP. CLXXXV.

MArrubium, herba est, quæ ramulos emittit oblõgos, & minutos, tres, aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quasi rotunda, flosculũ rufum, & assimilem pulegio. Nascitur in campis saudis, & petrosis: & est optimum Creticum. Vires autem habet acres, & efficaciter relaxantes. Vnde succus illius cum melle ad tussim facit: & in partibus neruosis optimum est.

De *myrta*. CAP. CLXXXVI.

MYrta genus est herbæ lignosæ. Duobus generibus est, & nigra, & alba. Vtraque est omnibus nota. Vires habet stypticas valde, & nigra tamen illa stringit potentiùs. Vnde & sanguinem excreantibus remedium est, & dysentericis, & omne profluuium stringit. Eius verò nigræ, quæ in montuosis locis nascitur, grana sicca, vel viridia commanducanda offeruntur his, qui sanguinem reiiciunt, & vesicæ tædia sustinẽt. Stomacho est conueniens. Vrinam mouet: & scorpionum morsibus prodest, si imponatur, aut potui detur, aut locus, qui tactus fuerit, ex eadem cataplasmetur. Et viridis myrta similiter operatur. Coctura eius cum vino mista capillos tingit: & ex vino decocta, & in modum cataplasmatis imposita, vulnera sanat. Cum polline tritici immista tumores oculorum compescit: & ægylopis vtiliter facit. Grana etiam contusa, & expressa faciunt. Et ideo parum decoqui expedit ne acescat: & vase piceo referuatur. Facit autem contra ebrietatem, & furfures capitis. Et vulnera curat, si frequenter inde lauentur. Et capillis fluentibus prodest: fit etiam oleũ de foliis eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incuruationibus prodest. Et articulis, vel fracturis vtiliter imponitur: sed & maculas perfricatum emendat. Aures prurientes curat, si tepefactum immitatur. Ipsa folia trita cum aqua imposita vulnerum rheumatismum sanat, vel locis fluentibus prodest. Fluxum ventris emendat, & ignem sacrum, vel tumores testium curat. Sicca autem, & cribrata, panaritiis, & locis vrentibus prodest. Commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curant. Folia eius trita, pensus piperis medietate, acetum quantum sufficit masculis profunt.

De *meu*. CAP. CLXXXVII.

MEu radiculæ sunt herbæ assimilis anethi, quæ radices inueniũtur in omnem partem exporrectæ, tenues, oblongæ, suauiter olentes, & gustu linguam excalfacientes. Nascitur maximè in Macedonia. Vires habet ipsa radix relaxantes: vnde potata omnem rigorem vesicæ, et renum remollit, et inflationes dissipat. Item vrinam, et menstrua prouocat.

De *malabathro*. CAP. CLXXXVIII.

MAlabathrũ qui putant esse folium spicæ, falluntur. Licet autem sit similis odore, tamen certæ alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatãs quibusdam paludibus in India in specie foliorum. Et sic habetur leuis. Lino trahitur, et siccatur. Est ergo optimum, quod est recentissimum, odoratissimum, tenue, integrum, nigricans, gustu non falsum: sed potiùs picẽ

A referens. Potest autem eadem præstare, quæ spica: et easdem vires habet, quas et cætera aromata habere diximus.

De *marrubiastro*. CAP. CLXXXIX.

MArrubiastrum est subsimile marrubio, et facilè notum: cuius vires faciunt ad serpẽtum morsus, et ad suspiriosos. Item strumas, id est scrophulas, vel hæmorrhoidas cæcas dissoluit, et menstrua prouocat.

De *millefolio*. CAP. CXC.

MIllefolium thyrsum habet ex vna radice mollem, et subrufum, et quasi manu lineatum: folia quasi fœniculi, quæ vulnera glutinant, et sine tumore custodiunt.

De *myrice*. CAP. CXCI.

MYrice fructiculum affert mollem, fragilẽ, et veluti florem. In Aegypto quidem, similem gallæ.

B Huius igitur succus, et aqua in qua fuerit coctus, pediculos occidit, et culices, et pulices fugat.

De *moro*. CAP. CXCII.

MOrus, arbor est spinosa, quæ affert mora similia rubo, sed et fortiora, et albidiora: quæ et ventrẽ laxant, et digestionem faciunt. Succus eorum cũ melle, et careno, vel vino austero pari mensura permistus, et ad spissitudinem mellis decoctus, synanche laborantes curat. In sole in vase æreo positus vehementior erit: et ideo vulnera, et attritiones curat, vel putredines. Sed vt suprà dictum est, synanchen cum tumore venientem emendat. Si cum alumine scisso, vel galla, croco, et pauco myrrhæ commisceatur, non solùm his rebus prodest, sed et vitia oris abstergit. Cortex radicum eius in aqua decocta, in potione data, ventrẽ soluit, et lumbricos eiicit. Folia eius quoque trita, et imposita, igne combustum sanant.

C

De *moris syluaticis*. CAP. CXCIII.

MOra verò syluatica, ratione, quæ de rubo colligitur, stringunt fortiter, et synanchicos meliùs curant. Succus eorum, vel alicuius rubi succus cũ melle æquali mensura coquatur ad tertias, et sic gargarizetur frequentiùs. Si enim bibatur ventrem stringit apté.

De *nepita*. CAP. CXCIIII.

NEpita est omnibus nota: cuius sunt species tres. Est enim, quæ folia similia ocymo habet: et est, quę pulegio assimilatur: est, quæ menthæ habet speciẽ. Verùm omnia folia gustu sunt acria, et excalefactoria valde sunt. Igitur coxiosis genere sinapismi prodest, et regium morbum emendat: et lumbricos, et tineas, et partum expellit: et vermes in auribus occidit.

D

De *narcisso*. CAP. CXCV.

NArcissus thyrsum habet oblongum, folia quasi porri, sed breuiora, et plena: florem album intercroceum: aliquando purpureum: fructum quasi quasdã membranas nigrum, oblongum, radicem quasi bulbi, quæ maculas in facie tollit: et suppurationem ponit, et intumescere non permittit.

De *nascaphtho*. CAP. CXCVI.

NAscaphthum affertur ab India, et est quasi cortex elamulæ, non odoratus, et viscide excalfaciens: propter quod et in antidotis excalefactoriis emittitur.

De *opio*. CAP. CXCVII.

OPium, succus est quodam modo erratici papauerìs. quod sic colligi solet: postmodũ cũ hoc ipsum papauer flores suos amittit, et ampullulæ succrescunt virides, et teneræ, harum ipsarum capitella homines

Galen.

scalpello acuto leniter abscindunt sic, vt intrinsecus non lædant, & deinceps in gyrum scarificant: & sic lacticulum, quod promanat, digito conterunt, & in conculis reponunt, & siccant. Meconium autem fit contritis in vnū foliis, & ampullis viridis papaueris. Verùm succus organo pressus, & siccatus in pastillos redigitur: & meconiū appellatur. Erit ergo optimum, quod est odore grauissimum, & colore subrufum, & gustu amarissimum, & quod humorem, quo resoluitur, quàm citissimè candidum facit, & accensum splendidam, & aliquatenus durantem flammam emittit, & rursum extinctum pristinum odorem reseruat. Maximè Hispanū tale inuenitur. Adulteratur autem & lentis, & lupinorum farina: sed & gūmi nigro, & lactucæ erraticæ succo: item glaucio. Sed & adulteratum quod est, sic intelligimus, eò quòd non omnia coeant, quæ synceritatem illius comprobare diximus. Potest autem syncerè opium lacrymam stringere collyriis admistum. Habet & circunlinitum refrigerare, & auricularum dolorem, & totum corporis languorem mitigare, illa videlicet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De omphace. CAP. CXCVIII.

OMphax, succus est de radice moræ syluaticæ, & immaturæ vuę, qui expressus siccatur in sole, & in pastillis latis vsquequo fieri potest formatur, & sic reponitur. Optimum est illud, quod est colore rubido, & fragile pistillo, & gustu styptico valde, & linguam submordens: vnde potenter stringit, & omne profluuium confestim tenet.

De opopanace. CAP. CXCIX.

OPopanax, succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: quæ nascitur in Cappadocia, Africa, & Macedonia, locis asperis, & lapidosis. Colligitur ergo hic ipse succus hac ratione, Mediis æstatibus terra, quæ est circa radicē, & herbam, foditur, & cauatur, deinde foliis ipsius sternitur, & sic ipsa radix, & ferula in oblongum, & in gyrū inciditur: pòstque humor lacteus emanat, & in folia supposita defluit, & siccatur: quasi exalbidæ myrtæ colorem accipit. Ergo optimum est opopanax, quod ab Africa affertur. Hic est extrinsecus veluti crocatus, intrinsecus lacteus, mundus, odore graui equidem viscido. Potest igitur opopanax & laxare, & calefacere, & mollire stricturas, & durities, fugare viperas, & omnem serpentū accessum.

De opobalsamo. CAP. CC.

OPobalsamum, lacryma est arboris, quam balsamū appellamus, similis malo granato, ramosæ, ramis tenuibus, & exalbidis, qui xylobalsamum dicuntur: quę folia habet similia erucæ. Hæc ipsa arbor in Iudæa tantummodo crescit: & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium vastiorem, & quasi ventrosum, ad capitula vtraq; subitò deductū, rubicundū valde, grauem, & plenum, &, si frangatur, mollem, &, si masticetur, similiter vt piper mordentem, & suauiter redolentem, quem carpobalsamum dicimus. Huius ergo arboris lacryma colligitur vere vsque ad autumnum. Inciditur autem ipse truncus in aliquot locis, & ipsi ramuli: & sic vascula supponuntur, quæ lacrymam fluentem excipiant. Quod ipsum aliquot coloribus videtur. Verùm est optimum, quod recens, & syncerum, & exalbidum est, & austerum, & odore graui, & acuto, & non acri, & quod aliqua lenitudine linguā submordet. Sequens est, quod est colore subrufo, & quasi glutinum se distillatā digito: læue etiam, aspectúque gratū. Ter-

A tium autem, quod est tenue valde, & perlucidū. Omne autem opobalsamum, quod vetustatem accipit, fit subrubrum, & terrestre, & siccum. Verùm optimū est syncere: quod quando aquæ mundæ instillatur, non protinus diffunditur, sed magis subsidet, postmodum totam aquam exalbidam facit. Lacti autem admistum, in caseum illud adstringit vt coagulum. Item vestimento albo, aut mundo instillatum, maculam non facit. Quod enim syncerum est, in summa aqua diffunditur, & supernatat, & prout oleum quasi pilulas ostēdit: nam vires habet aliquatenus acriores, quæ viscide excalefacere, & relaxare efficaciter possunt.

De oleo. CAP. CCI.

OLeum vetus optimū, est quod cum bona pinguedine perlucet: odore & gustu simile vetusto pinguamini. Vires autem habet excalfactorias, quæ peni-
B tus relaxant. Sed & ad caliginem oculorum facit, si fuerit de pluribus annis, & ad diuturna & indurata vitia neruorum. In cibis verò admistum omnibus conuenit, & lenitiem stomacho, & ventri reddit. Et si qua strictura, & vulneratio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, metasyncreticam virtutem habere incipit. Chamæmelo verò, itidem metasyncreticum esse videtur. Cum bacca lauri decoctum, plus, quàm oportet, thermanticum esse certum est. Semini lentisci mistum, sicut rosaceum per longum tempus stypticam virtutem affert. Mastiche admistum, colleticum esse videtur. Anethum illhic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illhic per tempora madefacta, paregoricum, vel stypticum aliquantum inueniri faciūt. Cucumeris agrestis radice admista, et decocta, cathar-
C ticam, et thermanticam habet virtutē. Et quidem propriè attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus valetudinibus prodest.

De ouo. CAP. CCII.

OVum, partus gallinæ est, quod omnes nouerunt. Effectum habet duplicem. Si semicoctū bibatur, virtutem stomacho præbet, et non permittit corpus debilitari, eò quòd naturæ sit animantis. Lenit enim omnia, quia leuem vicem habet. Crudum autem potatum, raucos emendat: lacryma quoque tepida in oculis dolentibus inuncta salutem restituet. Vitellus verò eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, paregoricus, vel stypticus inuenitur. Coctum verò in aceto vt sit perdurum, dysentericis prodest: virtute autē sua cibi, et potus vicem præstat. Si crudum bibatur, sitim prohibet.

D *De ocymo.* CAP. CCIII.

OCymum, herba est omnibus nota, vires habet acriter excalfacientes, et relaxantes, et vrinā prouocantes.

De origano. CAP. CCIIII.

ORiganum et ipsum omnibus notum est: et habet vires acres, et excalfactorias, et relaxantes, et euaporantes. Vnde et suspiriosis, et tussientibus prodest: et serpentes fugat. Item biles detrahit, ventrem detrahit, sed vrinam, et menstrua prouocat.

De orobo. CAP. CCV.

ORobum omnes nouerunt. Huius igitur farina cum melle vulnera purgat, et maculas tollit, et alienationes tenet. Ipsum autem orobum manducatum, caput replet, est ventrem: et sanguinē per vrinam prouocat. Et est optimum Atticum. Est enim colore violaceo, ef fectu viscide sistens, et in modum cani.

De po

De ponitio. CAP. CCVI.

POnitium hac ratione conficitur: Chalcitidis partes duæ,& cani vna,in mortario læuigantur æstu calidissimo,infuso subinde feruente, & acerrimo aceto. Et hoc fieri habet donec res rubro colore apparẽt. Habet igitur ponitium vires,quas chalcitis, equidem vastiores.

De pipere. CAP. CCVII.

PIper, fructus est arboris, quæ in India nascitur: quod quando primùm crescit,oblongum,& rotundum apparet,& longo piperi assimilatur: quod ex minutis,& quàm pluribus granulis veluti constipatis cõstat:& quæ tempore ipso accrescunt & dissipantur. Maturata enim,& nigra facta,nigrum piper dicuntur. Eligimus enim longum piper, quod quando frangitur, strictissimè granula sua coniuncta habet, & circa suam veluti medullam cohærentia, quódque gustum viscide mordet,et calefacit. Album déinde,quod sine ruga sit candidissimum, graue, & non minutum ,& ad gustum simile longo. Item nigrum , quod præter colorem in reliquis fit simile albo. Poteſtautem omne piper syncerè stringere,& excalefacere , & totum corpus vehementer commouere. Sed adulteratur lõgum quidem, sinapi,& gummi formatis in specie piperis longi:& album déinde læuigatur cum spuma argenti,& exeluditur in pilulas eiusdẽ magnitudinis redactum : item nigrum his ipsis pilulis denigratis,sed & leue,& cauum, & farinosum piper est,& lapillulis admistum.

De pompholyge. CAP. CCVIII.

POmpholyx , est quasi flos spodii. Simul autem vtraque colliguntur circa metalla,vbi ęs,& cuprum, & argentum conflatur. Verùm pompholyx proutleuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur, spodium circa parietes: & adulteratur stellis siccis tenuibus combustis. Item cannis quibuslibet. Sed fiunt succidiora, & non æqualiter leuia. Est enim optima pompholyx, quæ est leuissima,& candidissima,& ad tactum nullam habens asperitatem. Easdem enim & spodium vires habet,stypticas,& quæ siccare possunt.

De purpurisso. CAP. CCIX.

PVrpurissum , quod & fucum aliqui dicunt , glebulæ sunt quadratæ,& pusillæ in modum tesellarum, quæ ab infectoribus tinguntur colore roseo. Tale est maxime Canusinum:sequens Puteolanum. Vires habet aliquantulum stypticas.

De pyrethro. CAP. CCX.

PYrethrum, radix est oblonga,colore fuscior:intus exalbida,crassitudine digiti pusilli : gustu excalfaciens vehementer,& saliuam copiosam prouocans.Cuius optima est,quæ est recens. Potest autem efficaciter relaxare,& calfacere acriter.

De pumice. CAP. CCXI.

PVmex,lapidis est genus, qui in litoribus maris inuenitur,quíque assiduè à fluctibus illisus fit leuissimus,& exalbidus , & vndique concauus in similitudinem spongiæ. Facit ergo pumex ad dentifricia:& scriptores pennas,vel calamos sibi in eisdem temperãtes bene scribunt. Et mittitur hæc ipsa pumex in malagmata. Abradit autem,& sua asperitudine læuigat.

De pulegio. CAP. CCXII.

PVlegium,herba est omnibus nota: quæ cum aliqua acrimonia excalfacit : & est diureticum valde : sed & menstrua prouocat, & partum expellit: & olim tussientibus prodest. Odor eius nauseam prohibet.

De propoli. CAP. CCXIII.

A PRopolis circa fauos, & circa aluearia apum inuenitur:& est quasi genus ceræ. Cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo. Est autem quasi mũda. Vires habet similes ceræ,sed efficaciores.

De psyllio. CAP. CCXIIII.

PSillium,semen est herbæ nigrum, & minutum, pulicis magnitudine, vnde etiam cognominatum videtur. Herba tota assimilis fœno,longa,et angusta,et calamum minutum et oblongum habet, à quo medio incipit quasi spicula oblonga , in qua ipsum semen inuenitur : quod efficaciter refrigerare, et stringere potest. Vnde oculis lacrymantibus citò prodest. Item dysentericos,et podagricos remediat:et capitis dolorem ex aqua læuigatum,et in fronte linitum, confestim sedat. Et hæc ipsa herba pulicaris dicitur.

De plantagine. CAP. CCXV.

B PLantago similiter herba est: et huius succus , et folia efficaciter refrigerant,et stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus vtiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quæ stringere, et siccare volumus, vtiliter faciunt.

De polio. CAP. CCXVI.

POlium,herbula est oblonga,exalbida folia habens, et in summo quasi caniciem , et comulam, semine plenam,odore graui,et non suaui. Potest ergo omnẽ viperam fugare:potest et res venenosas extinguere:laxat quidem stomachum,et caput purgat , sed et vrinã, et ventrem mouet.

De pelecino,uel cæpa canina.
CAP. CCXVII.

PElecinus,herba est,quæ in itineribus nascitur,plures,et tenues ramulos habet,folia pusilla,et granula in folliculis terna, vel quaterna , subrufa , et amara
C valde: quæ possunt cum aliqua acrimonia viscide stringere,propter quod et in antidota mittitur , et mẽstrua prouocat.

De panace. CAP. CCXVIII.

PAnax, radix est herbæ, de qua opopanax cõficitur: quæ et ipsa etiam,et si infirmiùs,eadẽ præstat, quæ opopanax.

De peucedano. CAP. CCXIX.

PEucedanum,herba est thyrsum,et ramos habens similes vt fœniculum,radicem vastam et nigram,odore grauem,succi plenam,et circa illam comulam dẽsam: florem aureo colore. Hæc igitur radix alíquando propter succũ suum exprimitur: et succus eius melior est, si sit colore subrufus, et ad gustum excalfacit. Alíquando siccatur,et reponitur. Facit autem ad vulnera antiquata, et expurgat viscide: propter quod in aliquibus emplastris,et malagmatibus mittitur. Et radix eius incensa serpentes,et viperas fugat.

D *De pastinaca.* CAP. CCXX.

PAstinaca omnibus nota est: nam sumitur in cibo, et in reliquis virtutibus. Vires habet acres,et excalfactorias,et diureticas.

De petroselino. CAP. CCXXI.

PEtroselinum nascitur circa petras , et est optimum Macedonicũ. Est enim odoratu subdulce, diureticum valde , & excalfactorium. Vnde et stomachi,et colli inflationes,et tensiones remediat.

De peristereone,uel uerbena. CAP. CCXXII.

PEristereon, herba est columbaria:folia habet modica,quasi incisa,radicem mollem, thyrsulũ stypticum. Tota herba vulnera glutinat,et alienationes stringit:et ad omnia venena potui data optimè facit. Similiter ad tertianas,et quartanas disposita est. huius succus in col

in collyriis mittitur. Hæc enim & columbina, & verbena dicitur.

De polypodio. CAP. CCXXIII.

POlypodium, herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum vetustarũ, & in querceis arboribus crescit. Hæc melior habetur, cuius radix pilosa, & hirsuta videtur, gustu styptica cum aliqua dulcedine. In foliis verò habet binos ordines, quasi punctorum aureorum. Vires habet ventrem soluentes, & bilem distrahentes.

De colocynthide. CAP. CCXXIIII.

COlocynthis similis est cucurbitæ rotundæ, vel malogranato. Huius verò medulla, id est, quod intus habet, carnosum: & semen viscide ventrem purgare potest, & in plura cathartica mittitur.

De ruta. CAP. CCXXV.

RVta, herba est omnibus nota, vtilis valde: hęc enim stomachum erigit, & tussientibus prodest, & colli dolorem sedat. Item vrinã, & menstrua prouocat: partum quoq;, si plus sumatur, expellit.

De resina. CAP. CCXXVI.

REsina, est quasi lacryma herbæ: & locis quàm pluribus colligitur. Verùm sicca quæ est, inuenitur circa nuclipinum, & pytin: alia liquida circa terebinthũ, & peucem, & cypressum, & quam lentiscum aliqui mastichinam esse dicunt. In Chio insula colligitur. Aliæ, prout diximus, pluribus locis inueniuntur. Communiter verò omnis resina laudatur, si sit munda, perlucida, & si odorem suum pristinum seruet. Specialiter tamen liquidarum optima est terebinthina. Habet enim & candorem, & munditiem, & perlucet, & vitro assimilis esse debet. Post mastichina recipitur, colore non dissimili Ponticæ ceræ. Item siccarum receptissima est pityina: postquam numeratur peucena, & nuclipinea: quam Græcè strobilinam dicimus. Verùm omnis resina efficaciter relaxare, & remollire potest: & in vsu aliquando crudæ accipiuntur, aliquando friguntur.

De roremarino. CAP. CCXXVII.

ROsmarinus, herba est, fruticulus, & semen dicta cachrys adsimilis spondylo: quæ herba radicem, & folia habet quasi fœniculum, sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, & veluti thyrsum oblongum, & ramosum. Huius igitur semẽ, quod est breuius, & vastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius, & oblongum, rosmarinus. Veruntamen efficaciter stringere, & relaxare potest: vnde & vrinam mouet, et antidotis contra maligna admiscetur: et quidẽ cachry acrius, et viscidius;

De rubo. CAP. CCXXVIII.

RVbum omnes nouerũt: huius igitur et folia, et flos, et mora leuiter stringunt, vnde ad vuulam, et fauces euidenter faciunt, quanuis omne profluuium idoneè stringant.

De rhu. CAP. CCXXIX.

RHu, quod ab aliquibus radix dicitur: aliqualiter vasta, et nigricans: fragilis leuissimè: odore, et gustu amara, et leniter stringens. Et si fricetur, et masticetur, fit veluti glutinosa, et croceato colore. Vnde optimum rhu est Ponticum. Vires autem habet efficaciter stringentes, propter quod cum vino læuigatum, et quasi fomentum impositum, inflationem siccat, et vulnera glutinat, et sanguinis abundantiam reprimit: mittitur et in antidotis.

De rosa. CAP. CCXXX.

ROsam omnes nouerunt: quæ et ipsa suauiter stringit, et refrigerat.

De rapa, & napo. CAP. CCXXXI.

A RApa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, et multum carnis: sed inutilem nutrit humorem. Aqua verò, in qua fuerit cocta, podagricis, et ad prægnationem optimum fomentũ est: sed et ipsa contrita, et imposita idem operatur. Si excauetur, et accipiat oleum rosaceum, et ceræ modicum, et sic in cinere calido coquatur, ita vt cerotũ faciat, vulnerosos promouet, et curat. Est etiam rapæ similis napus: qui similiter inflat, sed semen huius napi contra venena potui cum vino optimo datur, vel ex mulsa contritum.

De raphano. CAP. CCXXXII.

RAphanus omnibus nota est, quæ radix appellatur. Radicem habet similem rapæ, sed longiorem: quæ comesta ieiuno prout antidotum, magnum est adiutorium sanitatis, et tutamentum corporis: sed inflationẽ operatur, ructus fœtidos facit, et vrinam mouet, ventrem relaxat. Decocta autem in cibo sumpta phthisicis
B prodest: et thoracem à phlegmate laborantem emẽdat. Cortex verò eius cum aceto, et melle acceptus, vomitus vomet. Hydropicis et spleniticis prodest. Si in modum cataplasmatis imponatur cum melle commista, etiam prodest: putredines curat, et liuores tollit, et cõtra viperarum morsus prodest. Alopecias capitis iuuat. Fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compescit. Semen verò eius cum aceto datũ, splenem minuit. Si in aceto et melle radix ipsa coquatur, et sic gargarizetur, synanchem curat. Folia eius tunsa, et imposita, omnibus articulis dolentibus prosunt.

De sarcocolla. CAP. CCXXXIII.

SArcocolla est, prout aliqui aiunt, lacryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alii quidem fieri dicũt ex suffimentis æquè similiter resinæ per parietes læuigando. Alii enim sarcocollam, argemonem herbam
C vocant: quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, foliis quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubicant, et ad gustum commista dulcedine aliquam habẽt amaritudinem, et dentibus pressæ adglutinantur. Potest igitur stringere lacrymam, et quodam modo hilarem visum facere. Adulteratur autem gummi, et resina, sed tactu facilè deprænhenditur.

De spica nardi. CAP. CCXXXIIII.

SPica nardi ad similitudinem cognominata est. Similis est enim spicæ frumenti. Et hæc plurimas habet velut aristas: et quasi setarum, vel capillorum fasciculus ad modum patet. Nascitur enim in India ex vna radicu la sine foliis. Dicitur tamen et Syriaca, non quia in Syria legitur, sed quia montis illius in India, in qua plu-
D rima inuenitur, pars ad Syriam aspectat. Verùm optimam diximus, quæ est odoratissima, et colore subrufa, recens, et ad tactum non grauis, nec vasta, sed magis densa. Hæc ergo vires habet suauiter stypticas, et leniter calefactorias.

De syrico. CAP. CCXXXV.

SYricum fit de cerusa plurimùm siccata, et cribrata. Coquitur autem in patella fictili super carbones vsquequo sandycis habeat colorem, quod ipsum cerusæ vires repræsentat. Est optimum, quod ignis habet colorem.

De saluicula, siue Saliunca.

CAP. CCXXXVI

SAluicula, herbulæ genus est, quæ radiculas, et folia sub floribus similibus violæ, quàm plurima habet: quæ tota prodest. Hæc refossa in modum stabularum stringitur. Nascitur autẽ in alpibus sũmis, et in Norica re gione

regione. Quam ipſam optimam iudicamus, quæ eſt o-doratiſſima. Cui tamẽ & hæc adeſſe oportet, vt recẽs, & ſine ſabulo ſit, & quàm plurimas cum ramulis ſuis radices habeat. Illæ autem ſunt viſcidiſſimæ. Poteſtas igitur ſaluiculæ eſt, quæ & ſpicæ, etſi infirmior.

De *ſale.*

SAlem omnes nouerunt. Colligitur autẽ in quibuſ-dam litoribus, & partibus maris, aut foditur, aut pa-ratur, prout aliquibus locis in Gallia, maximè tamen in Italia, vel in diuerſis prouinciis. Verùm eſt optimus ſal, qui ex mare fit, mundus, & candidus, cuius virtus ſapore ipſo probatur, potens comedere, & purgare. Multis quidem rebus miſceri præcipitur. Cuius ſalis virtus eſt, quòd omnibus cibis admiſtus cõuenit, et o-rexim facit, faſtidium auertit, nauſeã prohibet. Quod autem foditur, eſt velut vena alba, & perlucida. Venas habet prout ſchiſtos, quem & nos ſalem Armeniacũ dicimus.

De *ſucco hordei.* CAP. CCXXXVII.

SVcci virtus duplex eſt, vel triplex. Hic eadem, & ſi incertius, præſtare poteſt, quæ & ouum diximus face re. Vicem enim cibi & potu præſtat. De hordeo ptiſa-nas faciunt, quæ frigidam, & humidam habent virtutẽ, & relaxare poſſunt. Si oleum roſaceum admiſceas, fe-bricitantes refrigerat, & reparat. De hordeo immatu-ro ſuccus ventrem ſtringit, & infrigidat, & vires acqui-rit: & alicæ, vel oryzæ ſuccus ſimiliter operatur. Sili-go enim tritici ventrem ſtringit, & ardorem, & corru-ptionem.

De *ſtibio.* CAP. CCXXXVIII.

STibium, lapis eſt fulgens, & ſplẽdens, nulli lapidi ſi-milis: qui in metallis inuenitur, colore aſſimilis plũ-bo. Cuius eſt optimum, quod latè refulget, fragiliſſi-mum, & quod eſt in ſe mundum, lapidoſum, vel terre-num non continens. Vires autem habet ſtypticas: vnde & refrigerare, & ſtringere, & lacrymas velut oppilare poteſt.

De *ſandaraca.* CAP. CCXXXIX.

SAndaraca affertur maximè à Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & eſt à primo lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Eſt ergo optima ſandaraca, quã florem appellamus, quæ eſt roſeo colore, munda, vel nihil exterum admiſtum habens, effectu & ipſa fortiter ſtringens.

De *ſagapeno.* CAP. CCXL.

SAgapenum, eſt lacrymæ genus, quod in aliquibus lo cis colligitur. Cuius optimum dicimus, quod eſt gle-bulis minutis durum, colore ſubſimillimum myrrhæ, guſtu acri, & quaſi glutinoſum, odore cæparum, recẽs, mũdum, & intus albidum, & extrinſecus rubidum. Vi-res habet, quæ cum acrimonia viſcide laxare poſſunt. Hoc ipſum galbano aliqui adulterant, formatis ex eo guttulis eiuſdem magnitudinis.

De *ſepo.* CAP. CCXLI.

SEpum omnes mollire poteſt duritıes. De quadrupe dibus optimum eſt leoninum: melius eſt leopardi-num: nunc melius vrſinum, quàm taurinum, vel ceru-num: caprinum verò ſpiſſius eſt, & ſiccius: & magis hir-cinum, vel aſininum. De volatilibus verò optimum eſt anſerinum, melius pullinum. Item melius phaſianinum: & omnibus melius vulturinum.

De *ſanguine.* CAP. CCXLII.

SAnguis omnibus humidus eſt: foris in corpore illini tus, ſtypticus inuenitur: & oculis prodeſſe compro-batur.

A De *ſyricio.* CAP. CCXLIII.

SYricium, herbulæ radix eſt nota compluribus, eſt al-bida, & ſpiſſula, quæ acrimonia ſua, & aſperitate, vri-nam, & calculum prouocat. Sternutare copioſè facit tunſa, & cribrata, & in naribus impoſita.

De *ſtaphiſagria.* CAP. CCXLIIII.

STaphiſagria, ſemen eſt herbæ, quæ floreſcit ſimili-ter vt vites erraticæ: & fructum affert in folliculis viridibus, quaſi ciceris triangularẽ, album, ſubrufum, guſtu acerrimum, & amarum. Verùm optima eſt, quæ eſt recẽs, nigra, plena: hæc ipſa cum maximis vexatio-nibus viſcidiſſimè relaxat: pediculos quoq; ex oleo lę-uigata, & corpori illinita occidit.

De *ſepia.* CAP. CCXLV.

SEpia, eſt marinum animalculum, cuius teſta, & item os ſiccatum, & repoſitum, leue, & candidum, & ob-longum videtur, & ad vſum medicinæ facit. Admiſce-

B tur autem collyriis: & ſolum in mortario lęuigatũ, den-tifricium eſt optimum.

De *ſulfure.* CAP. CCXLVI.

SVlfur optimum eſt, quod viuum appellatur, & eſt ſplendidiſſimum, & perlucidum, & veluti perunctũ. Vires habet viſcide relaxantes, & plurima vitia reme-dicantes.

De *ſilphio.* CAP. CCXLVII.

SIlphium, radix eſt, cuius lacryma laſer eſſe diximus, & eſt radix pluribus nota. Viroſè, & acriter excalfa cit, & veſicam lædit. Verùm admiſcetur antidotis, & purgatoriis: & ſale condita ſuauiter facit.

De *ſeſeli.* CAP. CCXLVIII.

SEſeli, ſemen eſt herbæ, quæ ſimilatur fœniculo, & a-netho, creſcit, & grauat, & grana affert vaſtiora, &

C oblongiora, quàm vtrunque. Verùm & hoc eſt diureti-cum, & in plurima antidota mittitur. Propriè tamen ad colicum dolorem facit.

De *ſcammonio.* CAP. CCXLIX.

SCammonium, quod & colophonium, vel diagri-dium dicitur, ſuccus eſt herbæ, quæ à ſua radice plu res ramos intra ſe mittit, quæ naſcitur & in Myſia, & in Colophone, & ſimiliter, vt creditur, mandragoræ, aut quaſi panacis radix illius inciditur, & foliis ſuis ſup poſitis lacryma, quæ emanat, excipitur. Verùm opti-mum diximus ſcammonium, quod eſt medium, læue, perlucidum, intus non ſpiſſum, ſed magis, prout ſpon-gia, fiſtuloſum, & ſplendidum, & quod ſimul ac ſaliua tangitur, humorem lacteum, et amarum oſtendit. Hoc igitur ipſum ſtomachum quidem euertit, ſed ventrem viſcide purgat. Adulteratur autem tithymalli ſucco:

D ſed ita depræhenditur, quòd tithymalli ſuccus ad gu-ſtum minimè excalefacit quodã modo, ſed vrit, quod abeſt ab ſyncero colophonio.

De *zingibere.* CAP. CCL.

ZIngiber, herbulæ radix eſt puſilla, exalbida, lęuis, et veluti trunca. Inuenitur maximè in Troglody-tis, et Arabiæ partibus. Et aliqui illam piperis radicem putant. Hoc ergo optimum eſt, quod eſt recẽtiſſimum, et ſine fiſtula vlla, quod ἄτρητον Græcè dicimus, odore ſuaui, guſtu, et ſapore ſimilis piperi. Cuius vires pluri-mæ ſunt, ſed propriè digeſtionem facit, et ſtomachum confirmat, et corroborat, et ventrem laxat.

De *ſtyrace.* CAP. CCLI.

STyrax, eſt lacryma arboris, quæ et ipſa ſtyrax ap-pellatur, ſimilis tota cydoniæ. Huius igitur arboris ramuli, et virgulæ, vt vermiculi circa ipſas medul-las naſcuntur; à quibus inciduntur, et foramina ipſo-rum ſcobem quaſi furfur emittunt, quæ cum lacryma conſiſ

confiscatur: quod in modum resinæ pityinæ manat, maximè æstibus mediis, & sole candidissimo. Verùm optimum dicimus styracem, qui est subrufus, & qui multum resinæ specie permanet, odore suaui, & quasi melleo, & subausterus, sine humore, & læuis dum fricatur. Viribus autem potest leniter relaxare. Calefacit enim, & lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, vel etiam alterius, éxinde tunsa, & cribrata, & cum melle decocta subacta, & rursus cera, & adipe reuoluta.

De symphyto. CAP. CCLII.

Symphytum, quod aliqui anagallicum dicũt, herba est pluribus nota. Cuius radix videtur oblõga, cortice nigra, ad gustum subamara, & glutinosa: propter quod ad restringendum sanguinem excreantibus datur. Viscide autem stringit, & glutinat.

De spuma argenti, uel lithargyro.

CAP. CCLIII.

Spuma argenti fit in metallis, & purgamentis argenti, quando conflatur. Item ex scoria, quam Græci μολύβδαιναν dicunt. Aliqua ex plumbo, & ipsa coctura in speciem pusillorum tribulorum redigitur. Verùm optimam dicimus, quæ est colore assimilis auro, & vsque grauis. Potest autem aliquatenus stringere, & refrigerare, & eadem præstat, quæ & cerusam facere dicimus, ab aliquibus verò lithargyrium appellatur.

De sori. CAP. CCLIIII.

Sori, glebula est viridis, quæ foramina habet quàm plurima, dicitur & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verùm optimum iudicatur Aegyptium, id est, quod ab Aegypto affertur: quod plurima habet foramina, & est fragile, & dum comminuitur, infuscatur: gustu stypticum, & odore nauseosum, sic vt & vomitũ quibusdam moueat. Coquitur autem vsquequo fit colore rufum: & habet vires valde stypticas & acres. Vnde & alienationes continet, & vulnera, quæ luxuriantur, exiccat.

De stœchade. CAP. CCLV.

Stœchas, herbula est, quæ ramulos emittit tenues, & oblongos, circa quos habet folia oblongiora, quã thymbra, sed non dissimilia: & semen minutum. Tota herba est odore suaui, gustu acris, & subamara. Vires habet relaxantes. Vnde menstrua prouocat, & vitia thoracis sedat, & in antidotis miscetur. Nascitur plurimum in insulis, quæ stœchades dicuntur.

De sapone. CAP. CCLVI.

Sapo cõficitur ex seuo bubulo, vel caprino, aut veruecino, & lixiuio cum calce. Quod optimum iudicamus Germanicum. Est enim mundissimum, & veluti pinguissimum: déinde Gallicum. Verùm omnis sapo acriter relaxare potest, & omnem sordem de corpore abstergere, vel de pannis: & exiccare similiter vt nitrũ, vel aphronitum. mittitur & in caustica.

De sampsucho. CAP. CCLXVII.

Sampsuchus, herba est: folia & ramos habet plures & pusillos, circa terram diffusos, non dissimiles nepitæ. Tota herba olens est suauiter: viribus acris, & excalfactoria, & ad omnem duritiem, vel rigorem valde idonea.

De sinapi. CAP. CCLVIII.

Sinapim omnes nouerunt, cuius efficacissimum est. Alexandrinum. Habet enim vires acriter, & viscide distinguentes: propter quod vitia longinqua eliminat, eò quòd loca sanguine manantia exiccat, & extinguit: et corroborat simul stomachum, quod ipsum sinapi mosano vidimus contingere.

De sertula. CAP. CCLIX.

A Sertula, herba est humilis, odore suaui, exalbida, flosculum habens subrufum. Cuius melior habetur, quæ est recens, et vastior, et non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: propter quod et oculorum tumorem sedat: et partibus neruosis, et delicatis ex aqua multa cocta in modum fomenti trita, et imposita facit.

De syro. CAP. CCLX.

Syrum nascitur in Africa, et in India optimum tamẽ habetur Arabicum, et huius ipsius quod est recentissimum. Et plures et breues calamos habet. Et si frangitur, rubicundum intus apparet, redolens suauiter, si fricetur inter manus, et gustu linguam submordens, quod vires habet acriter relaxantes, propriè quidem vesicam petit, et vrinam prouocat. Mittitur et in antidota, quæ aduersus venena faciunt.

B *De scilla.* CAP. CCLXI.

Scilla, radix est herbæ pluribus nota. Est enim colore, et corticibus vasta, et cæpę, vel bulbo assimilis. Vires habet acerrimas, et excalfacientes. Vnde et tussientibus, et hydropicis vtiliter datur. Et si fricetur in corpore, magnam et intolerabilẽ pruriginẽ facit.

De scordio, uel allio agresti.

CAP. CCLXII.

Scordium, herbula est virgulas mittens quadratas, rectas, et oblongas, et folia stringentia, ad gustũ subamara, odore oleaginosa, flore rubicũdo. Vires habet acres, et diureticas, et ad viperas facientes.

De scinco. CAP. CCLXIII.

Scincus, animal paruulum est, quod in India inuenitur, quadrupes, et simile lacerto, sed multò maius, et lõgius, et ventrosum. Hoc igitur salitur, et venerea facit drachma vna carunculæ illius ex vini cyatho potata. Si enim plus fumatur, affert periculum.

C *De sedo.* CAP. CCLXIIII.

Sedum, herba est, quam aliqui senecionem vocant: quæ in petra nascitur, et super tecta. Folia enim habet viridia, densa, et quercui similia, sed crassiuscula, et pinguia. Thyrsulum emittit oblongum, et subrufum: capitella habet oblonga, in summo habens in modum verticilli. Vires habet stringentes, et refrigerãtes: propter quod similis est plantagini, et ad eadem proficit.

De satureia. CAP. CCLXV.

Satureia ferè easdem vires habet, quas et thymus, et eadem facit, etsi est aliquatenus infirmior.

De spondylio. CAP. CCLXVI.

Spondylium locis humidis crescit, et habet radicem albam, et assimilem radici, quam in cibos mittimus, et thyrsos oblongos quasi fœniculi, folia quasi platani, semẽ quasi seseleos, duplex, sed candidius, et latius,
D et veluti piliastrum florem album. Huius igitur semen potatum bilẽ detrahit, et ventrẽ soluit acrimonia sua. Regio morbo, et ad tussem, et suspiriosis videtur prodesse.

De sisymbrio. CAP. CCLXVII.

Sisymbrium est assimile mẽthæ: latiora quidem folia habet, et odore suaui, et excalfactorium est, et diureticum, et ad apicularum, et similium animalculorũ punturam confert præsidium. Semen illius potatum ad eadem facit.

De smyrnio. CAP. CCLXVIII.

Smyrnium est assimile apio, sed folia habet latiora, et subaureo colore, et quasi pinguia, et fortiora, redolentia cum aliqua acrimonia. Ramulum et capitellum prout anethi, semen rotundum, nigrum ferè gustu

guſtu miraſtrum, radicem ſuccoſam, mollem, leuem, odore ſuaui: cortice nigro, intus viridem, aut exalbidam, & ad guſtum fauces mordentem. Vires autem habet acres, & ſudorem ſuſcitãtes. Vnde & tuſſientibus, & ſuſpirioſis, & hydropicis, & toxioſis prodeſt: & ad ſerpentum morſum facit.

De *ſatyrio*. CAP. CCLXIX.

SAtyrium, herba eſt ramulum habens oblongum: & purum, florem purpureum, exalbidum: folia quaſi lilii, ſubbreuiora, & ſubruſa, tria, vel quatuor, ad terrã iacentia: radicem duplicem, quaſi teſticulos: quæ radix potata venerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optimè curat. Eſt & aliud ſatyrium erythraicũ, quod aſſimilatur ad lini ſemen: vaſtius quidem eſt, & leue, & ſplendidum: cuius radicis cortex tenuis eſt, & rubens: ipſa penitus alba, & dulcis. Tertium quidem ſatyrium aliqui herbam baſilicam appellãt: cuius folia ſunt priori ſatyrio ſimilia, ſed grauiora, & leuiora, punctis aſperis, nigrioribus. Radix eius, pedis vrſi habens ſimilitudinem: flore aureo, vel croceo: & ſi cum aqua, vel vino fuerit trita, croceatum efficit colorem. Vires habet excalfactorias, & aduerſus venena facientes. Quã herbam ſi quis ſecum habuerit, ab omni genere ſerpentum erit ſecurus.

De *ſiſario*. CAP. CCLXX.

SIſarium, notum eſt omnibus. Et huius radix vires habet diureticas.

De *ſcolopendria*. CAP. CCLXXII.

SColopendria ſimilis eſt ſcolopendræ animali. In petris humidis naſcitur: nec florẽ habet: folia ipſius in ſuperficie viridia ſunt, ſed ruſa, & limoſa. Cum aceto potata ſplenem curat, & extrinſecus cum vino poſita iuuat, & calculos expellit: vires habet diureticas.

De *ſcopa regia*. CAP. CCLXXIII.

SCopa regia facilè eſt nota omnibus: & habet radicẽ tenuem, & oblongam, & virgulas oblongas, & folia ex interuallo aſſimilia lactucæ, ſed fixiora, & fortiora. Vires autem habet & ipſa acres, & diureticas.

De *ſinopide*. CAP. CCLXXIIII.

SInopis, optima eſt, quæ in Lemno inſula inuenitur, Et huius ipſius, quæ ſphragis appellatur. In terris autem ſinopis in quibuſdam ſpelæis colligitur, & capri no ſanguine in modum fermenti ſubigitur, & in paſtillos redigitur. Adhuc optima ſinopis dicitur, cuiuſcũque loci erit, ſi bene fuerit cocta. Quæ eſt rubicundiſſima, & ſpiſſa, grauis, per omnia eodem colore, & ſine lapillis, quæ ex vna mica plurimum humoris in ſimilitudine ſanguinis inficit. vires habet efficaciter ſtringentes.

De *ſio*. CAP. CCLXXV.

SIum, ſemen eſt quod maximè de Aſſyria defertur, ſuſculum, oblongum, acre, & viſcide excalfactoriũ. Propter quod ad inflationes, & roſiones ſtomachi, et choleræ propriè facit.

De *tragacantha*. CAP. CCLXXVI.

TRagacantha, eſt lacryma herbæ lignoſæ, et ſpinoſæ, cuius radix inciſa hanc ipſam lacrymam emittit: quæ aliquatenus ſiccata, priùs tamen, quàm indureſcat, cultello in tenues laminas ſecatur. Eſt ergo optima tragacantha, quæ mundiſſima, candidiſſima, tenuis, lucens, recens, et ſubdulcis. Vires autem habet, quales ſarcocolla, et aliquatenus efficaciores. Magis enim ſtringit, plus lacrymam reprimit.

De *thure*. CAP. CCLXXVII.

A THus, lacryma eſt arboris, quæ in Arabia, et in India naſcitur, quæ Græce λίβανος dicitur. Quod ergo de Arabiæ arbore manat, candidius eſt: quod de India ſubruſum. Verum vtrunque maſculum appellatur. Eſt et tertium minutum valde, et ruſum. de quo maximè manna conficitur. Erit ergo optimum thus, quod maſculum diximus, ſubruſum, rotundum, et naturaliter lene, fragile, et ſi pinſatur, in miculas minutas, et vt ſabulum diſſipatur: et quod ad ignem citò accenditur: odorem ſuauem et copioſum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulteratur reſina pityina, et gummi, et thure commiſtis: et fit in ſpeciem ſynceri thuris fortis. Idem et manna adulterant aliqui, læuigata reſina pityina, vel farina, et cortice thuris, et cortice nuclei pinei: ſed depræhenduntur ita: Thus enim, quod reſinam, vel gummi habet, ſi maſticetur, fit quaſi maſtiche, et ad ignem non citò accen-
B ditur, nec talem odorem habet. Similiter et manna, et cortex, ſi ſyncera non ſint, tardiùs, et fumoſiùs incenduntur.

De *tithymallo*. CAP. CCLXXVIII.

TIthymallum ferè tot habet vocabula, quot et ſpecies, ſed non refert: eadem autem omnium vis eſt. Colligitur ergo et quaſi lacryma, et quaſi ſuccus. Quaſi lacryma ſic: Singulæ virgulæ propè ipſa capitella frãguntur: et ſic lacryma veluti colũm quod manat, in conchulas quaſi opiũ colligitur et ſiccatur: ſimiliter et hoc eſt validiſſimum. Succus deinde ab ipſis foliis contuſis et expreſſis excipitur, et eadem ratione ſiccatur: et eſt infirmior. Verùm eadẽ facere tithymallum poteſt, quæ et elaterium facere diximus, et extrà quaſi pſilothrum pilos tollit: et ſi incidat cutem, quaſi cauſticum vrit, maximè quando eſt recens, et dum colligitur.

C De *thapſia*. CAP. CCLXXIX.

THapſia, ſuccus eſt herbæ eiuſdem vocabuli: quæ folia habet ſimilia fœniculo, ſed rectiora, et vaſtiora, thyrſulum quaſi ferula, florem violaceum, ſemen latum, radicem albam, et vaſtam, quam qui volet effodere, et ſuccum illius exprimere, priùs corporis ſui quicquid erit nudum, ceroto liquido perungere debebit: ſin minùs, inflationes, et puſtulas circa faciem, et manus patietur. Exprimitur ergo ſuccus thapſiæ lota ipſa radice, et in pila contuſa, et ſic organo preſſa: qui ſuccus in mortario læuigatur, et in ſole ſiccatur. Aliqui et folia cum radice iungũt, et nimiùm tundunt, et exprimunt, quod eſt inertius. Alii autem, quod eſt optimum, et viſcidiſſimum, ipſam radicem refoſſa terra nudant: ita tamen quod vna in terra maneat, et
D ſic eam cum ferula ſua acuto ſcalpello incidunt, et veluti ſcarificant, et lacrymam, quæ manat, colligũt. Vires autem habet thapſia acerrimas, et in modum ignis cauſticas. Prodeſt tamen longinquis vitiis, illa ratione, qua et ſinapiſmus.

De *thymo*. CAP. CCLXXX.

THymus, herbula eſt humilis, et ramoſa, et ramulis duris, et lignoſis: quæ folia habet puſilla, et anguſta, et oblonga, et ſubalbida, in ſummo capitula in ſpeciem formicarum in ſe implicitarum, et concurrentium. Vires habet acres, et excalefactorias, et ſtringentes: propter quod omnibus vitiis ſtomachi, et thoracis aptiſſimum eſt.

De *thlaſpi*. CAP. CCLXXXI.

THlaſpi, herbula eſt, quæ folia habet magnitudine digiti, thyrſulum ſubalbidum, tenuem, & oblongum.

gum,femen affimile cartamo,& quafi patulum, & dilatatum: vires quoque habet acres,& relaxantes,& veluti mordentes. Vnde afperitudines oculorum,& cicatrices extenuat:& potatum, ventrem furfum & deorfum purgat.Cum oleo læuigatũ punctiones,frigora,& horrores in acceffione difcutit.

De *trifolio*. CAP. CCLXXXII.

TRifolium,herba eft omnibus nota:huius igitur folia & pota,& pro fomento impofita,viperæ morfus remediant. Item femen illius in emplaftrum mittitur,& radix in antidota:vtraque ad venenoforum ferpentum morfus facientia.

De *ueratro,uel elleboro*. CAP. CCLXXXIII.

VEratrum,radiculæ herbæ funt eiufdem vocabuli, exalbidæ,& oblongæ,& ab vno capitulo copiofæ, & directæ, & quæ per ætatem maiores quidem, quàm porri capitula,fed nõ diffimiles:quarum optimæ funt, quæ afpectu vnctulæ videntur, & non rugofæ, & quæ medullam tenuem habent,& guftu magis excalefaciũt, & vomitum prouocant.Tale nanque eft Creticum.Nã Gallicum multò eft inertius. Verùm omne veratrum eft vifcidiffimũ medicamentum,& fortiffimum purgatoriũ,in tantũ,vt venenofum effe dicatur. Eft & aliud veratrum nigrum,quod magis purgat. Aliqui fecundum ambo purgant veratra,& elleborum dicunt.

De *uifco*. CAP. CCLXXXIIII.

VIfcum,fuccus herbæ eft, quæ de ramis arborũ excrefcit:quæ herba habet fructum rotũdum in fpecie vuæ,pallidiufculum: qui fructus tunditur,& commodatur ad aquam frigidam copiofius, & diligenter, vfquequo nihil afperum de cortice eius fruċticulus habeat:fic enim euadit glutinofiffimum. Alii quoque in aqua coquunt,& eadem diligentia expurgant. Verum optimum eft, quod in quercu arbore crefcit, & quod eft mundum,fubuiride, purum, & quod,fi extendatur, non rumpitur, fed in fpecie membranæ extenuatur. Vires habet acres,& quæ durities remollire poffunt.

De *uiola*. CAP. CCLXXXV.

VIola, fpecies habet tres. Eft enim alba,& purpurea,& auro colore: florésq; de radice eius excrefcunt:quibus melior habetur,quę eft purpurea. Verùm omnes vifcide relaxant,ficut & vrinam prouocant aliquando: & femen illarum partum expellit, & lumbricos occidit: odorem verò habens eft flos ipfe fuauem.

De *urtica*. CAP. CCLXXXVI.

VRtica, eft omnibus nota, & eft calefactoria valde: quapropter attrita,cum oleo,vel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cum vino, morbum regium emendat:& antidotis,quæ colicis quidem funt propria,admifcetur. Item trita cum melle fingula cochlearia diurno potui data,tumorem vẽtris, vel frigus ex pulmonibus conceptum fedat, & calore fuo omnes humores diffoluit.

De *uella*. CAP. CCLXXXVII.

VElla,herba eft, foliis quidem minor,quàm eruca, fed non diffimilis,flore violaceo:femen habet velut in folliculis oblongis,ordinis ftipati, prout nafturtii,& guftu calefactoria eft, fubmordens, & viribus relaxans:vnde ad tuffem veterem,& ad regium morbum cum melle optimè facit.

De *uetonica*. CAP. CCLXXXVIII.

VEtonica,herba eft, quæ radices habet aliquatenus craffitudine digiti, & ramulos longos,quadratos, folia,quafi quercus, fuauiter olẽtia, florem purpureũ, femen circa ramulos in circuitu, in modum fpicæ, nigrum.

A Nafcitur in pratis,& montibus. Vires habet leniter acres,& diureticas.

De *uite*. CAP. CCLXXXIX.

VItis,eft,quam omnes nouerunt,ex cuius fructu vinum exprimitur.Huius igitur folia viridia in frõtem frequenter impofita, & immutata, oculis ex rheumate dolentibus profunt, eò quòd ftipticum, & aufterum habent. Botrus verò eius maturus calidus eft. Infundit,& procurat ventrem,& maximè fi albus fit.Paffa autem vua ardorem facit,& ventrem procurat. Immaturus verò botrus vuæ,frigidus eft, & ventrem ftringit:vnde & dyfentericis facit.

De *uino*. CAP. CCXC.

VInum omne calidum eft:vires, atque motum corpori præftat, eò quòd calefacit,& refumit, & reficit omnia mẽbra, quæ ex frigore, & dolore cõftricta

B tenentur. Vinum,& oleum fi calidum ex vnguento ponatur,oportet diu perfricare quoufque totum corpus illud perbibat. Similiter & iis,quæ in humeris dolore tenentur. Vinum recens,calidum minùs eft vetufto: & ventrem procurat. Vinum album,diureticum eft,& toti corpori aptum. Vinnm nigrum, & dulce, fanguinem nutrit,& oculis contrarium eft,& capitis vertiginem,id eft, fcotofim,& corpori grauitudinẽ, & ftomacho turbationem,& fomnos graues infert. Vinum, maximè fi cum modica aqua bibatur, faluti corporis prodeft, eò quòd nutrit,& cuftodire poteft fanitatẽ. Primò quod album eft,magnum remedium corpori facit:vnde & de ipfa aqua ratio eft reddenda. Omnis virtus aquæ frigida eft,& dulcis,& humida,& febribus acutis aliquoties facit:vulneribus cancrofis,fi fola adhibeatur,perniciem infert:quia omne vulnus in corpore dulce effe vi-

C detur:& tunc gaudet cancer,& crefcit dum fibi confentiens,& amplius nutriens incrementum acceperit:nam cum melle,& aqua iuncta, aut ex lixiuia cancer femper lauari præcipitur,aut cum vino,& melle fimul. Vinum autem acetum factum,incipit frigidum effe, et ftypticum:et non nutrit,fed magis compefcit. Fiunt nanque de vino diuerfis modis proportiones corporibus aptę. Vnde mel, et vinum folum ventrem procurat,et calefacit:piper verò adiunctum,id eft,conditum,plus calefacit,et ficcat.Similiter et vrinam deducit,et corroborat ftomachum: maximè fi crocũ modicè admifcetur: et infundit,et ventrem procurat. Sambucatum fimiliter,et mafticatum,ventrem procurat, et choleram rubram temperat.Rofatum infrigidat,et vrinam, et ventrem procurat. Abfynthinum,ventrem,et choleram emũdat. Violaceum,vrinam prouocat:plus ftomachũ

D corroborat,et lumbricos excludit.

De *xylobalfamo*. CAP. CCXCI.

XYlobalfamum ramuli funt arboris, quæ balfamus dicitur,tenues,exalbidi, fuauiter olentes, guftu, et viribus acres,et calefactorii,et relaxantes.

De *xylocinnamo*. CAP. CCXCII.

XYlocinnamum, eft affimile afpectu cinnami, fed craffius, et longius, et quodam modo lignofum, fed viribus,et odore infirmius:et ad eadem fumitur, et eadem præftat.

De *iride*. CAP. CCXCIII.

IRis ad fimilitudinem iridis, quam in cælo videmus, dicitur,et hinc cognominatur. Quomodo enim illa plures et diffimiles habet colores, fic hæc et varios, et differentes mittit flores. Aliqui enim funt albi, aliqui cærulei, et aliqui purpurei. Verùm folia habet fimilia

milia gladiolo, sed maiora, & latiora, & pinguiora. Ramulos quoque, & ipsas similiter radices nodosas, duras, suauiter olentes in modum violæ: quarum optima est iris Illyrica, & Macedonica: est enim spissa, & breuis, & non calida, fragilis, & subrufa, odore suauissima: & gustu linguam viscide excalfacit: & dum tunditur, sternutare facit. Ab istis Africana laudatur, quæ colore est candidior, & gustu amara. Si verò tempore relinquantur, & quasi senescant, fiunt quasi vermiculosę, sed odore suauiores. Possunt quidem excalfacere suauiter, & vulnera concaua latè replere.

De hyoscyamo. CAP. CCXCIIII.

HYoscyamus est, quem aliqui latriculi dicunt: herba omnibus nota, quæ species habet tres. Est enim quę semen, & florem album habet: quæ vtrunque nigrum, quæque vehementius velut purpureum maximè, quod eligimus: quod quidem foliis, & cauliculis non multùm vires habet refrigerantes, & stringentes, & marcorem facientes. Quapropter succus ex foliis, & cauliculis, dum adhuc sunt virides, exprimitur, & siccatur: & similiter, vt opium, in antidotis, & collyriis mittitur: & eodem modo omnem dolorem compescit. Aliqui verò eum interficere dicunt, si bibatur, & esse venenosum.

De œsypo. CAP. CCXCV.

OEsypus, est quasi sordes, et succus lanarum succidarum: qui hac ratione colligitur: Lanas succidas sordidissimas, & iam mox detonsas mittimus in vase, quod habeat calidam aquam, & aquam succendimus vt aliquantulùm ferueat: déinde refrigeramus: & quod supernatat in modum pinguaminis, abradimus manu, & in vase stanneo absternimus: & sic ipsum vas aqua pluuiali implemus, & opertum tenui linteo in sole ponimus: & rursus delimpidamus: & tunc œsypum reponimus. Vires enim habet cum aliqua acrimonia mollientes, et relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine, et ceroto molli. Sed statim depræhenditur, eò quòd syncerus œsypus reseruat succidum lanæ: et si manibus fricetur, in similitudinem cerusæ efficitur.

De hyssopo herba. CAP. CCXCVI.

HYssopum, herba est. Est verò erraticum, et hortulanum. Verùm omne hyssopum facilè notum est: et habet vires acres, et calefactorias. Vnde tussientibus, et suspiriosis prodest, et lumbricos expellit.

De hypocisthide. CAP. CCXCVII.

HYpocisthis, herba est, quæ nascitur subrufa. Huius succus exprimitur, et reponitur, non dissimilis acaciæ, sed mollior tactu, et effectu viscidior, stringit enim vehementissimé. Vnde ventris profluuium, et sanguinis abundantiam reprimit, et sine mora præbet effectum.

De hyperico. CAP. CCXCVIII.

HYpericum, herba est, quæ ramulos habet plures, tenues, et oblongos, colore subrufo, folia similia rutæ, florem tenuem, et aureo colore: vel est similis violę: semen nigrũ, in forma hordei. Vires habet acriter stringentes, potatúmque ischiadicos emendat, et vrinam prouocat, ventrem stringit, et pro fomento posita, combusta sanat.

De hyacintho. CAP. CCXCIX.

HYacinthus thyrsulum habet læuem, florem purpureum, folia, et radices quasi bulbi: tota herba viribus, et effectu styptica est valde.

Epilogus.

HAec sunt, frater charissime Paterniane, quæ memoriæ nostræ subuenire potuerunt, et quæ partim ipsi probauimus, et quæ experti sumus, et apud antiquos, et receptissimos authores medicinæ inuenimus. Nunc pro tua examinantissima diligentia curabis omnia examinare, et etiam singulas res cum sua scriptura comparare, ideo, vt si quis post authorum lectiones ad hanc fuerit conuersus scripturam, in nullo possit reprobus inueniri.

CLAVDIO GALENO Attributus Liber De Virtute Centaureæ.

ARGVMENTA CAPITVM. Libri Sequentis.

Caput 1. De intentione libri. 2. Species centaurii. 3. Succus eius quomodo extrahatur, & conseruetur. 4. De viribus eius in genere. 5. Et deinceps ad finem vsque, de viribus eius particulatim: Ad passiones capitis, oculorum, aurium, narium, oris & partium eius: Ad liuores oculorum, pudenda, anum, vngues: Ad sudores, erysipelas & exanthemata: Ad herpetem, combustionem ignis, hulcera chronica, plagas, apostemata incisa, & bestias venenosas.

EGO vidi frater mi Papia, sicut Themistius famosus magister narrabat de arnoglossa: quòd re vera incredibilia existimantur esse quæcunque de centaurea volo narrare: ita multas et difficiles passiones curat. Sed si non credideris mihi, et probare volueris quam virtutem habet, non decredes: sed miraberis de eius succo, sicut de nullo alio pharmacorum. Nihil enim est, propè dixerim, inuenire euidentius, et

ad multa vtilius centaurea. Fortassis autem non erit iniustum, illis, qui liberaliter eius experientiam ostenderunt, præbere grates. Sic enim à certa notitia vteris hoc pharmaco, cogitans quòd non sunt solummodo pronuntiationes ea, quæ dicuntur, cùm sint iam ad actum producta. Apollonius igitur senex, vnus virorum, qui valde erant approbati in Roma, cuius magister fuit expertus medicus, vtebatur hoc pharmaco in multis aduersitatibus, &, per Deum, miratus sum de ipso in circumambulatione. Plurimùm enim propter hoc circũambulabam cum ipso. Cúmque quendam morsum à cane rabido curaret præsente me, & deridente, & dicente, nunc non habes vti centaurea, conuersus ad famulum, ait da mihi pixidem: cúmque dedisset ei, videns eum de pyxide accipientem de pharmaco, primò quidem putabam & ipsum deridere. Erat enim maximè simplex homo. Postquam autem vidi curam facere de ipsa, multùm miratus fui de succo: & exinde diligens inquisitor factus sum de ipsa, vt dicta antiquorum percurrerem: & eorum, qui secundum nos plurimos medicorum interrogarem de ipsa, si aliquod nouum haberent dicere: nihil minus omnia aggregans, iudicaui scribere tibi de ipsa, vt nihil tibi deficeret eorum, quæ à nobis cognita sunt. Hæc quidem in tantum dicta sint.

De speciebus centaureæ, & notificatione eorum.

CAP. II.

CEntaureæ autem sunt species duæ: & secundum veritatem ita est, vt Crateuas dicit in tertio libro eorum, quæ eradicantur. Vna, quarum folia habet sicut lapathium hortulanum, minora tamen: in circuitu autem sunt scissa, sicut serra: caulem autem habet, sicut trium palmorum: opum vero habet rubrum: in summitate verò eius caput laminiginosum cancro marino simile: radicem autem habet solidam & crassam. Et est in gustu dulcis, & subacris. Nascitur verò in locis altis, & aliquãdo in planitie, & in locis, quæ aspiciuntur à sole. Hæc quidem centaurea solida dicitur. Altera verò, subtilis centaurea dicitur. Nominantur autem ab aliquibus limnesia. Magna igitur centaurea fruticosa est, & in pratis nascens. Parua verò est vnius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem verò omnino subtilissimam, & debilem, & in gustu est amara, sicut absynthium. Nascitur autem maximè in locis stagnosis, & paludosis.

De modo succationis, seu extractionis, & conseruationis succi centaureæ.

CAP. III.

EST autem sermo hic de vltima. Succatur autem sicut & alia, quæ prædicta est, modo tali: Lebes proponitur magnus, sicut quando fit hepsema, id est, vinum coctum: & ponitur centaurea minor, vt plurimùm tempore, quo vigent oporæ: & aqua superinfunditur tanta, quanta sufficit continere herbam: & tunc supponitur ignis, & coquitur herba sufficienter: demum postquam bene cocta fuerit, vt virtus tota sit emissa in aqua, aufertur centaurea, & exprimitur, & mensuratur decoctio: & tertia pars hepsematis, id est, vini cocti, superinfunditur ei, & coquitur quousque habeat spissitudinem mellis. Ego autem, sicut prædictus senex, coxi eam in lebete, & auferens, & exprimẽs incisi eam, & iterum coxi in aqua: deinde exprimens, & colãs mensuraui, & iunxi vini dulcis decocti optimi tertiam partem, & coxi quousque habuit consistentiam, & feci valde fortiorem huiusmodi confectionem: & ille senex laudauit. Fit autem & absque aqua huiusmodi herba incisa, & expressa. Et fit etiam de flore eius succus, inciso eo, & expresso: & cõfert in oph-

A thalmiis. Oportet verò attendere in decoctione ne induretur. Post hoc autem dimitte infrigidari, & repone in vase, & obtura diligenter.

De natura succi centaureæ, & eius conseruatione, & utilitate. CAP. IIII.

EST autem huius succus, vt sensibiliter est dicere, stypticus, & siccatiuus, & calefactiuus, cum virtute immanifesta operans, quam non est possibile exponere verbo, neque ad excogitationem venire, ita est vtilis ad multa.

Ad passiones capitis. CAP. V.

COnfert enim dolori capitis, qui fit propter multam adustionem Solis, vel vini meri potationem, quando permiscetur cum aceto, & vngitur. Confert etiã ad sudores capitis, permistus cum vino, & vnctus abraso capite. Iuuat etiam hulcuscula, quæ fiunt in capite spissa, et parua, & rubicunda paruis papillis similia: & phygethla B spissa, & parua, & rubicunda: permistus cum aqua, et vnctus abraso capite. Confert etiam ad fursures cum aceto, abraso, et prælauato capite cum aqua salsa.

Ad passiones oculorum. CAP. VI.

COnfert etiam ad cancros oculorum asperatos, et ad pruritũ oculorum, et cicatrices albas, et caligines, et sycoses. et communiter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam phlegmonas oculorum, et dolores, quando vngitur desuper, et rubicundos, et sanguinosos oculos sine phlegmone, si vngatur cum aqua: et similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad passiones aurium. CAP. VII.

MItigat etiam aures phlegmone laborantes, et do- C lentes, si apponatur in quantitate lentis cum aqua rosata, vel vino. Sanat etiam hulcera, quæ sunt in auribus, cum vino. Et etiam confert auribus sanie manantibus, et humidis, et fœtidis, si cum vino austero colluantur, et posteà cum vino solo. Confert etiam ad sonitus aurium, permista cum aceto, et infusa: et ad difficultatẽ auditus, cum succo raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, et cimices: et consequenter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permista: propriè verò ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ fiunt in poro auditus in superficie, et rubores, et quassationes aurium, cum vino.

Ad passiones narium. CAP. VIII.

COnfert etiam ad narium hulcerationes, et putredines, et fœtores, cum aceto: et sistit fluxum sanguinis narium cum aceto permista, et cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, vngendo narem, quæ patitur, ab intra, et ab extra.

Ad passiones oris, & partium eius. CAP. IX.

D COnfert etiã hulcerationi oris, si vngatur cum aqua: et alcolis tam albis, quàm nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis verò cum vino austero colluta. Confert autem putredinibus oris, et depascentiis malignis, si colluatur cum vino, et vngatur. Iuuat etiam os humidum, et fœtidum, si colluatur cum aceto. Prodest etiam scissuræ labiorum, et gingiuis diu sanguinolentis, et tumidis, et phlegmone laborantibus, et hulceratis, et corrosis: et etiam eis, quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum vino, et vngatur. Confert etiam ad parulidas, et epulidas, quæ sunt tumores gingiuarũ, et paristhmia phlegmone conflictantia: et communiter ad palatum, et radicem linguæ cum aqua generosè. Iuuat etiam synanchicos, si vngatur cum aqua. Et similiter confert ad escharas paristhmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida, seu vuulam dislocatam, vel relaxatã, vel phlegmone

gmone affectam, cum aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si vngatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad liuiditates oculorum. CAP. X.

TOllit etiam hypopia, id est, liuiditates, quæ fiunt in oculis, & alias liuiditates recentes oculorum, seu sanguinem mortuum, permista cum aqua, & vncta, fascia superapposita.

Ad pudenda. CAP. XI.

COmpetit etiam pudendorum, & oscheí hulceribus, vncta cum vino. Confert etiam rhagadiis, & thymis, & phlegmonem patientibus pudendorum, vncta cum aqua, & annadibus pudendorum cum vino. Generosè etiam operatur, & in depascentiis, & nigroribus, qui circa pudendum, & in extremitate virgæ, quæ dicitur glans. Vsus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum, quantum est nux: & de vino cyathus vnus, vel duo, & feruent simul: & de hoc colluitur locus quolibet die: déinde superapponitur ab extra hydromeli. Non oportet autem pudendum trahere déorsum vt fluant liquores: sed appræhendatur cum ligaturis, sicut multi medicorum appræhendunt, & ligant: ita enim valde multos vidi curatos ab illo sene: & ego ipse curaui non paucos.

Ad anum. CAP. XII.

MItigat etiam sufficiēter & phlegmonas ani cum vino, & hulcerationes eius cum aqua, et quassationes eius, vel depascentias, vel putredines, cum vino. Confert etiam exitui ani colluta cum aceto, demum vncta.

Ad ungues. CAP. XIII.

COnfert etiam quassatis vnguibus, et apostematis superligata fascia.

Ad sudores, erysipelas, & exflorationes. CAP. XIIII.

TOtum autem corpus iuuat ad sudores, cum vino: et ad erysipelas cum vino: et ad exflorationes similiter.

Ad herpetem. CAP. XV.

SIstit etiam herpetas depascentes, seu ambulationes, cum aceto. Eos autem, qui non sunt depascētes, cum aqua. Delet etiam impetigines, cum aceto.

Ad combustionem ignis. CAP. XVI.

COnfert etiam combustis ab igne, cum vino, absque superligatione, absterso priùs loco cum spongia infusa in vino.

Ad hulcera chronica. CAP. XVII.

COnfert etiam chronicis, et antiquis hulceribus, vncta cum vino. In corrosis verò, cum aceto: et in putridis similiter. Vsus autem fuit Apollonius in gangræna cum aqua: et circumcharaxauit locum, vt ipse dixit. Ego enim non vidi, sed credidi huic viro, multùm enim erat veridicus.

Ad plagas. CAP. XVIII.

MAximum autem est hæc succositas pharmacum ad omnes plagas. Plagarum autem aliæ sunt superficiales, et aliæ profundæ. At superficialium aliæ quidem sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, aliæ in aposyrmate, aliæ verò vsque quo emittitur os. Ad hæc autem omnia excellens pharmacum est centaurea. Quia verò diuersus est vsus eius, redeo ad eum. In omnibus igitur superficialibus, vngitur cum aqua: vel ponitur in corio, et superapponitur loco, et ligatur cum fascia. In profundis verò, cum licinio cum melle, et superappositione fasciæ. Qui modus etiam confert, quādo fuerit scissio vsque ad ossa. Vidi enim ego tertiam partem cutis capitis aposyrma pati, et curari illo modo per dies septem, et alíquando nouem, et alíquando vndecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacū non colligendi humiditates. Iuuat etiam per modum collyrii in plagis, in quibus denudatum est os, et non est magna diuisio. Colligens enim tu labia vulneris, immitte pharmacum, et ad consolidationem ducet. Et si futuram feceris, fasciam de panno, vel corio pone in septem, vel nouem, vel quatuordecim diebus, et fomentes cū spongia. In sagittis autem, et aculeis, et calamis, oportet immittere hoc pharmacū superapposita fascia. In percussionibus verò gladii, sicut in duellantibus, ponatur in fascia de corio, fomentato loco priùs cum spongia infusa in oxalme, id est, aqua salsa, et aceto: et tunc vtendo centaurea cum melle, dimittendo vsque ad quatuor dies. Iuuat autem et in chirurgia, quando consolidare voluerimus, posita in fascia, sicut in colobomatibus, et atheromatibus, et fauis, et adipiminibus, et scrophulis, vel aliquo tali. Confert etiam et acrochordonibus, et similibus, vnctis per fasciam. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mista. Ego autem vsus fui in cura duellionum hoc pharmaco, proiiciens fascias, et ligaturas, et vtens hoc pharmaco solo vsque ad consolidationem.

Ad apostemata incisa. CAP. XIX.

SVmmè etiam confert in apostematibus incisis paruis et multis diuisionibus, propter decorem, aut magnitudinem, vel loci ineptitudinem. Quando igitur vtemur in apostematibus, vt dictum est, multis, aut paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exugentes cum aqua salsa et aceto, diligēter inungimus cētauream cū melle.

Ad feras uenenosas. CAP. XX.

COnfert etiam et in feris venenosis interficientibus, et non interficientibus. In apum quidem, et incisiuorum morsibus, vncta cū vino: in reliquorum verò sicut et hydri, et cerastæ, et aspidis, et araneæ, et scorpionis, et turturis marinæ, et mygales, et hammodytæ, et amphisbenæ, et basilisci, et dryini aquatilis, et prasij, et scolopendræ, et ascalabotæ, et canis omnis, et propriè rabiosi, et leopardi, et crocodili, et similiū. Vsus autem est diuersus. Statim enim quòd plaga facta est, vel mordificatio, scarificare oportet eum, qui in circuitu est, locum, et in ipso loco, qui patitur, facere vnam diuisionem profundam, et sic mulgere, et educere humorem: deinde in plaga superponere collyrium, et desuper fasciam de corio, et soluere per dies octo, aut quatuordecim ad plurimum, et vino abstergere infuso in spongia: aquam verò non oportet adducere, et maximè in morsis à cane: quinimo abstinere oportet à balneo vsque ad annum ex omni aqua. Hulcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo, sicut multi medicorum faciunt. Secundum veritatem tamen permittendum est consolidari, sicut et alia hulcera in propriis temporibus. Ita enim et Apollonius curauit quendam genere Gallicum, morsum à cane rabido. Et ego curaui quendam iuuenem, dans bibendum pharmacum istud, et alíquando ex superabundanti cum oxymelite. In omnibus autem, quæ œdemate intumescunt, per excellentiam confert, si vngatur cum ouo. Mitigare enim, et replere natū est in omnibus extrinsecis. Tusses etiam mitigare vidi datum in fabæ magnitudine cum aqua, et stomachicis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato, et soluit crassos, et viscosos humores, in quantitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiam asthmaticos, et orthopnoicos, in quantitate auellanæ datum cū oxymelite. Confert etiam ad ruptiones, et vulsiones: et similiter curat spleniticos, in quantitate fabæ Aegyptiacæ datum cum aqua. Iuuat etiam empyicos, in eadē magnitudine datum cum aqua: et hydropicos in eadem si-

militer. Confert etiam dysentericis, in quibus requiritur stypticatio, & retentio. Confert etiam in dysuria, in magnitudine fabæ Aegyptiacæ bibita cum aqua: & in ischiadicis in quantitate auellanæ datum cum melicrato. Operatur etiam in hydropicis, si inungatur cum vino, & bibatur cum aqua, vel hydromelite in quantitate modica. Iuuat etiã matricem, & orificium eius, quando

phlegmone laborat, si inungatur cum vino: & similiter hulcera eius. Si autem nigræ fiant, & putrefiant, vel sint depascẽtia, oportet vt vino & alumine colluãtur. Mundificat autẽ & matricem immundam, in quãtitate vnius auellanæ cum aqua. Bonum etiam est in collutionibus mulierum quidẽ cõmuniter, propriè verò matricis. Et hæc de centaurea quidem in tantum dicta sufficiant.

CLAVDIO GALENO

Adscitus Liber De Catharticis.

ARGVMENTA CAPITVM Libri Sequentis.

Procemium: in quo etiam de vomitu, &c. Cap. 1. De tribus generibus catharticorum, trahentium, purgantium, euacuantium. 2. De aloe. 3. De colocynthide, scammonio, epithymo, & elleboro. 4. De chatarticis purgantibus superiorem ventrem. 5. De simplicibus medicinis. 6. Oculorum cenotica, quæ ex oculis lacrymas educunt. 7. Aurium cenotica. 8. Narium cenotica. 9. De purgantibus pulmonem, & thoracem. 10. Vomitoria. 11. Et déinceps vsque ad 16. Cenotica intestinorum tenuium, hepatis simorum, & gibborum, splenis, renum, & matricis, 17. Quæ imposita menses prouocent. 18. Vesicæ per vrinam cenotica. 19. Renum, & vesicæ lapidis cenotica. 20. 21. 22. Scybalorum, & ventris cenotica. 23. Quæ sudorem educant.

PROOEMIVM.

QVONIAM cognouimus qualiter Hippocrates de augmento humorũ locutus est, nunc demum introduco medicum, qui de virtute catharticorum locutus est, vt prædictos humores posit examinare, & expellere quæ nocua sunt corpori: primùm considerando quomodo Erasistratus Homeri versus cantabat, & Hippocratis libros amore medicinę per diuersas ciuitates, prouincias, & singulas regiones proficiscens, experimento cognoscitur collegisse, & artificiosè vitam, & theoremata consummasse: & quomodo ordinando nobis medicinam derelictam, voluisset perquirere vt posteris traderet. His omissis oportet nos commoderare ordinem disciplinæ, vt hi, qui post nos huiusmodi artis fuerint rectores, correctiùs teneant ea, quæ ab eodem videntur esse composita. Fuit igitur solicitudo non tantùm mihi, sed etiam multis desiderantibus gloriam, vt de catharticis scriptis aliqua traderent, & propter senectutis obliuionem thesaurizarẽt sequẽtibus, purgationúmque genera, & virtutes, & vsus eorum diligenti solicitudine traderent. Dicendum est ergo in primis de carthartici virtute, & officio eius. Ait

Hippocrates, Graciles, & facilè vomentes sursum pur-
A gare conuenit, vitantes hyemem: difficilè autem, & me-
diè crassos déorsum, æstatem vitantes. Melancholicum
ergo humorem déorsum purgare eadem ratione cõtraria apponentes, transitoriam vitam opponentes mihi: quia multùm laborauit ad explicandum artem medicinæ: sed de catharticis tacuit, & nihil inde exposuit. Nam si salutare esse conspiceret, vtique de his nequaquam reticeret, quod ille se fecisse commemorat. Sed eius bibliothecam Romæ arsisse cognouimus, & librum ipsum ibi crematum non dubitamus. Pro qua re liber de catharticis ab eo scriptus non inuenitur, quem vobis scriptum tradere conamur.

De generibus catharticorum. CAP. I.

CAtharticorum verò genera tria esse scripserunt physici. Primum trahendi, Secundum euacuandi, Tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus
B diffinitionibus, vna quidem à loco, Altera à quantitate
Tertia à qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo quod trahitur: quantitate ex eo quod euacuatur: qualitate ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significatione trahentis: habet nanq; genus tractionis, sicut à physicis dicitur, contemplatiuã esse suam similitudinem, cui comparari potest, sicut & euacuans, & purgans. Trahens verò simile est magneti lapidi ferrum trahenti ad se, & sicut ceruus serpentem de cauernis naribus educit. Similiter purgatio à simili fit, & à contrario. A simili, quando lacticinia mucos aquosos, & tenue phlegma purgant. A contrario, quando colocynthis, & elleborus phlegma purgat. Virtus nanque, quæ ad se trahit, dicitur Græcè ἑλκτικὴ: quæ autem educit, epispastice vocatur. Attrahens adiutorium
C fit, quando sanguis de naribus fluit, & quando ventosæ
hypochondriis imponuntur. Nunc quidem iam diximus omnem detractionem, medicinæ esse calidæ, & humidæ, dicentes quòd dulcia sola, omnia secundum qualitatem suæ dulcedinis tantò plus calore participant, quantò dulciora fuerint: & quantò minùs dulcia, tantò frigidiora: & ideo phlegma aquosum, & magis tenue educit detractio.

De aloe. CAP. II.

ALoe igitur in se habet aliquid carthartici, sed humorum non est purgatorium: sed stercus & choleram

purgat

purgat. Quare falluntur, qui dicunt aloen non esse amaram, & stypticæ virtutis. Apta est ergo stomacho: & choleram de ventre, & intestinis educit, & non de alio. Hęc ergo irritationem ventris, & depositionem per naturalem meatum facit. Bene ergo antiqui ad similitudinem cholerici de ventre, vel intestinis humores esse purgandos dixerunt, & eos stercora esse diffinierunt.

De colocynthide, scammonia, epithymo, & elleboro. Cap. III.

COlocynthis verò in tertio gradu est calida, & sicca: scammonia autem in primo gradu ponitur. Nihil ergo erit admirandum, si aloe frigidæ & calidæ temperantiæ sit, & condensatoriæ, & extenuatoriæ. Veniamus igitur ad epithymum, & elleborū. Ergo cathartica sunt, & melancholicum purgant humorem. Nam calidæ, & siccæ sunt temperantiæ. Intelligere iam debes quòd duplex est siccitas in eis, & vna pars ignea, & extenuatoria sunt natura. Frangendi nanque, & incidendi pinguem habent facultatem. Etenim elleborus, & epithymum tenui, & calida natura consistunt, & frigidam & terrestrem habent substantiam, id est, humorem purgant melancholicum: & à contrario medicinæ.

De catharticis purgantibus superiorem uentrem. Cap. IIII.

QVærendum est, quæ qualitates medicaminum superiorem purgent ventrem, & quæ inferiorem. Nam quæcunque medicaminum calidæ, & siccę, & igneæ substantiæ, vel spiritus compositæ sunt, hæc per vomitum purgant ventrem: ex quibus primùm est elleborus albus, & quæcunque terrestri substantia participant, inferiorem purgant ventrem, vt sunt lepis, colocynthis, & elleborus niger, & quæcunque admista, scilicet aere spirituali, & terrestri grauitate, hæc superiorem purgant ventrem, & inferiorē. Et quòd colocynthis caput purget, experimento testamur: quia lenis est, & lanuginosa, & tumentiua: & ideo purgat superiora. Et si datur ℥. j. cum mulsa, ex capite purgat phlegma. Et eadem ratione cætera cathartica perpenduntur: quæ à multis per longum tempus inuenta sunt sapientibus. Nunc autem quia de catharticis, & purgatoriis disputare statuimus: In primis quæ purgant choleram rubram quærendum est. Ergo purgat choleram scammonia, agaricum, aloe, succus herbæ heliotropii. Phlegma educit coccus Cnidius, lacterida, euphorbium, colocynthis, elleborus albus. Nigram verò choleram purgat epithymum, polypodium, niger elleborus, & prasii succus. Sanguinem educit porri succus, malua agrestis, herba mercurialis, liliphagus. Et hoc ad exemplum proposuimus, vt quis amator bonorum operum, qui ad hæc arcana desiderauit accedere, ex his, quæ proposita sunt, cætera doceat cognoscere. Mihi autem tempus est ad alias passiones transire, id est, locales, & per singula loca cathartici operationes exponere. Oculis nanque adhibenda sunt purgatoria medicamina, & auribus, & naribus. Cathartica autem lateri, thoraci, ventri superiori, & intestinis superioribus, hepati, & simæ eius parti, & spleni. Cæterùm oculi purgantur per lacrymas, per nares, per mucos. Os, per phlegma, & saliuam. Mamillæ, per lac. Thorax, per tussim, & sputum. De stomacho verò educuntur cibus, & phlegma, & omnes humores, & cibi indigesti, & lumbrici rotundi. Ex hepate, & simo eius, humores per ventrem educendi sunt, ex gibbo autem, per vrinas. De splene verò, humor melancholicus, & sanguis fæculentus. De renibus, sanguinis superfluitas, & lapidum imminens periculum. Ex matrice, sanguinis ichores. De vesica, vrina. Ex maioribus intestinis, scybala, & lumbrici lati. De extremo intestino, ascarides. De cute, corporis pediculi, & lendes, & sudores. Sed & sanguinis fluxum ex matrice factum ventosa in mamillis posita restringit, & phlebotomia in contraria parte facta: & sæpius irrationabiles impetus sanguinis, ligatis coxis retinemus: & qui fiunt ex naribus. Purgare autem volentibus, per phlebotomiam adhibendum est adiutorium. Et cōsiderandum est quātum sit materia in purgandis. Sed hæc purgatio catharticorum purgationi compaginatur, & compatitur quid modicè, sicut herculeus lapis ferrum ad se trahit, & electrum fricatum paleas, & ceruus spiritu suo serpentem de cauernis, & serpēs spiritu suo mures ad se trahit. Sed reuertamur ad propositum, & ostendamus non solùm compatientes rationes extrahere, sed ipsa vtique medicamenta de capite, & thorace, & pulmone, et hepate, et stomacho, et renibus, et vesica, et arteria, et neruis, quæ optima sunt, extrahunt. Et si quis se approximauerit naturæ cogitando, videbit non solùm propriam in humoribus habere virtutem proposita medicamenta, sed in partibus membrorum corporis prædictum ministerium medicamentorum faciunt virtutes. Quidam autem nos culpantes directo extēso supercilio, directi sunt ad fallaciam, vt dicant cathartica experimenta longa esse ab experimento. Etenim naturalem cognitionem admittentes facti sunt hæretici malè intelligendo: et non discernentes virtutem, et naturam splenis, et renum operationes, confitentur vtiq; dicentes quòd esset talis materia medicaminum, quæ has possit habere virtutes. Si autem verum est, sicut verum constat esse, vt aliqua expedientia credantur esse localia medicamenta, in hepatis passiones festinanter adhibenda sunt adiutoria, et naribus similiter, et in collo, et in intestino, et vesica, et splene, quod ad hoc fuerit vtile, neque medicamen ad patiētes locos adhiberi potest: sed æqualiter singula suū præbere beneficium. Ex quibus manifestum est, quę sunt medicamenta ad humores, vel ad corporis membra expedientia. Nam si non est admirandum quòd alia sunt coprotica, id est, tantùm stercora mouentia, alia hydragoga, id est, humores liquidos, et tenues, et aquosos educentia, spissos humores non deponentia, alia verò choleram rubram, alia autem nigram, alia phlegma, alia sanguinem sunt deponentia: et cùm alia caput purgent, alia thoracem, alia pulmonem, alia hepar, alia splenem, quędam etiam in ventre purgent humores, quædam renes, quædam vesicam, quædam matrices, quædam intestina tenuia, et arterias, et neruos, et musculos, et quæ horum omnia sunt purgatoria, diuersas habent virtutes, disce si potes species eorum, quæ experta sunt ad purgandum superiorem ventrem, et eorum, quæ ad inferiorem.

De simplicibus medicinis. Cap. V.

VOlo igitur dicere de simplicibus medicamētis, quæ Græci ἁπλᾶ vocant. Ergo colocynthis caput purgat et phlegma: scammonia autem, corpus superius et inferius, et caput, et phlegma cum cholera: quia natura eius calida et sicca tenuem habet substantiam, generans tractoriam virtutem. Si quis igitur simplicia medicamenta scire desiderat, requirat, et inueniet virtutem suā in primo gradu esse calidam, et acutissimam ad purgandum. Lacterida ècontra purgatoria est phlegmatici humoris, semen eius moderatè in gustu est dulce: et dictum est, dulcia mediocriter esse frigida.

Oculorum cenotica, quæ ex oculis lacrymas educunt. Cap. VI.

OLeum amygdalinum, nucinum, et laurinum, et anethinum, opobalsamum, centaurea, succus rutę, succus chelidoniæ, cæpæ, castorium, chalcanthum, stypte-

ria, sinapis, Ammoniacum, mel, crocus, & alia plurima: sicut in dinamidiis diximus, oportet priùs per catharticum corpus purgare.

Aurium cenotica. CAP. VII.

AVres purgat mel, vinum, oleum nucinum, & amygdalinum, cæpæ succus cum adipe plurimo, aphronitrum cum melle, & aceto, hydromeli, & acetum, nitrum mistum cum vino, oleum roseum, succus betæ.

Narium cenotica. CAP. VIII.

PVrgat enim nares succus betæ, cæpæ, elaterium, piper nigrum, sinapis, pyrethrum, hyssopus, thymus, elleborus albus, struthium, euphorbium, cardamomum. Purgat caput per os staphisagria, piper, sinapis, pyrethrum, hyssopus, thymus, & alia plurima, quæ in dinamidiis scripta sunt, & gargarismata. Lac in mamillis reuocat ptisana, semen fœniculi.

De purgantibus pulmonem, & thoracem.

CAP. IX.

PVlmonis, & thoracis cenotica: Purgant pulmonem, & præcordia daucus, papauer nigrum, semen lini, thymus, anisum, piper, costum, sulphur, scilla, amygdalæ, iris, mel, orobum, prasium, capita porri, & alia plurima, quæ in dinamidiis possunt reperiri. Est autem confectio ad purgandum experta. Styracis, terebinthinæ, sandaracæ, masticheś, medullæ ceruinæ, ana ℥.j. Iuuat stomachicos, pleuriticos, phthisicos, & omnem tussem.

Superiorum uentris cenotica. CAP. X.

VOmitũ facit cedri cortex cũ oxymelite. Sinapis cũ mulsa, elleborus albus, ireos puluis cum mulsa.

Intestinorum tenuium cenotica. CAP. XI.

PVrgat nanque in intestinis crudos humores, & indigestibiles cibos, & lumbricos rotundos excludit semen tithymalli, & opos eius cum caricis, aut cum dactylis comestus, iris, herba mercurialis, thymi decoctio, aloe, absynthium, abrotonum, & alia, quæ in aliis commemorauimus.

Hepatis simorum cenotica. XII.

PVrgat ea polypodium, lacterida, canubea cum absynthio, & lupinorum apozemate.

Hepatis gibborum cenotica. CAP. XIII.

PVrgat nardus Celtica, squinantum, agaricum, gentiana, absynthium, peucedanũ, opobalsamum, myrtus.

Splenis cenotica. CAP. XIIII.

PVrgat splenem elleborus niger, epithymum, polypodium, agaricum, capparis cortex, scolopendria.

Renum cenotica. CAP. XV.

A PVrgat renes apii semen, fœniculi semen, daucus, asarus, squinantum, sanguis hircinus, graminis decoctio.

Matricis cenotica. CAP. XVI.

SAnguinem educit pessariũ cinnamomi, sabina, calamus aromaticus, absynthii decoctio, artemisia, dictamnum, elleborus niger, sicut in dinamidiis continetur.

De prouocantibus menstrua. CAP. XVII.

PEr impositiones prouocant menstrua calamus aromaticus, castorium, lupinorum decoctio, ruta, piper, melanthium, balsamum, pęonia, artemisia, dictamnum, lapathii radicum decoctio.

Vesicæ cenotica. CAP. XVIII.

B EVacuant, & purgãt vesicam asarum, apozema acori, amygdalæ amaræ, absynthium Ponticum, semen balsami, bryonia, pæonia, semen liquiritiæ, pulegium, dictamnum, dracontii radices.

Renum, & uesicæ lapidis cenotica.

CAP. XIX.

LApides frangit cardamomum, oleum amygdalinum, bdellium, semen fœniculi, amygdalæ amaræ, lapathii radicum decoctio, lini semen, saxifraga, electrum, id est, succinum, sanguis hircorum, semen olerisatri.

Scybalorum cenotica. CAP. XX.

SVnt mel, sal, fœnigræci decoctio, maluæ decoctio.

Ventris cenotica. CAP. XXI.

ALoem, & salem cum melle coquas, & subiice.

Aliud mirabile medicamen.

CAP. XXII.

C MYrtæ, cæparum succi, ana ℥.j. mellis ℥.ij. In truliones coquas, & subiicies vt pastillos.

Sudoris cenotica. CAP. XXIII.

SVdorem educunt vinum cum oleo irino, & oleum chamæmelinum, & anethinum, & sycionium, & alia. Per os data hæc prouocant sudorem, staphisagria, pulegium, sisymbrium, artemisia, costum, libanotides, casia, cinnamomum, agaricum. Quæ per suffumigationem sudorem mouent, sunt castorium cum pulegio, semen balsami, bdellium. Quæ pruritum mouent, sunt porrũ, allium, caulis, asparagus, pastinaca, ruta, cardamomum, raphanus, omnia salsamenta. Et hæc de simplicibus, quę per longa tempora colligere potui habeas experta.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO Adſcriptus Liber De Gynæceis, Id eſt, De Paſsionibus Mulierum,

Nicolao Regio Calabro Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

Caput 1. Ad ſuffocationem matricis, & ſymptomata inde nata, vſque ad cap. 7. 8. Ad dolorem matricis propter abſtinentiam viri. Ad eas, quæ tumorem habent, nec faciũt aliquid ſanguinis. 10.11.12.13.15. Ad dolores matricis, & circa. 14. Ad inflationem, & apoſtemata matricis. 16. Ad cancrum matricis. 17. Ad hulcera eius. 18. Ad matricem frigidam. 19. Ad ventoſitatem eius. 20. Ad hydropem matricis. 21. Ad matricem clauſam. 22. Si matrix exiuerit, & foris vulnerata ſit. 23. Ad hæmorrhoides in ore eius. 24. Ad rheumatiſmum eius cuiuſcunque coloris. Ad matricem plenam humoribus. 26.27.28.30. Ad ſanguinis inde effuſionem ex partu, aut aliam hulcerationem. 29.31. Menſibus prouocandis. 32. Ad rhagades in ore matricis 33. Ad nõ concipiẽtes, & alia deinceps ad conceptionem. 40. Vt violata non cognoſcatur. 41. & deinceps, Ad vbera tumida, vel hulcerata, vel dura. 45. Ad lac augendum.

CAPVT. I.

DE paſsionibus mulierum, & matricũ, vtile præuidi vobis ſcribere. Superuenientium diuerſarũ, & plurium paſsionum in matrice, aliquæ periculoſę, & inſanabiles fiunt: ob quam turpitudinem non præferendam cẽſeo, quoniam abſcondere periculoſum eſt. Fit igitur in ore matricis dolor, & ſymptoma forte: & ſi citò non occurratur, vulnera in ipſa fiunt. Et quandoque ad hypochondria ſuppoſita ſuffocationem facit: & ad cor dolor ſuperuenit fortiſsimus: & nominata conſequitur amara ſaliua, velut ſi aceto, & aqua os adimpleatur: & tibiæ frigidæ fiunt, & caput, & lingua formicitant, & vox deficit. Cura. Sub matrice ponenda eſt lana inuoluta balſamo, aut oleo amaricino, aut alio qualicunque bene redolenti. Naribus verò offer aſphaltum molle, & vomica cum capillis nigrientibus, aut pennis coruinis in acetum immiſsis peruomica: offer naribus ſternutamẽta: et ſoluto ore, et lingua ad loquẽdum, bibendum eſt caſtorium cum vino: et digitum tinctũ in oleo naribus offer. Lana autem ſuppoſita ſit, donec ſanetur: quia ſi tolletur, reuertetur paſsio. Si autem matricis deſcenſio in veſica dolores magnificet, et fiat formicatio tibiarum, et vrina concludatur, dum vis ſanare, huic offer bene olentem myrrham, et omne ſuauiſsimi odoris quod inueneris. Ad matrices verò appone inolentas ſuffumigationes vſque dum reſtituatur.

Galen.

Fumigatio. CAP. II.

A AD matricum ſuffocationes, ſi vox deficiat, et ad periculum mortis deuenerit, vt per os potiones recipere non poſsit, ſuffumigatione ſuccurritur. Rutam viridem frica, et confert. Item ſulphur cum aceto naribur impone. Item aſphaltum in carbones pone, et nares ſuffumiga.

Potio ad idem. CAP. III.

SVccus vrticæ colatus datus in vino, aut melicrato, mox iuuat. Item in periculo caſtorium in vino bibat. Aut caſtorium, et aniſum in oxymelite.

Sternutatio ad idem. CAP. IIII.

ELleborum album, aſphaltum, caſtorium tere, et offer naribus.

Peſſarium ad idem. CAP. V.

RVta cum melle bono lineas os matricis. Ad idem. Lenticulas infunde in vino, et poſteà tere, et vellere calefacto collige, et appone: mirificum eſt.

B *Item quæ in pectine habent dolores, quaſi ueſpam incidentem.* CAP. VI.

APium tere cum caſtorio, et adipe anſeris, et peſſarium impone.

Item ad eas, quibus facta eſt aphonia de ſuffocatione matricis CAP. VII.

PIcem in lanã mollem inuolue, et peſſarium impone.

Ad *dolorem matricis, propter abſtinentiam uiri, ut contingit ſæpe uiduis, & uirginibus, & quarum uiri diutiùs abſunt.* CAP. VIII.

FIt autem illis dolor, nauſea, ſaliua, tibiæ frigent: et quæ in matricum ſuffocatione contingunt, patiuntur. Ad eius curã adhibenda ſunt quæ in gynęcia Cleopatræ leguntur capitulo decimo. Item febris acuta, eleuatio ventris, et duritia, dolor renum, et ſtomachi, anaptæ, nauſea phlegmatica, aut quaſi acefoz, aut cholerica. Vrinæ detentio, ſtrictio ventris, faſtidium, ſitis aſpera, lingua nigra quaſi attramento tincta, dolor ceruicis, et C in genis, tempora ſaliunt, et oculi: dolent extremitates digitorum, et vngulæ, et ſi in natura deponent digitum, ſentiunt magnum calorem, et ſiccitatem, et duritiam, et ſtrictum os matricum. Axungiam porci virginis cum melle aduna, et poſt balneum ſuppone. Hoc etiam ad omnem paſsionem matricis prodeſt.

Item ad illas, quæ tumorem habent, nec faciunt aliquid ſanguinis. CAP. IX.

ADipem anſeris miſce in lana, et ſuppone.

Item ad eas, quæ ante, & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrem, neque ſurgere, neque dormire poſſunt. CAP. X.

BVtyrum, medullæ ceruinæ miſce, et vtere.

Ad dolorem matricis. CAP. XI.

CEræ citrinæ, ceruinæ medullæ, terebinthinæ, adipis anatis, opii obolos duos, cum oleo cyprino vtere in peſſario: facit ad ignẽ ſacrũ, & febrẽ, in fiſtulis apoſta ſim, atq; caliginẽ, & pũctionem, & hulcera, & alia multa.

Item ad pectinis dolorem, dorſi, & uentris, & frontis, & quandiu ſtare non poteſt, CAP. XII.

ADipem anſerinum, & myrrham cum mero vino te-res, & in linteo pones.

Ad eas, quæ dolorem matricis patiuntur, ſi cum uiro dormiunt: ſi hæc paßio perſeuerat, colicæ fiunt. CAP. XIII.

VNiuerſaliter autem hæ latas venas habent penitus libidinoſæ: natura tumeſcit plus intus, quã foris: patent palpebræ oculorũ, quando concumbũt. curabis ſic. Lac mulieris, quæ maſculũ lactat, & ceruſam miſce, & calefac, & pone peſſariũ in ore matricis. Item galbano cũ roſis ſimul vtere. Item oui aſsi inure modicum & roſas impone peſſario.

Ad inflationem, & apoſtemata matricis. CAP. XIIII.

BVtyrum cũ opio, & roſis aduna, & in melle peſſario appone. Suffumiga ſic, ceram, terebinthinam, vel ſagapenum carbonibus appone, ſuperpoſito emmoto.

Si lumborum dolor, & circa matrices prurigo, in natura, & in uentre humidior: tunc nanque iam patet ſe rheumaticam factam. CAP. XV. *Cura.*

IReos radicem ſucco mali granati miſce: & ecligma faciem, poſtquam vrinam fecerit.

Ad cancrum matricis, cuius hæc ſunt ſigna, dolor in uentre, & ſexu, ut putet ſe ſpinam, uel lignum in corpore habere: aliquando effuſio ſanguinis cum urina. CAP. XVI.

BEtam ſyluaticã, & alumẽ ſciſſum, & nitrũ in ligno tere, & captalaſma impone. Item ſuccum ſolatri cũ adipe anſerino in peſſario. Item raphanum tempera cum eo, & vtere.

Ad hulcera matricis. CAP. XVII.

CEram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana ſuppone. Item oui teſtam aſſam, ſiſelon cum roſis miſce, & impone.

Ad matricem frigidam. CAP. XVIII.

SI frigida fuerit, dolet, & ſanguinem profert: frigidus ſudor ſuperuenit. Cura.

TErebinthinæ, mellis, adipis anſerini, ana, miſce, et vtere. Item artemiſiam, adipem anſerinum oleo roſarum miſce, & impone.

Signa uentoſitatis matricis. CAP. XIX.

REnum amotis, & inteſtinorũ, conducit & ventrem, & clauſa dolorem concitant. Cura.

MYrrham in nigro vino bibat, ſcilicet temperatẽ. Item medullam ceruinam tere, & miſce roſis ad craſsitudinem mellis, & fac peſſarium.

Matricis hydropicæ ſigna. CAP. XX.

NAres mucoſæ, oculi nigri, torpet per loca calida. Cura.

CYminum, vuam paſſam, ſal modicum pinſe, & miſce, & peſſarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna.

Ad matricem clauſam. CAP. XXI.

BDelium tempera, & appone, ac ſuffumiga.

Si matrix exiuerit, & tardauerit, & foris uulnerata fuerit. CAP. XXII.

TErebinthinæ, medullæ vitulinæ, opii, croci, roſarum, cicutæ: peſſarium impone.

Ad hæmorrhoidas in ore matricis. CAP. XXIII.

COronam ſpinæ tere, & ſuperaſperge.

A

Ad rheumatiſmum album, uel aquoſum, uel rubrum, uel ſanguineum, aut nigrum ſine dolore, aut cum dolore. CAP. XXIIII. *Cura.*

SAnabis ſic. Papauer cum vino nigro bibant: & teſtam oui contere, & appone in capite funium ceræ cum olibano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana.

Signa matricis plenæ humoribus. CAP. XXV.

HVlceribus nimis impletur: extrema oculorum fiunt ſanguinea, febre aſsiduæ, & acutæ. Cura.

CYperum, & rutam cum vino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam vnam, & non plus.

Ad effuſionem ſanguinis matricis. CAP. XXVI.

GRana vuæ ſiccæ tere, & cum vino da, aut folia viridis maluæ.

Si ex partu contingit ſanguinis fluxus. CAP. XXVII.

B

COrion baſilicon incende, & tere, & cum aceto inuolue, & impone in peſſarium. Item lapathii ſucco intinctum peſſarium appone.

Si ex partu natura plagata fuerit. CAP. XXVIII.

TEſticulos tauri etiam ſolue cũ aqua frigida, & cum roſis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone.

Si uerò conſuetudine ſuper menſtrua uenerit. CAP. XXIX.

CIneres vitis teras, & in linteo imponas: vel calcem teras, & ſimiliter apponas.

Potio ad idem.

RAdicem myricæ, & corticem tere, & cum vino bibat.

C

Si matrix ex partu hulcerata fuerit. CAP. XXX.

HElenium butyro veteri miſce, & fac peſſarium, & ſuppone.

Ad conſuetudinem prouocandum. CAP. XXXI.

PIperis grana cõmiſce ſtaphiſagriæ, da poſt balneum cum vino, et citò ſubueniet. Item centauream tere cum foliis in aqua, et fac pilulas, et impone ori matricis. Itẽ rubiam, nigellã, et myrrhã ana cum vino bibat.

Ad rhagadias in ore matricis. CAP. XXXII.

COronam ſpinę, gallas omphacinas tere, et vnge adipe anſerino, vt adhæreat puluis, et ſuper ſparge: facit et ad condylomata.

Ad eas, quæ non prægnantur. CAP. XXXIII.

CAſtorii, piperis grana duodecim vino communi ſimul temperata cum pulegio bibat.

Vt non conceperit. CAP. XXXIIII.

NItrum in ore matricis in modum ciceris poſt cõcubitum mittat.

D

Vt cognoſcat ſi ſua culpa, aut culpa uiri eſt quòd non concipiat. CAP. XXXV.

VAſa fictilia duo ſigna, intus poſito hordeo, et ibi fac eam et eum vrinare, et pone in loco frigido per duodecim dies: cuius hordeum ingerminauerit, eius culpa eſt.

Vt cognoſcat an prægnans maſculum uel fœminam in utero habeat, & cognoſcat ſi ſua culpa, aut culpa uiri non concipiat. CAP. XXXVI.

APium cum radice ſua capiti eius appone ipſa ignorante: et ſi primò nominauerit, dum loquetur maſculum, maſculum: ſi fœminam, fœminam pariet.

Vt fœmina concipiat. CAP. XXXVII.

VVluam leporis ſiccam tere, et ambo bibant & edant.

Vt cognoſcat ſi conceperit. CAP. XXXVIII.

SI collum calidum habet, dorſum frigidum, concepit: ſi vero æquale corpus, non.

Ad

Ad eam, quæ priùs fœcunda fuerit, posteà sterilis facta est. CAP. XXXIX.

Folia mali granati sicca tere,& cũ melle fac pessariũ digitorum quatuor,& post purgationẽ impone diebus tribus, vt non tollatur. Et vuam passam cum granulis suis tere,& fac pessarium, vt dictum est:& quando coagulata stillauerit, cognoscat virum.

Ad uiolatam, ut non cognoscatur. CAP. XL.

Alumen scissum, gallas omphacinas cum vino aminæo tere,& fac encathisma. Item cum succo pastinacæ collige,& fac ad magnitudinem orobi,& apponatur per vnam horam antequam coeat.

Ad tumorem uberum. CAP. XLI.

Betam oleo coque donec soluatur,& sic tere,& simul ceram solue,& cataplasma impone.

Item ad ubera hulcerata. CAP. XLII.

A Portulacam tere cum oleo rosæ, & linteo impone.

Ad duritiem uberum, & inflationem, & hulcera, & crassitiem, & omnem passionem.

CAP. XLIII.

Caulem viridem tere,& cataplasma fac. Succum autem eius spissum line.

Item ad hulcera, & cancrum, & diatasin.

CAP. XLIIII.

Folia hederę coque fortiter,& cataplasma,& ex apozemate fomenta.

Ad lac augendum. CAP. XLV.

Lumbricorum viuorum ʒ.j. tere,& cum melle bibat vt non cognoscat. Itẽ lac vaccinum aqua calida salsa vel marina fomenta,& posteà cum vino calido bibat.

CLAVDIO GALENO

Adscriptus Liber Secretorum Ad Monteum.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI Sequentis.

C

PROOEMIVM.

Rogasti me, amice Montee, vt describerem tibi librum in medicatione ægritudinum secundum experimentum medicinale, et considerationes rationales ex eis, quæ expertus sum in multis sapientum et bonorum in cultu legis. Feci igitur illum, et posui ipsum ex secretis, quæ non est necesse propalare vnicuiq; hominũ, timẽdo ne fiant pigri, cõfidendo

in ipſo,& dimittant quod neceſſarium eſt in ſcientia radicum,& ordine capitulorum,ſuper quam eſt fabricatio artis. Et ego quidem ſcripſi tibi in illo ſecundum menſuram virtutis,& fideliter. Dico igitur quòd ſubſtantia ſubiecta generationi,& corruptioni,mutatur in qualitatibus ſuis. Quæ ſunt caliditas,frigiditas,humiditas,& ſiccitas,quæ adinuicem agunt,& patiuntur,& eorum æqualitate,complexionis exiſtit bonitas. Quod eſt,quia complexio eſt factorum ſubſtantiæ cuiuſcunque membrorũ animalis propria. Complexio igitur eſt ſubſtantia corporis,& natura eius. Et poſteà ſunt res ſequẽtes cõplexionẽ neceſſariò,& ſunt odores,& ſapores,& colores, & durities,& mollities,& lenitas. Natura verò de tribus dicitur rebus: quarũ vna eſt complexio,ſecunda eſt virtus rectrix,tertia eſt compoſitio. Et quanuis ars,quæ ſolicita eſt de corpore,ſit vna,ſicut verificatum eſt iam in libris aliis,tamen partes eius ſublimes ſunt duæ: quarum vna eſt regimen ſanorum: & altera eſt curatio ægrorum. Et ſunt ambæ in operationibus ſuis diuerſæ: quia ambarum prima intendit ad conſeruandum corpus ſecundũ diſpoſitionem,in qua eſt,& ſecunda intendit ad permutandum ipſum ab eo ſecundum quod eſt. Et quoniam ſanitas antiquior eſt ægritudine,& ſublimitate, & tempore,tunc neceſſe eſt nobis vt acquiramus in primis qualiter conſeruemus ſanitatem: & poſt illud, qualiter ſanemus ægritudines ſanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex rebus duabus eſt, vt ſciamus diſpoſitionem,quam nominauimus ſanitatem,quæ diſpoſitio ſit: quia non poſſumus ſeruare ipſam quãdo exiſtit, nec reducere ipſam quãdo corrumpitur,niſi ſciuerimus quid ſit. Nos verò iam proceſſimus,& oſtẽdimus quòd ſanitas ſimilium partium eſt æqualitas: & quòd ſanitas membrorum compoſitorum completur poſitione membrorum ſimilium partium,& eorum numero. Illud verò quod ſurgit per conſeruationem horum membrorum, eſt poſt conſeruationem ſanitatis: ſicut ſi corpora noſtra nunquàm finirentur,niſi per dolorem communicãtem eis,non eſſet nobis ars neceſſaria, qua ſciremus læſiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum noſtrorum,& corruptiones eorum, ſunt duo, quæ eis ſunt neceſſariæ,quę ſunt ex operatione caloris innati: & ſunt eis corporibus à principio eſſe corporum radices. Et ex eis,quæ non ſunt neceſſariæ,& nos non ſumus eas mouentes, quæ quidem corrumpunt corpora noſtra non minùs illis neceſſariis. Et ego quidem ſum diſtinguens vnumquodque duorum generum ſecundùm ſe. Dico igitur quòd principium noſtri eſſe eſt ex ſanguine,& ſpermate, veruntamen ſanguis eſt materia properans in receptione eius,quod deſcendit. Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, ſequentem formam in omni parte: ſperma autem ſtat loco factoris. Et vnumquodque iſtorum duorum eſt compoſitum ex elementis,ex quibus compoſitum eſt alterum. Et nos quidem demonſtrauimus ita in libro,quem edidimus de elementis ſecundùm ſententiam Hippocratis. Veruntamẽ in menſura miſtionis ſpecierum diuerſificãtur: quia plus eſt in ſpermate. Et iam nos quidem demonſtrauimus ſecundum quod diximus,& teſtificati ſumus illud in libro de morbis,& accidentibus,& mihi quidem videtur vt vadam ad fundamẽtum ſermonis in arte medicationis per experimentum,& conſiderationem,& copulationem,& abbreuiationem ſermonis,& appropinquationem locutionis. Frater Montee,iſte magis iuuatiuus liber eſt, quẽ compoſui in medicina. Omnem nanque deſcriptionem eius expertus ſum multoties in complexionibus cõparibus. Deſcriptiones autem, quas diximus in almemiri,

A id eſt,pharmacorum,& eſt liber,qui nominatur de medicinis compoſitis,non ſunt niſi compoſitiones quorundam,quos dixi, ſicut Archigenis,& Archelai, & Seueri,& aliorum: quibus ſi vteretur aliquis ſecundum quod dixerunt,non fieret iuuamentum per eas, imò generarent ægritudines: verùm ego rectificaui eas, & exercitaui ſuper errorem,qui eſt in eis. Prima ergo deſcriptionum eius quas ego compoſui, eſt deſcriptio medicinæ huiuſmodi.

Ad ſtuporem,& frigus,& paralyſim.

CAP. I.

Vir quidam ſexagenarius fuit,ſuper quem vincebant humiditates ſuperfluę,& ventoſitates phlegmaticę, & erat mollis corporis: & ipſe quidem cõquerebatur de ſtupore in corpore ſuo,& frigore addito,& incœptione paralyſeos. Compoſui ergo hanc confectionem,quę eſt

B medicina multorum iuuamentorum. Et ego quidem iuuamenta ipſius dicam,poſt artem eius. Cuius quidẽ permiſtio: Recipe euphorbii, croci,caſiæ lig. cinnamomi, apii,acaciæ,coſti amari,ſpicæ,gummi Arabici, ſeminis vrticæ,granorum alkerua,bdelii,olibani,ſumach,ellebori,ſulphuris citrini,ſtyracis calamitę,piperis albi,omniũ ana ℥.vj. roſarum ſiccarum,pyrethi,arthanitæ,ſethefuſiæ,ſeminis apii,omniũ ana ℥.iiij. ſeminis albedarogiez, id eſt,ammeos,ſeminis taraxacon,amborũ ana ℥.medullę cartami,zingiberis,amborũ ana ℥.iiij. tere, & cribella: déinde infunde in vino antiquo tribus diebus, donec fiãt ſicut mel: déinde fundatur ſuper ea mel craſſum deſpumatum. Déinde miſceatur, & fundatur ſuper ea ex oleo balſami mẽſura vnciæ vnius: déinde ponatur ſuper ignem leuem,& bulliat ebullitionibus duabus leuibus: & fundatur in vaſe vitreo: & dimittatur ſex menſibus: &

C quantò plus antiquatur, tantò eſt melius ei. Vſus eſt ea vir,& conualuit vſque ad quartã hebdomadẽ. Et doſis quidem eius eſt ex aureo vſque ad ℥.iij. Quòd ſi ille, qui vtitur ea,fuerit adoleſcens,ſumat ex ea ℥.j.& s. Hæc autem medicina confert morſui facto à cane rabioſo iuuamentum manifeſtum ſtatim: & dolori,qui fit in acumine verticis antiquo,& cui raduntur pili capitis. Déinde accipitur de hac medicina pondus aurei vnius,& ſoluitur cum aceto vini,& linitur cum eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cum ea. Et ad dolorem auris ſoluitur cum oleo balſami,& colatur: déinde deſtillatur in aurẽ. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua decocta ſunt ſeueſtem,& anethum: & deglutitur poſt ipſam butyrum tepidum: & ſimiliter ad aſthma,& ſplenem ℥.j.& s. cum aceto,in quo decoctæ ſunt radices capparis, & tamariſci. Et ad renes,& ad dolores eorum cum aqua,in qua decocta eſt calaminthe fluuialis. Et ad ſerpentes in

D ventre ℥.j.& s.cũ aqua,in qua decocti ſunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aur.j. cum vino antiquo. Et ad dolorem hepatis,& ſtomachi,& ad hydropẽ: itaque quando eſt complexio decliuis ad frigus. Ad vltimum verò ſerua à me ſecretũ magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationẽ calefactionis, & inclina ad frigidationẽ, per comparationem, & non abſolutè. Et incipe in propinquitate complexionis hominis. Et hic quidem eſt locus conſiderationis. Serua igitur hunc modũ curationis,& intellige ipſum: & fac medicinam,immittẽs ſpecies boni odoris aromaticas. Eſt enim electuarium magnum,& nõ errabis,ſi Deus voluerit. Et fuge à ſtupefaciente oculum,niſi raro,& apud neceſſitatem. Nam faciet feſtinare ad eum,qui vtitur ipſo, debilitatem tunicæ corneæ. Et hoc iterum conſiderandum eſt: intellige ergo ipſum.

Ad

Ad phrenitim, & tussim siccam, & febrem conclusam.

CAP. II.

MEdicina autem Austri, qui est ex illis de Luca, quoniam conquestus est mihi de phrenitide, & aposte mate in cerebro suo, ita quòd permiscebatur, & fuerunt cum eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, & errauerunt super eum. Incœpi ei vti huiusmodi medicina, & sanatus est vsque ad hebdomadam vnam, cuius permistio. Recipe psylliiinfusi in aqua cucumeris Indi: déinde extrahatur, & coletur cũ cribro, & coaguletur cum rob vuæ leui igne, & sumatur dragaganti albi, gummi Arabici, medullæ seminis citruli, & medullæ cucumeris, & medullæ seminis cydonii, medullæ seminis cucurbitæ, medullæ amyli, sandali, seminis portulacæ, seminis maluauisci, omnium ana pars vna: terantur contritione bona: déinde misceantur coagulato, id est, rob, & administrentur de eo omni mane ʒ.iiij. & apud somnum similiter. Et cibus eius sit aqua hordei, in qua decocti sint cancri fluuiales, & sebestẽ. hoc enim medicamen est, cui non est par.

Ad dolorem capitis, & lacrymas oculorum, & ad insomnietatem. CAP. III.

ET conquestus est mihi adolescens vicenarius, cuius complexio erat calida, & cuius color erat fuscus, & erat multæ quietis, & trãquillitatis, & erat vincens semper complexionem regionis eius caliditas, de dolore capitis superfluo inquietãte, lacrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormiebat. Composui ergo ei hoc caputpurgium. Conualuit ergo ex vice vna.

Modus confectionis.

REcipe croci, danik ij. ladani ʒ.s. cõdisiʒ.j. lachekirat, id est, camphoræ kiratam mediã, lubue, ambræ, ana ʒ.iij. opii ʒ.ij. terantur, & aggregentur cum melle medicinæ siccæ: & soluantur humidæ cum sambucino. Terantur, & aggregentur cum melle despumato. Quando igitur necessitas eius est, sumatur sicut milium, & soluatur in lacte mulieris, & fiat cum eo caputpurgium. Vir autem, cuius corpus est forte, sumatur pondus sex granorum. Huiusmodi enim medicina est vltima. Primum autem, quod oportet præmittere in curatione ægritudinũ, quando vides repletionem, & tempus non longinquum, phlebotomia est, vt præmittas phlebotomiam in cephalica, si ægritudo est in superioribus corporis: & in basilica, si ægritudo in inferioribus corporis. Noster autem sermo in hoc iam præmissus est in multis nostrorum librorum. Qui autem vult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & tunc vtatur istis medicinis, quas ego composui, & expertus sum, postquam cognouerit complexiones vtentium eis.

Ad dolores oculorum, & ophthalmiam.

CAP. IIII.

QVia dolores, qui accidũt oculo, sunt multi, & diuersi, & ex eis est dolor, qui vocatur ophthalmia, qui multoties accidit oculis in multis dispositionibus, videtur mihi vt prẽmittã causam eius super reliquos dolores oculi: quia cuidã viro, qui nominatur Fisulus, aduenit dolor inquietãs, & ophthalmia calida per causam: & erat quadragenarius: & erat quietus, crassi corporis. Leniui ergo ei naturam cum infusione myrobalanorum: & firmabo, vel ostendam eam in hoc libro: déinde præcepi ei vt aperiret cephalicam: & composui ei hoc sief, & nominaui ipsum iuuatiuũ, quia iuuatus est per ipsum ipsa

A vice prima.

Modus sief.

REcipe cerusę de plumbo, amyli, amborum ana partes ij. & s. sarcocollæ, croci, opii, omnium ana iiij. partem illius. Teratur cerusa, & cribelletur cum orali, & addatur super ipsam de aqua dulci quantum necesse est, & teratur in mortario diebus decem in hora quieta à vento, & in loco, in quo non sit puluis: déinde infundatur gũmi post illud in aqua dulci in vase mundo. Quando ergo soluitur, & fit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore: déinde teratur cũ ea. Quando ergo facta est medicina sicut pasta, proiiciantur super ipsam reliqui pulueres: & terantur cum ea donec inspissentur: déinde fac ex ea sief, & exiccentur in vmbra in loco tecto: déinde proiiciatur super ipsam pannus sabani, aut pannus subtilis, defendens ipsam à puluere: posteà reponatur, & medicetur cum eis: & sumatur ex

B eis vnus, & soluatur in aqua rosa, & lacte mulieris: & sumatur in venera, & distilletur in oculum. Hoc autẽ sief est conueniens vel conferens apostematibus, & inflatio ni, & vuæ, & hulceri nigro, & vesicis accidẽtibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad albuginem oculi. CAP. V.

ALchohol autem, quo vsus est Ebinus monachus ad albuginem, quæ erat in oculis suis, & omnes medici conuenerunt quòd non sanaretur: & profuit ipsum ei, & conualuit vsque ad triginta dies.

Modus alchohol.

REcipe spumæ maris, quæ natat super aquam, stercoris lacertæ, sacchari, massæ cumiæ, baurach, omniũ partes æquales, terantur, & cribellentur, & sumatur ex memirem media vncia, teratur, & decoquatur cum libra

C aquæ, donec consumatur medietas: & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore: déinde continuetur cum contritione in sole diebus aliquot, donec consumatur aqua, déinde fiat puluis. Hoc enim est vltimum, & secretum magnum.

Ad conseruandam sanitatem oculi alchohol.

CAP. VI.

ALchohol autem, quod conseruat sanitatem oculi, Montee amice, ego vsus sum ad sanitatem amicorũ meorum: & nulli, qui eo vsus est, accidit nocumentum in oculis suis, dum remansit: & ipsum quidem conueniens est omnibus hominibus, propter subtilitatem suam.

Modus alchohol.

REcipe alchoroniæ, & est thucia Inda, antimonii, hæmatitis, rubiẽ, & est sepia abluta, & sit marina, nec aduratur, thuciæ, æris combusti, corticum æris, aloes, folii, croci, omnium ana partem vnam, piperis, macropipe

D ris, salis Ammoniaci, omnium ana partem mediam, margaritarum minutarum, myrabal, kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sacchari, musci, cãphoræ, omniũ ana quartam partem, terantur, & cribellentur, & fricentur in marmore diebus aliquot donec fiant sicut atomi. Hoc enim est vltimum.

Ad impetiginem, & pruritum.

CAP. VII.

MEdicina, cuius descriptionem incœpi pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas auarus de ea vsquequo accepit illam, & rectificaui ipsam, & curaui cum ea multos homines ab impetigine, quę est in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & casu capillorum, tebal, & alopecia, & lendibus, & pediculis, & scabie hulcerosa, & est certa.

Modus

Modus unguenti.

RECipe gallarum ℥.iij.granorum armenii,baurach aureum.j.sulfuris citrini anr.ij. arsenici rubri, aristolochiæ ambarum ana aur.s.salis Ammoniaci, frusti testudinis,fimi veteris,amygdalarum amararũ excorticatarum,colocynthidis,æris vsti,venarum citrinarũ,merdasengi, radicis capparis, foliorum fici siccæ, radicum cannæ siccarũ,& ziniar,aluminis iameni,sief, memithæ, myrrhæ,aloes,olibani,omnium, an.℥.s. kitram, foliorũ oliuæ,fellis vaccini,omnium ana aur.j.terantur, & cribellentur,& conficiantur cum aceto vini, donec permisceantur,deinde leniatur cum eo. Est enim bonum ad tineam,& assafati, & ægritudinibus antiquis.

Ad uermem auris. CAP. VIII.

INgenium in extractione vermis de aure,quod ego feci multoties:Distilletur in aurem quod distillat caro vaccina,scilicet quando assatur,cum aqua almarmacur: deinde præparetur cannula cum mensura,quæ ingrediatur in aurem,& sugatur cannula à superiori parte eius vehementi suctione Egredientur enim vermes, si Deus voluerit.

Ad extractionem aquæ cadentis in aurem.
CAP. IX.

PRo extractione aquæ cadentis in aurem sumatur virga iunci triangulata:& est planta, quæ oritur super flumina,& inuoluatur eius extremitas cum coto,& liniatur cum oleo:deinde intromittatur extremitas eius secunda in aurem cum mensura,quæ possibilis est:& incẽdatur extremitas in qua est cotum cum igne.Quantò igitur plus cõburitur aqua cadet de aure: & itera illud donec egrediatur aqua tota.

Ad extractionem spinæ de gutture.
CAP. X.

INgenium in extractione spinæ, quando adhæret in gutture,aut transuersatur. Elixetur frustum carnis vaccinæ,& ligetur cum chorda, & deglutiatur: deinde extrahatur extractione subtili. Egredietur enim spina.

Ad dolorem auris. CAP. XI.

AD dolorem autem in aure factum res magis iuuatiua est,vt sumantur vermes inuenti sub vrceis aquę, & decoquantur cum oleo rosato & mandragora, & distilletur in aurem, postquam tepet. Quod autem dicitur,amice,de ægritudinibus aurium,iam ostendi illud in libro de ingenio sanitatis,& in aliis libris.

Ablutio capitis cerebrum confortans.
CAP. XII.

DIco igitur quòd quandoque accidunt naribus ægritudines,quæ prohibent ab olfactu, & inspiratione. Dico autem quòd prohibens ab illo,non est ex ægritudine neruorum: quoniam duæ extremitates anterioris cerebri similes duobus capitibus mamillarum:& sunt illæ,quas diximus in eo,quod præteriit de sermone nostro,quòd sunt lenes,& quòd ipsæ non non numerantur in numero neruorum: complent inspirationem, & expirationem sine medicatione neruorum:& ad ipsas ascẽdit odor ex foramine,quod est in chartilagine intra coronam. Medicinæ cuius descriptionẽ scripsi Costæ monacho,& fecit ipsam. Et similiter scripsi descriptionem eius Kilikideo & Festito,& excusauit eos ab omni cura. Et abscindit nocumenta attracta ad caput,& confortat cerebrum,& cauterizat ipsum, & expellit nocumentum ab ipso,& separat inter ipsum,& vapores,& humiditates ex quibus proueniunt coryzæ, & delet fodam.

Modus ablutionis confortans cerebrum.

A RECipe salis gemmę,salnitri combusti,spumę maris, baurach albi, omnium ana partem vnam, ellebori albi partem mediam,condisi,staphisagriæ,sinapis, fæcis vini,id est,tartari combusti, omnium ana. partẽ vnam, sulfuris,rosſ.gallarum,sumach,alchannæ,squinanti, prasii, gummi Arabici, olibani, gariofilorum, xyloaloes, lycii, arsenici,aluminis,folii, spicæ,nucis muscatæ, omnium ana partem s.terantur,& cribellentur & soluantur in aqua saponis communis partes quatuor cum aceto vini antiqui,& conficiantur cum eo medicinæ,& percutiatur in mortario,& fit acetum bulliens quando soluis ipsum cũ sapone:& fiant trochisci,fitq; vnus trochiscus ℥.v. & exiccentur in vmbra. Quando igitur necessarii sunt,teratur vnus trochiscus,& soluatur cum aqua calida,& abluatur caput cũ eo,& caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum,& fit natura lenis.

B *Ad fluxum sanguinis narium.*
CAP. XIII.

ET conquestus est mihi vir ex illis bonis de Roma,in primis quando hospitatus fui in ea,& erat quadragenarius,& erat delitiosus,teneri corporis,complexióque eius decliuis ad caliditatem, & humiditatem, & hæc est complexio Romæ,quòd ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum,& non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam,cuius descriptionem acceperam à patre meo,& iuui eũ statim. Et ego quidẽ permutaueram me à domo eius,sed ipse permutauit me ad eam:& hæc fuit prima domus,in qua quieui.

Modus medicinæ ad fluxum sanguinis narium.

REcipe chartę Indæ,id est,de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, atramenti viridis combusti, olibani,
C opii,aluminis vsti,omnium ana ℥.j.terantur, & puluerizentur,& cribellentur super licinium,quod submersum sit in aceto,& supponatur in nares ex eo de foris, & ponatur super tempora,& frontem lutum Armenum tritũ, confectum cum aceto:& ligentur strictè manus,& pedes, & duo adiutoria cum ligamentis,& testiculi etiam:& sugatur cum ventosis supra hepar sine incisione, & super splenem:& cephalica phlebotometur ex parte sanguinis & embrochentur pedes cum aqua calida, vt attrahatur sanguis ad inferiora,& dormiat supra dorsum suum: & fundatur super faciem eius aqua frigida cũ aceto. Hoc enim est secretum magnũ. Serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem à quocunque membro. Et si submergantur in ea pili leporis carminati,erit mirabilis.

Ad mollificationem linguæ.
CAP. XIIII.

D ET conquestus est mihi vir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua,& fuit de quadam villa ex villis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est vsque ad paucos dies,qui fuerunt minus tribus septimanis.

Modus pilularum ad accidentia plegmatica.

REcipe albotiz,opopanacis,altit dulcis,nucis muscatæ,omnium ana partem vnam:terantur donec fiant sicut pasta,& fiant sicut cicer pilulæ,& ponatur sub lingua vna post vnam,& sugatur:& assiduetur gargarismus cum sinapi,& balneatio cũ aqua non dulci:& sanatus est.

Ad nauseam,& malitiam digestionis,& combustionem in stomacho,& retentionem urinæ.
CAP. XV.

ET conquestus est mihi vir quadragenarius, cuius complexio erat decliuis ad caliditatem & siccitatem

tem (fuit in Alexandria regione) de nausea, & malitia digestionis, & combustionis in stomacho, & retentione vrinę. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est ea statim.

Modus syrupi de fructibus.

RECipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, atque cydoniorum, omnium ana lib. j. rob vuæ verè dulcis, & est carenum, lib. iiij. decoquantur donec fiat ei spissitudo eius malitiam securans, id est, ne putrefiat: & sumatur de ea omni die cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad debilitatem stomachi, & uomitum, & solutionem uentris. CAP. XVI.

ROb de fructibus conferēs debilitati stomachi, & vomitui, & solutioni ventris superfluę, & angustiæ, & adustioni, quæ fit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Rufo propinqui temporis, qui fuit Persa. Cuius permistio. Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx. numero, pyrorum, iuiubarum, amborum ana centum numero, sumac aur. xl. granorum myrti, centaureæ: terantur omnia, & ponantur in vase bireno, scilicet lebete, & fundatur super illud aquæ xx. kist. & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx, & proiiciatur, & sumantur lib. iij. mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendatur sub ea ignis, donec fiat sicut mel spissum, & coletur: & reponatur: cuius dosis cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad febrem adustam, & sitim, & adustionem in stomacho. CAP. XVII.

ET conquestus est mihi vicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos.

Modus trochiscorum febris adustæ.

REcipe seminis citrulorum excorticati, seminis portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omnium ana ʒ. viij. dragaganti ʒ. iiij. terantur, & molliantur, & conficiantur cū mucilagine psyllii, & fiant inde trochisci, sitq; omnis trochiscus drach. j.

Ad febrem tertianam trochisci. CAP. XVIII.

TRochisci boni, quos ego sum expertus, & quos cōposui viro ex bonis qui habebat febrē tertianam, & medietatem quotidianæ, & iuuatus est eis citò iuuamento veloci, ad febrē tertiam, & febrē incensiuam, & febribus permistis calidæ causæ, & sunt nobilis quantitatis. Serua ergo eos.

Trochisci febris tertianæ.

REcipe rosarum ʒ. xx. spodii ʒ. v. amyli ʒ. iij. dragaganti ʒ. ij. croci danich ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci: sitque omnis trochiscus ʒ. j. & sumatur in potu cum aqua, & syrupo acetoso.

Ad stricturam anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiam digestionis, & eructationem acetosam, & dolorem hepatis, & splenis. CAP. XIX.

ET conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, & dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbrę, & eructuatione acetosa, & dolore hepatis sui, & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea multùm vsque

A ad hebdomadem.

Modus syrupi iuuatiui.

REcipe scillę lib. ij. zz. seminis fœniculi, petroselini, anisi, pyrethri, hyssopi. seminis ocymi, gariofilati, costi, asari, omnium ana ℥. j. seminis apii, piperis, cymini carmeni, omnium ana ℥. ij. dauci, ammeos, libystici, cardamomi, omnium ana vnc. iiij. ocymi hortulani, satureli. j. aceti acetosi kist. j. mellis kist. ij. rob. kist. j. tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus: déinde coque ipsum donec consumatur medietas aceti: déinde proiice super ipsum vinum, & coque ipsum donec consumatur quātitas medietatis vini: déinde remoue ipsum, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum donec infrigidetur bene: déinde infunde super ipsum mel despumatum, & accende ignem sub ipso donec fiat sicut mel subtile, & repone ipsum: sitq; potio eius cochlear vnum cū aqua frigida. Et si volueris ipsum solutiuum, tunc bibatur ex eo cochlear vnum cum aqua tepida, & duobus da

B nich scammoniæ. Est enim mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius. CAP. XX.

ET conquestus est mihi vir, qui erat in ætate & cōplexione sicut ille, qui pręcessit ante hunc: cōposui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiam hystymbræ eius, & febrem quartanam, quæ erat à putrefactione phlegmatis, propter debilitatem, quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus.

Decoctio ad febrem quartanam.

REcipe vini antiqui boni odoris albi lib. iij. mellis lib. j. zz. ʒ. v. heyl cardamomi, omnium ana danich ij. & s. croci ʒ. ij, musci, piperis, macropiperis, omnium

C ana danich. j. & s. terantur, & cribellentur, & puluerizētur super syrupū, & dimitte eum in sole diebus multis. déinde vtere ex ipso cochlear j. cum aqua frigida.

Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa. CAP. XXI.

ET conquestus est mihi vir infrigidati, & humectati corporis, mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, quia accidit ei propter syncopen, & frigus in hepate suo, & suo corde, & debilitate in suo stomacho, & corruptione in venis suis, & solutione ventris superflua, & vomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem.

Modus confectionis.

REcipe costi, folii, calami aromatici, gariofilorū electorum omnium ana ℥. ij. casiæ ligneæ, salis Romani, amborum ana ℥. j. gallæ, acacię, foliorum rosarū, spodii, saufel, thuris masculi, omnium ana. ℥. s. terātur, & cribellentur, & conficiantur cum rob cydoniorū, & repo-

D natur, & sumatur ex ea ad magnitudinem nucis quando necesse fuerit. Est enim vltima primaria valde.

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam. CAP. XXII.

ET conquestus est mihi vir adolescens ex filiis regum (et erat teneri corporis, et delitiosus) de debilitate nimia, et subtilitate eius, & angustia, et tristitia, et cogitatione: et erat continens nos aer autūnalis corruptus alteratus: & locus, in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucę, super cuius aerem vincebat caliditas, et humiditas. Cōposui ergo hanc medicinam, et exiuit ab ægritudine sua velociter.

Modus confectionis magnæ.

REcipe seminis ocymi, buglossæ siccæ, foliorum propriè menthæ siccæ, lapidis azuli adusti abluti,

abluti, margaritarum paruarum tritarum, karabi marini abluti, coralli albi, lapidis Armeni, setæ combustæ, omnium ana ʒ.x. gallæ, spicæ Indæ, myrobalanorum, epithymi Cretēsis, cinnamomi, thuris, masticheS. zedoariç, doronici, been albi, & rubri, folii, cardamomi, gariofilorum electorum, vsneæ, castorii, liquiritiæ excorticatæ, croci, seminis lactucæ seminis hyoscyami, ozanorsi, id est, squinanti, mādragoræ, xyloaloes bonç, pçoniæ, rauetseni, seminis armel, nucis muscatæ, darsessahā, carnub, felinia felifelias, id est, agni casti, seminis coriandri, ana ʒ.v. limaturæ argenti ʒ.iiij. limaturæ auri ʒ.s. cāphoræ ʒ.j. rosarum, spodii, amborum ana ʒ.vij. musci aur.j. terātur omnia, & cribellentur, & leniantur cum ℥.j. olei rosati, & quarta ℥. olei balsami, & adiungatur ei tātum sacchari triti, & cribellati, quantum sunt omnes medicinæ: & conficiatur totum cum miua, & reponatur sex mensibus in primis: & sumatur ex eo omni die sicut abūdachari asfidué.

Ad tußim, & ad asthma.

CAP. XXIII.

ET conquestus est mihi vir quinquagenarius, cuius complexio erat æqualis, decliuis ad caliditatem, & humiditatem, crassi corporis, & erat regio eius multorum ventorum meridianorum, de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea in hebdomade vna.

Modus medicinæ.

REcipe hyssopi sicci, ocymi, capilli veneris, prasii, liquiritiæ decorticatæ omnium ana ʒ.vj. funde desuper mensuram sacraiati vnius de aqua, & coque ipsam donec perueniat ad medietatem: déinde cola, & funde super ipsam cochlear j. mellis: déinde da ei in potu.

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris.

CAP. XXIIII

ET conquestus est mihi Iesas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & ventris solutione, & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi, & eius regio calida valde. Composui ergo ei hanc medicinā. Trochisci nobiles. Recipe carabi marini adusti, acaciæ ablutæ, gummi Arabici, spodii, rosarum, therathit, omnium ana ʒ.x. opii, ʒ.j. mastiches ʒ.iij. coralli ʒ.iiij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum, & fiant trochisci: sitq; omnis trochiscus eius ʒ.j. Cuius dosis sit trochiscus vnus cū aqua frigida apud somnum. Et si dimiseris hos trochiscos, donec aggregētur partes eorum diebus aliquot, erunt cōpletiores ad operationem suam.

Ad retentionem menstruorum, & multa alia.

CAP. XXV.

ET cōquesta est mihi mulier cuiusdam amicorum meorum, quæ erat ex sapientibus mulieribus, & pepererat, & retenta erant ei menstrua, & minoratum fuerat lac eius: & acciderat ei sputum sanguinis, & saniei, & tussis, & anhelitus dilatatio. Cōposui ergo ei hanc medicinam, & iuuit eam.

Modus electuarij.

REcipe succi prasii ℥.vj. boni vini ℥.j. mellis ℥.j. piperis albi, thuris, myrrhæ, omnium ana ʒ.j. coniungatur aqua prasii, & vinum in olla, & coquantur donec consumantur duæ partes tertiæ, & tunc proiiciatur super ipsum mel, & accendatur sub ea ignis, donec coaguletur, & fiat sicut mel. Terantur ergo medicinæ, & puluerizentur super ipsum: déinde misceatur super ipsum. Quando igitur permiscentur, tunc repone ipsum in vitreato,

A & lambat ex eo infirmus cochlearium vnum ieiunus. Iuuata est ergo hac medicina in spatio breui.

Ad sputum sanguinis. & solutionem uentris, & sanguinis. CAP. XXVI.

EMplastrum, quod ego composui, & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis, & super ipsum stomachum ex solutione vētris, & super caput ex fluxu sanguinis narium. Cuius permistio. Recipe myrrhæ, thuris, aloes, omnium ana ʒ.iiij. balaustiorum, sanguinis draconis, acaciæ, sief, memithe, feluzaharagi, & loco eius chohol caubem, omnium ana ʒ.viij. opii, radicis spicæ, hyoscyami, omnium ana drach.iij. aluminis abluti, lacunę sigillatæ, atramenti, omnium ana ʒ.ij. sumach, gallarum, granatorum summitatū scilicet balaustiorum, omnium ana ʒ.vj. tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili, & confice ipsum cum vino passularum bono, aut cum
B aceto vini permisto, donec fiat sicut mel spissum, déinde line super pectus ex sputo sanguinis, & super caput ex fluxu sanguinis narium, & super omnem locum, ex quo egreditur sanguis: & line ipsum super stomachum ex solutione vētris. Et hoc vltimum est in eo, quod diximus. Serua ergo ipsum.

Ad uentositatem uentris, & apostema in hepate, & hydropem, & menses ciendos.

CAP. XXVII.

ET conquesta est mihi mulier de ventositate ex ventre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus eius, & incœptione hydropis: & erat mulier tricenaria, aut quasi tātum: & erat causa eius retentio menstruorum: & erat vincens continens nos aer calidus, & humidus. Cōposui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea vsque ad triginta dies.
C

Confectio, quæ prouocat menstrua, & expellit uentositatem.

REcipe eupatorii, spicæ, corticum casiæ ligneæ, croci, seminis apii montani, & domestici, liquirit. squinanti, carpobalsami, rubiæ, omnium ana ʒ.iiij. rauetseni ʒ.iij. mastiches, laccę, quæ non est operata, spodii, rosarū rubrarum, aristolochię, omniū ana aur.j. terātur omnia, & cribellentur, & cōficiantur cum melle despumato, de quo sumatur omni die pondus ʒ.ij.

Ad icteritiam nigram. CAP. XXVIII.

ET conquesta est mihi mulier religiosa, quam extenuauerat religiositas, & abstinentia, de icteritia nigra multùm apparente: & erat corporis macri, quæ iam transierat quinquaginta annos, & erat tempus autūni, & erat eius regio Romana, in diebus in quibus ego fui ibi. Cō-
D posui ergo ei hac medicinā: & accepit ex ea aur.j. & exiuit ex ægritudine sua exitu bono.

Medicina ad extrahendum melancholiam.

REcipe aloes pondus ʒ.vij. mastiches ʒ.viij. agarici, polypodii, cartami, epithymi, omnium ana pondus ʒ.ij. folii, casiæ ligneæ, spicæ, omnium ana ʒ.ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato: sitq; dosis eius aur.j. cum vino, si non fuerit febris.

Ad icteritiam citrinam.

CAP. XXIX.

ET conquestus est mihi vir tricenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris, & erat calefactus de icteritia citrina multùm apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea velociter.

Medicina

Medicina ad extrahendum choleram.

Recipe. amygdalarum amararũ, amygdalarum dulcium, ſpodii, folii, roſarum, abſynthii, maſtiches, ſpicæ, aniſi, omnium ana ʒ.iiij. ſeminis ſcariolæ drach.x. coriandri ſylueſtris ʒ.ix. aloes ʒ.vj. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vino. Et ſit doſis omni die drach.ij. pondus.

Ad duritiem ſplenis, & apoſtema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem ſtomachi, & renum, & tuſsim cum icteritia.

CAP. XXX.

Et conqueſtus eſt mihi vir ex amicis meis ex bonis religioſis de duritie in ſplene ſuo, & apoſtemate in hepate ſuo, & aqua citrina, & dolore in ſtomacho ſuo, & dolore renum, & ex tuſsi cum icteritia. Compoſui ergo ei hanc medicinam.

Confectio ad ægritudinem uentris, uel uacuitatis.

Recipe ſpicæ Indæ, coſti, corticum caſiæ ligneæ, omniũ ana pondus ʒ.ij. fœniculi ʒ.iij. piperis, ſeminis apii, acori, andach ocæ, ireos, xylobalſami, omnium ana drach.iiij. venarum capparorum ʒ.v. paſſularum mundatarum à granis ſuis ʒ.x. terantur donec fiant ſicut medulla: & terantur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia cum melle deſpumato, & ſumantur ex eo omni die ʒ.iij. cum aqua capparorũ, & calaminthes, & ſecania bin pauci aceti. Iuuatus eſt ergo ea iuuamento manifeſto in ſpatio paruo.

Ad duritiem ſplenis, & hepatis emplaſtrum.

CAP. XXXI.

Emplaſtrum conferens duritiei ſplenis, & hepatis. Recipe Ammoniaci, bdelii, ireos, ſepi vaccini, omniũ ana ℥.x. ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana ʒ.viij. piperis cl. grana, ceræ, picis ſiccæ, amborũ ana ʒ.xx. aluminis iameni, ſulphuris, myrrhæ, omnium ana ʒ.x. pyrethri, radicum capparis, amborum ana ʒ.v. viſci, ariſtolochiæ, croci, cordumeni, amomi, olei nardini, omnium ana ʒ.iij. terantur bene cum aceto, & conficiantur cum eo donec permiſceantur, & liqueſiat cera, & permiſceãtur omnia terendo in mortario, donec fiat corpus vnũ, & ponatur ſuper ſplenem.

Ad febrem quotidianam, & fluxum uentris, & teneſmon, & tuſsim. CAP. XXXII.

Pilulæ, quas ego compoſui viro oratori, qui habebat quotidianam, & fluxum ventris ſuperfluum, & punctionem, & teneſmon vehemẽtem, & tuſsim, & iam erat deſiccatus, & deſperauerat ſe, & ſperauerat mortem: iuuatus eſt ergo his vice vna. Quarum permiſtio hæc eſt. Recipe caſtorii, myrrhæ, amborum ana aur. j. & s. ſeminis hyoſcyami albi ʒ.iij. ſeminis apii ʒ.viij. tere illa, & confice cum vino, & fac inde pilulas ſicut piper, & ſicca eas: ſitq́; doſis eius grana v. cum rob myrti & aqua. inquit Gal. non eſt nobis neceſſarium rememorari in hoc libro radicum ægritudinum, quoniam iam eas diximus in aliis libris. Hunc autem librum non fecimus niſi ad deſcriptionem propriè: & quanuis nos cõfortemus per ipſum rationes empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa agnoſco, quia eſt vnum de ſecretis medicinæ, & theſaurus ex theſauris eius: & omnem medicinã eius iam expertus ſum vicibus multis in eo, qui aptus eſt, & cui conuenit, & eſt conueniens complexioni eius.

Ad dolorem ani, & teneſmon, & uentris ſolutionem, & puncturam.

CAP. XXXIII.

Licinium, quod ſupponitur in ano, & efficit opus pilularum, imò melius. Recipe myrrhæ, thuris, maſti- A ches, croci, omnium ana partem vnam: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vitellis ouorum, aut cum ſucco aleſinis, id eſt, pſillii: & fac inde quod ſit ſimile glãdi: & pone in vnoquoque eorum filũ. Quando ergo facis illud, inũge ipſum antè oleo roſaceo, & pone ipſum in ano, & præcipe vt teneat ipſum nocte tota. Quando igitur voluerit extrahere, trahat filũ, & extrahat ipſum. Hæc autem medicina eſt ſublimis ad dolorem ani, & teneſmo ſanguineo, & ſolutioni ventris, & puncturę. Scias ergo bonitatem eius.

Ad colicam, & uomitum, & dolorem ſtomachi.

CAP. XXXIIII.

Medicamen ad colicam, quod compoſui adoleſcenti tricenario, cui acciderat colica, quę dicitur ileos, & vomitus, & exiccatio fortis, & dolor ſtomachi. Cuius permiſtio. Recipe myrobalanorum citrinorum B & nigrorum, maſtiches, aniſi, ammeos, ſeminis apii, corticum caſiæ ligneæ, medullæ ſeminis cartami, omnium ana partem vnam, ſalis Indi partem s. aloes ſcotrenſis ad pondus omnium medicinarum: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum, & fiant inde pilulę: ſitq́; doſis eius aur. ij. cum aqua calida ante cibum. Eſt enim bonum ad digeſtionem cibi, & lenit ventrem, & ad colicam, & ventoſitatem, & dolorem dorſi, & crudum humorem.

Ad lapidem renum. CAP. XXXV.

Et conqueſtus eſt mihi vir de lapide, quem habebat in renibus ſuis, & quandoque exierat in vrina, & narrauit quia egeſsit eum. hoc autem longinquum eſt: veruntamen ego audiui quòd Archigenes in quibuſdam C libris dixit hoc, ſed neſcio cauſam eius. Compoſui ei hanc medicinam, & iuuatus eſt ea vſque ad triginta dies.

Confectio ad lapidem.

Recipe ariſtolochiæ, dauci, floris ſquinanti, carpob. ſpicæ, croci, metu, phu, apii, caſiæ, chamædryos, ſcorodon, ammeos praſii, dragaganti, enulæ, ireos, origani montani, carui, ſeſelos, corticum radicum capparis, gariofilorum, cymini, ſeminis fœniculi, ſcillæ aſſatæ, ſinapis, myrrhæ, ſeminis erucæ, condiſi, omnium ana partẽ ʒ. pinearum decorticatarum ex cortice ſuo, quantum eſt pondus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato: ſitq́; doſis eius omni die ʒ.iij.

Ad debilitatem coitus, & dolorem ueſicæ, & lapidem, & dolorem in utriſque lateribus.

CAP. XXXVI.

Et conqueſtus eſt mihi adoleſcens teneri corporis ex filiis regum philoſophorum ex amicis meis de coi- D tu, de veſica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in vtriſque lateribus. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus eſt ea velociter.

Confectio ad coitum.

Recipe pinearum excorticatarum de cortice ſuo libræ vnius quartã, medullæ ſeminis melonũ, medullæ ſeminis cucurbitæ, been rubri, & citrini, ſeſami decorticati, galãgæ, zingiber, ſeccacul, ſeminis alphagdi, ſepti ſcinci, omniũ ana ʒ.x. ſeminis vrticę, ſeminis ſinapis, ſeminis cepæ albæ, aniſi, ſeminis papaueris albi, liquiritiæ, decorticatę, ſeminis bauciæ, omnium ana ʒ.vij. penidiorum quantum eſt pondus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato, & accipiatur ex ea mane, & apud ſomnum quantum eſt nux: & præcipe

præcipe ei vt fiat hoc sibi cibarium diebus, quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarũ ex venis suis & cortice suo medietatem libræ: elixetur ergo, donec dissoluatur:& proiiciatur in ea oleũ omphacinũ, & mel: fermentetur cum vitellis v. ouorum.& quandoque decoquuntur cum eo passeres:& coloretur cum croco & zingibere,& aromatizetur cum musco.

Ad satyriasin. Remedium uidetur ad excitandum coitum.

CAP. XXXVII.

MEdicamen, cui non est simile super terram in satyriasi,& est velocis sanationis. Cuius permistio. Recipe olei sambucini vel de zambach, id est, de iesemino libram vnam, formicarum habentium alas mille, nemeresin vnam,& est fœmina parua vulp. quæ in Sabano moratur: cũ formicis misceantur & inũgantur cum hoc vnguento mirach,& duo testiculi,& virga, postquam suspenditur in sole duabus hebdomadibus.

Ad dolorem testiculorum, & apostema, & uentositatem in eis.

CAP. XXXVIII.

ET cõquestus est mihi vir ex bonis religiosis ex amicis meis de apostemate in testiculis,& ramice,& ventositate in eis,& dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum,& iuuatus est eo iuuamento magno. Cuius pemistio. Recipe mastiches, fetæ, thuris, sarcocollæ, omnium ana ʒ.vj.terantur, & cribellentur,& incorporentur cum vino,& liniatur super apostema: & annectatur super ipsum cotum,& dimitte ipsum donec exiccetur: deinde accipe pannum,& liga duo oua ad duas ancharum pyxides.

Ad pruritum testiculorum.

CAP. XXXIX.

AD pruritum in duobus testiculis, sumatur cerusæ drach.vj. sulfuris citrini drach.ij.opii drach.j. terantur omnia cum aceto vini permisto cum aqua,& pone ipsum tribus vicibus.

Ad apostema testiculorum. CAP. XL.

ET ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes duæ, altheæ pars vna: terantur cum aceto, & liniantur super apostema. est enim bonum.

Ad dolorem iuncturarum.

CAP. XLI.

ET scripsi ad Glauconem philosophum, qui erat ex bonis,& puris amicis meis:& erat eius ætas adolescentia,& erat teneri corporis delicatus,& ipsius regio Beneuentum, inuaseratque eum dolor iuncturarum, & carnium, quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra,& dolor ancharum. Composui ergo ei hãc medicinam,& est vna ex illis, quam accepi ab Archigene: & addidi in ea,& rectificaui eam. Iuuatus est ergo ea vsque ad septuaginta dies,& non rediit ad ipsum. Et est secretum magnum ex secretis medicinæ.

Pilulæ ad dolorem iuncturarum.

REcipe myrobalanorum kebulorum & Indorum,& corticum cucumeris asinini, buzaram loco cuius ponitur zingiber,& colocynthidis interioris, salis Indi, hermodactylorum, aloes scotrẽsis, omnium ana drach. j. sagapeni drach.ij.terantur,& puluerizentur,& conficiantur cum aqua foliorum kekengi,& aqua albuzaran: & fiant pilulæ sicut piper,& desiccentur in vmbra,& bibatur ex eis omni nocte tertia drach.iij. cum aqua calida. Et sumatur post illud hęc medicina, cuius modus est. Recipe buzidem, id est, satyrionis partem vnam, hieræ picræ partes ij.terantur,& cribellentur, & conficiantur cum melle,& bibantur ex ea drach.iij.

A

Ad ischiadem. CAP. XLII.

ET conquestus est mihi vir ex vna villarum Romanarum, supra cuius aerem erat vincẽs humiditas,& vincens super complexionem viri simile illi de ischiade. Purgaui ergo corpus eius semel cum hac medicina: & excusaui ipsum à cauterio,& vnguento.

Medicina ad ischiadem.

REcipe hermodactylorum, turbith carnosi, buziden id est, satyrii, senæ, medullę seminis cartami, pulpę colocynthidis, medullæ seminis citruli, omnium ana drach.j. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum butyro & melle.& est hæc potio vna.

Ad humorem crudum lapidosum (in ægritudinibus iuncturarum) & mollificationem, & stuporem crurium. & debilitatem corporis. CAP. XLIII.

B

ET conquestus est mihi Abyn, qui erat exiccatus, cuius erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis delicatus, de humore crudo lapidoso, qui faciebat eum sedere, & mollificatione crurium suorum,& debilitate corporis sui,& stupore in vtrisque. Cõposui ei hanc medicinam,& vsus est ea per mensem,& rediit ad sanitatem suã naturalem.

Medicina ad humorem crudum.

REcipe myrobalanorũ kebulorum, & emblicorum, & Indorum,& satureiæ, ammeos, apii, origani Persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana drach.j. buzaran, loco cuius ponitur zingiber drach.ij. senæ Arabicæ lib.j. tertiam, spicæ, hehel, amomi, omnium ana drach. viij. cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodii, rosarum, salis naptici, omnium ana drach.iij. nasturtii.ʒ.s. salis Ammoniaci aur.j. acori drach.iiij. berengi, doronici, zedoariæ tertiam aur.j.terantur, & cribellentur, & leniantur cum butyro vaccino, præparato cum clississa tritici, id est, simila, donec eiiciat ipsum: & adiungatur media libra penidiorum,& conficiatur cum melle despumato:& sumatur ex eo omni die drach.s.cum aqua, in qua decocta est acorus:& vtatur hoc oleo. Est enim vltimum in ægritudinibus iuncturarum,& mollificatione earum,& corruptione complexionis earum,& ipsarum dolore.

C

Oleum probatum cuius permistio.

REcipe costi, carpobalsami, corticum casiæ, omnium ana drach.xxx. calami aromatici, buzaran, loco cuius ponitur zingiber, abrengi, loco cuius sapagenum, omnium ana drach.xx. macropiperis drac.vij. cordumeni, zingiberis, staphisagriæ, omnium ana drach.vj. cyperi ʒ.xj. venarum squinanti, ireos, amborum ana ʒ.xij. cyperi, blactæ Byzantiæ, foliorum myrti, sampsuchi, omnium ʒ.x. tere medicinas cõtritione crassa,& infunde eas in vino boni odoris, secundum mensuram, qua cooperiat eas, die, ac nocte,& pone ipsum in olla,& infunde super eam ex aqua quantum, est mensura vini: deinde infunde super illud oleum sesami, & oleum lentiscinum, de vnoquoque x. asacraiati: deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate octo horarum, deinde tolle eam ab igne,& permitte illud infrigidari,& funde oleum ab aqua: deinde accipe in decoctione eius secunda, asari, spicæ, amomi ana ʒ.x. folii ʒ.vj. myrrhæ vnc. j. tere omnia,& infunde ea die, ac nocte: deinde cola eã in ollam,& funde super eam oleum: sitq; olla in qua decoques vice prima, & secunda,& tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ,& oleum: & accipe ollam magnam à loco masiam,& funde in eam aquã: deinde pone ollam

D

ollam, in qua sunt medicinæ, & oleum, in concauitate eius, & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum, & medecina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum, quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari: déinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertiò, & accipe gariofilorum, blactæ Byzantiæ, nucis muscatæ, omnium ana drach.iiij. bdelii drach.iij. mellis, styracis calamitæ drach. xxx. olei balsami drach.s. tere medicinas siccas, & infunde eas in vino die ac nocte: déinde cola eas in ollam, et funde super eas oleum, & accende ignem sub eis secundũ quod narraui tibi: déinde cola oleum, & repone. Ipsum enim est vltimum in ægritudinibus iuncturarum. Et in læsione fiat inunctio ex eo, & bibatur: soluit enim naturam, et extrahit humorem crudum, & confert colicæ, & ægritudinibus viscerum.

Ad caninum appetitum, & singultum, & eructuationem acetosam. CAP. XLIIII.

ELectuarium diatrion pepereon, quod ego composui Hedino, qui fuit ex bonis, & erat intra Romam, & erat septuagenarius. Conquestus est de frigore in complexione, & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est in hebdomade. Cuius permistio. Recipe piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ, xylobalsami ℥.j. spicæ, amomi, amborum ana ʒ.iiij.s. apii, zingiberis, seseleos, keisim, casiæ mundatæ, enulæ, asari, omnium ana ʒ.iij. tere omnia, & cribella, & confice cum melle despumato, & repone ipsum: & sumatur ex ipso quantum bundacha.

Ad tremorem cordis, & inquietudinem, & cogitationem. CAP. XLV.

SYrupus, quem composui Demicrathi, quæ est mulier bona, multi ieiunii: cui accidit tremor cordis, & inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio: & quandoque egrediebatur à ratione sua: & erat quadragenaria, cõstrictæ carnis albæ. Cuius permistio. Recipe buglossæ exiccatæ, foliorum rosarum, foliorũ citri, foliorum ocymi citrati, capilli veneris, ocymi gariofilati, omnium ana hosmatum j. quod est quarta libræ, & tria grana, malorum mandragoræ incisorum drach. octo, frustum panis karabe contriti, setæ crudæ incisæ, lazuli loti, abluti, contriti, nucis muscatæ contritæ, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, sandalorum alborum & rubrorum, margaritarum minutarum, coralli, spodii, berberis, xyloaloes boni, crudi, masticbes, thuris masculi, omnium ana aur.j. terantur, & decoquã tur omnia in xiiij. libris aquæ fontis, donec consuman tur duæ tertiæ: & comprimatur manibus pannus, in quo sunt species, & colentur, & aggregentur duæ libræ aquæ cum decem libris boni vini, & decem libræ mellis despumati, & coquatur, donec fiat spissitudo, & infrigidetur, & aromatizetur cum drach.j. musci contriti: & bibatur septimanis quatuor.

Ad tremorem cordis linimentum.

LInimẽtum ad tremorem cordis. Recipe thuris ro. xyloaloes, gariofilorum, spodii, sandalorũ rubrorum, karabe marini, sandarachæ, omnium ana ʒ.j. aluminis iameni ʒ.s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua rosarum, aut cum aqua malorum, et ponatur super cor, et stomachum. est enim vltimum.

Galen.

Ad dolorem hepatis, & splenis, & multa alia.

CAP. XLVI.

A ET conquesta est mihi mulier deuota magnæ quãtitatis nobilis, cuius complexio decliuis erat ad caliditatem, et eius anni xl. erant, de dolore stomachi, et hepatis, et splenis, et duritie in ventre, et apostemate, et incœptione hydropis, et dolore duorum renum, et pulmonis, et duorum laterũ, et vesicæ, et matricis, et dolore in omnibus membris suis, et sputo sanguinis, et pleuritide. Composui ergo ei hoc emplastrum. Cuius permistio. Recipe ceræ, helkalimbat, id est, terebinthinæ, bdelii, thuris, Ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus vitis, tortellarũ de feni, amomi, spicæ, croci, myrrhę, masticbes, omnium ana ʒ.viij. olei violati, olei sesamini, amborum ana ʒ.xl. vini boni odoris quantitate, qua infundatur, donec fiat emplastrũ: et accipe Ammoniacum, bdelium, et thus, et myrrhã,
B et tere, et in vino ea infunde, et contere ea, et liquefac ceram cum duobus oleis, et bulliat: quando ergo liquefiunt, depone ea desuper ignem, et tere reliquas medicinas, et pulueriza super ea, et moue ea tandiu, donec permisceantur adinuicem: déinde line ea super loca, in quibus durities est, et apostema, et dolor.

Ad uomitum immoderatum, & fluxum uentris.

CAP. XLVII.

EMplastrum, quod composui mulieri religiosæ deuotæ, cui acciderat vomitus immoderatus, et solutio ventris superflua, et fe. conclusa, et sitis, et adustio vehemens, et erat trigenaria, erat tempus æstiuum. Cuius permistio. Recipe cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib.j. gallæ, seminis myrtæ, sumach, acaciæ, fructus vitis, myrrhæ, masticbes, omnium ana iiij. tortellarum de feni ʒ.viij. aromatici drach.j. tere illud bene, donec permisceatur, et funde super illud o-
C leum rosatum, et acetum vini, et aquam roseam, tali mensura quòd humectetur, et line stomachum, et iuuata est ea statim.

Ad febrem quotidianam trochisci.

CAP. XLVIII.

MOdus trochiscorum ad febrem quotidianã quãdo maturatur. Quorum permistio. Recipe rosarum, spodii, eupatorii, seminis cuscutæ, berberis, seminis endiuiæ, omnium ana drach.iiij. xyloaloes, dragaganti, absynthii, anisi, doronici, omnium ana ʒ.j. terantur, et cribellentur, et conficiantur cum aqua calida, et fiant inde trochisci, quorum vnus sit ʒ.ij. et bibatur cũ syrupo acetoso septem diebus, et eradicabitur.

Ad febrem tertianam decoctio experta.

CAP. XLIX.

DEcoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. Cuius permistio. Recipe tereniabim,
D id est semen album habens saporem mannæ, medullæ casiæ, tamarindorum, omnium ana ℥.s. myrob. ℥.j. decoquantur cum lib.j. et s. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, et coletur, et bibatur cum media ℥. olei sesamini: ipsa enim eradicatur statim.

Ad febrem quartanam trochisci.

CAP. L.

MOdus trochiscorum ad febrem quartanam. Inquit Galen. iam narraui in multis librorum meorum, quòd quartana quando inuadit in autumno, pertrãsit in vere: et quãdo inuadit in æstate, dimittit in sex periodis, quando medicus est prudens: nam quando maturatur, et vtitur hac medicina, tunc facit eam redire tertianam: déinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi: quare eradicatur febris tertiana hoc regimine, an-

te horam, quam determinauerunt medici, qui fuerunt ante me. Et ego quidem determinaui illud. Verùm ego iam ingeniaui cum hoc, & est secretum magnum. Veruntamen nos non vtimur, nisi in corporibus fortibus. Quorum permistio. Recipe eupatorii, absynthii, costi, zurumbet, doronici, ammeos, aristolochiæ, scordium, myrrhæ, euphorbii, omniũ ana aur.j. aloes, bdelii, pyrethri, sagapeni, opopanacis, harmel, acori, amomi, omnium ana ℥.j. infundatur sagapenum, & opopanax in vino, & moueantur, & terantur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia, & fiant inde trochisci, sitq́ue trochiscus drach.j. & bibatur cum aqua raphani.

Ad hydropem pilulæ.

CAP. LI.

ET conquesta est mihi filia Nicolai regis, & ipsa quidem monacha erat deuota, & senserat de hydrope horrida, & aqua citrina, in qua fatigati erant medicantes, & strictione naturæ: præparaui ergo ei hanc medicinam, & conualuit vsque ad septimanas quatuor, & exiuit ab ægritudine sua egressione bona, & sana.

Pilulæ ad hydropem.

REcipe spicæ Indæ, & Romanæ, amborum ana ℥. iiij. agarici, aristolochiæ, amomi, croci, æris combusti, epithymi, masticheς, hyperici, costi, chamædryos, omnium ana ℥.iij. myrrhæ, kerse medicinalis, squinanti, tithymalli, omnium ana ℥.j. aloes ℥.viij. tere illud, & pulueriza ipsum, & cerne eum, & confice cum aqua, & fac de ipso pilulas, & inunge manus tuas incilini: sitq́ue dosis earum drach.ij. cum vino misto.

Ad icteritiam sparsam.

CAP. LII.

MEdicamen ad icteritiam sparsam, scilicet super totum corpus, quod ego composui. Recipe euphorbii, epithymi, aloes, sulfuris, omnium ana partem j. tere illud, & da in potu ex eo ℥.ij. cum aqua casei. Est enim vltimum, quando non est calida.

Ad icteritiam causæ calidæ.

MEdicamen, quod ego composui ad icteritiam calidæ causæ. Recipe aquam lactis caprini coagulati cum tamarindis lib.j. succi endiuiæ lib.j. succi solatri libræ quartam, aquæ absynthii humidi ℥.s. berberis, sandalorum alborum, & machoziri, id est, citrini, aloes, omnium ana ℥.j. spodii, spicæ, rauetseni, omniũ ana ℥.j. terantur, & cribellẽtur, & permisceãtur omnia, & permaneãt in nocte, & bibatur ex eo omni mane lib. s. colato cum ℥.ij. iulep. posteà ponas ipsum in loco frigido, aut sumatur cum galeniabin.

Ad descensum aquæ in oculum, & uertiginem, & ischiadem. CAP. LIII.

MOdus medicinæ ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui viro, qui erat ex viris religiosis, qui multiplicauerat comestionem hordei, & assiduationem vigiliarum, quare euenit super eum malum ex descensu aquæ in oculum suum, & acciderat ei vertigo, & ischias: iuuatus est ergo & conualuit. Et ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & anginæ, accidẽtibus ex crassitudine humorum, & ad morsum canis rabidi, & habentium venenum, & præfocationi matricis. Cuius permistio. Recipe epithymi aur.x. scammoniæ, prasii, stœchados, myrrhæ, ellebori nigri, ana aur. iiij. scillæ assatæ, euphorbii, aloes, croci, gẽtianæ, petroselini, Ammoniaci, opopanacis, omnium ana aur.j. polii, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ, floris squinanti, calaminthes fluuialis, aristolochiæ lõgæ, omnium ana aur.

A ij. teratur illud, & cribelletur, & infundantur gummæ in vino boni odoris, & conficiantur cum melle despumato quod sufficit, & dimittatur donec antiquetur: sitq́ue dosis eius aur.iiij.

Ad inquietudinem. CAP. LIIII.

AD inquietudinem, id est, guesegues. Modus medicinæ, quam ego composui religiosæ mulieri, cui acciderat inquietudo, vt & sola loqueretur secum, & syluestritas: & medicati fuerunt ei multi medicorũ, & non valuerat eorũ medicatio in ea, ita quòd iam desperauerat de se. Composui ergo hanc medicinam, & iuuata est per eam, cuius permistio. Recipe scammonię, anisi, karabæ, coralli combusti, xyloaloes puræ, seminis coriandri sicci, margaritarum minutarum, foliorũ rosarum, spodii, mastiches, omnium ana ℥.iij. myrobalanorum Indorum, citrinorum kebulorum omniũ, post mundificationẽ ex nucleis suis, ana ℥.x. turbith al. aur.
B xij. agarici aure.viij. zedoariæ, doronici, omnium ana aur.ij. sacchari tabarzet ad põdus omnium medicinarum: teratur illud totum, & cernatur cum orali, & permisceantur. de quo sumãtur drach.v. in puluere: & sumatur diebus multis, & bibatur cum aqua frigida. Cibus autem sit illud, quod lene est, sicut pulli: & alteretur aqua cum syrupo myrtino, aut cum syrupo de rosis recentibus.

Ad obliuionem, & frigus in renibus, & dolores in iuncturis, & alia multa. CAP. LV.

ET conquestus est mihi vir aburosus religiosus, qui erat amicus mihi, & iam consecutus fuerat de oratione sua, quæ alius in suo tempore consecutus non fuerat: & de ætate consecutus fuerat annos lxx. & erat propinquus mihi: & partes quidem frigoris iam vice-
C rant super eum: quare acciderat ei obliuio, & frigus intensum, & dolores in iuncturis. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est iuuamento sufficienti, & exiuit ab ægritudine sua vsque ad duas hebdomadas: & ego quidem probaui eam in multis, & inueni eam conferre ægritudinibus vesicæ, & humori crudo: & sanatio eius est ex omnibus ægritudinibus iuncturarum, & soda, generatis ex humoribus frigidis, & quod eleuabatur ad cerebrum ex vaporibus ab illo humore, & à tussi phlegmatica: & præparat stomachum vt coria præparantur galla, & rectificat ipsum, & fugat ventositatem crassam ex eo, & digerit cibus, & excitat appetitum, & resoluit quod ex phlegmate incrassatur in stomacho: & aliquando abstergit visum, et acuit mentem, et delet obliuionem, et clarificat vocem, et tardat canitiem, et dissoluit podagram frigidæ causæ: et qui-
D cunque senex vtitur ea, non indiget alio in conseruatione sanitatis.

Confectio dia trion pipereon secunda.

REcipe piperis albi et nigri, macropiperis, galangæ, casiæ ligneæ, calami aromatici, croci, spicæ Indæ, gariofilorum, cardamomi, carpobalsami, asari, zingiberis, seminis myrti siccæ, omnium ana partem vnam, mastiches partes v. terantur medicinæ, et cribellentur, et conficiantur cum melle despumato, et deponatur in vase vitreo lęuigato: de quo sumatur aur.j. apud somnum. et est ex secretis magnis.

Ad dolorem iuncturarum, & complexionem corruptam.

ET conquestus est mihi arsatus et religiosus, qui erat amicus, et erat orator: et iam consecutus fuerat annos lxx. et dicebatur de eo quòd nunquàm irascebatur, neque contrarius fuerat alicui: et erat multæ taciturnitatis, et dilatatæ scientiæ, de dolore in omnibus

iunćturis suis: & vidi complexionem eius corruptam. Et alterata erat ei mens, præcepi ergo ei vt vteretur hac medicina. Hiera magna. Recipe chamæpityos, sco rodon ana ℥.s. seminis apii, ammeos, hafce, agarici, omnium ana ℥.j. gentianæ aureos iiij. centaureæ minoris ℥.s. myrrhæ, spicę, calaminthes montanæ, spodii, petroselini, prasii, omnium ana ℥.ij. seminis rutæ, hyperici, hyssopi sicci, phu, omnium ana aureos iiij. chamædryos ℥.iij. folii ℥.j. terantur omnia, & cribellentur cũ orali, & leniantur cum ij.℥. olei balsami, & conficiantur cum sufficiẽtia mellis origani despumati: & repone in vase leni interius, & dimittatur sex mensibus: ipsa nãque iuuat. Hæc enim medicina est melior. Montee, si sciueris mensuram eius, excusabit te ab aliis. Ego enim vidi ipsam conferre ei: & est cõplexio eius sicut theriaca. Huic quidem viro rediit sanitas eius: déinde posui vt experirer ipsam. Inueni ergo in quibusdam iuuamẽ tum eius, quia excitat virtutes naturales, & præcipuè digestiuam: & extrahit melancholiam cum vapore: & subtiliat phlegma, & attenuat ipsum, & alleuiat exitum eius ex corpore, & refrænat choleram citrinam: & cõfert omnibus ægritudinibus hepatis, & splenis: quoniã aperit oppilationem. Et si profundatur in venis, mirabiliter valet, ita quòd forsitan est ex mũdificatione sanguinis, & conferuat ipsum ad substantiam suam, si fuerit seruans sanitatem: quoniam vadit in venas, & arterias, & consumit quod inuenit in eis de superfluitatibus crassis, & mundificat meatus: propter illud frangit lapidem, & mundificat fæcem humorum ex corpore, propter subtilitatem suæ operationis. Déinde nõ soluit superfluè propter suam frigiditatem. Et eius potio integra est aureum vnum cum aqua calida.

Ad maciem, & dispositionem senectutis.

CAP. LVI.

ET fuit mihi, ô Montee, amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis subtilium humorum, extenuati corporis: & ipse quidem multiplicauerat lectiones librorum, & ieiunium, & orationem, & laborabat multum, & erat parum obuians cibo, & vigilabat plurimum noctis, & erat trigenarius die, qua cognoui eũ: quare minorata est humiditas corporis eius, & addita est ei macies, & siccitas complexionis: & non consecutus fuerat quadraginta annos: et iam superauerant ei modi ægritudinum, & albificatum erat eius caput, & debilitati erant motus eius innati, & factus erat in dispositionibus senectutis vltimæ. Præcepi igitur ei comedere: quare humectatus est hora post horam, & paulatim secundum gradationem. Composui ergo ei hanc confectionem, & præcepi vt vteretur ea. Excitauit ergo eius caliditatem innatã: et rectificaui ex dispositionibus eius multum: et ambulabat super pedes suos: et confortata est quidem virtus. Et est bona senibus multum: quoniam aperit opilationes, et confortat caliditatem innatam in eorum corporibus, et resoluit humiditates corruptas, et confortat digestionem, et cõfert ventositati, et resoluit phlegma à stomacho, et à iunćturis, et confortat, et expellit nocumentum frigoris, et prouocat vrinam.

Modus confectionis.

REcipe piperis, macropiperis, cinnamomi calidi, id est, acuti, floris squinãti, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, omnium ana aur. v. masticheś, seminis fœniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluuialis sicci, omnium ana aur. x. folii Indi, cyperi, croci, asari, casiæ ligneæ, costi dulcis, seminis apii hortulani, omnium ana aur. iij. gariofilorum, cardamomi minoris, cubæ, nucis muscatæ, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorum agni casti, zarneb, id est, rosmarini, acori, omnium ana aur. ij. terantur medicinæ, et cribellentur, et ponatur cum eis sacchari tabarzet libræ tertia: et conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato. et reponatur in brumati leni. et sumatur ex eo ab aureo j. vsque ad aureos ij. ante cibum, et post cibum.

Ad anginam emplastrum optimum.

CAP. LVII.

ISte autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, et rectificaui secundum sententiam meam, et probaui ipsum in apostematibus gutturis, et inueni ipsum mirabile, et non vidi quod velocius conferret ipso, et est ex magnis secretis. Recipe ℥. merdasengi, id est, plumbi vsti, super quod proiiciatur ex oleo sesami no, et oleo violato, quo coaguletur: posteà accipiatur mucilaginis psilii, mucilaginis seminis lini, et seminis altheæ, seminis almaru, omnium ana ℥.s. ouorum triũ, gummi amygdalarum ℥.j. infundantur in aqua coriandri die, ac nocte: déinde coletur, et proiiciatur in ea chamæmeli, meliloti, amborum ana ℥.iij. aggregentur, et percutiantur percussione bona: déinde fiat corpus vnum: et fiat ex eo emplastrum.

Ad omnes ægritudines emplastrum.

CAP. LVIII.

EMplastrum mirabile conferens omni ęgritudini fit hoc modo. Recipe olei, aceti vini, amborũ ana lib. iiij. merdasengi lib. j. et s. cechalceumenu ʒ. xx. zinjar. ʒ. xvj. colchotar, quod est attramentum album, chalcãthi, corticum æris, id est, batitura, omnium ana ʒ. xvj. decoquatur acetum, et oleum, et remoueatur ab igne, et proiiciatur in eis lithargyrum et reliquæ medicinæ: déinde reducatur ad ignem, et decoquatur, donec inspissentur, et rubeant: deinde vtatur in omnibus vulneribus, et hulceribus, et apostematibus.

Ad morsum canis rabidi. CAP. LIX.

ILlud autem, quod sanat à morsu canis rabidi, est id, quod dico tibi, et est ex medicinis nobilibus, et secretis magnis: et est medicina quam faciebat Asinius senex antiquus, qui vituperabat medicinas per eam. Et ipse quidẽ nõ vidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, et biberit eam, mori, et si non cõsequebatur ipsum in principio, quando momorderat eum canis: dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, et potabat ipsum ex ea xl. diebus integris, et emplastrum faciebat loco morsus, quod dicam post medicinam.

Modus medicinæ morsus canis rabidi.

REcipe cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes octo, thuris partem vnam, dosis eius est cochlear vnum magnum: et puluerizetur super aquam, et bibatur, et non bibatur ex ea minus ʒ.iij.

Modus emplastri.

REcipe aceti vini, kist. j. opopanacis ℥. ij. picis lib: iij. aggregetur illud, et fiat emplastrũ ex eo, et emplastretur ex eo loco morsus. est enim mirabile.

Ad strangulationem prouenientem ex fungis.

CAP. LX.

QVi autem sanat ex comestione fungorum illum, cui accidit præfocatio, dixit Galenus, ego vidi medicum de terra Alexandriæ, qui vtebatur stercore gallinæ in medicatione strangulationis eius qui comederat fũgos: v sus fui isto, et probaui ipsum quod fuit, quia exiccaui ipsum, et contriui ipsum, & dedi in potu

Galen.

ipſum in aceto, & aqua,& melle,& vino:& vomuit ſtatim humorem craſſum,& phlegmaticũ : & ſedatus eſt, & quieuit,& inuenit tranquilitatem integram, & euaſit ab accidente,quod ei acciderat.

Ad petram medicamen. CAP. LXI.

MEdicamen ad petram quod ego compoſui viro ex regibus Alexandriæ,cui euenerat lapis,& laſſi erant medicantes,donec deſperauerat de ſe ipſo.Cõpoſui igitur ei hanc medicinam , & iuuatus eſt per eã, & exiuit ab ægritudine ſua egreſſione integra. Et eius modus eſt.Recipe opii ʒ.iij.acori, danich.j.& s. pyrethri,euphorbii,caſtorii, corticis radicum capparis,ſeminis hyoſcyami,galangæ,omnium ana ʒ.j.cinnamomi, ſeminis bauciæ ſylueſtris, ſeminis apii, coſti, petroſilii, caſiæ ligneæ,menthæ,myrrhæ,chamæpityos, calaminthes fluuialis,& montanæ,gentianæ Romanæ, radicis liquiritiæ,enulæ,chamædryos,praſii,ſcolopẽdriæ,ariſtolochiæ ro. ſeminis ammeos, maſtiches, radicum lilii cæleſtis,cymini carmeni,gariofilorum , ſeminis fœniculi,ſcillæ aſſæ,ſinapis,granorum pini,aniſi,carpobalſami,ſeminis erucæ ſylueſtris, cordumeni, ſeminis rutæ ſylueſtris,ſeminis agni caſti, aniuden nigri, ana danich.j.& s.terantur omnia, & cribellentur, & leniantur cum oleo balſami,quãtitate quartæ vnius vnciæ,& conficiantur cum melle deſpumato. Doſis eius eſt *kiſt*.j.& s.vſque ad ʒ. s. déinde probaui illud poſt illud,& inueni ipſum frangere maiores lapides, & extrahere omnes eos.Quod autem dicunt omnes homines de lapide Iudaico, iam expertus ſum,& non inueni in lapide veſicæ operationem:verùm ipſe in lapide renum eſt fortis,& valde mirabilis operationis: & ipſe quidem eſt lapis valde albi coloris, in quo ſunt fila nigra , qui lapis inuenitur in Palæſtina: & modus dandi ipſum in potu , eſt vt fricetur ſuper cotem viridem , donec ex eo reſoluatur aliquid: déinde aggregetur limatura illa,& abluatur, & detur in potu cũ aqua calida.

Ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam. CAP. LXII.

DEcoctio mirabilis, quam compoſui ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & ad morpheam ſparſam,& icteritiam, & ventoſitatẽ,& humorem crudum, viro quinquagenario:cuius hæc eſt permiſtio. Recipe ſpecierum trium mirobalanorũ abſynthii,epithymi, cum ſemine ſtœchados, ſuchaa , bedeguard, floris violarum,ſeminis aniſi,ſeminis fœniculi, polypodii,turbith carnoſi,cartami,agarici, cẽtaureæ, chamæpytios , chamædryos, omnium ana ʒ.s.capilli veneris,fumi terræ,omnium ana.cabdati vnum,tamarindorum quartam libræ vnius, ſebeſten quinquaginta,iuiubas totidem,contundantur medicinæ, & infundantur in x.lib. aquæ bullientis die & nocte, & decoquantur lento igne, donec conſumantur duæ tertiæ, & confricentur digitis, & colentur cum æquali pondere de rob,& reponatur. Doſis eius eſt quarta libræ vnius, cum quarta libræ aquæ calidæ,& guttis olei ſeſami, & pondere duorum denariorum ſcammoniæ Antiochenæ. Cibus eius ſit caro ouis annualis, & potus ſit ſyrupus de melle.

Ad multam infrigidationem, & humectationem corporis, & uentoſitatem. CAP. LXIII.

ELectuarium dia trion pipereon, quod ego compoſui Fortuno, qui iam proceſſerat in ætate, & erat magni corporis humectati, multæ ventoſitatis infrigidati corporis. Cuius permiſtio. Recipe piperis nigri et albi quod eſt leuius ex eo , macropiperis, cinnamomi,zingiberis,ſeminis fœniculi,aniſi,aſari, maſtiches, A omniũ ana ℥.j.xylobalſami,carpobalſami, ſpicæ, corticum caſiæ ligneæ,amomi,omnium ana ℥.j.cardamomi minoris,ſeminis apii,ammeos, croci, gariofilorũ, coſti,maſtiches,omnium ana quarta ℥.j.terantur.et cribellentur,et conficiantur cum melle deſpumato,et ſumatur ex eo omni mane pondus ʒ.ij. cum aqua menthæ et maſtiches,et aniſi,et ſit cibus tenuis.

Ad dolorem frontis, & acetoſitatem in ſtomacho, & punctionem. CAP. LXIIII.

TRifera, quam ego compoſui Monteo, qui habebat dolores frontis, et acetoſitatem in ſtomacho,et punctionem. Vſus eſt ergo ea diebus aliquot,et ſanatus eſt ea ab ægritudine ſua. Cuius permiſtio. Recipe ſpecierum trium myrobalanorum, et emblicorum, et ſitarabegi, et eſt butyrum conditum cum melle et lacte,omnium ana aureos x. terantur, et cribellentur, et B leniantur cum oleo de amygdalis dulcibus:déinde ſumatur zingiberis,maſtiches,cinnamomi,piperis,aſari, croci, omnium ana aur.x. coſti dulcis,macropiperis, ſetaragi Indi,corticũ caſiæ ligneæ,omnium ana aur.iij. nucis muſcatæ,maceris,cardamomi,xyloaloes Indæ, cubebarum , calami aromatici,omnium ana aur.ij.penidiorum ℥.ij.terantur,cribellentur, et leniantur cum oleo balſami, et conficiantur cum melle deſpumato. Et ſumatur ex ea omni die aureus vnus.

Ad anxietatem, & humectationem. CAP. LXV.

TRifera , quam compoſui filio regis , qui erat religioſus,anxioſus,humectatus. Recipe myrobalanorum *kebulorum*,bell.emblicorum, omniũ ana quartam libræ vnius : coquantur in x.lib.aquæ,donec conſumãtur tres quartæ,et coletur,et proiiciatur illa aqua ſuper myrobalanos et bell.et emblicos , et ponatur in C ſufflatione vẽti Septentrionalis , donec bibatur aquoſitas:déinde exiccentur,et pulueriʒentur, et cribellentur,et leniantur cum oleo balſami: déinde addatur turbith gummoſi pondus ʒ.xxx. poſtquam teritur , et lenitur cum oleo de amygdalis dulcibus, maſtiches, bdelii, hoch,id eſt moraceſi,ammeos,granorũ neræ, cinnamomi,aſari, xyloaloes Indæ,ſeteragi Indi,ligni pæoniæ,omnium ana ʒ.iiij.terantur omnia, et conficiantur cum melle originali deſpumato.et ſumãtur ex eo omni die ʒ.iij.cum aqua menthæ. Eſt enim vltima ad epilepſiam,et melancholiam, et colicam, quæ eſt ileos.

Ad diabetem. CAP. LXVI.

COnqueſtus eſt mihi vir de ægritudine , quæ nominatur diabetes. Compoſui igitur ei hanc medicinã. Iuuatus eſt vſque ad hebdomadem.

Medicina ad hanc læſionem.

D REcipe ſpodii,xyloaloes vſtæ,ſandali,ſeminis portulacæ,dragaganti,gummi Arabici,turbith,berberis, ſeminis endiuiæ,boli Armeni, omnium ana ʒ.iiij. maſtiches,cinnamomi,origani,omnium ana ʒ.iij. ſacchari ℥.j.terantur, et cribellentur, et conficiantur cum geleniabin, et reponatur, et ſumantur ex ea omni mane ʒ.viij.Cibus autẽ eius, ſit aqua hordei, et robub fructuum,et emplaſtretur dorſum eius taratit trito et confecto cum aqua roſarum.

Ad retentionem menſtruorum, & dolores. CAP. LXVII.

COnqueſta eſt mihi mulier , cui ætas erat xxx. annorum de retentione menſtruorum cum doloribus,et erat æqualis cõplexionis per comparationem. Compoſui ergo ei hanc medicinam, et iuuata eſt ea citò.

Medi

Medicina ad prouocationem menstruorum.

Ecipe spicæ Indæ, & Romanæ, & corticem casiæ ligneæ, & rubiæ tinctorum, asari, anisi, omniũ ana iiij.℥.j. medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitarum, medullæ granorum faseolorum, seminis apii, rutæ, ciceris nigri, seminis endiuiæ, berberis, & eu berberis, id est, costi, omnium ana aur.j. terantur, & cribellentur, & leniantur cum melle despumato, & sumãtur ex eo ante euẽtum menstruorum octo diebus ʒ.iiij. omni die cum aqua, in qua decoquuntur cicera, aut faseoli.

Ad dolorem iuncturarum, & podagras, & uentositatem. CAP. LXVIII.

ET conquestus est mihi Afflius, qui erat ex Manchara, & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus, de doloribus iuncturarum, & ægritudine podagræ, & ventositate. Composui ergo ei hãc medicinam, quæ est mirabilis medicina ad podagrã. Recipe acori, dactyli albi recentis ʒ.j. ossium veruftorum, lentis excorticatæ, turbith, senæ, omnium ana ʒ.j. sacchari ℥.j. terantur, & cribellentur, & bibantur ex ea omni die ʒ.iij. cum aqua calida.

Ad uarices. CAP. LXIX.

ET conquestus est mihi vir prædictus nuper, de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine varicum in cruribus suis. Composui ergo ei hanc decoctionem.

Modus decoctionis ad uarices.

Ecipe epithymi Cretensis, myrobalanorum, kebulorum, amborum ana ℥.j. polypodii excorticati, succhaha, bedeguard, floris violarum, tamarindorum, absynthii Romani, squinanti, centaureæ, herbæ eupatorii, omnium ana ℥.s. passularum enucleatarum quartam libræ vnius: contundantur, & decoquantur cũ tribus libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ: & con fricentur manibus, & colentur, & bibatur ex ea tertia libræ cum ℥.j. olei amygdalini amari in omni die tertio: & fiat emplastrum super crura cum emplastro de adipibus.

Emplastrum de adipibus, cuius iste est modus.

Ecipe adipis agni, adipis porci, adipis vrsi, vituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, vulturis, ana omnium ℥.j. olei sesami, olei de kerua, olei lentiscini, medullæ cruris vaccini, olei amygdalarum amararum, ceræ albæ, omnium ana ℥.s. ceræ rubræ, butyri vaccini, amborum ana lib. vnam: liquefiat, & coletur, & administretur.

Ad hæmorrhoidas. CAP. LXX.

ET cõquestus est mihi vir, qui mecũ conuersabatur, & erat multi ieiunii, sicci corporis, super quẽ vicissim eueniebant hæmorrhoides, quæ erant in interioribus eius, & ipsius exterioribus: & illud erat propter multitudinem ciborum suorum frigidorum, sicut est farina hordei, & comestio lentis: & acciderat ei cum illo tremor vehemens. Composui ergo ei hanc medicinam, & euasit ab ægritudine sua vsque ad decem dies.

Confectio ad hæmorrhoidas.

Ecipe myrobalanorum, kebulorum, citri. bell. femblegi, omnium ana ʒ.j. terantur, & cribellẽtur cum ij.℥. olei amygdalarum dulcium, donec proiiciant ipsum: déinde adiungatur ei bdelii Indi quarta lib.j. foliorũ rosarum, spodii, granorum myrti torrefactorũ, scoriæ ferri infusæ scilicet in aceto, karabæ, mastiches, xyloaloes, neruik, abrengi, plumbi vsti cum sulfure, omnium ana drach. iiij. terantur cum rob coagulato, & sumãtur ex eo omni die ʒ.vj. cũ aqua calida: & vtatur hoc emplastro.

Modus emplastri ad hæmorrhoidas.

A Ecipe plumbi vsti cum sulphure, & cerusa, lithargyri, cineris vitis, cineris corticum, nergil, balaustiorum, omnium ana ʒ.j. ceræ albæ, olei sesami, butyri, omnium ana quartam libræ vnius, adipis porci ℥.ij. medullæ cruris vaccini ℥. liquentur, & colentur, dum calent in mortario de plumbo nigro, & fit manica eius ex ipso: & siccentur in sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo virtutem. Emplastrum autem de adipibus nuper prædictum, est magnorum iuuamentorum ad ventositatem gibbositatis, & doloribus iuncturarũ. & ægritudinibus earum: & ad ventositates, & ad spasmum, qui nominatur tortura, & ad omnem spasmũ in neruis, & ad paralyticos siccorum corporum. Et similiter hoc emplastrum, in quo diximus plumbum

B confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus neruorum, & hulceribus melãcholicis, & administratur in ægritudinibus multis, quando medicus est prudens.

Ad cogitationem, & timorem. CAP. LXXI.

DEscriptio electuarii dia pepereon, quod composui viro ex regibus, qui erat Caron, & erat septuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio, & timor. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea plus aliis medicinis. Cuius permistio. Recipe piperis albi, & nigri, macropiperis, neremisk, galãgæ, zingiberis, spicæ Indæ & Romanæ, keisim, amomi, carpobalsami, xylobalsami, corticũ casiæ ligneæ, mastiches, xyloaloes, gariofilorum, asari, cinnamomi, keffati abrengi, corticum citri siccorum, omnium ana ℥.j. been al

C bi & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicum liquiritiæ, margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, sandaracæ, croci, nucis muscatæ, aristolochiæ longæ, seminis portulacæ, seminis apii, coriandri, setæ crudę incisæ, omnium ana ℥.j. & s. maceris, fausel, galliæ, omnium ana iiij.℥. vnius, musci ʒ.ij. terantur, & cribellentur, & leniantur cum duabus ℥. olei amygdalarum, & conficiantur cum melle de fauis, postquam aufertur spuma eius, & sumãtur ex eo omni die ℥.ij. hoc enim stat loco confectionum magnarum, cùm medicinæ speciales sint velocioris iuuaméti aliis medicinis, propter susceptionem à natura.

Ad torturam, inclinationem, & spasmum in facie. CAP. LXXII.

ET composui hanc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & spasmus in facie sua, à casu virtutis mouentis lacertos, exeuntis à ventricu lis cerebri.

D *Medicina ad spasmum, & inclinationem faciei.*

Ecipe calaminthes rotundæ, cinnamomi, zedoariæ, gariofilorum, omnium ana aur.j. sandalorum, xyloaloes, amborum ana ʒ.j. musci ʒ.s. terantur, & cribellentur, & liniantur oleo balsami, & conficiantur cũ melle despumato, & bibatur ex eo omni mane quarta ʒ.j. vsq; ad ʒ. vnam cum syrupo de calaminthe, cum quo sigillatur liber iste. Iuuatus est ergo ea vsque ad hebdomadam.

Odoramentum conferens spasmo, & torturæ.

ODoramentum quod est caputpurgium, spasmo cõferens, & inclinationi, quæ dicitur ventositas torturæ: & ipsum confert statim.

Caputpurgium ad torturam.

Ecipe castorii, doronici, been albi & rubri, cõdisi, opopanacis, abrengi, spicæ, baurach, omniũ ana

partem vnam: terantur, & eribellentur, & aromatizentur cum musco, & fit sternutatio cum ipso.

Syrupus acetosus, quo conseruatur sanitas corporis.
CAP. LXXIII.

SYrupus acetosus purus, quo conseruatur sanitas. Recipe aceti albi libras x. mellis despumati lib. x. rob lib. x. decoquantur omnia donec fiat eis spissitudo mellis. hoc est enim vltimum.

Syrupus de calaminthe, cuius descriptionẽ conditionauimus in fine libri, qui est iuuatiuus spasmo, & aliis pluribus. CAP. LXXIIII.

SYrupus de calaminthe, cuius descriptionem conditionauimus in fine libri: qui est iuuatiuus spasmo accidenti pueris, & decrepitis, & mediis, & hydropicis, & asthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægritudinibus phlegmaticis, & melancholicis: & est gloriosioris quantitatis medicinis omnibus in hoc modo. Cuius permistio. Recipe calaminthes fluuialis, calaminthes montanæ, venarum radicis liquiritiæ, radicis squinan-
A ti, radicis endiuiæ, radicis scariolæ, radicis lilii cælestis, polii, centaureæ, omnium ana iiij. lib. vnius: contũdantur, & decoquantur cum viginti libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia: & fricetur manibus, & coletur: & sumatur pannus lenis, & ponatur in eo spicæ Indæ & Romanæ, & rauedseni, croci, mastiches, squinanti, gariofilorum electorum, nucis muscatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium ana aur. j. terantur, & ponantur in panno præparato ad modum bursæ, & ligentur ligamento mollificato, & decoquãtur cum eo quod clarificatur ex aqua: & sit sicut aqua mellis despumati: & sit medietas eius de rob. & decoquatur donec fiat spissitudo: & coletur, & reponatur, & administretur quando necesse fuerit ad omne, quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Isaac. Istud est, quod inuenimus ex libro religiosorum Galeni: & est religiosioris benedictionis, quàm libri eius alii, & iuuamenti. Quòd si acciderit alius liber ab ipso, transferã ipsum.

CLAVDIO GALENO

Attributus Liber De Medicinis expertis, cui titulus est, Medicinalis experimentatio.

ARGVMENTA CAPITVM Libri Sequentis.

Proœmium. De variis Empiricis, quorum alii alia mira
B *experimenta habuerint: & quòd incerta. periculosáque sint absque arte, & methodo. Et quòd non remedia ea, quæ in vulgari vsu sunt, sed secretiora tamen hic commemoraturus sit. Cap. 1. Astoronis cuiusdã experimenta. 2. Medicinæ quas accepit ab aduena Aegyptiaco. 3. Medicamen acceptum à sene quodam: & alia duo à quodam Empirico. 4. Agargei medicamenta. 5. Ad fluxum ventris tres compositiones. 6. Remedia quædam ab Acastro accepta. 7. Medicinæ breues, quibus vtebatur Casion Arenenus. 8. De medicinis Catilinæ medici Lithois regis. 9. De medicinis Socionis maximi Græcorum medicorũ. 10. Azariconis philosophi experimenta 4. 11. Gereonis experimenta vndecim. 12. Experimenta tria Betarnem Siciliæ. 13. De medicinis Achaasos experimentationis Athenarũ, triginta simplicibus, & tribus cõpositis. 14. Experimenta quinque Audrezeos philosophi. 15. Alia quædã experimenta diuersorum. 16. Zenonis Atheniensis remedia viginti. 17. Remedia aliquot, quæ author ipse multoties expertus est. 18. Epilogus medicamenta cum cibis exhibenda es-*
C *se: uel alioqui commista cum ys, quæ odorem, saporémque cõmendant. De euacuatione breues sententiæ generales.*

PROOEMIVM.

IGNIS, qui de cælo descẽdit super altare, cõbussit libros regis, & cũ his cõbussit plurimos libros medicorum. Mihi autem cõbussit plurimos libros, quorũ quidã erant cõpleti, & quidã, quos incœperã cõponere: & non doleo de illis libris quantũ de quibusdã experimentis medicinæ, quæ erant ibi, quæ acquisiueram à quibusdam bonis viris experimẽtatoribus: & fortè pro vno experimento acquisito dabam multa bona experimenta, & fortè dabã pecuniam. Et scio vnũ, qui curabat lapidem in vesica
B perfecta curatione, & hoc in multis hominibus: & lucrabatur infinitã pecuniam per hoc: & solummodo per hanc medicinã acquisiuerat sibi nomẽ optimi philosophi. Et scio alium, qui curabat ficũ in ano perfectè, & lucrabatur infinitã pecuniã, & aliquẽ docere nolebat. Et scio alium, qui curabat morsum rabidi canis perfectè, & alii medici vocabant Bezar, id est, à morte liberãtem. Et fortè medicus ex istis medicinis poterit cõgregare multa. Et bonus medicus ex Græcis, quãdo sciuit aliquẽ hominẽ scire aliquod experimentũ, tribuit illi magnã pecuniã vt ab eo doceretur. Et Thamar de regione Aethiopia, qui fuit ex bonis experimẽtatoribus, habebat bona experimẽta experta, quæ sic custodiebat, quòd nullus in tempore vitæ suæ potuit ea habere: & postquã mortuus fuit, peruenerũt illæ medicinæ in manu Satyriorũ, qui per ea, mirabilia faciebãt: & exaltauit eis nomẽ inter medicos. Et nos non laudamus ho-
C minẽ ignorantem artem vt habeat has, quoniã vellet prodesse fortè, & nocebit. Et propter hoc oportet hominẽ scire cõplexiones, causas, et accidentia, vt cognoscat ægritudines, et earũ accidentia: quoniã qui ignorat hæc, nõ est securus quin noceat plurimũ, et pro maiore parte. Et si alíquãdo proderit etiã, hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina, cõposita ex magna scientia experti viri, aut ad fluxũ ventris, aut colicam passionẽ, aut ad sedandum dolores, aut ad alias ægritudines: et quoniã vtetur illa medicina non in suo tẽpore, nec in suo loco, ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur quòd aliquis patiatur fluxũ ventris iãdudũ, donec corpus extenuetur, aut ex humore, qui alterat cibum, aut ex frigore interiorũ membrorũ, ita quòd non attrahãt cibũ, aut ex debilitate cysteos fellis in attra-

hend

hendo choleram,ita quòd cholera impelliturad inte-ſtina,& facit fluxum,aut ex apoſtemate duro, ex gene-re apoſtematũ melancholicorũ, in concauitate hepa-tis,ita quòd cibus nõ poteſt peruenire ad ipſum,ſed ad inteſtinũ facit fluxum vẽtris,videretur tibi quòd cura ſit eadẽ,tamen non eſt. Ego autem dico,quòd medici-na experta laudata, quãdo vſurpata fuerit vbi nõ con-uenit,cum eo quòd non prodeſt,etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altariũ,qui curant cum cibis ſa crificiorũ:quoniã error velociter corrigitur. Error autẽ medicinæ,fortè ducit ad mortẽ:quare oportet vt medicus cõſideret cõplexiones, & curationes conſide ratione perfecta. Et ego cõpoſui hunc librum ex me-dicinis expertis,quas ego probaui, &acquiſiui ex bo-nis medicis,& magnę ſolicitudinis. Et nõ ponã in hoc libro id quod notum eſtiam medicis,ſicut hieræ,opia-tæ,& tyriaca, & aliæ medicinæ,quæ ſunt notæ omni-bus hominibus,& nõ ponã in eo niſi medicinas,quas fe rè omnes ignorant. Hunc etiam librum fecimus vnius tractatus. Et ſi accidat poſteà quòd experiar aliquas medicinas,ſcribam eas. Prima compoſitio ex eis eſt medicina, quã accepi ab Aſtorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereſte:& curabat cum ipſa febres antiquas,et valet ad cõplexionem corruptã, & aperit venas,& prouocat vrinã,& adiuuat digeſtionẽ. Cuius hæc eſt cõfectio. Recipe cinnamomi ℥.j. ſpicæ nardi ℥. ij.xyloaloes ℥.j.& s.maſtiches ℥.j.aniſi ℥.ij.ſpatanæ, ga rioſilorũ,ana ℥.s. Conficiantur cum melle optimo,& accipe ex eo quãtum auellana vna,cum aqua calida: & qui eſt frigidæ cõplexionis,& habet oppilationes, cum aqua fœniculi,& aniſi. Et iſte Aſtoron,quando aliquis patiebatur dolorẽ acutũ,coquebat chamæmelũ, & da-bat aquã ad bibendum,et curabatur: et nos experti ſu-mus multoties,et inuenimus eſſe verum: et experti fui-mus medicinã primã ſæpe,et nõ feſellit ex eis, quæ no minata ſunt in laude. Et teſtificatur hoc ratio ex com-poſitione eius:quoniam cinnamomũ contra operatur putrefactioni. Illi autem eſt bonus odor:quare cõfert mẽbris interioribus,et ſubtiliat:et ſpica nardi habet bo num odorẽ,et ſtypticitatem, et operatio eius eſt quaſi propinqua operationi cinnamomi: ſed cinnamomum eſt ſubtilius. Lignum aloes cum eo quòd valet ad hoc quod valet cinnamomũ, eſt vtiliſſimum ad frigiditatẽ ſtomachi,purgans id,quod eſt in humiditatibus per mi rabilem eius proprietatẽ:et maſtiche dolorẽ ſedat in ſtomacho, et digerit humiditatẽ : aniſum prouocat v-rinã,et aperit oppilationẽ.eſt enim valde ſubtile,et li-quefacit ſuperfluitates,et facit dolores quieſcere. Spa-tana aperit oppilationes, et valet ſpleni vtilitate ma-gna. Gariofili deſiccãt humiditates extraneas, et con-fortant membra interiora. Et dabat ad potandum a-quam,in qua decocta fuerat radix iridis,patiẽtibus op-pilationem craſſam,et prima hora curabantur. Et ego dico quòd decoctio abſynthii, et centaureæ minoris faciunt hæc:ſed radix iridis fortiùs operatur.

11 Alia medicina, quam accepi ab aduena Aegy-ptiaco,qua curabat oppilationes antiquas,et febres, et aſthma antiquũ,et nõ eſt ei ſimilis, et iſte aduena acce-perat ab vno medicorũ altarium. Cuius hæc eſt confe-ctio. Recipe radicis iridis,ariſtolochiæ longæ,et rotũ-dæ,ſucci marrubii,ana ℥.iiij. ſucci gaſit,myrrhæ, cha-mædryos,et camphoræ,ana ℥.j. ſpicæ nardi, ſpatanæ, ana ℥.ij.grana balſami,ligni aloes, ana ℥. ij.et s. pulue-rizentur,et cõficiantur cum ſyrupo mellis,qui ſit ſecũ-dum hunc modum. Recipe gariofilorum, cinnamomi, cardamomi, myrrhæ, ana ℥.j.et s.liga has medicinas in panno raro,et pone in j.lib.aquæ die ac nocte, déinde

A cola, et colaturæ admiſce libram j.mellis boni, et co-que ſuper prunas ſine fumo, et flamma, coque donec fiat ſyrupus : poſteà confice cum oleo alias medicinas, & ſerua:& da ex eo in ægritudinibus, quas diximus,in modum auellanæ,vel caſtaneæ. Hoc electuarium eſt de melioribus medicinis,quas vidimus. Et vidi hunc me-dicum curare multas ægritudines per medicinas ſim-plices:& ex eis,quas dabat,eſt drãch. j.ariſtolochiæ ro tundæ aſthmatico:& dabat decoctionem epithymi epi-leptico ex melancholia : & accipiebat ℥.j.ex eo, & po-nebat in aqua calida per noctem : manè colabat, & ap-ponebat à ſexta parte ℥. ſcammoniæ, vſque ad octauam partem drach. Nos aliquando addimus agarici drach. j. & dabat ad bibendum decoctionẽ agarici contra do-lorem capitis:& dabat Ammoniacum contra dolorem iuncturarum ex humore craſſo:& ſæpe curabat taliter.

B Ego autẽ ſemper ſoleo dare de ſucco marrubii,& ſtœ chados,miſtis cum aqua, in qua decoctum fuerit mar-rubium viride,& chamædryos:& dabam aſthmatico:& ex eo ſanaui multos. Aliud medicamen, quod accepi ab aduena,cui non eſt ſimile. Valet epilepticis,& anhe loſis,& tuſſientibus:& eſt expertiſſimum ad epilepſiã. Recipe hyſſopi ſicci,ireos,myrrhæ, piperis nigri & lõ gi,cardamomi,ſed in loco eius ponitur naſturtii,& car ui,ana ℥.ij. ſpicæ nardi,coſti, ammeos, ana ℥.j. confice cum aqua,in qua decoctum ſit ſquinantum : & ſi volue ris quòd purget,cum melle confice:& da ex eo tantum à drach. j.vſq; ad iij.& vltimum eſt ad hoc. Et dicamus decoctiones,quas probauimus, & lucrati ſumus ab iſto medico. Decoctio ſquinãti,& granorum balſami,quã-do biberit ex ea epilepticus,& qui habet humores craſ ſos,quotidie,confert ei. Aqua,in qua decocta eſt aſſa,

C quando biberit triſtans curabitur. Decoctio agarici, quam ſi quis biberit, qui habet dolorem antiquum ca-pitis,ſanabitur. Decoctio carui,& ſeminis apii,prouo-cat vrinam, & menſtrua fortiter, & ſubtiliat humores craſſos. Decoctio centaureæ curat iſchiadam. Deco-ctio corticis fiſtici confortat ſtomachũ, & mundificat canales pulmonis,& hepatis. Decoctio aſari prouocat vrinam,& mẽſtrua fortiter. Decoctio maſtiches cõfor-tat ſtomachum debilem valde. Iſtas ergo decoctiones accepimus ab aduena Aegyptio expertas. Probaui-mus eas,& inuenimus eſſe veras.

111 Medicamen,quod accepi à quodam ſene,cu-rat ſplenem durum. Et ſi poſitum fuerit ſuper ſcrophu las,diſſoluit:& eſt ſublime valde. Recipe Ammoniaci drach. iiij.diſſoluatur in ſucco chamæmeli, aut in ſuc-co anethi, aut in decoctione floris chamæmeli, & mi-ſce cum eodem radices capparis. Conficiantur,& da

D ad bibendum drach.ij.cum decoctione carui. Medica-men expertum, quod habui, & accepi à quodam viro experimentatore,valens ad ſplenem. Recipe ſcolopen-driæ,grana balſami,grana tamariſci, rubiæ ana drach. ij.confice cum melle:& dentur ex eo ℥.iij.& poſteà bi-bat acetum,in quo cocta fuit ſpatana,id eſt, acorus: ita quòd de ſpatana drach.ij.mittantur in octo drach. ace ti:& coque vſq; ad iiij.drach. Medicamen, quod acce-pi ab eo etiam,& valet ſtomacho frigido: prouocat v-rinã,aperit oppilationes:& eſt minùs forte. Recipe cin namomi drach. j.folii,corticis fiſtici, cardamomi, ab-ſynthii,agarici,ſquinanti,granorũ balſami, ana drach. ij.ſucci ſtœchados,ſeminis fœniculi,aniſi,aſari ana dra chmas iiij.myrrhę,ariſtolochiæ rotundę,radicis iridis, maſtiches,ana drach. j. cõfice cum melle bono, & ſu-me drach.ij.cum aqua, in qua decoctum ſit aſarum, &

Galen. Tom. IIII. O 4

semen fœniculi.

IIII Aliud medicamen, quod recepi ab Agargeo, confortat membra frigida, & valet spasmo, & mortificationi membrorum, & generaliter omnibus passionibus cerebri frigidis, & neruorum. Recipe agarici, Ammoniaci, succi stœchados, piperis trium generũ, squinanti, carui, ana ℥.ij. castorii, asari, scillæ assatæ ana ℥.j. radicis iridis, & mastiches, & seminis apii ana ℥.s. spatanæ, scordium, zingiberis ana ℥.j. & s. confice cũ melle bono, & sumat ex eo drach.ij. cum aqua calida. Et iste Agargeus fuit de sapientibus, qui fuerint tempore suo: & erat qui habebat vnam medicinam, quam neminem docere volebat: dabat enim eam habentibus fortem dolorem: & statim prouocabat vrinam, & ventositatem expellebat, ita quòd mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc est: Recipe iridis, chamædryos, seminis fœniculi, anisi, apii, asari, ana ℥.ij. cinnamomi, zingiberis, carui, florum chamæmeli, ana drach.j. succi stœchados, gentianæ, marrubii, ana ℥.ij. puluerizentur, & conficiantur cum decoctione asari, squinanti, seminis fœniculi: fac pilulas drach.j. & da cum aqua, in qua decoquitur flos chamæmeli. Hæc etiam medicina est fortis valde, & non est ei similis in prouocando vrinam, & subtiliando humores, & aperit oppilationes, & stomachum frigidum temperat, & confortat. Aliud medicamen, quod accepi ab eo, & valet ad febres compositas, & digerit humores crudos. Recipe seminis apii, seminis fœniculi, radicis iridis, aristolochiæ longæ, & rotundæ, foliorũ chamæpityos, meu, phu, ana, confice cum oxymelite scillæ: & sumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur semen apii. Aliud ad febres compositas, & chronicas expertum, & iam probaui multoties. Recipe assæ fœtidæ bonæ, piperis nigri, & longi, & seminis apii, anisi, fœniculi, pulue-rizentur, & conficiantur cum vino antiquo: & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. Aliud expertum prouocans vrinam. Recipe asari, seminis fœniculi, rubiæ, costi, ana drach.j. satureiæ, hyssopi sicci, ana drachmas ij. puluerizentur, & formentur pilulæ: & detur ex eis ℥.j. cum aqua decoctionis fœniculi, & anisi.

Aliud ad puncturas scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, scorodon, centaureæ minoris, ana drach.ij. seminis rutæ, castorii, ana ℥.iiij. puluerizentur, & conficiantur cum vino antiquo. Experimentum probatũ, quod laxat humores viscosos, & est optimum contra ischiadem: & est de experimentis Irini Romani. Recipe satureiæ, mastiches, radicis ireos, succi stœchados, zurũgem, ana ℥.j. agarici, turbith, ana ℥.iiij. conficiantur cũ succo fœniculi, fac pilulas & da secundum virtutem patientis.

V Aliud constipans naturam aroſtrocamet, valens ad fluxum ventris, quando fit ex debilitate virtutis retentiuæ: confortat intestina, & membra interiora. Recipe ro.pul. granorum myrtæ, sumac, luti Armenici, ana: conficiantur cum succo plantaginis, & fac pilulas drach.ij. & da cum aqua decoctionis granorum myrtæ. Aliud valens ad fluxum ex debilitate hepatis, & est expertum. Recipe ligni aloes, rosarum, spicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana ℥.ij. laccæ, rhu barbari, gario fil. ana ℥.s. conficiantur cum aqua decoctionis rosarũ, & da ℥.ij. Aliud, & est ad fluxum prouenientem ex causa frigiditatis membrorum, & iste modus fluxus quando accidit, vix separatur: & ista medicina est nimis vtilis ad hoc. Recipe cinnamomi, ligni aloes, gariofilorũ, anisi, carui, chamædryos, aristolochiæ rotundæ, spatanæ, ana ℥.j. puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis ligni aloes.

A VI Medicamen illud, quod accepi ab Acostror, qui fuit socius Astrocani: & vocabat ipsum electuariũ ligni aloes, & non est ei simile, & iam probaui eum sæpe, & valet ad debilitatem membrorum interiorum, & ad fluxum hepatis, & aperit canales, & subtiliat humores, & confortat hepar valde. Recipe rhu barbari, laccæ, spicæ nardi, asari, chamæpytios, galangæ, gariofilorum, anisi, ana drach, iiij. rosarum, maioranæ, mastiches, granorum balsami, phu, meu, ana drach. j. squinanti drach.j. & s. ligni aloes, chamædryos, succi stœchados, ana drach.j. conficiantur cum aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ nardi: posteà misce mel quod sufficit, & malaxa: & sume ex eo drachmas ij. vel iij. cũ aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ nardi. Et hæc medicina est de nobilioribus medicinis ad ea, quæ diximus: quoniam prouocat vrinam, & confortat mem-

B brum, & aperit canales, & valet ad lapidem. Et iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei, qui patiebatur dolorem fortem ex frigida causa: & ponebat patientem in balneo eiusdem herbæ, & dabat decoctionem vtriusque aristolochię asthmatico, & ad prouocationem menstruorum: & dabat saccharum ros. habentibus flammam in stomacho.

VII Medicinæ breues, quibus vtebatur Caseon, qui erat ex Armenia anteriori: & fuerunt expertæ, & bonæ inuentæ sunt. Medicamen valens ad morsum scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, galbani, conficiantur cum decoctione scordii, & aristolochiæ rotundæ, & accipe ex eo auellanam cum aqua calida. Medicamẽ valens asthmaticis. Recipe marrubii, aristolochię ana drach.ij. laccæ drach.iij. conficiantur cũ melle, & da drach.iij. Aliud subtilians humores: & valet

C contra putrefactionem. Recipe spicæ nardi, cinnamomi, gariofilorum aristolochiæ longæ. Conficiantur cum vino odorifero, aut cum aqua decoctionis aristolochiæ rotundæ, & gasit. Aliud valens ad hepar, & canales eius: & extenuat pingues homines. Recipe aristolochiæ rotundę, laccæ, rhu barbari, spicæ nardi, ana drachm.iij. conficiantur cum melle: & da drachmas iij.

Medicamen prouocans vrinam fortiter, & est valde bonum contra febres, phlegmaticas & melancholicas. Recipe casiæ, laccæ, anisi, apii, ana. conficiantur cum melle, & da drachmas iiij. cum aqua calida, in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissoluens naturam citò, & dissoluens ventositates. Recipe mastiches, anisi, zingiberis, ana drachmam j. turbith drach. iij. puluerizentur, & conficiantur cum melle bono, &

D da drachmas.ij. Aliud huiusmodi expertum. Recipe turbith, agarici, ana drach.j. mastiches, anisi, ana drachmam j. & s. conficiantur cum melle, & da drach. iij. Aliud purgans choleram, & datur in qualibet hora, & dissoluit citò: accipe scammoniæ drach.ij. mitte in coctano, & assa sub cinere calido: posteà extrahe, & mitte cum scammonia in cydonio drach.j. mastiches, posteà pinse, & fac trochiscos à drach.j. vsq; ad iij. & da j. Istæ ergo sunt medicinæ confectæ, & sunt valde bonæ, & expertæ.

De medicinis Catilinæ.

CAP. VIII.

MEdicinæ Catilinæ, qui fuit medicus Lithois regis. Medicamẽ expertũ valens hydropi dissoluẽs ventositates crassas, & confortans stomachum debilẽ: & est

& est sicut bezahar ad has ægritudines, quas diximus.

Recipe anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni aloes, gariofilorum, agarici ana drach. iij. carui, hermel, fœniculi, ana drachmas duas, aristolochiæ longæ & rotundæ, centaureæ minoris, satureiæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana drachmas quatuor, mastiches 10. ana drachmas octo, rhu barbari, gentianæ ana drach. quinque, squinanti, myrtæ siccæ, ana drach. vj. conficiantur cum melle bono, & sume drachmas duas, vsque ad iij. cum aqua decoctionis carui, & aristolochiæ: & hæc medicina est nobilis ad ea, quæ diximus, & eius compositio hoc ostendit. Electuarium expertum valens febribus antiquis, & ventositatibus crassis, & purgat vrinam. Recipe floris, chamæmeli, anisi, laccæ, aristolochiæ rotundæ ana drach. iiij. mastiches, drachmam vnam, rosarum drach. ij. rubiæ drach. j. conficiantur cũ melle, & vtere. Aliud. Recipe floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana conficiantur cum melle. & sume ex ea drach. duas, cum aqua decoctionis anisi. Aliud prouocans vrinam. Recipe asari, rubiæ, seminis cucumeris, & cymini, seminis apii, ana. conficiantur cum syrupo facto ex marrubio, & melle. Medicamen expertum valde hydropi, dissoluit enim inflationem. Recipe iridis, aristolochiæ, agarici, ana conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpobalsamo, & melle, & sumat drach. ij. cum decoctione fœniculi. Aliud prouocans vrinam. Recipe amygdalarum dulcium, seminis cucumeris, asari, aristolochiæ longe, ana drach. j. conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ: & detur cum aqua decoctionis fœniculi, & apii. Aliud ad hydropem, et asthma. Recipe iridis, succi marrubii, aristolochiæ, longæ & rotundæ, laccæ ana. conficiantur cum decoctione iridis: & detur cum aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud prouocans vrinam. Accipe saliuncæ, seminis cucumeris, laccæ rubræ, ana: confice cum melle, & dentur ex eo drach. iij. Aliud confortans hepar confortatione magna: & valet complexioni frigidæ, & humidæ. & est mirabile. Recipe rhu barbari, laccæ, gariofilorum, ligni aloes, rosarum, rubię, ana. cõficiantur cum aqua decoctionis corticis fistici, & gafit: & dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis aristolochiæ, rosarum & gafit. Aliud expertum ad splenem. Recipe scolopendræ, Ammoniaci, radicis capparis, ana: confice cũ melle, & aceto: & dentur ex eo drachmæ tres cum decoctione aristolochiæ rotundæ. Aliud valens contra lapides. Recipe sanguinis hirci sicci, lapidis Iudaici, saliuncæ, lapidis, qui inuenitur in cysti fellis vaccæ, asari, amygdalarum amararum, seminis cucumeris, bdelii, costi, ana. conficiantur cum aqua, & melle; in quibus sunt decocta rubia, & costum: & dentur drachmæ duæ cum aqua decoctionis asari, & floris chamæmeli. Aliud expertum contra lapidem renum. Recipe sanguinis hirci sicci, lapidis citrini, qui inuenitur in cysti fellis vaccæ, fœniculi, saliuncę, amygdalarum amararum, ana: confice cum vino antiquo, vel aqua decoctionis radicum apii, & fœniculi: forma trochiscos vnius drachmæ. Et da vnam cum syrupo de saliunca.

IX. Medicinæ Socionis. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plurima in fine nobilitatis, quæ nos acquisiuimus à discipulis eius, scilicet Teranoz, & Hargemez, & Harcoz: medicamen magnæ nobilitatis, & vtilitatis, laxans, & dissoluens crassas ventositates, & non est ei simile, quod etiam iam probauimus. Accipe agarici drach. tres, ellebori nigri drachmas duas, et semis, mastiches drachmas decem, folii, ligni aloes, asari, radicis iridis,
A turbith, squinanti ana drach. ij. anisi, carui, fœniculi, Ammoniaci, ana drachmam vnam scillæ assatæ drach. quatuor, rosarum drach. sex, scammoniæ drach. vnam, confice cum melle bono, et da de eo quasi auellanæ pondus. Decoctio purgans matrices mulierum, dissoluens ventositates, et prouocans menstrua. Recipe florum ammeos, harmel, asari, florum chamæmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinanti, chamæpityos, chamædryos, anisi, rubiæ, ana. drachmas decem, coquantur in iij. lib. aquæ donec remaneat libra vna: deinde amoueatur ab igne, et dissoluatur in eadem aqua calida drachma vna Ammoniaci, et detur de eo, quoniam est mirabile. Decoctio valens nimis in declinatione febris quotidianæ. Recipe gentianæ, radicis apii, radicis fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, asari, rosarum, spicæ nardi, ana drach. j. ponantur in caldario
B cum tribus libris aquæ, et coquantur super ignem leuem sine fumo, et flamma, donec remaneat lib. j. et soluatur in ea calida drach. j. laccæ, et vtatur. Aliud prouocans vrinam citó. Recipe phu, rubiæ: terantur, et dentur ex eis drach. ij. et s. cum aqua decoctionis hyssopi, et satureię calida. Aliud dissoluens omnes durities: curat et duritiem splenis, et scrophulas. Recipe dragaganti, floris chamæmeli, et picis liquidæ, Ammoniaci, medullæ cruris vituli, galbani, ana. conterantur, et dissoluatur Ammoniacum in aceto antiquo: liquefiat medulla, et pix, et conficiantur pulueres, et misceantur, et super locum ponantur. Aliud huiusmodi. Accipe foliorum capparis, Ammoniaci, galbani, capillorum veneris, floris chamæmeli, medullę cruris ceruini, ana: conficiantur, et ponantur super locum durum. Aliud, quod citò laxat et dissoluit inflationẽ, et
C prouocat vrinã, et valet hydropicis. Recipe turbith, agarici, fœniculi, anisi, ana drachmam vnam, scammoniæ octauam partem drachmæ vnius, radicis iridis, laccę, spinæ Romanę, rubię, phu, ana drachmam vnam, et s. conficiantur cum syrupo facto cum melle, hyssopo, origano, et satureia, et vtatur. Aliud valde bonum, subtilians humores, bonum contra asthma, et laxat humorem viscosum. Recipe aristolochiæ rotundę, rhu barbari, succi marrubii, laccę, turbith, ana drachmam vnam, mastiches drachmas duas, agarici drachmam vnam: conficiantur cum syrupo facto ex melle, et marrubio, et vtatur. Aliud valde bonum, et dicitur electuarium iridis: et est multarum vtilitatum, et est valde mirabile contra hydropem, et contra debilitatem hepatis, et prouocat vrinam, et menstrua, et laxat humo-
D res diuersos. Recipe aristolochię rotundę, laccę, squinan. marrubii, ana drachmas tres, ligni aloes, rosarum ana drachmas quatuor, agarici drachmas octo, radicis iridis vnciam vnam, conficiantur cum bono melle, et detur secundum virtutem cum aqua decoctionis spatanę, et satureię. Aliud electuarium, et dicitur electuarium rhu barbari, et confortat hepar, et est nimis expertum, et nos iam probauimus ipsum sępé. Recipe Aristolochię rotundæ, ligni aloes, laccæ, spicæ nardi, folii, rosarum, ana drachmas decem, rhu barbari drachmas viginti, conficiantur cum syrupo facto ex melle, et detur ex eo quasi auellana cum aqua calida decoctionis folii et gariofilorum. Est enim optimum in confortatione hepatis, et omnium membrorum interiorum. Aliud electuarium aristolochiæ ad remouendum typum in febribus chronicis. Recipe assæ fœtidæ, zingiberis, folii, chamæmeli, piperis nigri et longi, centaureæ, harmel, ana drachmam vnã aristolo-

chię rotundę, ad pondus omnium. Conficiantur cum ſyrupo facto ex melle,et ariſtolochia, et vtatur ſecundum virtutem patientis à drach.j.vſque ad drach.ij.

Aliud diſſoluens ventoſitates. Recipe aſſę fœtidę, rutę,ſatureię,caſtorii,ana drach.ij. aniſi, fœniculi, ana drach. j. conficiantur cum melle, et vtatur cum vino puro. Aliud diſſoluens ventoſitates, et prouocans vrinam fortiter,et menſtrua. Accipe aniſi,laccę,ariſtolochię rotundę,rubię,gentianę,meu,phu,ſpicę nardi,coſti:cõficiantur cum melle,et dentur ex eo drach. iij. cum aqua calida decoctionis fœniculi.

De medicinis Azariconis philoſophi.

CAP. X.

MEdicinę Azariconis. Iſte vir quanuis non habuerit nomen inter medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimium expertas. Primum medicamen valet ad febres chronicas,quę fiunt ex humore craſſo,et aufert typum, et ſoluit ventoſitates, et laxat humorem viſcoſum, et valet paralyſi. Recipe iridis drach. x.piperis nigri,et longi,et albi,aſſę fœtidę, ſcordii, caſtorii, folii, ſeminis rutę,aſari, Ammoniaci, galbani,ſatureię,ſanguinis anſeris ſicci,ſagapeni, xylobalſami,carpobalſami,ana drach.s.ſpicę nardi,croci,ana drach.iij. chamæpityos, chamædryos, ammeos,menthæ,maioranę,foliorum rubi agreſtis,carui, gariofilorũ,ligni aloes,cinnamomi,aniſi,ana drach.iij.turbith, ad pondus omnium,agarici drach. x.terantur, & confice cum ſyrupo facto ex melle,& detur ex eo drach.j. & s.cum aqua calida decoctionis gentianæ, & aſari. Iſtud enim medicamen eſt valde expertum contra infirmitates frigidas iunc̃turarum,& aſthma,& dolores frigidos, & diſſoluit ventoſitates, & ſæpe probauimus ipſum. Medicamen confortans membra interiora, & eſt valde bonum ad fluxum chronicum, & confortat ſtomachum, & aufert vomitum. Recipe nucum cypreſsi,ligni aloes,tamariſci,ana drach.iiij. roſarum,maſtiches,laccę,cinnamomi,ana drach.ij,confice cũ aqua decoctionis rubiæ,& myrtæ, & da cum aqua decoctionis cypreſsi. Tertium medicamen valet ad lapidem renum,et veſicæ,& aperit oppillationes,& expellit fæces per vrinam,& eſt expertum. Recipe capilli veneris,cineris ſcorpionis,gentianæ,vitri aduſti, lapidis Iudaici,ſeminis cucumeris,& cucurbitę,aniſi,radicis lilii cęleſtis:puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli, vel meliloti, & melle, & ſumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen valet hydropicis,& frigiditati hepatis,& citrino colori.

Recipe agarici,lilii cæleſtis, laccę, ariſtolochię longæ & rotundæ,ſucci ſtœchados,ſucci marrubii, olibani, phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi, ana drach.ij. folii, gariofilorum,ana drach. v. rhu barbari, aniſi,ana drach.iij.ligni aloes,ad pondus omnium:puluerizentur, & conficiantur cum melle, et dentur ex eo drach.tres.

De medicinis Gereonis. CAP. XI.

MEdicinæ Gereonis Græci:ab iſto viro habuimus xj. medicinas expertas ad diuerſas ægritudines, quas nos probauimus, et inuenimus ipſas eſſe mirabiles. Primum medicamen valet ad infirmitatem ſtomachi frigidi,et confortat ipſum,et eſt nimis mirabilis.

Recipe trium piperum,ſpicæ nardi, zingiberis, roſarum,ana drach. x.ligni aloes,ad pondus omniũ:confice cum melle,et da cum decoctione ammeos, et menthæ,et gariofilorum. Secundum valet ad dolorẽ fortem:etiam probauimus ipſum. Recipe floris chamæmeli,ſquinanti,centaureæ,ariſtolochiæ rotundę:confice cũ melle,et da drach.iiij.cum aqua calida. Tertiũ
A huiuſmodi eſt,ſed præcedẽs ſecurius eſt: Recipe croci,ſpicæ nardi,opii Thebaici,ana drach. ij. chamæmeli drach.ij.confice cum melle,et da drach.s.cum aqua calida. Quartum huiuſmodi, et eſt mirabile. Recipe ſucci coronæ regiæ, chamęmeli quando fuerit viridis ana drach.iiij. Et ſi iſtæ herbæ non fuerint inuentæ virides,accipe earum decoctiones, et pone octauam partem drach. croci,et ſquinanti drach.iij.et bulliant vſq; ad medietatẽ: et da bibendam colaturam. Quintum valet ad dolorem ex oppilatione. Recipe radicis lilii cæleſtis, agarici, ana drach. iiij. ariſtolochiæ longæ et rotundæ,chamæpityos,ana drach.v.coquantur,et ponantur in lib. ij.aquæ, et bulliant ſuper ignem leuem, donec remaneat libra j.et appone laccæ drach.j.et s.et da bibendum tepidum. Sextum diſſoluit ventoſitates,et valet colicæ ex ventoſitate. Recipe cymini,fœ
B niculi,carui,aniſi,ana:terantur,et conficiantur cum ſyrupo facto ex melle,et ammi, et ſatureia, et origano: et ſumatur ex eo cum aqua decoctionis radicum apii,et cũ drach.j.agarici. Septimum huiuſmodi: Recipe aniſi,cumini,agarici,abſynthii,centaurę:terantur,et dentur de illis drach.iij. quando ventoſitates fuerint multæ,et paſsio fortis. Octauum laxat humorem viſcoſum,et eſt nimis bonum contra epilepſiam,et paralyſin, quo ego ſemper vtor. Recipe agarici,abſynthii,colocynthidis, ana drach.j. aniſi, ligni aloes, maſtiches ana drach.ij.ſpatanę, Ammoniaci,ſagapeni,aſſæ fœtidę,radicũ lilii cęleſtis ana drach.j.s.aggregentur,et cõficiantur cum aqua decoctionis aniſi, ariſtolochiæ longæ, et rotundę,et melle,et ſumatur ex eo quaſi auellana. Nonum valet triſtibus et timidis. Recipe radicis ariſtolochiæ rotundæ, gariofilorum, ligni aloes, ana drach.
C iij.conficiantur cum melle, et aqua maioranę, et da de eo drach.iij. Decimum valet lapidi renum, et veſicę, diſſoluit ventoſitates, et laxat diuerſos humores: et eſt bezahar. Recipe turbith,agarici,vitri vſti, zingiberis,lapidis Iudaici, ſanguinis hirci ſicci, aniſi, fœniculi, trium piperum,chamędryos, chamępityos, bdelii, ana drach.iiij,confice cum bono vino decoctionis agarici, et carui. Vndecimum valet ad aſthma. Recipe turbith,agarici,ariſtolochię rotundę ana drach.j. confice cum decoctione marrubii, et da cum decoctione aſari. Iſtę ſunt medicinę,quas probauimus ſępe,et inuenimus eas optimas.

De medicinis Betarnem. CAP. XII.

MOdò dicam medicinas Betarnem Sicilię, et ſunt tres,quas probauimus ſępe,et inuenimus eas eſſe veras. Primum valet contra medicinas mortiferas, et eſt nimis experta. Recipe laureolę, luti ſigillati,
D phu,meu,apii,cinnamomi,ana drach.j.rutę, xylobalſami,carpobalſami,ana drach.ij.confice cũ melle, et da drach.j.et s.debilibus,vel drach.ij.fortibus. Secundũ valet ad morſum ſcorpionis,et calefacit corpus,et aufert tremorem in febribus. Recipe caſtorii drach.j. ſcorodon drach.ij.coſti amari drach.j. et s. zingiberis ana drach.j.conficiantur cũ melle, et detur drach.j. et s.cum vino. Tertium prouocat vrinam,et menſtrua.

Recipe pulegii, cymini, radicis lilii cæleſtis, ariſtolochiæ rotundæ. Conficiantur cum melle, et dentur drachmæ tres. Medicamen, quod compoſuit Amaloz de Macedonia, valet ad febres phlegmaticas, et diſſoluit humores, liquefacit eos, et eſt bonum duritiei ſplenis. Recipe ſcolopendriæ, ſquinanti, chamæpityos, caſtorii, trium piperum, ſpicæ nardi, folii,aſari,ana drachmam vnam,turbith,radicis lilii cęleſtis

leftis, carpobalfami, xylobalfami, puluerizentur, & con ficiantur cum melle decoctionis afari, fquinanti, opo- panacis, & detur de eo quafi auellana. Medicamen fquilitam, quod valet morfibus fcorpionis. Recipe ariftolochiæ longæ & rotūdę, ana aur. j. cymini drach. j. affæ fœtidę, carui, feminis rutæ, ana drach. ij. caftorii drach. iiij. Cōfice cum melle, & da drach. ij. cum aqua calida decoctionis gentianæ, vel ariftolochiæ, vel cum bono vino. Medicamen melius, quod valet ad dolo- res fortes: & iam probauimus ipfum, & inuenimus me- lius, quàm tyriacā. Recipe cymini, carui, affæ fœti- dæ, ariftolochiæ, chamæmeli, coronæ regiæ, abfyn- thii, agarici, ana drachmas decem, trium piperum, opii, ana drachmam vnam, croci, carpobalfami, fquinanti, cinnamomi, ana drach. ij. afari, gentianæ ana aur. j. pul- ueriza, & confice cum fyrupo facto ex melle, & fqui- nanto, & chamæmelo, & corona regia, & anifo. Et da cum aqua decoctionis anifi.

De medicinis Achaafos. CAP. XIII.

MEdicinæ fumptę ab Achaafos experimentatore Athenarum. Ab ifto nobilifsimo medico accepi- mus tres medicinas compofitas, quibus femper vfi fu- mus poftquam nouimus eas: funt enim mirabiles. Et ab eo acquifiuimus triginta medicinas fimplices expertas in diuerfis ęgritudinibus. Primum medicamen com pofitum valet ad afthma antiquum, & aperit oppilatio- nes. Recipe afari aur. j. fucci marrubii, hyffopi, ftyra cis ficci, caftorii ana drach. s. trium piperum, anifi, ana aur. ij. conficiantur cum oxymelite fcillitico, & detur ex eo à drach. iij. vfque ad iiij. Medicamen fecundū valet ad fluxum antiquum, qui contigit ex frigiditate membrorum. Recipe nucum cypreſsi, folii, ligni aloes, fpicæ nardi, rofarum, ana drach. ij. Cōfice cum aqua decoctionis ligni aloes. Et da de eo drach. iij. cū decoctione rofarum. Medicamen tertium confor- tans virtutem retentiuam. Recipe gallarum, fumach, berberis, ana aur. j. gummi Arabici vſti, ligni aloes, ana drach. j. rhu barbari drach. iij. confice cum decoctione feminis lapathii acuti, & granorum myrti, & detur cum decoctione cypreſsi. Ifte vir curabat ægritudines multas cū medicinis, ex quibus elegimus triginta medi cinas veraces. Primò dabat maftichen ad dolorem ftomachi. Secundò dabat drach. ij. affæ fœtidę con- tra morfum fcorpionis. Tertiò dabat drach. iij. ace- ti fortis calidi contra morfum tyri: & eft fortis opera- tionis. Quartò mittebat fuccum yari, & intromitte- bat contra maculam oculorum: & fępe hoc faciebat.

Quintò dabat ad purgandum pectus drach. iij. ra- dicis lilii cæleftis. Sextò dabat drachmam vnam afa- ri; & curabat ftranguriam. Septimò dabat chamæ- melum puluerizatam, & malaxatam cum melle, ad do- lorem ventris, & renum, propter frigidos humores exiftentes in illis inftrumentis, & prouocabat vrinam, & curabantur. Octauò dabat drachmas duas laccæ contra oppilationes hepatis. Nonò dabat drachmas tres Ammoniaci fplenetico, & curabat eum omnino in paucis diebus. Decimò dabat lac leprofis, & curabat multos. Sed in hoc requiritur fcientia in cognofcen- do caufam lepræ, in qua lac conueniat. Vndecimò dabat rhu barbarum ad debilitatem hepatis de frigida caufa: & curabat omnes omnino. Duodecimò dabat drachmas duas cubebarum ad aperiendum oppilatio- nes, quæ accidunt in membris interioribus. Tertio- decimò dabat drachmas tres maioranæ cum drachmis duabus rubiæ ad prouocandum menftrua. Quarto- A decimò dabat drachmas duas afari ad prouocandum menftrua. Quintodecimò dabat carui Romanum contra ifchiadem cum calida, & curabantur. Sexto- decimò dabat caftorium contra lapidem renum.

Decimofeptimò dabat drachmas quatuor laureolæ cum aceto, & curabat morfus fcorpionum. Decimo- octauò dabat drachmas tres zingiberis ad infirmitates frigidas, & calefaciebat, & eft nimis forte. Decimo- nonò dabat drachmas duas aloes contra triftitiam, & ad confortandum os ftomachi, & curabantur vfitan- do. Vigefimò dabat centauream minorem ad ifchia- dem, & curabantur. Vigefimoprimò dabat pulue- rem gariofilorum contra debilitatem virtutis digefti- uæ. Vigefimofecundò dabat decoctionē cafith con- tra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigefimotertiò dabat oleum viride contra B fpafmum ex ficcitate. Vigefimoquartò dabat deco- ctionem agarici contra ęgritudines cerebri, & hepatis.

Vigefimoquintò dabat alfenid, id eft, penidias con- tra infirmitates pectoris, & curabat afthma. Vigefi- mofextò dabat decoctionem centaureę, & rutę contra morfum rutelæ. Vigefimofeptimò dabat decoctionē iuniperi ad prouocandum menftrua. Vigefimoocta- uò dabat decoctionem fquinanti ad dolorem mulieris poft partum. Vigefimononò dabat decoctionem gentianę ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum prouenientem ex ea. Trigefimò dabat galbanum ad prouocandum vrinam, & ad extrahendum embryum.

Nos autem non fcripfimus has medicinas, quanuis plures earum cognofcantur ab omnibus, nifi vt non negligantur ab eis: quoniam fi vtatur de illis vt opor- tet, erunt mirabiles. Et quoties vfus fui decoctione fa- C cta ex hyffopo, & afaro, & duabus ariftolochiis, curaui de epilepfia. Et cum decoctione folius hyffopi, ex afth- mate. Sed oportet medicum fcire quando oportet dare has medicinas, & in quo tempore, et in quibus comple- xionibns valet: aliter non valent.

De medicinis Andrezeos. CAP. XIIII.

MEdicinę Andrezeos funt hæ. Ifte fuit philofo- phus in tempore fuo, & habebat multas medi- cinas compofitas, ex quibus elegi quinque expertas: & dimifimus alias, quę cognofcuntur à pluribus.

Primum medicamen valet hydropicis, et frigidita- ti hepatis, et prouocat vrinam generaliter et fortiter: et dico quòd nulla medicina eft ei fimilis in apertione D hepatis. Recipe radicis lilii cęleftis, agarici, cala- mi Aromatici, laccę, afari, rofarum, fpicę nardi, cin- namomi, ligni aloes, ana drachmam vnam, gafit, fi- ftici, ana drachmam vnam, maftiches, anifi, ana drach. duas: puluerizentur, et mifceantur cum vino et melle, et dentur drach. iiij. cum decoctione radicis lilii cęle- ftis, et gafit. Secundū medicamen valet ad afthma, cu ius caufa eft humor craffus. Recipe gentianę, hyffo- pi, agarici, ana drach. s. maftiches drach. ij. Cōfice cum melle, et da drach. v. Et nō eft fimilis ifti medicinę: laxat enim humorem craffum, et vifcofum, et fcindit humo- res craffos. Tertium valet ad dolorem membrorum interiorum, et liberat à colica pafsione, quę fit ex craf- fis humoribus in inteftinis. Recipe agarici drach. viij. radicis lilii cęleftis, ariftolochię rotundę, hyffopi, maftiches, fquinanti, carpobalfami, anifi, ana drach. vnam, turbith ad pondus omnium. Confice cum de- coctio

coctione agarici, & da drach. iij. cum calida. Quartum valet ad extrahendum embryum: & est valde forte. Recipe aristolochiæ longæ & rotundę, assæ fœtidæ, ana drach. quinque, spicæ nardi, agarici, ana drach. iij. myrrhæ drach. vnam. Confice cum decoctione aristolochiæ rotundæ, & da drach. ij. Quintum est laxatiuum diuersorum humorum. Recipe turbith, agarici, mastiches, lilii cæleſtis, ana drach. vnam, ellebori nigri, mastiches, scillæ assatæ, ana drach. j. colocynthidis drach. ij. scammoniæ drach. s. Confice & da drach. j. & non plus.

Electuarium, quod ualet ad morsum scorpionis.
CAP. XV.

Recipe rutæ, sulfuris viui non positi ad ignem, ana aureos sex, castorii aureum vnum, assæ fœtidæ aur. s. pyrethri, storacis liquidæ, ana aur. j. Confice cum
B melle, & da drach. j. & s. cum vino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorum interiorum, quod habui à quadam muliere, quæ acquisiuerat illud à medicis altarium. Recipe croci aureos quinque, opii aureos ij. spicæ nardi aureos quatuor, spatanę aureos ij. radicis lilii cælestis aureos vj. floris chamæmeli aur. ij. Conficiantur cum bono melle, & vtatur de eo. Aliud optimum ex compositione Games, & est nimis forte.

Recipe cinnamomi aureos sex, croci aureos quatuor, & semis, piperis albi aureos quatuor, & semis, galbani aureos quatuor, costi aureos ij. & s. Confice cum melle, & da drach. ij. vel iij. in maiori fortitudine.

Electuarium Zacharonis de Babylonia contra ventositates, & pasſionem colicam, & frangit lapidem, & laxat ventrem: & iam probauimus ipsum, & est valde
C bonum, quando dubitamus in ægritudinibus vtrum sit lapis, vel cholica, quia commune est ambobus.

Recipe turbith, spatanæ, ana aureos sex, cymini, carui aureum vnum, agarici, radicis lilii cælestis, aristolochiæ, ana aur. vj. origani, hyssopi, ana aureum vnum, squinanti, mastiches, ana drachmam vnam. Confice cum melle, & da quasi auellanam. Tyriaca valens ad dolorem capitis chronicum, & ventositates, & est mirabilis. Recipe succi stœchados, succi marrubii, absynthii, mastiches, rhubarbari, chamædryos, chamæpytios, ana drachmas septem, hyssopi aureum vnum, agarici, ad pondus omnium, pulueriza, & confice cum melle. Et da de eo ad infirmitatē cerebri cum aqua calida decoctionis stœchados, & ad asthma cum vino bono, & ad prouocandum menstrua, cum succo iuniperi, & fœniculi. Et ad dolorem fortem, cum aqua deco-
D ctionis chamæmeli: & ad oppilationem, cum decoctione absynthii. Et ad epilepsiam, cum decoctione pyrethri. Et ad ischiadem cum decoctione centaureæ minoris. Et ad lapidem cum decoctione radicis lilii cælestis. Electuarium laccæ, valens contra oppilationes chronicas, & prouocans menstrua: & est bonum valde. Est etiā vtile ad asthma chronicum, & ad tussim chronicam.

Recipe laccæ aur. xx. piperis longi, & nigri, centaureæ minoris, aristolochię rotundæ, costi, galbani, Ammoniaci, ana aur. x. marrubii, asari, ana aur. iiij. folii, radicis lilii cęlestis, liquiritię, ana aureos vij. pulueriza, & confice cum bono melle, & da quasi auellana cum aqua calida. Electuarium laccæ magnum, quod habuimus ab Aridione filio Meliz: & est expertum, & est multæ vtilitatis: valet asthmati, & tussi, & prouocat vrinam, & sedat dolorem fortem, liquefaciendo phlegma, & aufert tristitiam, & dissoluit ventositatem: & est mirabile ad tremorem cordis, & melancholiam, & aquam ocu-
A lorum, & contra morsum canis rabidi, & contra puncturam tyri. Et generaliter dico quòd valet omnibus puncturis mortiferis. Recipe aristolochiæ rotundæ, radicis lilii cælestis ana aureos decem, squinanti aureos ix. asari aureos quindecim, piperis nigri & albi, ana aureos vij. chamæpityos, succi marrubii, succi stœchados, ana aur. viij. spicę nardi, spicę Romanę, mastiches, Ammoniaci, galbani, scillę assatę, ana aureos decem, rosarum, iuniperi, ana aureos duos, turbith, agarici, cyperi, ana aur. decem, folii, ligni aloes, rhubarbari, croci, olibani, centaureę minoris, ana aur. xx. laccę, aureū vnum. Conficiantur cum melle rosato, & detur ex eo secundum quod conuenit ægro. Et est hęc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem, & laxat humores sine labore, et confortat cor, hepar, et stomachum. Electuarium asſistri, calefaciens corpus, valens oppilatio-
B nibus hepatis, & splenis. Recipe aristolochię rotundę aur. xx. marrubii, chamędryos, gasit, ana aureos v. assę fœtidę, costi, trium piperum, ana aur. x. mastiches, aur. viij. pyrethri aur. quatuor. Cōfice, et da cum vino.

Decoctio squinanti, valens ad febres chronicas, & aperit oppilationes, et prouocat vrinam, et soluit ventrē. Recipe squinanti drach. viij. marrubii drach. ij. absynthii, radicis lilii cęlestis, ana drach. iij. aristolochiæ rotundæ aur. vj. agarici aur. iij. radicis fœniculi, carui, ana aur. x. costi, aur. ij. mastiches, aur. iiij. ponantur in caldario. Et cum libris iij. aquæ decoquantur, donec remaneat tertia pars. Et dentur de eo drach. iij. Hæc decoctio est valde mirabilis habentibus ægritudines phlegmaticas, & debilitatem interiorum membrorum ex causa frigida. Decoctio asari confortans membra debilia ex frigore, & auferens dolores, & scin-
C dens humores crassos, & aperiens oppilationes. Et est expertiſsima. Recipe asari aur. iiij. anisi aur. viij. absynthii, gentianæ, ana aur. iij. seminis fœniculi, centaureæ minoris, ana aur. ij. ponantur cum iij. lib. aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars, & da de eo drach. iiij. Decoctio aristolochiæ valens ad lapidem. Recipe aristolochiæ aur. x. asari aur. ij. marrubii aur. j. radicis lilii cęlestis aur. iiij. saliuncę, seminis cucumeris, anisi, ana aur. vj. coquantur cum duabus libris aquę, donec remaneat tertia pars. Et da de eo drach. iiij. Decoctio agarici, valēs ad epilepsiā, & purgans matrices, & prouocans vrinā. Recipe agarici drach. x. turbith drach. j. anisi drach. iij. harmel, drach. ij. radicis apii drach. v. radicis lilii cælestis drach. iij. mastiches drach. ij. radicis pæoniæ drach. vij. coquātur cum tribus libris aquæ donec remaneat medietas. Et dentur qualibet die quatuor
D drach. vtilis enim est valde, & in epilepsia expertū est.

Decoctio assæ fœtidæ, valens ad oppilationes aperiendas: & est vtilis valde. Recipe assæ fœtidæ, radicis lilii cælestis, radicis apii, radicis fœniculi, aristolochię rotundę, ana drach. x. coquantur cū lib. iiij. aquæ sufficienter, & dentur de eo drach. iiij. Decoctio pæoniæ, quę aperit crassas oppilationes, & est valde experta. Recipe pæoniæ drach. decem, radicis pentaphylli drach. v. aristolochiæ rotundæ drach. vj. coquantur cum lib. iij. aquæ sufficienter, & dentur drach. quatuor.

Decoctio perfecta aristolochiæ, & est mirabilis hydropicis, & citò curans eos. Recipe duarum aristolochiarum, centaureę minoris, chamędryos, squinanti, laccę, ligni aloes, rosarum, ana aureos decem, spicæ nardi, phu, meu, apii, anisi, radicis lilii cęlestis, radicis apii, fistici, cubebarum, hyssopi, gariofilorum, marrubii, stœchados, cinnamomi, ana aureos octo, ammeos, myrrhæ,

myrrhæ,ana aureos quinque, cofti, aureos duos. Coquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur drach. quatuor cum drach. iiij. istius electuarii. Recipe aristolochiæ rotundæ, granorum iuniperi, centaureæ, ana drach. ij. ligni aloes aur. vnum, spicæ nardi drach. j. marrubii drach. iiij. Conficiantur cum prædicta decoctione. Decoctio chamæmeli, prouocans menstrua, & auferens dolorē fortem. Recipe chamæmeli aur. ix. aristolochiæ aur. iiij. laccæ drach. ij. spicæ nardi, cinnamomi, radicis lilii cæleftis, ligni aloes, ana drach. j. coronæ regiæ drach. decem. Decoquantur cum libris x. aquæ in igne lento, & sufficienter, donec remaneat tertia pars, & dentur drach. quinque. Decoctio hyssopi, contra passiones pectoris, & tusses chronicas, & ægritudinē asthma, & anhelitum malum. Recipe hyssopi, agarici, radicis lilii cæleftis, liquiritiæ, squinanti, pæoniæ, asari, aristolochiæ rotundę, Ammoniaci, seminis fœniculi, succi stœchados, succi marrubii, laccę, ana aureos duos, decoquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur drach. quatuor in mane. Electuarium optimū contra ægritudines diuersas: & valet scotomiæ, & vertigini, & scindit phlegma viscosum, & purgat ipsum, & aufert dolorem frigidum. Et est bonum contra venena, & aperit oppilationes, & prouocat mēstrua, & vrinā, & calefacit corpus, & valet ad febrē chronicam, & purgat matrices. Recipe agarici, aristolochiæ rotundæ, succi marrubii, laccæ, ana drach. quinque, assæ fœtidæ, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis fœniculi, radicis apii, trium piperum ana drach. vj. ligni aloes drach. iiij. turbith aur. decē. Confice cum syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nardi, & lacca. Et dētur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium expertum contra oppilationes matricis. Recipe aristolochiæ, laccæ, radicis lilii cæleftis, ana. Confice cū decoctione gafit, & dētur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium curans lapidem in vesica. Et est expertum. Recipe squinanti, stœchados, ana drach. j. sanguinis hirci sicci drach. vj. lapidis Iudaici, drach. ij. anisi drach. iiij. puluerizentur, & confice cum decoctione radicis apii. Aliud ad lapidem. Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochię rotundæ, de lapide inuento in felle tauri, vitri combusti, saliuncæ, agarici, lapidis Iudaici, amygdalarum amarum, ana. puluerizentur, & conficiantur cum melle. Et dētur drach. iiij. cum aqua decoctionis seminis apii. Aliud mirabile contra ventositatem fortem. Recipe anisi, cymini, satureię, carui, ana. conficiantur cum melle, & dentur cum decoctione agarici, quæ sic fit: Recipe agarici, cyperi, folii, radicis squinanti, aristolochię longæ, & rotundæ, radicis apii drach. vj. ponantur in caldario in lib. j. aquæ super ignem leuem, & dentur drach. iiij. cum duabus drach. medicinæ prædictæ.

Medicamen bonū contra asthma chronicum. Recipe laccæ aur. x. aristolochiæ longæ aur. vj. succi marrubii aur. vij. Conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. Medicamen, quod accepimus ab Acritone contra frigiditatem stomachi, & contra humiditatem eius. Recipe ligni aloes, cinnamomi, rhu barbari, spicæ nardi, mastiches, cardamomi. Confice cum decoctione rosarum, & nucum cypressi. Et detur quasi nux. Aliud valens ad colicam ex ventositate, & humore crasso. Recipe anisi, cinnamomi, absynthii, cymini, floris camęmeli, ana drach. decem, agarici drach. xx. scammoniæ drach. j. mastiches drach. v. Conficiantur cum decoctione carui. Et dentur drach. iij. cum aqua decoctionis gafit. Aliud ad dolorem capitis, & contra cephalæam, quod est expertum. Recipe succi stœchados drach. viij. gafit, spatanæ, ligni aloes, ana drach. quatuor, mastiches drach. sex, agarici, ad pondus omnium. Conficiantur cum decoctione rosarum, & mastiches, & detur à drach. ij. vsque ad iij. drach.

Aliud, quod valet in principio descensionis aquæ ad oculum, quo sæpe curaui multos, & est expertum, & velocis curationis. Recipe spicæ nardi aureos decem, cinnamomi aureos viij. agarici aureos ix. mastiches, ad pondus omnium. Conficiantur cum bono melle, & sumantur de eo quotidie drach. ij. est enim mirabilis operationis.

De medicinis habitis à Zenone numero uiginti.
CAP. XVI.

MEdicinæ Zenonis de Athenis. Iste fuit vnus de magnis medicis. Ego autem non vidi ipsum, quia non fui temporaneus eius: sed magister meus vidit ipsum: & ille habebat experimenta bona, ex quibus discipulus eius dedit nobis viginti experimēta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inuenimus ipsa optima. Primum medicamen, quod dicitur electuarium spicæ nardi, confortat hepar debile, & cor, & valet contra vomitū chronicum. Recipe spicæ nardi, aureos centum, spicę Romanę aureos decem, absynthii aureos viij. cinnamomi aureos quindecim, laccæ mundatæ aureos ix. gariofilorum aureos quinque, gafit aureos xvj. marrubii aureos duodecim, aristolochiæ rotundæ, rhu barbari, ana aureos sexdecim. Confice cum melle, & da aureos duos cum aqua calida. Medicamen secundum, quod dicitur electuarium centaureæ, valet ad podagram, & ad omnes passiones iuncturarum, cui non est simile in hoc. Nam prouocat vrinam, laxat crassos humores, & diuersos. Et sedat dolores, & aperit oppilationes: & est optimum ad lapidem, & liquefacit phlegma, & mundificat superflua à pulmone, & pectore. Hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per versus.

Recipe centaureę minoris aureos c. zirungem aureos decem, anisi, fœniculi, apii, ana aureos sex, olibani, gariofilorum ana drach. j. agarici, radicis lilii cęlestis, ana aureum vnum, cubebę, galbani, Ammoniaci, castorii, trium piperum, spicę Romanę, ana aureos viginti, spicę nardi, turbith, ana aureos triginta, aloes sucotrinę aureos xvij. carpobalsami, xylobalsami, scillę assatę, ana aureos sexdecim mastiches, croci, ana aureos decem, scammonię aureos viij. puluerizentur, & conficiantur cum melle, & submittantur in hordeo per sex menses, & dentur ex eo drach. quatuor. Et hoc medicamen est de maximis medicinis, quas habebat ille medicus. Medicamen tertium, quod dicitur electuarium colocynthidis, quod laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam, & cum hoc prouocat vrinam. Et verè dico, quòd non est ei simile ad acuendum visum, quia est in hoc mirabile. Recipe colocynthidis, scillę assatę, asari, trium piperum, ana aur. vj. spicæ Romanæ, anisi, apii, fœniculi, carpobalsami, gafit, croci, ana aur. ij. spicæ nardi, chamædryos, chamepityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. vij. puluerizentur, & conficiantur cum melle, & submittantur in hordeo per sex menses: & detur à drach. ij. vsque ad iij. Medicamen quartum, quod dicitur electuarium squināti, valet ad dolores fortes, & prouocat vrinam, & aperit oppila

oppilationes, & confortat hepar confortatione maxima,& frangit lapidem, & valet ad febres chronicas. A

Recipe squinanti,aur. trecentos,aristolochiæ rotundę aur,vj.ligni aloes aur. xiij.gasit aur.xiij. croci,spicę nardi,carpobalsami, opii, ana aureum vnum,masticheś aureos iij. trium piperum, folii, chamępityos, ana aureos vij. Conficiantur cum bono vino, & detur de eo quasi auellana cum eo,quod conuenit tali ægritudini.

Medicamen quintum, quod dicitur electuarium capillorum veneris, ad purgandum quod est in pectore ex humore crasso: & est nimis expertum. Recipe capillorum veneris aur. xxv. radicis lilii cæleſtis, liquiritiæ,pęoniæ,carpobalsami, marrubii,floris chamęmeli, aristolochię rotundę, ana aureos quindecim: pulueriza, & confice cum syrupo facto cum melle, & capillis veneris. Et dentur drachmę iiij. cum decoctione chamæmeli. Medicamen sextum, quod dicitur electuarium folii, valet ad ægritudines fortes, quę accidunt B mulieribus in matricibus earum, & prouocat mẽstrua, & valet ad dolorẽ matricis, & calefacit renes. Recipe folii Indi aureos viginti, cinnamomi, spicę nardi, spicę Romanæ, rubię castorii, trium piperum, gariofilorum, ligni aloes, ana drachmas viginti, rhu barbari, mastiches, thymi, ana aureos sexdecim, confice cum melle, & detur quasi auellana. Medicamen septimum,quod dicitur electuarium aristolochiæ, valet contra dolorem matricis: valde prouocat menstrua,& confortat stomachum debilem, & intercipit fluxum chronicum: & est mirabilis operationis, & non est ei simile: & sępe probauimus ipsum: & iste Zeno vtebatur ipso.

Recipe aristolochię longę, & rotundę, ana aureos viginti,radicis lilii cęlestis, laccæ,squinanti, marrubii, ana drach. ix. rhu barbari drach. vigintiquinque, spicę C nardi,ligni aloes, ana aureos viginti: pulu erizentur, & conficiantur cum melle, & dentur drach. iiij. cum aqua calida. Et ad fluxum intercipiendum, cum decoctione xyloaloes. Et ad menstrua prouocanda,cum decoctione aristolochię rotundę. Et ad dolorem matricis,cum decoctione chamęmeli,& asari. Medicamen octauũ, quod dicitur electuarium olibani, quod est valde vtile contra humiditatem stomachi, & liquefacit phlegma, & conuenit senibus,quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum. Recipe olibani aureos decem,mastiches aur. iiij. squinanti, aristolochię, ana aureos duos,ligni aloes,laccę, ana aureum vnum, radicis lilii cęlestis drach. j. rosarum, rhu barbari, ana aur. v. anisi aur. vj.puluerizentur, et cum melle conficiantur, et detur ex eo quasi auellana. Medicamen nonum, quod dicitur electuarium gasit,valet ad hepar,quia confortat ipsum, et aperit oppilationes eius: et valet hy- D dropicis, et contra corruptionem complexionis.

Recipe gasit aur. xx. laccę aur. x. ligni aloes aur. vj. gariofilorum aur. ij. cinnamomi aureos xxj. squinanti, cubebę,rhu barbari,ana aur. xvj. rosarum aureos xviij. aloes non abluti aur. ij. agarici aur. iij. mastiches aureos x. puluerizentur,et confice cum syrupo facto ex melle, et agarico. Et est medicamen valde nobile. Medicamen decimum, quod dicitur electuarium rhu barbari, maximè valet fluxibilitati stomachi, et confortat hepar,et valet hydropicis: et non est, neque fuit aliquod simile in hoc: et Zenon nemini volebat dare. Cuius compositio non lateat medicos, quoniam eius compositionem acquisiuit eius compositor cum magna solicitudine. Recipe rhu barbari aur. centum, laccæ aureos viginti, ligni aloes aureos trigintasex, cinnamomi aureos xj. aristolochiæ longæ et rotundæ aureos triginta,fistici aureos quinquaginta,squinanti aureos octoginta, maioranæ, anisi, luti sigillati, ana aureos viginti. agarici, folii, ana aureos vj. gasit aureos triginta, spicę nardi aureos xvj. trium piperum, zingiberis, ana aureos x. stœchados, origani, ana aureos ix. radicis lilii cęlestis, radicis endiuię, ana aureos sex, hyssopi ficci,mastiches,croci,ana aureos vij. carpobalsami, xylobalsami, ana aureos xvij. puluerizentur, et conficiantur cum melle,et detur à drach. iij. vsque ad iiij. Medicamen vndecimum quod dicitur electuarium capparis, valet ad duritiem splenis, et aperit oppilationem eius, et est optimę operationis. Recipe capparis aureos viginti, opoponacis, scolopendrię, marrubii,ana aureos quinque,gasit aureos xvij. Ammoniaci aureos decem, sagapeni aureos viij. puluerizentur, et conficiantur cum bono aceto, et da drach. ij. cum decoctione carui, et capparis, et gasit. Medicamen duodecimum,quod dicitur electuarium scolopendriæ,valet ad duritiem splenis: et est expertum. Recipe capparis drach. xx. marrubii drach. quinque, scolopendrię aureos xvj. confice cum aceto, et fac trochiscos,et da drach. ij. cum decoctione tamarisci, et gasit.

Medicamen decimumtertium, quod dicitur electuarium turbith,valet ad febres chronicas,et laxat humores viscosos, et calefacit renes. Et est optimum ad passionem colicam ex ventositate, et prouocat vrinam: et est mirabile. Recipe turbith aureos quinquaginta,agarici aureos. xvj. croci, mastiches, ana aureos vj. squinanti, aristolochię rotundę, stœchados, ana aur. viij. Confice cum melle, et detur à drach. ij. vsque ad tres.

Medicamen decimumquartum, quod dicitur electuarium ellebori, valet contra vertiginem. Recipe ellebori nigri aureos viginti, ligni aloes aureum j. et s. croci aureum j. anisi aureos ij. mastiches aureos iiij. maioranę aureum j. agarici aureos vj. radicis lilii cęlestis, stœchados, ana aureos viij. turbith albi et gummosi aureos quatuor. Confice cum melle, et da drach. quatuor. Medicamen decimumquintum, quod dicitur electuarium agarici, valet contra cephaleam veterem, et stomachum corfortat, et hepar. Recipe agarici aureos xvj. pæonię, centaureæ minoris, ana aureos sex, laceæ, ligni aloes, ana aureos viij. gasit, anisi, chamędryos, chamæpityos, squinanti, floris chamęmeli, mastiches, ana aureos vij. rhu barbari, spicæ nardi, ana aureos ij. turbith aureos iij. Confice cum melle, et da drach. j. et semis vsque ad drach. ij. cum aqua calida. Medicamen decimumsextum, quod dicitur electuarium scillæ, valet ad asthma, et ad oppilationes, et ventositates. Sed non debet dari habentibus vulnus in membris interioribus. Recipe scillę assatę aureos, vj. stœchados, aur. iij. agarici drach. xvj. mastiches drach. ij. gasit, costi, trium piperum,ana aur. decem, radicis lilii cęlestis aur. quinque, capillorum veneris aur. iij. floris chamæmeli aureos quatuor. Confice cum decoctione agarici, et melle, et da drach. ij. cum aqua calida. Medicamen decimumseptimum, quod dicitur electuarium gummi, et valet contra passiones frigidas,et ventositates crassas, et ad dolorem iuncturarum, et ischiadem. Recipe Ammoniaci, sagapeni, opopanacis, ana aureos decem, sarcocollę aureos ij. mastiches aureos quatuor, anisi, cymini, assæ fœtidæ, ana aureos iij. euphorbii drach. ij. aristolochiæ longæ et rotundæ, radicis lilii cæleſtis, ana aureos iij. pone gummi in ſucco fœniculi, vel in decoctione eius, et reliqua terantur, et conficiantur cum melle, & da à drach. ij. vsque ad iij. cum aliquo,

aliquo, quod conueniat passioni. Medicamen xviij. quod dicitur electuarium luti, & est vtile contra venenum. Recipe luti sigillati, anisi, salis Indi, agarici, ana drach. ij. rhu barbari, auellanarum, radicis pæoniæ, ana aur. iij. pulueriza, & confice cum melle, & detur quasi auellana. Medicamen xix. quod dicitur electuarium assæ fœtidæ, valet contra morsum scorpionis, & contra febres chronicas: & liquefacit phlegma viscosum, & dissoluit ventositates. Recipe assæ fœtidæ, costi amari, & dulcis, ana aur. v. aristolochiæ rotundæ. zz. asari, ana aur. ij. castorii, cinnamomi, aloes, ana drach. iij. radicis lilii cæleftis, sarcocollæ, ana drach. j. & s. aristolochiæ, gentianæ, ana drach. vj. pulueriza, & confice cum bono vino, & melle rubro & dentur drach. iij.

Medicamen xx. quod dicitur electuarium rosarum, valet in fine quotidianæ, & hydropicis, & dissoluit ventositates. Recipe rosarum drach. lx. radicis lilii cæleftis drach. j. & s. agarici aur. ij. marrubii drac. iiij. laccæ, rhu barbari, ligni aloes, cinnamomi, anisi seminis fœniculi, cymini, absynthii, masticheś, ana drach. vj. spicæ nardi, aristolochiæ rotundæ, ana aur. j. confice cum melle, & da drach. iij.

XVII. Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis: & iã probauimus ipsas. Nũc volumus scribere medicinas, quas multoties experti sumus: & deinde abscindetur tractatus. Medicamen subtilians humores, & præparans ad exitum, in principiis ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui. Recipe absynthii, anisi, seminis fœniculi, aristolochiæ, rotundæ squinanti, carpobalsami, folii, cyperi, agarici, radicis lilii cæleftis, ana: pulueriza, & confice cum melle, & detur quantum auellana.

Electuarium, quod dicitur euadẽs, valet ad dolores chronicos, & confestim. Recipe spicæ nardi aur. xvj. myrrhæ, opii, laccæ, opopanacis, castorii, olibani ana aureos vij. galbani aureos vj. mastiches aur. v. folii aur. vj. piperis longi ij. croci aur. x. squinanti aur. ix. ameos, cinnamomi, ana aur. quatuor, scordii aur. ij. bdellii aur. j. radicis lilii cæleftis, agarici, ana aur. xvj. pulueriza, & confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confestim aufert dolorem. Sed non debes dare plus, quàm drach. ij. Medicamen Amaronis regis, valet contra podagram, & dolores iuncturarum ex phlegmate viscoso, quo destruitur motus: & valet ad repletionem, & ad debilitatem neruorum. Et est optimum mulieribus, in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ. Et etiam valet contra lapidem. Et generaliter dico quòd compositio huius electuarii est per adiuuamen diuinum, quod infinitis vicibus probaui, & à me nõ separaui, nec in ciuitatibus, nec in villis. Recipe radicis lilii cæleftis aur. xx. galbani aur. vj. & danich quatuor, ammoniaci aur. decem, & drach. ij. ellebori nigri aureos vj. aristolochiæ longæ aur. v. rosarum aur. xx. turbith aur. vj. liquiritiæ aur. x. stœchados aur. viij. satureiæ, centaureæ minoris, ana aur. viij. & s. squinanti aur. viij. croci aureum vnum, meu aureos vj. phu aur. iiij. gasit aureum vnum, eupatorii aur. xvj. zirungem aur. xx. & drach. viij. xylobalsami, car-

A pobalsami, ana aur. viij. olibani aur. ij. chamæpityos aur. xvj. chamædryos aureos duos, mastiches aur. vj. anisi, asari, granorum iuniperi, ana aur. v. spatanę, hyssopi, ana aur. v. harmel, cymini agrestis, maioranæ, scillæ assatæ, ana aur. viij. sagapini, Ammoniaci, aloes succotrinæ, ana aur. v. costi, gentianæ, ana aureos duos, origani aur. vij. nasturtii, calami aromatici, ana aur. iiij. Cõfice cũ melle, & submittatur in hordeo per sex mẽses. Et detur quasi auellana cum aqua calida decoctionis satureiæ, & duarum aristolochiarum. Medicamen Asiritæ Romani valet ad lapidem vesicæ, & prouocat vrinam. Recipe amygdalarum dulcium, semen cucurbitæ, & cucumeris, lapidis Iudaici, agarici, floris chamæmeli, gentianæ, ana drach. quatuor, aristolochiæ, capillorum veneris saliuncæ, sanguinis hirci sicci, vitri

B combusti, lapidis, qui inuenitur in felle vaccæ, anisi, radicis apii, bdelii, myrrhæ, ana aureos quinque, pulueriza, & confice cum melle. Et dentur drach. iiij. cum aqua decoctionis radicum apii & fœniculi.

XVIII. Dixit Galenus, iam dicimus in hoc libro nostro, quem vocamus librum experimentationis medicinarum, quas probauimus, & accepimus à sapiẽtioribus hominibus, & habẽtibus solicitudinẽ erga artes: & nos idcirco composuimus hunc sermonem, vt semper medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem quòd medici altarium curabant per cibos sacrificiorũ: vnde nobiliores probãtur aliis medicis. Optimè enim debemus laudare virum, qui illa facit per cibum, & plus, quàm illum, qui curat per medicinam: quia corpora, quæ curantur per exhibitionem diætæ, reducuntur meliùs ad temperantiam, quàm quæ curantur per medicinam. Et medicus pro virili sua debet considerare vt

C cibus, & materiæ, quæ debent propinari, sint propriæ naturæ patientis, vel accipientis. Et sint boni saporis, vt æger delectetur in ipsis, & diligat. Et non debet vti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali saporis: quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet, quàm profit. Vnde & medici dignum duxerunt cum medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua, quæ stomachum confortant. Et debes cauere in curatione malitię complexionis sine materia, ab euacuatione, & econuerso: & debes laxare naturam à leuioribus cõsuetis generaliter, sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando volueris euacuare, primò subtilia, pòst euacua parum, deinde mediocriter, deinde fortiùs. Et caueas à medicinis non expertis. Sed vta-

D ris expertis, & vsitatis à bonis physicis, & expertis. Et scias quòd omnes istę medicinę sunt bonę in locis suis, scilicet vbi conueniunt. Et sunt venena in suis contrariis. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas: & si posteà acquisiuerimus alias scribemus eas in fine huius tractatus.

DE

DE MELANCHOLIA, ex Galeno, Rufo, & Posidonio, ab Aetio conscripta.

Iano Cornario medico Interprete.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS.

Hic liber etiam inter notha Hippocratis opera legitur, & apud Aetium lib. 6. cap. 9. Qui volet conferet, in singulis enim sunt quæ differant, & quædam plus, minusve in vno, quàm altero legunt. Cap. 1. Melancholiam fieri uel toto sanguine affecto, vel capite tantùm, siue ibi nato, siue aliunde transmisso melancholico humore, aut vapore. Transmitti autem solet vt plurimùm ab hypochondriis, & ore ventriculi, quod cùm malè affectum est, caput simul & alias partes in consensum trahit.

CAPVT PRIMVM.

QVEMADMODVM in apparentibus corporis partibus aliquando omnibus, eadem tẽperatura apparet, velut in malo corporis habitu, elephantiasi, & hydropisi, aliquãdo verò vna quędam pars, aut amaræ bilis, aut pituitæ, aut atræ bilis humore suscepto, ipsa solùm temperaturam mutat: sic etiam circa cerebrũ fieri potest, vt aliquando toto in venis sanguine atrabiliario facto, ex communis detrimenti ratione, etiam cerebrum lædatur. Et rursus vt alio tempore, sanguine in toto homine illæso permanente, is solùm, qui iuxta cerebrum est, alteretur. Et cõtingit hoc dupliciter, aut aliunde confluente in ipsum, aut generato in loco atræ bilis humore. Generatur autẽ à caliditate multa indigena, aut flauam bilem, aut crassiorem, & atriorẽ sanguinem adassante. Plerunque verò partes circa prę cordia primariò affectæ, caput ad cõsensum perducũt, & delirium efficiunt, aut ipsa bile cerebrum occupante, aut aliqua vaporis melancholici exhalatione: quemadmodum in morbo flatuoso, & præcordiali appellato. Nihil enim rationi nostræ obstat, aliunde, & ex alia parte principium, & generationem affectionis esse. Nam os ventris quomodocunque affectum, facilè ad consensum ducit cerebrum, ob cognationem, per maximos duos neruos, qui ex supernis ad ipsum deferuntur. Perducit etiam ad cõsensum cor ipsum, ob vicinitatem. Similiter quoque septũ transuersum, quod etiam ipsi inseritur, & adnatũ est. Communitas est etiam stomacho ad spinalem medullam, qua parte incumbit, & colligatur verticulis colli.

II Principium itaque eiusmodi melancholiæ plerunque ex cruditatibus est. Flatus enim ipsis succedunt multi, qui facilè eleuantur, & circa præcordia diutiùs morantur, & ructus ipsis acidi cõsequuntur, nullo eiusmodi cibo accepto. Ventres plerunque ipsis sicci sunt, A somni parui diuulsi, insomnia turbulenta, & peregrina, palpitationes corporis aliæ aliàs, vertigines capitis, & flatuum sonitus circa aures. Et aliis quidem caput plenum & graue esse videtur, aliis verò leue, & vacuũ, aliis siccum. Quidam neque caput se habere putauit, ad quẽ excogitasse dicitur Philotimus supra reliquã curationem, plumbeum pileum, à quo grauatus caput se habere intelligeret. Fiũt etiam mente tristes, & timidi, & misericordes, & lacrymantur: ac deserta persequuntur. Quidam etiam dæmones ab inimicorum præstigiis sibi immissos esse putant. Alii venenosum pharmacum accepisse suspicantur, & suspicionem ipsorum confirmãt virosi, ac peregrini ructus, qui ipsis adsunt. Verùm aliis alia vidẽtur. Et est morbus hic omnifarius, & non facilè enumerabilis. Velut verbi causa, circa timores, alius amicissimos timet, alius omnes homines. Et alius in lucem prodire timet, & tenebras persequitur, alius fugit B caliginosos locos. Plerique tamen in tenebricosis locis degere cupiũt, & in monumẽtis, ac solitudinibus. Quidam verò etiam aquam timent, & vinum, & oleum, & omnem liquorem, velut qui morsi sunt à rabioso cane. Et in summa, melancholica deliria multiformia quidem sunt, ob corruptas particulares imaginationes. Vnum verò omnibus ipsis commune est, timor, & tristitia. Tristantur enim omnes præter rationem, & neque si interroges, habent quod dicant, cur tristentur. Non pauci verò ipsorum mortem timent, & alia quædam nullo timore digna. Sunt etiam qui mortem vehementer exoptant.

III Quòd igitur ob atram bilem rationalis animæ principia occupantem, timor fit, & tristitia, & mortis formido, nihil miri est. Videmus enim etiam extra cor- C pus, nihil nobis ita horrendũ, velut sunt tenebræ. Quũ igitur velut caligo quædam rationali animæ parti circunfusa fuerit, necesse est timere hominem, vt qui causam timoris secum in corpore circumferat. Sicut enim in profundis tenebris pueri timent, itémque adulti imperiti: ita etiam atræ bilis color, velut tenebræ, rationis locũ obũbrans, timores efficit. Quapropter omniũ symptomatum singulis accidentiũ causas enarrare impossibile est. Pleraque enim multam difficultatem habent, veluti, verbi gratia, Cur fugiunt velut horrenda, quæ non sunt horrenda: alia verò persequuntur velut bona, quæ nõ sunt bona. Et cur alius domesticos timet, alius verò omnes homines: & huiuscemodi plurimorũ verò symptomatum causas medicũ dicere, non est difficile. Velut, qui sibi videtur vas fictile esse, propter siccitatem hoc patitur: frigidus enim, & siccus est melancholicus humor. Similiter etiam, qui cutem suam siccis pel-

libus

libus ſimilem eſſe putat. Qui verò putabat ſe caput non habere,fortaſsis ob leuitatē hoc paſſus eſt,quam flatus vētoſus ſurſum latus ipſi exhibuit.Cur verò ap petunt melācholici plures cibos?Num quia frigeſcit ipſis os ventris?Cur autem ipſorum aliqui vini poto-res ſunt? Num quòd frigiditas calfactione opus ha-bet?Cur autem occidunt ſe ipſos? Num quia à maio-ribus malis liberari ſe putant?Niſi fortaſsis talem opi nionem induunt,quòd mori bonum eſt,quod Barba-ris quibuſdam videtur. Cur autem cruditates aſsiduè ipſis fiunt?Nū quia turbatum, & ſuperfluitatibus ple-num eſt ipſorum corpus, & proptereà etiam venter intemperatus, vt qui ſemper ex atræ bilis humore perfrigeratur?Cur autem alui plerunque ipſis ſiccan-tur?Num quia flatus ſupernè circa præcordia conſi-ſtunt,& non valde infra ſecedunt?Neceſſe itaq; eſt ob hoc ipſum etiam ventres ſiccos eſſe. Ex multa verò retentione, aliquando coaceruata ac colliquata ege-runt. Oculis autem plerunq; nictant,& oculi ipſis pro cidunt,& craſſa labia habent,propter craſſum flatum. Atri verò coloris ſunt,propter humoris diffuſionem. Hirſuti verò pleriq; ipſorum ſunt, propter multitu-nem craſſarum ſuperfluitatum. Veloci verò plerunq; lingua ſunt, & balbi, & gracili voce præditi,ob lin-guæ incontinentiam. Motus enim concitationes à fla tu fiunt. Quicquid autem concitatè mouetur,citò de-fluit. Et procliue ſanè fuerit etiam aliorum ſympto-matum cauſas reddere,ſi quis ex his progreſſum face re volet. Porrò nigreſcit aliquando hic humor ſuper-calefactus, aliquando ſuperfrigefactus. Nam quale quiddam patiuntur carbones,dum vruntur lucidiſsi-mi ob flammam exiſtentes,extincta autem flamma ni greſcentes:tale quiddam circa clarum ſanguinis colo rem frigiditas facit. Videmus enim etiam in externis, quædam corpora liuida fieri, ac denigrari à frigidi-tate. Et rurſus exceſſus caloris reſiccans,ac conſumēs humiditates,à quibus calor nutritur,humores nigre-facit,quemadmodum etiam ſol fructus,& hominum corpora. Hæc igitur ſunt,quæ ante curationem medi-cum cognoſcere oportet.

IIII. Quæ verò diſcenda ſunt, vt quis ita ægro-tantibus opem ferre poſsit,iam tempus eſt ſubiunge-re. Non parum autem refert ad curationem,noſſe vn-de morbus initium habuit. Cognoſcere itaq; oportet, quòd duplex eſt melancholiæ ſpecies. Quidam enim ex natura, & temperatura ab initio atram bilem ha-bent. Quidam verò ex mala diæta poſteà id tempera-mentum acquiſiuerunt. Et eſt hæc ſpecies ſegnis ſem-per, & triſtis. Qui verò ex flaua bilis ſuperaſſatione in delirium incidunt, audaciores, & iracundiores a-liis ſunt,& percuſſores, & omnia horrenda facientes, & maximè illo tempore,quo bilis ſuperaſſatur. Quo verò tempore ipſa extincta fuerit,triſtes, mœſti,ac ti-midi fiunt. Quum igitur totum corpus melancholi-cum ſanguinē fuerit,à venæ ſectione curationes prin-cipium facere conuenit. Quum autem ſolum cere-brum,æger venæ ſectione non habet opus,niſi multo ſanguine redundari, & præſeruationis gratia detra-ctionem faciamus. Cognitio verò an totum corpus melancholicum ſanguinem habeat, aut iuxta ſolum cerebrum talis ſit,ex his à te fiat. Nigriores,& hirſu-ti,& qui venas amplas habent, aptiſsimi ſunt ad atrę bilis generationem. Aliquando etiam homines colo-re rubicundi,confertim in melancholicam tempera-turam tranſeunt. Conſequenter autem ab ipſis flaui, & præſertim vbi vigiliis, & laboribus pluribus,& cu-

ris, & tenui victu, aut melancholicis eduliis fuerint
A vſi. Ad hæc,ſi ſuppreſſa eſt hæmorrhois in ſede,aut alia excretio conſueta,aut mulieribus mēſes. Nec parum confert anni tempus,& aeris ſtatus, & regio, & ægri ætas,ac ſtudium. His omnibus præconſideratis,vbi ſperaueris in totius corporis venis melancholicum ſanguinem contineri, certiſsimum experimentum adhibeto, ex venæ cubiti mediæ præſertim ſectione. Si enim effluens ſanguis non videbitur atrabiliarius eſſe,ſtatim cohibeto. Si verò talis apparuerit, quan-tum pro ægri corporis habitu,ſatis fore putaris, eua-cuato.

V. At verò tertia melancholiæ differentia, cuius principium à ventre hærere diximus, & quæ affectio pręcordialis appellatur, ſæpe ex relatis cognoſcitur. Primùm enim incipiunt ventris ſymptomata, velut ſunt inflatiōes,rugitus,ructus acidi, ac viroſi,& quòd vēter reſiccatur,& quòd in fecesſibus, ac vomitibus,
B & ructibus alleuantur, & quòd ipſi ægri percipiunt o-mnes vexationes circa præcordia cōſiſtere. Quemad modum igitur dum quibuſdam ſæpe ex ventre fuligi-noſa quædam,aut fumoſa, aut omnino craſſorum va-porum exhalatio ſurſum fertur, velut in ſuffuſos ocu los habentibus, aliqua ob oculos verſantur. Eodem modo etiam nunc dum melancholica exhalatio ad ce-rebrum, velut fuligo,aut fumus fertur, melancholica quoq; ſymptomata contingent. Quum igitur melan-cholici delirii propria ſymptomata apparuerint ma-gna, circa ventrem verò aut nihil moleſti, aut mini-mum fuerit, in his cerebrum primariò affectum eſſe putandum eſt,velut prædictum eſt.

VI. Melancholiam igitur ex cerebro primariò af-fecto obortam,per balnea aſsidua,& diætam boni ſuc ci humidam,ac flatus exortem curare oportet,citra a-liud efficax auxilium,niſi ob temporis longitudinem
C humor affligens ægrè euacuetur: quando ſanè magis varias,ac fortiores curationes adhibere oportet. Inci pientem autem affectionem curare conuenit. Nam iterata,ac acuta,ægrè curabilis euadit. Rufi. Siue au-tem cerebrum primariò affectum fuerit, ſiue præcor-dia,communia ſunt ſubducentia ventrem auxilia. Pri mùm igitur bonæ concoctionis curam habere opor-tet. Poſteà verò purgare,primùm epithymo, & aloe. Horum enim etiam ſi parum quotidie acceperit,pro-deſt tamen moderatè,& paulatim ſubducendo. Po-ſidonii. In quibus ſanguis redundare apparuerit,ſta tim ab initio vena ſecetur in cubito, & præſertim in quibus conſuetæ ſanguinis excretiones ſunt ſuppreſ-ſæ. Verùm in mulieribus quibus menſes defecerunt, venam in malleolo ſecare oportet, & in ſingulis pro
D viribus ſanguinem euacuare. In quibus autem vitiati humores magis redundant, præparatum per victum ægrum purgabis per Hieram Rufi, aut Archigenis, aut Iuſti. Si verò vtriq; redundent,facta priùs venæ ſe ctione purgato. Poſteà interpoſitis aliquot diebus, aluum per clyſteres euacuato, primùm cum furfurum ſucco,ſpumàque nitri,ac melle. Déinde etiam polypo dii radices contuſas,aut epithymum, cum furfuribus coquito.

VII. Poſt triduum à clyſteris vſu,detur ipſis picra ex aloe compoſitio, quæ ſupra reliqua omnia, etiam epithymum accepit. Præparanda eſt autē velut The-miſon iubet,ita vt aloes accipiat drach. centum,ma-ſtiches,croci,ſpicę nardi,cinnamomi,aut caſię duplū, aſari,carpobalſami,ſingulorum vnc. j. His verò etiam epithymi ſextans addatur. Detur autem cochlearii

magni copia,cum aqua mulsa.Detúrque ipsis ex mo-
dicis interuallis iterum, atq; iterum. Déinde rursus A
per victum reparatis viribus,rursus date hieram Ru-
fi,aut Archigenis,aut Iusti. Sit autem pondus drach.
quatuor cũ aqua mulsa, & salis cochleario paruo. Me-
lius est autem per euacuantia quotidie leniter ventrẽ
subducere. Atram verò bilem ducit amaracus, & cu-
nila appellata drach.ij.pondere aquę mulsę inspersa&
pota.Conducit & lactis sero aluum subducere.Sed nõ
de caseis dandum est serum.Præstat enim id,quod à la
cte per cocturam separatur. Sit autem lac equinum,
aut si non possit haberi,bubulum. Lac ipsum in ollam
nouam mittatur,& fici ramulo agitetur. Postquam au
tem ter,aut quater ebullierit,acetum mulsum irrore-
tur.Déinde percolatum in potu detur. Et primũ qui-
dem ammiscendum est mel.Quum autem venter subi
re incœperit,non amplius mel. Accipiat autem æger
hoc serum per heminas, non infra quinque hemina- B
rũ mensuram. Ab omni verò euacuatione vtendum
est maluæ semine leuissimè trito,duarum drach.pon-
dere cum aquæ cyathis tribus. Egregiè enim facit.
Quare sæpe ipso vtendum est. Optimum est & pulegii
decoctum sæpe bibere,& ante purgatoria,& post ipsa.
Et similiter centaurii parui. Absynthii autem deco-
ctum & assiduè,& consequenter præbe. Stomacho e-
nim,& ventriculo in his commodum est. Et neq; fla-
tum multum in ventre fieri permittit, neq; secessum
penitus resiccari,& vrinam ciet,& concoctionem pro
bè adiuuat , adeò vt ego ex huius solius vsu nouerim
quosdam à morbo liberatos.Danda sunt etiam vrinã
mouentia,anisum,daucus,petroselinum,asarum,nar-
dus,& his adhuc amplius fœniculi magni syluestris se
men,& radix.Chamæpitys autem,& chamædrys prõ-
ptiùs accipienda sunt,ita vt singula hæc cum aqua co- C
quantur,aut arida trita inspergantur.Commodæ sunt
autem euacuationes per sudorem,& laborem , & bal-
nea fientes,& per illitiones in sole,qualis est,quæ cum
oleo chamæmelino fit,& cum oleo,ac nitro.Quòd si
habitus permiserit,rursus per hieram purgato.

VIII. Conuenit autem neq; præcordia neglige-
re,& maximè vbi accesserit medicus,curationis ipso-
rum coniecturam faciet.Fomenta igitur conueniunt
ex oleo,in quo cocta sunt,ruta , anethum, serpyllum,
absynthium,artemisia,pulegium,viticis semen,baccę
lauri,aut folia tenera.Hæc enim dolores mitigant, &
flatus minuunt. At verò inflationibus stomachi cum
morsu,cuminum,& pulegium in aceto coquere opor
tet,& per spongias stomachum fouere. Aliquando e-
tiam alumen aceto inspergimus.Cataplasmata autem
habeant aut anisum,aut apium, aut cuminum in oleo
præcoctum.Et cyperus leuissimè trita,& iris,& liba- D
notis cataplasmati addatur.Permittantur autem diu-
tiùs & ante,& post cibum.Ablato verò cataplasmate,
præcordia contegantur,aut lana amplissima,aut leuis
sima,& pura pelle agnina,præillitis locis ex nardino.

Vtendum est etiam cucurbitarum adhibitione, ad
flatus quidem inanium, ad inflammationes verò , ac
duritias,cum scarificatione.Posteà verò ceratis ex cy
prino vtendum est, & polyarchio , & quod ex styrace
paratur,& quod ex seminibus fit,& similibus.In pro-
gressu autem curationis,etiam rubificatione ex cari-
cis,ac sinapi vti,valde proderit,& cõcoctiones reuo-
cat.Nã & vẽtri robur addit, & si quis dolor in præcor
dio restat,eum eximit.Vtendum est etiã acribus sme-
gmatis ad præcordia,& picatorũ medicamento , hoc
est pice sicca per se ipsam liquefacta,aut oleo modico.
Calida autẽ excipitur pelle,& vẽtri,ac dorso imponi-
tur,ac sinitur,donec sua spõte decidat.Quare licet cũ
ipsa lauari, & quod paulatim disparatur forfice aufer
re. Valde verò prodest eis stercus bubulũ aridũ aceto
mulso infartũ,ac impositum,prosunt etiã bulbi cũ ni
tro,aut alumine triti,ac impositi.Sed & his ad bubulũ
stercus ammistis vtile fit cataplasm'a,& præsertim vbi
morsus ab ipsis circa stomachum percipitur.

IX. Cæterũ in quibus conuulsiones assiduè corpori
adsunt,cõfert etiã castorii potus,& illitio corporis ex
castoreo cũ oleo sicyonio.Cõuenit & moueri,& exer
ceri ipsos pro viribus ante cibũ.Balnea verò probè cõ
coquenti nõ sunt valde necessaria, nisi lassitudini ali-
cui mederi velis.Qui verò non bonũ ventrẽ habet ad
concoquendũ,huic cõducit frequentiùs lauari,aut ie
iuno,aut post perfectã concoctionẽ.Post balnea cibos
damus cõcoctu faciles,flatus exortes, ex aluo seceden
tes,exacta consideratione facta quomodo ex singulis
homo afficitur.Nõ enim omnes ad omnes cibos simi
liter dispositi sunt. Plerũq; tamẽ conueniũt panes cli
bano cocti probè pręparati.Volucres non pingues,nõ
virosę,montanæ:oua gallinarũ mollia:pisces petrosi,
& molles carne.Echini verò marini plurimũ pręstant
ad iucunditatẽ,& vtilitatẽ.Vitanda sunt omnia in sta
gnis degentia,& in paludibus.Ex carnibus conueniũt
hœdinæ,& lactentiũ animalium, & ex his magis extre
mæ partes probè coctæ.Non inutiles sunt etiã vuluę,
& ventriculi,& pedes suilli.Ex oleribus ad cõmunem
victũ conferunt dulcia.Acriora verò aliquando dan-
da sunt pharmaci loco , velut est asparagus palustris,
petroselinũ,& similia. Moderata verò copia omnia
accipiuntur.Vinum sit tenue,& albũ, & non valde ve-
tus. Non autem aceruatim detur potus inter cibum,
neq; magna copia potus exhibeatur, vt ne cibi in ven
tre fluitent. Acetum quoq; acerrimum cochlearii mẽ
sura post omnem cibum absorbeatur , vbi iam vult
dormire.Sed & pleraq; obsonia in aceto tincta edere
conuenit. Præstat autem aceto ammiscere parum de
scilla,& ruta,& aristolochia tenui.

X. Posidonii. Commodum est autem ad inflatio-
nes oxyporiũ tale præparare. Ligustici, seminis apii,
zingiberis,thymi,singulorum vnc.j.mellis despumati
quantũ satis est.Dato cochlearii dimidiũ mane,& ve-
speri similiter. Quòd si mellis dulcedinẽ auersentur,
salem concoctorium eiusmodi ipsis præparato.Scillæ
assatæ vnc.j.salis Ammoniaci quincuncem,seminis,
apii,fœniculi,thymi,petroselini,anisi,sinonis,zingi-
beris,singulorum drach.iiij.panis puri sicci quincun-
cẽ,piperis sesquiunciam. Ex hoc cochlearii mensurã
edendum dato cum cibo,prout voluerit.Detur etiam
ipsis antidotus theriaca ex quibusdam interuallis, &
præsertim hyeme,& inchoante vere.

XI. Rufi. Vomant ex longioribus interuallis etiam
à cibis. Verùm à raphanis,aut origano, aut thymo ie
iuni.Non tamen fortioribus vomitoriis vtẽdum est.
Sunt enim talia nociua in his,ærumnam stomacho,ac
ventri addentia,iam anteà ex morbo afflictis. Viden-
tur enim aliqui ex efficacioribus vomitoriis melan-
cholia correpti. Próinde operæpretiũ est nosse,quòd
multi sic ægrotantes, in tempore curationis nihil cõ-
modi perceperunt. Dimissa verò curatione restituti
sunt,naturã ante curationem præualente contra mor
bos debiles ex medela factos.Quapropter naturæ re-
missionem dare oportet. Videtur enim vnà cum cu-
rationibus affligi.In quiete verò inualescere,& supe-
rare morbos iam anteà attenuatos.

CLAVDIO GALENO Attributus Liber De Cura Icteri.

ARGVMENTA CAPITVM Libri sequentis.

Cap. 1. De phlebotomia, purgatione, vomitu, & hypochondriorum cataplasmate. 2. De ventosis, ceroto, & alio cataplasmate. 3. De absynthio, & diuersis alijs simplicibus medicamentis. 4. De ratione victus, balneo, cibis, vino, &c. Et quid tardante ægritudine faciendum. 5. De venereis. 6. Duo mala signa in omnibus morbis. 7. Ad purganda vestigia icteri à facie.

CAPVT PRIMVM.

AD ICTERI curam prima quidem duo sunt maximè necessaria auxilia, scilicet phlebotomia, & purgatio. Sed purgatio quidem est propinqua, eò quòd cholera, & non sanguis, abundat in ictericis. Fiet autem & aliquando phlebotomia propinqua, quando simul cum cholera abundat sanguis: & quando hepar, vel splen ab inflammatione tenditur, & dolet, sicut multoties accidit. Nihil enim est aptius phlebotomia in dolore viscerum. Alius autem & phlebotomans curabat, sicut & Praxagoras: sed non distinguebat quos erat phlebotomandum, & quos non. Purgationes verò magis appropriatæ sunt huic ægritudini: & plus iuuantur patientes, quando purgantur iuxta principia. Ego autem euphorbio miscens epithymum, & aloen, & petroselini, & dauci semen, & piper album, purgo ictericos, & vt plurimùm quidem solum hoc sufficit. Bene verò purgat & scammonia cum aloe, & sicyoma, & quicquid aliud acutius euacuat, maximè autem quæcunque choleram ducunt. Debiliora verò subductori fortassis non conferunt, eò quòd non curantur faciliter icterici propter ventris siccitatem, nec omnino descendit cholera ad intestinum. Quibus autem in impedimento est aliquid vt purgentur, his confert vomere per raphanidas frequenter: aliquando autem & post cœnam. Etenim hepar ad ambas euacuationes, eam scilicet, quæ per subductoria, & eam, quæ per vomitus, non impropriè ducendum est. Et hypochondrium, vt vtique mollius existens, cataplasmandum, miscendo farinæ hordei de rore marino, & scinco, & artemisia, & absynthio, & abrotono, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamæpitye, & allio, & centaurea. Hæc enim alterutra vrinas mouent, quod ægritudini est maximum bonum, & contrahitur viscus.

II. Ventosarum autem appositionem vidi præ
A manibus existere in medicis, quando carent eis, quæ
propria sunt ægritudini. Non tamen valde laudo, neque
vitupero eam, sed secundum tempus. In eis enim, scilicet
icteris, qui à ventre, post eos, qui ab hepate, puto
conferre: secundariò verò eis, qui ab hepate, quando
tumorem, aut dolorem habet. In eis autem, qui à splene,
nihil prodest ventosa. Hepar enim, & venter applicata
phrenibus, possunt euacuari per ventosam versus
hypochondrium, propter continuitatem. Splen autē
nullum commune habet cum phrenibus, sed multùm
ab eis distat. Nequaquam igitur oportet eos, qui à splene,
icteros curare ventosis. Mitigatis verò febribus,
cerotum apponere, primùm quidem ceram, & resinam
coquendo cum cyprino, id est, alcanna, & meliloto,
& bdelium, & Ammoniacum miscendo. Ignita verò
B hypochondria nequaquam lædes, & farinam hordei
cum floribus vitis albæ, & meliloto cataplasmans. Coquere
autem oportet melilotum in dulci, & terere cū
farina, effundendo de ipso dulci. Fit autem id et absque
farina per panem mollem.

III. Bibere oportet pharmaca in hac ægritudine,
succum absynthii infundens in aqua cum nardo. Fortiùs
autem oportet coquere absynthium in aqua, &
colatum dare ictericis. Optimum enim est pharmacum,
si quis animosè offerat, non attendens ad amaritudinem.
Et nimirū apparebit tibi magis dulce, quàm
amarum esse absynthium. Amariora enim noui hoc
aristolochiam, gentianam, centauream, & alia multa.
Nempe & prætermittere quid iuuantium propter gustum,
ingenerosum est: sicut & assumere quid nocuum
propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiū-
C tur icterici quid inconueniens. Amara enim eis apparent,
quæ sunt dulcia. Vnde amaritudo, quæ inest absynthio,
à passione obtusa erit. Bonum autem est bibere
ad icterum & hoc, calaminthen, peristereonem,
vocant autem sacram herbam, acetosulam, lapathium
acutum, quod est rubrum in stipite, & frondibus, & stipes
est quadrangularis, plenus semine, radix verò eius
est lutea. Hoc autem per se comestum, & decoctio radicis
bibita, citò iuuat. Iuuat autem & domesticum
lapathiū similiter. Comedere autem oportet & de eo
in prandio, & de decoctione radicum bibere. Nullo
autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys,
& erythrodani radix, & rosmarinus, & vocatum hemionium,
& subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum,
& hypericon, & struthion. Horum enim singulum
bibere licet coquendo in aqua, vel cum vino: vel
incisum permiscere cum melicrato, vel vino antiquo:
vt plurimùm verò pondus vniuscuiusque est drach. j.

Bonum autem eſt & terere ipſa in aqua vt in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in ictéris & ſulfur cum ouo ſorptum, & allia, aſſa, & cruda comeſta, & cæpæ, & raphanides. Et melicratum per ſe eſt optimū, & cicerum decoctio, & cichorium cum vino, & caulis ſuccus, & ſtaphylini radices, & cornu cerui abraſum, & in vino bibitum, & amygdalæ amaræ coctæ in ptiſana, & petroſelini, & ſmyrnii molles radices, & aniſum, & meu, & acorus, & radices de Ponto odoriferæ. Maximè autem aſarum, & nardus, & ſolatri ſuccus, & chamæmelus, & mercurialis, & tamariſcus. Hæc enim omnia ſunt pharmaca ictericis purgatiua. Et offerre ipſa oportet, ſicut ego cum multa experientia ſcripſi.

IIII. Non autem in ſolis pharmacis faciebam curam, ſed diætans quàm maximé. Aliquibus enim ſola diæta præbuit quod quærebatur. Optimum autem eſt poſt exurrectionem manè à ſomnis, tentare fricari moderatè cum oleo puro. Coquantur autem in oleo ſaluia, vel amaracinum, vel artemiſia, vel bacca lauri, vel chamæmelus, vel iris, vel nardus, vel caſia lignea, vel coſtus. Expurgant enim prædicta colorationes, & ſudores mouent. Déinde abſterſo ſuauiter, vt remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum, vel malagma Amathonis, vel Polyarchi, vel alicuius talium, Quæ primò quidem remittere habent: déinde cyprinum cerotum, & tecto hypochondrio, & ſuper-accincto patiente, ad deambulationem oportet exire: modicum verò moto bibere de prædictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quieſcere: déin de ire ad balneum: & ibi priùs moto, & vocitante, balneari cum aqua multa, & calida: ſimul enim ſudores ſic conferunt. Simul autem & pruritus ceſſant: & maximè ſi nitro, & fæce vini vſta abſtergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria verò ictericis, & pulmenta, ſunt panes bene fermentati, & non multùm puri. Ad ſeceſsiones enim ii conferunt. Pulmenta verò, præſuccum garizicum, vel byzantinum antiquum, et raphanides, et capparis cum oxymelite, et piſces mollium carnium, et petrini aſſi, et cum cocco Cnidio, et coriandro, et aniſo cocti, et eritio, et cum melicrato. Hæc autem et vt pharmacum proſunt, ducentia ad vrinas. Quādo autem et terreſtris fuerit eritius, non oportet abſtinere. Quando autem piſces non adſunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam. Comedere autem ſalſuginoſa, et bibere vinum album odoriferum: neq; ab oleribus oportet abſtinere, ſed et horum propriè quàm maximè oportet ſumere, quæ ſuauiſsimè mouent minctionem. Sūt autem talia, paſtinaca, et cartamum, et ſtruthii germina, et ſcandix, id eſt, endiuia, et cyminum, et ſiſarum, et molles cardui, et fœniculus, et eryngii radix, id eſt, vitiale porrum, et aſparagus, et ſmyrnii ſtipites, et mercurialis, et omnia talia. Bonum eſt autem et origanū viride. Domeſticorum verò olerum, aptiſsimum eſt caul. et orininum eius, et ſiclum, et raphanis, et rapa, et cæpa hortenſis, et germen ſinapis, tritio quæ eſt de ſemine eius, et de allio. Carnium autem, ſyueſtres ſunt meliores domeſticis, et elixæ magis, quàm aſſæ.

A Appendant autem ſelini ſemen, et anethi, et cymini. Domeſticas verò aſſas oportet comedere, quæ ſint iuueneſcentium. Excipere autem oportet omnia paludoſa, et aquatilia, et gallos, niſi moderatè carnoſi fuerint. Fructuum verò ventoſi quidem omnes non ſunt apti, ſed qui ſunt viſceribus familiares, et vrinas prouocant, abſq; quòd ſint cibabiles. Dactylorum verò balani, id eſt, fructus ita ſunt diuretici, vt ſi quis virides comederit, ſanguinoſas vrinas copioſè faciat. De tragematibus autem, frixa cicera ſunt optima. Vinorum autem, alba, et ſubſtyptica, et ſubtilia, et non valde antiqua. Et iuuenum melius eſt oblationem facere poſt labores et balnea, cauendo à repletione, ſicut et ab indigentia: ambæ enim ictericis ſunt peſsimæ. Repletio quidem, propter indigeſtiones, et eò, quòd obſtruit hepar: indigentia verò, propterea quòd choleriores

B oſtendit humores, et propter inanimoſitates, quæ ſequuntur ægritudinem ſecundum multam neceſsitatem. Vbiq; igitur quod eſt moderatum, eſt optimum: hoc autem magis, vbi et exceſſus, et defectus nocumētum non paucum infert, ſemel, aut bis aſſumpti. Oportet autem et tardante ægritudine, peregrinationes tētare, et appenſiones, et equitationes, et in ſole nudari, et per ſe natis balneis vti. Maximum enim eſt ab vnoquoq; eorum iuuamentum.

V. Venerea vidi quoſdam quidem medicorum laudantes in hac ægritudine. Manifeſtum autem eſt quòd ſiquidem vtendum eſt eis, in vltimis declinationibus competunt. Melius verò eſt magis ſobriè diætari in alíis, et in venereis. Non enim poſſunt tantum iuuare remiſsione, et lætitia mentis, quantum nocent imbecillitate, et infrigidatione corporis. Vltra autē quòd infrigidāt, triſtiores faciunt. Omnino autem bonum animum, et manſuetudinem ſiſtunt, excitando quod

C contriſtat. Hæc quidem eſt diæta ictericorum.

VI. Scire autem oportet timendum eſſe, ſi hoc te faciente, et pharmacis, et adinuētionibus nihil ad melius addunt, ſed magis fiunt peiores habitibus hi quidem aquoſati, alii autem exſiccati. Duæ enim ſunt hæ verſiones malignæ, et difficilè tractabiles ſecundum ægritudinem: idcirco et à longe prohibere oportet, et obuiare eis, et obſiſtere: humidiores quidem, per purgationes, quæ per diuretica, et labores, et ſolares ſtationes, et per ſudorum eductiones ſiccando: ſicciores verò, per bonam nutricationem humectando.

VII. Si autē quid remanet in vultu de ictero, quod fieri ſolet, effuſionibus, quæ ad nares, oportet vti. Fortiſsimum autem eſt ad hæc electuarium, et cyclamini ſuccus permiſti cum lacte, vt non moleſtent repleto o-

D re aqua. Debilior autem eſt anagallis, et ſiclum, et nigella, non tamen ſunt inutilia. Eligat verò medicus quæ conueniunt ægritudini. Purgentur autem primò quidem mucilago, déinde cholera craſſa, ſicut vitellina. Licet autem his et poſt balneum vti: citiùs enim euacuant: et ſimul balneum conſolatur, & eſt minùs mordax. Et hæc eſt cura ictericorum.

CLAVD.

CLAVDIO GALENO Adſcriptus Liber De Cura Lapidis.

ARGVMENTA CAPITVM Libri ſequentis.

Cap. 1. Quantum noceat dolor: deque eius præcautione, tempore æſtatis. 2. De remedijs autumni, quo tempore aer frigidior, & pluuius fit. 3. De remedijs, quæ lapidem demoliũtur, in victu, & alijs. 4. Compoſitiones duæ ad lapidem. 5. Ad lapidem in veſica. 6. Ad incontinentiam vrinæ, remedium: nempe vinum, in quo cocta ſint, ruta, caſtoreum, cupulæ glandium, ſemen myrti, & thus. Et quam multis, variiſque morbis vtilis hic potus ſit.

CAPVT PRIMVM.

CANON, quem ſcripſit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer Imperatori Saracenorum Anly filio Ioſeph filii Reſaphin de curatione lapidis. Accidentia, à quibus conuenientius eſt cauere, & à quorum tractatione cautela eſt adhibenda, ſunt dolores, propter timorem, qui eſt in eis. Debilior nanq; eorum proſternit virtutem, & ſoluit inter hominem & inter ſuas ſalutes. Et ipſi quidẽ non ſunt ſicut accidentia, in quorum curatione interuenit latitudo. Et ego iam multoties eo præſente dixi quòd hoc accidens eſt ſicut inimicus. Et oportet, licet det inducias, vt abſcindatur ipſis ſuis induciis, propter ſuam debilitatem in reſiſtendo: & non ſit contentus in debilitando ipſum, ſed abſcindat ipſum cum eo, quod acquirit ei vires, aut præparationem. Et canon conferens in ſegregatione cauſæ huiuſmodi accidentis, per cuius aſsiduationem confido quòd ſecurabitur ab eo, eſt iſte: Dum tempus æſtatis perſeuerat vſque quo pertranſeat plurimum temporis autumni, & deſcendat pluuia multa, tunc acceptio ℥.xv. de ſyrupo acetoſo, facto cum aceto expreſsionis vuæ puræ, & medietatis eius de ſyrupo violato cum v.℥. aquæ, in qua bullierint cortices radicũ fœniculi, ʒ.xv. & cubebæ contritæ ʒ.j. donec conſumpta ſit aquę pars quinta, & colata eſt cõuenienter, ſumat hoc omnibus modis in omnibus xv. diebus. Et acceptio aquæ ciceris, ſecundum quod dixi, eſt bona, & benedicta. Et ſi inueniatur aqua, & miſceat cum ea decoctione eius acetum, quod deſtruat ipſius caliditatem, & roboret eius inciſionem, & ipſius abſterſionem, & ad vltimum quando inuenitur in acuitate complexionis, exquirat ſtudium in infrigidando, ſumat hunc ſyrupum, ſiue medicinas decoctas in aqua, quam narraui: & vtatur

A ſyrupo endiuiæ, & ſyrupo acetoſo, & ſyrupo nenufaris: & ponatur in omnibus temporibus in aquam cibariorum factorum ei aqua ciceris nigri, niſi apud vehementiam caliditatis aeris. Decoquatur ergo cum aceto, quod decoquatur cum aqua ciceris, & ſit cum aceto cucurbita: verùm in cibariis de cucurbita multiplicetur origanum.

CAP. II.

QVando ergo aduenerit autumnus, & non intelligo per autumnum illud, de quo abſolutè dicitur hoc nomen: quoniam tota autumni natura eſt ex natura temporis æſtatis, ſed volo per ipſum quando complectitur complexio aeris gradatim ad frigus, & aſſociatur ad illud, vt humectetur aer per deſcenſionẽ pluuiæ: ſumat de confectione, quam feci ei nunc quatuor drach. cum decoctione ciceris nigri, condita cũ B ſale, & pauco piperis, die vna, & interpolet diem, quatuor vicibus, aut quaſi illis. Quando ergo vehemens ſit frigus aeris, & figitur hyems, accipiat de tyriaca magna omnibus decem diebus, aut quaſi illis ʒ.j. cum tanta aqua calefacta, quantum capit os ſemel, permiſto ei de ſyrupo de corticibus citri. Et quando poſsibile eſt vt vtatur cibario facto ex olere vrticæ, fiat ei cibarium oleum decoctum factum cum carne hœdi, quod ſumat in principio ſuæ comeſtionis. Hoc regimen ſufficit ad auferendas cauſas huiuſmodi accidentis. Et de illis, quæ oportet ipſum in cibo ſumere, eſt lepus, poſtquam confirmatur hyems, & defectus pluuiæ, & in vere die aliquo in diebus. At verò adoleſcẽs eſt multò melior, quàm aries bimus, in iſtis duobus temporibus propriè. Et de illis, quibus oportet conſeruari ſanitas ab omnibus accidentibus, quæ de proprietate caloris eſt vt faciat accidere, aut vt accidant C cauſa eius in tempore autumni, eſt vt ſumat in menſe Maii circa finẽ eius, & in principio Iunii, iſtud. Hordei excorticati, & contriti, & florum nenufaris, & oculorum vaccæ mundatorum ex ſuis interioribus, omnium ana ʒ.viij. ſeminis ſcariolæ, & volubilis exiccatæ, & medullæ ſeminis croci hortulani, & medullæ ſeminis melonis, omnium ana drach. quatuor, florum violarum, & capilli veneris, corticum apii, radicis recentis, omnium ana ʒ.ij. rhubarbari electi recentis quartam ʒ. vnius: terantur quæ ſunt terenda, & infundantur omnia nocte vna in menſura libræ aquę feruẽtis, & in mane ponantur ſuper ignem leuem, quandóque incœperint bullirę, confricentur manibus calida, & colentur, & confricentur manibus in colatura de condito roſato ex ſaccharo drach. xij. & de medulla caſiæ fiſtulæ mundatæ à ſuis interioribus, & ſuis tunicis, drach. quatuor, & coletur, & miſceatur cum eo

tertia ℥.de ſyrupo iuleb ex ſaccharo:& ſumatur mane alto,& quieſcat die aſſumptionis eius,& ſecunda.

CAP. III.

ILlud verò, quod aufert eſſe lapidis,& eius prohibet generationem, eſt eſſe contentum in cibo pane fermentato ſpongioſo, cuius farina mundata fuit in proximo, cum auibus laudabilibus, ſicut pullis, & perdicibus,& interpolatione lepore,& aſparago, quando poſſibile eſt:& cibarium olerum ex vrticis, & ſicla eſt benedictum:& non repleatur comeſtione multum, imò dimittat de ſaturitate ſua parum: & non laboret poſt comeſtionem penitus. Et ſi eſt neceſſarium vt frangat illud, quod generatum eſt ex eo, & extrahat illud, ſumat de hac confectione. Recipe corticum radicum aſparagi exiccatarum, & corticum radicum fœniculi exiccatarum,& polii,& ſcolopendriæ, & cubebæ, omnium ana drach.v. ebeni,& gummi prunorum,& lapidis Iudaici contriti ſuper cotē, & caſiæ,& cyperi de harach,& bdelii varii,& ammeos, omnium ana ʒ.ij. terantur ſingulariter,& cribellentur, & conficiantur cū ſyrupo de ſaccharo:& ſumatur ex ea ex tribus ʒ. vſque ad illud, quod eſt quaſi illud, cum aqua calida, in qua bullitum fuerit parum fœniculi. Et ſimiliter ad ventoſitatem, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & ſtricturam anhelitus,& dolorem brachiorū cōfert ei. Ad ventoſitatem ſufficit regimen, quod ego præcepi ad prohibendam eorum generationem penitus. Ea verò, ex quibus generantur, ſunt permiſtio in cibo, & intromiſsio cibi ſuper reſiduum cibi,& labor poſt comeſtionem. Illud autem, quo eſt vtendum apud vehementiam doloris: nam dolor prædictus non accidit, niſi à generatione lapidis ſtantis in aliquo meatuum vrinæ. Et quod ego determinaui ei, prohibet eius generationem, ſi ei alligetur ita, vt de eo nunquàm conqueratur:& non accidit aliquid ex eo, ſi alligato ceciderit iteratio mundificationis renum. Veruntamen non eſt poſsibile, niſi imperium mandati auditur adminiſtratum in huiuſmodi diſpoſitionem,& eſt iſtud. Recipe fœnigræci ʒ.iiij. ſeminis apii, ſeminis dauci, amborum ana duas tertias ʒ.j. bulliat totum in ſeptem vnc. aquæ, donec redeat ad medietatem: deinde cōfricetur manibus, donec aliquantulum viſcoſum fiat: & in colato fricetur manibus de condito violato,& ſaccharo ℥.j.s. fricatione vltima: & coletur, & ſorbeatur in hyeme ſuper medietatem ʒ.j. de tyriaca magna: & in æſtate & ſuo ſimili de temporibus aeris calidi, ſine tyriaca penitus: & vaporetur locus totus cum hoc: Olei anethini ℥.iij. ſumantur, in quo liquefiat adipis gallinæ vnc.j. demum ſubmergatur in eo lana ſuccida,& vaporetur cum ea tepefacta locus multis vicibus poſt potum medicinæ præcedentis: demum adminiſtretur ſternutatorium bis, vel quater. Dolor verò capitis, quando inuenitur, tunc ſi fuerint in tempore caloris, ſumat iſtud, quod narro: Conditi roſati ex ſaccharo drach.xij. medullæ caſiæ fiſtulæ mundatæ à ſuis interioribus, & à ſuis tunicis ʒ.vj. fricentur ambo in v.℥. aquæ calidæ,& colētur: & addatur colato ſyrupi violati de ſaccharo ℥.j.s. ſumatur in mane:& vngātur frons,& anterior pars capitis cum oleo roſato, concuſſo cum tertia parte ſui ex aceto forti, & infrigidetur: & ſit effuſio eius ſuper caput cum vaſe ſtricti oris ab altitudine menſuræ palmi: quoniam eſt melius,& velocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, ſumant hanc medicinam: Agarici vehementis albedinis ʒ.j. & tertia. raued ſeni ʒ.j. terantur ambo, & conficiantur cum ſyrupo acetoſo de ſaccharo: & ſumat ſuper illa duo iſtud, quod ego narro: Caſiæ contritæ,& aniſi, vniuſcuiuſque ʒ.j. ferueant cum vj.℥. aquæ, donec conſumatur ex ea menſura tertiæ,& coletur:& miſceatur in ea ſyrupi acetoſi ℥.j.s. & ſorbeatur: & bulliant chamæmeli,& meliloti vniuſcuiuſque manip.iiij. in aqua, quæ cooperiat ea, donec vehemens fiat eius calefactio: demum inclinentur frons, & tempora ſuper illum vaporem aſcendentem ex ea. Cùm ergo tepuerit aqua, in qua bullitum fuit illud, quod dixi, ſubmergatur in ea pannus lenis,& vaporetur cum eo vbi inuenitur dolor in capite. Stricturæ verò anhelitus non eſt cauſa, niſi additio carnis, & dimiſsio exercitii in ieiuno:& conſeruatione illius eleuatur. Illud verò, quod accidit de dolore, brachiis, & membris, inungantur quando inuenitur illud cum oleo anethino, quoniam deſtruet illud.

Suffuf ad lapidem. CAP. IIII.

ET eſt ei iterum deſcriptio ſuffuf ad lapidem. Recipe gummi prunorum, & cubebæ, & lapidis Iudaici, ana ʒ.iiij. corticis radicis aſparagi,& ebeni, ana ʒ.ij. ſeminis dauci drach.s. terantur, & cribellentur, & adiungatur ei media ℥. ſacchari,& bibatur de eo omni die ex ʒ.ij. vſque ad circuitum eius cum aqua, in qua miſceatur ſyrupus acetoſus. Et ſit cibus tafea ex lepore, aut fœniculum, & cibarium olericum ex vrticis. Et eſt ei deſcriptio infuſionis illa ad illud: Recipe corticum radicum apii, corticum radicum fœniculi, ana ʒ.ij. corticum radicum aſparagi, drach.iiij. rubiæ tinctorum drach. vnam: terantur omnia,& bulliant in vj. ℥. aquæ, donec minuatur medietas eius: & coletur,& miſceatur cum ea de ſyrupo acetoſo ſcillitico ℥.j. ſemis,& bibatur.

Ad lapidem in ueſica. CAP. V.

VAlet lapidi in veſica, id eſt, frangit illum in veſica hoc modo: Accipe cortices radicum petroſelini, fœniculi, ſemina eorum, milium ſolis, ſemen maluæ, & maluauiſci, fœnigræci: omnia vniuerſaliter habere poteris,& bulliant in aqua, & colabis: in parte iſtius colaturæ pones ℥.j. prædicti olei,& totum tepidum dabis ad bibendum, ſiue in balneo: & hoc ieiuno ſtomacho poſt aliquam horam poſt cibum, & hoc frequenter quouſq; totum lapidem emittat. Veruntamen ſi fuerit iuuenis,& ſiccus, aut macilentus,& in æſtate, dabis ei cum decoctione ſeminis melonis, citruli, cucumeris,& cucurbitæ, lactucæ ſeminis, maluę,& maluauiſci, omnium æqualiter. Valet ægritudinibus veſicę, quando impeditur vrina ex humore frigido oppilante collum veſicæ, quod percipies, quando non ſentit calorem circa partes illas, nec ardorem in vrina. Et quòd calidis iuuatur,& frigidis læditur,& quando ſentit frigiditatem circa pectinem, certior eris. Item quando ſanies vulnerata, vel ſanguis congelatus eſt in veſica, dabis cum aqua mellis: ſed caue ne vulnera recentia ſint in renibus, de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinæ.

CAP. VI.

ITem ſi vrina præter voluntatem emittatur, da ad bibendum de vino, vbi decocta ſint ruta, caſtorium, cupulæ glandium, ſemen myrti,& thus. Iſta eadem facias, ſi mingat lentè, partes illas frequenter vngens. Prouocat vrinā ex humoribus frigidis, vel ſanie, vel ſanguine congelato, aut lapide, in collo veſicæ, meatus vrinales, aut ipſum collum veſicæ oppilantibus, vniuerſa curabit, ſicut ſcriptum eſt. Item valet doloribus frigidis, paſsionibus aurium frigidis, valet paralyſi, tremori membrorum,& torturę oris bibitū. Debes

vngere

vngere membrum læsum in his tribus prædictis passionibus. Sed primò, & præcipuè principia membrorum patientium, scilicet occipitium, & totam spinam dorsi frequenter. Sed in paralysi, non in principio, sed post quatuor, vel quinque dies, tunc præsumitur quòd humores non sint superflui. Verùm in paralysi sanguinea nequaquam fiat nisi in declinatione: & tunc cum cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur. In aliis duabus in ipso principio vsque ad finem. Aut bibitur in hunc modum: Mentham, saluiam, calaminthen, nucem muscatam, galangam facies bullire cum pingui gallina: & in ipsa bullitione pone de oleo. Si copiam non habes olei, ad medietatem ponas olei communis: posteà de illo iure bibe ieiunus: & differas prandium per duas horas: déinde ipsam gallinam comedas cum suo iure. Si tantam copiam non habes olei, in parte illius iuris, si quod habueris, facias bullire, & haurias. Prædicta disciplina poteris cum piscibus vti, addens cum prædictis herbis, & speciebus, origanum, & pulegium. Si etiam piscem eo vnctum assaueris, vtile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido sumat in ore, qui patitur torturam oris, vel paralysin, & colluat os frequenter: maximum enim consequitur iuuamentum. Valet etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus læsus vngitur, & per clystere mittitur. Valet etiam podagricis, & arthriticis ex frigida causa, cum quo fiat frequens inunctio pedum, vel articulorum, addito modico aceti calefacti, & posteà in fine ægritudinis sine aceto. Valet dolori dorsi emplastrum ex eo, & Ammoniacum in eo dissoluitur, & dorsum emplastretur cum eo. Hoc etiam emplastrum apostema splenis, & eius duritiem dissoluit modico spatio tem-

Galen.

poris, & omnes duritias, & omnia apostemata du-
A ra. Iniectum in naribus, valet epilepsiæ. Et quando epilepticus cadit, destilla in aures eius cum penna aliquas guttas, & appræhende nares cum manu tua, & agita caput, & si agitatur, sinatur post vnam horam: in tempore interpolationis iniectum, multùm cōfert. Valet oppilationi narium, quando nares oppilantur ex frigido humore. Quod intelligas per absentiā caloris: & ipse infirmus sentit nares frigere, & asserit istud sibi accessisse: & calefacit cerebrum, quando ex eo vngis pollicem, fricans palatum, vel coronam, & tempora eo inungis: aut cum cibo sumis, aut cum iure parum ex eo vsq; ad ij. drach. bibas. Valet contra obliuionem, id est, delet eam, quando tu radis occipitium, & vngis frequenter illud: & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue in vino, in quo bulliat castorium, & saluia, & olibanum. Ista frequentare debes quousque
B iuuamentum sentias, & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei: & sedat dolorem dentium, quando est ex frigido humore, vel ex frigiditate cuiuslibet rei: & inungendo dentes, vel gingiuas eo, parum calefacit: & iniectum in matricem, prouocat menstrua, quando in matricem, cum pessario immittitur, priùs ad ignem calfactum. Aperit orificia venarum, sumptum scilicet per os, sicut superiùs diximus, & dissoluit sanguinem congelatum in stomacho, & in vesica, quando sumitur, sicut diximus, vbi locuti sumus qualiter iuuat renes, & soluit vrinam, & frangit lapidem in vesica. Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctione hyssopi, & ficuum siccarum, & liquiritiæ, aut alicuius istorum ad pondus drachmarum duarum ieiuno stomacho.

CLAVDIO GALENO Adscripta Quæsita In Hippocratem De Vrinis.

QVID significat tenuis, & pallida vrina? Nempe incoctam substantiã, colore concoctam, imbecillitatémque naturæ. Colore nanq;, quod facilem cõcoctu concoxit: non vtique substantia, quòd sit colatu difficilis. Quòd si ita diu feretur, à periculo immunis perdurare homo non poterit quoad morbus concoquatur. Admodum nanq; tenuis vrina perniciosam significat cruditatem, quatenus calor quod tenuium partium est depascitur. Quid significat tenue, & fuluum? Nempe tenue substantia, & fuluum colore, melius est pallido, sed tamen substantia inconcocta. Quid significat rufa vrina? Nẽpe incõcoctionẽ, non interitum, sed non tam citò concoquitur. Est nanq; ex sanguine putrido, qui necdum perfectam accepit concoctionem, nec etiam suum colorem: ob hoc morbum significat diuturniorem. In continuis autem febribus vi multa sanguinis excitatis excernitur vrina rufa, & crassa, cum hypostasi rufa: manifestúmque ex colore, & profusionis substantia, quod assistit, incoctum esse. Aegritudinis certè incoctæ vrina flaua quidem colore, substantia verò tenuis. Quid significat tenue mictum, & foris turbulentum? Vtique inconcoctum ex circumfluentia crassi flatus: significat vero naturam incœpisse concoquere. Quid significat crassa mictura, & permanens crassa? Talis mictura ita permanens est vt iumentorum: pubescere, ac vigere significat crassos humores & spiritus vt feruorem. In his capitis dolor aut iam præstò est, aut mox affuturus, propter perturbationem, ac fumidas exhalationes, quæ sunt in humoribus. Quid significat crassum emictum, & déinde perdurãs? Quiescere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari: moderatam enim significat quantitatẽ: hinc discernendi esse principiũ. Quid significat mictũ tenue, & idem perdurãs? Extremam incoctionem id significat: nam si natura ad concoctionem inclinare tẽtasset, neutiquam tale excreuisset. Hoc autem fit aut virium imbecillitate, aut obstructione, oppilationéque, aut ob ægritudinis longitudinem. Nam quoniam longa quartana est, in principio ob multitudinem, & materiæ difficultatem, vrina directu difficilis tenuis mingitur. Verùm tenuis mingitur ob oppilationem iecoris, aut renum: cæterũ ex loci dolore dignoscitur. Mingitur sanè tenuis, & alba etiam in æstuosis febribus, quæ causi nominantur; A significátque amentiam imminere. Causus nanq; febris, copiam significat bilis. At diuturna vrina non est: manifestúmque facit in vasis bilem non manere, sed sua ad cerebrum euolui, ac volitare leuitate. Ac si amens non sit, hinc noris fore. Quod si iam est, mingítque tenuem, & albam cum interclusa febri, mortem proximam fore prædicito: neq; enim cerebri vires sustinebunt per febrim æstuosam immissæ bilis acorem, & discerptionem iam putrescentis. Vndénam oleosæ gignuntur vrinæ? Consueuit febris primò quidem pingue liquefacere, déinde carnem: postremò solida exurit corpora. Pingui ergo exusto, oleosæ excernuntur vrinę, sensim autem eliquescit pinguedo: inde principium habet, & ascensum, & vigorem. In principio itaq; colliquefactionis oleosi coloris vrinas facit, vt ambiguum sit aquosæ ne sint, an oleosæ. At in ascensu oleum esse apparet, vt olei mistionem iam habere videatur. Verùm in vigore iam B tam colore, quàm substantia oleum esse dixeris: ídque renum est duntaxat, aut totius corporis. Ac si renum sit dúntaxat, aceruatim huiusmodi excernitur multitudo, cum multo caloris sensu circa renes: sin totius corporis, pedetẽtim sumit incrementum. Quid significant eruosæ hypostases? Cùm iam depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro, etiam eruosas in vrinis excernit hypostases. Cæterùm aut renum est, aut totius corporis. Ac si ex renibus fuerit, vrina etiam concocta est, & eruosas excernit hypostases: si cruda, totius corporis est malum. Quid significant furfuraceæ hypostases? Cùm febris depasta fuerit pinguedinem ad vasorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, angustiores foliosis, eis tamen crassiores excernuntur quandoq; ex vesica. At si febris affuerit, totius corporis est malum: sin minus, vesicæ solius. Ac C si vrina fuerit inconcocta, morbus totius est corporis: sin concocta, solius vesicæ: verùm locum suum obtinet dolor. Quid pronuntiant foliosæ? Cùm solida oblanguescunt, primò nanq; multum abraduntur. Ac si cum febri, vniuersum affligitur corpus: sin secus, sola vesica. Ex vesica quidem sunt concoctæ: ex toto autẽ corpore, crudæ. Quid portendunt in vrinis hypostases crimnodes, id est, farinæ crassiori similes? Cùm febris profundum vasorum comprehenderit, & maiorẽ latitudinem assumpserit, & lõgitudinem ampliorem, fiunt furfurũ hypostases, vocantúrq; crimnodes. Cęterùm crimna duo significant. Aut enim sanguinis torridam vim pronuntiant, aut solidorum corporum validam colliquefactionem. Ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporũ languor: sin rufa, id à sanguine est.

Quid

Quid significat grauiter olens? Tabem, & naturæ futuram extinctionem. Quid atræ significant vrinæ? Cunctæ profectò hæ & crassæ omnino sunt, & perniciosæ. Rarissimè, aut prorsus nunquàm, atra inuenitur tenuis vrina. Nigrum certè corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaq; hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias, ac crassæ inueniantur atræ vrinæ necesse est. In acutis profectò ægritudinibus perniciosa vt plurimùm atra vrina est. Cùm malè olens, & hypostasis atra fuerit, in ægritudinem acutam lapsum talem vrinam emingentem, non mori impossibile est. Si sublatio sit atra, minus malum. Similiter si nebulam, vel subnebulam habeat similem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoq; frigiditatem ostendit, quandoq; caliditatem, seu quoquo modo vim torridam. Si igitur liuidum priùs mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum

A conuertatur, tostum ex nimio calore ostendit sanguinem atrum euasisse. Nos vtique ne prætereat quartana, & melancholica dissoluta amentia, atras excerni vrinas, & crassas. Lienosi nanq; tales frequenter emingunt, cùm languens ita lien apparet. Nullam nanq; digestionem, & apparitionem intendit in redundantiam melancholicam. At nos ista perniciosa esse pronuntiamus in acutis ægritudinibus: cùm tam viris, quàm fœminis atræ vrinæ existunt, esse pessimas: at infantibus, si aquosas. Minùs verò erunt perniciosæ atræ vrinæ lienem habentium inualidum: ac non ex æstuatione, at ex frigiditate atratus liquescit quodã modo sanguis, sicut aliorum quorundam. At id ex humoris melancholici refusione.

*

FINIS.

LVGDVNI,
EXCVDEBAT IOANNES
FRELLONIVS
M. D. L.

Gal,
Rid Gen